

13-553

CHRONICA

D. IOHANNIS NAVCLERI

PRÆPOSITI TVBINGENSIS, SUCCIN-

CTIM COMPRAEHENDENTIA RES MEMORABILES

SECVLORVM OMNIVM AC GENTIVM, A

initio Mundi vsque ad annum Christi

nati M. CCCCC.

AVNC, PLVRIMIS LOCIS, EX IPSIS, VNDE DE-
sumpta sunt, authoribus emendatis, & mendis, quæ irreperant, sublatis,
nouo insuper adiecto INDICE, emendatiùs ac elegantius
quàm vnquam antebac excusa.

Del Obiis de la Campa de 1818. de Gaanada

Supplementa porro (quæ vocant) rerum gestarum ad hæc vsque tempora,
cùm iultis voluminibus separatim edita extent, vt & empto-
ris commodo, & operis ipsius magnitudini ferui-
retur, hac editione consultò sunt
prætermisâ.

B²




COLONIAE,

Apud Gerinum Calenium, & Heredes Iohannis Quentel, Anno
Christi nati M. D. LXXIX.

Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiest. in decennium.



27



B-1553

CHRONICA

D. IOHANNIS NAVCLERI

PRÆPOSITI TVBINGENSIS, SUCCIN-

CTIM COMPRAEHENDENTIA RES MEMORABILES

SECVLORVM OMNIVM AC GENTIVM, A

initio Mundi vsque ad annum Christi

nati M. CCCCC.

NUNC, PLVRIMIS LOCIS, EX IPSIS, VNDE DE-

sumpta sunt, authoribus emendatis, & mendis, quæ irrepsérant, sublatis,

nouo insuper adiecto INDICE, emendatiùs ac elegantius

quàm vnquam antehac excusa.

Del Collegio della Compagnia de S. G. de Granada

Supplementa porrò (quæ vocant) rerum gestarum ad hæc vsque tempora,

cùm iultis voluminibus separatim edita extent, vt & empto-

ris commodo, & operis ipsius magnitudini serui-

retur, hac editione consultò sunt

prætermissa.

B.



COLONIAE,

Apud Gerninum Calenium, & Heredes Iohannis Quentel, Anno

Christi nati M. D. LXXIX.

Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiest. in decennium.

IOHANNIS REVCHLIN
PHORCENSIS LL. DOCTORIS, IN
IOHANNIS NAUCLERI CHRONICAM
HISTORIAM PRAEFATIO.



ELLEM alter aliquis ex eloquentioribus me Germania praconibus, quorum nonnulla copia est, tam praclari & tam digni huius monumenti rite commendandi vicem suscepisset: qui certe opus hoc pro excellenti honore, quem meretur, amplificaret ornatius, ac multo liberius quidem, nunc me alioqui exiguum in dicendo, ut per aetatem modò frigidum, si quid debitae laudis quantumvis leuiter proposuero, comitetur haec una suspicio affectionis, quòd ipse quondam ego mox atque cathedram iurifconsultorum adeptus eram, ab Annalium istorum auctore Nauclero, iam tum moderatore summo gymnasij Tubingensis, tanquam imminentis vitae meae remige, ad usum forensium & ad populares iurgiorum quaestiones, sua ipsius opera non absque nullo quandoque impendij sui auxilio fuerim instructus. Verendum itaque mihi est, certè scio, ne qui me ob illam causam putent iniquiorem fore praesentis libri existimatorem. Sed inuidis hinc fortasse calumniae locus tantum, & in veritatem caecutientibus relinquetur. Equidem quantum animo viri magnitudinem comprehendere possim, qua fuerit in fruenda amicitia nostra comitate, ac deinde qua vir bonus autoritate praestiterit, & pulcherrima de illius laudibus, & quam modestissime non possum non dicere, hoc agit NAUCLERI maiestas, illud humanitas. Nam qui velit in eo viro, ceu quandam virtutum summam, reipublicae tuendae studium contemplari, grauioribus hoc multo exemplis aget, quam extent quae vel de Ioue aliquo, vel Hercule fabulosa vetustas prodidit. Hic IOHANNES est, qui veterem Nauclerorum familiam apud Sueuos, publicis patriae commodis & publica gloria illustrauit, unde post tot Nauclerorum, qui huic auctori veluti parenti, primas gloriae debent ex merito, virtus enituit. Atque illud quidem quantum videri possit, & nos paulò post admonebimus, & multa vir bonus amansque virtutis ipse suo opte ingenio cognoscet. Modò de ijs dicemus, in quibus solù illius nomen, sola illius autoritas (laudem enim posteris communem fecit) spectatur: quantum videlicet suo ipsius ingenio, suaque arte, quam laudabili literaturae genere, cum vniuersae Germania, tum praecipue literatis voluerit prodesse. Historiam Chronicam, hoc est, Temporum descriptiones à condito mundo in annum restitutae salutis MILLESIMUM & QVINGENTESIMUM æmulatione veterum digessit, opus ipso genere admirabile, & sui auctoris nomine venerandum. Etenim quando de argumento dicendum est, nulla plane vitae pars, neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, magistra historia potest non vti. Agè quae principum, quae ciuium, quae cuius aetatis causae non hac complexae, quasi ante oculos dispiciuntur? Quae

verò pars in studijs literarum consummata, si negligas historiam, & istos quidem doctorem peculiare συγγροισμοῦ, id est, temporum collationes? Rursum quoties exemplo futuros illacusus expendit? Quare, qui dicant ciuili prudentiæ partem, qui humanæ vitæ imaginem, viri sunt non pauci. Sic ad virtutem hominum animos excitat, sic ad honorem, ad immortalitatis opinionem inflammat, vt quàm rectissimè quondã Zeno Cirtienfis, quî felix quis fieri posset, rogatus, dixisse videatur, *ἐν συγγροισμῷ τοῖς νεκροῖς*, si in mortuos intendat, hoc est, si Maiorum gesta, si veterum monumenta contueatur, ille quidem egregiè. Vidit hoc, opinor, prudens antiquitas, quæ vitæ vram ac modum posteris tradens, probam reliquit eorum quæ gessit ipsa, rationem, sed vario cuiusque gentis & ætatis ritu. Nam vt à verustissimis omnino hominum moribus exordiar, post illam vniuersi orbis inundationem, anteaquàm publicus esset literarum vsus, (nullas enim planè fuisse notas haud dixerim) vt necessaria, ita diligens fuit memoriæ cura. Eam partim nuper extructarum vrbium nominibus, partim positis alicubi trophæis insignibus, principio sanxere mortales. Exemplum è diuinis Hebræorum literis longè grauissimum petetur. nam & primæ sunt, & ordine rem perpetuo continent. illæ testantur, Babel vrbem propagandæ ad posteros famæ post aquas conditam esse: siquidem de ijs diximus, quæ diluuium secuta sunt, tamen quæ præcessere, non carent exemplis. Quale verò illud esse putatis monumentum, cuius toties in Genesi mundi fit mentio, Beer-seba puteum iuramenti vocant, Abrahæ trophæum, ab Isaac restitutum, arisque dedicatum, frequentia Iacob celebre? Adderem è sacris libris eiusmodi non pauca, nisi & in pròptu essent, & aliud memoriæ genus, idque præstantissimum, à Iudæis mox receptum haberetur, Literæ Mosaicæ. Neque enim disputo nunc, qua cura interim seruata cuiusque familiæ natio, quo primum modo fines Iudæi suos in Aegypto ab hospitibus discreuerint, quamquam ab instituto fortasse nostro non aliena. Sed de publicis literarum monumentis agitur. Eusebius Cæsarensis episcopus vir diligens, Moysem asserit authorem edendis Iudæorum literis, cum priuatæ fuissent hæctenus paucorû, id quod ipsi magnis testibus confirmant. Deserta enim Aegypti seruitute, in itinere & genealogiâ Maiorû digessit, & legem diuinitus datam perpetuis literis consecrauit. Custodes legis, præter reliquos magistratus, septuaginta seniores designauit, quibus peculiariter eruditæ Dei oracula credita sunt. Atque iste quidem ordo, mirum quàm sanctè genti sit vsque in vltimam penè captiuitatem obseruatus: illis diuina & humana iura omnia, mores publici priuatique curæ erant. Quin omnis etiam antiquitatis cognitio, siue ea ad Iudæos, siue ad externos pertineret, apud illos fuit integra. His sese, vt videre licet, iure suo debet historica veritas, quod & Seder-Olam probat, & nos cum aliâs multis, tum in Pythagoricis nostris copiosè differemus, & paucioribus nunc diximus, absque ambitione tantùm admonentes, scientiam antiquitatis ab Hebræis petendam esse. Id inter primos Iustinus martyr & philosophus iubet, ita illorum bibliothecis fauet, quas ita nos conseruandas probè censuimus. Nondum erat reliquis gentibus literarum vsus proditus, cum Iudæi iam suis quasi diuino munere fruerentur, publicas tabulas reuerenter spectarent, historiam noctes diesque legerent. Sed apud Aegyptios in sacris quædam solùm memoriæ signa visabantur,

σημεία


σημεία ἱερογλύφοι, serpens, palma, hierax, cynocephalus, leo, ibis, rana, & reliquæ obseruationum simulacra, quæ putarunt exteri pro dijs coli. Cæterum statuas alias tum positas dijs negant, longoque tempore παρ' αἰγυπτίους ἀξέδωτοι νοοῖ fu-isse feruntur. Paulatim & ipsi literas acceperunt, & Græciæ nomen cognitum est. Nam à Mosis ætate vsque ad excidium Troiæ, annis penè trecentis, vario imperio, varijs bellis à Græcis certatum est. Fuere Thebæ, Argos, Sparta, Mycenæ, Athenæ, Creta. Sed quæ fuerit illis seculis literarum ratio, non constat. Neque verò negarim ego ingenij cultum, at simpliciorum, quàm posterè fuerit ætati, vt & reliqua tum erant germana magis magisque Græca: quippe cum nondum essent adeò multa commercia, materies luxus, nondum ea vis auri & argenti in publicis priuatise locis spectabatur, Athenæo authore. Tamen fuit memoriæ cura in ædificando, in sacris, in oraculis, in cætiunculis, & illis quidè vel vulgaribus vel sacris, quale scilicet hoc Bottiæarum virginum putant, *ἱερὸν ἐν Ἀθήναις*. innumera eiusmodi apud vetustos leguntur, quæ illi à Maioribus edocti, non literis, sed consuetudine receperunt. Troianis temporibus cum & artes extarent & literæ, quod vel de vno Palamede ijs probatur, qui Græcarum rerum non sunt imperiti, non pauca itidem memoriæ genera censentur. alij verò honorem carminibus tribuunt, alij trophæis: nam ita cõmuniter voco etiam sepulcralia. Meminit Homerus poeta & carminum sæpe, & sepulcralium, vel hoc Odyssæ loco celeberrimè, cum Menelaus in quarto ait, *χεῖρ' ἀγαμέμνονι τύμβον, ἣν ἄσβεστον κλέος εἶτι*. Accesserunt poetæ, Orpheus, Homerus, Hesiodus, non vna ætate, quorum antiquissimas aiunt literas Græcis esse, quod videlicet ab hominum rebus argumento deducto, sacra commenti sint primi. Author Athenagoras in legatione ad Aurelios Cæsar. cum de ijs inquit: οὗτοι δὲ εἰσὶν οἱ ποιησαίντες θεογονικὴν ἑλληνιστὴν ἐν τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπισημασίας δόντες ἐξ ἑδῶν αὐτῶν σημαίνοντες. Placuit poema, & Rhapsodorum studio seruatum est. honos ei certè habitus, cum audiretur: vt audiretur, ambitio nulla, quando adhuc suis quæque Græciæ pars bonis contenta, fuit intra suos penates clara, ipsique inter se ciues tantùm æmulatione virtutis certarunt, non cum exteris: quale aliquid de Lacedæmonibus & Cretensisibus, nisi malè meminim, in Protagora Platonis ait Socrates. Erant tum sui ciuitatibus magistratus, quibus non tam quæ publicè agebantur, quàm quæ priuatis familijs accidebant, memoria digna censebantur. At posteaquàm ad studia literarum publicus honos accessit, illique iam dilaudabantur in Græcia septem viri, quos sapientes nominabant, excepti sunt poetæ, & illi quidem Tragici, quibus quidquid est veteris historiæ Græcorum, inde tribuitur. Et Tragœdiam, cum de gestarum rerum memoria probaretur, secuti Sophistæ Rhetoresve seu λογάδαῖοι, qui res populi mandarunt commentarijs, dicti ex eo συγγραφεῖς. Nec ignoro quæ fuerit alioqui τῶν συγγραφέων apud Athenienses autoritas. Sed ex his qui ediderunt historiam primi, ligato sermonis genere vsi sunt, vt Aristæas Proconnesius inter vetustissimos. Idemque mos & posterioribus seculis à nonnullis est retentus, etsi iam Hecateus oratione soluta legeretur, & paulò ante syngrapham, hoc est, historicas cõscriptiones, quod genus quasi peculiare est, condidisset primus vel Pherecydes Syrus, (nam de Athenensi nulla apud Porphyrium mentio) vel Cadmus Milesius, non Agenorides ille, sed Pandionius. Secuti deinde Sophistarum discipuli, qui locupletiore historiam fecerunt, sed confusam, Thucydides, Herodotus, Hellanicus,

P R A E F A T I O.

cus, Pausanias Lacon, & reliqui paulò illis iuniores, qui philosophorum tēporibus claruerunt. Sub Philisco Isocratis discipulo Timæus, qui Olympionicas Chronica opera cōposuit. Apollonius, cuius libri, Chronici sunt inscripti. Adiungerem alios, qui variam quoque historiam eo penè tempore scripserunt, Eratosthenem, Theopompum, Philochorum, Ephorum, Ephoriona, Timarchum, Callisthenem, Philarchum, multosque simul *πλουτογράφαις*, nisi solos requirerem Chronicos, qui fuere, sed Romanis temporibus, etiam apud Græcos multi. Cæterum qui scire volet, quæ Romanis fuerit perpetuitatis cura, genti ad eò cupidæ gloriæ, pontificales illorum libros cogitet publicæ memoriæ testes fuisse. Annales hi erant, quibus quid quoque anno esset actum, continebatur: vt interim Diaria seu Ephemeridastaceam, plena sunt his etiam triuia. Diximus qui ortus historiæ, quàm gentibus omnibus diligens custodia memoriæ. Modò id quantum auctoritatis historiæ præstet, nemo non agnoscit, vt omnis vita, omne studiorum genus indigeat historia, atque isthac in primis, quæ certis temporum articulis rem digestam exponit: ea est Chronica. nolo enim putetis in omnibus esse Chronicam frugem aut diligentiam, quæ historiæ nomen habent. Hac vna prodesse voluit hic noster Iohannes Nauclerus I. V. doctor, illustraturus & gesta & literas Germanorum, quæ multos iam annos in tenebris & situ delituerant, vir literis & fide præstans, quorum alterum sua potuit industria & principum virorum fauore: alterum, etsi id quoque verè suum, quasi ex traduce accepisse videtur à patre Iohanne Nauclero viro equestris ordinis, qui monumenta probitatis suæ apud Ludouicū Vracharium comitem egregia reliquit. Verùm ea filij virtus fuit, vt auctis comitum Vrachariorum rebus, primus hic Nauclerus noster esset, cuius honos, cuius opes iure cumularentur: Ecclesiæ Tubingensi Præpositus, & vniuersitati studiorum Tubingensium Cancellarius dictus est. Tum & publicis & familiaribus commodis patriæ pater succurrens, ingentia in Tubingensem ecclesiã beneficia contulit, & fratrem suum Ludouicum optima indole iuuenem, optimis moribus & literis institutū, ad rem patriæ prouexit. Is ecclesiæ Stutgardienfi Præpositus fuit, & ducatus Vuirtembergæ Cancellarius. Hæc nimirum est vera laus familiæ, quæ tanta tot viris ex virtute contigit. Nam qua oratione prædicandi sunt Iohannes & Georgius, qui post in nomen Nauclerorum transfere summi viri, è sorore Iohannis annalium authoris ac Ludouici Stutgardienfi Præpositi geniti, iuris doctores, Iohannes Geppingensis Præpositus, Georgius ecclesiæ Constantiensis metropolitanæ vicarius, is, cuius magnificentia volumen hoc editum est? Multum huic domui debent studiosi virtutis, è qua tot exempla laudum simul accipiunt, siue ipsa familiæ lumina optimos viros admirantur, siue quas noster hic Iohannes composuit omnis memoriæ tabulas. Certò scio, gratus eris, ni ipsa sis immanitate immanior, si cognoris, si legeris: tantum in eis, puto in Chronicis, operibus est frugis, vt planè nemo vnquam ad veterum studia sine illis adspirare possit. Credo, ob hanc causam dicendi genus est neglectius, vt in promptu cuique sit quod volet. Nam in historico præsertim Chronico syngraphe, si sit eloquentia, delectat, modò non affectata: si absit, non requirendam censeo. illa oratorum est, quibus nos tanquam architectis ligna cum ramentis, non cortice, non visco purgata, è denso nemore ad egregiam structuram afferimus.

P R A E F A T I O.

rimus. Colenda fides est historico, adeoque vt quàm absit ab ambitione longissimè, & nostra certè historia, quia proba est ac fida, cognosci vult & laudari scitis esse in veteri Græcorum sententia, *τὰ ἀριστα καλλίστα*. Si verò quis est ingenio tam immodesto, vt ne dicam stupido, qui placari nolit hisce, si quid fortassis offenderit stylus, etati condonet, alio qui de se non malè merita. Planè si cum reliquis historicis Naucleri opus conferas, quantum fors excellunt nonnulli, & paucissimi quidem, sermonis cultu, tantum hoc superat notandi artificio. Ita sunt omnia suis diuisa temporibus, ita suis aptata locis commodè, digesta in annorum numeros & generationum *τῶν γενεῶν* catalogos. ex his quæ Christi ortum præcedunt, ex euangelio descriptæ: quæ sequuntur, suis trigennarijs confectæ sunt. Nihil his commune cum Alcinoi apologis, nil de Comis, nil de Monocrepide Mercurio leges: vitam formant & mores, si rectè iudicaris, quæ hoc opere conscribuntur. Id quod es amaturus miro modo, si videris quæ in eo varietas & diligentia, si quando de aliorum scriptis iudicatur. Tum id etiam, quum legentur in ista quasi Naucleri bibliotheca innumera, quæ apud scriptores reliquos omnino non sunt: adeò nihil hîc erit, quod si diligens expendas, non elegans aliquid sapiat & eruditum. VALETE.



QVI CHRONOGRAPHI SINT RECIPIENDI.



METASTHENES Persa chronographus, cuius meminit Petrus Comestor in Scholastica historia super Danielum, duas tradit regulas de his qui accipiendi sunt, & qui reijciendi in chronographia, ita inquit: Qui de temporibus scribere parant, necesse est illos non solo auditu & opinione chronographiam scribere, ne cum per opiniones scribunt, uti Graeci, cum ipsis pariter & se & alios decipiant. Et paulo post: Neque enim omnes recipiendi sunt qui de his rebus scribunt, sed solum sacerdotes illius regni, penes quos est publica & probata fides Annalium suorum, qualis est Berofus. Nam is Chaldeus omne tempus Assyriorum digessit ex antiquorum annalibus &c. Super his verbis Metasthenis commentum scribens frater Iohannes Amnius Viterbiensis, ordinis Praedicatorum, theologiae professor, has accipit regulas. Prima regula: Suscipiendi sunt absque repugnantia omnes, qui publica & probata fide scripserunt. Et declarat quod sacerdotes olim erant publici notarii rerum gestarum & temporum, velut qui praesentes essent, aut ex antiquioribus copiarent, sicut nunc instrumentum publicum & probatum dicitur, quod a notario praesente publicatur & scribitur, aut ex antiquiore per praesentem notarium traducitur.

Regulae tres

Secunda.

1. Esd. 4. & 6

Tertia.

Secunda regula: Gesta & annales quatuor monarchiarum non possunt negari & reijci ab aliquo, quia solum publica fide notabuntur, & in archibus servabuntur. Unde & in Esdra legimus, quod controuersiae de reparando templo diffiniebantur ex annalibus Persarum seruatis in bibliothecis. Et Ethesias Gnidius recipitur in temporibus Persarum, quia ex annalibus publicis transtulit. Tertia regula: Qui solo auditu vel per opiniones scribunt priuati, hi non sunt in temporibus recipiendi, nisi ubi a publica fide non dissentiant. Quales fuerunt Graeci, ut hic insinuat Metasthenes, & Iosephus probat contra Apionem, quia sibipsum de temporibus dissident, & de mendacio alterutrum accusant, ut est pugna inter Herodotum & Agesilaum, Hellenicum, Ephorum, Timaeum & reliquos.

Et ex his patet, quod nemo de temporibus suscipiendus est, nisi annalibus quatuor monarchiarum concordet. Et in monarchia quidem Assyriorum, quia publica fide scripsit Berofus Chaldeus, consequens est ut in temporibus eiusdem monarchiae sibi detur palma. Item in Persarum, Metasthenes auctor publicae fidei fuit, & Ethesias Gnidius. Reijciuntur in monarchia Assyriorum, qui priuatas opiniones contra publicam probatamque fidem scribunt, ex Graecis Herodotus, Hellenicus, Agesilaus, & ex Latinis Iustinus, Gellius & Orosius. Et in monarchia Persarum pari ratione reijciuntur Iosephus ex Hebraeis, Clemens, Tacianus Aphricanus, & Eusebius ex Graecis, qui contra omnem publicam fidem scribunt, Cyrum autem dedisse licentiam Hebraeis in Babylone captiuis & mortuum, quam Babylonia Darius eius patrius potiretur. Proinde idem Eusebius, quoniam in tertia monarchia Graecorum, & in quarta Romanorum, publicam annalium fidem sequitur, in utraque recipitur, sicut & Philo Hebraeus, quia nec in vno quidem mense discrepat. Accedit huc quod Berofus, Babylonicus & Chaldeus (ut Iosephus in primo de antiquitate significat) fuit, hoc est, fuit patria Babylonicus & dignitate Chaldeus. Fuit ergo sacerdos, notarius, & scriba publicus, quia penes sacerdotes solos erat publica fides annalium, temporum, gestorum & regum. Is Berofus omnem Chaldaicam deflorauit historiam, scribitque de temporibus ante diluuium, & ad hunc

QVI CHRONOGRAPHI SINT RECIPIENDI.

hunc modum exorditur: Ante (inquit) aquarum cladem famosam, qua vniversus perijt orbis, multa praeterierunt secula, quae a nostris Chaldeis fideliter fuerunt seruata. Scribunt illi temporibus circa Libanum fuisse Enos urbem maximam Gigantum, qui vniverso orbi dominabantur ab occasu solis ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi, inuentis armis, omnes opprimebant, libidiniq; inservientes, inuenerunt papilionem & instrumenta musica & omnes delicias, manducabant homines, & procurabant aborsus, in eduliumque preparabant, & comiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis, & nihil erat sceleris, quod non admitterent contemptores Religionis & deorum. Tum multi praedicabant & vaticinabantur, & lapidibus excidebant de ea quae ventura erat orbis perditione. Sedenim illi assueti corridebant omnia, caelestium illos ira atq; ultione perurgente pro impietate atque sceleribus. Vnus inter Gigantes erat, qui deorum venerantior & prudentior cunctis, reliquus ex probis erat in Syria: huic nomen erat Noa, cum tribus filiis, Sa-
mo, Iapeto, Chem: & vxoribus, Tytea magna, Pandora, Noela & Noegla. Is timens quam ex astris futuram prospectabat cladem, anno septuagesimo octauo ante inundationem, nauim instar arcae coopertam fabricare cepit. Anno LXXXVIII. ab inchoata naui,
ex improviso exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea fluminaque ac fontes ab imo ebullientes inundarunt supra omnes montes, accedentibus atq; impetuosissime & supra naturam de caelo copiosissimis imbribus multis diebus corruentibus. Ita omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noa cum familia sua, quae naui erepta est. Nam eleuata ab aquis, in Gordie montis vertice quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars esse, & homines ex illa bitumen tollere, quo maxime vtuntur ad expiationem. Ab hoc igitur anno salutis humanae ab aquis primordio sumpto, nostri Maiores numeros scripserunt. nos vero laediosum illorum sermonem abbreviaturi, referemus origines & tempora & reges eorum duntaxat regnorum, quae nunc magna habentur in Asia, in Africa, & in Europa. In Asia celsissimum Babylonicum, in Africa Aegyptium & Libycum. Postremo in Europa quatuor nostri enumerant, Celtiberum, id est, Hispaniae, Celtarum, id est Galorum, Kyrim, quod ille gentes Italicum appellant, & Tusconum, quod a Rheni flumio per Sarmatas in Pontum fuit. Addunt quidam etiam quintum, Ionicum. Necesse est igitur nos ex praemisissis confiteri, quod & Chaldaei & Scythae scribunt, siccato ab aquis orbe, non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus in terris seminatum, atque ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium deorum
maiorum & minorum patrem, & humani generis authorem, & chaos & semen mundi: Tytean vero Aretiam, id est, terram in quam semen Chaos posuit, ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt. Praeter vero tres primores filios, Noa post diluuium gigantes pluresque filios genuit. Quare ad abbreviandum plurimum conferret, si omnium posteritates figurabimus, ab ipso Noa sumpto exordio. Primum itaque dixerunt Ogygis in Saga, id est, illustrem sacrorum pontificem Noam Dysir. exponit hic Annius Ogygem, id est, illustrem Noam, & Dysir, id est, ilicem. Unde Comestor & Iosephus in primo antiquitatum: Habitauit, inquit, Abraham circa Hebron, iuxta ilicem quae vocatur Ogygi, & dicitur ciuitas quatuor patriarcharum, quia ibi sepulti sunt Adam, Abraham, Isaac, Iacob. Ogyges itaque & quod Noe. Concordat Xenophon, Solinus, & plures alij.

Enos. Gigantes.

Arca. Diluuium.

Hae infra generat. 16. & 19. fufius tractantur.

* idem est quod

EX BEROSO, PRIMA FIGURA NOE.

Noe cognomento Ianus, Ogyges, Calum, ante diluuium genuit Sem, Cham & Iapheth, De generationibus Noe.
post diluuium genuit Macrum Iapetum iuniorum, Prometheum Priscum, Tusconem
gigantem, Crana, Cranum, Granaum, Tethym, Oceanum, Typhoeum: genuit etiam septendecim Titanes. Tuscon Germanorum & Sarmatarum pater genuit Mannum, qui genuit In-
geuonem, qui Ist. euonem, qui Hermionem, qui Marsum, qui Gambriuium, qui Suenum, qui
Tuscon Germanorum pater, qui

QVI CHRONOGRAPHI SINT RECIPIENDI.

qui Vandalum, qui Hunnum, qui Teutanem. Araxa prisca genuit Scytham priscum, à quo Napus & Prutus. Hæc Berofus.

Noe Tuisco
nes adopta
ur in filios.

Germani
Sarmatae.

Mundus.

Super hoc textu Iobannes Viterbiensis dicit: Notandū quod omnes hi reputati sunt filij Cali ac Terræ siue Iani & Vestæ, siue Noë atq; Tytæ. Et sunt numero quadraginta quinque. Sed notanda sunt duo, quod Noë sibi in filios adoptauit Tuisconis posteritatē, & ideo in eius arbore ponitur, & non aliorū nepotes, in quo præcellunt Germani & Sarmatæ, qui dicuntur nunc Tuisci à Latinis & Gallis. Sarmatæ autē populi sunt, Poloni, Gothi, Rusi, Præsiani & Daci, atque huiuscemodi. hæc secundum descriptionem Berofianam. De pluralitate verò vxorum Noë siue Cali, decipitur Diodorus. Sunt enim synonyma, Tytea Terra, Vestæ. Cum Beroso cōcordat de Tuiscone Terra genito, Cornelius Tacitus de situ Germanorum. Idem Iobannes in cōmento ponit, & Hieronymus dicit, quod mundus & mundi formatio sit ex tempore, & non ab æterno, vt ex fide atque historia credimus. Cato verò & Diodorus in tertio libro referunt: Chaldæi sempiternum mundum opinati sunt, Phœnices verò Sagi, ex tempore factum crediderunt. Primos sequitur Aristoteles, secundos Plato & Christiana fides. Conueniunt omnes de inundatione vniuersali, quæ præcessit Ninum & auream ætatem. Aurea enim ætas durauit annis ducentis quinquaginta, vel minùs vno, à siccato orbe vsque ad Ninum, qui omnibus bella intulit.

Noë.
Theologia.
Philosophia
Astronomia.

Subsequenter Berofus in historia post pauca, Excicata, ait, terra, Noë cum familia de monte Gordio descendit in planitiem, plenam cadauerum, & inscripsit in lapide in monumentum rem gestam, & vocant incolæ locum, Egressorium Noë. Compressis verò coniugibus, perpetuò geminos edebant, marem & feminam, qui adulti & ipsi binos parturiebant. Neque enim vnquam Deus vel natura defuit rerum necessitati. Edoctus autē Noë theologiam iam antè & sacros ritus, cœpit & eos erudire humanam sapientiam & naturalium rerum secreta, quæ mandauit literis. hæc solis sacerdotibus Scythæ & Armeni commendabant: nec enim alijs fas est inspicere. Docuit item illos Astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum solis, & duodecim menses ad motum lunæ. Cumque iuisset ad regendum Kytim, id est, Italiam, desiderium sui reliquit Armenis, & ob id solim hæc duo regna (Armenum quidem, quia ibi cœpit: Italicum verò, quia ibi finiuit & docuit) illum venerantur, simulq; cognominant cælum, solem, chaos, semen mundi, patremque deorum, animam mundi, deum pacis & iustitiæ, expellentem noxia, custodientem bona. Subiungit idem Berofus quod vites plantauit, & vino ebrius, à Cham derisus sit. & de infamia Cham addit etiam, Cum multiplicatum est in immensum genus humanum, tum Ianus pater adhortatus est principes ad querendas nouas sedes, designauit illis tres partes orbis, Asiam, Aphricam, Europam. Cætera prosequere, prout in longū Berofus. Ex principio Berosi habes de vrbe Enos, quæ edificata est à Cain fraticida. Huius vrbis hodie maxima & ingentis molis fundamenta visuntur iuxta montem Libanum, & vocatur ab incolis regionis ciuitas Cain, vt nostri mercatores & peregrini referunt, qui in Damasco & Libano sunt assueti, secundum Iohannem Viterbiensem.

Vites.

Berofus de
Enos ciuitate.

Est etiam verum, quod ab Adam primo condito, cœperunt literæ & disciplinæ, quod non ex fide tantum, sed etiam ex gentiliū historia & traditione Chaldæorū habetur, qui se Astronomiam & literas habuisse ante Alexandri monarchiam dicunt tribus millibus, & sexcentis ac triginta quatuor annis solaribus, qui faciunt quadragintaria millia mensurorum. Ab monarchia autem Alexandri vsque ad Adam, colliguntur tot anni, & sub Adam sunt hæc inuenta. Et non sine causa Hieronymus dicit Moysen secutum Chaldæos ab Adam vsque ad Abraham. Hæc Iohannes Viterbiensis, & Hieronymus super illud Apostoli ad Hebræos II. Fide intelligimus aptata esse secula.

Literæ cœperunt sub
Adam, intel
lige Chal
dæorum &
Phœnicum.

PROLO.

PROLOGVS IN HANC
CHRONICAM.



VBIIIT animum, dicta gesta que præclariora ab exordio generis humani ad nostra vsque commemorare tempora, non quidem omnium aut singularum prouinciarum siue personarum, cum hoc impossibile foret: sed earum rerum, quarum memoratu, auditorum animos etsi non ædificari multum, honesta tamen illecebra permulceri speramus. Quod si quis dicit superuacue me rei operam dare, cum nihil scribere possim, quod prius ab eruditissimis & iam vsu probatis scriptoribus copiosè eleganterque non sit dictum aut scriptum, fateor ingenuè. Sed cum plerique eorum certis in locis alter alteri discrepare videatur, & nouumquam vnus scribat, de quo alij nullam mentionem faciunt, sed & paucis exemplaria suppetant, & si qui sint qui earum rerum copiam habeant, quis quæso tot historias sine fastidio leget? Quas ob res vt aliquo honesto leuarem tempora labore, libuit ex his que in probatorum virorum scriptis reperi, historias aliquas compilare, & in his pro viribus sua vnique accepta ferre, stylo quidem rudi & simplici. Scribendi verò ordinem vnde commodius decentiusve, nisi à IESV Christi Domini & Saluatoris nostri generationibus mutuarem, non inuenio. Nam vt de diuina eius generatione, quam enarrare nemo præsumit, taceam, duas adhuc in sacris literis inuenimus ipsius generationes. Quarum vna est secundum carnem, & carnalis dicitur: Altera secundum spiritum, & spiritualis nuncupatur. Carnalis siquidem ab Adam protoplasto originem trahit, gradatim recta que linea descendendo perducit ad Christum filium Dei. Spiritualis verò à Christo secundo Adam incipit, qui carnales filios non habuit, sed per euangelium nos genuit, & perducet vsque ad finem mundi. Erit igitur titulus totius operis, Liber generationum IESV Christi. Primaque sui diuisione in duo partitur volumina. Primum volumen sexaginta tres continebit generationes Christi secundum carnem, seu libros partiales, & appellari poterunt generationes veteris testamenti. Volumen secundum quinquaginta ferè continebit generationes Christi spirituales, vel totidem libros, & vocari poterunt noui testamenti generationes. Hoc etenim ordine non solum exterarum gentium, sed & imprimis populi Dei ab exordio generis humani res gestas ad nostra vsque tempora commodissimè reor me ad Dei laudem posse cōmemorare, & sic cu Propheta dicere: In generatione & generationem annuncio bo veritatem tuā in ore meo. Et iterum: In generatione & generationem annuntiabimus laudem tuam. Magna siquidem laus est Deo optimo maximo, non solum cum bonos præmiat, sed etiam cum malos coercet. Idcirco regula est scripturarum, inquit Hieronymus, ponere duas generationes, bonorum & malorum. Quarum exemplis, quid nobis expetendum sit, quid ve fugiendum, edocemur. Pulchrum enim est, ex aliorum erratis instituere vitam nostram, & non quid alij egerint, querere: sed quid optimè actum sit, nobis proponere ad imitandum. Cognitio sanè ex aliorum tum secundis tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorum expertem. Modus autem procedendi talis est, quod in qualibet generatione primo loco caput generationis ponitur, & mox historiæ canonicæ: deinde quæ durante generatione, per nationes varias gesta sunt, pauca de multis celebriora scribentur. Et quia nonnulli catholici scriptores exemplo microcosmi macrocosmum, id est, maiorem mundū in sex ætates diuiserunt, & sua cuique ætati dicta gesta, attribuerunt, cumque hæc diuisio ab hac nostra non abhorreat partitio-

Titulus
operis.

Diuisio li
bri.

Pfal. 88.
Pfal. 78.

Generatio
nes duæ.

Modus pro
cedendi.

De sex æta
tibus.

ne, curauit & etates mūdi annotare, & cuiq; etati generationes sub ea concurrentes attri-
 buere, hoc modo: Prima etas ab Adam vsq; ad diluuium, habet annos iuxta Hebraicam
 scripturam mille sexingentos quinquaginta sex: sed iuxta Septuaginta interpretes, quos
 sequi intendo, annos bis mille ducētos quadraginta duos: generationes verò decem, iuxta
 vtrāq; editionem. Quauis autem computatio Hebræorum videatur verior, secundum
 Augustinum in libro de ciuitate Dei, altera tamen, nempe Septuaginta interpretum, est
 nobis communior. Ideo eam secutus sum. Adam, per lineam super benedictam Christi Do-
 mini & Saluatoris nostri, secundum carnem genuit Seth, Seth Enos, Enos Cainan, Cai-
 nan Malalebel siue Mabalalebel, Malalebel Jared, Jared Enoch, Enoch Mathusalem,
 Mathusalem Lamech, Lamech genuit Noe. Quæ etas vniuersali deleta est diluuiio, sicut
 primam cuiusq; hominis obliuio demergeret consuevit etatem. Quotus enim quisque est qui
 suam recordetur infantiam? Secunda etas à diluuiio vsque ad Abraham, continet annos
 iuxta Hebraicam veritatem ducētos nonaginta duos: sed iuxta Septuaginta interpretes,
 habet annos non gētos quadraginta duos, generationes verò decem, iterum assumpto Noe:
 alioqui nouem, secundum Hieronymū. Noe enim per lineam Christi genuit Sem, Sem Arfa-
 xat seu Arfachsad, Arfachsat Sale, Sale Heber, Heber Phalech siue Pæleg, Phalech Ren,
 Ren Saruch, Saruch Nachor, Nachor Thare, Thare Abraham. Hæc etas quasi pueritia
 fuit generis populi Dei, & ideo in linea Christi inuenta est Hebræa: à pueritia enim homo
 incipit nosse loqui post infantiam. Tertia etas ab Abraham vsque ad David, annos ha-
 bet iuxta vtrāq; editionem noningentos quadraginta duos, generationes verò habet tre-
 decim. Abraham enim genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob Iudam, Iudas Phares, Pha-
 res Hezron, Hezron Aram, Aram Amminadab, Amminadab Naason vel Nachschon,
 Naason Salmon, Salmon Booz, Booz Obed, Obed Iesse patrem David. Hæc etas velut
 adolescentia fuit populo Dei, in qua etate incipit homo posse generare. Propterea S. Mat-
 theus generationum in Abraham sumpsit exordium, qui & dictus est pater gentium.
 Quarta etas in David incipit, & vsque ad transmigrationem populi Israel annos continet
 quadringentos octoginta quinque, generationes verò habet decem & octo. David genuit
 Salomonem, Salomon genuit Roboam, Roboam genuit Abiam, Abia genuit Asa, Asa ge-
 nuit Iosaphat, Iosaphat genuit Ioram, Ioram genuit Ochozias, Ochozias genuit Ioan, Ioan
 genuit Amasiam, Amasias genuit Oziam, Ozias genuit Ioatham, Ioatham genuit Achaz,
 Achaz genuit Ezechias, Ezechias genuit Manassen, Manassen genuit Amon, Amon ge-
 nuit Iosian, Iosias genuit Ioakim, Ioakim genuit Ioachin seu Iechoniam, quos tamen S.
 Matthæus certi mysterij gratia, XIII. posuit, à qua velut iuuenili etate in populo Dei re-
 gum tēpora cœpere. Hæc namq; etas gubernadis regnis solet apta cōsistere. Quinta etas
 quasi senilis, à transmigratione Babylonis incipit, & durat vsq; in Aduētum Domini: an-
 nos continet quingentos octoginta nouē, sed generationes habet tredecim. Iechonias genuit
 Salathiel siue Schealthiel, Salathiel genuit Zorobabel vel Zerubabel, Zorobabel genuit
 Abiud, Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor, Azor genuit Sadoch, Sadoch ge-
 nuit Achim, Achim genuit Eliud, Eliud genuit Eleazar, Eleazar genuit Mathan, Ma-
 than genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph virū Mariæ, de qua natus est IESVS qui vocatur
 Christus. In qua etate, vt fessa senectute, gens Hebræa malis crebrioribus quassata est.
 Sexta verò etas à Christo Domino & Salvatore nostro inceperit, nullaque generationum
 vel temporum serie certa habetur, sed vt etas decrepita, ipsa totius seculi morte consum-
 manda. Has ærumnosas plenasque laboribus mundi etates, quicumque felici morte vice-
 rint, septima iam Sabbati perennis etate suscepti, octauam (vt legitur in libro de imagi-
 ne mundi) beatæ resurrectionis etatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

CHRO.

INDEX RERVM AC VER- BORVM, NON QVIDEM OMNIUM SED PRÆCI- PIVORVM, QUAE DVOBVS HISCE NAVCLERI VOLV- MINIBVS CONTINENTVR, SVMMO LABORE STUDIOQVE collectus, ac omnibus Historiarum studiosis sum- moperè necessarius.

Restituatur locis suis numeri sequentes: 35. 123. & seqq. 257. 540. 661. 923. 1112. 1113.

A

ARON quorum filius, & quando natus 61.
 vbi mortuus 97.
 Aaronis virga 96.
 Aba rex iugulatur 761.
 abagari ad Christum Epistola 427.
 abacellenfes qui 1040.
 abdias propheta 180.
 abelardi in Francia hæresis 832.
 abel & Delbora quomodo nati 2.
 abia regis ortus & claritudo 170.
 abiezer Pontifex 117.
 abimelech fratres suos occidit 120.
 abiron viuis descendit in infernum 95.
 abiu & Nadab quomodo extincti 83.
 abner quàm miserè occisus 153.
 abraham nascitur 24. igne liberatur 27. filium su-
 um Isaac offert 30. moritur 31.
 abrahami humilitas 28. colloquium cum Domi-
 no de Sodoma subuersione 29.
 absurditates ex pluritate deorum 48.
 Aca ciuitas obfisione vallatur 868.
 acam Christiani recipiunt 872.
 acceptio personarum vitanda 105.
 acephalorum hæresis quæ 567.
 achabi à Iezabel seducti nequitia 172.
 achabi penitentia & mors 175.
 achaiicum bellum quando cœperit 343.
 achia factum & propheta 168.
 achillæ facinus 393.
 achilles vndenatus 45. quomodo occisus 132.
 astrofa regina quæ 116.
 Adam veteris testamenti caput 417.
 adæ scientia 2. propheta ac mors 3.
 adamita hæretici 1052.
 adelberti Pragensis Episcopi pietas 738.
 adeodati Papæ virtus 643.
 adolescentum de fortissimis contentio 236.
 adolphus Colonienfis Episcopus Othonem coro-
 nat 899.
 adolphus Comes de Nassau 976.
 adonia mors 162.

adrianus	$\left\{ \begin{array}{l} 1 \\ 2 \\ 3 \\ 4 \\ 5 \end{array} \right.$	Papa	670.
			715.
			718.
			838.
			966.

adriani II. Papæ mors mira 843.
 adriani Imperatoris gesta 466.
 aduenarum protectio 102.
 adulatores 56.
 adulterorum poenæ 18. 104. 492. 614.
 Aecus vnde natus 44.
 ægidius Hispalensis Cardinalis 1015.
 ægisthi mors 136.
 ægla quid sonet, & cuius vxor 49.
 ægyptus quot filias habuerit 114.
 ægypti decem plagæ 65.
 ægyptij spoliantur 66.
 ægyptiorum regnum 16. mores 17. leges & politica

13. submersio 68. ingens cædes 797.
 ægyptiorum annorum similes nostris 6.
 ælius Pertinax Imp. cur xpo dicitur dictus 474.
 ælij Adriani Imp. memoria 466.
 æmilianus inuictor imperij occiditur 488.
 æmilij Pauli de Perse rege triumphus 332.
 æneas quando venerit in Italiam 173.
 æolij vnde orti 10.
 ærarij Romani inopia 357.
 æris Corinthij precium 343.
 ærumnæ deorum 49.
 æsculapius medicus fulmine submersus 68.
 æsopi fabulatoris tempora 220.
 ætas aurea 8.
 ætina mons 349.
 ætina nympa vnde stuprata 44.
 Afrates monachus quid miri peregerit 529.
 africa, vnde dicta 31. Persis cedit 634.
 africanam Saraceni recipiunt 649.
 Agag rex in frustra cur diuinus 146.
 agamemnon designatur imperator 126.
 agapetus Papa 588.
 agapeti Papæ & Iustiniani Imp. concertatio 588.
 agar puteus vbi 29.
 agathoclis vita 301.
 agatho ex monacho Pontifex fit 643.
 ager sanctus vbi & quis 868.
 agefilai apophthegmata 171.
 agæus vbi sepultus 237.
 aggerum exultio 455.
 agilulphus Romani obsidet 623.
 aglaus cur Gyge felicior 202.
 agnes Henrici mater Ducarum Bauariæ suscipit
 765.
 agnus Dei, quando in Missa cantari cœperit 649.
 agnus paschalis sumitur 66.
 agricolis Totilæ exercitus pepercit 597.
 agrippæ fabula 250.
 agrippina quando Coloniæ nomen obtinuerit 568.
 ab Artilla obfessa 564. à Francis occupata 568.
 Aiakis interitus qualis 135.
 aiath Hebræorum Iudex 117.
 Alanos vinctibus quæ merces proposita 523.
 alaricus Gotthorum rex Romam capit 551.
 alarici mors ac sepultura miranda 551. 581.
 albæ euerfio 201.
 albani in Anglia martyrium 498.
 albani belli origo 199.
 albanorum reges 137.
 albatum in Italia secta & confluxus 1031.
 albertus I. Imperator coronatur & à latronibus oc-
 ciditur 471. 987.
 albertus II. Imp. fit & moritur 1063. 1064.
 albertus Magnus 944. sepultus Coloniæ 974.
 alborum & Nigrorum in Italia factiones 981.
 albula fluuius quis 180.
 alcibiadis adulterium, exilium & mors 270. 271.
 alcmenæ adulterium 43.
 alcoranum quis conuerterit 1062.
 alemania propriè quid 952.
 alemani à Valentimiano cæsi 528.

b

ale-

alexander Alexandriae episcopus 505.
alexander de Hales 944.
alexander Imperator 479.

alexander	} Papa	1	466.
		2	767.
		3	844.
		4	942.
		5	1039.

alexandri II. instituta 771.
alexander Magnus vnde conceptus 283. ob sacrilegium punitur 347. quomodo matrem dilexerit 479. Artaxerxem vincit 480. mortem bellicam optat 481. nauigat in Græciam 125. monarchiam quam diu occuparit 294. in Syriam proficiscitur 287. repetit Indiam 295.
alexandri odium in Philippum 283. exercitus 285. & 286. humilitas 296. interitus & ætas 298.
alexandra reginæ Iudaicæ gesta 358. 411.
alexandria ciuitas 854. metropolis est Aegypti 857.
alexij in milites susceptos astucia 784.
alexium regem necat Andronicus 861.
alfredus Angliæ rex 716.
alleluia 771.
almarici hæresis quæ 900.
almo regi Hungariæ misero quid miri obtigerit 811.
alpium Sueuicarum descriptio 455.
alfatenium hæresis 912.
altare Domino structum 70. 73. 113.
Amalathæ mors 588.
amalthæa Sibylla quibus temporibus vixerit 235.
aman scelus ac suspendium 273.
amando Episcopo quid miri obtigerit 633.
amafæ miserabilis interitus 158.
amafæ regnum, ætas, gesta 183. 184.
amazones 15.
ambitio periculosa 229. 585. 898.
ambrosius 535. 541. 543.
amelij & Amici similitudo 672.
amenophis rex 59. 61.
ammonitæ & Moabitæ qui 97.
annium natura mira 952.
amon rex impius quomodo occisus 202.
amoris illiciti exemplum 23. 33. 46. 1065.
amos Esaiæ pater 185.
amos propheta ætas 188.
amurates Turca se imperio abdicat 1069.
Anachoretæ cuiusdam virtus prophetica 542.
anacleti instituta 465.
ananellus Pontifex 408.
anastasius bibliothecarius 718.
anastasius Imperator 651.

anastasius	} Papa	1	547.
		2	579.
		3	723.
		4	837.

ancus Martius 204.
andegauæ Duces numerantur 1012.
andreas Apuliæ rex in lecto strangulatus 1005.
andreas de Venerijs Vngarorum rex 976.
andronicus Græcia expellitur 861.
andronici studium 976.
angelus apparet Balaam 98.
angli ad fidem quando conuersi 472.
anglorum Apostoli primi qui 471. reges 661. diademata 662.
anglis verbum Dei prædicatur 583.
aniceti Papæ instituta 470.
animaduersio diuina 502.
animaduersio in milites seuera 480.
animæ num per varia migrant corpora 57.
animarum immortalitas 236. mira apud Vorma-
am apparitio 830.

anna oratio 141.
annatarum vsus quis 1032.
annuariarius dies instituitur 339.
anni ab exordio mundi vnde computandi 418. ca-
ptiuitatis Hierosolymitanæ 795. ex Daniele de
Iudæorū regno deficiente 407. quot à Iuda Ma-
chabæo ad Christum 325.
annorum computatio quomodo faciendi 6.
anno Episcopus Colonienfis 768.
annonis offatranslata 771.
annuli vsus à quo inuentus 41.
antharis rex 619.
anthemius cur damnatus 588.
antiochia vrbs 791. prodicitur 792. obfidetur 793.
quomodo in Turcarum manus venerit 836.
antiochus fugit 322. spoliat templum Hierosoly-
morum 328. obfidet Hierusalem 334.
antiphonam, Salue regina, quis composuerit 934.
antoninus Pius, quocumque ac qualis imp. 468.
antonini Pij laus 468.
antonini Philosophi imperium quale 470.
antonius S. Eremita Didymum consolatur 539.
antonij S. Eremitæ tempora & austeritas 507.
antonij militares copiæ 409. infelix pugna & in-
teritus 409.
antonij & Cleopatraz consuetudo 405.
Aorasia quid 29.
Apellis hæresis quæ 470.
apis rex Argiuorum 36.
apocalypsin B. Iohannis Dionysius Alexandrinus
recepit 490.
apollinaritas qui 522.
apollo magni amoris causa gregum pascit 49. Co-
romden necat 46.
apollinis de dijs oraculum 58. Græci consulunt 126.
apollonij martyrium insigne 471.
apostasia Porphyrij vnde 507.
apostoli num Quadragesimâ obseruandâ præceper-
int 538. per terrarū orbē quādo dispersi sint 430
post resurrectionem à Christo qui scientiā hau-
serint 427.
apostolica sedes in Galliam transfertur 985.
apparatus principum varij 1000.
appij cæci oratio 304.
appij decemviri calumnia 268.
apuleiana seditio 355.
apuliam Saraceni depopulantur 726.
Aqua è petra salit 69. & 96.
aqua expiationis 90.
aquæ penuria 445.
aquileiense schisma 624.
aquisgranum muros cingit Otho Imp. 899.
aquitanos & Saxones deuincit Pipinus 668.
Arabiz priuilegium 22.
ara Iuliani apostata 520.
arabes imperium inuadunt 635. & 22.
arabum hæresis 482.
arbogastis & Eugenij tyrannorum mors 543.
arbogastus Episcopus Argentinensis 633.
arboris aureæ descriptio 127.
arca fabricatur 6. adoratur 142. vbinam sit 505.
arcam Noe ingreditur 7.
arcana non omnibus reuelanda 55. & 293.
arcadum regum series 21.
archelai in Iudæa regnum quale 424.
archimedis studium & diligentia 316.
arcturi regis gesta 572. 583.
ardua difficulter acquiruntur 122.
arduenna sylua quanta & vbi 384.
argentei nummi vsus Romæ quando cœperit 309.
argentina fidem suscipit Christianam 432. quando
destructa 561. ecclesia à quo fundata 581.

argi-

argiuorum regnum 32. 36.
argo nauis vnde dicta 122.
argonautarum ingressus in Troiam 123.
argos vrbs vbi 36.
argus centum oculis præditus 43. interficitur 44.
arminense concilium quale 516.
ariouisti Teutoni in Gallos crudelitas 378. præli-
um ac fuga 379.
aristidis consilium 269.
aristobulus Iudæorum regnum restituit 353. cur
φιλίππυ dictus 354.
aristoteles 294.
aristotelis syllogismis gaudebat Theodosius 562.
arithmeticæ & Astrologia Abrahæ 27.
armenia per arcam Noe insignis 7.
armenise Pontifici Rom. offerunt 851.
arminius Germanicæ libertatis vindex 687.
arnoldi Bauari interitus 733.
arnulphus quæ monasteria struxerit 808. vbi mor-
tuus 720.
arnulphi Imp. gesta 719.
arrias subdolo iuramento Constantinū fallit 509.
arrio quis primò restiterit Alexandriae 505.
arriani trisariam inter se diuisi 517.
ars imprimendi libros vbi inuenta 1071.
artium origo quibus adscribenda 6.
artabanus captus catena argentea vincitur 409.
artaxerxis & Cyri fractum prælium 272.
artemonis hæresis quæ 475.
articuli tres in quibus Græci errarunt 1062.
arx Falconia Neomagienfis 700.
Ars victoria 170.
ascalona vrbs vbi 846. deditur Saladino regi 866.
asenech fidelis sit 37.
astate res qua generatione cœperint 901.
assyriorum reges 21. regni translatio ad Medos 186.
astrologiam quis inuenerit & primò docuerit Ae-
gyptios 41.
astronomia quando reperta 9. 17.
Atalari regis decreta 511.
athanasius accusatur 511. sedem Alexandriae quam
diu rexit 529.
atheniensis bello liberantur 63. tributo 116. vin-
cuntur 271.
atheniensibus bellum infert Minos 116.
atlas quando vixerit 41. in saxum mutatus 44.
atlantides vnde dictæ 41.
atrium tabernaculi 73.
attali regis gesta & odium 344.
attile regis titulus quis 561. Germaniâ ingreditur
563. 564.
attilij consulis industria 321.
Auaritia quam perniciofa 164.
auaritia Cleopatraz 409.
auentinus mons flammis quando ructarit 599.
aueyros medicus vbi floruerit 851.
augusta Vindelica Sueniæ vrbs 953.
augustinus ante baptisimū Manicheos secutus 496.
liberales artes per se intellexit 540. in heresim
Manicheorum incidit 541.
augustini mors & obitus 542. ad Bonifacium li-
tere 555. 556. translatio 654.
augustus, secundus Imp. 404. quot virorū millia
in Vrbe numerarit 415.
augusti in Herodem diuersum 421. temperantia &
litterarum amor 425.
augusti appellatio quādo primū inoleuerit 404.
auicenna medicus Hispanensis 851.
aulici rarò mutandi 110.
aurea ætas 50.
aurea pellis eripitur 123.
aureliani Imp. lusus & exercitia 492.

aurelianos Ducum ordo 1012.
aurum Sanctuarij quantum 77.
auri argentiq; venas quis inuenerit in Saxonia 738.
auri massa 1077.
austriasia quid 658.
austria Bœmiz eripitur 966.
austriæ Ducatum erigit Fridericus II. 927.
austriæ Ducum linea interrupta 971.
austriam Fridericus inuadit 930.
Azariæ regis laus 185.
azothij puniti 142.
azymorum festum 88.

B

B A A L ara destruitur 119.
babel turris latitudo 13.
babylonia quando condita 24.
babylon quando capta 227.
babylonica captiuitas 211.
bacchus vnde genitus 43.
bacenis sylua 382.
balaam Turcarum Imperatoris gesta 1105.
balaam rex 37.
balaam populum maledicit 98.
balaami consilium contra populū Israeliticum 99.
balduinus secundus Turcam superat 820. Antio-
chiam redit 821. moritur 824.
balduini regis virtus 798. victoria 800. audacia
849. mors 850.
balthasar rex templum diripit 226.
bambergensem Episcopatū quis constituit 749.
bannum quid 842.
baptismus iuxta ecclesie ordinem & consuetudi-
nem seruandus 580.
baptisimum Iudei suscipiunt 1009.
baptizatur M. Iulius Imperator 487.
barbam ne Clerici nutriant, quis ordinarit 465.
barbaræ caput vbi inuentum 929.
barbari Romanis cur permitti 550.
barbarosæ prima in Italiâ pestis & coronatio 838.
barones de Staufa ducatum Sueuicæ quādo accepe-
runt 785.
bartholdus dux de Zeringen vbi peremptus 831.
bartholomæi Apostoli corpus transfertur 739.
basileense Concilium 1056.
basilei Carolum excipiunt 1008.
basilides hæreticus à quo primū cōfutatus 467.
basiliscus martyr Chrysothomo apparet 547.
basilij Magni cum Iuliano gesta 521. constantia 530.
miracula & mors 530. 539.
basilij Constantinopolitani Imp. laus præclara 715.
basiliani imperium quādo truculentum 477.
bassus in exilium relegatur 560.
bauaria vnde dicta 610.
bauariæ descriptio 743.
bauariam Hungari irrumpunt 734.
bauarorum duces & reges qui 744. 745. &c.
Beda quando claruerit 649.
beginæ nubere coacta 993.
belgica vnde dicitur 376. initium eius 377.
belides prima nocte viros suos occiderunt 114.
belisarius Romam obsessam liberare conatur 598.
belisarij virtus præclara 596.
belothus rex Assyriorum 116.
bellentz oppidum obsidione cingitur 1041.
bellicæ res quomodo tractandæ 106.
Achaicum 343.
Amazonum 15.
Alemannorum 573.
bellum } Artaxerxis & Cyri 272.
} Asturiense 412.
} Atheniense & Lacedæmoniorū 864

Banaricum 675.
Cæsar & Antonij 409. & 489.
Cantabricum 411.
Cimbricum 352.
Ciuille 361. 386. & 403.
Cyri cum Cræso 230.
Danicum 676.
Darij cum Scythis 238.
Elamitarum 28.
Hetruscorum 205.
Hispanicum 674.
Illyricum 279.
Intestinum inter Hebræos 152.
Israëliticum 194.
Iudaicum 438.
Iugurthinum 351.
Leodiense 1096.
Ludouici & Friderici 996.
Macedonicum 319. 322. 343.
Marcomanicum 470.
Mithridaticum 361. & 362.
Moabiticum 177.
Numantinum 348.
Perficum 496.
Piraticum 373.
Popiliensium 624.
Punicum secundum 312.
Pygæorum 13.
Rusticanum 1064.
Sabinorum 205.
Saxonicum 673.
Sociale 356. 1075.
Spartacum 357.
Sutenfe 1096.
Subsyrfadebeth 9.
Tarentinorum 302.
Troianum 45.
Volschorum cum Romanis 255.

belli diffusio 125. 127.
belli Punici secundi finis 319.
belli Socialis origo 356.
belli timor & anxietas 108.
benadabis regis superbia, fuga, supplicatio 174.
beniamin nascitur 35.
benedicitur Fridericus 1077.
benedictio bonorum 108. frugum in altari 496.
benedictus Torilæ vaticinatur 597.
benedictus sanctus vnde 587.

Table with 2 columns: Index (1-13) and Dates (616-1030). Includes the label 'benedictus' and 'Papa'.

beneficia plura num possidere liceat 444.
beneuentum diripit Fridericus Imp. 934.
bernabos Ecclesiæ hostis 1018.
berna oppidum 831.
bernardus quem ordinē suscepit 808. in Alema-
niâ cur missus 832. quot monasteria fudarit 808
berégari primus tyrânus 722. Italia expellitur 728
berégari in quo cõcilio errorē suū reuocavit 766
berillus hæreticus ab Origene conuersus 482.
bestus cur in crucem ab Alexandro actus 290.
Bibliotheca nobilis Philadelphi igne absumpta 393

bigamia 5.
Blanca Maria nubit Maximiliano 1111.
blasconis hæresis quæ 471.
Boemia quando imperio subiecta 749. in potesta-
tem Lucenburgenium quomodo venerit 988.
boemi Basileam vocantur 1056. anathemate libe-
rantur 1059.
boemorum duces & reges 852. 853. cum Hungaris
pugna quando commissã 946. exercitus proli-
gatus 967. reges à quo primò dignitatem regi-
am acquisierint 853. regis inobedientia 966. ec-
clesiæ vastitas 1046. furia 1048. errores 1057.
bœotia vnde dicta 116.
boetius quò in exilium missus 858. iubetur à Tho-
odorico suffocari 856.
boioaria fidem Christi suscipit 656.
bombardarum vsus vbi inuentus 1071.
bononia studio generali priuatur 935.
bona fortunæ caduca 229.
bona sacerdotum 84.
bonifacij Comitiss virtus 709.
bonifacius episcopus in Germaniam mittitur 655.
ibidem quàm diu manserit 667.

Table with 2 columns: Index (1-9) and Dates (554-1029). Includes the label 'bonifacius' and 'Papa'.

bõnæ Carolus 4. coronatur 1006. 1011. Romæ 1014.
bõnæ regnum inuadit Turca 1094.
bosphori Thracij descriptio 1068.
Brancaleon senator Romæ creatus 946.
brachmanum ad Alexandrum literæ 296. ad mor-
tena promptitudo 461.
brennus quis, quantum 339.
brigantia obsidetur 1041.
brigantinus lacus quis 954.
briggiani ordinis descriptio 1017.
S. Brigitta canonizatur 1018.
brifacum obsidetur 730.
britannia vnde dicta 138. describitur 557.
britones se dedunt 637.
Bruder Nicolaus (frater Nicolaus) quæ gesserit 1103.
brugeses Maximilianū captiuum detinent 1109.
bruno Coloniensis Episcopus 904. captiuus ab-
ducitur 905. è carcere liberatur 906.
bruno comes quæ Ecclesijs bona contulerit 811.
brunchildis supplicium ingens 631.
bruti oratio ad ciues 224. vastitas 225. seueritas in
filios suos 240.
Bucephalus equus qualis 283.
bulgariam Turcæ inuadunt 1031.
bulgari qui & vnde 918. Thraciam quando ingres-
si 644.
bulgarorum ad fidem Christi conuersio 715.
bulla Ludouici Cæsaris aduersus Pontificem 1001.
burgundia cur minor dicatur 831. quando Impera-
tori tradita 758. à Francis inuaditur 1101.
burgundiones vnde dicti 688.
burgundionum origo 549.
busaris rex vnde cæsus 578.
Byssinus rex quorum 502.
byzantium à quo rege conditum 280.

CAD AVERA Henrici III. Imp. & Guiberti
antipapæ quomodo tractata 806.
cadmus literarum Græcarum inuentor 116.
cado-

cadolus seditionum author 768.
cacitas eorum qui plures deos opinantur 48.
Ammonitarum 154.
Antiochena 793.
Christianorum à Solimanno 789.
Erulorum 609.
Filiorum Benjamin & Israel 115.
Guilielmi Hollandi regis 943.
Guilermi 331.
Hebræorum adorantium vitulum 75.
Leonis Papæ 763.
Og regis Basan 97.
Orthonis Celtici 759.
Rebellium 94.
Sichimitarum 34.

cæremontiarum obseruatio 66. 69. 77.
cæsar pacem Romæ componit 360. à milite sua
quomodo dilectus 396.
cæsaris gesta nouem annorum spatio quæ 385. do-
lor de milite fuso 400. gemitus apud Itatuam
Alexandri 375. consulatus & in Galliam profe-
ctio 376. statura 402. triumphus 399. mors 401.
cæstij infelix successus in Palæstina 443.
cain plenus inuidia 2.
calabria & Apulia Pontifici subiiciuntur 766.
calamitatis alterius compassio 177.
calographia inuentio 1071.
caieb & Iosue constantia 93. victoria 113.
calicem cur Pontifex celebraturus claudat 763.
caligula succedit Tiberio 428.
caligulæ flagitium 429.

Table with 2 columns: Index (1-3) and Dates (479-1082). Includes the label 'callistus' and 'Papa'.

cambyfes Persa quis 220.
cambyfis truculentia ac mors 234. 235.
camilli exilium 276.
campaniam Vandali depopulantur 566.
candacis reginæ astutia 296.
candelabri in tabernaculo descriptio 72.
canis rufi mira facta 597.
canis instar sub Tarrari mensa Turcarū Imp. pran-
disse 1034.
canonem Missæ quis instituerit 466.
canõ Missæ cur nisi in altari cõsecrato legédus 604.
canonici regulares à quo instituti 796.
canticum, Regina celi, vbi cantatū ab angelis 619.
cantorum schola Gregoriana 627.
capa vrbe potitur Turca 1099.
cappadoces vnde orti 11.
capribarbarum Norimbergæ factio 1017.
caput S. Barbaræ vbi conseruetur 929.
cardinales cur equo vehantur & galero rubro vtan-
tur 942. carceribus inclusi liberantur 935.
cardinalium cupido 963.
cares militiæ periti 116.
cariaregio 116.
carneadis studium & diligentia 294.
carnis porcina vsus 493.
carolomanni gesta in Germania quæ 661.
carolus Caluus Imperator Romæ creatur 716.
carolus Craffus Imperator Romanus 718.
carolus Hungarus Romæ coronatur 1023.
carolus Magnus Imp. 678. Florentiam reparat 697.
Vimam regiam dat Augiæ conuentui 698. con-
cilia cogit 699. Sanctorum reliquias honorat
676. ab Vrbanõ papa commendatur 788.
caroli elemosyna 703. liberalitas 704. testamen-
tum 701. sepultura 705.
carolo muna ex Oriente, missa 700.
caroli Burgundiæ ducis gesta 1096. 1097. 1099.
1100. 1101.

caroli Nortmanniæ ducis cum Britonum Duce
discordia 1095.
carpocratis hæresis 467.
carchago à quo condita 161. delenda suadetur à Ca-
tone 341. expugnata & incensa quàm diu arse-
rit 342. restituitur 351. capitur à Genserico 558.
à Belisario 587.
carchagines quinque leguntur 161.
carus bellum Perficum aggreditur 496.
casas ex virgulis primi homines struxerunt 3.
casimirus rex venit ad Carolum 1010.
cassianus à Chryostomo episcopo eiectus 560.
cassiani eremitæ scripta qualia 560.
cassij & Bruti cædes 405.
castinus Bonifacio minatur 555.
castitatis exemplum 565.
castor & Pollux vnde 45.
castrum Eresburg à quo renouatum 673.
castrum Tubingenfe obsessum liberatur 846.
casus Leonis miserandus 677.
cataphrygarum & Pelagij hæresis damnata 548.
catenam S. Petri Eudoxia Romam portauit 562.
catholici Latini ab Arrianis decepti 516.
catholicorum disputatio cum Vandalis 575.
cato literas Græcas quando didicerit 325.
catonis studiū in libris Græcis legédus 402. iocus in
legatos 343. pietas & cõmiseratio 391. mors 398.
causa belli ciuilis 403.
causa interitus Aphricani 350.
Cecrops Athenarum rex 62 & 63.
celtiberia regio quæ 11.
cenioris officium 488.
census ecclesiarum num expetendus 663.
censum quis primus instituerit 217.
cerasa vnde in Europam venerint 365.
cerdonis doctrina quæ 468.
ceres Proserpinam quærit 44.
cerinthis hæresis refutatur 489.
certamen mirum Dominicani & Franciscani 1118.
Childebertus Francorum rex 625.
chilperici regis hæresis quæ 615. impietatis suæ ad-
monetur à B. Gregorio 616.
chiron quando vixerit 41.
chore seditio 94.
choreas ducetium super Mosam in ponte, submer-
sio 974. horrendum exemplum 774.
christina in confirmatione quis instituerit 481.
christianis renouatio à quo 485.
christiana Respub. quas clades à Saracenis accepe-
rit 787.
christiani vbi primò sic vocati 791. terram sanctam
quando perdidit 975. ab Aureliano perse-
quuntur 493.
christianorum magna persecutio 574. intestinæ se-
ditiones 869.

Table with 2 columns: Index (Prima-Decima) and Dates (436-498). Includes the label 'Christianorum persecutio'.

christodorus Daciae rex 1099.
christoriographiã quæ suo tẽpore descripsit 476.
christus nascitur & circumciditur 418. baptizatur
à Iohanne 427. caput noui testamenti 417.
christi sanguis apud Mantuanos honoratus 697.
christum post resurrectionem mille annis in terris
victurum cum Sanctis, num hæresis 107.
b 3 chry-

chrysofomi episcopi vita, eruditio, adueritates 545.
 cibi iudaici 79.
 ciborum delectus 8. 79.
 ciceronis consilium & pacis studium 387. libri cur B. Augustino displicuerint 541. caedes 404.
 cifices vnde orti 10.
 cimbrici caeduntur 352.
 cimbro fuisse Germanos 685.
 cimmerici qui 708.
 cincij, aliis Quintij, audax facinus 768.
 cincij scelus 772. 817.
 cinex facundia 302. memoria 304.
 circumcisio 29. quando desierit 426.
 circumcisiois praecipuum 77.
 ciuili bellii femina 386. 403. 471.
 ciuitas cui similis, & ex quibus constat 250.
 ciuitas bas Vltima cur structa 929.
 ciuitas prima à quo structa 3.
 ciuitates ad loca campestria vbi migrarint 662.
 ciuitates refugij 113.
 Clades Alexij apud Dyrrachium ingens 785.
 clades occidentalis 799.
 S. Clara quando vixerit 926. Sanctorum catalogo aggregata 927.
 classis Guilielmi Siciliae regis apud Tyrum 866.
 claudius Imp. 430. 491. vini cibique appetens fuit 433.
 claudij Imp. mors desierit 491. virtutes referuntur 492.

clemens	Papa	1	465.
		2	760.
		3	867.
		4	947.
		5	989.
		6	1004.
		7	1022.

clementia Seruiliij 245.
 clementis principis fuga 797.
 clemētinarum libri num reuocati ab authore 490.
 clementinas quis promulgavit 993.
 cleopatra suo malo perit 347. interficitur 348. veneno necat fratrem 409.
 clephis in victos magna duritia 617.
 clericis num ad militiam cogendi 529.
 clericis in publico bibere num liceat 554.
 clericos in pugna repertos quomodo punierit Fridericus Imperator 934.
 cleus & Anacletus num duo 465.
 cliuentis Comitatus in Ducatum erigitur 1064.
 clodo uei stupor 644.
 clotharius fratris filios occidit 585.
 clotharius Francorum rex 631. moritur 632.
 clytemnestra vnde nata 45.
 caecus illuminatur lapide delapso 926.

caelestinus	Papa	1	554.
		2	832.
		3	871.
		4	934.

caelestinus cur Philippum sit execratus 897.
 Colomannus martyrii passus 970.
 colonia à quibus capta 568. quando facta metropolis 663.
 coloniae Iudices alti iudicij quando puniti 771.
 coloniam Magorum corpora à quo translata 845.
 colonienfis Archiepiscopus Rainaldus obsidione prope Romam concluditur 847.
 columbaria in Alfatia quando capta 976.
 columnae tabernaculi 73.
 columnensium & Papae discordia 980.
 cometa mortem Urbani Pontificis praecedit 947.

Philippi Francorum regis 926. 992. perterrefarit Henricum V. 822. multis matribus malum lugendum 778. sub Urbano Pontifice visus 788. sub Xisto 1098.
 comitia celebrantur in Northausen 906.
 comitatus Vuirtenbergenfis 818.
 commodi Imperatoris scelera 473. 474.
 communicatio Eucharistiae non omittenda 627.

concordia Ludouici Imp. & Francia regis 1001.
 concordiae vis 250.
 confessionis sacramentum adit M. Iulius Imp. 486.
 confessio peccatorum non negligenda 627.
 confessio vocalis quando abolita 537.
 confiteor in Missa à quo institutum 485.
 consilium Balaam 99.
 consilium de bello Punico tertio 341. de bello Troiano 125.
 constans Romam diripit 642.
 constantis caedes 643.
 constantia mulieris laudata 223.
 constantia ciuitas vnde dicta 952.
 constantiae pax quae 862.
 constantiam venit Sigismundus rex 1044.
 constantia regina quando capta 871.
 constantinus Imp. baptizatur 503. Nicenum concilium conuocat 505. impetio subiectis scribit 506. ecclesiam erigit 507. ab Arrio decipitur 508. moritur 509.
 constantini in synodo Nicena humilitas 509.
 constantinus iunior accipit imperium 637.
 constantij bellum contra quos 552.
 constantinopolis à Mahumete obsidetur 1079. capitur 1081.
 constantinopolim Chrysofomo moriente grande detinet 547. diripit Alexius 784. occupat Michael Palaeologus 945. archisimem hostes cingunt 654. 929.
 constantinopolitani Imperij variatio 917.
 consules Romae quado primū creati 239. ab ipsa Octauiano nequit occisi 404.
 controuersia de Paschate celebrando 616.
 conuentum Aquisgranī celebrat Ludouicus 706.
 conuicia quidam dilaceratur à muribus 770.
 corinthia vasa 343.
 cornelius Papa 487.
 cornelius Scipio quomodo suum militem instituerit 349.
 corphinium captum 388.
 corpus Euandri vbi repertum 765.
 corpus Gregorij VI. cum admiratione sepelitur 760.
 corporis Christi festum à quo & quando institutum 1947.
 cortinae tabernaculi quales 72.
 coruus nunc cur niger, olim albus 46.
 cosroes crucem Dominicam aufert 630.
 Cranium Chunimundi regis fit miserabiliter partera 614.
 crassi virtutes quae 360.
 crema milite circumuenitur 843.
 cremona solo aequatur 627.
 cremonae quam diu sit Fridericus moratus 930.
 crescentius Tyrannus 740.
 cres primus Cretensium rex 31.

crimina

crimina in Fridericum conficta 933.
 crocodilos qui flauij solum producant 12.
 cresus rex 220.
 cresi diuitia 229. oraculum 230.
 cruciferorum Ordo à quo confirmatus 915.
 crucifixi imago honoranda 610.
 crux praedicatur contra Turcam 1019. contra Prutenos 929.
 crux passim apparet 1121. reprimit hostem 800.
 crux ad spectum Fridericus timer 934. inuenitur pars Hierosolymis 796. imago formanda 615.
 crucē dexterā suā iubet impingi Constantinus 501.
 crucem praedicari facit Iohannes XXII. 993. Innocentius 906.
 cruces in Iudeorum vestibus 520.
 cultus diuini honor 79. restitutio 194.

cunradus

Imperator	1	723 & 724.
	2	755 & 756.
	3	826 & 828.
	4	940 & 941.

cunradinus stupefactus vincitur 949. capite plebitur 950.
 cupidorum natura 302.
 cupido habendi 945.
 cupido quomodo pingendus 46.
 curatij trigemini quando vixerint 200.
 curia in Babenberg celebratur 825.
 curus à quo primū excogitatus 75.
 custodia aurei velleris 122.
 Cyclopes cur ab Apolline percussit 46.
 cyprianus Episcopus creatus quando 480.
 cyprus Veneti accipiunt 1090.
 cyri Persarum regis fortuna ac gesta 220. laus 221.
 cyriacus Papa martyrio coronatur 481.
 cyrillus Numeriano Imp. ecclesiam interdicit 496.

D

decretales quando promulgati 934.
 deiphobi mors 130. 134.
 delos quid sonet 36.
 delphica Sibylla quae 120.
 demetrius à suis quomodo derelictus 346.
 demosthenes quando floruerit 293.
 deorum arumnae 49.
 deorum genealogia 31.
 deorum sacra 46. execrantur 47.
 deus iustorum defensor 333.
 deus dedit Papa 633.
 deus num ex viri femine natus 48.
 deus te adiuuet, vnde ortum habet 619.
 deus in periculis suos defendit 797.
 dei mysteria non exquirenda 607.
 deum timer Abel 2.
 deum corporeum afferere, num haeresis 548.
 diabolus Chrysofomo scribenti atramentū subuertit 547.
 diabolus hominibus visibiliter loquutus 786.
 dialecticus quid a stutus quomodo conuertus 506.
 dialogos Gregorij quis transtulerit 664.
 diana virgo manit 46.
 dictator primus quis apud Romanos 245.
 didymus caecus omnes scientias perdidit 538. ab Hieronymo valde commendatus 539.
 dido quomodo seipsam interemerit 161.
 diemari dolus 724.
 dignitatum conferendarum exemplum 764.
 diuin formis varijs latuerunt 49. mortales fuerunt 50. fabulosi 53. poetici 54. philosophici 54. principum 54. selecti 54.
 dilectio proximi 102.
 diluuium Noeticum 7. particulare 36.
 diocletianus quam diu regnarit 497.
 diogenis & Alexandri congressus 285.
 dina oppressa 34.
 dionysius Areopagita à quo in Gallia missus 464.
 dionysij libri Ludouico Pio missi 707.
 dionysij Areopagitae libros quis donarit latinitate 716.
 dionysius Corinthiorum episcopus Apellem cur suis scriptis riserit 470.
 dionysius ex monacho Pontifex creatur 490.
 dionysij Siculi violētia 290. in exilium missus 291.
 dionysiae mulieris verecundia 576.
 diocori & Bonifacij contentio 586.
 diotherus archiepisc. Moguntinus depositus 1091.
 discordia plebis & patrum 245.
 dispensatio super Othonis matrimonio 908.
 disputatio de fortissimis 236.
 dissensio Ludouici & Henrici 1065.
 dissident Papa & Ludouicus 1004.
 dissident Henricus & Pontifex 772.
 dissidium Venetorum & Genuensium 945.
 dissidium Christianorum principum quantum detrimenti adferat 933.
 diuitiarum contemptus 292.
 Dolus Nauplij 135.
 dominica die tota Missa audienda 584.
 dominico die non ieiunandum, à quo & cur institutum 499.
 dominico sepulcro parit Turca 753.
 dominicus Hispanus Praedicatorum ordinis institutor 915.
 domitianus philosophos fugat 463. statuā argentam sibi permittit poni 464.
 dona filiorum Israel 99.
 donus Papa primus 643. secundus 738.
 dormientium septem miracula 738.
 Druides quid 383.
 drusiana Roma seditio 356.

Duacum

Duacum, qui à Francis obtinuerint Flandri 613.
 duodecim puerorum mirabile exilium 577.
 Andegavia
 Duces { Burgundia
 Aurelianorum } 1012.
 ducum de Zaringen familia 830. gesta 831.
 ducum dignitas quando coeperit 613.
 dulcini hæresis quæ 986.
 duregum obsidetur 1013.
 duregi, aliàs Turegi, etymologia & obfidio 951. 1013
 duricenses caduntur 1071.
 dux Henricus vulnus infligit Ludouico 1065.
 Dynastia Aegyptiorum prima quando coeperit 164.
 dyrrachij oppugnatio 390.

E

EBERARDI Comitis de Vuirteberg rebel-
 lio 988.
 ebrietas Noæ 8.
 ebroica ciuitas funditus euersa 900.
 Ecclesia in quo coeperit 3. cur non erret 783. diuina
 ope protegitur 934.
 ecclesia S. Albani Moguntie terremotu corruit 516.
 ecclesia Dominica resurrectionis quando restau-
 rata 759. à Surianis cur redempta 759.
 ecclesia S. Dionysij à Dagoberto ædificatur 631. ar-
 gento folido tegitur 633.
 ecclesie quæ incommoda Henricus senex intule-
 rit 805.
 ecclesia Argentinenfis cathedrale quis fundarit 581.
 ecclesie à pontificibus consecrandæ 571.
 ecclesiarum sub Constantino restauratio 501.
 ecclesiarum trium fundamenta vno die à Cunrado
 Imp. iacta 756.
 ecclesijs quando pax data 471.
 ecclesias Iulianus apostata spoliat 519.
 ecelinus quomodo peremptus 945.
 eclipsis solaris effectus 1115.
 Edelbertus rex conuersus quando ad fidem 583.
 edessa ciuitas quando à Turca capta 832.
 edictum in Christianos 498.
 edom rex 96.
 eduardus rex Angliæ 1098.
 Eglon rex confossus 117.
 egnatij episcopi verba ignita, & interitus 465.
 Electio hominis de paradiso cur 2.
 Eleazarus potifex Aaroni succedit 97. moritur 114
 electores imperij quando primum instituti 742.
 eleemosyna ex Carolo Magni thesauris 703.
 elephantis maximi qui 25.
 eleutherius Papa 471.
 eleutherij Papæ cædes 633. sepultura 474.
 elisabeth filium Iohannem Baptistam parit 415.
 elisabeth Hungara nubis Lâgrauio 789. matrem
 suam à pœnis peccatis debitas liberavit 902.
 elizabeth reginiam parituræ mira stultitia 1066.
 eloquentiæ vis 124. 302.
 Emanuel II. Græcorum Imperator subiiciendæ fi-
 bi Turciæ animum adijcit 860. moritur 861.
 emicho Comes de Lyningen vbi mortuus 830.
 empedocles cuius 269.
 Emptitij libertate donati 106.
 Encæniorum obseruatio 331.
 ennius quando & quibus contentus vixerit 324.
 enoch nomen Domini primum inuocare coepit 4.
 in paradysum transfertur 5.
 ens nudus Friderico præfertur 1077.
 entij sepultura in ecclesia S. Dominici honorifi-
 ca 950.
 Epaphus ex Ioue nascitur 43.
 ephesina synodus quando celebrata 554. & 560.

epicurus qua de re scripserit primò 278.
 epigramma de Chilperico rege notandum 616.
 epiphania festu quomodo celebrent Armenij 851
 epiphaniæ & Chrysoctomi discordia obitus 547.
 episcoporum quatuor exilium 510. & 576.
 episcoporum & Clericorum vestes 709. amictum
 & sacras vestes quis instituerit in Missa 464. etas
 quæ esse debeat 487.
 epistola Saluatoris ad Abagarum 427. Innocentij
 contra Philippum 898.
 Equitatus Germanicus & Italicus 1035.
 equus carè redemptus 581.
 equus Troianus ab Vlyse inuentus 134.
 equi cuiusdam à Probo reperti celeritas 496.
 Erasmus Roterodamus multos Plutarchi libros
 transtulit 469.
 eremitarum ordo quando institutus 916.
 erichonius vnde natus 45.
 ernestus dux Sueuiæ 758.
 erulorum strages à Tadone commissa 609.
 erythra Sibilla quæ 118.
 Esaiæ mors dura 198.
 esau & Iacob colloquium 34.
 esdræ laus & eruditio 263.
 esurientis scemina totum facinus 457.
 Eua & Adam quàm diu vixerint 3.
 eua cur virago sit dicta 1.
 eucharistiæ sacramentum reuerendum 926. 974.
 & 975. ab Henrico V. sumitur 822. communi-
 catio eius in festo Paschæ quando & à quo insti-
 tuta 476.
 eudoxia ex voto petit Hierusalem 560.
 Eugenius { 1 } Papa { 639.
 { 2 } { 708.
 { 3 } { 833.
 { 4 } { 1054. fugit 1056.
 eugenius Carthaginensis episcopus 573. cæcum
 narum illuminat 575.
 eunuchorum præceptum 106.
 euriptem à canibus esse laceratum 269.
 europam pestilentia depascit 1009.
 eurytheus nascitur 43.
 eusebius episcopus Vercellensis quàm nequiter ab
 Arrianis occisus 517.
 eusebij Papæ martyrium 499.
 eutychniana hæresis 567.
 Exactiones Eberardi Vuirtenbergenfis 1075. Fran-
 corum regis 871.
 exarchatus quid 613.
 exarchatus origo 613. potestas quando finita 654.
 exilium Syluerij Papæ 591. Berengarij 736. episco-
 porum 576.
 excæcatio Syrorum mira 179.
 exclamatio inuestiua in Clericos 499.
 exitus Israel de Aegypto 67.
 exploratorum nuncia 93.
 Ezechia regis laus 194. vita prorogatur 106.
 ezechielis prophetia atque mors 213.

F

FABIANVS diuinitus Pontifex electus 485.
 quando passus 487.
 fabij Maximi mora 314.
 fabricij animus constans 304.
 fabula de Henrici III. ortu, & tamen à magnis hi-
 storis descripta 757.
 fabula moralis de ventre & membris 239.
 facinus audax Cincij 768.
 factio noua apud Niclaushausen orta 1099.
 factiones Alborum & Nigrorum 981.
 falernum cingit Henricus Imp. 875.
 falsi testimonij pœna 103.

fameli-

famelicæ matris in filium scelus 457.
 famens ingens 38. in Iudæa 158. in Samaria crudelis-
 sima 179. Roma 252. 591. 597. 598. Hierosoly-
 morum 457. in tota Italia 591. Antiochiæ 793.
 tempore Ludouici 639. in Sueuia 1105. enecat
 remiges 409.
 faramundus Francorum rex 523.
 fatua dea quæ 48.
 fauilla rex ab vrsa interficitur 606.
 faula scortum ac dea 54.
 fauni pudicitia 48.
 faustinae somnium 473.
 fastrada regina vbi sepulta 677.
 Febris dea quæ 54.
 feliciæ laconis audacia quem finem affecuta
 1010.
 felix dicens quis 229.
 felix { 1 } Papa { 496.
 { 2 } { 516.
 { 3 } { 571.
 { 4 } { 586.
 { 5 } { 1062. 1075.
 ferdinandus Apuliæ rex 1085.
 ferdinandus Hispaniæ rex 1043.
 ferracutus gigas 674.
 feroras veneno perit 422.
 ferraria ars cuius inuentum 5.
 ferraria premitur obsidione 922.
 ferrariæ primus Dux à quo creatus 1077.
 ferrariensis concilij acta sub Eugenio III. 1062.
 festum { Azymorum 88.
 Pentecostes 88.
 Propitiationis 89.
 Scenopægiæ 89.
 Tubarum 88.
 Lanceæ & Clauorum 717.
 Corporis Christi 947.
 S. Crucis 499.
 S. Petri ad Vincula 560.
 festo cuiilibet quis lectiones sacras accommodari
 706.
 Fictio Poetarum de creatione hominis quid veri
 habeat 1.
 fidenates à Tullo victi 201.
 fides hospiti seruanda 123.
 fides Mahumeti quæ 635.
 filij contra patrem bellum vehemens 733.
 filij contumaciæ pœna quæ 103.
 filij { Caroli 1021.
 Cham 10.
 Friderici Barbarossæ 962.
 Iaphet 10.
 Ioseph 37.
 Sem 9.
 filiorum regionum apud Turcas occidentorum
 mos 1069.
 fimbriæ mors 363.
 Flagellatorum secta 1066.
 flagellum Dei Attila 561. & 564.
 flagitia Vitizæ regis in Clerum 605.
 flaminus ab Annibale cæsus 314.
 flandria quando Comitatus facta 669.
 flandria vastata quando 979.
 flandriam Burgundus recipit 1025.
 flandrorum Comes fit Imp. Constantinop. 918.
 flandrorum victoria 981.
 flandris quando primum datus Episcopus 718.
 fetus Xerxis 259.
 floralia vnde dicantur 48.
 florentia desolata reparatur 697.
 floriant Imperium arripuit 494.
 florini hæretica dogmata quæ 471.

floruisse arbores in hyeme 864.
 flouiorum duorum in Sueuia miri quiddam
 952.
 Fœdus Iacob & Laban 34.
 fœmina Papæ historia 712.
 fons in sanguinem versus 755.
 fontes calidi vbi 915.
 fontes & putei per Iudæos veneno infecti 1010.
 formosus Papa 720.
 fornax dea 54.
 fornicatur populus Israel 99.
 fortunæ varietas 584.
 fortunatum vincit Augustus 541.
 Francfordiense concilium 677.
 francfordienses nundinæ confirmantur 1011.
 franciæ diuisio 611.
 francigenæ qui 525.
 franciscus Assisientis ordinis Minorum author
 915.
 franciscus Barocellus Romæ dominatur & cedi-
 tur 1012.
 franciscus Petrarcha fit laureatus Poeta 1004.
 francisci Sphorciæ cum vxore illegitima dos 1071.
 fortuna 1074.
 francus Hectoris filius 138.
 francus Marforum dux vnde cæsus 357.
 francus quid sonet 523.
 franci innadum Galliam 557. Burgundiam 1101.
 francorum appellatio Syris & Græcis quid 794.
 799.
 francorum origo & reges primi 523. regum cata-
 logus 525. insignia 573. in Galliam irruptio ac
 pollicita 594. diuisio 611. 612. 701. desidia 731.
 clades 769. regum mutatio 740. in Syriam ex-
 peditio 834. 835. 872. superbia 969. regis & Pa-
 pæ dissidium 982. regnum à quo infestatum
 1000.
 francos Gallia à Franconibus Germaniæ dictos es-
 se 688.
 fraticellorum hæresis quando nata 986.
 fraticida primus 2.
 fraticida Clotharius 585.
 fraticidium quomodo frater vindicari 367.
 fratri ducenda fratris mortui coniunx 105.
 fratres gladio crucis signati qui & vbi 929.
 { atrox pugna 710.
 consensus 702.
 discordia 351.
 septem Machabæorum constantia &
 crudelis mors 329.
 fredegundis adulterium manifestatur 616.
 fredegunda bello perit 625.
 friburgum à quo extructum 831. occupatur 1018.
 fridancus medicus quàm indignè obierit 895.
 fridericus I. cognomento Barbarossa, Imperator
 designatur 837. in Italiam proficiscitur primò
 838. secundò 841. tertio 847. quarto 854. quinta-
 to 855. Mediolanum quomodo verterit 845. in
 Alemaniam redit 846. Adriano quarto infen-
 sus ob regni Siculi translationem 839. Burgun-
 diam & Sueuiam occupat 852. Germaniæ pa-
 cem sancit 837. 867. ab Alexandro tertio ex-
 cratus 844. Alexandro simplex factus 856.
 friderici I. improspera pugna 855. in Orientem ex-
 peditio 869. victoria & miserandus interitus
 870. filij 963.
 fridericus II. Imperator 920. Aquisgrani corona-
 tur 913. 914. ab Honorio item coronatus 920.
 excommunicatus quod priuilegia regni sui in-
 uenturam repetijt 920.
 friderici II. gesta 922. 923. 924. 928. 929. 931. 932.
 934. 937. 938.

c

fride-

fridericus III. Imp. 1065. obsidione cingitur 1078.
friderici III. Imp. gesta 1065. interitus 1110.
frugum inuentrix Ceres 36.
frumentius quorum Apostolus 507.
frumentum instar pluuia de celo decidisse 649.
Fugatus & Damianus Anglorum apostoli primi 471.
fulconis Hierosolymorum regis successus 828.
fulda monasterium quis fundarit 667.
fulmen quando deciderit 493.
fulminum rationem quis primū deprehēdit 41.
fuluij casus 317.
funda cuius vxor 10.
furij Camilli virtus & exilium 276.
furum pcena 18. & 104.
furfenberga Comites 832.
furtum quibus gentibus maximum peccatum 15.
futinus cuiusmodi deus 48.

G

GABAONITAE foedus cum Israelitis contrahunt 111.
gabrielē sibi loqui quis nebulo sinxerit 635.
galata qui 10.
galba Neroni succedit 438.
galeatij in Italia dominatus 1028.
gallia triplex: Austraia, Burgundia, Neustria 581.
gallia cur & quibus Cisalpina dicta 206.
gallia cur Comata dicatur 377.
gallia descriptio 376. direptio 553.
gallina domestica prodigiōsē syluestres facta 786.
galli Cæsaris gesta 513.
galli Ptolomæum Aegyptium occidunt 308. quibus literis vsi 383. contra Cæsarem insurgunt 385.
gallorum transitus in Italiam 206. irruptio in Italiam 277. perfidia 308. caedes 311. descriptio 380. laus 441. regum seditio 731. in Aegypto gesta 919.
gamalæ excidium 448.
gambrius quid sonet 19. 679.
gandaum Carolus ingreditur 981.
gannodurum vrbs quæ 953.
ganymedes rapitur 118.
gastaldus & Salagastus quales doctores 523.
Gebhardi abbatis & pōtē episcopi mirū quid 802.
gedeon Iudex quartus Israel 119. hostium castra accedit 119. fit sacerdos 120. moritur ibid.
gelasij I. Papæ statuta 573.
gelasij II. cui successit 817. triremes concessit 818.
geldria dux Adolphus 1102.
gemelli duo mirabiles 611.
gemini Iacob & Esau 32.
gemini Phoebus & Diana 42.
gemitus Cæsaris apud Alexandri statuum 975.
genealogia deorum 42.
geniorum de vi commentum 406.
genitalia cui deo per quem & cur abscissa 50. 52.
genfericus Romam capit 566.
genferici in Italiam ex Africa irruptio 566.
gentes ē Scythia ortæ quæ 15.
gentes quas deuicit Carolus 699.
gentium variarum ingens in Germaniam confluxus 1019.
genua euerfa, restaurata quando 344.
genua prodigium & direptio 663.
genuentium crudelis in Christianos auaritia 1068.
geometria vtilitas 316.
georgius Pogebrius Boemia rex 1087.
gepidi Hunnos vincunt 567.
gerardi episcopi Hungarorum cum alijs martyrium 762.

germania libros imprimendi artem inuenit 1071.
germania regum series 19. vastatio 553. laus 678.
nomen quando inditum, & num recens fit 676.
680. latitudo 681. motus varij 766. lues intestina 816. suprema portio Sueuia 952.
germaniam & Galliam deuastat Attila 563.
germaniam vastant Hungari 722. adit Delphinus 1072.
germanica copiarum in Graciam proficiscuntur 789.
germani victi 379. à pueritia labori student 384.
692. cibis quibus vescantur 384. 694. hospitibus aedes victumq; tribuunt 384. 694. latrocinia passim amant 384. 695. vxores quando inducant 384. conuiuia quoties celebrent & spectacula 895. an sint Gallorum fratres 679. Cunradum primum eligunt Imp. 684. num Imperio digni 685. virtutem Iulij Cæsaris mirati, non tinuerunt 686. Gallijs expelluntur 688. ecclesias restaurant 690. superant Hungaros 721. relicta Asia, transeunt in Europam 897.
germani principes qui cruce signati 916. vocantur Romam 1008.
germanorum origo & nobilitas 11. 19. caedes 379. 381. descriptio 384. potentia 441. religio 678. vita rudis 682. victoria 687. pietas 689. superstitio 693. mulierum autoritas 696. clades in Hungaria 790.
germanorum episcoporum schismata 904. tolluntur 907.
germanis imperium Romanum traditur 678. 683. germanis non animos olim, sed scriptores defuisse 685.
geron tergeminus rex, vbi spoliatus ab Hercule 14.
geta Imperij consors à quo quàm nequiter occisus 477.
getuli qui olim, & cur sic appellati 10.
Gibelinorum seditiosum vocabulum vnde & vbi ortum 827.
giezi auaritia 178.
gigantes quando vixerint 6.
gilmer quantæ crudelitatis homo 587.
gilbertus philosophus 741.
gildonis tyranni mors 548.
giscalæ vrbs excidium 448.
gisela Imperatrix 759.
Glaciei moles quanta in medio ætatis celo ceciderit 801.
gladiatorius ludus quando & vnde Romæ prohibitus 548.
gladio num sacerdotes vti debeant 782.
gladiatorum duorum vsus quibus mysticè competit 783.
glaucus à quo medico resuscitatus 46.
Gnosticorum origo 467.
Godescali presbyteri gesta 789.
godescali hæresis 716.
godolæ laus 211.
goliath à Dauide occiditur 147.
gomer quarum gentium author 10.
gorgiæ cum Machabæis gesta 331.
gordiani Cæsaris imperij quale 485. delicti 483.
gordiano occiso sol fuit obsecutus 486.
gordianorum Imp. finis quis 483.
gotfredus Bilionius fit rex Hierosolymorum 795.
gotfredi Bilionij expeditio in Syriam qualis 790. præclarum facinus 795. successus 797. mors 798.
gotthi vnde prognati 11. se Romano dedunt imperio 534. Romam capiunt 551. 598. per quem ex Italia pulsi 603.

gottho

CHRONOLOGIAM INDEX.

gotthorum origo, victoria & caedes 491. in Romanas provincias irruptio 507. memorabilis caedes & captiuitas 550. erga Petri Paulij templum Romæ religio 592. in Hispania degentium reges 604.
Gracchorum seditio Romæ nata quando 350.
gracia maior quæ 275.
gracia principes coniurant in Troianos 126.
gracia Ecclesia Romanæ vnita 1062.
gracus Auar vbi fit casus 953.
graci in quo excellant 599. vincunt Othonem secundum 739.
gracorum & Troianorum pugna 128.
gracorum fraudes 675. naufragium 859.
gracorum literarum inuentor quis 416. amor 402.
gracia quid 956.
granata regnum recuperatum 1110.
gratianus occiditur 539.
gracia (quæ Gracæ Charites) tres, & vnde nata 45.
gratiarum actio exemplum 68.
grauide cuiusdam regina mira stultitia 1066.

gregorius	} Papa	1	619.
		2	655.
		3	656. 657.
		4	708.
		5	741.
		6	760.
		7	772. 781.
		8	867.
		9	923.
		10	965.
		11	1019. Romam redit 1020.
		12	1037.

B. Gregorius in Angliam missus reuocatur 616. libros Moralium vbi scripserit 617. Pōficatum renuit 619. quando eum adeptus 583.
B. Gregorij instituta quæ 620.
gregorij Nazianzeni excellentia quanta 498.
gregorij Neocæsariensis episcopi mirabile factum 490.
gregorij Prænestini manus cur exaruerit 669.
groningen oppidum obfessum 1015.
gryphi regis rapacitas 347.
Gualfagi calamitas 845.
guardecastellensis concilij acta 806.
guelfi & Gibelini qui dicti 933.
guelfones Bauariam occupant 746.
guelfonum in Sueuia origo 753.
guelforum & Gibelinorum dissidia 995. 996.
guibertus Clemens Henricum coronat 780.
guiberti antipapæ mors 798.
guido vltimus regum Hierosolymorum capite plexus 865.
guido Italia rex 720.
guilielmi Imp. caedes 943.
guilielmitæ in Gallia qui dicti 916.
guilielmitarum ordo 900.
guilielmus Hollandus fit Cæsar 937. quàm miserè interierit 943.
guilielmi Hollandi Comitum pugna cum Comite de Lohe 903.
guntherus Comes de Suargenburg electus Cæsar, & moritur 1011.
Gygis regis Lydorum historia, regnum ac fortuna 196. 202.
gurulastuuus quis 951.

H

HABIRITANI Episcopi senis miseria inaudita 574.
hagenoa expugnatur 913.
hallæ Sueuorum commoditas quanta 956.

hamilcaris odium in Romanos 311.
hannibal Alpes transiit 313. alterum oculum amittit 314. serpentibus hostem terret 323.
hannibalis exercitus quàm fuerit concors 318.
hannibalis fugia 315. consiliū de bello gerēdo 321.
hannoniam aufugit Robertus 1000.
harmannus Comes de Wirtenberg quando extinctus 967.
hasdrubalis strages contra Scipiones 315.
hattonis episcopi gesta 723. moritur 724.
hæresis quàm antiqua 464.

hæresis	}	Acephalorum 567.
		Almarici 900.
		Apellis 470.
		Apollinaris 522.
		Arriana 505. 506. 517.
		Artemonis 475.
		Berengarij 766.
		Cataphrygarum 470. 473.
		Cerinthi 463.
		Chiliafarum 464.
		Chilperici 615.
		Donatistarum 522.
		Dulcini 986.
		Ebionis 464.
		Eutychniana 567.
		Feliciana 677.
		Fratricellorum 986.
		Gnosticorum 467.
		Godescali 716.
		Helchelaifarum 482.
Luciferianorum 522.		
Manichæorum 496.		
Messalianorum 528.		
Montanorum 473.		
Nouatiana 487.		
Prædestinatorum 548.		
Priscillianorum 539.		
Sabellij 489.		
Seuerianorum 469.		
Valentiniana 468.		
Vualdensium 851.		

hæretici primogeniti diaboli 469. fugiendi 470. 208. num rebaptizandi 488.
hæreticos non habere martyres 474.
hai ciuitas capitur 111.
Hebræi non edunt cum Aegyptijs 38.
hector occiditur 129.
helchelaia quos reiciant libros 482.
helena Constantini mater 472. crucem quando inuenit 499. 504. & 505.
helena à Paride rapta 45. 125.
helena & Clitemnestra natiuitas 45.
helias à cornis cibatur 172. excitat viduam. filium 172. pluuiam impetrat 173.
helias vestitus 176. raptus in cælum 177.
heliodorus quomodo correptus quōd templum spoliari 326.
heliogabalus Sabinum iubet occidi 479.
heliogabali luxuria 478.
heliscus puerum hospita excitat 178.
heluetij Duregos vincunt 1071.
heluetiorum deditio 378.
heluetiorum gesta 983. 984.
heluetiorum cum Austrijs bellum 1119.

henricus	} Imp.	1	cur auceps vocetur 724.
		2	749.
		3	759. 764.
		4	765. 770.
		5	796. 801.
		6	781.
		7	988. 989.

henrici vxor quot monasteria fundarit 729.
 henricus Langrauius, Germaniæ rex 937.
 henrici Mellanæ virtutes quæ 876.
 henrici & Kundegundis ossa venerata 902.
 henrici regis pietas in monasterijs erigendis 749.
 in templis 753.
 heraclius Imperator 630.
 heraclianus perfidus 552.
 heraclij patriarchæ fuga 866.
 herbæ cuiusdam vis mira 489.
 herodes à senatu rex declaratur 406. cur genealogias Iudaicas iusserit comburi 421. vxores quot habuerit 404.
 herodis crudelitas 325. domestica odia 410. ægritudo 411. furor in filios 414. 420. 421. mors 423.
 herbertus episcopus choreas ducentes liberat 753.
 hereyniæ syluæ latitudo quæ 384. 994.
 hercules nascitur 43.
 herculis labores 118.
 hermannus Contractus monachus quas composuerit Sequentias 765.
 hermaphroditus qui 13.
 hermes Trismegistus quis 43.
 hermetis liber de feruando Pascha 469.
 hermogillus à patre suo cur occisus 605.
 hesiodus 188.
 hesperides vnde 41.
 Sic Gifcin / quid 827.
 hieu rex Israel vngitur 181.
 hieremias quando prophetarit 202. in lacum mittitur 210.
 hiericho capitur à Iosue 111.
 hierichuntis restauratori maledicuntur 111.
 hieroboam quomodo rex factus 168.
 hiero nutritur ab apibus 305.
 hieronis cum Romanis amicitia 309.
 hieronymi Sauonarolæ doctrina mira 1118. 1119.
 hieronymi querela de Gallia direptione 553. vita & obitus 554.
 hierosolyma à quo condita 9. 11. obfidetur 195. 452. 794. capitur à Turcis 795. 817. à Saladino 866. à Saracenis 963.
 hierosolymorum excidium prædicitur 203. 204. topographia 453. flagitia 455. excidium prodigia antecedere visa 328. templi spoliatur 456. honoratur à milite Romano 457. exuritur 458. ciuitas incenditur 460. à quo restaurata 467.
 hierosolymorum Episcopi quot & qui fuerint vsque ad Adrianum Imp. 407.
 hilarij Pape instituta 567.
 hilarij Pictauiensis episcopi exilium 517.
 hildegardis vxor Caroli è profapia Sueuica 960. moritur 676.
 hildegardis virgo vbi vixerit 851.
 hinnitus equorum qui de industria prouocetur 235.
 hippocrates 269.
 hipponem obfidet Gensericus 558.
 hircus cur cornibus feriat, fabula 8.
 hismaelis ludus cum Isaac qualis 30.
 hismaelitz qui 35.
 hispania vnde dicta 604. à quo condita 11. 12.
 hispaniæ reges 605.
 historia de Annuntiatione B. Virginis à quo composita 765.
 Hollandiæ comitissa rapitur 903.
 holocaustum offert Noe 8.
 holofernis mors 233.
 homerus 198.
 homicida primus 2.

homicidarum pœna turpis 8. 987. lex 100. interitus 861.
 homo primus quoto die creatus sit 1. casus ex virgulis primò struxit 3.
 homines prius induti pellibus 5. 6. cur dij vocati 55. 56. cur in septentrionali plaga plures nascantur 609. vnde dicti 1.
 honor Mardochai 273.
 honorius { 1 } Papa { 634
 { 2 } { 822.
 { 3 } { 915.
 { 4 } { 972.
 honorici regis scelera quanta 574. edictū eius 575. miserabiliter expirat 577.
 honoranda crucis imago 615.
 hormons 97.
 horatij trigemini 200.
 horatij Coclitis magnanimitas 242.
 hora B. Virginis 787.
 horologium Carolo missum quale 700.
 hormida Papa 584.
 hospitale S. Spiritus in Saxonia 897.
 hospitalitas 29.
 hostes Ecclesiæ superat Gotfredus 768.
 hostia pro quibus peccatis offerebatur 86.
 hostis fugatur precum telis 730.
 Hugo de S. Victore 824. Gregorium spiritu propheticò floruisse scribit 781.
 hugonis Palatini Comitis gesta 845.
 humani generis diuisio triplex 9.
 hunelli qui 727.
 hungari Germanos superant 721. baptismum suscipiunt 738. Italiani deuastant 726. Germaniam & Saxoniam 727.
 hungarici regni initium 20. tumultus 767.
 huniadis aduersus Turcas victoria 1066.
 hunnuldus à Carolo victus 670.
 hunulphi fides & constantia 641.
 hunnorum initium 531.
 hus Boemicè quid signet 1033.
 hussitarum insania quando cœperit 1032.
 Hydrunti obfessio 1103.
 hyems & pluuia quando cœperint 7.
 hyems calida sub Henrico rege 864.
 hyginij Pape instituta 468.
 hymnus { Sanctus Deus, quando cantatus 560.
 { Gloria laus, vbi & à quo compositus 710.
 hymnos in ecclesia canendos Ambrosius instituit 533.
 hypermestra viro peperit 114.
 hyrcani pontificatus 345.
 hyrcani & Phaseli cades 406. 410.

I

IABAL quid primùm inuenerit 5.
 iacob benedicuntur 33. dicitur 34. Israel vocatur 35. somnia exponit 36. sepulcrum eius 38. restamentum condit 39.
 iacobellus Misnensis concionator 1034.
 iacobinus num venenum sub sacramenti specie porrexit Henrico VII. 991.
 iacobus Apostolus Episcopus Hierosolymis statuitur 427. quando in Hispania venerit 431. quam diu rexerit ecclesiam Hierosolymitanam 434. cui regi auxilio fuerit in bello 606.
 iacobus Cypri rex 1089.
 iahelis audax facinus 118.
 iair septimus Iudex Israelitarum 120.
 ianua obfessio 995.
 ianus bifrons quis 10.
 iani templi clausio & apertio quid velit 197.

ianus

ianus Italis leges exhibuit 50.
 iaphet quid sonet 10.
 iasonis eloquentia 124.
 Iberiæ seu Hispaniæ descriptio 14.
 idololatriæ populi Hebrei 75.
 idololatriæ extirpatio 202. 203.
 idolorum cultus prohibetur 101. 102.
 idumæi prosternuntur 183.
 idumæorum regnum 37.
 Ieiunia quatuor temporum 479.
 ieiunium Moysis 76.
 ieiunij obseruatio 329.
 ieiunium Basilii indixit 521.
 iephte iudex octauus Israel 121.
 ieius Sirach quando scriptus 308.
 Ignis custodia 82.
 ignem quis primus è felice duxerit 41.
 Ilij subuersio 124.
 illustrium aliquot Scriptorum secula 498.
 illyricum bellum contra Macedonas 279.
 Imago crucifixi honoranda 610.
 imaginis cuiusdam obseruatio 470.
 imaginem vxoris suæ honorat Theodosius 538.
 imagines sacras non abolendas 674.
 imaginum origo 22. cultus Deo gratus 489.
 imbris abundantia sub Almarico 899.
 immundicia duplex in lege 79.
 imperator num iura pontificatus vsurpare sibi debeat & contrà 1001.
 Imperatorum maximus quis 321.
 imperiales ciuitates an impignorari queant 1018.
 imperium Romanū ad Germanos transfertur 678.
 imperium Turcarum quomodo auctum 753.
 imperio priuatur Fridericus 936.
 impietas Phasuris 209.
 impiorum fuga 790.
 impressoria artis inuentio cui seculo, nationi, locò ve referatur accepta 1071.
 Inarus Episcopus Iulianum carpit 519.
 incendium Hierusalem 460.
 incestus Amnon 155.
 india descriptio 12. eorum leges 26.
 induciæ inter Anglos & Francos 1008.
 induciæ Græci petunt 129.
 indulgentiæ dantur assumentibus crucem 934. pro terra sancta recuperanda 1028.
 indulgentias de festo corporis Christi duplicauit Martinus quintus 947.
 indulgentias & crucem predicari facit Nicolaus 976.
 inebriatio Noe 8.
 infantis tyrannica castratio 811.
 inferni iudices tres 44.
 ingratiudinis querimonia 249.
 initium regni { Assyriorum 19.
 { Bohemici 20.
 { Germanici 19.
 { Hungarici 20.
 { Romanorum 21.
 { Sicyoniorum 21.
 innocentijs { 2 } papa { 547.
 { 3 } { 825.
 { 4 } { 876.
 { 5 } { 935. Fridericum priuatur 966. imperio 936.
 { 6 } { 1012.
 { 7 } { 1037. moritur 1038.
 { 8 } { 1107.
 innocentijs III. cur Othoni fauceat 897. odit Philippum 898.
 insidiæ Saturni 50.
 interpretes LXX. honorantur 307.

inuidia peccatum vetus 1. 22. 32. 43. 50.
 inuidiæ pœna 94.
 inuidiæ vis quanta 355.
 ioab occiditur 162.
 ioas vnctus 182.
 iob propheta, philosophus, poeta 59. 60. vnde natus 37.
 iohanna regina strangulata 1024.
 iohanna Anglica in Papam electa 712. vbi & quando peperit 713.
 iohannes Baptista nascitur 415. quando baptizari 426.
 iohannes Capistranus 1083.
 iohannes Cassianus quando vixerit 560.
 iohannes Chrysofomus ab Antiochena ecclesia euocatur 544. cur ad prandium inuitatus non ierit 545. in exilium eicitur 546. 547. cui apparuerit 634.
 iohannes Damascenus sui discipuli proditur literis 540.
 iohannis Damasceni de processione Spiritus sancti sententia num sit hæretica 836.
 iohannes Euangelista in paradysum translatus 465. in parthmon relegatur 463. Euangelium quando scripserit 464.
 iohannes Græcus Imp. cur Antiochenos inuaserit 828.
 iohannes Huniades Seruiam ingreditur 1067. capitur 1069. ab Hungaris gubernator electus 1070.
 iohannis Huniadis aduersus Turcâ victoria 1066. interitus 1084.
 iohannes Hus Constantiam venit, & comburitur 1045.

1	585.
2	587.
3	610.
4	636.
5	646.
6	649.
7	650.
8	716.
9	721.
10	724.
11	728.
12	735.
13	736.
14	740.
15	740.
16	740.
17	742.
18	749.
19	749.
20	756.
21	966.
22	993.
23	1041.

ioannes xxij. indulgentias concedit 995. induciæ instaurat 993.
 Ioannes xxiiij. fugit 1046. è carcere liberatur 1051.
 iohannes Roacius 1060.
 iohannes Scotus vbi docuit 716.
 iohannes Segouienfis Hispanus 1062.
 iohannes Sine terra rex Angliæ 901.
 iohannis Temporei longa vita 830.
 iohannes Tyrannus à Bonifacio superatus 556.
 iohannes Vuicleff ab Hus commendatus 1033.
 iohannis Vuicleff disciplina damnatur 1047.
 iohannis de Monte regio fama celebris 1106.
 iohannis Galeatij in Italia dominatus 1028.
 iohel quibus prophetarit 188.
 io in vaccam mutatur 43.
 ionas in mare præcipitatus 184.

ionathæ victoria 145.
 ioseph nascitur 34. in regno Aegypti secundus statuitur 37. moritur 41.
 iosephus iubet parari stratagemata 445. militem oleo feruenti dissipat 446. ex carcere liberatur 451. ciuitatem dedi suadet 454. templi prophationem deslet 457.
 iofæ regis pietas & laus 202.
 iofue mittit exploratores de Sathim 110.
 iofue circumcidit populum 110.
 iofue dux & propheta Moyfi succedit 109. iordanem transiit 110. moritur 114.
 iofuæ laus 69.
 iouiniani lex defacris virginibus 522.
 Iphigeniæ immolatio 127.
 Ira Dei & vastitas orbis Tamerlanes 1035.
 irene conciliū cogit 674. quā diu regnarit 677.
 iris apparet 646.
 Isaac nascitur 30. moritur 36.
 ifacij sacrilegium 636.
 ifaias, seu Esaias, terra secatur 188.
 ifidorus Ferdinando regi prædicit mortis diē 606.
 ifis Aegypti regina 36.
 ifmael nascitur 29.
 ifrael capitur 194.
 ifraelitæ quā diu in Aegypto fuerint 67.
 ifraelitici populi foedus cum Domino 114.
 ifraelitici populi strages 111.
 iftria regio quæ 624.
 iftrum in Sueuia oriri 952.
 Italia cur Latium dicatur 50. à Societate Germaniæ quādo defecerit 722. quo iure Imperatori subiacet 842. se dedit Henrico 989.
 Italiam recipit Otho rex 733. cur perat Fridericus II. Imp. 841. cur non ingressus Rudolphus 979.
 Iubileus annus institutus 78. à Bönifacio octauo promulgatur 981. celebratur 1076. 1032. per totum annum durat 1120.
 iudæa quæ olim dicta 10. in puinciā redigitur 431.
 iudæus Parisijs combustus 975.
 iudæi cuiusdam pueri cum pueris Christianis Eucharistiam sumentis miraculum 610.
 iudei Parisiensis crudele scelus 975.
 iudei vnde dicti 27. cur tam varias habuerint caeremonias 77. ad fidem num compellendi 605. ultra octingentos Parisijs combusti 400. pro vsuris non inquietandi 1003. Moguntia seipfos in domibus suis cremant 1009.
 iudeorum instituta, & opinio de Deo 63. dispersio 301. pietas 359. sectæ 425. Thalmud qui composuerint 553. scelera 656. Parisiensium scelera & expulsio 861. 862. Magnopolensium in corpus Christi scelus 1110.
 iudaici belli semina 438.
 iudas Machabæus templum repurgari iubet 330.
 iudæ Machabæi somnium 335.
 iudæ patriarchæ gesta 40.
 iudex in propria causa nullus 1002.
 iudicium graue contra potentes 1088.
 iudicium iustum 69.
 iudicum iniquorum pœna 771.
 iugurtha dolo captus strangulatur 352.
 iugurthini belli occasio quæ 351.
 iuliacensis Dux vbi occisus 967.
 iulianus apostata fit Cæsar 514. 518.
 iuliani apostata imperium, studia, instituta, sanctia 519. 520. ethnica oblatio & ara 520. mors quā miranda 521.
 iulius Cæsar præcurfor Imperij 418.
 iulius Maximinus à quibus electus in Imp. 482. cõsiliarios Alexandri occidit 483. occiditur 484.
 iulius mensis vnde dictus 402.

iulius Philippus I. Imp. Christianus 486.
 iulij Papæ I. statuta 508.
 iumenta vnde dicta 1.
 iuno cuius soror & coniunx 42.
 iunone quid innuatur 52.
 iunones quæ dictæ 8.
 iupiter quid sonet 31. quif deus haberi cœperit 31. Mineruam concipit & Martem 42. quomodo & cur clam nutritus 43. se in auri guttam vertit 44. multa vitæ humanæ inuenit vtilia 47. Gany-medem rapit 49. diuidit imperium cum Neptuno 50. homo nõ deus fuit 51. à quibus dijs contemptus 53.
 iura mons vbi & qualis 377.
 iuramentum fidelitatis præstant Colonienfes 909.
 iuramentum Italicarum ciuitatum quale 862. 863.
 iuramenti horridi Saracenis à Christiano præstiti forma 1090.
 iurantium in alterius mortem exitus 979.
 ius Imp. eligendi apud Germanos 722.
 iustina Ecclesiam persequitur 534.
 iustiniani Imp. religio ac pietas 586.
 iustiniani II. perfidia & respiscencia 648. 650.
 iustini Imp. patria, humilitas, industria 584.
 iustini II. Imp. improbitas ac infamia 610.
 iustini philosophi martyrium insignis 468.
 iustus Deus defendit 179.
 iuuauia & Iuuarus quid 744.
 iuuentus dea quæ 53.

K

KALES quando venerit ad Anglos 1008.
 Kundegundis Imperatricis virginitas 755.
 ossa honorantur 903.

L

LABIENI crudelitas 391.
 labium in tabernaculo quale 72.
 labij ænei descriptio 74.
 labor Hercules 43.
 lacus Cellensis 654.
 lacus Constantiensis 954.
 lactantius cur non de spiritu sancto scripserit 507.
 lactiniorum priuilegium 1075.
 ladsilai de regno constituto cura 1086. mors 1087.
 lamech malitia 56.
 lanceæ Christi mira inuentio 793.
 landus Papa quis 723.
 lana pluit 538.
 lanificium quis innenerit 36.
 lapis ingens celo decidit 926.
 lapidibus atteritur Lucius II. Papa 833.
 lateranense Concilium nongentorum patrum 820.
 latibula deorum 49.
 latini ex Græcia pulsi 861.
 latrocinia Germani qui sine infamia exercent 695.
 latronis audax facinus 1010.
 latrones in Austria capti 1088.
 laurentius quando passus 490.
 laurentum vbi initium habeat 118. vnde dicta ibid.
 laureacense monasterium quis condiderit 780.
 Lectiois sacre vtilitas 541.
 lectus Gregorij Romæ conseruatus 628.
 legatorum oratio ad Priamum 127.
 legis commendatio breuis 104.
 leodiensis episcopus cur ab Henrico VI. sit peremptus 898.
 leodium obfessum à Carolo 1097.
 leo I. Imperator 568.
 leo II. Imperator 570.
 leo Armenicus Imp. electus 700.
 leo tollit imagines 654.
 leo III. Imp. monachos protegit 673.

leo

1	560. moritur 567.
2	646.
3	677. se purgat 678
4	711
5	721.
6	728.
7	739.
8	736.
9	761.

leontium Tiberius in carcerem mittit 648.
 lepræ exercitatio 80.
 leproforum conuentus in regno Franciæ 1010.
 leprosus Syrus mundatur 178.
 lex Inferorum 44.
 Nazaræorum quæ 85.
 Moisaica quā diu vigerit 990.
 Mahonis 103.
 leuiter non numerabantur 91.
 Libani Sophista in Christianos scomma quomodo retusum 521.
 liber, vini inuentor 116.
 libri hereticorum à quo legendi 489.
 Manichæorum combusti 567. 580.
 sanctorum Patrum non comburendi 628.
 Iohannis Hus combusti 1033.
 Zoroastris comburuntur 23.
 libros Arriji iubet comburi Constantinus 507.
 Iudas B. Petro succedit 438.
 Inguarum confusio 12.
 Inueniens studij origo 1033.
 Irania septiformis quæ 619.
 Irenæ quando cantare 559.
 Iheræ B. Augustini ad Bonifacium 555 & 556.
 Iheræ Henrici senis plenæ querelis 804.
 Iheræ Imperiales aperiuntur 757.
 Iherarum ac philosophiæ initium 3. 6. 7. 17. 23. 36.
 Iherarum amor 356. solatium 291.
 Iheras Latinas quis inuenit & auxerit 121.
 Iheras quando cunctas Ecclesias peruaserunt 899.
 Iuij & Claudij victoria insignis 318.
 Loculi circa sepulcrum Dauid aperti 345.
 locus sacrificiorum 90.
 locorum in Italia turpe votū quā nequiter expeditum 290.
 Locustarum copia 66. segetes corrodit 357.
 Longobardi Italiam ingressi quando 613.
 Longobardorum rex coronatur Fridericus 1077.
 loquacitas 18.
 Ioharius princeps qualis 822. imperij corona exornatur 825. in Italiam proficiscitur 826.
 Iohario cur regnum cesserit, & non Henrici hæredibus 823.
 Ioch diuitiæ 28. ebrietas 29.
 Lucani poetæ mors 437.
 Lucas Euangelium quando scripserit 463. B. Virginis imaginem depinxit 619.
 lucernenfes oppidum Rotenberg ingressi 1013.
 Luciferiani qui 522.
 Lucius Angliæ rex 471.
 Lucius I. Papa 447.
 Lucius II. Perri sedem tenet 862. moritur 863.
 Lucij II. Papæ persecutio 833.
 Lucij scuitia in monachos & continentes 529.
 L. Catilinæ mores 371.
 L. Tarquinij gesta 204. 206.
 lucretiæ pudicitia 224.
 luctatij victoria 310.
 Luculli successus ac ocium 364.
 ludouicus rex parentem suum eleemosynis ex tormentis liberat 714.
 ludouicus rex, cur Crassus vocatus 811.
 ludouicus rex Syriam adit 834. ab Antiochenis ex-

capitur 835. Heleonoram repudiat 836.
 ludouicus Bauarus Cæsar electus 992.
 ludouicus Francorum rex Damiatam recipit 938. capitur à Carolo Alphonso 939. Italiam ingreditur 997. Romæ coronatur 998. in gratiam recipi petit 999.
 ludouico regnante, Pontifices octo sederunt 721.
 Iugdunense Concilium 936.
 Iuitprandus Longobardus Urbem obsidet 657.
 luna & sol stant 112.
 lunæ duæ quando visæ 808.
 Iupoldi infania 997.
 Iupus Episcopus cū Attila Dei flagello loquitur 564.
 Iusorian pilam quis inuenit 118.
 Iuteria quando lapidibus strata, & vnde nomē traxerit 864.
 luxuria quæ mala pariat 290.
 luxus quæ mala secum trahat 355.
 lux quanta Hierosolymis visa fuerit 817.
 Iuzavrbis quæ 115.
 Lycurgi leges 187.
 Iysimachi fortitudo 204.

M

MACEDONICI regni initium 187.
 macedonici cum Romanis belli origo 319.
 macedonum dissensio 298.
 madianitæ à Moyse victi 99.
 magia 23.
 magicarum artium professores post mortem qua pœnā affecti 724.
 magi quando venerint Hierosolymam 420.
 maharenfes quando domiti 719.
 mahumeti origo & ingenium 635. mors & sepulcrum 636.
 mahumetes Othomanus Constantinopolim cingit 1079. Hydruntum obsidet 1103. moritur 1104. ex Christiana matre natus 1105.
 malachias quando & vbi natus 264.
 maledictio impiorum 108.
 malficorum fraudes 58.
 mala in terris multiplicata sub Philippo. 899.
 malorum interitus 328.
 malis vbi que pœnam suam imminere 804.
 manahem crudelitas 185.
 manasses rex Iuda 198.
 mandatorum benignitas 107.
 mandatum contra Chananeos 100.
 manfredus fauore atque spe frustratur 942.
 manfredi infelix pugna 947.
 manichæi Roma expulsi 584.
 manna 68.
 manū amputatā recipit Iohannes Damascenus 540.
 mantue Christi sanguis honoratus 697.
 mantuæ cur & quando concilium coactum 768.
 marcarū duo millia cur Archiepiscopo Treurenfi promissa 898.
 marcellus Cajo succedit 498.
 marchiones Badenses vnde dicti 956.
 marcion 471.
 marcus Episcopus Alexandria primus 467.
 marci Antonij virtutes 471. humilitas 472.
 mardochei honor 273.
 B. Marci Euangelium 431.
 mare mortuum 27.
 mare rubrum 68.
 margarita Austria desponsatur Franco 1106.
 S. Maria Saluatorem parit 325. nõ Dei sit mater 554.
 maria coniunx Maximiliani 1106.
 maria Hungariæ regina 1029.
 maria soror Moyfis 93. moritur 96.
 mariamnes cum viro suo similitates 408.

maria-

marianæ Purificationis festum 527.
 marianum civile bellum 366.
 maris cur terris Romæ Reip. conditor 353.
 marij astutia 351.
 marthani qui 114.
 mars 45.
 marcellus Saracenos cædit 605.
 marchesia regina 15.
 marcianus Imper. indignè occisus 568.
 martinus sanctus creatur Turonensis episcopus 528.

martinus	} Papa	1	638.
		2	718.
		3	732.
		4	969.
		5	1049.

martis & Venæ adulterium 45.
 martyres Bohemorum duo celebriores 1045.
 martyrum ossa coluntur 986.
 masadæ obsessio 460. obsessorum mira fortitudo 462.
 massagetarum ritus 231.
 mathiæ in extremis ad suos adhortatio 329.
 mathusalem 5.
 matrimonium seruitus 15.
 matthias Bohemiæ rex designatur 1095.
 matthias Vuaioda Hungarorum rex 1094.
 mauri Siciliam ingrediuntur 709.
 mauritius prædam auerit 618. imperiū suscipit 583.
 mauritij impietas 621, 624. contra Isaacium coniuratio 637.
 mauritij & sociorum eius martyrium 497.
 mausolæum quid 293.
 maxentius Christianos affligit 499.
 maximini facinora 502.
 maximus cur occisus 540.
 maximilianus Friderici filius 1102. rex coronatur Romæ 1108. capitur 1109. Turcas fugat 1111.
 Medea fratrem interficit 124. auxilia eius 123.
 medici 19.
 medicinæ repertor Apollo 41.
 mediolanum obsidet Cunradus Imp. 758. Gotthis deditur 593. diripitur 845. occupatur à Friderico 931.
 medorum regnum quando venerit ad Persas 220.
 melchisedech ultimus Pontificum martyr 499.
 melchisedech 28.
 melissæ quæ cur dicitur 47.
 melodias è sonitu aquarū quis primus inuenerit 5.
 memnon à quo occisus 132.
 memoriæ filia quot ex Ioue 45.
 memphis ciuitas 36.
 menandri hæresis 467.
 menandri Poetæ tempus 309.
 mendacium 18.
 mendicantium ordines defenduntur 944.
 menelai nauigatio 136.
 menelai pontificis mors 334.
 mengin oppidum deuastatur 1004.
 mensium numerus à quo completus 197.
 mercatorum deus quis 43.
 mercurius fur 49. præstet mercibus 43.
 mercurij quatuor qui 42.
 merlinus sine patre natus 559.
 metamorphoses deorum 49.
 metelli Numidici exilium 355.
 metempichosis ridicula exempla 56.
 metensis ciuitas obsessa 1072.
 methodius de quibus scripserit 507.
 metij perfidia 201.
 metus Dionysij Tyranni 291.
 Michael Imp. solus imperium tenet 714.
 michael Palæologus cur non in loco sacro sepul-

tus 976.
 michæas inter Sanctos relatus 188.
 miles crucem non accipiens mulctatur 868.
 militis fortissimi exemplum 1077. humani 396.
 militibus peccatorum venia concessa 788.
 militares Narsesis copie 602.
 militia initium 9.
 minerua vbi habitavit 36. vnde nata 45.
 ministrorum sacrorum præceptum 81.
 minos vnde natus 44.
 minotheæ reginæ quàm rara libido 295.
 miracula in persecutione Arriana 529. cur fiant 1121. ad Martini pontificis sepulcrum edita quæ 972. Ezechielis propheta 213. deorum 57. de Eucharistia 975. de Gregorio Neocæsareæ Episcopo 490. sub Henrico tertio facta 764.
 miri quiddam 118.
 mirum prælium 1035.
 misericordiæ exemplum 757. 668.
 misithei ad Gordianum literæ 485. mors 486.
 misnenses vnde sic dicti 60.
 missa in loco sacro celebranda 496. tota die dominico audienda 584.
 missam cum vesperis audire consuevit Otho rex 738.
 missæ canon à quo institutus 466.
 missam lachrymans Nicolaus pontifex celebrabat 967.
 missus opprimitur 643.
 mithridates quàm diu cum Romanis bellū gesserit 344.
 moabitæ & Ammonitæ 97.
 moabitæ strages 177.
 moguntia ab Adolpho capitur 1093.
 moguntia Carolus habet colloquium 1015. curia instituitur 815.
 moguntiacus pons exuritur 699.
 moguntini ab Henrico quomodo afflicti 819.
 moguntinus archiepiscopus Dioterus cur depositus à Papa 1091.
 monachi à Friderico eiekti 634.
 monoculi monstruosi 13.
 monarchia quid Græcis 411.
 monarchiæ Alexandro mortuo ditiusio 298.
 monasterium in Emdelsingen à quo structum 786. in Wyssenburg 632. Cassinense spoliatur 934.
 monasterium ingreditur rex Alphonfus 606. confirmat Carolus 698.
 monasteria quæ erecta sub Gregorio septimo Papa 781. quot D. Bernardus fundarit 716. 808.
 monetam ex corio facit Fridericus 935.
 monica beati Augustini mater 541.
 monstra post diluuium 13. qualia Gregorij tempore nata & visa 625. Theodosij 544. Eberardi Ducis 1117. in Eßlingen 968.
 montani doctrinam in senio Tertullianus suscepit 476.
 montis cuiusdam translatio mira 926. mugitus in Gallia 619.
 mora longa pestilens 858.
 morbo caduco laborat Mahumet 635.
 mori benè præstat. quàm malè viuere 730.
 mors optanda viro forti quæ 284.
 mors Gregorij septimi 782. Ludouici 964. Caroli 1093.
 mortis Mosaicæ deploratio 109.
 mortui desendi 336.
 mortuos sepeliendi studium 287.
 mos Hetruscorum 205.
 mos Eremitæ de sacerdotio humilitas 530.
 motus retardationis quando absoluitur 417.
 moyses quando natus & vnde sic dictus 61. nutritur

tritur 62. præcepta explicat 101. moritur 109. cuius filius 39. orat pro populo 75.
 moyses gesta 164.
 mulieris eruditæ exemplum 588.
 mulieris in vtrisque linguis pericia 735.
 mulieris constantia tempore mortis 529.
 mulieribus & infantibus parcendum in bello 106.
 mulierū Teutonicarū contra Romanos pugna 353.
 mulus vbi humana voce loquutus 662.
 mundus liberè productus 417. ab vno regitur 53.
 mundi quarta monarchia vnde incipiat 418.
 munera ad Carolum ex oriente missa 700.
 munificencia Seruij Tullij 216.
 mures quomodo cõiuia in mēsa dilacerant 770.
 mutandi nominis Pontificum ratio vnde 711.
 mutij Scæuola fortitudo 242.
 Mycenarum regum exordium 118.
 mysteria deorum 53.

N

NAAMAN à lepra mundatur 179.
 nabarzanus ab Alexandro cur in crucē actus 290.
 nabuchodonosor Aegyptum quando subuerterit 211. bestiarum more viuit 214. quàm diu regnarit 215.
 narses accusatur Romæ 611. Gotthos pellit 603.
 narsesis militares copie 602.
 nahum quando claruerit 188.
 nauis augur insignis 206.
 naualis pugna Gothorum animos fregit 602.
 nauclerus auctor noster quomodo Adrianum Patrem à calumnijs vindicet 844.
 naucleri de morte Henrici sententia 950.
 nauarum primus quis 122.
 nazareorum lex 85.
 Neapolis obsidetur 596. capitur 590. 597.
 neccarus amnis præclarus 956.
 neftanabi regis bellandi mos 282.
 neftarius Episcopus Diaconum officio priuat 537.
 nemroth Tyrannus punitur 12.
 neomagij arx Falconia à quo structa 700.
 neomenia oblatio 88.
 neptunus quomodo educatus 42.
 nero matrem necat 434. Senecæ præceptoris suo respodet 435. ei gratias agit 436. iubet occidi 437. seipsum perimit 438.
 neronis gesta varia 433.
 nerua quàm diu imperarit 464.
 nestorius Mariam ~~theotokos~~ negat 567.
 Nicanoris cum Machabæo amicitia 335.
 nicaulæ reginæ ad Salomonem aduentus 167.
 nicea obsidetur & à Christianis expugnatur 790. Turcis restituitur 803.
 nichlashumana factio quo auctore cepta atque sedata 1099.
 nicolaitarum initium 464.
 nicolaus Lyranus num natione Iudæus 974.
 nicolaus

} Papa	1	713. inuitus electus.
	2	766.
	3	967.
	4	973.
	5	1073. liberalis in doctos

 1073. Fridericum suscipit 1077.
 nicolai Romani senatoris superbia 1007.
 F. Nicolai Suintensis vita dura 1103.

nigidij Figuli rota 402.
 nigra sylua vbi 954. cur sic dicta 956.
 nigra legio in Hungaria 110.
 nigropontum expugnat Mahumeta 1098.
 nilus 919.
 ninie à quo primò condita 9.
 ninuitarum pœnitentia 184.
 ninus rex secundus Assyriorum 26. vincitur 23.
 Noa & Ianus an idem sint 8.
 noe filij & cognomina 8. 11.
 noe probitas & industria 6.
 noema cuius artis inuentrix 5.
 nomen doctorum non facile obscurari 628.
 nomen Domini quis primus inuocavit 4.
 nominum mutatio 46.
 noradini Turcæ de Christianis victoria 836.
 norici qui 744.
 norinberga ciuitas expugnata 802. vnde susceperit incrementum 830.
 norinbergæ seditio magna 1017.
 normanni nomen vnde dictum 719.
 normanni Aquitaniam subigunt 711. Christianæ disciplinæ se addicunt 714. Apulia potiuntur 743.
 normannorum Ducatus quando cœperit 720.
 nouimagum qua re à Carolo Magno ornatum 700.
 Nubes præcessit filios Israel 92.
 nuceria premitur obsidione 949.
 numa Põpilius vanitatu auctor apud Romanos 48.
 numa Romæ quàm diu regnarit 196.
 numandia obsidetur à Scipione 349.
 numantini belli principium 348.
 numerianus Imp. Cyrillum occidit 496.
 numerus Leuitarum 91.
 numerus filiorum Leui & populi Israel 100.
 nussia capitur à Philippo 904.
 nymbrotus quis 12.

O

OBEDIENTIA 30.
 obitus virorū aliquot maxime clarorū 566.
 oblatio pro ignorantia 87.
 obseruatio sabbati 103.
 obsterices Aegyptiæ mentientes, an & quomodo excusandæ 59.
 Occidentalium in oriente frequentes clades 859.
 occidere quomodo vetitum 103.
 occidere seipsum quàm graue peccatum 447.
 oceanus omnium rerum parens 51.
 ochozie regis nequitia 180.
 octium 26.
 octaua Natiuitatis Mariæ quoties celebranda 942.
 octavianus Romæ quàm diu imperarit 404.
 octoginta hæreticos vno die combustos 912.
 oculos in humeris qui habeant 13.
 oculum Hannibal amittit 313.
 odium inter Iacob & Esau 33.
 odoacer quando peremptus 578.
 officia Leuitarum 91.
 officium de festo Corporis Christi quis composuerit 947.
 Oggerus Dacus Indiam subegit 706.
 Okami professio ac scripta 1003.
 Oleum viduæ multiplicatur 178.
 oleo sacro delinitus Fridericus Romæ 1077.
 olybana quis cur dictus 7.
 olympiadum origo 187.
 olympiacum bellum 281.
 Omnium Sanctorum Festum quomodo celebrandum 710.
 omphale Herculi dominata 49.
 Oniæ laus 326.
 oniæ sacerdotis oratio 359.

Operimenta tabernaculi quot 71.
 opili imperium ac mors 477.
 oraculorum fallitas 58.
 oratio assidua Deo grata 335.
 oratio Moyſis ad Deum 94. & 95. ad populum 67.
 orationis vis 7. 61. 179. 190. 198.
 oratione B. Augustini infirmus sanatur 558.
 oratione superavit inimicos suos Theodosius 562.
 oratores & Poetae sub Augusto qui 415.
 orbis descriptio quomodo ab Augusto facta 418.
 ordo {
 Beatæ Mariæ 810.
 Beluacensis 807.
 Carmelitarum 915.
 Carthulienſis 807.
 Cisterciensis 807.
 Guilielmitarum 900.
 Humiliatorum 899.
 D. Iacobi 606.
 Minorum 915.
 Monialium 915.
 Prædicatorum 915.
 Præmonstratenſis 822. 829.
 Templariorum 607.
 ordines sacri quando & à quo instituti 496.
 ordines sacros per intervalla dandos Syricius Pa-
 pa instituit 535.
 orebitz 1052.
 orientem versus quando ecclesiæ & altaria consti-
 tuta 489.
 origenes quādo natus 473. Plutarchū & alios con-
 vertit 481. Beryllum hereticum convertit 482.
 origenis constantia 476. scripta à qbus dānata 547.
 orofius quando claruerit 542.
 orphanorum secta in Bohemia 1053.
 orpheus quando vixerit 120.
 Os aureum quis cur dictus 547.
 oſea propheta 188.
 ossa Guiberti Antipapæ sacro eiſciuntur 806.
 ossa hereticorum dispersa 900.
 ostrogothi qui 491.
 Otho Bauarus suffocatur 943.
 othocarus rex vxorem nuper ductā repudiat 946.
 ocho de Wittspach quā miserè regem Philippum
 in lecto trucidavit 906. 907.
 otho I. Imperator 729. Papam Iohannem XIII. de-
 fendit 737. moritur 738.
 otho II. Imperator 735. 738.
 otho III. Imperator 739.
 otho III. Imp. 897. succedit Philippo occiso 907.
 excommunicatur 910.
 othonis III. ex Vrbe discessus 910. sœuitia 911.
 othonis Palatini temeritas 840.
 othomannorum origo 994.
 othoniel dux primus Hebræorum 115.
 Ouinius Camillus affectans imperium quā leni-
 ter ab Alexandro Imp. & mirè tractatus 480.
 Oxonia studium literarum quis instituerit 662.
 Ozias reparat Ierusalem 185.

P

PACEM suadet Aeneas 133.
 paduanum studium quando cœperit 935.
 palæstina vbi, & vnde dicta 9.
 palamedes quomodo & vnde occisus 131.
 palatia duò à Carolo vbi extructa 700.
 palisci malitia 44.
 palladis inuenta 36.
 panis propositio quis 84.
 panum genera quot in veteri lege 86.
 pannonia vnde dicta 532.
 pantheon Romæ omnibus Sanctis dicatum 628.
 panthi de bello suscipiendo sententia 125.

papa in Caesarem odius 839.
 papa Fridericus coronatur 838.
 papienſis concilij translatio 1054.
 paphnutius quando vixerit 506. nuptias commen-
 dat 506.
 papyrij adoleſcentuli fidentium insigne 293.
 parcarum nomina tria 51.
 parentes honorandi 103. 716.
 parentum & senum honor 177.
 parentum primorum maledictio 2
 paradisi siue Alexandri mors 133.
 paridi iudicium à tribus deabus commissum 45.
 parisiense studium quando cœperit 677.
 parisiensis scholæ initium 704.
 parlamenti institutio 669.
 parmam cingit & capit Fridericus 937.
 parthorum regni initium 310.
 parthorum rex Tamerlanes 1034.
 paschalis Papa Romam obtinuit relinquit 815.
 paschalis gesta 798.
 pascha quando celebrandum 537. & 538.
 pascha quādo Dominico die celebrari cœperit 474.
 pastorelli à quibus percepti 940.
 patauinam vrberem quis condiderit 138.
 patera ex cranio Chamimundi facta 614.
 pater à filio obſidione preſſus 1005.
 patriæ desiderium 34. amor 351. conseruandæ Au-
 dium 304.
 patriarcha Hierosolymis eligitur 796.
 patris in Baptismo quis inſtruit 468.
 patris contra filium motus 804. edium 805.
 patilini Nolani pietas in reſcriptis 566.
 paulinus Treuitorum Episcopus 517.
 paulus Apostolus cur à gentibus Mercurius dictus
 42. à Festo victus Romam mittitur 433.
 paulus I. Papa 668.
 paulus II. 1095. apoplexia moritur 1098.
 paulus Samosatensis quando condemnatus 491.
 pauor deus qui 54.
 pauperibus succurrendum 102. qui non audent pu-
 blicè mendicare. pecunia ordinatur 897.
 pausanias proditio 261.
 pax in datur Henrico 776.
 pax quando Alexandro Pontifici restituta 856.
 pax vniuersalis sub Callisto composita 819.
 pazaitæ Turcæ clades & seruitus 1034.
 Peccantium poena 180.
 peccati præmium 37. poena 93.
 pecuniæ virtus 351.
 pegafus vnde natus 44.
 pelagius Diaconus mittitur legatus ad Tocilā 597.
 pelagius I. Papa 604. moritur 610.
 pelagius II. 614.
 pelagius Hispaniæ rex Saracenos proſternit 605. ca-
 pit ciuitatem Legionum 606.
 pelagij hæresis quæ 548.
 peleus Thetidem duxit 45.
 pentapolis mare mortuum iam vocatur 27.
 pentapolis vrbes quæ 666.
 peregrinatio ad S. Iacobū quādo in vsu fuerit 606.
 perfectum quid 52.
 periculis munificentia & prudentia 265.
 periurij poena 18.
 perſarum cædes 634.
 perſarum Monarchia quā diu duravit 227.
 persecutio filiorum Seth 4.
 persequutiones Christianorum. vide, Christiano-
 rum persequutio.
 persequutoris Christianorum poena 489.
 perseuerantia bonorum operum 577.
 persens nascitur 43. 44.
 pestilentia Israelitarum 159. Gregorij Magni tem-
 pore

porè quanta fuerit 619. & quomodo sanata 620.
 prima quando fuerit in regno Ca-stellæ 608.
 totam Europam depascit 1099.
 pestis 63. Carolum Lotharingiæ ducem abſumpſit
 1099.
 petitio filiorum Ruben 100.
 petrus {
 Romam pergit 431.
 Litum & Cleuſi Episcopus ordinat 437.
 vbi cum Paulo sit martyrium passus 433.
 vbi primò cathedram tenuerit 791.
 Leoni Pontifici apparet 560.
 petri ad Vincula festum cur institutum 560.
 petri cathedram ascēdit Gregorius VIII. Papa 867.
 petrum Christus in summum delegit Papam 432.
 petrus Drefensis hæreticus 1034.
 petrus Lombardus quando quatuor libros Sen-
 tentiarum composuerit 851.
 petri Eremitæ incommoda 789.
 phantasmata mira vidētur apud Vormatiam 830.
 pharao Israelitis insequitur 67.
 pharaonis somnium 37. cor induratum 65.
 phariseorum superbia 422.
 pharus turris in mari quanta 310. 311.
 philadelphii bibliotheca combusta 393.
 philippus Francorum rex cur excommunicatus 787.
 Iudæos cur regno expulerit 862. vxores quas
 habuerit 863. Flandrensem Comitatum occupat
 864. in Syriam proficiscitur 872. ex Oriente di-
 cedit 874. in lecto quomodo peremptus 906.
 philippus Macedonum rex pater Alexandri Magni
 279. quā clemens fuerit in victis 280. altero
 priuatur oculo 280. Olynthijs bellū infert 281.
 vincit Phocenses 281. Scythas superat 281. vul-
 neratur à Triballis 281.
 philippus Sueuſ Imp. coronatur 897. dolo peri-
 mitur 898.
 philistæorum cædes 142.
 philo Iudæus quando floruerit 438.
 philosophiæ studium quanam impediunt 311.
 philosophi quidā per litem omnia fieri dicunt 52.
 philosphorum de dijs sententia 51.
 philosphorum officium 25.
 phineas succedit Eleazaro 114.
 phocas Imperator eligitur 627.
 phoroneus rex secundus Argiuorum 36.
 Picus rex 118.
 pietas Tiberij 615.
 pietatis colenda exemplum celebre 705.
 pilatus à quo, quando & quò in exiliū missus 429.
 pilatus imagines custodit 426.
 pipinus Francorum rex 664. Venetos bello a Ori-
 tur 697. moritur 699.
 pisani in Saracenos irruunt 817.
 pisani proſessum habent 1039.
 pistrina spelunca destruitur Romæ 536.
 pius I. Pontifex 469.
 pius II. 1085. confirmat Fridericum 1088.
 Placilla regina pauperes visitat 536. 537.
 plagæ decem Aegypti 65.
 platina Adriaticum Papam defendit 844.
 platinae de quibusdam Papis sententia 684.
 plautus quando vixerit 324.
 pleiades vnde dicantur 45.
 plinij in Christianos affectus 466.
 Pluto qui, & vnde natus 42.
 Poena desertorum militum 262.
 poena filij contumacis 103.
 poena fornicationis 99.
 poenitentia Adæ Euzę 3.
 poenitentia malum suscipit 175.
 Poeseos studium non parui faciendunt 563.
 polonia vnde dicta 852.

polycarpus Episcopus ordinatur à Iohanne 469.
 fugit Cerinthum cum Iohanne 470.
 polydorus Troianis videntibus necatur 129.
 pomerani ad fidem conuersi quando 822.
 pompeij pietas 360. triumphus 365.
 pompeius Iudæam bello petit 259. cur Magnus vo-
 catus 373.
 pons Moguntiacus conflagratur 699.
 pontifex Iohannes XIII. ab Othone defensus 737.
 pontifices num duo esse possunt 1022.
 pontifices quot à B. Petri vestigijs degenerarint 723.
 pontificum duorum contentio 736.
 populiensium strages quanta 642.
 populus Israel numeratur 99.
 populi fidelis amor in sacerdotibus, Martyres, Epi-
 scopos 574.
 populi studium in Ecclesijs renouandis 759.
 porphyriani qui 507.
 portenta cur fiant in cælis & in terra 122.
 porus Indorum rex ad Alexandrum scribit 2 95
 vincitur ab Alexandro 296.
 potestas patris in filium 193.
 Præbendarum curiam repudiat Clemens III. 994.
 præceptorum honor 291.
 præceptum de primogenitis 67.
 præcepta varia legis veteris 79.
 præceptorum ordo explicatur 101.
 prædæ æqualis diuisio 99.
 prædestinatorum hæresis quando cœperit 548.
 prædicatio Iohannis Hus interdicta 1039.
 prædicatores Francofurti expulsi 1003.
 præfecti equitum ad militem captum sermo 607.
 prælium Alentannorum cum Clodougo 573.
 prælium Arcturi cum Troilo apud Parisios 582.
 præmonstratenſis ordo à quo & quando institutus
 822. 829.
 prætura sub Augusto quot 416.
 praga obſessa & tandem prodita 988.
 pragæ schola erecta 1016.
 pragam Ladislaus nuptiarum locum accedit 1086.
 pragam venit Sigismundus 1059.
 pragenses Iudæorum domos inuadunt 1032.
 pragensium ecclesia restaurata 1060.
 precatio Moyſis pro victoria Hebræorum 69.
 precum primariorum vsus quando cœperit 974.
 precum sanctorum vis 711.
 prexaspis adulatio 234.
 priantus fortunam suam desit 24. Troiā redit 24.
 priami responsio ad legatos 127.
 primogenita Aegypti percutiuntur 66.
 primogenitorum ius 32.
 primus homo cur in paradiso positus 1.
 principia rerum naturalium quæ 51.
 principum conuentus apud Norimbergam 867.
 apud Oppenheim 773.
 principum est, hæreticorum dolis resistere 714.
 principibus vbi que periculum 284.
 priscillianorum hæresis quæ 539.
 priuilegia Carolo concessa 673.
 priuilegium inuestituræ abrogatum 814.
 priuilegium laiciorum in comitatu Vuirten-
 bergensi 1075.
 probitas apud reges quanta 585.
 problema Nathan 155. Samsonis 140.
 probus Imp. eligitur inuitus 494. Gallos superat
 495.
 processionēs à Salomone institutæ 166.
 processionēs olim quomodo celebratæ 914.
 processus Ioannis XXII. contra Ludouicum 1062.
 procopij Tyranni supplicium ingens 488.
 prodigia bellum Punicum secundum quæ præcef-
 serint 312.

prodigia { Caesaris mortem antegressa 401. secuta 402.
 Michridatis tempore visa 361.
 Sociale bellum secuta 356.
 prodigia visa sub { Ludouico Imp. 708. 713.
 Othone 734. 743.
 Henrico 801. 728. 755.
 Gregorio 628.
 Mancino 349.
 proditoris poena 592. 674.
 profectio ex deserto descriptio 92.
 proletrij qui & vnde dicantur 302.
 prometheus vbi claruit 41.
 prophetarum fallorum technæ 169.
 propheta de Virgine Maria vbi inuenta 675.
 propitiatorium 71.
 proserpina rapitur 44.
 prussia quomodo per ordinē Teutonicorum sub-
 acta & conuersa 810.
 prussia in quatuor Episcopatus diuisa 929.
 prutenis fides Catholica prædicatur 929.
 Psalms quando composuerit Dauid 159. per eccle-
 fias die ac nocte quis cantari iusserit 485.
 pseudopontifex Nicolaus Papa 998.
 Ptolomæus sibi Iudæos subiicit 301.
 ptolomæi bibliotheca quanta 307.
 ptolomæi pugna cum Demetrio 299.
 ptolomæus Energetes vbi & quando regnarit 339.
 ptolomæi Energetis scæuitia, itatura, exilium 346.
 Puella sine cibo triginta vixit annos in diocæsi Le-
 odienfi 974.
 puellarum Babylonicarum venditio qualis 227.
 pueri cuiusdam in Tullifeld pago crus varij gene-
 ris frumenta effudit 830.
 pueri Bethlemitici ab Herode necati 421.
 pueri tres in fornace custodiuntur 214.
 puerorum in Francia mirum quid 914.
 pugna circa Capitolium 278.
 pugna Græcorum & Troianorum 129.
 pugna Henrici Austrij infelix cum Geisâ 825.
 pugna crudelis voluntariè morientium descriptio
 462.
 pugnatōres quinque celestes vbi visi 333.
 pulcheria virginitatem suam seruare conatur 562.
 punicum bellum quàm diu durarit 310.
 punici belli primi semina quæ 309. finis 310.
 punici belli tertij semina 340.
 purgatorij ignis probatio 334.
 purificationis Mariæ festum quando institutum
 597.
 puteos quis inuenerit 114.
 Pygmæi vbi habitent, & quâto tempore viuant 13.
 pygmæorum cum gruibus pugna 13.
 pyrrhus Tarentinorum dux 302.
 pyrrhi gesta 303. laus & victoria 305.
 pythagoras quando vixerit 236.
 pythius quis & vnde dictus 41.
 python serpens 43.

QUADRAGESIMAM beatus Petrus in-
 stituit 432.
 quadragesima dierum infans loquitur 633.
 quadratus Athenarum Episcopus quid boni fece-
 rit 466.
 quadringentorum equitum contra Totilam infi-
 gne facinus 601.
 quadrupes Romæ natus 349.
 questionum grauiorum decisio ad superiores de-
 ferenda 69.
 quando Christus crucifixus & natus 418.
 quatuor preciosæ Caroli Magni tabulæ 641.

quatuor temporum ieiunia quando instituta 479.
 querimonia de morte Cunradini præclara 950.
 quintilianus Romæ quando docuerit 463.
 quintilius Varus vbi à Teutonibus cecidit 413. 953.
 quintilij imperium & interitus 462.
 quinti Fabij Maximi facinus memorabile 345.
 quirinus deus quis 46.
 quirites qui & vnde dicti 193.
 quoties capta Hierosolyma 460.
 quoruplex Arriana hæresis 517.

R

RA B meretrix viros abscondit 110.
 rabanus quis ac quantus vir 710.
 rachel quàm dilecta Iacob 33.
 rachis religionem suscepit 664.
 radagasi Gothorum regis cades 550.
 radbodi factum temerarium 649.
 radicosanum castrum à quo extructum 848.
 rainaldus Archiepiscopus quid Colonensibus con-
 tulerit 845.
 rainaldi milium fortuna mira 850.
 ratione num vtantur Pygmæi 13.
 ratsibona à quo cincta 733.
 rauennæ obsidio 594.
 rauennatum clades 650.
 Rebaptizandi hæretici sint necne 488.
 rebecca cuius filia 31.
 rebecca partus 32.
 refugij vrbes quot 100.
 reges Aegyptij 16.
 regum Francorum mutatio 740.
 regum Hungarorum catalogus 751.
 regum Anglorum genealogia 769.
 regum cupido 901.
 regum quinque fuga 112. eorum electio ac potestas
 104. audacia 294.
 regiones multæ inuentæ 1121.
 regni vnde orti 11.
 regnum { Ludouici }
 { Pipini } 701.
 { Caroli }
 regnum duplex rege orbatum 1088.
 regnum & sacerdotum Iudæorum quâto desierint 407.
 regnum sine pietate & virtute citò labitur 599.
 regularium ordo instituitur 807.
 reguli trigintadoo securi percussu 1029.
 reguli factum 309. constantia 310.
 reipub. Romæ descriptio 191.
 religio Aegyptiorum ridicula 56.
 religio diuina non deferenda 550.
 reliquiæ Sanctorum honorandæ 676. trāsferuntur 538.
 reliquiarum sanctarum custodia 583.
 reliquias Sanctorum ostendit Pōtiffex Gregorius 933.
 religijs Sanctorum Romani occurrunt Friderico 1077.
 responso Rudolphi ad quæstionem cur non profi-
 cisceretur Romam 970.
 resurrectio mortuorum 60.
 Reutlingen obsidione premitur 937.
 Rheni fontes qui 954.
 rheni latitudo apud Moguntiam 700.
 rhodi expugnatio 1102.
 Richardus Angliæ rex Gisforti depopulatur 901.
 richardus Comes quomodo suspensus 875.
 richardus rex Franciæ deligitur 719.
 richardi regis scelus 770.
 risu quis aliquando perierit 307.
 ritus colendi deos à quibus 47.
 rixilla victoria quæ in bello 558.
 Robertus rex Galliæ creatur 741.
 roberti regis misericordia 757.
 robertus rex Apuliæ & Siciliæ 988.

rode.

rodericus militiæ peritus 607.
 rolandus sibi opprimitur 674.
 roma quàm distictulter expugnetur 316. proditur
 ab Ilauris 598 à Saracenis obfessa spoliatur 709.
 & 711. ab Othone cincta premitur 736. capitur à
 Ladislao 1038.
 romæ principium 191. descriptio 191. renouatio
 sub Theodorico 579. mœnia sternuntur 599. se-
 ditio nata 927.
 romam cingit Vitigis 591. capit Totilas 601. Narfes
 602.
 romana ciuitas quomodo diuisa 360. capitur à
 Gothis 551.
 romana sedes nouem mensibus cur vacarit 935.
 romani Imperatores à quo sint Augusti dicti 404.
 romani principes qui & quot 418. & 419.
 romani quando creantur senatores exteros 946.
 quatuor bella simul gessere 316.
 romanorum religio 54. angustia quantæ 315. 316.
 causa num iusta in bello Punico tertio 343.
 romanorum & Iudæorum foedus 336.
 romanis parent Asia, Africa, Europa 415.
 romoaldus Græcos superat 641.
 romulus Quirinus dictus 194.
 romulus & Tatius quàm diu vni regnarint 193.
 romuli Remij natiuitas 187. lites 189.
 rore caelesti pascuntur Antiocheni 793.
 rosimunda vitio & scelera 614.
 rota in vexillo Ecclesiæ Moguntinæ cur depictæ 752.
 rotenburg oppidum destructum renouatur 816.
 Rubigo deus seu dea 54.
 rubri maris transitus 68.
 rudolphi de Naumurio dolus 900.
 rudolphus rex curiam fecit apud Augustam 670.
 rudolphi Imp. laudes 976.
 rudolphus Sueniæ dux eligitur rex 776.
 rudolphus Comes de Habsburg eligitur Imp. & cō-
 firmatur 965. Melchior de Baden persequitur 966.
 ruperus Imp. creatur 1034. Italiam ingreditur 1035.
 quæ gesserit 1036.
 russi quando victi à Græcis 728.
 rusticanarum in Hungaria factionum bella 1064.
 ruth quibus temporibus vixerit 141.

S

SABACHON quorum rex, & quem regem
 vicerit 196.
 Sabbati oblatio 88. obseruatio 88. 103.
 sabellij hæresis 489.
 sabinianus Papa 628.
 sacerdos malus num sacramenta possit administra-
 re & sacrum celebrare 863.
 sacerdotij initium 9. dignitas 509. 536.
 sacerdotum præcepta 83. interitus 149.
 sacerdotibus quis celibatum indixerit 479.
 sacra { Aaronis 82.
 Aegyptiorum 46.
 Cypriorum 46.
 Sueniorum 47.
 Tauricorum 46.
 sacra à Gregorio instituta 627.
 sacre res à quouis non tractandæ 360.
 sacris conuenit Otho rex interesse 738.
 sacrificandi locus 90.
 sacrificium iuge quid 88.
 sacrificium à castis offerendum sacerdotibus 354.
 sacrificia vnde stebant 85.
 sacrificia dijs falsis instituta 42.
 sacrificiorum appellatio, forma, tempus 86. 87. 88.
 sacrilegorum poena 326. 328. 331. 334.
 sagitta in incertum missa perimit Henricū Imp. 937.
 sagnini Turcæ victoria 829.

saguntum capitur 313.
 saladmi decimæ quæ 868. exercitus contra Christia-
 nos 865. humanas Christianis profuit 866. in-
 teritus 874.
 saladinum vincit Baldwinus 860.
 salem quis condiderit 9.
 salica lex vnde dicta 523.
 salustij in Casarem benignitas 396.
 salomonis sapientia, mensura, iudiciū 163. templi de-
 scriptio 164.
 samariæ fames & cibatio 179.
 samarie regni finis 194.
 samaritarum origo 282.
 sannites à Romanis prosternuntur 293.
 samson cur Hercules putatus 118. mille viros occi-
 dit 140. secretum fortitudinis aperit 140. sege-
 tes deuastat 140.
 samuel nascitur 141. moritur 149. suscitatur 150.
 sancta Sophia plures mulieres conuertit 407.
 sanctæ Trinitatis fides verenda 588.
 sanctam terram quâto Christiani perdididerint 975.
 sanctus { Eduardus rex quando vixerit 703.
 Martinus militiam deserit 517.
 Medardus & Childealdus 611.
 Nicasius capite abscisso carmen protulit
 563.
 Nicolaus cur apud Græcos sine mitra E-
 piscopi pingatur 506.
 Priminus Augiam intrat 655.
 Benedicti monasteriū à quo fundatū 718.
 Cunradi miraculum 729.
 Iohannis ordo quando confirmatus 809.
 sanctorum imagines honorandæ 560.
 sangar vno vomere sexcentos occidit 117.
 sanguinea pluuia 713.
 sanguis è panibus fluit 801.
 sanguinis Domini cōsecratio in vase vitreo à quo
 & quando instituta 476.
 sanguinis fons quâto effluerit in vbe Genuensī 728.
 sanguinis fluxus è vestimentis 613.
 sapientes Græci qui quando vixerint 197.
 saraceni { Apuliam depopulantur 726.
 Hispania potiuntur 605.
 Hispania deuastata Galliâ meditantur 906.
 Italiam aggressi, fluctibus obruuntur 711.
 Siciliam vastant 639.
 sardanapalus Assyriorum rex 185. 186.
 sarmatæ vnde orti 11.
 sarmatarum deuitio 411.
 sationum deus quis 53.
 saturni inuidia 42.
 saturnus vnde dictus 52.
 satyrus vbi visus 402.
 saul victus 144.
 saxones quando Britanniam ingressi 473. quando
 Britanni imperare cœperint 559. quando Chri-
 sti fidem acceperint 725.
 saxonum origo & mores 724.
 saxonie duces duo furtim ablati 1097.
 Scala Iacob 33.
 scandala in Ecclesia vnde augeantur 786.
 scandia insulamularum gentium initium 609.
 schisma graue in Rom. Ecclesia quando 759.
 schisma quæ secum dubia trahat 1022.
 schismatum sedatio 907.
 scholam cantorum quis instituerit 628.
 schorndorff oppidum obfessum 1015.
 sciopeda vbinam 13.
 scipio Nasica Carthaginem delendam suadet 341.
 scipionis Africani laus 316. victoria 317.
 sclauī quo victi 714.
 sclauorum origo 624.

scribendimos mirus 263.
 scriptura quando primo illustrata cōmentario 482.
 scythæ vnde orti 11.
 scytharum regnū 14. potētia, origo 491. clades 280.
 scythiæ descriptio 15.
 scythopolitarum beneficia in Iudæos, quid ipsis profuerint 334.
 Seculum hoc cur nō possit durare trigintafex milibus annorum 417.
 secunda ætas mundi 8.
 sedes Episcopalis quando posita Herbipolis, Bambergæ, Erphurdie 658.
 seditio Chore 65. mali aurei 45. ob violatas inducias 592. Romæ ob æ alienum 255. Hierosolymorum triplex 420.
 segor quid sonet 29.
 selecti dii qui 54.
 seleuci regis mors 300.
 sēm generatio 9.
 semeiæ propheta 168.
 semele vnde suprata 43.
 semiramis exercitum conscribit 25. moritur 26.
 semiramidis stola, pulchritudo, astutia 23. gesta 24.
 sempach oppidum cingitur 1014.
 seneca consul à Nerone creatur 434. reipub. curis relicto cupit in ocio viuere 435. vixit egressus philosophiæ vacat 436. venenum haurit 437.
 sennacherib quando regnare cœperit 795.
 seon rex perit 97.
 septem castra vnde dicantur 661.
 septem Dormientes excitati 562.
 septentrionalis plaga cur plures homines producat 609.
 septiciformis Litania cur dicatur 619.
 septuaginta Interpretēs quomodo tractati 307.
 sepulcrum Mausoli 116.
 sepulcra concupiscentiæ quæ 92.
 sepultura celebris 24.
 sepultura consuetudo vetus 212.
 sepultura veterum 40. Adæ Euzæ 3.
 sequentiam de sancto Spiritu quis fecerit 741.
 Sergius { 1 } Papa { 647.
 { 2 } { 710.
 { 3 } { 721.
 { 4 } { 752.
 serpentes igniti 97.
 serui in clerum non recipiendi 554.
 seruius Tullius quando regnarit 215.
 seruij oratio aduersus insidias 217.
 seruiæ bellum quando natum in Sicilia 349.
 seruitus quando cœperit 9.
 sese occidere num sit viri 447.
 seth bonitas & institutio 3. quando defunctus 4.
 seuerinus Papa 636.
 seuerus Imp. quando electus 475.
 texti Pompeij interitus 407.
 Sibyllæ cuiusmodi & quæ 116.
 sibyllini libri 223.
 sicambri gens qualis 384.
 siccitas in æstate maxima 994.
 sichem vrbs expugnatur 120.
 sicilia vnde dicta 116. vnde regni titulum habeat 827.
 siciliæ regnum repetit Cunradinus 948.
 sicilia petit Innocētius Papa 897. vastat Saraceni 624.
 sicilia pelluntur Saraceni 743.
 sicini mordacitas 360.
 siculi ab Henrico VI. capti visu priuantur 876.
 scyoni regni finis 142.
 sidon à Christianis capta 801.
 sigibertus rex ducit vxorem Brunehildem 612. vincitur 631.

sigiberti adhuc infantis mirus baptisus 633.
 sigisimundus Imp. Constantinam venit 1044. Iohanni Hus saluum cōductum donat 1045. Bohemis bellum infert 1053. Romæ coronatur 1055. Basileam venit 1058.
 sigisimundi Imp. laus 1042. congressus cū Iohanne Papa 1043. legati in Bohemiā p̄ficuntur 1052.
 sigisimundus Aultriæ dux excommunicatus 1090.
 signa quæ visa in Alexandri natiuitate 283.
 silentij deus 55.
 siloe fluius qualis 795.
 simia teiū esse dignitatis locū inter animalia 13.
 simonia noui testamenti prima 431.
 simonia deestatio 327.
 simoniacam hēresin se eradicaturum vouit rex Henricus 727.
 simoniaca labe qui reserpsi sint 170.
 simonides poeta quando vixerit 206.
 simon Tridentinus puer mactatur à Iudæis 1099.
 simpliciæ Papæ instituta 569.
 sirenium canus 336.
 sifaræ interitus 118.
 sifinius Papa 650.
 sifulfus Italian infestat 649.
 fixtus { 1 } Papa { 467.
 { 2 } { 489. martyrio coronatur 490.
 { 3 } { 560.
 { 4 } { 1098.
 Socialis belli origo 356.
 socratis humilitas & laus 269.
 sodomorum perditio 29.
 sol & luna solue pugnante consistunt 112.
 soles tres 402.
 solimannus Christianus prefigat 789.
 solis Eclipsis caput humanum ostendit 905. mortem Gregorij præcessit 934.
 solon bellum suadet contra Megareses 63. legislator Atheniensium 197.
 somniorum primus interpretes Ioseph 39.
 sophie ecclesia quando structa 511.
 sophia comitis Vuirtenbergenis filia 1017.
 sophistarum duorum in Hierusalem seditio 423.
 sophoclis victoria ac mors 269.
 sororum odium 409.
 sorores ducere quibus regibus mos 308.
 soter Papa vbi sepultus 471.
 soteris Papæ instituta 470.
 Spartanorum origo 188. virtus bellica 260.
 spiræ cur Bertholdus de Rorbach combustus 1015.
 spiridion quando vixerit 506.
 spiritus maligni visi 713.
 spiritus sanctus num à patre procedat 8:6. quibus maximè offendatur 781.
 spoliatur Laudensis Episcopus 840.
 Stagni mirabilis descriptio 582.
 statura Caroli quæ 703.
 stephanus { 1 } Papa { 488.
 { 2 } { 664.
 { 3 } { 669.
 { 4 } { 706.
 { 5 } { 719.
 { 6 } { 720.
 { 7 } { 728.
 { 8 } { 732.
 { 9 } { 765.
 stephanus quando Vngariæ rex creatus 824.
 Comitis Vuirtenbergenis 1020.
 Duricensium 1071.
 inter Comites Vuirtenbergēs & ciuitates imperiales 1029.
 strages { 1 } Iudæorum 1110.
 { 2 } Lupoldi 1014.

Pari-

Arages { Parisijs præsentē Carolo 1018.
 Romanorum à Rainaldo Coloniēsiū
 Episcopo facta 847.
 Vngarorum 935.
 vtriusque sexus misera 875.
 stuprorum poena 104.
 Duces 960.
 situs & origo 951.
 fertilitas 952.
 Sueniæ { mores 956.
 reges 959.
 religio 957.
 vrbes 953.
 sueuiam deuastat Henricus 779.
 ferocia 412.
 sueuorum { gens qualis 380.
 insidijs quando Augusta capta 786.
 potentia vbi præcipuè extiterit 898.
 Duricensiumque motus 1070.
 sutesium { initium 983. & 984.
 limites 1119.
 superbia ad sedem D. Petri reptauit 840.
 superbiæ præmium quale 357.
 superbi vbi que exosi 733. & 759.
 superborum deiectio & correctio 331.
 supplicationes maiores quando institutæ 620.
 susanna historia non ficta, sed vera 482.
 Syllabas quis coniungere docuerit 121.
 syllæ vita describitur 366. gesta eius 367.
 sylofontis mira fortuna apud Dariū 237.
 sylvanus tyrannus Agrippinæ occiditur 514.
 syluerius Papa 589.
 syluerius an Syluester scribendum 592.
 syluerij Papæ exilium 589.
 syluester I. Papa 503.
 syluester II. 742. 743.
 symbolum post Euangelium quis cantari iusserit 508.
 symmachus quando Papa electus 579.
 symmachi clementia & virtus 580. exilium vbi 585.
 symmachus quando Scripturam transtulerit 476.
 syphax à Scipione vincitur 318.
 syracin perfidia 858.
 syracusanum templū terræmotu cadens quot oppresserit homines 786.
 syria regnum quàm diu durarit 348.
 syriacorum regum post Alexandrum Magnum series 306.
 syri & Assyrii qui syrius Papa 535.
 Sumer vnde dicatur 984.

T

tabernaculum duplex 72. erigitur 77.
 tabulas Moyse confringit 75.
 tacitus Imp. 494.
 tado rex à filio suo necatur 609.
 tagus cuius regni fluius 14.
 talastris Amazonum reginæ mirum quid 295.
 talionis lex 103.
 tamerlanis crudelitas 1035.
 tanais quorum rex & fluius 15.
 tanaquilis reginæ Romanæ industria 216.
 tancredus Siciliam infestat 870.
 tantali fabula 117.
 tantalus vnde susceptus 44. filium coxit, ibid.
 tarentinorum cum Romanis bellum 302.
 tarentum ab Hannone occupatur 316.
 tarpeia arx 192.
 tarquinius Priscus quomodo regnū adeptus 204

tarquinijs Prisci strenuitas 206.
 tarquinius Superbus principatum quando suscepit 222. pellitur 225.
 tarquinijs factum 223.
 tarsus à Christianis obsidetur ac deditur 791.
 tartari quando traxerint initium 920.
 tassillo dux in monasterio pœnitet 675.
 tarij & Romuli mors 93.
 tauricorum sacrificia crudelia 46.
 taxis Hungarorum regis fortuna 733.
 Tegula è recto lapsa moritur Henricus rex 607.
 teias Gallorum rex quomodo sese defendit 603.
 telachus Lacedæmoniorum rex 184.
 telephori Papæ instituta 468.
 telorum copia conspecta quando 800.
 temperantia 19.
 temperantia sacerdotum quanta 83.
 templariorum ordo 607. exterminatur 810. 986.
 templum Dei spoliatur 170. & 184.
 templum muneribus illustratur 316. non violandum 336.
 templi renouatio 182.
 templa gentium ornantur 301.
 templa non prophananda 226.
 templa quando structa 14.
 templorum ædificatio Deo grata 411.
 templorum ministros Salomon ordinat 160.
 templorum ornatus 83.
 templa erigendi desiderium 229.
 temporis huius miseriæ quantæ 782.
 temporis magna calamitas 624.
 tempus ab Adam vsque ad Abraham supputatur 24.
 tempus sacrificiorum 88.
 tenchaterorum cedes 381.
 tentoria pastoralia quis primum munerit 5.
 terentius ob ingenium manumissus 344.
 terræmotus sub Henrico secundo 816.
 terræmotu 170. millia hominum perierunt 348.
 tertullianus quando defecerit 476.
 testium falsorum poena 104.
 teutingen villa exulta 1020.
 tetracha Iudææ 405. 424.
 teutonum in Hierusalem expeditio 876.
 teutobocchus vbi cæsus 353.
 Thaboritæ vnde 1152. clades 1058.
 thales de principijs sententia 51. apophthegmata 197.
 thalmud Iudæorum quid contineat 553.
 thebarum obsessio 120. portæ 17.
 thebanorum victoria 274.
 themistij philosophi pro Christianis liber 530.
 themistoclis industria 260. 261.
 themistocles 239.
 theodati regis eruditio 588. minæ 589.
 theodeberto frater caput amputat 626.
 theodora Iustiniani vxor 591.
 theodoricus Italian petit 578. gesta eius 579.
 theodoricus imperatoris suæ pœnas luit 586.
 theodori Coriarij hæresis 604.
 theodosius Romæ duo scelera aufert 536.
 theodosij humilitas 543. pœnitentia spontè suscepta 544.
 theodosij virtus & laus 562.
 theodosium B. Ambrosius ecclesia cur excluderet 782.
 thessaliæ rex primus quis 36.
 thesaurus Antiochiæ qualis à milite repertus 792. & 793.
 thesaurus mirè repertus à Tiberio 615. 618.
 thesaurus à Ioanne XXII. relictus 999.
 thola iudex 120.

IN IOHANNIS NAVCLERI

thomas Aquinas suis Eucharistiam quoties adm-
ministravit 830.
thomas de Aquino Alberti Magni discipulus 944.
thomas Aquinas in Sanctorum numerum relatus 993.
thomas Cantuariensis Episcopus afficitur marty-
rio 899.
S. Thomae vita probata ab Ecclesia 974.
thorismundus Galliam deaflat 568.
thuregum seu Duregum vnde conditum 951.
thuringiae motus contra Philippum 903.
thymiamatis confectio 74.
Tiara quale ornamentum 76.
tiberius succedit Augusto 425. Christum inter de-
os habet 428.
tiberij patientia 425. in Christianos pietas, & in
eorum aduersarios saevitia 428. auaritia 426.
tiberij II. pietas 615. mors 617.
tiberis seu Tibris fluvius vnde dictus 179.
tiburij ad Papam Caium dictum 498.
ticinum capitur ac diripitur 570.
ticinum occupat Alachis Tyrannus 624.
tigranis regnum 348.
timothei Tyranni mors 333.
timotheum Apostolum Anglis fidem praedicasse
Christi 472.
titan fratres suos carceri mancipat 42.
tutum plangit populus 463.
Tobiae laus 195.
toletum oppugnare parant Saraceni 918.
tolosanum regnum Dagobertus recipit 637.
tomyris regina 231.
tormentorum genera varia quis excogitarit 222.
torquatus vnde 292.
torques aurea qualis Henrico Imp. missa 723.
totilas Romam capit 601. moritur 602.
traconfluvius quantus 603.
traditionum observatio 212.
traianus Imperator 464. Clementem necat 465.
traiani laudes 464.
traiecti cur colloquium Otho rex habuerit 902.
transfigurationis festum vnde institutum 1083.
trebera Treberim seu Treuerim condit 26.
treca in greffis Hunnis quid miri acciderit 564.
trecentis concilij acta 807.
treuerim seu Treuirim quis condiderit 26.
treueris vrbis qua occasione in manus Francorum
venerit 553.
treuirorum contra Sueuos querela 379.
tribunus militum quomodo militem suum regeret
596.
tribunorum plebis origo & autoritas 251.
triburiense concilium 819.
tribuum populi Israelitici numeratio & collocatio
90. 91.
tributa poscit Antiochus à Iudaeis 340.
tridentum quando & cur conditum 581.
trinitatis mysterium non irridendum 580.
trinitatem diuinam qui confessi 519.
tripolitani Comitatus praelio fuga 886.
triptolemus rex 40.
tripudiantium horribile exemplum 752.
tristitia de Balduino morte quanta 850.
triumphus Scipionis 319. Aemilij 332.
trium Miffarum in natali Christi institutor quis 435.
triumviratus Octavij, Lepidi & Antonij 404.
trogi Pompeij de Iudeis narratio qualis 39.
troia Francorum ad Rhenum, nunc vulgo Xanthum 524
troia vnde dicta 118. describitur 124. quando capta
135.
troiana regionis vastatio 122.
troiana vrbis structor quis 117.
troiani belli tempus & initium 122.

troianorum pugna cum Graecis 129.
troilus vnde occisus 132.
trybock instrumentum bellicum quando reperi-
tum 911.
Tucia virgo Vestalis quomodo sese ab incestu li-
beravit 344.
tubal quarum gentium origo 11.
tubarum festum 88. sonus quis quid indicet 92.
tubas argenteas facit Moyfes 92.
tubinga quando obsessa 755.
tubinga obsidet rex Henricus 779.
tubingenfe stadium 1115.
tubingenfis studij tyrocinia 1102.
tullius hetruscus debellat 217.
tullius Hostilius quando regnarit 199.
turca quando ceperit Asiam vastare 667. capit Hi-
erofolyman 753. Antiochiam occupans expel-
litur 784. Christianos equites profernit 817.
Bulgaros infestat 1030. profligatur 1086. impe-
rio se abdicat 1069. Constantinopolim obsidet
1079. iurat vrbis thesaurum se militi suo daturum
1080. in Christi imaginem saevit 1081. 1083. Chri-
stianos occidit 1103. vrbes quot ceperit 1104.
turca irruunt in Croaticam 1111.
turcarum origo & vires 667. 753.
turcia olim qua 10. 994.
turegum, vel Duregum, quid 19.
turres Antiochensium vrbis quot 791.
turullius cur caesus 57.
tusculum miserè dirutum 871.
tutinus quis deus 48.
tuyfcon Germanis quid 19.
tuyfcon nepos Noe quas regiones obtinuerit 19.
Tyrannorum initium 287. quorundam catalogus
497.
tyriorum origo & internecio 287.

V

VACCINAE paganismus 762.
valens quam diu imperavit 529. Daemonem
consultavit 530.
valentis saevitia in Christianos 528.
valentinus Papa 708.
valeriani imperium & miserabilis finis 488. 489.
valliae regis gesta 553.
vandali vnde 11. Africam inuadunt 558. 566. extin-
guuntur 587.
vandalorum origo 548. ad Honorium Imp. episto-
la 553.
vanitas sacrificiorum gentilium 47.
vari Quintilij caedes 413. 687.
varronis de Repub. Romana tristitia 715. de dijs
sententia 54.
vasa, quorum usus in sacrificijs erat 73.
vasa templi quis primum restituerit 237.
vasconia regio qua 553.
Vbi cur reliquis Germanis humaniores 380.
vbiorum descriptio 380.
Vdalricus dux Vuirtenbergensis 1103. 1117.
vdonis episcopi Magdenburgensis exemplum ti-
mendum 753.
Velleris aurei fabula 122.
venditio quomodo instituenda 98.
venedes & Vandali qui 951.
veneticarum insignis facinus & poena 269.
veneticarum vrbis origo 565.
veneti filium Imp. Friderici capiunt 857. quomo-
do Cyprum adepti 1090.
venetorum Dux primus 652. leges 697. in Tyro
capienda studium 820.
venetos suis legibus vti 697.
venetis qua privilegia ab Alexandro III. conce-
sa 857.

VENUS

venus vnde nata 42.
vercingetorigis deditio 385.
verecundia vbi que seruanda 9. 576.
vergiliae stellae qua 45.
veronam accipiunt Veneti 1037.
veronensium perfidia 838.
versiculi quos luit Adrianus in extremis 462.
vesilo Moguntinus episcopus 785.
vespasianus cingit Hierofolyma 445. vrbem ag-
greditur 446. Iosephum iubet custodiri 447.
Agrippae regnum ingreditur 448. imperator sa-
laturat 451. Romae triumphator redit 460. 462.
vestes Iudaeorum 79.
vestes quatuor sacerdotum, cuiuslibet sacerdoti com-
munes 74.
vesui montis ignis quantus 466.
vetranio tyrannus 513.
vicisti Galilae, vicisti, cuius conuicium 482.
victor antipapa 844.
victoria Hebraeorum 69. 143. Saulis 144. Ionathae
145. Davidis 154. Ezechiae per angelum 195. Au-
gusti 413. Comitibus Vuirtenbergensis 1029.
victoria vrbs à Friderico condita 937. solo aqua-
tur 938.
victor

1	} Papa	474. 763. 786. 844.
2		
3		
4		

victorini nummi qui 937.
vicus seu vrbis ligneis muris cinctus 561.
viduarum & pupillarum protectio 102.
vienna se Imperatori dedit 930. à Mathia capitur
1109.
viennae Fridericus Imp. obsessus 1094.
vigilius Papa 591. 594. 604. iubetur capi à Theo-
dora Imperatrice 595.
vini inuentor Noe 9. abstinentia 207. virtus 236.
vina collecta ante vindemias longè 994.
virga Moysi 64. Aaronis 96.
virga qua fuit Maternus excitatus, vbi 432.
virgilius vbi vixerit & expiravit 415.
virginitas K. undegundis miraculo declaratur 755.
virginitatis seruanda exemplum 562. 565.
B. Virgo Spirae salutar D. Bernardum 832.
B. Virginis potestas qua 610. cum Damasceno col-
loquium 540.
virginus filiam suam cur peremerit 268.
virati praedonis scelera qua 344.
viri septuaginta legem interpretantur 307.
virtutis studium 3.
visgotthi qui 491. electo rege terram Romae 550.
vifto Henrici secundi Imp. 752.
vita hominum breuis 60.
vita humana quibus comparetur 402.
vita monastica 899.
vitalianus Papa 641. qua instituitur 643.
vitam viginti annos sine cibo corporali duxit F.
Nicolaus Suitensis 1103.
vitellij imperium atque mors 438.
vitigis rex 590. obsidet Romam 591. Ariminum 592.
S. Viti corpus Pragae defertur 1017.
vitizae regis flagitia in clerum 605. 1777.
vitrum fabricabile à quodam factum 426.
Vlma Augiae maiori à Carolo Magno data 698. ob-
fideatur à Lothario Imp. 823. item à Carolo III.
1020.
vlyffes quo actu ad bellum Troianum adactus 126.
vlyffis nauigatio & mors 136.
Vnguenti sacri descriptio 74.
vndecim millia Virginum quando & vbi caesa
481. 564.

Voluptas permiciofa 186.
vorrigernus rex cuius auxilio turrim struxerit 577.
votum immutabile 87.
vorum soluendum 103.
Vraias Gothorum dux 592. caeditur 596.
vrbanus quis Deus 50.

} vrbanus	1	} Papa	481.
	2		786.
	3		864.
	4		946.
	5		1017.
	6		1022.

vrbs potestas quibus constet 200.
vrbes quas coepit Turca 1104.
vrbes Leuitarum 100. fugitiuorum qua 100.
Viperum in Galliam irruptio 380.
vsura prohibita 102.
Vuas novas post vindemias statim mirè visas 518.
vulcanus à simijs educatus 42.
vulcani ars fabrilis 45.
vulgi sententia à veritate remota 999.
vulgus quousque in templum Salomonis ascen-
derit 165.
Vualdenfium haeresis quomodo sumperit initium
851. errores 1033.
Vuenceslai Caesaris creatio quanti Carolo III.
constiterit 1018. ignavia 1021. depositio 1032.
vuendi qui 624.
vuestfaxones Britanniam infestant 625.
vuestualorum secretum quoddam ac singulare iu-
dicium 873.
Vuiclesi doctrina damnatur 1045.
vuigeburtus dux qualis 725.
vuilbrodus Germaniam conuertit 667.
vuillegisi Moguntini archiepiscopi humilitas 752.
vuiinuli qui sunt 609.
vuirtenbergensis Ducatus erigitur 1114.
vuirtenbergensis Comitatus clades insignis 1020.
vuitikindus Saxo quis 725.
Vxor

} Vxor	Loth in statuam salis versa 29.
	Seneca quam constans in morte fuerit 437. D. Petri martyrio affecta fuit 431.

vxores ducenda quales 105.
vxores num habere debeant sacerdotes 777.
vxores ante sacros ordines ductas seruare num li-
ceat 506.

X

XANTHVS fluvius per medium Troiae de-
currens 124.
Xanthippi victoria 309.
Xenocratis ingenitum quale 294.
xenophontis excellentia 278. Cyropædia 221.
Xerxis copiæ ingentes, fuga, fletus 259.

Z

ZABLON, vrbs diripitur 443.
zacharias Papa 657. respondet Bonifacio
659. scribit eidem 663.
zambri scelus 99.
Zaringensium Ducum ortus 831.
Zelotarum Hierofolymus facinora & in ciues sa-
uitia 448. 449. 450.
zeno Imperator 570.
zenobia regina 490. à quo capta 493.
zephyrini Papae instituta 476.
zeuxis pictor inelytus 269.
Zilchae Hufitae in Catholicos saevitia 1052.
Zopyri insigne facinus 237. mula parit 237.
zoroastes rex natus ridet 23.
zizimi Turca captivitas & interitus 1105. 1112.
zofimi Papae instituta 554.

FINIS INDICIS.

AD

thomas Aquinas suis Eucharistiam quoties ad-
ministravit 830.
thomas de Aquino Alberti Magni discipulus 944.
thomas Aquinas in Sanctorum numerum relatus 993.
thomas Cantuariensis Episcopus afficitur marty-
rio 899.
S. Thomae vita probata ab Ecclesia 974.
thorismundus Galliam deualtat 568.
thuregum seu Duregum vnde conditum 951.
thuringiae motus contra Philippum 903.
thymiamatis confectio 74.
Tiara quale ornamentum 76.
tiberius succedit Augusto 425. Christum inter de-
os habet 428.
tiberij patientia 425. in Christianos pietas, & in
eorum aduersarios sauitia 428. auaritia 426.
tiberij II. pietas 615. mors 617.
tiberis seu Tiberis fluius vnde dictus 179.
tiburij ad Papam Caium dictum 498.
ticinum capitur ac diripitur 570.
ticinum occupat Alachis Tyrannus 624.
tigranis regnum 348.
timothei Tyranni mors 333.
timotheum Apostolum Anglis fidem praedicasse
Christi 472.
titan fratres suos carceri mancipat 42.
titum plangit populus 463.
Tobiae laus 195.
tolerum oppugnare parant Saraceni 918.
tolosanum regnum Dagobertus recipit 637.
tomyris regina 231.
tormentorum genera varia quis excogitarit 222.
torquatus vnde 292.
torques aurea qualis Henrico Imp. missa 723.
tocilas Romam capit 601. moritur 602.
traconfluus quantus 603.
traditionum obseruatio 212.
traianus Imperator 464. Clementem necat 465.
traiani laudes 464.
traiecti cur colloquium Otho rex habuerit 902.
transfigurationis festum vnde institutum 1083.
trebeta Treberim seu Treuerim condit 26.
treca in ingressu Hunnis quid miri acciderit 564.
trecentis concilij acta 807.
treuerim seu Treuerim quis condiderit 26.
treueris vrbs qua occasione in manus Francorum
uenerit 553.
treuerorum contra Sueuos querela 379.
tribunus militum quomodo militem suum regeret
596.
tribunorum plebis origo & auctoritas 251.
triburiense concilium 819.
tribuum populi Israelitici numeratio & collocatio
90. 91.
tributa poscit Antiochus a Iudaeis 340.
tridentum quando & cur conditum 581.
trinitatis mysterium non irridendum 580.
trinitatem diuinam qui confelli 519.
tripolitani Comitis de praelio fuga 886.
tripolemus rex 40.
tripudantium horribile exemplum 752.
tristitia de Balduini morte quanta 850.
triumphus Scipionis 319. Aemilij 332.
trium Missarum in natali Christi institutor quis 435.
triumuiratus Octauij, Lepidi & Antonij 404.
trogii Pompeij de Iudaeis narratio qualis 39.
troia Francorum ad Rhenum, nunc vulgo Xanthum 524
troia vnde dicta 118. describitur 124. quando capta
135.
troianae regionis vastatio 122.
troianae vrbs structor quis 117.
troiani belli tempus & initium 122.

troianorum pugna cum Graecis 129.
troilus vnde occisus 132.
trybock instrumentum bellicum quando repertum 911.
Tucia virgo Vestalis quomodo sese ab incestu li-
berarit 344.
tubal quarum gentium origo 11.
tubarum festum 88. sonus quis quid indicet 92.
tubas argenteas facit Moyses 92.
tubinga quando obsessa 755.
tubingam obsidet rex Henricus 779.
tubingense studium 1115.
tubingensis studij tyrocinia 1102.
tullius hetruscus debellat 217.
tullus Hostilius quando regnarit 199.
turca quando cepit Asiam vastare 667. capit Hi-
erolimam 753. Antiochiam occupans expel-
litur 784. Christianos equites prostermit 817.
Bulgaros infestat 1030. profigatur 1066. impe-
rio se abdicat 1069. Constantinopolim obsidet
1079. iurat vrbs thesaurum se militi suo daturum
1080. in Christi imaginem sauit 1081. 1083. Chri-
stianos occidit 1103. vrbes quot cepit 1104.
turcae irruunt in Crociam 1111.
turcarum origo & vires 667. 753.
turcia olim quae 10. 994.
turegum, vel Duregum, quid 19.
turres Antiochiae vrbs quot 791.
turullius cur caesus 57.
tusculum murem dirutum 871.
tutinus quis deus 48.
tuycon Germanis quid 19.
tuycon nepos Noe quas regiones obtinuerit 19.
Tyrannorum initium 287. quorundam catalogus
497.
tyriorum origo & internecio 287.

V

VACCHAE paganismus 762.
valens quam diu imperarit 529. Daemonem
consuluit 530.
valentis sauitia in Christianos 528.
valentinus Papa 708.
valeriani imperium & miserabilis finis 488. 489.
vailia regis gesta 553.
vandali vnde 11. Africam inuadunt 558. 566. extin-
guuntur 587.
vandalorum origo 548. ad Honorium Imp. episto-
la 553.
vanitas sacrificiorum gentilium 47.
vari Quintilij caedes 413. 687.
varronis de Repub. Romana tristitia 715. de dijs
sententia 54.
vasa, quorum usus in sacrificijs erat 73.
vasa templi quis primum restituerit 237.
vasconia regio quae 553.
Vbi cur reliquis Germanis humaniores 380.
vbiorum descriptio 380.
Vdalricus dux Vuirtenbergenis 1103. 1117.
vdonis episcopi Magdenburgenis exemplum ti-
mendum 753.
Velleris aurei fabula 122.
venditio quomodo instituenda 98.
venedes & Vandali qui 951.
veneticarum insignis facinus & poena 269.
veneticarum vrbs origo 565.
veneri filium Imp. Frederici capiunt 857. quomo-
do Cyprum adepti 1090.
venetorum Dux primus 652. leges 697. in Tyro
capienda studium 820.
venetos suis legibus vii 697.
venetis quae privilegia ab Alexandro III. conce-
sa 857.

VENUS

venus vnde nata 42.
vercingetorigis deditio 385.
verecundia vbi que seruanda 9. 576.
vergiliae stellae quae 45.
veronam accipiunt Veneti 1037.
veronensium perfidia 838.
versiculi quos Iulius Adrianus in extremis 468.
vesti Moguntinus episcopus 785.
vespasianus cingit Hierosolimam 445. vrbs ag-
greditur 446. Iosephum iubet custodiri 447.
Agrippa regnum ingreditur 448. imperator sa-
latur 451. Romae triumphator redit 460. 462.
vestes Iudaeorum 79.
vestes quatuor sacerdotum, cuiuslibet sacerdoti com-
munes 74.
vestiui montis ignis quantus 466.
vetranio tyrannus 513.
Vicisti Galilae, vicisti, cuius conuicium 482.
victor anti papa 844.
victoria Hebraeorum 69. 143. Saulis 144. Ionathae
145. Dauidis 154. Ezechiae per angelum 195. Au-
gusti 413. Comitum Vuirtenbergenis 1029.
victoria vrbs à Friderico condita 937. solo aqua-
tur 938.
victor

1	} Papa	474. 763. 786. 844.
2		
3		
4		

victorini nummi qui 937.
vicus seu vrbs ligneis muris cinctus 561.
viduarum & pupillorum protectio 102.
vienna se Imperatori dedit 930. à Matthia capitur
1109.
viennae Fridericus Imp. obsessus 1094.
vigilius Papa 591. 594. 604. iubetur capi à Theo-
dora Imperatrice 595.
vini inuentor Noe 9. abstinentia 207. virtus 236.
vina collecta ante vendemias longè 994.
virga Moysi 64. Aaronis 96.
virga qua fuit Maternus excitatus, vbi 432.
virgilius vbi vixerit & expiravit 415.
virginitas Kundegundis miraculo declaratur 755.
virginitatis seruanda exemplum 562. 565.
B. Virgo Spirae salutar D. Bernardum 832.
B. Virginis potestas quae 610. cum Damasceno col-
loquium 540.
virginus filiam suam cur peremerit 268.
virati praedonis scelera quae 344.
viri septuaginta legem interpretantur 307.
virtutis studium 3.
visigothi qui 491. electo rege terrent Romam 550.
visio Henrici secundi Imp. 752.
vita hominum breuis 60.
vita humana quibus comparatur 402.
vita monastica 899.
vitalianus Papa 641. quae instituerit 643.
vitam viginti annos sine cibo corporali duxit F.
Nicolaus Sutenensis 1103.
vitellij imperium atque mors 438.
vitigis rex 590. obsidet Romam 591. Ariminum 592.
S. Viti corpus Pragae defertur 1017.
vitiza regis flagitia in clerum 605.
vitrum fabricabile à quodam factum 426.
Vlma Augiae maiori à Carolo Magno data 698. ob-
sideri à Lothario Imp. 823. item à Carolo III.
1020.
vlysses quo actu ad bellum Troianum adactus 126.
vlyssis nauigatio & mors 136.
Vnguenti sacri descriptio 74.
vndecim millia Virginum quando & vbi caesa
481. 564.

Voluptas perniciosa 186.
vorigernus rex cuius auxilio turrim struxerit 559.
votum immutabile 87.
votum soluendum 103.
Vraias Gothorum dux 592. caeditur 596.
vrbanus quis Deus 50.

vrbanus	}	Papa	481.
			786.
			864.
			946.
			1017.
			1022.

vrbs potestas quibus confert 200.
vrbes quas cepit Turca 1104.
vrbes Leuitarum 100. fugitiuorum quae 100.
Vrsipem in Galliam irruptio 380.
vrsura prohibita 102.
Vuas nouas post vendemias statim mirè visas 518.
vulcanus à simijs educatus 42.
vulcani ars fabrilis 45.
vulgi sententia à veritate remota 999.
vulgus quousque in templum Salomonis ascen-
derit 165.
Vualdensium haeresis quomodo sumpserit initium
851. errores 1033.
Vuenceslai Caesaris creatio quanti Carolo IIII.
confiterit 1018. ignauius 1021. depositio 1032.
vutendi qui 624.
vuestolaxones Britanniam infestant 625.
vuestualorum secretum quoddam ac singulare iu-
dicium 673.
Vuiclesi doctrina damnatur 1045.
vuigeburtus dux qualis 725.
vuilbrodus Germaniam conuertit 667.
vuillegisi Moguntini archiepiscopi humilitas 752.
vuiulii qui sint 609.
vuirtenbergenis Ducatus erigitur 1114.
vuirtenbergenis Comitum clades insignis 1020.
vuitkindus Saxo quis 725.
Vxor

} Lothum statuam salis versa 29.

D. Petri martyrio affecta fuit 431.
vxores ducenda quales 105.
vxores num habere debeant sacerdotes 777.
vxores ante sacros ordines ductas seruare num li-
ceat 506.

X

XANTHVS fluius per medium Troiae de-
currens 124.
Xanthippi victoria 309.
Xenocratis ingenium quale 294.
xenophontis excellentia 278. Cyropædia 221.
xerxis copiae ingentes, fuga, fletus 259.

Z

ZACHARIAS vrbs diripitur 443.
zacharias Papa 657. respondet Bonifacio
659. scribit eidem 663.
zambri scelus 99.
Zaringensium Ducum ortus 831.
Zelotarum Hierosolymus facinora & in ciues sa-
uitia 448. 449. 450.
zeno Imperator 570.
zenobia regina 490. à quo capta 493.
zephyrii Papa instituta 476.
zeuxis pictor in clytus 269.
Zulchae Hussita in Catholicos sauitia 1052.
Zopyri insigne facinus 237. mula parit 237.
zoroastes rex natus ridet 23.
zizimi Turcae captiuitas & interitus 1105. 1112.
zofimi Papa instituta 554.

FINIS INDICIS.

AD

AD OMNES MEMORIAE VETERIS STUDIOSES, CARMEN

ἠσαπέτητος ἂν Gerardo Michael Venradio
παραγγίλιος conscriptum.

SI Cyrraea petens Musarum limina Pubes,
Ac veneranda legens castae monumenta Mimeruae,
Noscere sit cordi, fortes quae praelia Reges
Fortiter egerunt, quoties a culmine Fanos
Et Bellona tulit, flatu quotiescunque secundo
Glandibus igniferis concussit machina muros;

En memori pelagus conscendas mente profundum.

Nam quod vela trahit Zephyrus tua gurgite saeuus,

Non fluctus oberunt tumidi, non Pontia fallax.

Magna viri virtus animo, qui nauigat aequor,

Mercibus instructus Siculis, et melle Sabaeo,

Quae tibi selegit Calabris immista medelis,

Pharmacopola velut, quaerens diapasnataruri,

Ne gelidus toto dimanans corpore sudor,

Polluat illesos artus, sine labe micantes:

Sic Nauclerus habet flores et aromata pulchros,

Vt quoties tristi languescunt corpora morbo,

Hinc capias stomacho sapiunt quae fercula grato.

Nam res gesta metum tollit, minuitque labores,

Gurgite curarum pressis solatia praebet,

Indoctis lucem, Doctis sua praemia multis:

Seruat iura, forum, plebes, Regesque gubernat:

Tempora narrando fallit, si tendere quoquam

Fortè velit, quando socijs fera praelia dicit,

Magnus Alexander gessit quae fortiter olim,

Ac aciem struxit quoties Trinacria pubes.

Tu canos etiam reficis, tu tristia tollis,

Tu caput innectis fertis, tu flore capillos

Circundas, celebri tu corpora cingis amictu,

Denique tu vitæ speculum splendore coruscans,

In quod turma reses roseos torqueret ocellos,

Ferre patens cuperet, si quando nomen ab orbe.

Isocrates ideo monuit nos inclutus omnes,

Defixis oculis primorum stringere facta,

Rectius vt tandem quae sunt ventura feramus.

Sed quid plura canam? nunquid nos pagina sacra

Instruit historyjs? Cleophas incensus amore

Aetherae flamma, Diuumque hominumque Satori

Impia praecise retulit qui praelia gentis.

Sic


Sic Samaritis erat mulier dilecta Tonanti,
Vna cum posita narraret, quae sibi Christus
Dixerat ad puteum residens sudore grauatus.
Sic Christi proceres fama super aethera noti
Fecerunt, alacres Thomae cum verba referrent,
Vidimus astriferum caeli terraeque parentem.
Ac ideo senos petijt Sallustius Afros,
Lumine perspicuus vrbes, et multa pererrans,
Disceret vt praesens, absens quae fama canebat.
Sic pater Augustus superat qui saxa Timani,
Sollicito repetens annales pectore longos,
Plurima signauit scriptis, quae tradidit vrbis.
Consulibus, populum possent quo flectere durum.
Non iam Musa canit Lucullifaceta potentis,
Cum lustrans Asiam res gestas disceret, atque
Marte satus regeret, Zephyro spirante phaselum.
Quid reliquos memoret primates, sudor, amorque
Historiae, magnis quos caelo laudibus aequat?

Nos auibus faustis horum vestigia Patrum
Sectemur, subitoque gradu tangamus eosdem,
Qui tempus triuere suum praecleara legendo
Gesta ducum, celeres studium miremur auitum,
Mentis Apollinae praeses, studiosa Iuuentus.
Euigilemus io summis cognoscere curis
Tempora, quae volucris praecurrunt alite nostra,
Ne tua prora tremens iactetur ad omnia ventis,
Ac taceas quando fundes e pectore voces,
Vt puer imberbis, lacrymis cum lumina miscet.
Mercibus instructus vetat hoc pietate, decore,
Consilio, nauoque carens Nauclerus iniquo.
Hic scopus Authoris, mens haec et prona voluntas,
Quilibet vt melius vitas voluendo videbit.
Liuius hoc, Xenophon, Iustinus, Platina, Moyses
Largiter atque manu plena scripsisse feruntur,
Strictius exponit, praelibans optima nobis,
Ne quoque nostra ratis forsan tremefacta procellis
In mare tam vastum turbetur littore praereps,
Contigit vt quondam Palinuro saepe vocanti
Nequicquam socios lacerat a puppe vebentes.
Quin igitur cuncti pandamus carbasa vento,
Multifono cursu tranantes aequora, surdo,
Mercibus vt gratis nota aduertamus arenae,
Ac animos tandem soluamus turbine fluctus,
Quos nimio Siren deduxit subdola cantu.

LIBRI

LIBRI SIMVLAC HISTORIARVM
PROSOPOPOEIA AB EODEM.

ME sine non poterit Musarum sacra corona
Altius ad rutilos tollere labra polos.
Nam mea forma tenet flores speciosa virentes,
Qui se diffundunt clara per ora virum.
Quin artes lustrant Phœbea lampade septem
Ac Sophiam decorant cingula nostra tuam.
Nominem celebrat rerum Natura creatrix,
Me Medicina colit Pontica laude Deam.
Me lex iustitiam repetens veneratur abactam,
Me decus Aonidum tollit, amatque, timet.
Me Cræsus, miseri, miles, durusque Colonus,
Suspicit, exoptat, cantat, ad astra vebit.
Quilibet idcirco tenebras dispellat inertes,
Sollicita manu me terat, atque Vale.



CHRO

CHRONOGRAPHIA
AB EXORDIO MVNDI VSQVE IN
præsentem diem, per Generationes veluti
capita aut libros partita.

GENERATIO PRIMA

Capit sexta die ab exordio mundi in Adam protoplasto. Hæc est ætas prima seculi, & ad diluuium
vsque perdurat. Continet autem annos iuxta Hebraicam veritatem, mille sexcentos quinquaginta-
sex: secundum Septuaginta verò interpretes, Isidorum & Bedam, & alios quàm plurimos,
bis mille ducentos quadraginta duos: Generationes autem decem, secundum
veramque editionem. Quæ vsque ad octo animas vniuersali diluui-
o est deleta. His itaque prælibatis, in Dei nomi-
ne exordiar.



REATOR omnium ante tempora æternaliter existens,
per suam omnipotentiam, voluntatem & bonitatem ini-
tuo temporis creauit cælum & terram, id est, spirituales
corporalesque naturam, & omnia quæ ad ornatum eo-
rum pertinent, Solem, Lunam & stellas, ac quicquid cæli
ambitu continetur. Consummatoque mundo, animalia
varij generis, dissimilibus formis & magna & minora vt fi-
erent, imperauit. Ex quorum foetibus & aer & terra & ma-
ria completa sunt: deditque his omnibus generatim De-
us alimeta de terra, vt vsui esse hominibus futuris possint,
alia nimirum ad cibos, alia verò ad vestimentum: quæ au-
tem magnarum virium sunt, vt in colenda terra iuuarent. vnde dicta sunt iumenta.

Postremò, omnibus mirabili discretionem compositis, simulacrum sensibile atque in-
telligens, quo nihil potest esse perfectius, hominem, sexto die figurauit ex limo terræ.
Vnde homo nuncupatus est, quòd sit factus ex humo. Inspirauitque in faciem eius spi-
ritum vitæ, & factus est continuò homo in animam viuentem. De hac hominis fi-
gura Poetæ quoque, quanuis corruptè, tamen non aliter tradiderunt. Namque ho-
minem de limo à Prometheo factum esse dixerunt. Res eos non fefellit, sed nomen ar-
tificis. Nullas enim literas veritatis attigerant. Sed quæ Prophetarum vaticinio tradi-
ta, in sacrario Dei continebantur, ea de fabulis & obscura opinione collecta compre-
henderunt. Plantauerat autè Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, tu-
litque hominem ac posuit in paradysum, vt operaretur & custodiret illam, præcepitque
ei, dicens: De omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne co-
medas. In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Et adductis vniuer-
sis animantibus ad Adam, vt videret quid vocaret ea, (omne enim quod vocauit Adam
animæ viuentis, ipsum est nomen eius) appellauit Adam nominibus suis cuncta ani-
mantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ. Adæ verò non inueniebatur
adiutor similis eius. dixitque Deus: Non est bonum, hominem esse solum: faciamus
ei adiutorium simile sibi. Immisit ergo Deus soporè in Adam, cumque obdormisset,
tulit vnã de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus co-
stam quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Qua visa, dixit
Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago,
quia de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & ad-
hærebit vxori suæ, eruntque duo in carne vna. Benedixit autem illis Dominus, & ait:
Crescite & multiplicamini, & replete terram, ac subijcite eam, & dominamini pisci-
bus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram.

Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor, & non erubescabant. Tum crimina-
tor ille diabolus, qui per superbiam nuper ceciderat, inuidens operibus Dei, omnes
fallacias & calliditates suas ad decipiendum hominem intendit, vt ei adimeret im-
mortalitatem. Et primò mulierem in specie serpentis aggressus: Cur, inquit, præcep-
it vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradysi? Cui respondit mulier: De
fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu verò ligni quod est in me-
dio paradysi, præcepit nobis Deus ne comederemus, ne fortè moriamur. Dixitque
serpens: Nequaquam moriemini, scit enim Deus quòd in quacunque die comederi-
tis

Homo pri-
mus Adam.

Poetarum de
primo ho-
mine tradi-
tio.

Eua.

Serpens.

A

tis

ris ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Videñs itaque mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, & ad spec- tu delectabile: tulit de fructu illius, & comedit. Deditque viro suo, qui comedit. & aperti sunt oculi eorum. Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Cumque audissent vocem Domini deambulantis in pa- radiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius. Vocauitque Domi- nus Deus Adam, & dixit: Adam, vbi es? Qui ait: Vocem tuã audiui, & abscondi me, eo quòd nudus essem. Cui Dominus: Quis indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Muli- er quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi. Et ma- ledixit Dominus serpenti. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas: in do- lore paries filios, & sub viri potestate eris. Adæ verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de vetito, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germina- bit tibi: quum operatus fueris eam, non dabit fructus suos: In sudore vultus tui ves- ceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Et vocauit Adam no- men vxoris Euam, eo quòd mater esset cunctorum viuentium. Fecitque illis Domi- nus tunicas pelliceas, eiecitque de paradiso, dicens: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et eiecit illis, collocauit ante parad- isum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Proiecti autem primi parentes in exilium, recurrunt ad humanum solatium, virgines de paradiso egressi. Postquam verò cognouit Adam vxorem suam Euam, anno quoque vitæ eorum quinto decimo, natus est Cain & soror eius Calma- na, gemini. Cain autem agrorum cultor fuisse perhibetur, cupidissimus quidem ac in- iuidia plenus, nec non alienæ felicitatis impatientissimus. Hic duxit sororem suam Cal- manam, vxorem: quod propter raritatem hominum (vt Augustinus inquit) quanto antiquius, compellente necessitate: tanto postmodum factum est damnabilius, reli- gione prohibente. Deinde post alios quindecim annos natus est Abel & Delbora so- ror eius. Abel autem, quem iustum & sanctum sacra commemorant euangelia, ab in- eunte ætate iustitiam colere & Deum timere didicit, & in omnibus suis operibus Do- minum adesse sibi putauit. Virtutibus incumbibat, cuius conuersatio pastoralis erat. Creditur autem Adam, qui & prophetiæ dono florebat, docuisse decimas ac primiti- as offerre Deo vel sacrificia. Habuit enim scientiam omnium quæ naturaliter sciri pos- sunt. Verùm diuersis studijs iactabatur Cain & Abel. Post multos autem dies obtu- lerunt Deo munera: Cain quidem de culturæ germinationibus obtulerat fructum, Abel autem lac & primogenita gregum suorum. Et quoniam vita eius & intentio Deo placuit, ipsius Abel oblatio Deo grata fuit, non autem oblatio Cain. Quod ma- nifestum est in hoc: Inflammavit enim Deus super sacrificium Abel, non autem sic su- per Cain. Descendit enim ignis de cælo, & incendit sacrificium Abel, non autem Cai- in. Quapropter indignatus est Cain, quòd Abel fuisset sibi à Deo prælatus. Ideo incre- pauit illum Dominus, & ait: Quare concidit vultus tuus? Nõne si benè egeris, reci- pias præmium? Sin autem malè, statim præ foribus peccatum tuum aderit. Sed tamen quia liberi es arbitrij, sub te (id est, in potestate tua) erit appetitus eius, (id est, peccati) & tu dominaberis illius, si voles. Inuidens autem Cain fratri suo, dixit ad eum: Egred- diamur foras in agrum. Et tunc cõsurrexit aduersus eum, & interfecit. Et dixit Domi- nus ad eum: Vbi est Abel frater tuus? Cain hæsitante, nec habente quid responderet. Et quum Dominus vehementer instaret, indignatus ille, ait: Nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitque Deus: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris, vagus & profugus eris super terram. Dixitq; Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Omnis qui in- ueniet me, occidet me. Dixitque ei Deus: Nequaquam ita fiet. sed omnis qui occide- rit Cain, septuplũ punietur. Alia translatio habet: Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Et posuit Deus signum in Cain tremorem capitis. Tunc egressus à facie Domini, habitauit ad plagam orientalem Eden, id est, deliciarum terram versùs. Eoque loci humano genere multiplicato, pro incremento mali suos familiares ad Ja- trocinia inuitas, opes (vt Iosephus in primo ait) ex latrocinijs & rapinis nõnullas con- gregauit. Et suorum doctor in his studijs extitit. Ibiq; hominũ simplicitatem ex in-

Eiectio ho- minis de pa- radiso.

Cain nasci- tur & Cal- mana.

Abel & Del- bora. Matth. 23.

Homicidij primum. Cain fratri- cida.

Gen. 4.

CHRONOGRAPHIAE. GENERATIO I. & II.

uentione ponderum & mensurarum permutauit, eosque in calliditatem & corrupti- onem perduxit. ibidem quoque terræ terminos primus posuit, ciuitatemque consti- tuit, & ab filio suo Enoch Enochiam appellauit, eamque muris cinxit, & illuc suos omnes venire coegit, Genes. 4. Homines enim antea tanquam inermes & nudi erant. Nec contra homines aut bestias tuti, nec receptacula contra frigus seu æstum habentes, sibi naturali quadam solertia receptacula excogitauerunt. Vnde & tuguria quædam atque casae sibi fabricantes ex virgulis & arundinibus construxerunt, quibus eorum vi- ta tutior haberetur. Itaque in his duobus primis filijs Adæ, ortum habuerunt duæ ciuitates, quas (vt ait Augustinus) fecerunt amores duo. Terrenam fecit, amor sui vsque ad contemptum Dei: Cælestem fecit, amor Dei vsque ad contemptum sui: de- nique illa in seipsa, hæc in Domino gloriatur: ad illam pertinet Cain, qui primò na- tus est, & ciuitatem condidit: ad istam pertinet Abel, qui secundò natus est, & tan- quam peregrinus hic conuersatus. Cælestem ciuitatem primus condidit, & pro ius- titia martyr est effectus. Inchoauitque Ecclesiam, quia in gratia & in scientia Dei per- mansit. Si enim ab Adam inchoata fuisset, non foret continua, sed discontinuata per lapsum eius, & ita à peccatore incepta. Adam itaque & Eua primi omnium paren- tes, triginta super nongentos vixerunt annos: & præter Cain, Abel & Seth (vt ait Augustinus de ciuit. Dei) cum sororibus suis, quas scriptura commemorat, triginta alios genuerunt filios. Sed Methodius martyr illum centum genuisse refert. Hic au- tem Adam vnà cum vxore, propter inobedienciæ reatum, maximam cunctis diebus vitæ suæ fecerunt penitentiam. Quamobrem non modò Dei misericordiam conse- quuti sunt, sed etiam prophetiæ donum accipere meruerunt. Vnde & de Christi Ec- clesiæque coniunctione, deque diluuiio futuro, & de incendio per ignem iudicij, præ- dixere multa, liberisque suis ac nepotibus retulere, quibus & iustitiæ præcepta tradi- derunt. Demum infirmitate correptus Adam, Seth filio atque alijs filijs & successori- bus suis interdixit, ne eius filij cum Cain fratricidæ filijs commiserentur. Illum quo- que pro oleo misericordiæ impetrando, ad paradysum transmisit. Tandem anno 930. in senectute bona deficiens, in Ebron ciuitate * Arabiæ sepulcro marmoreo (vt Ege- sippus scribit) sepelitur: in quo postmodum & Eua vxor sua, Abraham & Sara, Isaac & Iacob cum eorum coniugibus sepulti perhibentur. Alij autem in monte Caluariz Adam esse sepultũ volunt, quo in loco (vt scribit beatus Ambrosius) Dominus postea crucifixus est. Ea ex causa apud pictores inoleuit, caput Adæ ad crucifixi pedes de- pingi.

Ciuitas pri- ma Enochia siue Enoch.

Ciuitates duæ. Ciuitas re- proborum. Ciuitas bo- norum.

Ecclesia.

Adæ & Eua generaue- runt plures.

Adæ & Euz penitentia

Adam pro- phetiæ do- num habuit.

Adam mo- ritur. Arabiz

GENERATIO SECVNDA.

Secundum Hebræos, Adam cum esset annorum 130. genuit Seth.

ANNO 230. ab exordio mundi, in Seth filio Adæ incepit per lineam Christi, secun- da generatio. Adam enim, qui primus de terra factus est, Abel extincto, Cain ve- rò propter necem eius fugato, post luctum centum annorum de procreatione filio- rum cogitabat, vt scribit Iosephus, genuitque Seth inter alios filios plurimos. Qui Seth benè moratus, & à pueritia benè institutus, & perueniens ad ætatem, qua iam posset ea quæ bona sunt discernere, studuit virtuti. Et quum fuisset vir egregius, imita- tores sui filios reliquit. Qui omnes quum boni fuissent orti, in eadem terra sine vexa- tione viuentes, felicissimè commorati sunt, nihilque eis vsque ad vitæ terminum cru- dele euenit. Disciplinam verò cælestium rerum & ornatum eorum primitus inue- nerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus, quæ ab eis inuenta fuerunt, aut antequam peruenirent ad cognitionem, deperirent: quum prædixisset Adam exterminatio- nem omnium rerum, vnã ignis virtute, alteram aquarum vi ac multitudine ventu- ram, duas fecerunt columnas: alteram ex lateribus, alteram ex lapidibus: amb- busque inuenta descripserunt, vt etiam constructa ex lateribus, exterminaretur ab im- bribus, saltem lapidea permanens, præberet hominibus scripta cognoscere. Vnde la- pidea permanet hætenus in terra Syriæ. Ex hoc habetur, exordium literarum ab ipso primo homine coepisse, qui adhuc supererat, quando filij eius in sapientiæ stu- dio feruebant. Et isti quidem septem generationibus permanserunt, Deum iudi- cantes Dominum esse omnium, & ad virtutem semper respicientes. Ideo specialiter dicuntur generationes Adæ, vt in illa deducatur Christi Saluatoris nostri linea. Seth verò Adæ filius, & ipse quinto supra ducentesimum vitæ suæ anno genuit Enos: dehinc superuixit annos septingentos & septem, & alios genuit filios & filias.

Seth quoro Adæ anno genitus.

Seth bonus.

De duabus columnis.

Literarum exordium.

IOH. NAVCLERI VOLVMEN PRIMVM

⁴ Seth genuit Enos. Et quum vixisset nongentos & duodecim annos, defunctus est. Hic Seth resurrectio interpretatur: quia in eo semen iustum resuscitatum est, stirps filiorum Dei. Et patris sui Adæ imperium, dum viueret, semper exequutus est. Vnde antequam moritur, cognationem suam à Cain cognatione omnino separauit.

GENERATIO TERTIA.

Secundum Hebræos, Seth vixit 105. annis, & genuit Enos. Et sic ab exordio mundi anno 235. in Enos generatio tertia inceptit.

^{Nomē Domini.} Anno 435. ab exordio mundi, in Enos filio Seth inceptit tertia Christi generatio. Iste Enos, primus inceptit inuocare nomen Domini. Fortè aliqua verba deprecatoria inuenit, aut imagines fecit pro colendo Deo, sicut modò in Ecclesia fieri consuevit. Hic centesimo nonagesimo anno genuit Cainan. In hac generatione Cain inter reliquos filios & filias Enoch filium habebat, à quo Enochiam primam ciuitatem appellauerat. Enos autem postquam vixisset 950. annos, mortuus est, vir omni laude dignissimus.

GENERATIO QVARTA.

Secundum Hebræos, Enos vixit annis 90. & genuit Cainan, & sic secundum eos ab exordio mundi anno 325. in Cainan inceptit quarta generatio.

^{Cainan.} Anno verò 625. à mundi exordio, in Cainan filio Enos per lineam Christi inceptit quarta generatio. Enos enim centesimo nonagesimo ætatis suæ anno genuit Cainan. Iste Cainan, natura Dei interpretatur. Et ipse septuagesimo supra centesimum vitæ suæ anno genuit * Malalehel. Et quum nati essent sibi filij & filia, facti sunt omnes dies Cainæ, decem & nongenti anni. Genes. 5. Cum Caina verò concurrit Iared filius Enoch, filij Cain.

GENERATIO QVINTA.

Cainan secundum Hebræos vixit annis 70. & genuit Malalehel: & sic secundum eos ab exordio mundi anno 395. inceptit quinta generatio.

^{Malalehel.} Anno 815. à mundi exordio, in Malalehel filio Cainæ inceptit quinta generatio. Hic Malalehel plantatio Dei interpretatur. in linea Christi natus est ex Caina. Vixit autem centum sexagintaquinque annos, & genuit Iared filium, alios quoque genuit filios & filias. & facti sunt omnes dies Malalehel, octingenti & nonaginta anni. Concurrit cum eodem Malalehel, ex linea Cain Mananehel filius Iared.

GENERATIO SEXTA.

Secundum Hebræos Malalehel vixit 65. annos, & genuit Iared. & sic secundum eos, ab exordio mundi anno 460. inceptit sexta generatio.

^{Iared.} Anno 980. à mundi exordio, in Iared filio Malalehel, per lineam Christi sexta inceptit generatio. Hic Iared interpretatur descendens, siue roborans, vel soporans. Et anno centesimo sexagesimo secundo vitæ suæ, genuit Enoch filium. Factique sunt omnes dies Iared, nongenti sexagintaduo anni, relinquentis plurimos filios ac filias, & mortuus est. Cum Iared concurrit per lineam Cain Mathusalem, qui genuit Lamech, aliosque reliquit filios ac filias, & mortuus est.

GENERATIO SEPTIMA.

Iared vixit 162. annis secundum Hebræos, & genuit Enoch. & sic septima generatio inceptit anno ab exordio mundi 622.

^{Enoch.} ^{Mathusalem.} Anno verò 1142. ab exordio mundi, in Enoch filio Iared per lineam Christi septima inceptit generatio. Iste Enoch centesimo sexagesimo quinto ætatis suæ anno genuit Mathusalem. Ambulauit autem Enoch cum Deo, septimus ab Adam per Seth. Huius verò tempore filij Seth viri optimi, in præceptis patris cum simplicitate cordis perseverantes, à filijs Cain pessimis quidem & in omnem luxum prolapsis, multa mala passi sunt. Prophetauit autem Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis & nubibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere impios de omnibus operibus impietatis eorum. Hunc Iudas Apostolus in epi-

in epistola sua nonnulla scripsisse refert, quæ ab antiquitate susceptæ fidei à patribus refutata sunt. Porro Enoch Deo placuit, & raptus est in paradysum seu translatus. Vixit autem in paradiso in corporis & spiritus tranquillitate, cum Helia vsque ad tempus Antichristi, exiturus ad fidei defensionem. Vixit autem temporibus Enoch, Lamech filius Iared, per lineam Cain septimus ab Adam. Vnde sicut Enoch septimus ab Adam per lineam Seth, fuit optimus: ita Lamech ab Adam septimus per lineam Cain, fuit pessimus. Ipse enim Lamech primus introduxit bigamiam contra naturæ institutionem, quæ fuit, vnus cum vna. Dictum enim fuit ab Adam spiritu prophético: Erunt duo in carne vna. Ille autem duas habuit vxores: nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Ipse etiam Cain occidit: Nam quum senex factus esset, ac cæcutiens, cum puero ductore exiuerat in campum ad venandum, tamen non pro carnibus, quia illis tunc non vescabantur homines, sed pro pellibus quibus induebantur. Eo loci tunc Cain intra fruteta latebat casu, & quòd semper in timore erat: quem videns iuuenis, suspicatus est esse bestiam. ideo dixit Lamech, vt illuc dirigeret iaculum: quo facto, interfecit Cain. & quum hoc intellexisset, iratus, verberauit puerum ac interfecit. Postea verò reuersus ad vxores suas, dixit lamentando: Quoniam occidi virum in vulnus meum Cain, & adolescentulum in liuorem meum: septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. Iosephus tamen scribit, quòd Lamech antequam occideret Cain, talia verba dixerit vxoribus suis. Occidit autem & Cain, & puerum, vtrunque in liuorem suum, id est, in damnationem sui. Et ideo cum peccatum Cain punitum esset septuplum, suum punitum est septuagies septies, id est, septuaginta animæ & septem de Lamech egressæ, in diluuiò perierunt. Et secundum Hebræos, mulieres suæ sæpe malè tractabant eum. Vnde ipse iratus, dicebat se pati hæc pro duplici homicidio: terrebat tamen eas, dicendo: Cur me vultis interficere? grauius punietur qui me interficit, quàm qui Cain, secundum Magistrum in historia. Genuit autem Lamech ex duabus vxoribus LXXVII. filios & filias. Horum filiorum * Iabal & * Iubal ex Ada fuerunt, & ex Sella Tubalcain, qui habebat sororem Noemam, de quibus in sequenti generatione dicitur.

GENERATIO OCTAUA.

Enoch secundum Hebræos vixit annos 65. & genuit Mathusalem. Et secundum eos ab exordio mundi in Mathusalem anno 687. inceptit octaua generatio.

^{Mathusalem.} Anno 1307. à mundi exordio, in Mathusalem filio Enoch per lineam Christi octaua inceptit generatio. Iste Mathusalem antiquissimus fuit omnium quos scriptura commemorat. Vixit enim 969. annis. de eo tamen diuersæ opiniones fuere. Nam secundum Septuaginta interpretum computationem vixisset 14. annis post diluuium. Sed non legitur fuisse in arca Noë. Hieronymus verò asserit, quòd eodem anno diluuij mortuus sit, septemque diebus ante diluuium sepultus. Quidam dicunt eum cum Enoch raptum. In numero verò annorum ætatis suæ, omnes concordant. Sed qui dicunt eum translatus fuisse, addunt, donec diluuium præterierit. Eius etiam temporibus filij Dei, id est, Seth, filias Cain concupiere, & mala multiplicata sunt super terram. Hic Mathusalem 167. anno genuit Lamech, & alios etiam multos filios & filias, & mortuus est. Genes. 5. Porro Mathusalem propter quingentos annos adhuc vitæ suæ reliquos, noluit domum edificare. In hac generatione floruerunt filij Lamech per lineam Cain. Iabal enim filius Lamech ex vxore Ada, inceptit condere tentoria pastoralia ad mutandum pascua pro gregibus nutriendis, nil nisi carnalia meditans. Hic greges ordinauit, & characteribus distinxit, separauitque oves ab hædis, & commissuras certis temporibus intellexit. Iubal verò frater Iabal, filius Lamech ex Ada, hic dicitur pater canentium in cithara & organo, quia musicam inuenisse dicitur, non tamen instrumenta musicalia inuenit, secundum Comestorem, sed consonantias inuenit, vt labor pastoralis, quem frater suus Iabal peramauit, in delicias verteretur. Postea tamen multi inuenerunt diuersa instrumenta musicalia & consonantias, sicut Moyse de sonitu aquarum dicitur melodias perpendisse. Sunt tamen qui dicant, quòd Arcades populi per calamos breues & longos primi exco-gitauerint cantum. Laertius verò id repertum dixit tempore Pythagoræ philosophi. Tubalcain autem Lamech filius ex Sella vxore, artem ferrariam primus inuenit, res bellicas exercuit, sculpturas in metallis in libidinem oculorum fabricauit, sumens exemplum à natura ex opere fructicum, sicut frater suus Iabal ad voluptatem

Noema. tem aurium, consonantias adinuenit. Noema filia Lamech ex Sella, artem variæ diuersæque texturæ inuenit, lanam & linum in fila traxit, & pannum texuit. nam antea pellibus bestiarum utebantur. Et ex his notant aliqui, quod omnes artes vel scientiæ seculares, liberales, siue mechanicæ vel physicæ, humanæ curiositati deseruientes, à filijs Lamech legantur inuentæ. Et sic filij adulterini primum subtiliores alijs fuere. Volunt aliqui duas columnas, lateritiâ & lapideâ, ab his factas, & artes seu scientias inuentas, his insculptas, vt conseruarentur contra ignem in lateritiâ, cõtra aquas in marmorea. Sed Iosephus ascribit hoc inuentum ipsi Seth & filijs eius, quem allegat Comestor, & tamen de Seth tacuit.

GENERATIO NONA.

Mathusalem, secundum Hebræos, vixit centum octoginta septem annos, & genuit Lamech. & sic secundum eos ab exordio mundi anno 874. incepit nona generatio.

Lamech. Noe. **A**nno verò 3474. à mundi exordio, in Lamech filio Mathusalem nona incepit generatio. Lamech verò cum esset annorū 182. genuit Noe. Quem cum genuisset, dixit: Ille consolabitur nos à laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus. Et genuit præter Noe, filios & filias. Et cum vixisset septingentos & 77. annos, tradidit principatum Noe filio suo, & mortuus est. Eius autem tempore gigantes erant super terram, viri famosi & incredibilis fortitudinis, scientes bellum. Cum autem in hac prima ætate tam multis vixerint homines annis, dixit Varro, apud Aegyptios pro annis menses haberi, quod argumentū perspicue falsum est. Nemo enim tunc millesimum annum transgressus est: modò qui ad centesimum annum perueniunt, quod sæpe fit apud nos, mille ac ducentis mensibus viuunt. Si ergo computarentur pro annis, sequeretur magna absurditas. Reprobatur hoc idem B. Augustinus in lib. de ciuit. Dei, per id quod dicitur Gen. 7. Secundo, ait, mense, die 17. mensis illius. vbi ostenditur, annos illorum similes fuisse nostris in numero dierum.

GENERATIO DECIMA.

Anno ab exordio mundi 1640. & paucis supra, natus est Noe, & hoc secundum Septuaginta: vel secundum Philonem, 1656. Sed secundum Hebræicam veritatem,

Sem. Cham. Iapheth. **A**nno 1056. ab exordio mundi, natus est Noe ex Lamech per lineam Christi, & in eo incepit decima generatio. Hic factus est homo iustus, ingenij mitis, integer & misericors, vnde inuenit gratiam coram Domino. Qui cum esset quingentorum annorum, tres genuit filios, Sem videlicet, Cham, & Iapheth. Tunc quidem gigantes erant super terram, & cuncta hominum cogitatio prona erat ad malum omni tempore. Noe tamen diuini honoris & iustitiæ amator, ægrè tulit Dei offensas. Vnde etsi Seth diebus suis separauerit cognationem suam à cognatione Cain, præcepto patris sui Adam, tamen tempore procedente etiam ad mala progressi sunt, neque legitimos honores vltius præbentes Deo, neque circa homines iustitiam facientes: sed zelum quem prius habuerunt pro virtute, in duplam malitiam postea per ea quæ gerebant, conuerterunt. Sed & passim præcepta Seth transgressi, filijs Cain se miscuerunt. Vnde scribitur, quod videntes filij Dei (id est, filij Seth, quasi fideles) filias hominum, (id est, filias Cain, quæ erant curiosæ, dissolutæ & lubricæ) ceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Noe verò semper agebat, vt ad meliora eorum mentes actusque transferret. Quum ergo videret non acquiescentes ad talia, sed vehementer eorum malorum libidine detineri, meruens ne ipsum quoque cum vxore & filijs & suis omnibus interficerent, discessit ab ea terra, vt narrat Iosephus. Deus itaque Noe iustitiam dilexit, condemnauit autem non solum illorum malitiam, sed & omne genus humanum. Inter quos multi erant gigantes. Statuit itaque humanum genus diluuiò perdere, sed tamen ad multitudinem reparandam elegit vnum, qui, corruptis omnibus, singulare iustitiæ supererat exemplum. Hic cum quingentorum esset annorū, præcepto Dei incepit fabricare Arcam, in qua saluaretur ipse cum filijs suis prædictis & vxoribus eorum, & ex omnibus animalibus terræ & volatilibus aliqua in sexu masculino, aliqua in foeminino, ab aquis diluuij. Datique sunt centum viginti anni ad reuertendum. In quibus Noe obediens Deo, fabricauit arcam, prædicans verbo & facto hominibus poenitentiam, vt euaderent Dei sententiã. Sed quia non se emendabant, sed deteriores fiebant, abstulit Deus viginti

viginti annos (vt ait Iosephus) de tempore promissio, & in capite centum annorum, diluuium immisit. Sexcentesimo igitur vitæ suæ anno Noe, comportatis secum his, quæ sibi pro solatio vitæ suæ necessaria erant, cunctorum quoque animalium ad seruandum genus eorum, masculos simul & foeminas pariter introduxit, aliorum verò animalium septuplum numerum. Ipse denique & filij eius, vxor eius & vxores filiorum suorum, primo die secundi mensis, qui est Aprilis, per septem antè dies quàm Dominus plueret super terram, ingressus est in arcam. Quo ingresso, factum est diluuium maximum, per annum ferme occupans terram. Et deleuit omnem carnem de terra, quæ sub cælo est. Noe verò solus cum suis saluatus est. Requieuit tandem, rursum imminutis aquis, arca super montes Armeniæ mense septimo. Emisitque Noe corum de arca, vt videret si iam cessassent aquæ. Qui non est reuersus. Emisit exinde post dies aliquot columbam, quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in Arcam. Expectans autem vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex Arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Inrellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram. Manensque adhuc alijs septem diebus, animalia ex Arca dimisit. Et ipse cum generatione sua simul egressus, gratias Domino egit, & sacrificans Deo, cum suis epulabatur. Eū autem locum Armenij Egressorium vocant. Illic enim Arcæ saluatæ reliquias per multa tempora prouinciales ostenderunt.

Noe itaque egressus, metuensque ne per annos singulos Dominus diluuium induceret, omniaque deleteret, statim altare erexit, & sacrificans rogabat Dominum, vt nullam vltius huiusmodi vastationē induceret. Cui apprensus Dominus, dixit: Cessabo decætero ab hominibus pro suis iniquitatibus poenas exigere, quàm maximè te rogante. In cuius rei signum, arcam meam ponam in nubibus cæli. Ac sic illo diluuij anno prima seculi ætas terminata est, ab Adam vsque ad diluuium inclusuè. In libro dicto Rudimenta nouitorum, cap. 3. de ætate prima: Ab ipso Adam vsque ad Noe, nec pluit nec hyems fuit, sed omni tempore aeris temperies & omnium rerum abundantia, quæ post diluuium sunt corrupta. Et Petrus Comestor super Gen. de egressione Noe, Dixit Dominus ad Noe, Non vltra maledicam terræ &c. Tempus autem sementis & messis, frigus & æstus, & nox & dies non requiescent. Sed neque vsque diluuium aquæ fuerunt collectæ in nubes, sed postea, ideo dixit Deus: Arcam ponam in nubibus.

EX BEROSO BABYLONICO, CHALDAEO HISTORIOGRAPHO.

De hoc vniuersali diluuiò meminit Berosus, de quo supra ante proœmium seu præfationem totius operis abbreviatè scripsi. Et quemadmodū Noa seu Ianus, quod idem nomen est, siccata terra, plures filios genuerit, filijque sui primores & posteriores generationi vacauerint. Et quod tunc antea edoctos theologiam & sacros ritus, coepit etiam eos erudire humanam sapientiam, & naturalium rerum secreta, astronomique cursus: ob quæ illum existimauerunt diuinæ naturæ esse participem, ac propterea illum Olybana ac Arsa, id est, Cælum & Solem, cognominauerunt. Et cum multiplicatum esset in immensum genus humanum, idem Ianus pater adhortatus est homines principes ad quærendas nouas sedes, & coetum hominum augendum, & ædificandas vrbes. Designauit itaque illis tres partes orbis, Asiam, Aphricam, & Europam, vt ante diluuium viderat. Singulis autem principibus singulas partes, ad quas irent, partitus, ipse per totum orbem colonias se traditurum pollicitus est. Hæc ille.

Author est Aristoteles, vsus Homeri testimonio Politicorum primo, principio gentes & deos ab vno rege coeptos regi, & in familijs senissimum quenque regem fuisse. Ergo docuit principes coloniarum senissimus cosmographiam, quam viderat ante diluuium, vt sciret quisque in quem locum suas colonias ducturus esset. Eo tempore (vt Philo Hebræus de multiplicato humano genere tradit) ipse Ianus cum tribus filijs & multis colonijs in Pontum venit, & ratibus circumlustravit omne mare mediterraneum, ostendens primò Sem littus omne Asiaticum, à Tanai per Bosphorum vsque ad Nilum Aegypti, & Camei à Nilo littus Aphricæ vsque in angustias Oceani & Gadum, Iapero autem omne littus Europæ à Gadibus vsque Tanaim. Et decennio posteaquam à Tanai discesserat, in eundem locum redijt, lustrato mari, & primis colonijs positis, & reuersus in Scythiam, ordinabat alias colonias. Conuenit in hoc Cor. Tacitus de situ & moribus Germaniæ, dicens, præscos, cum nouas sedes quærerent, non terrestri itinere, sed mari ratibus aduectos fuisse. Facit & mentionem de Tuiscone nepote Noe.

De aureo seculo.

te Noë, cui Sarmatæ, & Germania vsq; ad Rhenū cessit, secundum Berosum. Aurea tum ætas erat, de qua Fabius Pictor illustris scriptor: Aurea, inquit, ætas primo ortu generis humani fuit, sic dicta, quod posterioribus seculis comparata, æquæ atque aurum inter metalla effulset. Eam cœpisse sub Ogyge ante Ninum circiter 250. annis, Xenophon atque maiores prodiderunt. de hoc etiam Maseas Phœnix Damascenus 97. lib. cuius meminit Iosephus in antiquitatibus: Ante Ninum ferme 200. annis & 50. fuisse inundationem terrarum, & quendam cui testimonium perhibet Moseus, liberatum, tumque recenti cælo & rudi humano genere vixisse auream vitā, in qua nullo ferente legem, natura ipsa vivebat, quousque Ninus & Semiramis arma populis inferentes, primi vitam vitare humanam cœperunt. Tradunt itaque Chaldæi, vno & trigesimo atque centesimo ab Ogyge anno, regnasse apud se Saturnum auum Nini, annis 56. primumque Babylonix fundamenta iecisse, hunc secutum filium Belum Iouem, liberatum Chaldæos & Assyrios annis 62, Ninum verò 52. Hæc Maseas. Et pro horum intellectu sciendum, quod Xenophon de æquiuocis ita scribit: Saturni dicuntur, familiarum nobilium regum, qui vrbes condiderunt, senissimi: primogeniti eorum, Ioues & Iunones: Hercules verò, nepotes eorum fortissimi: Patres Saturnorum, Cæli: Vxores Cælorum, Vestæ: Saturnorum vxores, Rheæ. Quot ergo Saturni, tot Cæli, Vestæ, Rheæ, Ioues, Iunones, Hercules. Idem quoque qui vnus populis est Hercules, alteris est Iupiter. Nam Ninus qui Chaldæis est Hercules, fuit Assyrijs Iupiter. Est etiam notandum, vt Berosus scribit, & Xenophon, & ferè omnis antiquitas, quod idem sunt Noe, Noa, Ianus, Ogyges, Vertumnus, Cælum, Sol. Natus est igitur Saturnus ex homine, cui Cælum nomen erat, quem etiam Vranum Græci vocant. Vestæ etiam idem est quod terra. Notandū quoque, quod Saturnum ponunt pro Nimbroto, id est, Nemrothi. De hac aurea ætate omnes consentiunt Latini, de qua Ouidius: Aurea prima farsa est ætas.

De æquiuocis. Ioues. Iunones. Hercules.

Ninus. Noe. Noa. Ianus. Cælum. Sol.

GENERATIO XI.

Et quoniam generatio Noe satis enarrata videtur, ideo in Sem, adhuc vivente patre, præter institutum, generationem vndecimam exordiri statui. In qua acta Noa, simul & Sem, fratrumque suorum, intendendo exarare quam brevissimè.

Ab Adam vsque ad diluuium, fluxerunt anni mille sexcenti quinquaginta sex, secundum Hebraicam veritatem. Secundum verò Septuaginta interpretes, quibus Philo, Berosus, Metasthenes & Moyses contradicunt, numerantur anni bis mille ducenti quadraginta duo. Prima supputatio verior est, altera videtur esse communior.

Sem. Aeras seculunda.

Noe.

Homicidij pcena. Noe agricultura.

ANNO ab exordio mundi 2243, ætatis verò Noë 601. in Sem filio Noë primogenito, Saluatoris nostri vndecima currere incipit generatio. Hæc fuit ætas secunda seculi, à diluuiio incipiens, & perdurat vsque ad natiuitatē Abrahæ, annos habens iuxta Hebræos, ducentos nonaginta duos. Porro secundum Septuaginta interpretes, Isidorum, Bedam, & alios quos sequor, nongentos quadraginta duos. Habebit autem hæc ætas decem generationes, Abraham incluso: alioqui duntaxat nouem, vt refert B. Hieronymus. Sem biennio post diluuium genuit Arfaxad. Vixit autem adhuc Noe summus pontifex & imperator omnium maximus. Egressusque, diluuiio iam peracto, vnà cum filiis tribus & vxore & filiorum vxoribus ex arca, confestim altare ædificauit, ac de cunctis pecoribus volucribusque mundis holocausta Domino obtulit. Odratus autem Dominus suauitatem sacrificij illius, benedixit illi ac filiis suis, dicens: Crescite & multiplicamini, terrorque vester sit super cuncta animantia. & subiunxit: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Quicumque effuderit sanguinem humanum, funderet sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Cœpit tum Noe exercere terram, & cuncta animantia admittere ad pascua. Cumque (vt aiunt) hircum caprarum in Corycum Cilicię montem misisset, labruscas ibidem inuenit & comedit, de quo inebriatus, mox reliqua animantia cornibus petere cœpit. Inde Noe virtutem inesse coniectans, mox labruscam, sanguine leonis, porci, agni & simiæ addito, inseruit, ex quo labrusca in bonam vineam conuersa, fructum fecit perfectum. At Noe vindemiauit, ac ad vsum vino deducto, sacrificans, fecit conuiuium magnum. Inebriatus autem ex illo, statim tanquam agnus in soporem solutus, & inhonestè nudatus iacebat. Videns autem Cham patris verenda nudata, irridendum eum fratribus nunciauit & ostendit. At Sem & Iapheth filiali pietate & pudore

dore commoti, pallium imposuerunt humeris suis, retrorsumque, incedentes, verenda patris operuere. vertebant enim facies, ne patris virilia viderent. Quod cum sobrius Noe intellexisset, duobus quidem filij Sem & Iapheth felicitatem optauit, Cham verò in eius prole maledixit, & (vt Iosephus refert) abdicauit atque expulit, imprecansque ait: Maledictus Chanaan, seruus erit fratribus suis. Sed benedictus Sem, sit Chanaan seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sit Chanaan seruus illius. Hoc tempore diuisum est genus humanum in tria: in liberos, in milites, in seruos: vel vt alij volunt, in sacerdotes, in milites, & seruos. Vnde quidam versificator in persona Noë ad filios sic ait:

<i>Sem</i>	<i>Iapheth</i>	<i>Cham</i>
Tu simplex ora,	Tu protege,	Tuque labora.
Refertque idem, diabolum	dotem his tribus adiecisse,	dicens:
<i>Ad sacerdotes</i>	<i>Ad milites</i>	<i>Ad rusticos</i>
Tu fornicator,	Tu prædo,	Tuque leuator.

Ex præmissis patet, falsum esse quod Poetæ scribunt, Liberum patrem vini primum repertorem fuisse, & ideo pro Deo habitum, quum Noe longè præcesserit eum, qui vinum plantauit, de quo tamen mox poenam perfoluit. vnde Ambrosius, & habetur in cap. sexto die, 35. dist. Nec vinum, inquit, peperit suo authori. Et post pauca: Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Vixit autem Noe post diluuium 350. annis feliciter, & cum annos compleuisset 950. mortuus est. Et præter Sem, Cham & Iapheth, reliquit filios & filias, viditque de filiis filiorum, & ex illis descendentibus, 24. millia virorum centumque, exceptis mulieribus & paruulis. Ex tribus quoque filiis Noë, Sem, Cham & Iapheth, 72. gentes procreatæ sunt, vt patet Gene. 10. Harum autem gentium vocabula partim manserunt, partim temporis verustate mutata sunt.

Seruitus prima. Diuisio generis humani. Sacerdotes Milites. Serui.

Vini inuentor.

De morte Noe.

Noe quoque genuisse legitur quartum filium, quem vocauit Ionichum, qui natus est ei tertio anno post diluuium, de quo Moyses tacet. Hunc omnes testantur virum fuisse ingenio eminentissimum, & astronomicum maximum. Qui primus omnia siderum cursus & stellarum habitudines contemplatus est. Qua quidem disciplina ortum pariter & occasum quatuor regnorum principalium præuidit & docuit. Et quomodo filij Cham in Assyria primum, & post illos filij Sem in Persia & Græcia, postremò Iapheth filij regnaturi essent in Europa. Cui cum pater (vt Methodius scribit) non partes inter fratres, sed munera dedisset, confestim in Ethan terram discessit, ibique regnans, gentem haud paruam constituit. Hæc tum Heliopolis, id est, solis ciuitas dicta est. Ad quem nonnulli filiorum Iapheth viri clarissimi accedentes, ciuitatem ipsi Ionicho extruxere, & eius ex nomine Ionicham appellauerunt. Hic inter cæteros Nemroth gigantem habuit discipulum, quem & docuit, quomodo super filios & genus Cham regnare posset. Et propterea inter Nemroth, videlicet Assyriorum, & Ionichi regna, semper maxima pax erat. Ionicho autem mortuo, Cosdron eius filius successit, qui genuit Subsyfadeth regem, qui sexaginta septem euerit ciuitates, ab Euphrate fluuiio vsque ad Edroezam, omnemque Indorum terram depopulatus est. Ingressusque desertum Galba, Ismaelis filios ab eremo Etheruio depulit. Sem verò primogenitus Noë, per lineam Christi, generationis huius caput est, ab Adam descendendo vndecimus. Iste biennio post diluuium genuit Arphaxad tertium filium. Et fertur ab Hebræis, Sem fuisse Melchisedech, qui primus post diluuium condidit Salem: ipsa est Hierusalē. Et ab eo descenderunt generationes viginseptem. Perulit autem quinque filios, gentium singularium authores. Primogenitus Sem, dictus est Elam, à quo Elamitæ Persidis principes. Secundus filius, Assur dictus est, à quo Assyriorum pullulauit imperium, quia nolebat rebellare contra Deum in ædificatione turris Babel cum Nemroth. Ideo fugit de terra Sennaar, ad aliam regionem longinquam prius non habitaram, quæ ex eius nomine vocatur Assyria, & ædificauit ciuitatē, quæ postea vocata est Niniue. Arphaxad autem, tertius filius Sem: hic fuit de linea Christi. Et ab isto emertere Chaldej, à quibus & Chaldæa regio appellata est. Est in Asia partibus, Arabiæ cœtermina & plana, in qua fuit Babylon. Aram, quartus filius Sem, à quo progeniti sunt Syri, quorum metropolis Damascus est. Et hic quatuor genuit filios, quorum primus fuit Hus, à quo dicta est Hus Trachonitidis regionis, quæ est inter Palæstinam & Cœlen, Syriaque coniuncta, vbi & principatum tenuit. In ea est Hus terra, Iudææ contermina, ex qua Iob ortum habuit. Hul secundus Aram fuit filius, ex quo Armeni, à quibus Armenia

Astronomia. Ionichus prophetizat de quatuor regnis.

Subsyfadeth rex.

Hierusalē.

Filij Sem.

Assyria.

Chaldæi.

Babylon.

Syri.

Damascus.

Armenia.

Asia.

Asiæ maioris prouincia, quæ inter Caucaſum & Taurum ſita eſt, quæque à Cappadocia vſque ad mare Caſpium protenditur. Tertius Aram filius, Gerher eſt dictus, à quo Caramani ſiue Acarnanij populi iuxta Pontum. Quartus Aram filius, Meſran vel Meſ, à quo Mæones populi. Hæ gentes poſt linguarum confuſionem (Iſidoro teſte) poſſederunt meridianam terram, à ſolis ortu vſque ad Phœnices, ſub linguis duabus & viginti, patrias verò 46. occupantes. Quintus filius, Lud dictus eſt, à quo Lydij vel Lydij dicti. Cham filius Noë, genuit Chus, quarto loco, à quo Aethiopes fuere. hi primū Chufæi ſunt dicti. Inde Aethiopes, à quibus Aethiopia prouincia in Mauritanæ ſinibus, & in ea vaſta ſunt ſolitudo orientem verſus. Chanaan primus filius Cham, à quo Chananæi, & habuit vndecim filios, qui poſſederunt terram Chananæorum, quæ nunc Iudæa dicitur. Ex his deſcenderunt Sidon, à quo Sidonij: Ethaus, à quo Ethæi: Iebuſæus, à quo Iebuſæi: quorum duorum fuerat Hieruſalem: Amorrhæus, à quo Amorrhæi: Gergeſæus, à quo Gergeſæi: Euæus, à quo Euæi, id eſt, Gabaonitæ: Arachæus, qui *Arcas oppidum condidit, contra Tripolim in radicibus Libani ſitum, Cynæus, * Aradius, à quo Aradij, qui Aradiam in ſulâ poſſederunt, anguſto freto à Phœnices ſeparatū littore. Samarites, à quo Syria nobilis ciuitas, quæ vocatur Acolis. Amathæus, à quo Amathitæ. Phuth, ſecundus filius Cham, à quo Libya Aphricæ regio, & Libyci populi, & incipit ab Atlante Mauritanæ monte, & ab eo regio Phutentiſis appellata. Meſraim tertius filius, à quo Aegyptij exorti ſunt, & habuit quinque filios. Aegyptij enim ab Hebræis Meſraei vocabantur. Ludim, à quo Lydi populi, & Lydia prouincia in minori Aſia, in qua Ephelus. Ananim, à quo Ananij: & Laabin, à quo Cubarij, & alij quorum nationes nobis ſunt ignotæ, quia bello Aethiopico ſubuerſæ, in obliuionem factæ ſunt. Meſraim quoque filius Cham, ex ſe ſeptem protulit nationes, quarum ſexta prodijt per Cheſluim, qui modò Palæſtini vocantur. Palæſtina, prouincia eſt in Syria, Arabiæ cõtermina, dicta à Philiſtæa. Pheuſim, à quo Philiſtim, & que in ea Palæſtina metropolis fuit Cellum. Sabatha, à quo Sabatheni, qui nominantur à Græcis Aſtabari. Regma verò habuit duos filios * & Sabathæ, qui nominantur picæ gētes: Sabaa, à quo Arabes: Dadan, à quo Aethiopes vltimi. Euila ſecundus filiorum Chus, frater Regmæ & Sabathæ, à quo Euilæi, nunc Getuli populi, qui in remotioribus Aſiæ partibus habitare conſueuerunt. Saba, à quo Sabæus vel Sabæi, & hi Arabes, & ab iſtis Arabia dicta. Nemroth filius Chus, filij Cham, gigas quidem & vaſto corpore vir audaciſſimus, de quo dicitur infra. Et ſummatim de Cham 32. generationes deſcenderunt, quem putant & Zoroaſtren fuiſſe. Nonnulli Nemroth fuiſſe affirmant, vt etiam poſtea dicitur. Iapheth tertius filius Noë, qui & Ianus bifrons, interpretatur latitudo. Cui pater benedixit, dicens: Dilatet Dominus Deus Iapheth, domumque filiorum ſuorum. Iſte Europam ſortitus eſt. vxor eius Funda dicta eſt. Habuit autem ſeptem filios, à quibus ſeptē gētes deſcenderunt, habentes generationes 15. Gomer autem primogenitus Iapheth, in Europam veniens, Gomeritas, qui poſtea à Græcis Galatæ nuncupati ſunt, inſtituit, à quibus Galatia * Ponti regio: vnde poſtmodum Gallitia aut Gallecia regio Hiſpaniæ & Luſitaniæ contermina, quam à meridie habet, ab occidente verò & ſeptentrione Oceanum, & ab oriente flumen Sequanæ & Germaniæ prouincias. Habuit autem Gomer tres filios: Primus Afenez, à quo Sarmatia: hi Scytharū homines ſunt, in paludis Mæotidis profundo habitantes. exilis regio, infelicibus arboribus referta. Secundus Riphath vel Raphaa, à quo Paphlagonæ, & Paphlagonia minoris Aſiæ regio, quæ poſtea Dardania, deinde Troia cognominata eſt. Secundus filius Iapheth Magog, à quo Scythæ & Scythia, & Gothia nomen habuere. Tertius filius Madai vel Madal ſiue Madæus, à quo Medi & Media regio, quæ eſt Aſſyriæ & Perſiæ vicina. alij tamen à Medo Medæ filio, nomen habuiſſe ferunt. Quartus filius Iapheth Ianan eſt, qui condidit Iones, à quibus mare Ionium nomen habet, & Ionia Græcorum regio in extremitate minoris Aſiæ inter Cariam & Aeoliam eſt, quæ nunc dicitur Turcia. Hic Ianan quatuor genuit filios. Primus Eliſan, à quo Eliſæi, qui poſtea Aeolij à Græcis dicti, à quibus Aeolia in ſulâ in Siculo mari 25. paſſuum millibus ab Italia diſtare videtur. Secundus Tarſis, qui in minori Aſia Tarſum ciuitatem, Paulo apoſtolo nobilem, condidit, qui antiquitus Cilices, inde prouincia Cilicia. Tertius Thaiſa vel Cethim: hic Cethinam in ſulam primus habuit, quæ in ſula poſtea Cyprus dicta, inter ceteras in ſulas celeberrima, & propterea luxui eſt dedita, ob quod Veneri ſacra fuit. Quartus Dodanim,

nim: hic in inſulam Rhodon veniens, Rhodios à ſe appellari voluit. Quintus filius Iapheth Tubal Iberos (qui & Hiſpani) condidit, à quibus Hiſpania terra quidem felix, rerumque optimarum ferax, olim Celtiberia eſt dicta. Sextus filius Moſoch dictus, inſtituit Cappadoces, à quibus Cappadocia regio, poſtea Cæſarea dicta à Romanis: Capadocia enim regio maiori Armeiæ vicina eſt, quam Euphrates ſtuitius diſiungit, in qua eſt ciuitas clariffima Melcha. Septimus Iapheth filius Thyraſ, ſuos Thyrenſes appellans, à quibus Thracia prouincia, quæ in Scythiæ partibus eſt, ferociſſimos nutrit homines, quòd in eis aſper corporis cultus eſt. Afenez autem Gomer filius. Sarmatas conſtituit, quos Græci Regmos vocant: hi Scytharum populi, vt ſuprà dictum eſt. Iapheth itaque filij ſeu nepotes has habuerunt gentes, quæ (vt Auguſtino 16. de ciuit. Dei placet) à Tauro Ciliciæ monte verſus Aquilonem, per ſeptentrionalem Oceanum, partem mediam Aſiæ, & per omnem Europam vſque ad Oceanum Britannicum patrias tenuere ducentas, ſub linguis & gentibus ſeu generationibus 15. nomina locis & gentibus relinquentes, de quibus plurima ſunt mutata, aut à locorum regibus, aut ab ipſis locis, aut ab incolarum moribus. Vixit autem Sem filius Noë annis ſexcentis duobus, & mortuus eſt. Ex quo conuincitur non fuiſſe Melchiſedech, niſi velimus ſequi Hebræos in computatione annorum huius ætatis. Auguſtinus in 15. de ciuit. Dei lib. dicit: Poſt benedictionem filiorum Noë vſque ad Abraham, nulla fit mentio aliquorum iuſtorum, nec eos tamen deſuiſſe crediderim: ſed ſi omnes commemorarentur, nimis longum fieret, & eſſet magis hiſtorica diligentia, quam prophetica prouidentia. Berofus Chaldaus ponit arborem filiorum Noë, quem & Ianum & Ogygem & Cælum cognominat, nonnullis etiam alijs nominibus: hic ex vxore ſua Tytea Veſta vel Terra procreauit ante diluuium Sem, Cham & Iapheth, quos appellat Samum, Iapetum, Chem vel Cemefen: poſt diluuium genuit Noë Macrum, Iapetum iuniorem, Prometheum Priſcum, Tuifconem, Cranan, Cranum, Granaum, Tethym, Oceanum, Typhœum, & decem ac ſeptem Titanas, Araxam Priſcum, Pandoram iuniorem, Scytham Priſcum, qui genuit Napum & Prutum. Tuifconem verò Germanorum & Sarmatarum pater, vt ſcribit in commento Iohannes Annius ſuper Berofum, genuit Mannum: hic Ingæuonem, qui Iſtauonem, qui * Herminonem, qui Marſum, qui Gabriuim, qui Sueuū, qui Vandalum, * Hetmiens qui Hunnum, qui Herculem, qui Teutanem. Omnes hi reputati ſunt filij Cæli ac Terræ, ſiue Iani & Veſtæ, ſiue maui Noë atque Tyreæ. Notandum etiam dicitur Iohannes Annius, quòd Noë ſibi in filios adoptauit Tuifconis poſteritatem, & ideo in eius arbore ponuntur, & non aliorum nepotes, in quo præcellere dicit Germanos & Sarmatas, qui dicuntur nunc Tuifci à Latinis & Gallis. Sarmatæ autem ſunt Poloni, Gothi, Ruſſi, Pruſſiani, Daci, & huiuſmodi.

GENERATIO XII.

Sem poſt diluuium biennio genuit Arphaxad, qui vixit annis 35. & genuit Sale, ſecundum Hebraicam veritatem: ſecundum Septuaginta interpretes, anno 135. vitæ ſuæ genuit Sale.

ANno à mundi exordio ſecundum Septuaginta interpretes bis milleſimo ducentiſimo quadrageſimo quarto natus eſt Arphaxad. Et in eo per lineam Chriſti duodecima incepit generatio: ab ea emerſerunt Chaldæi, & Chaldæa inde dicta. Vixit autem annis trecentis triginta octo, & mortuus eſt. Hic Arphaxad genuit Sale, anno 135. vitæ ſuæ: genuit & alios filios & filias. Quem etiam beatus Auguſtinus 16. de ciuit. Dei cap. 10. dicit genuiſſe Cainan, Septuaginta interpretes ſequens.

GENERATIO XIII.

Sale, ſecundum Hebraicam veritatem, vixit annis 30. & genuit Heber: ſed ſecundum Septuaginta interpretes, anno centeſimo trigefimo vitæ ſuæ genuit Heber.

ANno 2379. à mundi exordio, genuit Arphaxad Sale, qui & Cainan dicitur Luc. 3. in quo per lineam Chriſti deſcendendo numeratur ſeu inuenitur 13. generatio. Hic ciuitatem Sale condidiſſe dicitur, imponens ei nomen ſuum, quæ poſtea Hieruſalem eſt appellata. Vixit autem ſupra centeſimum triceſimum annum, & genuit Heber. Quo nato, ſuperuixit annis 303. & alios genuit filios & filias: ac ſic omnes dies Sale facti ſunt anni 433. & deſunctus eſt. Ab iſto Sale Sarmatæ, qui & Indi, prodierunt.

India. ere. Incipit autem India ab oriente, vsque ad Asiam porrecta ex occidentali parte, ex meridiana verò vsque ad Indicum mare, ex septentrione vsque ad Caucausum. Habet Indus. fluuium qui dicitur Indus. fluuius est maximus, qui (teste Herodoto) solus post Nilum Crocodilus crocodilos producit.

GENERATIO XIII.

Heber vixit annis 34. & genuit Peleg suæ Phalech, secundum Hebræos: secundum verò Septuaginta interpretes, anno vitæ suæ 134. genuisse fertur Phalech.

Heber. Anno 2509. à mundi exordio, Heber ex Sale est genitus. In quo per lineam Christi, 14. cœpit generatio. Et ab isto Heber, Hebræi appellati sunt. In cuius sanè familia, secundum Augustinum 16. de ciuit. Dei, cap. 11. dum lingua diuiderentur, Hebræa lingua, quæ antea vna sola erat, remansisse dicitur. ipsa quippe tum humana dicebatur, quæ sola vniuersum genus humanum loquebatur. Hic Heber anno vitæ suæ 134. genuit Phalech in linea Christi, qui interpretatur diuisio: quia in eius ortu linguarum diuisio facta est, siue per linguas terra diuisa est, quæ linguarum multiplicatio mutatioque de poena venit, vt scribit Augustinus de ciuit. Dei. Vixit annis 474. Heber hic habuit plures alios filios & filias, & inter cæteros vnum, quem vocauit Ictan siue Ictan, qui habuit 13. filios, vt meminit Moyses Gene. 10. Elmodad, Saleph & Azarmoth, Iare & Aduram, & Vzal, & Decla, & Hebal, & Abimahel, & Saba, Ophir, Euila & Iobab. Nemroth. Istorum habitatio facta est Massa. In hac generatione diuisæ sunt linguæ. Nemroth enim gigas filius Chus, filij Cham, filij Noë, his temporibus Noë proauo suo vita functo, edoctus à Ionicho rege Aethan, filio Noë, cum esset audacissimus & manu fortissimus, libidine dominandi succensus, apud Babylonios cum suis existens, imperium & tyrannidem in filios Cham primus vsurpauit. Cuius regni principium Babylon fuit, quam ipse fundauit. quam obrem robustus venator cognominari meruit: venator, id est, deceptor animarum, quia cogebat homines ignem adorare, & humani generis oppressor factus dicitur. Berofus scribit, quòd anno à salute humani generis ab aquis 131. cœpit regnum Babylonicum sub nostro Saturno patre Iouis Beli. Et Saturnum vocat Nimbrotum, id est, Nemroth. Quatuor tamen Nemroth fuisse, ex authoribus compertum habemus: primum hunc ex semine Cham, alterum ex semine Sem. Sem enim genuit Arphaxad, qui genuit Sale, qui genuit Heber, & fratrem eius Ictan siue Ictan, vt est apud Berofum scriptum: qui & ipse genuit Nemroth, qui genuit Cretem, qui genuit Cælum & Iouem, qui genuit Saturnum, cognomento Nemroth tertium, prout refert Iacobus Benzio historicus. Quartum autem Nemroth, Belum dicunt, primum Assyriorum regem: quia liber qui Imago mundi inscribitur, sic inquit: Nemroth genuit Assur, qui genuit Belum cognomento Nemroth. De primo Nemroth B. Augustinus inquit: Ex filijs Noë non clarè potest haberi, qui ex eis pertineant ad ciuitatem Dei vel diaboli. Apparuit autem magis ista distinctio bonorum & malorum tempore Heber, descendens ex Sem. Nam illuc vsque fuit vniuersa terra labij vnius idiomatis Hebraici, vt docent sacræ literæ. At cum proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Fecit autem eos esse elatos ad iniuriam & contemptum Dei, Nemroth filius Cham, qui cum esset audacior, sua debar eis vt non Deo adscriberent, quia hominibus per illum felicitas cueniret, sed quòd hoc eis propria virtute præberetur. cognatosque sui generis præuenit ad tyrannidem solus ipse, præsumens homines à Dei timore reuocare. dixit autem ad proximum suum, videlicet Ictan Noë pronepotem, cuius exemplo & ipse permotus, in filijs Sem principatū occupauerat: & ad Suphne, qui & ipse inter filios Iapheth regnare coepit: horum quippe ductu & auspicio vniuersa Noë posteritas regebatur. Habuit autem Nemroth sermonem, cunctis persuadens, vicisci se volens de Deo, timensque diluuium, dixit: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. ædificemus ciuitatem & turrim, cuius cacumen ad cælos vsque pertingat. Quam cum ædificare cœpisset, Deus superbiam ædificantium hac sola animaduersione percussit, vt gentes duas & septuaginta, quæ eò ex omni mundo conuenerant, quibus antea fuit vnum labium eademque lingua, totidem linguarum confusione superinducta, separarit, necessitatem inducens, vt alter alterius vocem non intelligeret, & super omnem terræ faciem spargeretur. Et cum imperantis dominatio in lingua consistat, superbia Nemroth in lingua damnata est, vt ipse non intelligeretur iubens homini, qui intelligere noluit Deo iubente sibi. Nemroth autem linguarum confusione redargutus atque adeo con-

confusus, in Persidem secessit, vbi & Persas ignem colere docuit. Indeque error ille cæcas illorum mentes inuasit, vt solem Deum esse putarint. Demum, vt quidam tradunt, à filijs suis qui octo fuerant, castratus, vnà cum Camefe filio in Italiam traiecit. ibique vbi nunc Roma est, urbem Camefam nomine filij sui condens appellauit. De hac turri dicit Iosephus, quia latitudo eius tanta erat, vt propè eam adspicientibus longitudo videretur imminui. dii verò ventos immittentes, euerterunt eam, & vocem propriam vnicuique partiti sunt, propterea Babel cōtigit vocari, quod Hebræi confusionem vocant. De hac etiam turri meminit Sibylla, dicens: Cum omnes homines existerent vnius vocis, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquam per eam ascensuri in cælum: dii verò turbines immittentes, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti sunt. De campo Sennaar meminit Estius, vt idem Iosephus refert, quòd in regione Babylonis fuerat, dicens: Qui de sacerdotibus sunt erepti, Iouis sacra sumentes, in Sennaar Babylonis venerunt, diuisique sunt post hoc diuersitate linguarum, migrationesque agentes apprehenderunt mediterranea simul & maritima. In familia autem Heber remansit primum idioma, non quidem in omnibus ab eo descendens, sed solum in linea illa qua peruenitur ad Abraham. Solus enim Heber suasionibus Nemroth non paruit, ac per hoc in eius domo permanit cultus Dei. Augustinus de ciuit. Dei lib. 16. cap. 11. In Babel ergo, vt scribitur in libro de Imagine mundi, primus regnavit Nemroth gigas. Cui successit filius eius Assur, à quo Assyrij: huius filius Bel, qui & Belus, cui successit Ninus. Quod autem dicitur Gene. 10. quòd de terra Sennaar egressus est Assur, intelligendum est secundum Assur. Magistram, quia Nemroth expulit eum vi à terra illa & turre, quæ eius erat iure hæreditario. Et ille Assur fuit ex posteris Sem, qui ædificauit Niniuen. Sed Magister non putat intelligendum de Assur filio Sem, qui inuenit purpuram & vnguentum, à quo Chaldeæ & Assyria dicta est: sed Assur, id est, regnum Assyriorum inde egressum est, quod tempore Saruch proaui Abraham factum est. Nam regnum Babylonicum habuerunt, qui de semine Nemroth vsque ad quartam chiliadem & vltimum Chusumiden, auctore Methodio, qui per chiliades tantum secula disponit, nec apponit annos si supersint, & ideo nihil certum de numero annorum posuit. Monstrorum quoque multa hominum genera post linguarum varietatem à Deo factam, varijs in locis producta fuisse, etiam diuus Augustinus 16. de ciuit. Dei cap. 8. commemorat, dicens: Deus enim ipse cum sciret, quarum partium similitudine vel diuersitate contexeret pulchritudinem vniuersi, etiam monstruosos homines in mundum producere voluit. Dicuntur reperiri, qui in media fronte vnum tantum habent oculum, qui monoculi appellantur. Quibusdam vterque sexus, & dextra mamma virilis, sinistra verò muliebris: hos alternis vicibus coeundo & gignere, & parere dicunt, quos Hermaphroditos appellamus. Alijs autem ora non esse, sed per nares solo halitu viuere. Alios statura esse cubitales, quos Pygmæos Græci vocant, qui per annum octauum viuendo non excedunt. Hi populi, Plinio in 7. lib. naturalis historiae restante, tenentes montana India, vicina tamen Oceano, salubri cælo semperque vernante, habent singulare bellum contra grues: horum mulieres Solinus anno quinto parere dicit, & octauo senescere. Item gentes aliæ sunt, in quibus singuli singula crura in pedibus maximis habent, non flectentes poplitem, & tamen mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocat. Hi etiam Plinio teste per æstiuum tempus in terra supini iacentes, pedum se umbra protegunt, quos Plinius in desertis Indiae partibus habitare dicit: Quosdam alios sine ceruice, habentes oculos in humeris: quosdam alios cynocephalos, quorum canina capita, atque ipso latratu magis bestias quam homines se esse profitentur. Quisquis tamē (vt Augustinus inquit) vsquam nascitur homo, id est, animal rationale mortale, quantumlibet nostris inusitatum gerat formam, seu aliud quodcunque, ex vno protoplasto originem duxisse nemo dubitare debet. De Pygmæis tamen scribit Henricus de Hassia, in prologo Bibliæ adducens Albertum Magnum lib. 21. cap. 2. quòd Pygmæus non sit homo, sed medius inter hominem diuinum intellectum habentem, & alia muta animalia: & quanuis præ cæteris vmbra rationis habeat, tamen secundum veritatem vicinior est brutis quam hominibus. Homo enim est particeps sensus, disciplinabilis omnimodò, & memoriæ & experimenti & rationis, scientiæ & artis: & est sic in primo gradu dignitatis animalium, consequenter Pygmæus in secundo, simia in tertio, quam (vt dicit) Pygmæus excedit in loquela, & simia cætera animalia excedit in hoc, quòd non solum habet estimationem de conferentibus sibi, sed etiam de alijs animalibus. Ratio siquidem (vt ipse dicit) duo

habet, quorū primū est ex reflexione ad sensata & memorata: & ibi est exceptio cuiusdā experimenti: secundū habet, prout ex collatione singulariū penēs similitudinē elicit vniuersale: quod est principiū artis & scientiæ. Pygmæus autē non habet nisi primum: ideo non habet nisi quandam vmbra rationis. Cetera in Henrico de Hassia videas.

GENERATIO XV.

Heber secundum Hebræos vixit annis 34. & genuit Phalech siue Palæg. secundum Septuaginta verò, anno vitæ suæ 134. genuit Palæg. Palæg verò secundum Hebræos vixit annis 30. & genuit Reu seu Ragau: secundum Septuaginta verò, anno vitæ suæ 30. supra centesimum genuit Reu.

ANno 2643. à mundi exordio, in Phalech filio Heber per lineā Christi XV. cœpit generatio. Hic Phalech dictus, quia in diebus eius facta fuit linguarum confusio, quasi ipse diuisus sit ab alijs, quia in domo sua mansit lingua pristina. Vnde secundum Augustinum, in hoc non paruum iustitiæ vestigium apparuit, quòd ista domus libera fuit ab hac pœna, quasi non fuerit particeps in culpa. vnde & tunc viuente adhuc Heber, diuisa est terra. Hic Phalech trigesimo supra centesimum vitæ suæ anno, secundum Augustinum & Isidorum, genuit Ragau siue Reu, & facti sunt omnes dies Phalech 239. anni, & mortuus est. Hispaniarum regnum, Isidoro teste, à Tubal Phalech filio ortum habuit. Is namque ex Armenia egressus, primus Hispaniarum regnum obtinuit, vbi & sedem constituit. Hęc primò à Tubal Iapheth filio, Iberiæ nomen accepit, regio Europæa, à montibus incipiēs Pyrenæis, & per columnas Herculis circumciens, vsque in borealem Oceanum protenditur. Terra ferax frumenti, vini, olei, auri, gemmarum atque metallorum omnium, insuper homines gignit bellicosissimos. Refert Varro, in Hispanijs equas quasdam ex vento concipere, eo quòd cursu tam veloces existant, vt meritò ex vento concepti equi fuisse credantur. Hęc regio inter Africam & Galliam sita est. Pyrenæis montibus à septentrione clausa, reliquis partibus vndique mari clausa. habet quatuor magna flumina, quæ sunt, Bætis, Minius, Iberus & Tagus. habet sex prouincias, Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, * Calathiam, Bætiam, & Tingitaniam. Et primò hæc regio ab Ibero fluuio Iberia appellata, postea ab Hespero Atlantis filio Hesperia, vltimò ab Hispali cinitate Hispania quasi Hispalia est nuncupata. In ea ciuitate Geryon rex fuit, tergeminus siue trimembris, quem Hercules victum, nobilioribus spoliavit armentis. De regibus tamen Hispaniæ pauca legitur vsque ad Christiana tempora. Verùm nostra tempestate anno 1491. Ferdinandus rex & Elizabeth regina Granatam totam ad Christianum cultum & obsequium reduxerunt, de quo ibidem dicemus.

GENERATIO XVI.

Reu secundum Hebræos vixit annis 32. & genuit Saruch, sed secundum Septuaginta, anno vitæ suæ 130. genuit Saruch.

ANno 2773. ab origine mundi, in Reu vel Ragau filio Phalech, in linea Christi XVI. incepit generatio. Iste anno vitæ suæ 132. genuit Saruch, teste Augustino & Isidoro. Eius quoque temporibus templa multa constructa feruntur, & quidam gentium principes adorari cœperunt. Scytharum quoque regnum dicitur exortum. Vixit autem annis 302. & postea mortuus est. Diffeminato itaque per orbem terrarum genere humano, varia mox instituta sunt regna, præter regnum Babel. Nam in hac generatione tempore Reu, non solùm Scytharum, sed & Aegyptiorum, & Amazonum, & Bohemorum regna leguntur exorta.

DE REGNO SCYTHARVM ET AEGYPTIORVM.

Scytharum enim gens antiquissima habita est, vt Iustinus ait, quanquam inter Scythas & Aegyptios diu contentio de generis vetustate fuerit, Aegyptijs prædicantibus, initio rerum, quum aliæ terræ nimio feruore Solis arderent, aliæ rigerent frigore, ita vt non modò non generare homines, sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent, priusquam aduersus calorem vel frigus velamenta corporis inueniretur, vel locorum vitia quæ sitis arte remedijs mollirentur, Aegyptum ita temperatam semper fuisse, vt neque hyberna frigora, nec æstiuæ solis ardores incolas eius premerent: Solum ita fecundum, vt alimentorum nulla terra feracior sit in vsu hominum: Iure igitur ibi primùm homines natos videri debere, vbi educari facillimè possent. Contrà, Scythæ cæli temperamentū nullū esse vetustatis argumentū putabant: quippe naturā quum pri-

primùm incrementa caloris & frigoribus regionibus distinxerit, statim ad locorū patientiā animalia quoque generasse, sed arborū atque frugum pro regionū cōditione aptè genera variata. Et quanto Scythis sit cælum asperius quàm Aegyptijs, tanto & corpora & ingenia esse duriora. Ceterum si mundi quæ nunc partes sunt, aliquando vnitas fuit, siue illuices aquarum principio rerū terras obrutas tenuit, siue ignis, qui & mundum genuit, cuncta possedit, vtriusque primordij origine Scythas præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus, terris sedem dedit, nullā prius quàm septentrionalem partē hyemis frigore ab igne secretā, adeò, vt nunc quoque, nulla magis rigeat frigoribus: Aegyptum verò & totū Orientem tardissimè temperatū, quippe quæ etiam nunc torrenti calore solis exæstuet. Quòd si omnes quondam terræ submersæ profundo fuerint, profectò editissimam quanque partem decurrentibus aquis prius detectam, humilimo autem solo eandem aquam diutissimè immoratā: & quanto prior quæque pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare cœpisse. Porro Scythiam ad eò editiorem omnibus terris esse, vt cuncta flumina ibi nata, in mare Mæoticum, tum deinde in Ponticum & in Aegyptium mare decurrant. His argumentis superatis Aegyptijs, antiquiores Scythæ sunt visi. Scythia in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, à tergo Asia. Homini- bus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis villa aut tectum aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosque secum plaustris vehunt, quibus corio imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingenijs culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius, quippe sine tecto munimentoque armenta & pecora habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt: lacte & melle vescuntur, pellibus ferinis aut murinis vestiuntur. Hęc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, nihil alienum concupiscentibus. Apud Scythas primus regnavit Tanais rex, à quo etiam Tanais fluuius dicitur ingens, qui in paludem defluit Mæotidem, quemque Niuaem appellauit Virgilius. A Tanai flumine Scythia diuiditur, & vna pars remanet in Europa, altera in Asia ad Orientē vergens. Communitur omnes Scythæ equitantes, deferunt arcus. Regnum hoc quanquam vetustissimū sit, inter regna tamen principalia quatuor non numeratur. Nulli tamen hominum Scythica gens vnquam cessit. Immo & Darius Periarum regem fugauit, vt infra de eo dicitur: Cyrus occidit, Vexorem Aegyptiorum regem cum omni exercitu & belli apparatu repulit atque fugauit: Asiam ter bello subegit, & per annos multos sibi vectigalem fecit. Ex Scythis autem multi exierunt, res maximas edentes. E quibus Amazones primò clarissimæ mulieres, quæ in bellis multa gesserunt facinora. Bactriani & Parthi ab eis descenderunt. Attila etiam ille magnus, qui Pannoniam subegit, & Romanum imperium diu molestauit, Aquileiam euertit, & in Germania multas vastitates edidit, ab illis descendit. Zeliordes Hunorum rex, qui contra Iustinianum Imperatorem insurrexit, ex Scythia originem duxit. Longobardi, Hungari, Gothi vniuersi ex Scythia emerferunt. Dauni quoque ac Turcæ, vt suis locis dicemus, ex Scythia prodierunt. Ea gens est barbata, serpentes & idola colit, multis inuoluta libidinibus.

DE AMAZONIBVS.

Post aliqua tēpora ex Scythis duo regij iuuenes Plinos & Scholopytus, per factio- nem optimatum domo pulsi, ingentē iuuentutem secum traxere, & in Cappadociæ ora confederunt. Ibi spoliare finitimos cōsueti, conspiratione populorum per insidias trucidati sunt. Vxores quæ eos sequutæ fuerant, vidētes orbitatē suam ac fuorū, arma sumpserunt: finesque suos, submouētes primò, mox inferētes bella, defendunt. Nubendi quoque finitimis animū amiserunt, nuptias seruitutē, non matrimoniū, appellantes: in singulare omnium seculorum exemplū, auxere remp. sine viris. Et ne feliciores alijs viderentur, viros qui domi remāserant, interficiunt: pace aut postea armis quæ sita, ne gens interiret, concubitū finitimorū inuunt: si qui mares nascerentur, interficiebantur. virginēs non ocio neque lanificio, sed armis & venationibus exercebant, iniustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediret: vnde Amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuerunt, Marthesia & Lampedo, quæ in duas partes agmine diuiso, in clytæ iam opibus, vicibus gerebant bella, sollicitè terminos alternos defendentes. Marte se genitas prædicabant, ne successibus deesset authoritas. Itaque maiore parte Europæ subacta, Asiæ quoque, nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Ephesum, multasque

tasque alias vrbes condidere. Marthesia regina tandem in bello interficitur. In cuius locum filia eius Orithyia succedit regno, virgo permanens. Sorores Orithyiae Antiope & Menalippe ab Hercule victae, & captae fuere. Orithyia vero illas vlcisci parans, ab Atheniensibus vincitur. Post Orithyiam Penthesilea regina regno potita, Troiano bello interfuit, & in eo cum exercitu est interfecta. Pauca quae remanserunt, vsq; ad tempora Alexandri Magni durauerunt. Harum * Minithia siue Calestris regno potita, concubitu Alexandri per dies 14. sobolem querens, reuersa in regnum, breui post cum omni Amazonum nomine intercidit. Haec latius Iustinus scribit.

DE REGNO AEGYPTI.

Aegyptiorum regnum in hac quoque generatione initium sumpsisse constat sub Ragau. In quo, teste Eusebio, primus regnavit Sores. Quod regnu[m] multas mutationes habuit, duravitque vsque ad Augustum. Sed Diodorus Siculus lib. 2. primum post deos in Aegypto regnasse recitat Menan, qui populos colere deos, sacraque his facere docuit. Vbi mira ac multa, fabulis haud dissimilia, prosequitur, de situ Aegypti, de Nilo, de vrbebus illius, & praesertim Thebis & Memphi, multa edifferens. Ego vero Bambergensem sequens scriptorem, inuenio ab initio Thebeos Aegyptijs imperasse annis centum & nonaginta, & sic vsque ad nonagesimum annum Isaac. Et Thebei circa natiuitatem Abrahae coeperunt regnare. Et cum regnum Aegypti ferè quadringentis annis praecesserit, potuit & Sores & Menas regnasse, successoresque eorum, quorum plures nominat Diodorus. Post Thebeos primus regnavit Pharaon, à quo Pharos ciuitas, & postea reges dicti Pharaones. hinc Zoos. Ab hoc vsque ad Amasim, sub quo venit Ioseph in Aegyptum, 17. fuerunt reges per annos centum & tres, qui dicebantur Pharaones & Pastores. Huius primi Pharaonis Zoos, Io siue Isis creditur fuisse nupta, vt de ea suo dicetur loco. Cum autem Ioseph filius Iacob annorum esset triginta, venit in Aegyptu[m], & dux est Aegypti constitutus à Pharaone. Anno vero aetatis suae 43. pater suus Iacob aetatis 131. annoru[m], descendit in Aegyptu[m]. Et tertio anno postea apud Aegyptios primus Diopolitanorum Amasis rex est constitutus post 18. dynastiam, id est, summam potestatem. toties enim mutatio facta fuit in regno ab eius exordio. Regnavit autem Amasis annis 25. Post eum regnavit Chebron annis xiiij. Post illum Amenophis regnavit annis 21. Deinde Mephres regnavit annis 12. Post illum Mispfarmatosis regnavit annis 26. Post hunc regnavit Theomesis siue Tuthemosis annis IX. Cui successit Amenophis vel Amenoptes, regnavitque annis 31. Orus deinde regnavit annis 38. Acengeres vel Acencris deinde regnavit annis 12. Achoris regnavit annis 8. Chencres regnavit annis 16. Eius anno ultimo Moses anno repromissionis 430. eduxit populu[m] ex Aegypto, & in mari rubro Chencres submersus est, prout legitur apud Eusebiu[m], & in lib. de Imagine mundi. Anno sequente Acherres rex Aegyptiorum constituitur, regnavitque annis 8. Cui successit Cherres, & regnavit annis 15. Cui successit Armeus, qui & Danaus, & regnavit annis 5. Cui successit Remesses, qui & Aegyptus, à quo Aegyptus nomen sortita est, quae prius vocabatur Aeria, regnavitque annis 68. Cui Menopes vel Menophis in regno successit, & regnavit annis 40. Cui successit Zethus, & regnavit annis 55. Ramses rex annis regnavit 66. Cui successit Menoses vel Amenophis, & regnavit annis 40. Hic à quibusdam dicitur Vexores, qui Scythis bellum primum indixit. Cui successit Agamenes seu Ammenemes, regnavitque annis 26. Theores vero vel Thuoris regnavit annis 7. Ultimo anno regni illius, Aegyptiorum dynastia 20. mox post excidium Troiae inceptit, tendens per annos 177. cuius temporis reges non inuenio. Deinde anno regni Salomonis 33. transacta dynastia vigesima, inceptit Aegyptiorum dynastia 21. in qua primus regnavit Smerdis annis 26. Post eum Pseusennes regnavit annis 41. Post illum Nephcheres regnavit annis 4. Post illum Amenophis regnavit annis 9. Ofochor rex regnavit annis 6. Spinaces regnavit annis 9. Pseusennes regnavit annis 35. Sefencoris regnavit annis 21. Oforchon regnavit annis 15. Thelegotes seu Tachelotis regnavit annis 13. Combastes vel Petubastis regnavit annis 25. Oforchon rex, quem Hercule[m] cognominauerunt, regnavit annis 9. Pflammus regnavit annis 10. Bocchoris regnavit annis 44. Hic Aegyptijs iura constituit, sub quo & agnus locutus est. Sebicus rex Aegypti regnavit annis 12. Tarachus Aethiops regnavit Aegyptijs annis 20. Aethiops, qui & Merres, regnavit annis 12. Stephinatis regnavit annis 7. Nichepsus regnavit annis 6. Pflammeticus regnavit annis 44. * Nechac qui & Nechepsus, regnavit annis 6. Pflammites qui & Pflammeticus, regnavit annis 12. Vaphres regnavit annis 30. Amasis regnavit annis 41. quem

* Minithyia

Menas.

Reges Aegypti.

Pharaones dicti sunt reges Aegyptioru[m] pro dignitate.

Aegyptus.

* Nechao

Cam.

Cambyfes Cyri regis filius, secundus Persarum rex, subiugavit, & Aegyptum in monarchiam Persarum transtulit, & regnum defecit. Deinde anno ab vrbe condita 340. rursum Aegyptiorum renascitur dynastia, in qua primus regnavit Amartheus annis sex. Post illum Nephertes regnavit annis sex. Achoris regnavit annis 12. Pflammutes regnavit anno vno. Neftanabus regnavit annis 18. Theo regnavit annis 19. & sic iterum regnum defecit circa tempora Alexandri Magni. deinde transactis 26. annis, Alexandro mortuo, qui Aegyptum tenuit, Ptolemæus Lagi filius, Aegypti regnum est fortitus, regnavitque annis 40. Cui successit Ptolemæus Philadelphus, regnavit annis 38. Ptolemæus Energetes filius eius, regnavit 26. Cui successit filius Ptolemæus Philopator, regnavit annis 17. Cui successit Ptolemæus Epiphanes, regnavit annis 24. Cui successit frater Ptolemæus Philometor, regnavit annis 35. Cui successit Ptolemæus Energetes secundus, regnavit annis 29. Huic successit Ptolemæus Physcon vel Soter, regnavit annis 17. Hunc frater pepulit à regno, & vocabatur Ptolemæus Alexander, regnavit annis 9. deinde Ptolemæus Physcon regnavit annis 8. Ptolemæus frater Cleopatrae regnavit annis 30. deinde Cleopatra post multa nefanda quae paravit, sub Octauiano cum Antonio perijt, & ex tunc Aegyptus in prouinciam redacta fuit. Est autem Aegyptus terra fertilissima, quam Nilus fluiuis irrigat, fructiferamque reddit. Alibi enim agricultura magno exercetur labore & sumptu, soli Aegyptij minima impensa fruges fertiles afferunt. Vineae quoque eodem rigatae modo, vino abundant. Terra pecori relicta, adeo exuberat pascuis, vt oues bis in anno pariant, bisque lanam praebant. Solus crescit Nilus tunc, cum caetera flumina decrefcunt. Est terra plana & caepstris. Thebei antiquissimos se ciues Aegyptiorum profitentur. Thebe enim vrbs est antiquissima, in qua centum sunt portae, & in qualibet custodes ducenti. Tamen aliqui asserunt, non centum portas fuisse ciuitatis, sed plures, egregiasque templorum portas. Thebei primum philosophiam ac astronomiam ab ipsis repertas volunt, seque à regionis situ adiutos: ad cognoscendos orientium & occidentium astrarum motus: insuper & menses & annos ab eis esse institutos. Habent Aegyptij & Memphim vrbem ambitus stadiorum centum & quinquaginta. vrbs est omnium praclarissima. Aegyptij reges vitam primum, non aliorum regnantium, quibus voluntas pro lege est, traducebant licentia, sed legum instituta in colligendis pecunijs quotidianoque victu sequebantur. Eorum cultui obsequioque nullus deputatus erat, neque emptitius, neque seruus domi genitus, sed nobilium sacerdotum filij, tum vltra XX. annos nati, tum doctrina praeceteris eruditi, vt hortum corporis ministrorum die noctuque, adstantium conspectu motus rex, nil turpe committeret. Raro enim potentes rerum mali euadunt, vbi desunt suarum cupiditatum ministri. Institutaque erant diei & noctis horae, quibus lege regi permisa, agere fas erat. Mane surgentem regem, primum epistolas omnes missas capere oportebat, vt cognitis his quae sibi agenda erant, responso dato, singula in tempore exque ordine recte agerentur. His actis, cum in virorum excellentium cœtu lauisset corpus, vestem praeclearam indutus, sacra dijs faciebat. Mos erat sacerdotu[m] principi, iuxta aram hostijs deductis, adstante rege, magna voce audiente populo, valetudinem prosperam, omniaque bona precari regi, iustitiam in subditos colenti: narrare insuper eius virtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem seruantis, tum illum continentem, diceret, iustum, magnique animi, veracem, liberalem, omnesque frenantem cupiditates, Tandem execrationem in malos exequatur: tum regem culpa purgans, omne crimen in ministros, qui regi iniqua suaderent, conijciebat. His actis, sacerdos regem ad felicem dijsque gratam vitam hortabatur. Et tunc regum vita ea tenebatur modestia, vt non à legislatore, sed à peritissimo medico ad seruandam sanitatem composita videretur, ac veluti priuati tenebantur legibus: neque id aegre ferebant, existimantes se, parendo legibus, sic beatos fore. Hac vñ erga subditos iustitia reges, omnium benevolentiam adeo affectu sunt, vt non solum sacerdotibus, sed & singulis Aegyptijs maior regum, quam vxorum filiorumque, aut aliorum principum, salutis in esset cura. Omnes denique Aegyptij regis mortem communi moestitia luxerunt, vestes laterantes, templis clausis foru[m] non frequentabant, dies 72, luto deturpantes capita, incoerentes. Postrema die corpus in arca conditum, ante sepulcri aditum posuerunt: ibi breuiarium à rege in vita gestorum de more recitabatur, volenti que facultas dabatur a cœsandi regem: quo fiebat, vt plures reges timor cogeret iuste viuere, veritos futuram post mortem plebis iram atque odium sempiternum. Antiquorum regum viuendi mos iste erat,

Ptolemæi dicti reges omnes Aegypti.

Aegyptus.

Thebe.

Philosophia. Astronomia.

Memphis. Demoribus regum Aegypti.

Leges.

Diuifio Aegypti.

erat, ait Diodorus. Aegyptus in plures diuifa erat partes. Cuilibet parti prator ad- erat, qui omnium haberet curam. veftigalibus trifariam partitis, priorem portionem percepit collegium sacerdotum, quibus magna apud incolas authoritas, tum propter deorum curam, tum propter doctrinam fuit. Aderant enim sacerdotes grauibus in rebus femper confilio atque opere regibus, tum aſtrorum peritia, tum verò ſacrificijs futura prædicentes. Ex libris præterea ſacris priorum geſta referebāt, quibus reges in agendis noſcant quæ ſint profutura. Altera portio ad reges pertinet, quam & ad bella & ad vitæ cultum, tum ad liberalitatem erga ſtrenuos viros pro meritis impendunt. Quæ ex re fit, vt populares nullo grauentur tributo. Tertiam percipiunt milites, & qui belli ſunt inſtituti miniſterio. Iniquum enim foret, ad tuendam communem ſalutem intentos, nulla ex ea pro qua pugnarent patria, commoda percipere. Ea verò præcipua vtilitas videbatur, quòd facilius gignendæ proli operam darent: quo fiebat, vt reſerta multitudi- ne hominum patria, nequaquam externo milite egerent. Sacerdotes & hæc emunitatem habent. Eſt inſuper Aegyptiorum politia in tria hominum genera inſtituta, Paſtorum, Agricolarum, Opificum. Agricola parua quadam mercede, à rege, ſacerdotibus ac militibus agros mercati, per omnem ætatem ab ipſa pueritia rei ruti- cæ ſine intermiſſione vacant. Eodem modo & paſtores, cura atque arte regendi pecoris à patribus accepta, ſemper in ea gubernatione ætatem agunt: Quo fit, vt rerum alliarum ignari, inueniantur circa officium ſuum ſagaciffimi: & multa inueniunt ſuis ſtudijs. Non enim ouis incubant aues, ſed ipſi ingenio & naturali arte, ex ouis, præter cæterarum gentium conſuetudinem, educunt foetus. Artes quoque apud Aegyptios excultas videmus, & ad ſummum perducas. Nam ſoli Aegyptij opifices, omiſſa rerum publicarum cura, nullū niſi aut legibus permiſſum, aut à patre traditum opus exercent, vt neque eos docentis inuidia, neque aliud quiddam ab inſtituto impediatur exercitio. Apud Aegyptum ſi quis opifex ad rempub. accedat, aut plures exerceat artes, magna mulctatur poena. Diodorus hæc. Leges verò apud Aegyptios erant tales: Iudicia non caſu fiebant, ſed ratione. Exiſtimabant enim ritè facta, plurimum vitæ mortalium prodeſſe. Mos erat, accuſatorem ſcribere ea quibus alium accuſabat, modum quo patratæ iniuriæ aut damni facti, quantiſque eam æſtimaret. Reo tempus dabatur, vt ſcribendi ad ſingula, & aut ſe id non feciſſe, aut rectè feciſſe purgandi cauſa, aut iniuriam vel damnum minoris æſtimandi. Rurſus accuſatori reoque inuicem reſpondendi locus erat. Ita his auditis litigatoribus, cum iudices de controuerſia quaſiſſent, ſententiam ferebant. Is mos erat: exiſtimabant ſcriptis veritatem maximè elici poſſe. Sanè oratorum ars, hypocritarum fraudes, lachrymæ periclitantiū, multos à recto veroque iudicio auerterunt. Rex eorum Sabacius nomine, capite damnatos, nequaquam mortis poena afficiendos cenſuit, ſed opus facere victos compedi- bus per ciuitates coegit, quæ poena non paruo extitit veſtigali. plures enim ex eo officio aggeres conſtruxit, foſſas varijs locis opportunas fecit. Ita & poenæ acerbiter leniuit, & inutilem poenæ aſperitatem in magnum commodum vertit. Periuri verò capite mulctabantur, tanquam qui duplici tenerentur ſcelere, vt qui & pietatem in deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum ſocietatis humanæ. Si quis iter faciens, aut hominem cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neque ſubueniret auxilio, ſi poſſet, mortis erat reus: ſi non poſſet, deferre latrones cogebatur. Cogebantur Aegyptij omnes, ſcripta ſua nomina ad præſides regionum, & ſimul quo exercitio viuerent, deferre: qua in re ſi quis mentiretur, aut ſi iniuſto viueret quaſtu, mortis poenam incidebat. In bellis qui aut ordinem reliquiſ- ſent, aut non parerent ducibus, non plecebantur morte, ſed maxima omnium ignominia, qua poſtmodum virtute & rectè factis deleta, ad priorem ſtatum redibant. His qui ſecreta hoſtibus reuelafſent, linguam abſcindebant. Ei qui mulierem liberam violafſet, virilia excecabantur, quoniam vno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet, iniuriam, corruptelam, & liberorum conuſionem. In adulterio ſpontaneo deprehenſus, virgis cadebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Bocchoris rex Aegypti, leges plurimas ad commercia hominū tulit, de quibus Diodorus. Lex præterea de furibus hæc erat: lubebat eos qui furari volebant, nomen ſuum apud principem ſacerdotum ſcribere, atque eueltigio furtum ad eum deferre, & cui furatus eſſet, & tunc quarta parte mulctabatur dominus, quæ dabatur furi. Satius legiſlator eſſe duxit, cum impoſſibile eſſet furta cohibere, alicuius portionis, quam totius rei amiſſæ, homines iacturā pati. Sacerdotibus vnam tantum vxorē ducere licuit, reliqui pro

Politia.

Leges Aegyptiorum.

Fides.

Leges ad commercia.

pro voluntate ac facultatibus plures ducunt. Solum patrem exiſtimāt generis authorem, vnde natus etiam ex ancilla, pro legitimo habebatur & libero. Mulicam non ſolum inutilem, ſed etiam nociuam ducebant, tanquam virorū animos effœminantem. Morbos vel ieiunio vel vomitu curabant, idq; aut quotidie, aut tribus aut quatuor interiectis diebus. Medici tamen erant apud eos, qui ex publico ſumptum habebant, agros ſecundum leges curabant. ſi quis normam ſacri libri ſecutus, inſirmum ſanare nequiuerat, omni crimine carebat. Si præter ea quæ libris continebantur, illum curauerat, morte puniebatur. Alia plura Diodorus Siculus annotauit.

Mufica.

Medici.

DE EXORDIO REGNI TEVTONICORVM SEV GERMANORVM. Berofus Chaldaeus ſacerdos, quem Iosephus in antiquitatibus ſæpe adducit, & Me- taſthenes Perſa vt publica fide probatum ſcriptorem annaliū Aſſyriorum aſſerit, qui & regnum ſeu monarchiam Græcorum præceſſit. Hic ita in quarto libro hiftoriarum ſcripſit: Anno, inquit, xxi. à ſalute ab aquis, prima omnium gentium & ciuitatum fundata eſt Babylonica vrbs. ab exordio huius, Ianus pater, aliàs Noa, miſit in Europā, & regem Sarmatiæ fecit Tuifconem à Tanai ad Rhenū fluuiū. Iuncti que ſunt illi omnes filij Iſtri & Meſæ cum fratribus ſuis, ab Adula monte vſq; ad Meſembriam Ponticam. De hoc Tuifcone meminit etiam Cornel. Tacitus de ſitu Germanorum: Tuifconem, inquit, Germani deum Terra editum, & filiū Mannū, originem gentis conditoremq; fuiſſe: & benè, quia Tuifcon fuit filius Noæ, vt ſuprà generatione xj. ſcripſi. Et hic primus rex Germanorum & Sarmatarum. Deinde Berofus: Anno, inquit, Nini regis Aſſyriorum quarto, Tuifcon gigas Sarmatas legibus format apud Rhenū. Idipſum facit Iubal apud Celtiberos, & Samotes apud Celtas. Secundus rex fuit Mannus, de quo idem Berofus inquit: Apud Rheni Sarmatas, anno ſexto Semiramidis, regnauit filius Tuifconis Mannus. Tertius rex Ingeuon, de quo Berofus: Sub Nino filio Nini & Semiramidis apud Tuifcones regnauit Ingeuon. Quartus rex Teutonicorū ſeu Germanorum Herminon, de hoc Berofus: Sub Aralio ſeptimo rege Aſſyriorum, apud Tuifcones regnauit Herminō vir ferox armis. Quintus rex fuit Marſus, de quo Berofus: Octauus rex Babylonis fuit Baleus, ſub quo apud Tuifcones regnabat Marſus. ab hoc Marſo rege Germanorum, regio Marſorum eſt dicta, vt Plinius in naturali ſcribit hiftoria. meminit & Cornel. Tacitus. Sextus rex dictus eſt Gambriuius, de quo Berofus: Decimus Aſſyriorum rex fuit Belo chus, ſub quo apud Tuifcones regnauit Gambriuius vir fero- cis animi. Gambriuius, ſecundum Iohannem Annium, interpretatur Latinè coronatus. Ideo exiſtimat hunc fuiſſe primum, qui coronam totius Germaniæ conſenſu pertulerit. Septimus rex fuit Sueuus, de quo idem Berofus: Sub Baleo xj. rege Babylo- niæ, regnauit apud Tuifcones Sueuus. Hūc ego arbitror regem, à quo dicti ſunt Sueui. Et qui ſcribitur à quibuſdam, oppidū Turicenſe maius iuxta ripam Limagi fluuij con- ſtruxiſſe, cum iam Turicus rex Arelatenſis condidiſſet minus ab altera parte ripæ. Et ideo totum oppidum appellatū Turegum, quaſi Duregum, id eſt, duorū regnorum, Fluuius autē Turegum interfluens, nō minatur Lindimaga, vel Limaga, ſiue Limagus, vulgò ſtat. Octauus rex, dictus eſt Vandalus, regnauit ſub Alrada xij. rege Babylo- niæ. Nonus rex, dictus eſt Teutanes, ab eo Teutonia, regnauit ſub Mamito xiiij. rege Ba- byloniorum, & ſacrificijs ritus indidit. Decimus rex, Hercules Alemannus, de quo Be- roſus: Sub Mancaleo xiiij. rege Aſſyriorum, regnauit apud Tuifcones Hercules Ale- mannus. de hoc Cornel. Tacitus, Germani ituri in prælia, Herculem canunt. Et tan- tum de decem regibus Germanorum, quorum Berofus meminit.

Teutones.

Tuifcon pri- mus rex Germaniæ.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Sueui.

Turegum.

Cæſari. bel.

Galari. pagū

Tigurinum

vocat.

Octauus.

Nonus.

Decimus.

GENERATIO XVII.

Saruch ſecundum Hebræos vixit annis 30. & genuit Nachor. Sed ſecundum Septuaginta interpretes, anno vitæ ſuæ 30. ſuprà centeſimum, genuit Nachor.

ANNO 2905. à mūdi exordio in * Saruch filio Ragau per lineam Chriſti xvij. ince- pit generatio, qui trigeſimo ſuprà centeſimum vitæ ſuæ anno, ſecundū Auguſti- num & Iſidorum, genuit Nachor. Poſtea verò alios genuit filios & filias. & cum facti fuiſſent omnes dies Saruch ducenti & 30. anni, mortuus eſt, Gen. ii. Anno vitæ Saruch 25, teſte Eufebio, Aſſyriorum regnum initiū ſumpſit, quod quidem regnum ſecundum Aug. de ci. Dei ca. 2. lib. 18. quantum ad imperium attinet, maximum omnium fuit, ne- que vllum aliud tam longè lateque diffuſum, quodque durauit annos 1302. Certè po- teſt eſſe, quòd regnum Aſſyriorum tunc exortum fuerit. Sed quomodo Belus tum re- gnare cœperit, nō benè quadrat. Nam ipſe Belus regnauit dūtaxat annis ſeptuaginta

* Baruch

Regnū Aſſy- riorum.

De Hungaris & regni Hungarici initio.

De Bohemia & eius regni initio

Attilas.

Vladislaus.

Bohemiae situs.

Hercynia sylva, aliâs Hercynia.

Sueuorum gens.

quinque in Assyria, cui successit Ninus, qui Thare regnavit tempore, & cuius regni anno 43. natus est Abraham. Vnde sequitur, quod Belus Assyrijs regnare coeperit anno Nachor 101. Et id sequar, vt annos ab exordio mundi rectius computare valeam. Veruntamen si credibile est, inuenio apud aliquos, Hungaricum atque Bohemicum regnum his temporibus fuisse exortum. Hungarorum siue Hunorum protoparentem, Nemroth regem Babel prædicant. Nemroth, inquit, ex vxore sua Enech duos genuerunt filios: vnus Hunor, alter Magor denominabatur. Ab Hunor Hungari siue Huni, quod idem dicunt, sumpserunt originem. Alij referunt, Hunor & Magor patres Hunorum, descendisse à Magog filio Iapheth, qui post diluuium anno 58. prout S. Sigibertus episcopus Antiochenus in Chronica Orientalium nationum refert, intravit terram Euilath. Et ex coniuge sua Enech genuit Hunor & Magor supradictos. Et quomodo peruenerint ad paludes Mæotidas cerua duce, quinque annis ibi morantes. Sexto verò anno exiuerint per desertum, post multos annos duxerint in Pannoniam, & expulsis Gothis, eam occupauerint. De Bohemia verò regno refert Supplementum Chronicarum, quod princeps vnus Bohemus nomine, qui extructioni turris Babel interfuerat, per Italiam transiens, Alemaniamque penetrans, vltra Danubiū confederit, & terram à se Bohemiam nominauerit: & alia nonnulla subiungit, quæ referre non est opus. Nam siue post confusionem linguarum à Bohemo aut Sclauo, siue ab Hunor ac Magor Hungaros & Bohemos originem quis duxisse contendat, non refert: cum nemo sit qui non gloriari possit, ex Arca se Noæ, sed & ex Adam & Eua processisse. Sed quod regna ista in hac generatione fuerint exorta, neminem adhuc vidi, qui reges illorum regnorum nominaret. Primum autem Hungarorū regem seu Hunorum, Attilam fuisse testantur Chronica. Qui regnavit Hungaris anno salutis nostræ quadringentesimo primo. Bohemia verò ducibus paruit vsque ad Vladislaū, qui in expugnatione Mediolanensium egregiam operam nauauit, & in regem se coronari meruit, licet inueniatur auus suus nomine æquiuocus, ab Heinricho quarto in regē fuisse coronatus Anno salutis nostræ millesimo octogesimo sexto. Sed vt Pius Papa (antè Aeneas Siluius dictus) scribit, successores sui tres regia dignitate non sunt vsi, tanquam regni decus homini, non prouinciae, datum fuisset. de his suis in locis latius dicitur. Est autem Bohemia, in solo barbarico trans Danubium sita, vt scribit Aeneas Siluius, Germaniae portio. Cuius ad Orientem latus Morau tenent & Slesitarū pars, ad septentrionem idem Slesita, Saxones, qui & Misnenses & Thuringi: ad occidentem Francia & pars Norici agri: meridionalem plagam tum Baioarii, tum Austriales habent. Nec alia Bohemiae, quam Teutonum terra coniungitur. Sylua vniuersam claudit, quam veteres Hercyniam vocauerunt. Sermo genti Bohemica & Dalmatis vnus. Mos vnus in hanc vsque diem seruat, vt in templis sermone Teutonico plebs doceatur: in cœmeterijs, Bohemico. Sôlis mendicantibus libertas fuit, qua velent lingua populos instruere. Quæ res palam indicat, regionem ipsam olim Teutonicam fuisse, sensimque subintrasse Bohemos, quod Strabonis testimonio confirmare licet septimo commentario: Senones, inquit, Sueuorum natio, partim intra, partim extra syluam habitat, Getarum contermina genti. Sueuorum gens quidem amplissima: è Rheno siquidē vsque ad Albim peruenit fluiuium. Eorum etiam portio trans Albim loca depascitur, quemadmodum Eumundori & Lancosargi. Hæc Strabo. De Bohemis plura infra in secundo volumine.

GENERATIO XVIII.

Nachor secundum Hebræos vixit annis 29. & genuit Thare, sed secundum Septuaginta interpretes, cum esset annorum septuaginta nouem, genuit Thare.

Nachor.

Assyriorum regnum.

Anno 3035. à mundi exordio, in Nachor per lineam Christi incepta 18. generatio. Hic Nachor cum esset annorum septuaginta nouem, genuit Thare, & post eum filios & filias: completisque centum quadraginta octo annis totius vitæ suæ, defunctus est, de quo Gen. 11. cap. Assyriorum regnū in hac generatione anno Nachor 101. secundum veram computationem, vt mihi apparet, videtur habuisse exordiū in Belo primo rege, quod qui dem regnum præ cæteris omnibus insignius fuit, quum per annos mille trecentos & duos, à Belo vsque ad Sardanapalum vltimum, sub regibus 37. porrectum fuerit, qui sunt ac regnauerunt:

REGES ASSYRIORVM.

Belus

CHRONOGRAPHIAE. GENERATIO XVIII.

Belus regnavit annis 62.

Ninus filius eius regnavit annis 52.

Semiramis vxor eius, regnavit post eum annis 42.

Zameis, qui & Ninias, filius eorum, regnavit annis 38.

Arius 5. rex, regnavit annis 30.

Arasius regnavit annis 40.

Xerxes qui & Balus, regnavit annis 30.

Armamitres rex regnavit annis 38.

Belochus Priscus regnavit annis 35.

Balus iunior regnavit annis 52.

Altadas regnavit annis 32.

Mamithus regnavit annis 30.

Mancalaus rex 13. regnavit annis 30.

Iphereus 14. regnavit annis 20.

Mamilus 15. regnavit annis 30.

Sparerhus 16. regnavit annis 40.

Ascades 17. regnavit annis 40.

Tonosconcoleros, qui græcè Sardanapalus, regnavit annis 20. in hoc defecit regnū Assyriorum, quod Arbaces ad Medos transtulit. Fuerunt tamen post Sardanapalū reges Assyriorum, sed nō monarchæ, vsq; ad subuersionem Niniues, immo bipartita est monarchia. Et secundum beatum Augustinū, inter cætera regna mundi, duo sunt alijs omnibus clariora, Assyriorū & Romanorū, temporibus & locis ordinata & distincta. Illud primò in Oriente, aliud in Occidente surrexit: atq; finis illius, initium huius fuit. Ipsam enim Babyloniam, regni Assyriorum sedem, Romamq; germanas fuisse ciuitates, non solum ex historicorum dictis, qui huiusmodi (medijs ac breuib; Medorū seu Persarum ac Macedonū regnis, tanquam paruuli filij tutoribus, non iure hæreditatis, sed successione temporis interuenientibus) successisse tradiderunt, sed etiam ex principis apostolorum Epistola, qui de Roma scribes, eam Babyloniam vocat, dicēs: Salutat vos Ecclesia que est in Babylone. Durauit primū annis mille trecentis & duobus. Alterū, scilicet Romanorū, nūc durauit mille quadringentis nonaginta quatuor annis. De quatuor regnis principalibus prophetizauit Ionichus supra xj. generatione. Et Daniel, de quo infra generatione 51. in litera Daniel. Assyriorum, incipit hęc: Medorum & Persarū, infra generatione 52. regnum Græcorū, generatione 56. Regnū Romanorū, in principio voluminis secūdi, generatione 1. In hac quoq; generatione, anno Nachor ceterisimo quadragesimo sexto, coepit regnū Sicyoniorum. Licet autē Eusebius referat illud exortū anno 74. vitę Nachor, tamen quā à sequentibus discordet supputationibus, primum sequi intēdo. In hoc regno primus Aegialeus regnavit, & ab eius nomine dicta est terra ista Aegialos siue Aegialia, quæ postea Danaa, deinde Achaia, hæcenus Peloponnesus nuncupatur. Cuius clarissimum oppidum Corinthus fuit. Regio hæc etiam Lycaonia vocata fuit, de quo Augustinus 18. de ciuit. Dei. Sicyoniorum regnum admodum paruū erat, peruenit autem aliquando ad Athenienses, deinde ad * Latinos, postmodum ad Romanos, denique ad Turcas. Durauit autem vsque ad Heliacerdotis tēpora, supra octingentos annos, post quos sacerdotes Carnij cōstituti sunt.

REGES SICYONIORVM, ALIAS ARCADVM.

Aegialeus seu Abialius 1. regnavit annis 50.

Europs regnavit annis 45.

Stelchin regnavit annis 20.

Apis regnavit annis 25.

Thelasion regnavit annis 52.

Aegidius regnavit annis 34.

Thurimachus regnavit annis 45.

Leucippus regnavit annis 33.

Mefapus regnavit annis 47.

* Eratus regnavit annis 46.

Plemmeus regnavit annis 48.

Orthopolis regnavit annis 43.

Amyntes 18. regnavit annis 45.

Belothus iunior 19. regnavit annis 25.

Bellepares 20. regnavit annis 30.

Lamprides 21. regnavit annis 32.

Sofares 22. regnavit annis 20.

Lampares 23. regnavit annis 30.

Pannias 24. regnavit annis 45.

Sofarmus 25. regnavit annis 19.

Mitreus 26. regnavit annis 27.

Tautanes 27. regnavit annis 32.

Taureus 28. regnavit annis 40.

Thyneus 29. regnavit annis 30.

Dercylus 30. regnavit annis 40.

Eupales 31. regnavit annis 38.

Laosthenes 32. regnavit annis 45.

Pyritiades 33. regnavit annis 30.

Ostrateus 34. regnavit annis 20.

Ophratanes 35. regnavit annis 50.

Acrazapes 36. regnavit annis 48.

Berofus atque Metasthenes in his concordant.

Regna due clariora.

Annorum istorum numerus referendus ad annū eum, in quo Naudclerus hæc scripsit.

Regnū Sicyoniorum.

* for. Lacedæmonios.

* Aratus Huius Arati mentionem honestā facit Cicero 2. Officior. 17.

Pelagus

Pelafgus 20. Zeufippus 31.
Ac sic omnes hi vigintifex reges, regnauerunt vsque ad vigefimumnonum annum principatus Heli sacerdotis.

GENERATIO XIX.

Thare, secundum Hebraeos, vixit annis 70. & genuit Abram. Sed secundum Septuaginta interpretes, anno vite sue similiter 70. genuit Abram. Sunt ergo à diluuijsque ad Abraham, vt ait Philo, anni ducenti nonaginta duo.

Nachor pater Tharæ.
Generatio Tharæ.

Anno ab exordio mundi 314. in Thare Nachor filio, per lineam Christi 19. cœpit generatio. Hic Thare cum esset 70. annorum, vt refert Isidorus, genuit Abram & Nachor & Aram. Abram duos filios genuit, Hismaclem & Isaac. Nachor secundus filius Tharæ, octo de Melcha genuit filios. E quibus Bathuel vltimus fuit, qui genuit Rebeccam filiam & Laban filiū. Huius primus erat filius Nachor, Iob filius Hus. Buz, secundus filius Nachor. filij illius Beor & Balaam. Bathuel habuit Rebeccā & Laban. Hic Laban duas habuit filias, Lian & Rachel. Camuel quartus filius Nachor, Cafeth quintus, Aran sextus, Pheldas septimus, Bela octauus. Aram verò tertius filius Tharæ, genuit Loth, Sarai & Melcham. Sarai vxorē duxit Abram frater, & Melcham Nachor frater. Iste Aram inter Chaldæos mortuus est in ciuitate Hur. Porro Thare odio habere cœpit terram Chaldæorum propter idola, quæ apud eos venerabantur, quia ignem adorabant, & propter luctū Aram filij sui. Hebræi enim fabulantur, quod cum Thare & filij eius recusarent adorare ignem, miserunt eos in ignem, qui Deum verum adorantes, euaserunt illæsi, excepto Aram, qui in fide deficiens, consumptus est. Eduxit igitur Thare Abram & suos de Chaldæa, migravitque in Charran siue Aran Mesopotamiæ ciuitatem, vbi & demum mortuus est, dum vixisset annis ducentis quinque.

Idola.

Mortitur Belus.
Ninus rex.

Anno à mundi exordio 3141, anno generationis currētis 27, mortuus est Belus Babiloniæ rex, cum iam regnasset annis 75. Et successit ei filius suus Ninus, qui in serie regni Assyriorum, primus ponitur: non quod ille primus rex esset, cum pater eius Belus ante illum 75. annis regnasset in Babylone, quam ædificauit Nemroth: sed quia cæteris regibus fraudis ignaris, & regnorum suorum finibus contentis, ipse propagandæ dominationis libidine arma foras extulit, cruentam vitam bellis egit, donec omnem Asiam, excepta India, imperio suo subiecit. Vnde factum est, quod etsi tum nonnulla alia regna fuissent exorta, regnum tamen Assyriorum monarchiam obtinuit & principatum, de quo & Ionichus quartus filius Noæ, vt supra dictum fuit, ita fore prædixit. Et Daniel propheta, Nabuchodonosor in statua per quietem visa, interpretationem fecit. De hoc Assyriorum regno Trogi Pompeij abbreviator sic exorsus est: Principio, inquit, rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio secularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehat: populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant: fines imperij magis tueri, quam proferre mos erat. intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus, Beli regis Assyriorum filius, veterem gentium morem noua imperij cupiditate mutauit. Hic mortuo patre Belo, in regno successit.

Monarchia Assyriorum.

De regno Assyriorum.

Ninus.

Imaginum origo.
Asylum.
Prima idololatria.
Ninus Assyriorum rex.
Nina.

Moxque in solatium doloris, imaginē patris sculpi iussit, tantamque reuerentiam exhibuit statuæ, vt quibuslibet reis qui ad eam cōfugissent, parceret. Propter quod homines diuinos honores cœperunt illi imagini impendere, æmulationeque illius plurimi postea charis suis mortuis imagines dedicaere. Hinc exortum habuisse fertur idololatria, à Belo introducta imaginato. Ninus igitur, patre defuncto, totam Assyriam obtinuit, ciuitatemque Campsor, à nomine suo appellatam & Ninuien, caput regni constituit, & itinere trium dierū ampliauit. Et quia secundæ res, vt plurimum, maiorum ingerunt cupiditates, ad reliquam Asiam subijciendam profectus, omnem annis 17. præter Indos & Bactrianos, in potestatem suam redegit. Excipit etiam Diodorus Siculus Arabiam, quæ gens libertatem seruans, nullum aduenam apud se regnare passa est. ita neque Persarum, neque Macedonum reges, quanuis potentes armis, eorum imperio potiti sunt. Est enim regio inexpugnabilis, propter loca partim deserta, partim arida, aquisque deficientia. Vnde societatem Ninus cum Arieo Arabum rege iniit, & cum sibi adiutorem fecit. Deinde arma in Bactrianos vertens Ninus, ibi Semiramidem vxorem duxit, quæ cum clarissima omnium mulierum feratur, quomodo ex humili fortuna ad tantam gloriam peruenerit, haud ab're erit referre. Est Syriæ ciuitas Aſcalon, iuxta templum deæ, quam appellant Dercetam,

De Arabia.

Ninus.

Semiramis.

Aſcalon.
Dercetæ dea

tam, facie hominis, reliqua parte corporis piscem. huius & causæ fabulam ferunt, hanc à quodam adolescente imprægnatam, Venere suggerente, ac deam sui erroris pudore ductam, nazam filiam in desertum exposuisse, & ab auibis susceptam nutritamque. Anno actō, à pastoribus compertam aiunt, & præfidi pastorum regi donatam. Qui liberis carens, vt filiam magna cura nutritam, Semiramidem ab auibis (eo enim nomine lingua Syra vocantur) appellauit. Quæ cum iam nubilus esset, ac pulchritudine cæteras anteeret puellas, præfectus Syriæ cum apud Simmam (ita enim vocabatur pater nutricius) diuertisset, virginis amore captus, vxorem illam sumens, duxit in Ninuien siue Ninam. Et cum plures virtutes Semiramidis formam exornarent, vir vni mulieri deditus, nil absque eius agebat consilio. Inter hæc Ninus Bactrianorum patriam accessu difficilem, viribus præualidam, grandi exercitu coactō, est ingressus. Fucere autem in Bactria plures insignes vrbes, quarum vna præclarissima, cæteris tum magnitudine præstantior, tum arce munitissima, Bactra dicta, vel (vt Stephanus de vrbibus scripsit) Bactrion. Sed & Bactrianorum rex Zoroastres, comparato valido exercitu, Nino occurrit in regni finibus: hostes in fugam verfos superat, persequiturque cædendo vsque ad montes proximis, ad centum millibus hostium cæsis. Deinde auxiliū ferente suis Nino, superati à multitudine Assyriorum Bactriani, dispersi sunt, suæque quisque vrbis subsidio abiit. Ninus cæteris vrbibus captis, Bactra & natura loci & rebus cæteris quæ ad defensionem spectant, munita, cum expugnare non posset, obsedit. Protracta autem longa obsidione, vir Semiramidis Menones dictus, amoris impatiens, vxorem accersit. Quare perspicax magnique vltra muliebrem sexum animi, tempus naçta, quo virtutem ostenderet, viam multorum dierum ingreditur, induta stola eiusmodi formæ, vt vir mulierve esset, nequiret conspici. Cuius tanta erat commoditas, vt postmodum Medi Persæque stola Semiramidis vterentur. Cum venisset in Bactra, perspecta obsidione, tum locis, vrbisque situ, quaq; adiri posset animaduersis, arcem, quia loco natura munito, difficilius erat accessu, custo dijs proinde vacuam, inferiori parti, veluti arce ab hoste tuta, omnibus intentis, conspexit. Sumptis igitur ijs, qui per loca petrosa abruptaque ascendere soliti erant, per aditum vallis præcipitem superata loci asperitate, partem arcis capit, magnoque ad terrorē excitato tumultu, signum, captæ arcis obsidentibus dedit. Qui infra vrbem erant, arce amissa obstupefacti, relictis mœnibus, fuga salutem quaesierunt. Capta est hoc modo ciuitas. Tum admiratus Semiramidis virtutem rex Ninus, in primis eam donis multis cumulauit: deinde pulchritudine eius allectus, persuadere viro conatus est, vt illam sponte sibi vxorem donaret, pollicitus filiam suam ei ea gratia donaturum: reuerti comminatus est, ei se oculos, ni pareret, eruiturum: hoc percussus timore, simul & amore incensus Menones, laqueo vitam finiuit. Semiramidem Ninus vxorem accepit. Superato hoc modo Zoroastre atque occiso, constitutis rebus Bactrianorum, exercitum Ninus dimisit, & ad propria redijt. Hæc Diodorus. Zoroastres rex Bactrianorum, quem occidit Ninus, Cham filius Noæ fuisse dicitur, secundum Magistrum in historijs. Et fertur magicæ artis inuentor. Qui & septē liberales artes in 14. columnis scripsit, septem æneis, & septem laterijs, contra ignē & aquam. Ninus verò libros eius combussit, & ab eis orta sunt idola. Et ab imagine Beli eiusque nomine, idola dicta vel Beel, vel Baal, aut Baalim, aut Beelphegor, aut Beelzebub, vnde Syrophanes primus idololatra Aegypti. De isto Zoroastre B. August. 21. de ciuit. Dei dicit, quod fertur de Zoroastre, quod solus ipse natus riserit, cum omnes alij plorent, nec aliquid boni risus demonstrauit. Nam licet magicarum artium inuētor, à Nino tamen rege Assyriorum fuit superatus. Clemens in itinèrario dicit, quod hic volens videri Deus, & astris multum intentus, velut scintillas quasdam ex stellis producebat, vt rudes in stuporē miraculi traherentur. Tandem ab ipso dæmone, quem importunius frequentabat, est succensus, cui extruxerunt sepulcrum, tanquam amico Dei, vehiculo fulminis ad cælum leuato: vnde & hoc nomen post mortem sortitus est Zoroastres, quasi viuens astrum. Cum Aristoteles scribat, vicies centum millia versuum ab ipso condita, miratur Helianthus, quomodo Aristoteles viderit libros eius, cum Ninus eos combussit. Isidorus dicit eum à Nino interfectum. Eius autem magicam post multa secula Democritus ampliauit.

Bactrianū regnum.

Bactra.
Zoroastres.

Stola.

Semiramidis astutia.

Menones cur sese occiderit.

Zoroastres.

Eiusmodi columnarū & supra mērio sit Generat. 2.

Idololatria

Zoroastres risit ea hora qua natus est.

Ridienla mirario, cū corundē librorū plura esse potuerint exemplaria.

Berosus.

EX GENTILIVM SCRIPTVRIS.

Berosus Chaldæus, vt Iosephus in primo de Iudaica antiquitate significat, fuit sacerdos, notarius, & scriba publicus, & præcessit Alexandri regnū: quo tempore, vt author est Metasthenes, penes sacerdotes solos erat publica fides annaliū: quamobrē omnem

omnem Chaldaicā deflorauit historiam, & sic exorditur, dicens: Ante quartū cladem famosam, qua vniuersus perijt orbis, multa præterierunt secula, quæ à nostris Chaldecis fideliter fuerunt obseruata. Et cum de inundatione orbis, ac saluatione Noæ filiorumq; latè scripserit, subiungit: Igitur ab hoc anno salutis humanæ ab aquis primordio sumpto, nostri Maiores numeros scripserūt. Nos abbreviatè referemus origines & tempora & reges eorum duntaxat regnorū, quæ nunc magna habentur. In Asia quidem nostrum omnium celsissimum Babylonicum, in Africa Aegyptium & Libycum. Postremò in Europa quatuor nostri enumerant, Celtiberorū, Celtarum, Kytim, quod illæ gentes Italicum appellant: & Tuifconum, quod à Rheno fluuio per Sarmatas in Pontum finit. Addunt quidam etiam quintum, Ionicum. Deinde Berofus describit arborem filiorum Noæ: deinde filiorum Sem, Cham, & Iapheth. Postea in 4. lib. Berofus de Noa aut Iano refert, quod in Europa regem Sarmatiæ fecerit Tuifconem, à Tanai ad Rhenum, iunctique sunt illi omnes filij Istri & Mefæ, ab Adula monte vsque in Mesebriam Ponticam. Hæc ille.

GENERATIO XX.

A diluuiū vsque ad Abraham, sunt anni secundum Hebræos, vt ait Philo, ducenti nonaginta duo: sed secundum Septuaginta, sunt anni nongenti quadraginta duo. Ab Abraham vsque ad natiuitatem Moysis, sunt anni quadringenti viginti quinque: Et à Moysè ad inchoatum templum ligneum & legem datam in monte Sinai, anni octoginta.

Ita tabernaculum portabile à Moysè erectum.

A Eras tertia mundi in Abraham patriarcha, ac in eo per lineam Christi ab exordio generis humani anno 3184. vicesima incepit generatio. Natus enim fuit Abraham anno patris sui Tharæ 70. regni verò Nini regis Assyriorum, 42. Vnde Orosius in præfatione libri de * Ormisda mundi, sic ait: Ab Adam vsque ad natiuitatem Abraham, sunt anni 3184. vel vt alij habent, tria millia 34. qui ab omnibus historiographis vel sunt omitti, vel ignorati. Ab Abraham autem vsque ad natiuitatem Christi sub Augusto Octauiano, anni sunt duo millia quindecim. In quibus authores & scriptores inter se omnium oia negociaque triuerunt. Hebræi tamen, quos non sequor, ab exordio mundi vsque ad natiuitatem Abraham, solum ponunt mille nongentos quadraginta octo annos. Et sic secundum Septuaginta interpretes, quos sequitur Beda & Orosius & Ecclesia, excedit Hebræorum supputatio mille ducentis triginta quatuor annis. Porro Ninus, vt refert Otho Frisingens. cruenta victoria tanquam lupus sæuiens inter oues inermes, quinquagesimo secundo regni sui anno, in oppugnatione vrbs cuiusdam sagitta percussus, interijt, in ipsoque veridicè impletum est: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. quod actum est anno Abraham decimo. Diodorus sic ait: Genito ex Semiramide filio, cui nomen Nini in didit, excessit è vita, imperio vxori relicto. Sepultus est in regia, sepulcro ingentis molis, altitudine nouem stadiorum. Mortuo autem Nino primo rege Assyriorum, anno ab exordio mundi 3194. relicto filio impubere Nino & vxore Semiramide, hæc neque immaturo puero (ait Iustinus) tradere imperium, nec ipsa palam tractare ausa, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum foemina parituris, simulat se pro vxore Nini filium, pro foemina puerum. Nam & statura vtrique mediocris, & vox pariter gracilis, & lineamentorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis, tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet, quem morem vestis exinde gens vniuersa tenet. Sic primis initijs sexum mentita, puer credita est. magnas deinde res gessit, quarum amplitudine vbi inuidiam superatam putat, quæ sit fatetur, quemve simulasset. nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quod mulier non foeminas modò virtute, sed etiam viros anteiret. Hæc Babyloniam condidit, & murum vrbs cocto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato, quæ materia in illis passim locis è terra exestuat. Multa alia præclara huius reginæ fuere: siquidem nõ contenta acquisitos à viro regni terminos tueri, Aethiopiam quoque regno suo adiecit. Sed & India bellum intulit, quod præter illam & Alexandrum Magnū nemo intrauit. Iustinus hæc. Sed Diodorus Siculus lib. 3. refert hoc modo: Vniuersa deinceps peragrata Aegypto, Libyæque magna ex parte in ditionem redacta, ad Iouem Ammonem transijt, sciscitatura à deo suæ vitæ finem. dicitur responsum ei datum, ab hominibus migraturam esse, atque à multis Asiæ gentibus immortalium honores affecturam. Idque fore, cum ei Ninus filius infidiaretur

Babylonia conditur.

Bitumen.

Semiramis.

infidiaretur, de quo infra. Idem Diodorus paulò post: Constitutis, inquit, Aethiopiæ Aegyptique rebus, Semiramis ad Baetrianos Asiæ cum exercitu descendit, & cum diutius pacem egisset, honoris cupida, excogitauit aliquod memoria dignum bellum gerere. Audiens igitur Indorum gentem maximā, inter cæteras orbis regiones pulchram fertilemque, arma in Indiam vertit. Est autem India præ cæteris pulchritudine excellens, regio multis fluminibus distincta, bisque fructus annuatim ferens. aded autem omnibus exuberat ad victum necessarijs, vt affatim vbilibet fructus afferat. dicitur, nunquam in ea sterilitatem esse, aut fructuum vastitatem. Est ibi incredibilis elephantorum numerus, qui virtute & robore corporis longè Libycis præstant. Similiter aut, argenti, æris, lapidumque preciosorum, cæterarumque rerum quæ ad delicias atque opes spectant, summa copia. Quæ singula Semiramidem ad bellum Indicum inuitauere. Videns autem quantum bellum susceptum esset, magnisque viribus sibi opus esse, omnibus prouinciarum præfectis mandauit, vt pro magnitudine prouinciarum, iuniores bello aptos conscriberent. Edixit quoque reliquis, vt post triennium in Baetris parati instructique adessent. Insuper in Phœnicia, Cypro, Syria, atque alijs maritimis locis, vbi ea materia suppetit, naues fluminibus aptas parari. His tandem cõfectis, copias omnes in Baetris coegit. fuit militum numerus, vt Ethesias tradit, tredecies centena millia militum, equitum quingenta millia, currus autem ad centum millia, naues diuersæ ad duo millia. Audita rex Indorum exercitus magnitudine, tum ingenti apparatu belli, conatus est excedere Semiramidis vires. Et primum ex arundinibus nauigia confecit, ad quatuor millia, fluuio accommodata. Armorum quoque omnis generis copias cõfecit. Elephantorumque venatione facta, plurimos ad bellum instruxit. omnibusque paratis atque instructis, nuncios ad Semiramidem nunc appropinquantem mittens, reprehendit eius ambitionem, quod nulla laceffita iniuria, bellum sibi inferret, multisque verbis eam per literas incusans, deos inuocans testes, minatus est, si acie victa esset, se illam cruci affixurum. Lecta epistola, ridens Semiramis, non verbis, sed virtute certandam, respondit. Deinde regis classe inuenta, durum certamen commissum est, ac diutius magnis viribus vtrinq; pugnatum. tandem superata Indorum classe, ad mille naues submersæ sunt, multique mortales capti. pontem supra flumen, quo facilior esset transitus, construxit. præsidioque ex vtroque latere imposito, omnes copias traduxit, vrbes & insulas cepit, ad centum millia hominum in seruitutem redegit. Classe amissa, Indorum rex simulans, suas copias procul à flumine retro abduxit, vt hostes id formidine factum rati, flumen transirent. Semiramis verò parte copiarum ad pontis custodiam relicta, Indos cum reliqua parte exercitus persecuta est, atque de victoria secura, in primis pugnans, Indos in fugam vertit. Rex hæc ea re percussus, aduersus reginam virili animo proficiscitur, magnamque edebat Assyriorum cadem. Cum autem magnus interfectorum cumulus fieret, timor & tremor omnia compleffent, nulli iam ordinem seruabant. ita omnibus ferme Assyrijs ad fugam intentis, Rex Semiramidi casu obuius, primum sagitta brachium eius, deinde iaculo humerum fauciauit: mox omnes in fugam versi, ad naues tendunt. Insequenti bus Indis, magna cædes facta est, per loca tantæ multitudini angusta, ita vt Assyrij suomet tumultu interirent. Multi ex vtroque pontis latere, fugientium multitudine in aquam præcipitati sunt. Semiramis, cum maiorum eorum pars qui bello superferant, flumen transisset, pontem quem fecerat, discedit, multis Indorum, qui illos insequendo ascenderant, vi fluminis submersis. Rex multis prodigijs augurumque responsis monitus, ne flumen transiret, finem insequendi fecit. Semiramis verò permutatis captiuis, in Baetrianos rediens, maiorem exercitus partem dimisit. Itaque frustrata, Babylonem redijt. Hæc multò pluribus verbis Diodorus. Qui & eam dicit postea tradito filio regno, euauisse iuxta oraculi responsum, & aliqua satis fabulosa subiungit. Idem Diodorus refert, quod Indorum populus fuerit in septem tribus distributus. Prima est philosophorum. hi ab omni opere immunes, neque seruiunt cuiquam, neque imperant: pauciores numero, sacra dijs faciunt, & curam habent defunctorum tanquam chari dijs. anni principio conueniunt, siccitates, pluias, ventos, morbos prædicunt, cæteraque quorum cognitio possit vrilis esse. Qui falsum dicit, quod perpetuò sileat, penam subit. Secunda tribus est agricolarum, quos nullis hostis laceffit, neque spoliat, viuunt autem in campis cum vxoribus & liberis, soluti metu, neque in vrbes conueniunt, dant Regi tributum.

Indiae regnum.

Indiae & Elephantorum eius laus.

Rex Indorum.

Arundinum robur in India & crassitudo.

Semiramis.

Indis super naues fabricatus.

Indi in septem tribus distributi.

Philosophi.

Agricultor.

Pastores. butum. Omnis enim India subdita est regibus. Tertiam tribum conficiunt pastores, qui neque in ciuitatibus, neque in villis morantur, vtuntur tabernaculis, venatu ac rebus tutas à feris auiibusque terras reddunt. **Artifices.** Quartum locum artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis instrumentis fabricandis vacat. **Milites.** Quinto ordine milites armis dediti sunt, qui cum equis elephantisque bello apti ex regia victum habent. **Ephori.** Sextus est ordo Ephorum: hi quaecunque in India aguntur, regi referunt. **Consiliarij.** Septimo loco existunt, qui publicis consilijs præsunt, nobilitate prudentiaque insignes, at numero paucissimi. Duces insuper ex his deliguntur ac principes. Has in partes politia distributa est, & non licet vnus ordinis virum, alterius vxorem ducere, neque exercitium mutare. **Indorum leges.** Leges apud Indos habentur varia, quæ fuerunt à priscis eorum philosophis editæ. Lege enim sanxerunt, neminem omnino seruum esse, liberos æquo iure honoreque haberi, optimè ad omnem fortunæ casum instituisse vitari: Stultum videri, leges aquas omnibus positas, fortunas non æquè omnibus communes esse. **Semiramis.** Semiramis cum haberet priuignum, Trebetam dictum, suspicione affectandi regnum ducta, insidias illi parare cœpit. **Trebeta.** Qui classe facta, è regno fugit, ex Asiaque in Europam profectus, id est, per mare in Rhenum, ac inde per Mosellam fluuium, in valle pulcherrima Galliaë consedit, ibique florentissimam urbem totius Galliaë caput fundauit, ac Treuerim quasi Treberim ex nomine suo appellauit. **Treueris.** Ex tantibidem hodie antiquæ nobilitatis monumentorum insignia. E quibus circa annum Domini millesimum ducentesimum, repertum est in lapide sculptum tale Epitaphium:

*Nini Semiramis, quæ tanto coniuge felix,
Plurima possedit, sed plura prioribus addit:
Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit à patrio priuignum Trebeta regno,
Insignem profugus nostram qui condidit urbem.
Gotfridus:*

*Ante * Romam * Treueris stetit annis mille trecentis.*

Fuit autem Semiramis elatissima mulier & impudica, de qua narrat Valerius Maximus: Cum ei circa cultum capitis sui occupata aliquando nunciatum esset, Babyloniam cui dominabatur, defecisse, altera parte crinium adhuc soluta, ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua eius Babylone posita effillo habitum, quo ad vltionem exigendam celeritate præcipiti, tendit. Orosius de ea libro primo: Semiramis libidine ardens, sanguinem sitiens, cum omnes quos concubitu oblectasset, occiderit, tandem filio flagitiosè concepto & impiè exposito, incestu cognito, priuatam ignominiam publico scelere obtexit. Præcepit enim, vt inter parentes & filios nulla delata reuerentia naturæ, de coniugijs appetendis, quod cuique libitum esset, liberum fieret. Et vt scribit Iustinus, cum filij concubitu petijset, ab eodem interfecta est, iuxta Iouis Ammonis oraculum, duos & quadraginta annos regno potita. Anno quinquagesimo tertio præsentis generationis, Ninus filius Ninus rex fecudus, aliàs Ninias vel Ninus. Hic regno potitus, elaborato à parentibus imperio contentus, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, ocium & delicias secutus, in foeminarum turba consenuit. Existimabat enim incommoda omnia vitare, in continuis versari voluptatibus: vacuum esse curis, summam in rege felicitatem ratus. Ad securitatem autem imperij, & vt à subditis timeretur, annuatim certum militum indicebat numerum. acto anno, copias, remisso domum priori milite, rursus à provincijs petebat, quo fiebat vt & subditi promptius imperata facerent. Annuam autem militum mutationem ad id conferre existimabat, vt parua temporis consuetudine nulla inter eos amicitia contracta, neque duces neque ceteri aduersus regem conspirarent. Vita verò principis exterioribus ignota, voluptates suas eis occultas reddidit, & tanquam inuisibilem Deum ne verbo quidem quis blasphemare præ timore auderet. hoc pacto duces exercitus, provinciarum præsidēs, iudices insuper singularum gentium, aliaque pro regni cura disponens, vitam agebat. Posterius quoque eius exempla secuti, responsa gentibus per internuncios dabant. Et sic imperium Assyriorum, qui postea (teste Iustino) Syrii vel Syri dicti sunt, ad Sardanapalum vsque durauit. Anno 75. Abrahæ, qui est annus regni Nini regis Assyriorum vicessimus

vi cesimus tertius, quia multarum gentium futurus pater erat Abrahæ, vocatur ideo à Domino, auctoque nomine, ab ipso dictus est Abraham, qui prius Abram vocatus erat. præcipiturque ei, vt non solum affectu, sed & loci mutatione ciues Babylonie fugiat. Refert enim Philo, cum à Chaldæis, eo quod ignem ritu ipsorum adorare nollet, in ignem proiectum, sed mox ad inuocationem Domini liberatum, iuxta illud: **Gen. 17.** Eduxit eum Dominus de Vr Chaldæorum. Vr enim, lingua eorum, ignis vocatur. Sed & Iosephus: Meminit, inquit, patris nostri Abraham Berosus, non quidem nominans eum, sed ita dicens: Post diluuium decima generatione apud Chaldæos fuit vir quidam iustus & magnus, in cælestibus rebus expertus. Nicolaus verò Damascenus in quarto historiarum sic ait: Abraham regnavit in Damasco, veniens ad uena cum exercitu de terra, quæ super Babylonem dicitur Chaldæorum. Et Iustinus abbreviator Trogi Pompeij, libro 36. sic refert: Fuit nanque Iudæis origo Damascena, quæ Syriæ nobilissima ciuitas est. * post Damascum Abraham, Israel, Moses, reges fuerunt. Sed Israel felix decem filiorum prouentus, maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum, filijs tradidit, omnesque ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, colique eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat. Hæc etiam non in totum, tamen in cortice, fidei nostræ sunt consentanea, possetque Abraham & posterius illius, reges dici. De hoc infra generatione vicessimasecunda claritis. Dixit tum Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi, ibique faciam te in gentem magnam. Abram obediens Deo, dum esset 75. annorum, cum Loth nepote ac familia sua migravit in Chanaan, quam terram & larè possedit, ac posteris suis reliquit. Ab hoc anno 75. Abrahæ, vsque ad legem datam Moysi, sunt anni quadringenti & triginta. De hoc Apostolus ad Galatas capitulo tercio. ibique verò post quadringentos & triginta annos facta est lex. Quod verò venerit in Chanaan, de quo Comestor: Tulit autem Abram Sarai & Loth, & animas quas fecerat in Aram, & intravit terram Chanaan, & venit ad Sichem & ad conuallem illustrem, quæ Pentapolis dicebatur tunc, à quinque urbibus Sodomorum, quæ nunc mare mortuum dicitur, quia nil in eo vitum subsistit: vel lacus Asphalti, id est, bituminis, quod bitumen potius quam aquam habeat. Apparuitque ei Dominus, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare Domino. de quo Iosephus: Primus, inquit, præsumpsit Deum vnum creatorem esse cunctorum pronuntiare, & hominum opinionem, quam tunc cuncti de Deo habebant, innouare & immutare præualuit. Hæc autem conijciebat per terræ passiones & maris, & ea quæ contingunt circa solem & lunam, & ex omnibus quæ circa cælum semper eueniunt. De eodem Berosus meminit, vt supra dictum est: Inde transgrediens Abram, tetendit tabernaculum inter Bethel & Hai, & edificauit ibi iterum altare Domino. Et perrexit vltra ad meridiem, & habitauit in Damasco. Vnde & nomen eius vsque nunc in ciuitate Damascena habetur in gloria, & vicus ostenditur, qui dicitur Habitatio Abram. Facta est autem fames magna in terra Chanaan, & descendit Abram in Aegyptum. Timensque libidinem Aegyptiorum, ne cum propter speciem mulieris occiderent, sororem suam eam dixit. Et sublata est mulier valde pulchra in domum Pharaonis. Abram verò benè vsi sunt Aegyptij propter eam. Deus verò desiderium regis impediuit, ne tangeret eam, ægritudine & tumultu causarum. Cumque pro salute regis sacrificarent, per iram Dei hoc accidisse significarunt, quod vxori peregrini iniuriam facere statuisset. vocauitque Pharaon Abram, & dixit ei: Cur nõ indicasti quod vxor tua esset? Ecce vxor tua, accipe eam. Et præcepit rex viris suis, vt educerent eam. Sed & muneribus donauit: & teste Iosepho, vt esset inter sapientissimos Aegyptiorum, instituit: virtutemque eius & gloriam ex hoc contigit esse clariorem. Nam cum essent Aegyptij diuersis moribus dissidentes, verba eorum inania, nihilque verum habentia demonstrauit. Erat igitur in admiratione cunctorum, tanquam vir sapiens, atque paratus non solum ad intelligendū, sed etiam ad loquendum & satisfaciendū quæcunque docere niteretur. Arithmetica quoque eis contulit, & quæ de astrologia sunt, ipse quoque contradidit. Nam ante aduentum eius Aegyptij hæc ignorabant. Deinde præcepit Pharaon propter Abram, vt deducerent eum & vxorem eius, & omnia quæ habebat, extra terram suam absque molestia. Reuersus est autem Abram vsque ad locū, vbi primū fixerat tabernaculū, inter Bethel & Hai. Erat autem Abræ diues valde in possessione auri & argenti.

genti. Sed & Loth qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium & armenta. Dumque venissent in Chanaan, facta est rixa inter pastores gregum Abræ & Loth. Dixit ergo Abram ad Loth: Ne, quæso, sit iurgium inter me & te. fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est. Si ad sinistram ieris, ego ibo ad dextram: si dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem, & habitauit in Sodomis, Abram in terra Chanaan in ciuitate Ebron. Ex hac itaque, partitione facta est consuetudo, vt maior diuidat, minor eligat. Aedificauit autem ibi altare Domino. dixitque Dominus ad Abram: Leua oculos tuos: omnem enim terram quam cõspicis, dabo tibi & semini tuo vsque in sempiternum. In illo tempore Chodorlahomor rex Elamitarum, adiunctis alijs tribus regibus, inter quos erat Amraphel rex Sennaar, qui fuit ex Nemroth, & alio nomine ita vocabatur, (causa erat belli, quia rex Sodomorum & alij quatuor reges, Gomorrhæ, Adama, Seboim, & Bala, quæ est Segor, tributum quod soluebant, duodecim annis negabant) iniit bellum, habens in adiutorium alios ex Syria reges. Congressique, & prælio forti commisso, multi ex Sodomis sociisque mortui, reliqui vero captiui abducti sunt. Abram cum audiisset calamitatem Loth atque vicinorum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, iunctis sociisque de conualle Mambrae ex domo Eschol & Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram: & persecutus est eos vsque Dan, & diuisis sociisque, irruit super eos nocte, percussitque eos, atque persecutus est vsque ad terram Damascenorum, reduxitque omnem substantiam, & Loth fratrem suum, mulieres quoque & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, Abram honorandi causa, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. At vero Melchisedech rex Salem, qui & Sem filius Noe secundum aliquos asseritur fuisse, quem Apostolus ad Hebraeos introducit sine patre & sine matre. Traduntque Hebraei, ab hoc vsque ad Aaron, omnes primogenitos fuisse sacerdotes, & Deo victimas immolasse. Hic protulit panem & vinum Abram. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Benedixitque Abram, & ait: Benedictus Abram Deo excelsio, qui creauit caelum & terram. Abram autem dedit ei decimas ex omnibus. Rex autem Sodomorum obtulit Abram omnia recuperata, exceptis personis. Sed Abram nil voluit accipere, nisi partes eorum qui eum iuuerunt. Hinc est quod mercedem à Deo recipere meruit. Qui ait: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: nolite timere. Et quia adhuc sine filio erat, promisit ei Deus filium, & multam ex eo sobole, numero stellarum futuram. Et ille quidem hoc audiens, sacrificium obtulit. Occidente autem sole, separatim ei dictum est per visionem, quod semen suum peregrinaturum esset in Aegyptum, & seruiturum 400. annis, 4. autem generatione reuersurum. Totidem autem anni numerantur ab eo tempore vsque ad egressum filiorum Israel de Aegypto. Dixit autem Abram ad Dominum: Quid dabis mihi? ego vadam sine liberis, & Damascus filius Eliezer procuratoris mei, erit haeres meus. Et dixit Dominus: Non erit haeres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo. Credidit Abram Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quasi uero autem signum Abram. Et ait Dominus: Sume in crastinum vaccam, capram & arietem, quæque trima, & turturem & columbam, & immola. Qui tollens animalia, per medium diuisit, & partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit: & dum expectaret præceptum Domini de modo immolandi, descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. cumque sol occubisset, irruit super Abram & horror. Et dictum est ad eum de annis 400. vt supra. Non autem sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute 400. annos populus Dei fuerit: Sed referendi sunt anni quadringenti ad id quod dictum est, Peregrinum futurum est semen tuum in terra non sua, siue in Chanaan, siue in Aegypto peregrinum erat, antequam hereditatem haberet ex promissione Dei: quod factum est, postquam ab Aegypto liberati sunt. Et beatus Augustinus quadringentos annos numerat à natiuitate Isaac, vsque ad egressum Israel de Aegypto. Sarai autem non habebat liberos, & dixit Abrahæ: Ingredere ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios. Et concepit, ac despexit dominam suam: & Abram dissimulabat. & ait Sarai: Iniquè agis, iudicet Deus. Cui Abram: Ecce ancilla in manu tua est. vtere ea vt liber. Assilgente autem eam Sarai, illa iniit fugam, volens ire in Aegyptum de qua erat. Et inuenit eam angelus Domini soliuagam: Reuertere, inquit, ad dominam tuam, & humiliare. concepisti & paries filium, & vocabis nomen eius Hismael. Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes, & è regione fratrum suorum figet tabernacula. Cumque loqueretur Dominus cum ea, pertransiit in turbine, & vidit ipsa posteriora Dei, & ait: profecto hic vidi posteriora videntis me. Et appellauit

Sara.
Agar.
Gen. 16.

Melchisedech.
Heb. 7.

Gen. 15.

De fide
Abræ.

lauit locum, puteum viuientis, & videntis me. Adhuc puteus Agar ostenditur inter Cades & Barach, secundum Comestorem. Quæ redijt, & peperit filium, & vocauit eum Hismael. Abram autem erat tunc 86. annorum. Anno Abrahæ 99. apparuit ei Deus, promittens filium de Sarai, iussitque eum vocari Isaac, dicens gremem magnam ex eo futuram. præcepitque vt genus quod ei nasceretur, alijs non miscerent, suaque genitalia circumciderent. Et Abram quidem gratias egit, repenteque circumcisus est, & omnes qui apud eum erant, & puer Hismael. Exinde Abrahæ in conualle Mambrae in ostio tabernaculi apparuerunt tres angeli in specie humana, currensque obuiam eis atque adorans, inuitauit eos ad hospitium, & conuiuium fecit. Cui angelus: Reuertar post annum tempore isto, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium occulte, dicens: Postquam confenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixitque angelus: Nunquid Deo difficile est quidquam? cur risit Sara? Negauit Sara, timore perterrita. Dominus autem dixit: Non est, sed risisti. Cumque surrexissent illi tres viri, direxerunt oculos contra Sodomam. Clamor, inquit Dominus, Sodomorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Abierunt ergo Sodomam. Abraham autem ait: Nunquid Domine perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Dixitque Dominus: Si inuenero in Sodomis quinquaginta iustos, parcam omni loco propter eos. Ait Abraham: Quia semel coepi loqui ad Dominum meum, scum sim puluis & cinis, quid si quadraginta quinque fuerint? Et ait: Non percutiam. Et ab hoc Abraham descendit vsque ad decem, dixitque Dominus: Non delebo propter decem. Veneruntque duo angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui surrexit & inuit obuiam eis, adoransque eos pronus in terram, dixit: Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manet proficiscimini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus. Compulit illos opidd, vt diuerterent apud ipsum. Ingressisque domum, fecit conuiuium. Et cum irent cubitum, populus Sodomorum circumdederunt domum, dicentes Loth, vt produceret iuuenes, intendentes abuti eis. Qui ait: Habeo duas filias quæ nondum cognouerunt virum. abutimini eis vt libet. tantum his nihil mali facite. Ingressi enim sunt sub umbra culminis mei. Hoc autem fecit perturbatus, non consilio. At illi noluerunt, & vim faciebant Loth vehementissimè. Et ecce angeli introduxerunt Loth, & clauserunt ostium: illos autem qui foris erant, percusserunt cæcitate, quæ Græcè *aorasia dicitur. Et angeli dixerunt Loth: Educ omnes tuos de vrbe hac. delebimus enim locum istum. Et ingressus Loth ad generos suos, ait: Surgite, delebit enim Dominus ciuitatem istam, & secundum Hebraeos, sponfos adiit. Qui noluerunt egredi, dicentes, Loth ex more semper mala prædicere. Manet dissimulante Loth exire, apprehensum eum cum vxore & filiabus, duxerunt extra ciuitatem, dicentes: Ne respicias retro, sed in monte saluum te fac. Qui ait: Ne forte apprehendat me malum in monte, & moriar. Est hic ciuitas parua, ad quam fugere desidero. Et ait Dominus: Non subuertam urbem pro qua locutus es. Et vocata est vrbs Segor, id est, parua. Loth tamen non mansit ibi, sed ascendit in montem: ideo post euerfa est. Egresso itaque Loth de Sodomis, pluit Dominus super ciuitates illas sulfar & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnem circum regionem, vniuersosque habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Respiciensque vxor Loth, versa est in statuam salis, quam Iosephus dicit se vidisse, & hactenus manere. Versus est ergo locus in lacum salis sterilem, & dicitur mare mortuum, quia nihil habens vitam, in eo est. Nauem quoque non patitur. Si quid viuum aliqua arte immiseris, superexilit. lucerna ardens superenatat, extincta mergitur. Dicitur etiã, quod poma nata in arboribus circumpositis, vsque ad maturitatem coloris sunt viridis: matura si incidas, fauillas intus inuenies. Meminit Cornelius Tacitus libro 21. actorum diurnalium. Loth autem egressus de Segor, mansit in monte in spelunca, & duæ filiae eius cum eo. Didicerant autem filiae Loth, consumptionem mundi futuram per ignem. suspicataeque sunt tale aliquid factum, quale in diebus Noe. Ad reparandum ideo genus humanum, consilium inierunt, dantque patri vinum: & eo inebriato, singulatim dormierunt cum eo. Conceperunt ambæ, peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum. Minor quoque peperit filium, & vocauit eum Ammon: ipse est pater Ammonitarum.

Abraham autem videns subuersam regionem Sodomorum, peregrinatus est in Geraris, vt hospitalitatem exercere posset. Rex autem Geraris Abimelech, fecit duci

Hismael
nascitur.
Abram.
Gene. 17.

Gen. 18.

De Sodomis
ante urbem
conditam
annis
1160. secundum
Orosium.

Gen. 19.

*aorasia seu
acrifia

Hæc Ge. 14.
Bala vocatur.
De Sodomis.

Statua salis.

Mare mortuum.

Loth.

Abraham.
Gen. 20.
Abimelech.

dnici ad se Saram, vt eam haberet vxorem. Sed comminatus est ei Dominus mortem in somnis. Abimelech verò nō tetigerat eam. Et dixit: Domine, num gentē ignorantem & iustam occides? Nōne ipse dixit mihi, Soror mea est? Dixitque ad eum Deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares. Nunc redde viro vxorem. Tulit igitur Abimelech oues & boues, seruos & ancillas, & dedit Abrahā, reddiditque illi vxorem suam Saram, & ait: Ecce terra coram te est: vbi-
 cunque placuerit tibi, habita. Dedit & Sarā munera. Orāte autem Abraham, sanauit
 Deus Abimelech, & vxores & ancillas eius: concluderat enim Dominus omnes pro-
 pter Saram vxorem Abrahā. Anno verò centesimo Abrahā, Sara peperit ei filiū,
 quem vocauit Isaac, & circumciderunt eum octaua die. Aliquāto post tempore, cum
 vidisset Sara Hismaelem ludentem cum Isaac, agrē tulit, & dixit Abrahā: Eijce ancil-
 lam & filium eius: non enim erit haeres filius ancillā cum filio meo. Et Hebræi tra-
 dunt, quòd cogebat eum adorare luteas imagines. Durē hoc accepit Abraham, &
 dissimulabat. Sed dixit ei Dominus: Audi vocem Sarā. Qui tollens panem & vtrem
 aquae, imposuit scapulā Agar, & tradidit ei puerum, & abiit. Cumque consumpta ef-
 set aqua in deserto, & puer sitiret, abiicit mater puerum sub arbore, & sedit procul
 quantum arcus iacere potest, ne videret filium morientem, & fleuit. Et audiuit De-
 us vocem pueri, dixitque angelus matri: Surge, tolle puerum, & aperuit oculos eius
 Deus, & vidit puteum, deditque puero bibere, & implens vtrem, abiit. Creuit puer,
 & moratus est in solitudine Pharan, & factus est vir sagittarius. Et accepit ei mater
 vxorem de terra Aegypti, de qua nati sunt duodecim filij, principes tribuum sua-
 rum. Cum autem vidisset Abimelech Abraham prosperatum, venit ad eum cum
 Phicol principe exercitus sui, & ait: Iura mihi per Deum, ne noceras mihi & posteris
 meis. Et eduxit eos Abraham ad puteum, quem ostenderat Deus Agar, quem fode-
 rat Abraham ante Agar eiectam. hunc serui Abimelech abstulerant Abrahā. Vn-
 de Abimelech restituit eum Abrahā, qui vicissim regi dedit septem agnas, & vocauit
 puteum Bersabee: & ibidem ambo percusserunt fœdus. plantauitque Abraham
 circa puteum nemus, & fuit ibi colonus multis diebus, non habitator. Dicit enim
 B. Stephanus in Actibus Apostolorum, quia non accepit ibi hereditatem nec pas-
 sum pedis. Tentauit autem Deus Abraham, vocansque eum, iussit vt Isaac filium
 tunc viginti quinque annorum, immolaret loco certo designato. qui subito surgens,
 teste Iosepho, assumpto filio, & tribus diebus pergens, dixit seruis suis, vt expectarent
 ad radicem montis ostensi. Ipse autem solus cum filio, portans ignem & gladium,
 ascendit. ibique ordinata strue lignorum, tunc Isaac interrogauit, quid esset sacri-
 ficaturus, cum victima deesset. Ad quā ille: O puer, quem innumeris votis à Deo
 optaui, & te dato, nihil est quod pro te non feci, nec me feliciorē arbitrabar, nisi
 cum te viderem, ac moriens, te successorē mei honoris & principatus relinquere
 gaudebam. Qui Dei voluntate pater tuus factus sum, denuo secundum eius placitum
 repono. Deo nanque te cædo, qui hunc honorem dignatur à nobis recipere.
 Natus ergo feliciter, non communi modo hanc vitam egredieris, sed à patre pro-
 prio oblatus Deo patri cunctorum. Reor enim quia te dignum iudicauit, nec agra-
 tudine, nec in bello, neque qualibet alia passione ex hac vita liberare, sed cum ora-
 tionibus & sacrificijs animam tuam suscipere, eritque decatero mei curam gerens,
 qua gratia maximè te nutrebam, hoc mihi Deo pro te prabituro. Ad hæc Isaac li-
 bentissimè eius sermones accipiens, ait: Quia neque iustum esset, vt in initio nasce-
 retur, si Dei & patris iudicium esset refutaturus, aut non se monstraret amborum vo-
 luntatibus preparatum, quando liceret, & solo patre hoc volente facere, si non obe-
 diret, esset iniustum. Hoc dicens, accessit ad cædem pariter & ad altare. Sed idem
 opus infirmatum est, offerente Deo impedimentum. Clamauit ergo Deus nomi-
 natim Abraham, suspendens eum à nece filij. Non enim quasi sanguinem deside-
 raret humanum, necem filij se imperasse dicebat, sed eius mentem probare vel-
 le, si etiam talia iussus audiret: Per memetipsum, inquit, iuravi, quia fecisti hanc
 rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multi-
 plicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam maris: & benedicentur in
 femine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Hæc cum dixit Deus, ari-
 etem ad sacrificium produxit ex improviso. Illi verò præter spem semetipsum am-
 plexantes osculabantur. Altera verò die sacrificio celebrato, reuersi sunt ad Saram,
 feliciterque debebant, cuncta quæ vellent, præbente eis Deo. At Sara non mul-
 to

Abraham.

Isaac.

Gen. 19.

Abimelech.

Abrahā.

Act. 7.

Gen. 22.

Abraham

offerit Isaac.

to post tempore defuncta est, cum vixisset annis centum vigintiseptem, sepultaque
 est in Hebron, Abraham emente agrum siclis quadringentis ab Ephron in sepulturam
 posteritatis suæ. Erat autem spelunca duplex: in superiori sepeliebantur viri, in infe-
 riori mulieres. Ibidem tamen Adam & Eua iam sepulti erant, vt Comestor ait.
 Erat autem Abraham senex, dixitque ad Eliezer seruum suum, cumque adiuua-
 uit, vt iret ad cognationem suam, & inde acciperet Isaac filio, qui tunc quadraginta
 erat annorum, vxorem. Tulit ergo Eliezer decem camelos, & abiit, ex omnibus bo-
 nis domini portans secum, perrexitque in Mesopotamiam ad Charram urbem Na-
 chor. accubuit autem cum camelis ante urbem ad puteum. Orauit autē Dominum,
 vt vxor futura domini sui sibi ostenderetur. Et ecce Rebecca Bathuelis filia descende-
 rat, & impleuit hydriam: & alijs quidem auertentibus, ipsa peregrino aquam præbuit.
 & adiecit: Quin & camelis tuis hauriam. Ille autem accepto quòd esset filia Bathue-
 lis, protulit in aures aureas & armillas, & dedit ei. Cucurritque puella in domum, nū-
 cians audita. Egressus Laban, introduxit virum, & destrauit camelos, lauit pedes ho-
 spitum, & apposuit panem. Antè tamen Eliezer exposuit causam itineris. responderūt
 Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo domini tui. non possumus extra pla-
 citum eius quidquam loqui. Ac sciscitata puella, consensum præbuit nuptijs. at ipse,
 prolatis vasibus aureis & argenteis, in pace dimissus cum Rebecca & nutrice eius. quam
 duxit Isaac, potius postea omnium rerum Abrahā. Post hæc Abraham aliam duxit
 vxorem, nomine Cethuram, id est, copulatam. dicunt hanc fuisse Agar, quæ prius con-
 cubina, mortua Sara, sit vxor, ne senex nouis nuptijs lasciuissè arguatur. Iosephus au-
 tem dicit, quòd antequam misisset pro vxore filij, duxerat eam. Et hæc genuit ei li-
 beros sex, & separauit eos Abraham dum viueret, ab Isaac ad plagam orientalem, &
 cuncta quæ possederat, dedit Isaac, alijs verò largitus est munera. filij tamen Cethu-
 ræ à nomine liberæ se dixerunt Saracenos. Nomina filiorum Iosephus ponit: Primus
 vocabatur Zambri, secundus Iezar, tertius Madan, quartus Magiani, quintus Iefnoch,
 sextus Esie. Madan autem etiam filium genuit vocatum Afer, & ex illius nomine
 Africam nominatam voluit. Cledeus autem propheta, qui & Malchus, scribens
 historiam Iudæorum, ait: Quia de Cethura Abrahā fuerunt filij multi, dicit etiam
 eorum nomina tria: Ephron, Surin, Iaphran. Et de Surin quidem Assyriam nuncu-
 patam: ex duobus autem reliquis Iaphran & Ephron, ciuitatem Abiran, prouin-
 ciamque Africam nuncupatam: his auxilium præbuisse Herculem in Libya, & duxit
 se vxorem filiam Iaphran, nomine Ecbeam, & genuisse ex ea * Dodorum filium, cuius
 filius Phoron, ex quo barbari Sorophaci nominantur. Post paululum verò tempo-
 ris mortuus est etiam Abraham, vir quidem omni virtute dignus, & summè à Deo pro-
 studio quod circa eum habuerat, honoratus. Vixit autem omne tempus suum annis
 centum septuagintaquinque, & in Hebron cum Sara coniuge sua, à suis filijs Isaac &
 Hismaele extitit sepultus. Et hic fuerat annus repromissionis centesimus. In hac ge-
 neratione Genealogia deorum incepit, anno ab exordio mundi ter millesimo cente-
 simo nonagesimo. Iupiter primus Oethæus, vt aiunt, & Dei filius, cui proprium no-
 men Lyfanius fuit, isdem temporibus apud Arcadiam magno in precio habitus est,
 qui ob virtutes hoc præclarissimum nomen adeptus est. Is Lyfanius ex Heber filijs,
 videlicet Gerari, originem duxit. qui cum esset nobilis genere, ex Arcadia Athenas ve-
 nisse dicitur: vbi cum esset ingenij maximi, videretque Atticos rudes, bestialique fer-
 me ritu viuentes, ante omnia eosdem, compositis legibus, publico instituto viue-
 re docuit. Cumque eos ad humanitatem redegisset, monuit eos deos colere: aras,
 templa, sacerdotesque constituit. quæ cum Attici mirarentur, eum existimantes
 Deum, Iouem vocauere: regemque suum confestim fecere. Iouis enim nomen, quasi
 iuuans pater esset, sibi indiderunt: quod nomen postea & secundo Ioui, Cæli filio,
 necnon & Ioui tertio Cretensi, regis Saturni filio, datum esse noscitur. De hoc & dijs
 gentium plenius infra generatione 24. videbimus. Anno verò Abrahā 129. Cres si-
 ue Orion, Dæmogorgonis (vt quibusdam placet) filius, primus Cretæ insulæ rex (te-
 ste Eusebio) factus, insulam à se Cretam appellauit. Hic autem Cres, vt aliqui volunt,
 vnus Curerum fuit, à quibus postmodum Iupiter tertius absconditus fuit atque nu-
 tritus. Alij tamen Saturnum, primum regem Cretensium volunt: post quem Iupiter,
 deinde Minos, exin Idomeneus, qui cum alijs Troiam obfedit.

Mors Saræ.

Gen. 24.

Eliezer.

Rebecca.

Cethura.

Aliter hæc

nomina po-

nuntur Ge-

nes. 25.

Africa.

Gen. 25.

Mortuus Ab-

raham.

Deorum ge-

nealogia.

Iupiter Ly-

fanius.

Iupiter.

Cres, Cretæ

rex primus.

Creta.

GENERATIO XXI.

Secundum Hebraicam veritatem, anno ab exordio mundi bis millesimo centesimo vigesimo secundo, incepit in Isaac, quum esset annorum septuaginti quinque, vicefima prima generatio: sed secundum LXX interpretes,

ANno ab exordio mundi, ter millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, regnante apud Assyrios Xerxe seu Baleo, in Isaac filio Abraham, cum esset annorum 75. vicefima prima incepit generatio, duravit autem centum & quinque annis. Isaac vero, vt predictum est, quadraginta erat annorum cum duxit Rebeccam vxorem, quæ inuenta est sterilis longo tempore. Sciens autem Isaac promissionem patri suo factam, orauit Dominum, vt quod promiserat, adimpleret. Et concepit mulier, habens duos in vtero: & quum vicina esset partui, collidebantur in vtero eius paruuli, de quo mater afflicta hæsitansque, consuluit Dominum. Cui Dominus: Duæ gentes sunt in vtero tuo, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Iam tempus pariendi venerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prior egressus est, rufus erat & hispidus, vocatumque est nomen eius Esau. protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, idcirco vocabant eum Iacob. Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi & homo agricola: Iacob autem vir simplex, habitauit in tabernaculis. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.

ARGIVORVM REGNI EXORDIUM.

Porro eodem anno quo nati sunt gemini Isaac, regnum Argiuorum exortum est, testibus Augustino & Eusebio. Inachus enim Oceani & Terræ (vt aiunt) filius, apud Argos in Thessalia primus regnare cœpit, & regnavit annis 50. Hoc regnum duravit vsque ad annum 12. Delboræ per annos 544. Reges habuit 14.

Primus, Inachus regnavit annis 50.	Octauus, Crotopus regnavit annis 13.
Secundus, Phoroneus regnavit annis 60.	Nonus, Sthenelus regnavit annis 11.
Tertius, Apis regnavit annis 35.	Decimus, Danaus regnavit annis 50.
Quartus, Argus regnavit annis 70.	Vndecimus, Lynceus regnavit annis 40.
Quintus, Crassus vel Cyraus regnavit annis 54.	Duodecimus, Abas regnavit annis 23.
Sextus, Phorbas regnavit annis 35.	Decimustertius, Prætes regnavit annis 17.
Septimus, Triopas regnavit annis 64.	Vltimus, Acrisius regnavit annis 13.

Ex tunc translatum est regnum ad Mycenæ.

Porro cum adoleuissent filij Isaac, factus est Esau venator, & Iacob pastor. Pater diligebat Esau, quia primogenitus, tum quia de venatione eius libenter vesceretur. Mater vero diligebat Iacob, tum pro simplicitate, tum pro Dei inspiratione. Factum est autem quum coxisset Iacob pulmentum lenticulæ, Esau lassus redijt ab agro, & ait: Da mihi de coctione hac rufa. Cui Iacob: Vende mihi primogenita tua. Esau parvipendens primogenita, se moriturum, nisi comederet, mox putat: deditque ei primogenita pro edulio lentis, & iuravit talem venditionem ratam se habiturum. Erant autem primogenita quædam dignitates, quas habebant primogeniti vsque ad Aaron. Habebat enim primogenitus vestem specialem, qua induebatur in sacrificio offerendo, & recipiebat finalem benedictionem à patre. In solennitatibus duplam habebat portionem. Tradunt etiam, quod in diuisione hæreditatis similiter duplam reciperet. Hæc Comestor. Orta fame, dum vellet ire Isaac in Aegyptum, præcepto Dei remansit in Geraris, ob amicitiamque Abraham receptus est ab Abimelech, qui exemplo patris dicebat, vxorem suam esse sororem. Ibi aliquando vidit Abimelech Isaac iocantem cum vxore sua per fenestram, & vocauit eum, ac increpat quod sororem dixerat. præcepitque populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte moriatur. Seminavit Isaac in terra illa, & centuplum accepit. Ob hoc inuidentes Palæstini, puteos quos foderant serui patris illius Abraham, obstruxerunt, replentes humo. Abimelech etiam timens, dixit ei: Recede à nobis, quia potentior nostri factus es. Et recedens, venit in agrum Pharan, & habitauit iuxta alueum. eruderunt ibi puteos, quos olim foderat pater eius. Et cum inuenisset aquam viuam, iurgati sunt pastores Geraræ aduersus eum, dicentes: Nostra est aqua. Et ob hoc vocauit puteum Eschek. Et recedens inde, fodit alium puteum: & pro illo quoque iurgati sunt. Profectus inde, fodit tertium: pro quo non contenderunt. Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, & in ipsa nocte apparuit ei Dominus,

CHRONOGRAPHIAE. GENERATIO XXI.

minus, promittens quæ promiserat & patri eius. Aedificauit altare, & inuocauit ibi nomen Domini, & fodit puteum. Eo tempore venit ad eum Abimelech & Philcol dux militia: & iurantes inter se fœdus firmauerunt. vocauitque puteum Bersabee. Esau quadragenarius duxit vxores Iudith & Basemath, filias potentum virorum inter Chananaeos. Quo cum ambæ offendissent Isaac & Rebeccam, licet nollet Isaac provinciales suæ misceri cognationi, tamen filere melius decreuit.

Senuit Isaac, & videre non poterat. mandauitque Esau, vt de venatione sua sibi faceret cibos, & benedictionem reciperet. Egressus est Esau ad venandum, dicitque Rebecca ad Iacob verba Isaac, & ait: Affer citò duos hœdos, & faciam cibos quibus pater libenter vescitur, & benedicet tibi pro Esau. Et ita factum est. Et cum parasset cibos, induit Iacob vestimentis Esau valde bonis. timebat autem Iacob, ne depræhenderetur in fraude à patre. Mater pelliculas hœdorum manibus & collo eius circumdedit. in alijs enim satis erat similis Esau. attulit ad patrem cibos, dicens: Ego sum Esau primogenitus tuus. comede de venatione. Cui Isaac: Accede vt tangam te. Quo palpato, Vox quidem, ait, vox Iacob est, sed manus sunt manus Esau. Comedensque & bibens, osculatus est eum, & benedixit ei: Det tibi Deus, inquit, de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei: Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ: Qui male dixerit tibi, maledictus erit: & qui benedixerit, benedictionibus repletur. Vix sermonem expleuerat, egresso Iacob, venit Esau, cibos inferens patri, petensque benedictionem. Expanit Isaac vehementer, & videns in spiritu à Domino factum esse, & ideo non irascens, ait: Frater tuus venit fraudulenter, & accepit benedictionem tuam, & erit benedictus. Cui Esau: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. En altera me vice supplantauit. primogenita mea antè tulit, & nunc benedictionem surripuit. Motus tamen Isaac, cum vehementer instaret Esau, ait: In pinguedine terræ & rore cæli desuper erit benedictio tua. Et addidit de posteria eius, dicens: Viues gladio, & fratri tuo seruiet, (cum scilicet Idumæa facta est tributaria domui Israel) sed veniet tempus, cum excuties iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Iacob, & dixit in corde: Post mortem patris occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hæc Rebeccæ. (Dicit Magister: Eodem spiritu cognouit hoc Rebecca, quo intimauerat Iacob fraudare fratrem) Quæ dixit viro suo: Si acceperit Iacob vxorem de filiabus Heth, nolo viuere. Et aduo cans Isaac Iacob, de matris suggestione præcepit ei, vt iret in Mesopotamiam, & acciperet vxorem de filiabus Laban. Interim accepit Esau adhuc vxorem Melech, filiam Hishmaelis patris sui.

Igitur egressus est Iacob de Bersabee, & pergebat Haran, per Chananeam iter faciens. Timuit autem apud aliquem provincialium introire, & sub dio iacebat. Cum autem venisset iuxta Luzam vespere, supposuit capiti suo lapidem, & obdormiuit. Et vidit in somnis scalam erectam à terris, caelos tangentem, & angelos descendentes & ascendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. terram hanc dabo tibi & semini tuo. benedicetur in te omnes tribus terræ. ero custos tuus in hoc itinere, & reducam te. Eui-gilansque Iacob, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. terribilis est locus iste, & hîc est domus Dei & porta cæli. Et lapidem super quem posuit caput, erexit in titulum: fudit oleum desuper, vouens Dominum semper sibi esse in Deum, & lapidem, id est, locum istum semper sibi honorabilem, & in reditu se decimas & hostias oblaturum, & urbem proximam etiam honorandam decreuit, vocans eam Bethel. prius enim Iacob à Iebusæis dicebatur, postea Luza. Procedens in Mesopotamiam, venit in Haran ad puteum in agro, opertum grandi lapide. aderant greges tres. quæsiuit Iacob pastores de Laban, qui dicit eum valere. Et ecce Rachel cum grege suo venit. tunc amouit Iacob lapidem quo puteus claudebatur, indicans se consobrinum eius. (Patet hîc, quod non fuit solus Iacob in itinere.) Hoc nunciavit Rachel patri. Qui occurrès, duxit Iacob in domum. & audita causâ fugæ, dixit ei: Os meum & caro mea es, & ideo securè latebis apud me. Tandem curam gregis sibi commisit. Habebat autem Laban filias duas, Liam lippam oculis, & Rachel venusto adpectu. quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi septem annis pro Rachel. & videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine. Completo septennio, fecit Laban nuptias genero suo. vespere autem subintroduxit ad eum Liam, dans filiam ancillam nomine Zelpham. Iacob verò (vt refert Iosephus) per ebrietatem & noctem Liæ comixtus, die facta, apud Laban de iniuria querabatur:

De filijs Ia-
cob.
Gen. 10.
Bala ancilla

Ioseph.

Iacob redi-
re parat.
Gen. 31.

Gen. 32.

Iacob cū an-
gelo lucta-
tus.

Israel voca-
tur Iacob.
Gen. 33.

Gen. 34.
Dina oppri-
mitur.

Emor rex
circumcidi-
tur.

Cædes Sichi-
mitarum.

rebatur : qui veniam dandam necessitati postulabat, eo quòd ex more maiores antè tradi ad nuptias consueverint : post alios autem septem annos se ei & Rachel datum. Quod & factum est. At Iacob potitus optatis nuptijs, amorem sequentis priori prætulit. Concepit autem Lia, sorore sterili manente, & peperit quatuor filios : Ruben, Simeonem, Iudam & Leui. Vnde Rachel dedit Iacob ancillam suam Balam, vt ingrederetur ad eam, de qua habuit duos filios, Dan & Neptalim. Et Lia pari modo dedit Iacob ancillam Zelphan, & ex ea quoque habuit duos filios, Gad & Aser. Deinde Lia adhuc peperit duos filios, Isachar & Zabulon, necnon filiam vocatam Dinam. Demum concepit & Rachel, & peperit Ioseph, quem pater præcunclis dilexit. Quo nato, petiuit licentiam à socero, vt reuerteretur ad patrem. Rogauit autem eum Laban, vt adhuc secum maneret, mercede petita. Acqueiuit Iacob hoc pacto, vt haberet socer gregem vnicolore m, & quicquid parerent maculosum seu diuersi coloris, esset merces sua. Iacob autem, cum esset commissura, posuit virgas partim decorticatas in canalibus. Ita factum est, vt oues, his inspectis dum essent in conceptu, parerent oues diuersicolors. ex quo Iacob multum ditatus est. Videns autem Laban Deum ei, ad quodcunque voluisset, esse præstabilem, aliquando quidem fidem illi non seruauit, aliquando in alterum annum præbiturum se dicebat. Iacob cum iam viginti annis mansisset, rogat Laban socerum, vt discedere se permitteret, quod indignè ferebat. Habito itaq; consilio cum vxoribus, latenter discessit. Quod audiens Laban, tertio die persequutus est eum. Inuentoque ipso in monte Galaad septimo die, prohibitus est à Domino, ita vt nil mali aduersus Iacob posset intendere, nisi quòd de recessu latenti increpabat. Ad quem Iacob : Ego, Deo monete, ad meos remeare statui. Ingratus existis pro his, quæ tibi à me obuenerunt bona. seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus, & sex pro gregibus. immutasti mercedem meam decem vicibus, sed Deus protector meus fuit. nil tui habeo. omnia quæ cernis, mei iuris sunt. Ad hoc Laban : Ineamus fœdus, vt sit testimonium inter me & te. Quod & factum est. Tulitque Iacob lapidem, & crexit eum in titulum fœderis, & ait fratribus suis : Afferte lapides. & fecerunt tumulum, & comederunt super eum. Et dixit Laban : Tumulus iste, fœderis nostri testis erit, ne ego trãscam illum, nec tu transeas ad me in malum, nec afflixeris filias meas, nec vxores alias super eas induxeris. Laban itaque de nocte consurgens, benedixit eis, reuertens in locum suum.

Iacob abijt, cui & angelus apparuit. quo viso, Castra, inquit, hæc sunt Dei. & luctatus est cum eo angelus. Quod tamen postea factum est, cum scilicet præcederet turmæ præ timore fratris Esau. Iacob autem solus in ripa fluminis remansit, vt oraret. Et ecce vir luctabatur cum eo vsque manè, qui retigit læuum nernum femoris eius, & emarcuit. Aurora facta, dixit vir : Dimitte me. Cui Iacob : Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Cui ille : Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob vltra, sed Israel. Et ita benedixit eum, & confortauit, ne timeret fratrem. Misit autem nuncios ad Esau fratrem suum, quem valde timuit. exoratoque Esau Dei monitu, ex aduentu fratris lærus, fratri cum quadringentis occurrit armatis. Iacob spem suam in Deum reponens, suos in tres turmas dispartit, ac obuiam fratrem suum amplexatus est. Requirebat autem Esau de multitudine filiorum, & quum cognouisset, gaudius est. salutatisque de more singulis, habitaque inter se collatione fraterna, decenter ab inuicem discesserunt. At Iacob in Sichimam ciuitatem Chananæorum profectus est, habitauitque iuxta oppidum, & enit partem agri, in qua fixerat tabernaculum, à filijs Emor regis Sichimorum, centum agnis. & erecto ibi altari, inuocauit Deum Israel. Egressa est autè Dina, vt videret mulieres regionis illius. quam videns Sichem regis filius, adamauit, rapuit, & vi oppressit virginem. & ait patri : Accipe mihi puellam hanc in cõiugem. Egressoq; rege cum filio ad Iacob, filij Iacob venerunt de agro, iratiq; siluerunt. Regi autem quærenti amicitiam eorum, & vt mutudõ contraherent coniugia, responderunt : Illicitum est apud nos, fœderari in circumcisis. sed circumcidi mini, & erimus populus vnus. Placuit Emor & filio. intrauerunt in ciuitatem persuaserunt populo, & circumcisi sunt omnes. Tertia autem die, quãdò dolor vulneris grauisimus est, Simeon & Leui arreptis gladijs, urbem ingressi, interfecerunt omnem masculum in ea, & tulerunt de domo Sichem sororem suam. ceteri verò fratres irruerunt super occisos, & depopulati sunt urbem, paruulos & vxores captiuos duxerunt. Quo agnito, dixit Iacob ad Simeonem & Leui : Turbatis me, & odiosum fecistis habitatoribus terræ. delebor ego & domus mea. Dominus autem confortans eum, ait :

ait : Surge & ascende in Bethel, & habita ibi, & fac altare vbi apparui tibi sed prius sanctifica tuos. Iacob etiam tunc inuenit idola Laban, quæ absportauerat Rachel, id est, quæ cum ornamentis suis fodit subtus terebynthum, quæ est post urbem Sichem. Porro terror Dei inuasit finitimos, ne persequerentur Iacob. Qui abijt in Bethel, id est, Luzam, ædificans altare Domino, offerens quæ prius vouerat. Eo tempore mortua est Delbora nutrix Rebecæ, & sepulta est iuxta Bethel sub terebyntho. Apparuit iterum Deus Iacob, benedixitque ei, dicens : Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. subiunxitque, Cresce & multiplicare. gentes regesque de lumbis tuis egredientur. Illeque crexit titulum, fundens oleum desuper, & vocauit nomen loci Bethel. Egressus inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Efratam. In qua cum parturiret Rachel, cœpit periclitari, tamè peperit filium. moriens autem ipsa, vocauit filium Benoni, id est, filium doloris mei. Pater verò appellauit eum Benjamin, id est, filium dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via quæ ducit Bethleem : & sola inter cognatos honorem sepulture Abraham habere non potuit. erexitq; Iacob titulũ super sepulcrum. Venit postea trans turrim gregis. Cumq; habitaret ibi, Ruben dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod tamen non latuit Iacob. Anno Isaac 168. cum esset Iacob annorum 108. Ioseph, cum esset annorum 16. pascebat gregem patris sui. Oderantq; eũ fratres sui, quia à patre plus ceteris amabatur, accusaueratq; fratres crimine pessimo apud patrẽ, fecitq; ei pater tunicã polymitam. Causã tamè odij maior, fuit visio somniorũ. Vnũ erat quod retulit fratribus : Putabam enim, inquit, nos ligare manipulos in agro, & vestros manipulos adorare manipulum meũ stantem. Qui dixerunt : Nunquid rex noster eris? Secundũ somniũ, præsentem patre, ait : Vidi quasi solẽ & lunã & vndecim stellas adorare me. Increpauit eũ pater, & ait : Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terrã? (Vnde El. Iosephus vult adhuc vixisse Rachel.) Cũq; fratres in pascẽdis gregibus morarentur in Sichem, misit eũ pater de valle Hebrõ, vt videret quæ fierẽt circa fratres & pecora. cumque nõ inuenisset eos in Sichimis, insecutus est eos in Dothaim. Qui vidẽtes venientẽ, dixerunt : Ecce somniator venit, occidamus eũ. Ruben autè volẽs liberare eũ, ait : Non effundamus sanguinem eius, sed projiciamus eum in cisternam. exnentesque eum tunica, miserunt in cisternam in qua non erat aqua, & Ruben abijt ad pecora. Dum autem sederent reliqui, viderunt Hismaelitas mercatores. Dixitque Iudas : Melius est vt vendatur Hismaelitis puer, & non polluamus manus nostras. caro enim & sanguis noster est. Et vendiderunt eum Hismaelitis 20. argenteis Reuersus autem Ruben ad cisternam, non inuenit puerum. & credens eum peremptum, scissis vestibus eiulabat. sed accepto quòd viueret, quieuit. Tinxerunt autem vestes Ioseph in sanguine hœdi, & miserunt quosdam ad patrem, dicentes : Hanc inuenimus. vide si tunica filij tui est. quam cum agnouisset pater, ait : Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. Scissisque vestibus & indutus cilicio, luxit filium multo tempore, nec voluit à filijs consolationem recipere, sed ait : Descendam lugens ad filium meum in infernum. Infernus, erat sinus Abraham, secundum Magistrum. Madianitæ verò vendiderunt Ioseph in Aegypto Putiphari eunucho, magistro militiae Pharaonis. Hic habuit vxorem & liberos, quia Ioseph filiam ipsius postea duxit vxorem. Nec de eunuchis erat qui castrabantur. Vnde alij dicunt venditum archimagiro, id est, dapifero vel principi coquorum. Et tradunt Hebræi, Putipharem postea pontificem Heliopoleos, id est, domus Solis, factum. Benedixit autè Dominus Putiphari propter Ioseph, qui in illius manibus omnia dedit. aliud tamè Ioseph nisi panem non habebat. Factumq; est, quòd domina adamaret Ioseph, & ait : Dormi me cū. Qui negauit, dicens : Omnia sua tradidit mihi dominus præter te, quomodo possum hoc facere? immo peccarẽ in Deũ. Accidit autè vt Ioseph absq; arbitris aliquid faceret. Et mulier apprehendens lacinia pallij Ioseph, ait illi : Dormi mecum. Qui iratus, relicto pallio in manu mulieris, egressus est foras. Illa contemptam se dolens, in argumentũ ostendit marito pallium, dicens : Ingressus est ad me seruus Hebræus, vt illuderet mihi. Ille nimis credulus, vinculum Ioseph tradidit in carcerem regis. Accidit autem, vt pincerna regis & pistor in eundẽ carcerem mitterentur. Et Ioseph ministrabat eis. pro leuiori enim in carceratus erat factus. Et quum manè Ioseph vidisset eos tristes, interrogati causam, referunt somnia sua. Sciscitanti qualia habuissent, ait præpositus pincernarũ : Videbam coram me vitem habẽtem tres propagines, & paulatim crescere gemmas, & post flores vitas maturefcere : pressi vuas in calicẽ, & dedi Pharaoni. Ait Ioseph : Tres propagines, tres dicz

36
Ioseph in-
terpres so-
niorum.

IOH. NAVCLERI VOLVMEN PRIMVM

Gen. 35.

Isaac mori-
tur annoru
180.

Phoroneus.

Argos.

Argiui.
Iſis.

Inuentio li-
terarum.
Ceres.

Ogyges.

Minerua.

Pallas.

Palladis in-
uenta.

Bellona.

Thessalus.

Diluuium
particulare.

Delos.

Apis.
Serapis.

Memphis.

dies sunt, post quos restituet te Pharaon in pristinum statum. Memento mei dum bene tibi fuerit, suggerasque regi, vt educat me de isto carcere, quia de terra Hebraeorum furto sublati sum, & hic innocens in lacum missus sum. Tunc ait Pistor: Vidi quod haberem tria canistra super caput, & in superiori portare me cibos qui sunt arte pictoria, & aues comedere ex eo. Ait Ioseph: Mallem me esse interpretem bonorum, tres adhuc dies sunt, post quos Pharaon suspendet te in cruce, & comedent aues carnes tuas. Et vtrunque factum est, quia pistor suspensus est, sed pincerna restituitur. qui succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui. Et cum iam Isaac esset annorum centum & octoginta, venit ad eum Iacob filius in ciuitate Hebron. Et iam mortuam inuenit matrem, nec multo post mortuus est Isaac, & appositus populo suo plenus dierum, & sepelierunt eum filij eius Esau & Iacob in spelunca duplici. Et licet aliqua hic praemittenda fuissent de Iuda, tamen ea referuare statui in generationem suam. Anno * generationis Isaac centesimo X. * aetatis suae, Phoroneus Inachi & Niobes filius, regnauit apud Argiuos secundo loco annis sexaginta. Hic primus leges & iudicia Graecis conscripsit, secundum Augustinum. Et ab hoc, forum vbi iura redduntur, dictum putant. Hic, vt Plinius ait libro 4. naturalis historiae, urbem Argos condidit, a qua vniuersa provincia nomen accepit. Fuit & Argos in Thessalia siue Pelasgia, dictum Argos Pelasgicon. inde & Graeci, Argiui nominati sunt. Soror Phoronei Io, Aegypti regina est facta, & Isis dicta. Et quia late iusteque imperauerat, multaque commoda Aegyptijs fecerat, diuinum post mortem meruit honorem, intantum quod si eam quis diceret hominem fuisse, plecteretur capite. Fingunt poetae, eam virginem a Ioue compressam, mactu patris nauem conscendisse, & in Aegyptum nauigasse. Vocabatur autem nauis, Vacca: vel, vt Bocatius refert, huic nauis vacca erat insigne. Ibi Ophiridis regis vxor facta, vel secundum alios Apis, hordei segetem inuenit, & Aegyptios panem coedificare docuit, literas quoque, idiomati conuenientes * characteribus adinuenit, & easdem docuit. Et quia fruges prima plantauit, Cererem eam esse plures voluere. Io vero postea nupta Telegono, genuit Epaphum, qui Aegyptijs postea regnauit. Anno Isaac 136. Ogyges condidit Eleusina in Attica provincia, quae postea vocabatur Aete, & plurimas alias ciuitates. Temporibus illius apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Latini Mineruam vocauerunt, Graeci vero Athenen. Minerua, secundum Augustinum de ciuit. Dei, anno aetatis Isaac 38. apud Tritonidem lacum apparuisse dicitur, inde & post Tritonia nominata est. Haec Pallas dicitur a Pallante, vel Pellene Thraciae insula, vbi nutrita fuit, siue a Pallante gigante quem interfecit. Haec Iouis primogenita, quae apud rudes cum multa reperisset noua, ex Iouis cerebro genitam credidere. Ipsa enim primum lanificium adinuenisse dicitur atque artem textrinae. Fertur etiam armaturam inuenisse, & leges quibus canitur in pugnam, edouisse, ideo etiam Bellona vocata. Dicunt eam etiam numeros inuenisse, necnon tibias & pastorales fistulas composuisse. Ideo Cicero 3. de natura deorum: Ipsa, ait, sapientiae dea, & artium omnium inuentrix dicitur. Tandem illi templa instituta sunt errore gentium. Mineruas quinque inuenimus. De Sole, Diana, Mercurio & dijs reliquis, in generatione 24. dicam in longum. Anno Isaac 124. Thessalus Cretis regis filius, secundum Eusebium, in Thessalia primus regnare cepit, quae prius Aemonia dicebatur. Graeciae regio est. Anno Isaac 152, Iacob vero 91, secundum Orosium, diluuium particulare factum est in Achaia terra Attica. Quo tempore eo in loco regnabat Ogyges. Traditur autem, cum per diluuium illud insulae Cyclades longo tempore obumbratae fuissent, aquis rarefcentibus, prima Delos Sole illuminata est, & ideo Delos Graecae dicta, quod sonat manifestum. Anno Isaac 179. Apis tertius regnauit Argis annis 35. quem dicunt esse Serapin. Hic fratrem suum Aegialeum praefecit Achaiae. Ipse cum populo ad Aegyptum nauigauit. vbi cum mortuus esset, factus est omnium deorum maximus. Constitutum est etiam de eo, vt quisquis eum hominem fuisse dixisset, capite plecteretur. Et quoniam ferè in omnibus templis vbi colebatur Isis, colebatur & Serapis: erat ibi simulacrum, quod, digito labijs impresso, admonere videretur, vt silentium fieret. Apis ergo non Aegyptiorum, sed Argiuorum rex fuit. Memphis in Aegyptio ciuitas famosissima est condita, nunc Cairum vel Cairus dicta.

GENERATIO XXII.

Secundum Hebraicam veritatem, ab exordio mundi 2227. (secundum alios, 8.) incepit in Iacob XXXII. generatio.

ANNO

CHRONOGRAPHIAE. GENERATIO XXII.

ANNO 3462. à mundi exordio, mortuo iam Isaac, regnante apud Assyrios Balaam rege X. in Iacob patriarcha maximo, cum esset annorum 121. vigesima secunda incepit generatio, durauitque annis 26. Porro mortuo iam patre Isaac, dirati sunt Esau & Iacob, ita quod terra eos non caperet. Vnde redijt Esau ad montana, & dicta Esau. est terra Idumaea ab Edom, quae prius Bosra dicebatur. Inde regnum Idumaeorum exortum est. Et, vt traditur in lib. de imagine mundi, primus rex Idumaeorum erat Balaam filius Beor, post quem Iobal, qui & Iob, deinde Husam, deinde alij 5. reges, exinde duces. * Iobab autem erat quintus ab Abraham. Sed Hebraei dicunt Iob descendisse de Hus primogenito Nachor. Primo anno huius generationis, quum esset Ioseph circiter triginta annorum, vidit Pharaon rex Aegypti somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchrae & crassae: & post aliae septem emergebant, summa confectae macie, & deuorabant priores. Expergefactus Pharaon, rursum obdormiuit. vidit aliud somnium: septem spicae plena pullulabant in culmo vno, aliaeque totidem iuxta tenues: & percussae vredine, deuorabant priores. Territus Pharaon, conuocauit coniectores & sapientes Aegypti, nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna Ioseph, & eius suggestione ad regis imperium eductus Ioseph, & tonsus. Et veste mutata, oblati sunt regi. Rex apprehensa manu dextra eius, ait: Vidi somnia, rogo ediffere quid sit. Narrauitque quod viderat. Et ait Ioseph: Somnium regis vnum est. Quae facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Ecce septem anni venient fertilitatis magnae: sequentur alij septem tanta sterilitatis, vt obliuioni detur cuncta retro abundantia. Nunc ergo prouideat rex virum, qui quintam partem frugum per septem annos fertilitatis congreget in horrea, vt seruetur in prouisionem futurae famis. Pharaon, hoc audito, miratur somnij solutionem, & consilij discretionem. dispensationemque huius rei commisit ei, dicens quod spiritu Dei plenus esset. Tulit ergo Pharaon annulum de manu sua, & dedit in manu eius, & collo torquem auream circumposuit, & fecit eum secundum in regno. Ascenditque currum regis, praecone clamante, vt omnes coram eo genu flecterent sicut coram rege, Et iurauit Pharaon, quod absque ipsius arbitrio nihil deberet in regno fieri, & vocauit eum Saluatorem mundi. Et dedit ei uxorem * Asenech, filiam Putipharis domini sui, virginem. Asenech, vt refert Vincentius, erat pulcherrima & honestissima, sed elata & superba, contemnens omnem virum: & quem prius noluit, postea summe desiderauit, scilicet habere Ioseph, visa pulchritudine & sapientia sua. sed ipse noluit assentire, nisi prius dimitteret idola quae colebat. & contristata super hoc, angelo instructe, effecta est fidelis. Triginta erant anni Ioseph, & nati sunt ei duo filij prius quam veniret fames, vocauitque primogenitum Manassen, secundum vocauit Ephraim. Ioseph collegit grana septem annis, quibus transactis, venit sterilitas. Et clamauit populus ad Pharaonem, alimentata petens. Qui eos misit ad Ioseph. aperuit Ioseph horrea, & vendidit Aegyptijs. Aliae etiam provinciae emerunt. Audiens autem Iacob quod fruges venderentur in Aegyptio, misit illuc decem filios, Benjamin retento. Qui ingressi Aegyptum, venerunt ad Ioseph, nec agnouerunt eum, sed adorauerunt. At Ioseph nouit eos, & eo durius alloquebatur, dicens: Vnde venistis? qui dixerunt, De terra Chanaan. Et ille: Exploratores estis: vt infirmiora terrae videatis, venistis. At illi negant, dicentes: Serui tui sumus, omnes vnus viri filij, minimus cum patre nostro est, alius non superest. Qui ait: Hoc est quod locutus sum, exploratores estis. per salutem Pharaonis, non exhibitis hinc omnes, donec veniat frater vester minimus. mittite vnum ex vobis qui adducat eum. & tradidit eos vincetos tribus diebus, tertio die eduxit eos, retinens Simeonem, ligansque illis praesentibus, alios abire permisit. Iussit tamen ministris, vt implerent saccos eorum, & clam reponerent singulorum pecunias in ore saccorum, datis etiam cibarijs in via. At illi profecti sunt, dicentes: Merito haec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Et venientes domum, dixerunt patri omnia. Et cum frumenta offunderent, singuli inuenerunt in ore saccorum pecunias. Territisque omnibus, dixit pater: Absque liberis fecistis me, Benjamin quoque auferetur. Et ait Ruben: Trade eum mihi, duos filios meos interdice, si non restituum eum tibi. At ille: Non descendet vobiscum. Interim consumptis cibis, fames opprimebat eos. Et dixit Iacob, vt irent rursum in Aegyptum, & emerent escas. Et ait Iudas: Si vis puerum mittere, ibimus: alioquin non imus. ego suscipiam puerum, de manu mea require eum. Et ait Israel: Si sic necesse est, facite quod vultis. Sumite de optimis frugibus terrae, simulque pecuniam reportate, date viro munera. Deus autem faciat eum vobis placabilem. Igitur filij Iacob

D

Iacob

Aegyptij cũ
Hebraeis nõ
comedunt.
Gen. 44.

Gen. 45.
Ioseph.

Gen. 46.

Profectio
Israel in
Aegyptum.
Iacob.
Gen. 47.

De fame.

Sacerdotũ
victus.

Iacob.

Sepultura.

Iacob bene
dixit filijs
suis.
Gen. 48.

Jacob descendit in Aegyptũ, & steterunt coram Ioseph, qui præcepit parari conuiuium. Illi timentes se puniendos pro pecunia quam abstulerant, dixerunt dispensatori nescios se absporsisse, & nunc retulisse. Qui ait: Pax, Deus vester dedit vobis eam, quam dedistis, ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeon. Meridie Ioseph ingressõ, obtulerunt munera, & adorauerunt eum. Et accepto quod saluus esset pater, benedictioque Benjamin, cõmora sunt viscera eius, & ingressus cubiculũ, fleuit. Iotaque facie, egressus continuit se. Et ait: Ponite panes. sedit autem ipse seorsum. prophatum enim putant Aegyptij, edere cum Hebraeis. Dispõsuit autem fratres secundum ordinem ætatis eorũ, sicut in domo patris sedere consueuerant. datisque partibus, mirabantur quod pars Benjamin quinque partibus excederet. (Iosephus refert, dupla.) Biberuntque, & inebriari sunt, id est, satiati. Præcepitq; Ioseph dispensatori, vt impleret saccos, & pecunias eorum reponeret vt prius, & scyphum suũ argenteum in sacco minoris reponeret. factum est ita. Ortoq; manẽ, dimissi sunt. Tunc dispensator, iubente Ioseph, insecutus est eos, & apprehensis ait: Pessimam rem fecistis, scyphum furati estis, in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet. Illi dixerunt: Apud quemcunq; inuentum fuerit quod queris, moriatur, & nos serui erimus tui. Ille scrutatus, inuenit scyphum in sacco Benjamin. Illi autem redierunt ad Ioseph, qui ait: An ignoratis me augurẽ? Iudas verõ plurimum supplicabat, vt se pro seruo retineret, quia in suam eum filium fidem receperat a patre. Non poterat vltra se cohibere Ioseph, & eiectis alijs foras, cum fletu ait: Ego sum Ioseph, nolite timere. pro salute vestra misit me Dominus ante vos. Biennium famis transijt, adhuc quinque annis durabit, festinate, ait, & nunciate patri meo gloriam meam, & adducite eum ad me, vt pascam vos & pecora vestra. Osculatusque est fratres suos, auditumque est verbum in aula regis. Gauisus est Pharaõ, & dixit Ioseph: Dic fratribus tuis, tollite plaustra de Aegypto, omnia vestra adducite, dabo vobis omnia bona Aegypti. Factumq; est ita. Deditque Ioseph singulis binas stolas, Benjamin verõ dedit trecentos argenteos & quinque stolas optimas, & totidem misit patri. Qui cum venissent ad patrem, dixerunt: Ioseph viuũ, & dominatur in Aegypto. Tunc Iacob quasi de graui somno euigilans, non credebat eis. Cumq; vidisset omnia quæ miserat, ait: Sufficit mihi si filius meus viuũ. Vadam, & videbo eum antequam moriar. Igitur profectus Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad patrem iuramenti. erat autem annorum 131. & oblatione facta, dixit illi Deus: Noli timere, descende in Aegyptum, faciamque te ibi in gentem magnam, & inde reducam te. Venit igitur in Aegyptum, ducens septuagintaquinque filios ac nepotes: (alij ponunt, sexaginta sex. non est cura, quia alij etiam ponunt septuaginta.) Præmisit ergo Iacob Iudam & Ioseph, qui iuncto curru, occurrit ei in Gessen, dixitque Ioseph: Ibo, & nunciabo Pharaoni, instruens quod d interrogati, diceret se pastores. Hęc ideo, vt habitare possent in Gessen. detestantur enim Aegyptij, pastores ouium, quod non comedunt eas. Et introduxit Ioseph patrem ad regem, benedixitque regi. Inquisitus de diebus ætatis suæ, ait: Dies peregrinationis vitæ meæ, centum & triginta annorum sunt, parui & mali, nec peruenerunt vsque ad diem patrum meorum. Deditque Ioseph fratribus suis possessionem in optimo terræ solo Ramesses. Iosephus dicit: Concessit eis Pharaõ, vt in Heliopolitana vrbe conuersarentur, sciens gratum esse Aegyptijs, separari à se pastores. fortè ad territorium Heliopoleos spectabat terra Gessen. Inualuit autem fames in Aegypto. cumq; defecisset precium emptoribus, sustentauit eos Ioseph anno illo per commutationem pecorũ. Sequenti anno cum iterum fame perirent, emit omnẽ terram Aegypti Ioseph pro alimentis, præter terram sacerdotum, quã dederant eis reges, qui & statuta cibaria ex horreis publicis perceperunt. Circa finem verõ sterilitatis ait Ioseph ad populos: En vos & pecora vestra & terra in manu regis est. Ecce vobis reddo terram & pecora, & dabo femina, & coletis terram regi, quintam partem dabitur regi, reliquas permitto vobis in sementẽ & cibum. Qui dixerunt: Salus nostra in manu tua est. Ex tunc vsq; nunc quinta pars soluitur regibus Aegypti. Habitauit ergo Israel in terra Aegypti, & auctus est nimis. Et vixit in ea Iacob septem & decẽ annis. Cumq; videret diem obitus sibi imminere, vocauit Ioseph, & fecit eum iurare super femore suo, quod d sepeliret eum in sepulcro maiorum suorũ, quod Abrahamium dicitur, & distat à Caluaria ferè triginta milliaribus. Cum autem agrotaret Iacob, assumptis duobus filijs Ioseph, perrexit ad eum. Vidensq; Iacob Ioseph & filios eius, interrogauit: Qui sunt isti? Ait Ioseph: Filij mei sunt. Et ait Iacob: Isti duo mei erunt, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi, id est, quisque tribum faciet.

faciet. reliqui autem quos genueris, nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis, id est, non facient tribus, sed contenti erunt possessionibus suis. Applicuit autem Ioseph Manassẽ ad dextram patris, & Ephraim ad sinistram, adorans vt benediceret. Iacob autem in spiritu cancellauit manus, minori dextrã superponens, quod Ioseph grauius accepit, eo quod alter esset primogenitus. At ille: Scio filii mei, scio. Et ille quidem erit in populos & multiplicabitur, sed minor maior erit. (hoc impletum est in Ieroboam, qui Effrataus erat) Deus patrum nostrorum benedicit illis. Et ait ad Ioseph: Deus reducet vos in terram vestram. do tibi extra fratres, tuos Sichimam, quam tuli in gladio & arcu de manu Amorrhæi. Emerat enim eam, & postea defendit. Conuocauit autem Iacob filios suos, & ait illis: Congregamini vt annunciem vobis quæ futura sunt, & prophetauit de vtroq; aduentu. Deinde filijs suis duodecim, connumerato Ioseph, prænucciavit eis, & singulariter singulis, quæ ventura essent. Atribum Leui, vt diuinis præesset, destinauit. Et pro Ioseph, duobus suis filijs locum inter reliquos filios dedit, ac duodecim tribus instituit. Audite, inquit, filij Iacob, audite Israel patrem vestrum: Ruben primogenitus meus, caput erit tribus Ruben. Simeon alteram tribũ constituet. Iudæ verõ, quod de eius tribu nasciturus erat Christus, prædixit. Deinde Isachar, Zabulon, Dan, Neptalim, Gad, Aser, Benjamin, Ephraim, & Manasse, vnicique quæ ventura essent, prædicens. Cuius propheta, teste Vincentio, hæc breuiter fuit. De stirpe, inquit, Iudæ filij mei, nascetur virgo stolam habens byssinam, vestemque candidissimam, de qua nascetur agnus immaculatus, qui est agnus Dei, gratia saluans omnes, cuius regnum erit in æternum, quod non corrumpetur. Dominus Deus magnus apparebit in terra vt homo, corpusque assumet, & comedet vt homo. Orietur astrum eius in cælo, ac ipse resplendet vt sol in terra, cæli super ipsum, & ex templo gloriæ veniet ipsum sanctificatum cum voce paterna, & ipse effundet spiritum gratiæ super vos, & eritis filij eius in veritate. hic erit ex Leui sacerdos, & ex Iudæ rex, Deus & homo, mediator Dei & hominum, qui omnes tenebras de sub cælo tollet, & erit pax in vniuersa terra. Vos verõ denique impiẽ ageretis contra eum, & sacerdotum principes manus imponẽt super eum, & exterminabunt & interficient eum, nescientes eius resurrectionem. Innocentisque sanguinem recipietis super capita vestra, & in passione altissimi petra scindentur, & sol extinguetur, & cætera quæque turbabuntur. Inuisibiles spiritus contremiscent, & infernus spoliabitur, ipse verõ paradisi portas referabit, & stare faciet minantem gladium aduersus Adam. Et dabit satis comedere de ligno vitæ, & Belial ligabitur ab ipso. Tunc videbitis Enoch, Noe, Sem, Abraham & Isaac, ac me patrem vestrum, resurgentes à dextris in exultatione. Suisque filijs potestatem dabit conculcandi perniciosos spiritus, & quotquot in eũ crediderunt, in terra gaudebunt. Tunc omnes resurgent, & hi quidem in gloria, impij verõ ad ignominiam: atque in primis Israel iudicabitur, quia non crediderunt ei, &c. De hac institutione tribuum, meminit etiam Iustinus Trogi Pompeij abbreviator libro trigesimo sexto: Apud Damascum, ait, Abraham, Moses, Israel, reges fuere, sed Israelem felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum, filijs tradidit: omnesq; ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, coliq; eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimusq; ætate inter fratres Ioseph fuit, cuius excellens ingenium veriti fratres, clam interceptũ peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, bœui ipsi regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit, nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur, adeo vt etiam sterilitatem agrorum ante multos annos præuiderit, periissetque omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tantaque experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. Filius eius Moses fuit, quem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem, formæ pulchritudo commendabat. Sed cum scabiem Aegyptij & pruriginem pateretur, responso moniti, eos cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegyptij pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit, quæ repetentes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaq; Moses Damascena patria antiqua repetita, montem Sinaum occupat, in quo septem dierum ieiunio per desertum Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandẽ venisset, septimum dierum more gentis sabbatum appellatum, in omne æuum ieiunio sacrauit, quo-

Testamen-
tum Iacob.

Propheta
Iacob.

Hęc supra
generat. 20.
breuius tra-
ctantur.

Iudæi vnde
dicit.

Magia.
Somniorũ
intpres
Ioseph.

Moses.

nit, quoniam ille dies famē illis erroremq; finierat. Et quoniā metu contagionis pul-
 fos se ab Aegypto meminerant, ne eadē causā inuisi apud incolas forent, cauerunt; ne
 cum peregrinis cōmunicarent: quod ex causā factum, paulatim in disciplinam religi-
 onemq; conuertit. Post Mosē etiam eius fillus Aruas sacerdos sacris Aegyptijs, mox
 rex creatur: semperq; exinde hic mos apud Iudcos fuit, vt eosdem & reges & sacerdo-
 tes haberent. Ibi subiungit, quomodo Iudaei balsamū plantauerint, item de mari mor-
 tuo, &c. in quibus omnibus est imperfectē, tamē vt historia tradit gentilis, narrationē
 suā prosequitur. Iacob itaq; finitis sermonibus, collegit pedes suos super lectulum
 & obiit, cum esset annorū centū quadragintaseptem. Eoq; mortuo, diebus triginta
 conditus aromatibus fuit. Indeque concedente sibimet rege, celebri pompa corpus
 à Ioseph in Ebron delatum, in spelunca duplici multa cum largitate sepelitur. Erat
 tamen ethnicorum mos, nouem diebus incondita corpora seruare, singulisq; die-
 bus ea calida fouere aqua, & per internalla conclamare, si fortē spiritus interclusus
 excitaretur. Hebraei verò septem tantū dies incondita seruauerunt, condita deinde
 30. Hinc diei septimi & trigimesi apud nos obseruatio inoleuit. De quo etiam xiiij. q.
 ij. c. Quia alij. Argus filius Apis in hac generatione, anno vigesimo sexto succedens
 patri Api, regnauit annis septuaginta. hinc Argiui dicti sunt. Quo regnate, coepit Gra-
 cia vri frugibus, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Vide-
 tur hoc tempore floruisse Triptolemus rex, Eleusij siue Celei & Menalinæ filius, ad
 quem cum Ceres quærens Proserpinam filiam, deuenisset, & cum in cunis, dormiente
 patre & matre, inuenisset, vltro se altricem infantulo obrulit, atq; eum gremio sustu-
 lit, & ei tria beneficia contulit. Primus arabit, inquit, Et feret, & culta præmia tollet
 humo, libro quarto Factorum. Eam ob rem dicunt, eum in partibus Atticis vsum fru-
 gum primum inuenisse.

Reges & sacerdotēs.

Gen. 49. Mors Iacob Gen. 50.

Argus rex.

Triptolemus

Iudas.

Ioseph. Gen. 50.

Gen. 38.

* Sur

Thamar.

Sela.

GENERATIO XXIII.

Anno ab exordio mundi 2213. in Iuda, secundum Hebraeam veritatem, incepit vigesima tertia generatio.

ANno ab exordio mundi ter millesimo quadringentesimo octogesimo septimo,
 dum adhuc regnaret Baleus monarcha Assyriorum, mortuo Iacob patriarcha,
 in filio suo Iuda per lineam Christi vigesimatertia incepit generatio, durauitque an-
 nis 53. Erat tunc Ioseph, dux Aegypti, annorum 57. Timentes verò fratres eius, ne
 mortuo patre, memor fieret iniuriæ eorū, dixerunt ei: Pater tuus adhuc viuens, man-
 dauit vt hæc verba tibi diceremus: Obsecro, obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, nos
 quoque oramus, vt patri tuo dimittas iniquitatem hanc. & adorauerunt proni in ter-
 ram. Fleuitque Ioseph, & ait: Nolite timere. & consolatus est eos. & sic vixerunt in
 pace. De Iuda verò patriarcha, hanc ex sacris literis habemus historiam. Eo tem-
 pore quo Ioseph venditus esset in Aegyptum, discedens Iudas à fratribus suis, iuit ad
 virum Odollamitem, nomine Hiram, & accepit ibi vxorem nomine Sur, filiam Cha-
 nanæ, quæ peperit ei filium primogenitum nomine Her, deinde Onam, tertio verò
 Sela. Dedit autem Iudas filio Her Thamar. Fuit autem Her nequam, abutens vasculo
 vxoris, & occisus est à Domino, id est, inuentus est mortuus iuxta vxorem. Et dixit Iu-
 das ad Onam, vt ingrederetur ad eam, vt suscitaret semen fratris. Qui indignans sibi
 non nasci filios, fundebat semen in terram, id est, inutiliter vxorem cognoscere sata-
 gebat. Et percussit eum Dominus. Remisitque Iudas Thamar, vt esset vidua in domo
 patris sui, donec cresceret Sela. Quo adulto, dissimulabat eum dare Thamar. Mor-
 tua est autem Sur vxor Iudæ, qui consolatione accepta, post luctum ibat ad tonden-
 das oves cum Hira opilione suo. Quod audiens Thamar, depositis vestibus viduitatis,
 assumpsit theristrum, seditque in biuio itineris quod ducit Thamniam. Quam cum
 vidisset Iudas, suspicatus est cadefam, id est, scortum. Cui & dixit: Sine me vt coeam
 tecum. Quæ ait: Quid dabis mihi? Et ille: Mittam tibi hœdum de grege. Et illa: Pa-
 riar quod vis, si dederis mihi arrhabonem. Et dedit illi annulum, & armillam, & ba-
 culum quem gerebat, pro arra. Ad vnum concubitum concepit mulier geminos, &
 abiit, receptis iterum viduitatis vestibus. Misitque Iudas hœdum per pastorem, qui
 cum venisset, & non inueniret eam, redijt sine pignoribus. Post tres autem menses
 dictum est Iudæ: Fornicata est Thamar, & verus eius intumuit. Qui ait: Producite
 eam vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit focero pignora, dicens:
 De viro cuius hæc sunt, concepi. Qui ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela fi-
 lio meo.

lio meo. Hæc fecit, ne periret semen filij mei. Attamen vltra nō cognouit eam Iudas.
 Instante verò partu, apparuerunt duo, & in effusione vnus protulit manum, in qua li-
 gavit obstetrix coccinum, & ait: Hic egredietur prior. Illo quoque retrahente manū,
 egressus est alter, dixitque mater quod vocaretur Phares. Postea egressus est alter cum
 coccino, & dictus est Zaram. In Paralipomenon, coccinum est etiam ligatum in ma-
 nu Phares. Ioseph verò fuit princeps in Aegypto sub quinque regibus, quorum
 primus qui exaltauit eum, Nephrem dictus est, pro dignitate autem Pharaonis ita enim
 omnes appellabantur, sicut Imperatores nostri, Augusti vocantur. Secundus erat
 Amasis, in quo incepit dynastia Aegyptiorum xvij. Tertius Chebron, quartus Mem-
 phes, quintus Mephres. huius anno nono mortuus est. Vixit autem centum & decem
 annos, & vidit filios Ephraim vsque in tertiam generationem, & etiam de Machir fi-
 lio Manassæ. Aitque fratribus suis: Deus adhuc visitabit vos, & reducet ad terram pro
 qua iurauit patribus vestris. Absportate ossa mea vobiscum. Cumque adiuisset eos,
 mortuus est, & conditus aromatibus, repositus in loculo in Aegypto, nec motus,
 donec inde filij Israel egressi sunt. Moritur paulò post Iudas, alijq; fratres, secundum
 Iosephum, & quisque in obitu suo deferebatur & sepeliebatur in Ebron, & post trans-
 lati sunt in Sichem. Rhodos vrbs, à qua insula Rhodos nomen accepit, his tempo-
 ribus à Telchinij siue Telchinibus & Cariatibus, vel (vt alij volunt) Curetibus, à
 Phoroneo Argiuorum regem diu deuisis, in ipsa Rhodia Lyciæ insula condita est,
 de qua Pomponius refert, dum vrbs fundamenta foderent, rosæ capulum fuisse in-
 uentum, à quo insula dicta, quia ῥόδον Græcè rosam significat. prius vocabatur Ophi-
 usa, deinde Stradia siue Stracia, & postea Telchin, quos nonnulli maleficos & fascina-
 tores fuisse tradunt. Alij tamen econtra dixere Telchinas eximios artifices, primos-
 que ferri & æris in Asiam fabricam inuexisse. post Telchines, Heliades insulam tenu-
 ere. Poetæ fingunt, in hanc insulam aurum pluuisse, cum Pallas in Iouis capite nascere-
 tur. Quam hodie milites religiosi, beato Ioanni dicati, obtinent, vt de hoc in secun-
 do volumine dicitur. Apollo medicus, Vulcani & Mineræ primus filius, his tem-
 poribus (Eusebio teste) clarus habitus est, qui medicinæ repperit, & herbarum virium
 primus cognitor fuit. Hic autem Apollo, Pythius & sapientiæ deus à poetis appella-
 tus est. Qui & Pythonem serpentem, qui matrem Latonam persecutus fuit, sagittis
 confecit. Chiron medicus iustissimus vir, Centaurorū ductor, nutritorque Aescu-
 lapij, & magni doctor Achilles, ijdem temporibus claruit. Qui, vt multis placet, me-
 dicinam & herbarum vires primus inuenit. Hic, teste Orpheo, cum Argonautis na-
 uigauit, & illorum iudex ac medicus fuisse dicitur. Tandem Herculem hospitio susce-
 pit, & cum arma eius tractaret, sagitta è manibus cadens, pedem lænum vulnerat, nec
 se curare poterat, sed die nona moritur, vir immensæ ætatis, & vix creditur tam diu
 vixisse. Prometheus Iapeti filius ex Asia Nympha coniuge, in Arcadia claruit, vir
 acutissimi ingenij, qui homines in compositos ac rudes ad mores politiores formauit.
 Simulacra quoque hominum primus de terra formauit, & arte quadam veluti spiri-
 tum habentia mouerificis: hinc sunt sabbula. Astrologiam primus apud Assyrios do-
 cuit. Insuper etiam ignem primus è silice eduxit, vt Plinius testatur. Vsum præterea
 annuli, sed ferrei, primus inuenit, quem quarto digito in honorem cordialis vene
 portari iussit. Tempore procedente apud Romanos, Isidoro teste, statutum emanauit,
 vt liberti ciuesque aureo vterentur annulo, libertini argenteo, & serui ferreo. artamē,
 vt visum est, Iudas annulo vsus est, nec verisimile est quod ab illo habuerit. Fulminum
 denique rationem in Caucaſo monte depræhendisse fertur, propter quod ignem ce-
 lestem furatum fuisse tradunt. Atlas & ipse Arcadicus, Promethei frater, seu (vt
 alij placet) filius, & Maiæ pater, clarus fuit his temporibus, quippe astrorum cursum
 peruigili studio depræhendit, & primus de astrologia inter Græcos disseruit. propter
 quod finxerūt fabulæ, eum cælum portare. Hic autem septem genuit filias, Nymphas
 appellatas: Maiam, Elestram, Steropen, Meropen, Celænon, Taygeten, & Alcyonen.
 Hæ sorores septem, Atlantides sunt dictæ, à patris nomine, quanuis cuiuslibet pro-
 prium nomen esset. Et Hesperides, ab Hespero fratre aut filio Atlantis. Alij enim eas
 Atlantis volūt fuisse filias, alij Hesperii. Sunt qui ab Hesperia nominatas existimēt. At-
 lantes tamen tres fuisse dicuntur, de quibus apud Bocatium. Mercurius etiam ne-
 pos Atlantis, Iouis ex Maia filius. Sed quia plures Mercurij fuisse dicuntur, primum
 deorum nuncium seu interpretem fuisse, poetæ describunt, dictusque est deus fa-
 cundiæ: & propterea, vt habetur Actuum quartodecimo, Paulum, qui erat dux ver-
 bi fa-

Rex Aegypti Pharaon dicebatur.

Ioseph moritur. Gen. 50.

Rhodos.

Ioannitæ. Hæc crederēda sunt ad tempus quo Author ea scripsit. nam Turca interitum Christi- anis urbem istam abri- puit.

Pytho. Chiron.

Prometheus.

Astrologia. Annulus.

Gen. 38. Fulmina.

Atlas.

Atlantides.

Hesperides.

Mercurij quatuor.

bi facuudus, gentiles Mercurium appellauerunt. Mercurius alius Aegyptius, qui cognominabatur Trismegistus, primus stellarum apud Aegyptios inuentor. Qui ex Aegypto digressus, centum ciuitates condidisse fertur, ibidemque verum Deum colere homines docuisse. Mercurium alium, cognomento Hermetis, natione Italicum ferunt, quem à Fauno Italiae rege Iyam & harmoniam didicisse credunt. Mercurius quartus, ante diluuiū Lamech filius fuit, quem Tubal appellauimus, à quo musicae principia sumpserunt. Fuerunt & alij Mercurij, quintus & sextus, quibus omnibus dantur eadem ornamenta, sed non eadem deitas, quia alius medicinae deus, alius mercatorum, alius furum, quae omnia à multis confunduntur. Multa quoque in Graecia his temporibus fingebantur. Ideo in sequenti generatione de dijs gentium aliqua dicemus.

GENERATIO XXIII.

Phares.

ANno ab exordio mundi ter millesimo quingentesimo trigessimono, regnante Mamito rege Assyriorum duodecimo, post mortem Iudae Phares succedit in linea Christi, & in eo vigesima quarta incepit generatio, durauitque annis quadraginta. Per haec tempora varia per orbem terrarum sacra dijs falsis leguntur instituta, quorum vt rationem non ignoremus, aliqua de dijs gentium videbimus. Primò, de origine deorum: Secundò, de sacrificijs eorum: Tertio, de authore primo colendorum deorum. Quarto ponetur ratio, quare dii esse non possunt. Quintò, quid philosophi de his senserint. Sextò, de causa fictionum, pro & contra.

Saturnus. Caelus. Vesta.

Saturnus Caeli & Veste, id est, terrae fuit filius, vt in lib. diu. institutionum scribit Lactantius. Et cum vidisset patrem Caelum etiam generasse Titanum, Oceanum, Opem & Tethyn, ne plures generaret, falce patri fertur abscidisse genitalia, sanguinem verò cecidisse in mare, & inde Venerè esse generatam. Deinde Saturnus Opem sororem duxit. ex hoc Titan, qui maior natu erat, volebat regnare, sed Vesta mater eorum & sorores suadent Saturno, vt de regno non cedat fratri. Tandem concessit Titan vt Saturnus regnaret, ita tamen, vt si quid virilis sexus ei nasceretur, ne educaret, vt aliquando ad suos natos regnum rediret, quod ita ab initio fecit Saturnus, ideoque deuorasse dicitur filios. deinde cum primum natum necasset, postea nati sunt illi gemini, Iupiter & Iuno. Tunc Iunonem Saturno in conspectum dederunt, Iouem absconderunt, & in Idam syluam filius Melissei Cretensium regis Amaltheae & Melissae, alendum misere: quem in antrum Idae montis recipientes, ne fletus audiretur, cymbala & tympana pulsabant, ad quorum sonitum more suo apes mella in os eius inferebant, ob quod beneficium, postea deus factus, dedit apibus, quod sine coitu generarent. Itaque melle & lacte caprino puerum nutriebant. Deinde Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. Ad eundem modum tertio partu parit Plutonium. Titan verò postquam rescit Saturno filios procreatos, atque educatos esse, clam seducit secum filios suos Titanos, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit, & carceri mancipauit, ac compedibus ligauit, eo quod contra pactiōnem & iurandum mares liberos sustulissent. At Iupiter cum audisset patrem ac matrem custodijs circumseptos, atque in vincula coniectos, cum magna Cretensium multitudine venit, commissoque bello, Titanum atque filios eius vicit, parentesque soluit, & patrem regno restituit. Et tunc ex sanguine, aiunt, Titanorum gigantes generatos esse. Deinde Iupiter duxit Iunonem sororem suam, & cum diu sterilis esset, concusso capite suo, exiliuit Minerva, dea sapientiae postmodum facta. Tandem genuit Martem ex Iunone. Alij tamen volunt, vt Quidius in Fastis, Iunonis duntaxat esse filium. Ferunt Iunonem turbaram, eo quod sine obsequio mulieris procreasset Iupiter Minervam, quarebatque Oceani consilium in via dum fessa esset, quae suavit & à Flora dea, coniuge Zephyri. Cui Flora (si Ioui esset occultum) promisit salutare auxiliū, & cum iurasset per vndas Stygias, nemini se dicituram, docuit in campis Olenijs florem esse, quo accepto, confestim absque viro conciperet. & ita factum est. Ilico sumpto flore, Iuno concepit, & peperit postea Martem. Deinde Iupiter ex Iunone genuit Vulcanum, hic quia claudus & deformis erat, à parentibus in insulam Lemnon est abiectus, & ibi à simijs dicitur educatus, & Iouis faber factus: ideo dicitur est Mulciber. Deinde extra matrimonium Latonam Coei gigantis filiam, à Ioue dicunt fuisse compressam, & ex ea suscepisse geminam prolem, Phœbum seu Apollinem, & Dianam. Quod aiunt Iunonem adeò aegre tulisse, quod illi omnem terram interdi-

Venus. Ops. Titan.

Melisseus. Amalthea. Melissa.

Neptunus.

Pluto.

Iupiter. Iuno. Minerva. Mars.

Mars. Vulcanus.

Latona. Apollo. Diana.

xit. Eamque vsque in insulam Delon persecuta est, nec in hoc fatiata. Sed etiam emisit Pythonem serpentem ingentis magnitudinis, ad impediendam eam atque fugandam: quae fuga facta, tandem ab insula Ortygia suscepta, primò peperit Dianam, quae est vestigio obstetricatus officium in nascituro fratre matri praestitit, & Apollinem nascentem suscepit, qui mox sagittis Pythonem interemit, & dare coepit responsa petentibus, ex hoc insula postea Delos est dicta. Poetae dicunt, dum fugeret Iunonem, per Lyciam sitibunda ad lacum venit quendam vt biberet: rustici qui aderant, lacum pedibus conturbant, orauit Latona pro vindicta. ob hoc rustici in ranas mutati sunt, ac lacum semper hunc incolunt. Iupiter ex filia Inachi Io, alias Iside, generauit Epaphum; nam cum esset formosissima virgo, illa à paternis vndis redeuntē atque fugientem, inducis tenebris, detinuit Iupiter & oppressit. Iuno videns ex alto tenebras, suspicata descendit, & tenebras soluit. Iupiter mox, ne pateret crimen, transformauit puellam in vaccam, eamque laudanti atque petenti Iunoni aegre dono dedit, quae ilico Argo, qui centum oculis praeditus erat, illam seruandam tradidit. Sed Iupiter compatiens, misit Mercurium, vt illam custodia liberaret, qui sub forma pastoris Argo iunctus est, & fistulam ab eo accommodat solatij causa, qua accepta, caduceo virga Argum tetigit, ac in soporem oculos omnes vertit, & post hoc occidit. quod videns Iuno, Argi oculos sumens, illos caudae pauonis auis suae apposuit, & vaccae immisit oestrum, quo infestata, cursum rapuit, nec antè destitit, quam ad Aegyptios perueniret. Ibi quieuit, & prece Iouis à Iunone impetrata, forma pristina restituta est. Peperit Epaphum, ac ab Aegyptijs Isis est dicta. Longè tamen ante hoc compressit Maiam Atlantis filiam, genuitque ex ea Mercurium, licet plures fuerint Mercurij, vnus Iouis & Clymenes filius, & ante illum alter à Caelo patre & Die matre natus, & Mercurius Nili filius, dictus Trismegistus Hermes. Maiam Mercurij matrem, Iunonem aiunt ex pellicibus vnā summè dilexisse, eiusque filium Mercurium lascasse affirmant. promiscuè nonnunquam factum vnus, alteri adscribitur. Et ab omnibus mercatorum deus dicitur Mercurius. Ad hoc nuncius & interpret deorum, & eloquentiae deus dicitur. Iterum ex Semele Cadmi filia, Iupiter procreauit Bacchum. Hæc cum ex Ioue concepisset, Iuno ad eam in forma venit vetulae: perquisiuitque, nunquid diligeretur à Ioue: ad hæc illa, arbitrari se diligi. Tunc Iuno: Non potes filia hoc nisi vnico modo cognoscere, scilicet si tibi promittat, quod se iungat tibi, vt sollet Iunoni concumbere, & si per Stygiam paludem ita iuret. Semele auida hoc scire, aduenientem Iouem petit, vt hoc modo promittat ac iuret. quod cum Iupiter iurasset, audita petitione doluit: ne tamen aduersus iurandum veniret, in concumbendo fulminauit, ac mortuae filium traxit ex vtero, suoque apposuit femori, donec tempus perficeretur pariendi: tuuc natus est filius, & Bacchus est dictus, alias Dionysius seu Liber. Hunc primò clā nutriuit Ino matertera, postea Nymphis traditur alendus, qui ne à Iunone inueniretur, hederis eum occultauerunt. Depingitur puer facie muliebri, nudus, cornuto capite, equitans super tigres, hastam gerens pampinis ornatam. Silenus senex, eius dicitur alumnus. Iupiter quoque ex Alcmena Amphytrionis coniuge, genuit Herculem hoc modo: Iupiter, dum in militia fuit Amphytrio, eius forma sumpta, accessit ad eam noctu, quae cum illum virum suum crederet, concubitu concepit ex Ioue. ea nox ab Ioue spatium trium noctium extensa est lasciuendi gratia, maximum futuri roboris indicium, tantum temporis in eo puero creando impensum. Et cum die quadam adueniente partus tempore, Iupiter apud superos dixisset, die illa nasciturum hominem, qui omnibus circumuicinis dominaretur, Iuno his verbis mota, illud fecit iuramento firmari, & confestim descendit in terras, & retinuit Lucinam deam parturientium apud vxorem Stheleni, pregnantem iam septem mensium, & ex vtero eius eduxit filium septem mensium ante tempus pariendi, qui vocatus est Eurystheus. vnde Alcmena ob retentam Lucinam parere non potuit, nam Lucina eius partum compresserat: & sic quod de Hercule Iupiter voluit, verum est in Eurystheum, qui postmodum Herculi & alijs imperauit. Cuius, scilicet Herculis, labores duodecim iniunctos ab Eurystheo, hoc modo ferunt: Nam frustratus Iupiter consilio, Iunoni promisit, Eurystheum, vt praedixerat, regem fore, Herculemque ei subijci velle, ac duodecim labores ab Eurystheo iniunctos perficere debere, quibus consummatis fieret immortalis. Is itaque Hercules educatus optimè, certaminum quoque exercitio deditus, & corporis robore excelluit, & animi virtute. Iupiter ex Danae Acrisij filia, Perseum genuit hoc modo: Cum haberet A-

Ortygia.

Delos.

Epaphus ex Ioue.

Io in vaccā.

Isis. Maia. Mercurius.

Mercurius mercibus praest.

Bacchus ex Ioue & Semele.

Bacchus. Dionysius.

Iupiter. Alcmena. Hercules.

Eurystheus. nrisyllabum

Herculis labores.

Perseus ex Danae Acrisij.

crisus vnicam filiam Danaen, in responsis accepit, se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturum. Ideo filiam in quadam turri clausit, ita vt homo non posset ad eam accedere. Iupiter audita eius pulchritudine, vertit se in auri guttam, & per regulas in gremium eius cecidit, & eam imprægnauit. Quod ægrè ferens Acrisius, clausit in arcam, ac in mare proijci iussit. Verum arca casu à piscatore capta est, in qua inuenit eam peperisse filium, quem detulit ad Pylum regem, qui cum genus eius cognouisset, illam duxit vxorem. Alij volunt fuisse Polydectem regem. Et dum Perseus adoleuisset, timuit eum rex. Erant eo tempore tres Phorci regis filia, Medusa, Stheno & Euryale, Gorgones appellatae, habentes vnum oculum, quo vicissim utebantur, & quoscunque intuentes se conuerterunt in saxa. contra has expugnandas misit rex Polydectes Perseum. Perseus petiuit Mercurium, qui sibi dedit harpen, id est, falcem vel gladium, quo Argum interfecit. Similiter & talaria seu alas, vt volare posset. postulauit etiam auxilium Palladis sororis, quæ sibi dedit clypeum crystallinum, in quo videre posset imagines sororum, nec videri ab illis. His armatus, cum non videretur, oculum, quo fugebantur, dum de vna ad alteram volitabat, furatus est. Medusam serpentibus crinitam interfecit, ac de sanguine eius natus est Pegasus equus alatus, qui statim volare cepit vsque ad montem Parnassum, & ibi in Helicone monte vngula terram percutiens, egressus est fons largissimus, postea Musis dedicatus. At Perseus Gorgone occisa, ei caput abstulit, peruenitque ad regem Atlantem, qui sibi hospitium negauit: quare ostenso ei capite Gorgonis, in saxum mutauit Atlantem. Inde remans in patriam, cum inuenisset Andromeden virginem saxo in mari alligatam, quæsiuit causam à parentibus ibi flentibus, qua intellecta, pactus cum his, liberauit eam, & in vxorem accepit. Post hæc Phineum ac plures alios, ostenso capite Gorgonis, in saxa vertit, & auunculum suum Proctum, qui Acrisium regno pepulit, interfecit. Et postea non spontè Acrisium vertit in saxum. Iupiter adamare cepit Europam Agenoris filiam. misit ideo Mercurium, qui armenta ex montibus Phœnicum impulit ad locum, in quo Europa cum puellis ludere consueuerat. Ibidem Iupiter se in candidissimum taurum transformauit, cuius specie delectata virgo, primum tractare illum manibus cepit, & inde eius conscendit dorsum, qui paulatim se in vndas deduxit, ac in Cretam tulit, vbi in formam pristinam redactus, eam compressit: quæ imprægnata, postea peperit Minoa, Rhadamanthus & Sarpedonem, tres iudices inferni. Ipse verò in eius sempiternam memoriam, tertiam orbis partem Europam ex eius nomine nuncupauit, licet pro Sarpedone, alij Acacum velint esse tertium, quem Iupiter ex Aegina Afopi regis Bœotia filia, rapta & compressa, genuit. Iupiter grauidauit Aetnam nympham. Iuno hoc intelligens, eam persequitur. Sed ipsam puellam in Aetna monte abscondit Iupiter. Ibi nondum matura, peperit gemellos, & hos tam diu fouit in visceribus terræ, vt lex pariendi postulat, & dicti sunt Palici, & ad eò mali, quòd solo visu mutabant homines. ideo eos Iupiter fulminauit, quos & terra absorbit, & in lacum conuersi sunt foetidum. Tantalus filius fuit Iouis, ex Plote nympa susceptus, postea rex Phrygum. hunc deos in conuiuium habuisse, eisque vt experientiam deitatis eorum assumeret, occiso filio, costumque apposuisse comedendum ferunt, qui abhorrentes, collectis membris, in pristinam reduxerunt formam, & reuocatam per Mercurium ab inferis animam illi restituerunt. Et cum aduerterent humerum deesse, quem Ceres vorauerat, lo co eius eburneum refecere. Tantalum autem deiecerunt ad inferos, taliq; damnauere supplicio, vt fluuiò ad os vsque demersus, siti vexetur assidua, nec possit aquas attingere: desuper autem arbores pomis dependentibus onustas addidere prope os, quæ tamen poma, maxima semper fame laborans, nusquam potest apprehendere. Iupiter ex Cerere sorore sua procreauit Proserpinam, quam rapuit Pluto. Ceres eam quæsiuit diu accensis facibus, & maximo cum vlulatu per vniuersum orbem: demum apud paludem Cyanen filia cingulum comperit, & ab Arethusa nympa certior facta, quòd illa apud inferos vidisset, conquesta Ioui de Plutone, qui dixit legem apud inferos, quòd aliquid ibi comedens, reuerti non possit: reducendam statuit, si nihil ibi comedisset. sed inuenta est tria grana mali punici ex viridario Plutonis gustasse. quapropter Iupiter ad mitigandam tristitiam Cereris sanciuit, vt sex mensibus anni Proserpina cum viro esset, & totidem apud superos cum matre. Iupiter amauit Thetidem, sed ideo concubitum eius neglexit, quia oraculo nouerat ex ea filium nasciturum, qui maior

Pegasus equus.

Europa.

Minos. Rhadamanthus. Sarpedon. Aeacus.

Aetna nympa.

Palici vel Palici.

Tantalus ex Plote.

Ceres. Proserpina.

Thetis.

maior esset patre. Sed præcepit Peleo nepoti, vt eam duceret. Et cum eam Peleus consilio Protei senis die quadam cepisset, ipsa in varias formas mutata, ad eò exterruit eundem, vt dimitteretur ab eo. Qui tamen ad Proteum rediens, ab eodem suafus, ne mutationes illas curaret, sed contendendo ipsa desiderio suo pareret. Peleus die sequenti dormientem in antro reperit, & cepit: ipsa verò more suo in varias formas versa, cum eum perseuerantem vidit, redijt in propriam formam, ac consensit. Porro Iupiter ad eorum nuptias omnes conuocauit deos, præter Discordiam: quæ indignans, cum cerneret Palladem, Iunonem & Venerem simul sedentes, malum aureum in medio earum proiecit, dixitque: Digniori detur. Ex quo inter eas seditio orta est. Iupiter vocatus, noluit sententiam ferre. ad Paridem, qui in Ida sylua morabatur, causam remisit. Is verò ob promissam sibi à Venere speciosissimam mulierem, spretis aliarum oblationibus, sapientia atque potentia, Veneri tanquam digniori tradidit. Quæ illi raptum Helenæ concessit, ex quo subsecutum est bellum Troianum. Et in eò occisus Achilles, qui ex illis nuptijs natus fuit. Cum Leda Tyndari regis coniunx Ioui placuisset, ipse in cygnum versus, cepit canere, quo illam ad se non solum audiendum, sed capiendum traxit. captus, eam oppressit, ex quo fertur Leda peperisse ouum vnum, ex quo nati sunt Castor & Pollux: & mox alterum, ex quo natae sunt Helena & Clytemnestra. Helenam pulcherrimam virginem, inter coenas in palaestra ludentem rapuit Thefeus Atheniensium rex. demum eo peregre profecto, ab eiusdem matre, repetentibus Castori & Polluci, restituta est. Castor & Pollux vicissim Leucippi filias, Lynceo & Idæ fratribus desponsatas, rapuerunt, qui repetunt bello sponsas, atque in eo Lynceus Castorem occidit, occidissetque Idas Pollucem, nisi à Ioue defensus fuisset. Et cum esset Pollux æternitatem consecutus à Ioue, & cerneret fratrem mortuum, petijt Iouem, vt sibi cum fratre æternitatem partiri liceret, quod concessit Iupiter, & tum ambo in cælum assumpti sunt, & Geminorum fecere signum. Helena deinde rursus rapta est à Paride. Inde bellum Troianum est exortum. Inter hanc rapinam & primam, vigintitrium annorum (teste Bocatio) fuit spatium, ita quòd triginta annorum potuit esse Helena secundo raptu. Electram filiam Atlantis, oppressam ferunt à Ioue, & peperisse Dardanum Troiaë authorem. Hæc Electra cum sex fororibus à Pleione matre Pleiades appellatae sunt, & quia Liberum patrem nutriuere, cælum meruerunt, & stella septem in cauda Tauri locatae sunt, atque à Latinis Vergilia dictæ. Iouis & Memoriae filia, nouem sunt Musæ: harum nomina sunt hæc: Clio, Euterpe, Melpomene, Thalia, Polymnia, Erato, Terpsichore, Vrania, & Calliope. Hæc bellum cum Pieri filiabus septem habuerunt, ac eas vicerunt, mox Pierides in Picas mutatae sunt. Musis aiunt fontem Castalium & nemus in Helicone consecratum, easque ad Iyram Apolline pulsante canentes, vt modulatio consona seruetur. Iupiter ex Venere genuit tres Grantias, Pasitheam, Aglaiam, & Euphrosynen, quæ & appellatae sunt Charites. nuda dicunt, ac inuicem iunctas incedere, atque ex eis duas facie ad nos conuersas esse, tertiam tertiam vertente: obsequuntur autem Veneri. Minerua ex cerebro Iouis nata, armata incedit, habens in dextra lanceam, scutum ferens crystallinum. hanc Vulcanus amauit, & quia Iupiter ei, quòd Gigantes fulminibus factis strauit, hanc gratiam concessit, vt quod vellet postulareret, Vulcanus petijt, vt liceat sibi cum Minerua concumbere, quòd ipse concessit. At Palladi præcepit, vt sola esset cum Vulcano: & si posset, se defenderet. Quum ergo Vulcano vim inferente, Minerua acriter se defenderet, ipse interea sperma emisit in terram, & inde Erichthonius est natus, cui serpentinis dicunt fuisse pedes, ad quos contendendos, ætate perfectus, currum primus excogitauit. Huius autem fictionis intentum Augustinus in lib. de ciuit. Dei detegit, apud Athenienses templum fuisse, Vulcano & Mineruæ commune, in quo compertus est infans dracone circumuolutus. is seruabatur, eo quòd Athenienses eum magnum fore portenderent, & quia parentes erant incogniti, Vulcano & Mineruæ dederunt in filium. Et secundum quosdam, in cælum inter caelestes imagines assumptus, Serpentiarius dicitur. Mars dilexit Venerem Vulcani vxorem: & cum semel misceretur ei, à Sole visus est, qui prodidit hoc Vulcano. is clam catenas ferme inuisibiles fabricauit, & circa lectum suum posuit, finxitque se Lemnum iturum. Interea Mars accessit. Et cum ambo nudi in lecto iacerent, inuoluti sunt. tum Vulcanus ex composito redijt, & omnes deos aduocauit, dea verò non venerunt, sed inter alios Mercurius, Neptunus & Apollo. Et cum omnes riderent nudos ita captos, Neptunus pro captiuis interpellauit, ac tandem Vulcanum flexit, quòd

Peleus dicitur Thetide.

Discordia dea.

Pulchriori detur. Iudicium Paridis.

Helenæ raptus. Achilles. Leda.

Castor. Pollux. Clytemnestra.

Geminii. Troianum bellum.

Musæ Memoriae filia.

Gratiae tres.

Minerua.

Erichthonius. Currus.

Serpentiarius. Mars dilexit Venerem.

Cupido ex Marte. quod eos liberauit. Peperit autem Venus ex Marte Cupidinem, puerum pulchritudine insignem. Qui depingitur alatus, arcum & sagittas gerens: has aureas, partim & plumbeas quasdam dicunt, facem insuper tenens, oculos ipsius fascia obtegere consuevere. Apollo, quia indicauerat stuprum Veneris, ideo Veneris officio in amore virginis Leucothoes accenditur intantum, quod ob amorem eius retardatus à cursu est in occidendo. tandem specie matris ipsius virginis assumpta, remotis puellis, & reassumpta forma propria, patientem compressit. quod cum Clytie, quæ antè diligebatur à Phœbo, intellexisset, confestim Orchamo patri puellæ detexit, qui ira percitus, eam viam sepeliri iussit. Phœbus autem cum illi vitam restituere nequiret, eam in virgam thuream vertit. Iterum Apollo Cupidini improperauit, quod arcum portaret, eapropter Cupido Apollinem sagitta aurea petijt amore captum in Daphnen Penei filiam, quam vicissim plumbea sagittauerat, quæ sagitta odiū induceret, pro eo quod dixisset arcum sibi non competere ob infirmitatem. Apollo itaque odientem se insecutus, ista ad precem patris tandem in laurum conuersa est, & postea Phœbo sacra facta dicitur. Apollo fecundauerat Coronidem nympham, quæ, dum recederet Phœbus, passa est subagitari se à quodam iuvene, quod coruus, qui tum erat albus, videns, Apollini reuelauit. Iratus itaque Apollo, Coronidem sagitta occidit, & mox pœniruit. ac coruum proditorem denigravit, & quod cantus illius signum foret mali ominis, instituit. deinde rogo parato, Coronidem impositam illi exenterauit, & ab aluo eius infantem eripuit, vocauitque Aesculapium, quem Chironi magistro nutriendum dedit, qui postea eximius euasit medicus, ita quod duos in vitam reuocauerit mortuos, Glaucum & Hippolytum, precibus Dianæ, propter quod Iupiter indignatus, fulmine eum interfecit. Hinc iratus Apollo, iram in Cyclopes vertit, aliquos vulnerauit, & aliquos occidit. Ideo Iupiter eum deitate priuauit. verum cum nemo alter currum Solis ducere posset, Cælicolæ omnes instabant, quod Iupiter imperauit rursus Phœbo, vt currus officium reassumeret. Dianam eodem partu cum Apolline editam, atque insignem virginitate perpetua voluerunt veteres. Et quoniam spreto hominum confortio, syluas inhabitaret, venationibusque vacaret, eam arcu pharetraque accinctam describere, & nemorum montiumque dixere deam, curruque vt tracto à ceruis albis. Quam & præsentem viarum dixerunt, nympharum societate, officijs & obsequio delectatam.

DE SACRIS DEORVM.

Diximus de dijs ipsis qui coluntur. Nunc de sacris ac mysterijs eorum pauca dicenda sunt. Apud Cyprios humanam hostiam Ioui Teucus immolauit, idque sacrificium posteris tradidit, quod est nuper, Adriano imperante, sublatum. Apud Tauricos Dianæ hospites immolabant, nec Latini huius immanitatis expertes fuere. Siquidem Latialis Iupiter tempore Lactantij (vt ipse ait) colebatur sanguine humano. Et Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est, non quidem, vt homo ad aram immolaretur, sed in Tiberim de ponte Miluio præcipitabatur. Verum id genus sacrificij ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, vt pro veris hominibus imagines iacerentur ex scirpo. Pescenius Festus refert per satyram, Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare: & cum victi essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi deum putauisse, & vt piaculum diligentius soluerent, ducentos nobilium filios immolasse. Ab istis sacris non minoris infaniæ sunt iudicanda publica illa sacra, in quibus Marti vel (vt alij habent) Matri deum homines suis virilibus litant truncatis. Bellonæ quoque sacerdotes non alieno, sed suo cruce sacrificant: secus nanque humeris, & vtraque manu districtos gladios exerentes, currunt, efferuntur, infaniunt. Isis Aegyptiæ sacra sunt, quatenus filium paruulum vel perdiderit, vel inuenerit. Nam primò sacerdotes eius pectora rundunt, & lamentantur, sicut ipsa, cum perdiderit filium, fecerat. deinde puer producitur quasi inuentus, & in lætitiâ luctus ille mutatur. Ideo Lucanus:

— Numquamque satis questus Osiris,
Semper enim perdunt, semper et inueniunt.

Hinc est Osiris, quem Serapim & Serapidem vulgus appellat. Solent enim mortuis consecratis nomina immutari. Credo, inquit Lactantius, ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dicitur est. Apud Lampſacum Priapo librabilis victima est aſellus, cuius ratio in Fastis hæc redditur: Cum dii omnes ad festum Matris

Matris magnæ conuenissent, epulisque satiati, noctem lusuibus ducerent, Priapum Vestæ deæ soporata in humo insidiatum pudicitia: sed illam clamore aſelli, quo Silenus vehabatur, excitatam, libidinem insidiatoris esse detectam. Hac de causa, quasi in ylionem, Lampſacenos aſellum Priapo mactare consueuisse: apud Romanos verò, aſellum Vestalibus sacris in honorem pudicitia: conseruata, panibus coronari. Quid turpius, quam si Vestæ beneficio aſini virgo est? Apud Lyndum oppidum Rhodi, Heraculis sacra sunt, quæ maledictis & execrationibus celebrantur, eaque pro violatis habent, si inter ea vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Apud Sueuos Germaniæ populos nobilissimos, Senones (vt scribit Cornelius Tacitus) statuto tempore in syluam augurijs patrum & præca formidine sacram, cæso publicè homine, celebrabant, nec quiquam ingrediebatur nisi vinculo ligatus. Innumera alia his non absumilia omitto, super quibus merito exclamat Lucretius:

O stultas hominum mentes, o pectora cæca:

Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periculis

Degitur hoc æui, quodcumque est?

Quis hæc ludibria, immo sacrilegia non derideat, qui habeat aliquid sanitatis, cum videat homines ceu vinculo mente captos, ea serio facere, quæ si quis faciat in lusu, nimis lasciuus & ineptus esse videatur?

QVIS AVTHOR PRÆDICTARVM VANITATVM FVERIT.

Harum vanitatum primus author extitit Melisseus Cretensium rex, quod intelligo ita generaliter. Nam longè ante illum Aegyptij Isidi atque Osiridi sacra faciebant. Et Chaldei ante natiuitatem Abraham ignem pro Deo colebant. Idola à Belo patre Nini primi Assyriorum regis traduntur causam traxisse. Sed & ante Moysen pueros idolo Moloch immolabant. Verum ritus ita solenes ac caeremonias colendorum deorum, Didymus in libris narrationis Pindaricæ scribit, Melisseum regem introduxisse, & primò dijs sacrificasse, ritus novos & sacrorum pompas inuenisse. Ianius duci fuisse filias duas, Amaltheam & Melissam, quæ Iouem puerum caprino lacte & melle nutrebat: unde poetica illa fabula originem sumpsit, aduolasse apes, atque os pueri melle compleſse. Melissam verò à patre primam sacerdotem Matri magnæ, hoc est, Terræ seu Vestæ constitutam: unde postea eiusdem matris antistites, Melissæ nuncupantur.

Et historia gentilium sacra testatur, ipsum Iouem, postquam rerum potitus est, in tantam insolentiam venisse, vt ipse sibi phana in multis locis instituerit. Nam cum terras circuiret, in quemcunque locum venerat, reges principesque hospitio sibi comitate sua & amicitia copulabat: & cum digrederetur ab eis, imperabat sibi ædificari phanum, & suo hospitijque sui nomine insigniri, quasi vt ex hoc posset amicitia & foederis memoria conseruari: quod ille astutissime ex cogitauit, vt sibi diuinum honorem, & hospitibus suis perpetuum nomen acquireret, cum religione connexum. Gaudebant autem illi & libenter obſequebantur, ac nominis sui gratia annuos ritus & festa celebrabant. Nam licet ambitiosus esset & libidini deseruiret, multa tamen bona & vtilia humanæ vitæ adinuenit, quinquies terram circuinuit, leges ac bonos mores docuit. Et mala quædam sustulit, & inter alia amouit prauam consuetudinem comedendi carnes humanas, quibus Saturni tempore vescebantur. His & alijs immortalẽ gloriam & memoriam adeptus est sempiternam. Siue igitur à Melisseo, vt Didymus tradit, colendorum deorum ritus effluxit: siue à Ioue ipso, vt alij volunt, de tempore tamen constat quando dii coli coeperunt. Melisseus enim non multum antecessit arate Iouem, vt prope pronepotem quem educauerat: & idcirco fieri potest, vt vel antè, vel adhuc puero Ioue, deos colere institueret. post mortem inde deorum patrem ac dominum & cæli regem dixerunt. Et multa quæ à Ioue primo Arcade facta sunt, huic ascripserunt. Erat enim Arcas, vbi ex Arcadia inisset Athenas vir ille nobilis, Lyſanias alioqui dictus, magni ingenij, vt ait Leontius Græcus, qui Atticos rudes compositis legibus viuere docuit, matrimonia primus monstrauit, cum antea foeminas communes haberent: monuitque eos, deos colere: aras, templa & sacerdotes instituit. quæ dum mirarentur syluestres populi atque commendarent, cum rati deum, Iouem vocauerunt, Aetherisque & Diei seu Cæli filium dixere. Et vt illi apud Cretenses, ita post eos Faunus in Latio instituendarum imperarum religionum causa fuit. Qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & sororem suam Fatuam Faunam, eandemque

Fatua. demque coniugem, consecrauit, quam C. Bassus Fatuam nominatam tradidit, quod mulieribus fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Eandem Varro tantæ pudicitiae fuisse scribit, vt nemo eam quoad vixerit, prater suum virum mas viderit, nec nomen eius audierit. Idcirco mulieres, illi in operto sacrificabant, & Bonam deam nomina-
 Bona dea. bant. Sacra verò Liberi patris primus Orpheus induxit in Græciam, primusque
 Sacra Libe- celebrauit in monte Bœotiae Thebis, qui quum frequenter citharæ cantu personaret,
 ri. mons Citheron appellatus est. Et fuit per eadem ferè tempora, quibus Faunus. Siqui-
 dem per eosdem annos Latinus Priamusque regnabant, item patres eorum Picus &
 Citheron. Laomedon, quo regnante, Orpheus cum Argonautis ad Iliensium littus accessit.
 Numa Pom- Harum vanitatum apud Romanos author & constitutor extitit Sabinus rex Numa
 pilius. Pompilius, qui maximè animos hominum rudes atque imperitos nouis superstitioni-
 bus implicauit. Quod vt faceret aliqua cum autoritate, simulauit cum dea Aegeria
 nocturnos se habere congressus, vt homines ad parendum non modò imperio, sed
 etiam religione constringeret. sic & Sabinus ille noui populi feroces animos mitiga-
 uit, & ad studia pacis à rebus bellicis auocauit, vbi non solum Romulus, sed & nutrix
 ipsius Lupa honoribus est affecta diuinis. Et Ioui Pistori ara posita est, atque Statori, &
 Mutæ dea. Veneri caluæ & armatæ. Quis, cum audiat Mutam deam esse, tenere risum queat?
 Lares. Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares, & ipsam Larundam nominant vel Laram.
 Cæca. Quid præstare colenti potest, qui loqui non potest? Colitur & Cæca, quæ Herculi
 Cunina. indicium fecit de furto bouum. Et Cunina, quæ infantes in cunis ruetur. Et Stercutius,
 Stercutius, qui stercoreandi agri ritum primus induxit. Flora, cum magnas opes ex arte meretrici-
 Flora. cia quæsiuisset, populum Romanum scripsit hæredem, certamque pecuniam reliquit,
 cuius ex annuo foenore suis natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appel-
 lant Floralia. Quod quia flagitiosum senatui videbatur, sinxerunt esse deam quæ flo-
 ribus præsit. Eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus & vitibus benè flore-
 scerent. Honestè quidem ista dicuntur, sed inhonestè turpiterque creduntur. Celebra-
 bantur ergo illi ludi cum omni lasciuia, conuenientes memoria meretricis. Quid dica-
 Tutinus, ali- m de Tutino, in cuius sinu pudendo nubentes præsidet, vt illorum pudicitiam pri-
 as Tutinus. or Deus delibasse videatur? Et mille alia portenta, vt iam vaniores qui hæc colenda
 Aegyptij. susceperint, quam Aegyptios esse dicamus, qui monstrosa & ridicula quædam simula-
 cra & animalia venerantur & colunt.

DE CAECITATE EORVM QVI PLVRES DEOS OPINANTVR.

Veruntamen quæ ratione hi dij esse non possunt, difficile non erit demonstrare, ex genere eorum primò, deinde ex moribus & imbecillitate. De hoc Lactantius in lib. instit. diuin. i. Sæpius cogitanti mihi, inquit, qui deos colunt, interdum videri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum à muris animalibus differentes, qui credant eos qui geniti sunt maris ac foemine coitu, aliquid maiestatis diuinæque virtutis habere potuisse, quum Sibylla Erythræa dicat: Non potest ex viri semine & matrice deus formatus esse. quod si verum est, sicuti est, apparet Iouem, Apollinem, Herculem, Liberum, Mercurium cum cæteris, homines fuisse, quando sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotum à Deo? dij ergo, si sunt immortales, quid opus est altero sexu? Nam profectò in hominibus cæterisque animalibus diuersitas sexus & coitio & generatio nullam habet aliam rationem, nisi vt omnia genera viuentium, quoniam sunt conditione mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari: Deo autem qui est sempiternus, neque alter sexus, neque successio necessaria est. Recepta verò sexuum diuersitate, non intelligunt consequens esse vt concipiant, quod in Deum cadere non potest. nascerentur enim quotidie dij noui. Igitur deorum innumerabilium plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Nam cum hominum incredibilis numerus sit, quos tamen, sicuti nascuntur, mori necesse est: quot deorum esse tandem putemus, qui tot seculis nati sunt, immortalesque manserunt? Nisi fortè non generandi causa, sed voluptatis capiendæ, duos esse sexus deorum dicamus. Cum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati, consequens est vt semper nascantur. Dicent aliqui: vt habeant ministros, coeunt, vel in quos ipsi possint dominari. Quid ergo opus est sexu foemineo, cum Deus qui est omnipotens, sine opera foemine possit filios procreare? Nam si quibusdam mutis animalibus hoc præstitit, vt sibi è folijs natos & suauibus herbis ore lingant, cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare? Regnare in cælo Iouem vulgus existimat, id doctis pariter & indoctis persuasum est, eundem tamen Saturno & Rhea

Sibylla Ery-
 thræa.
 Iupiter.
 Apollo.

Innumera-
 bilitas deo-
 rum.

Rhea progenitum fatentur. Quomodo potest deus videri, aut (vt poeta ait) hominum rerumque repertor, ante cuius ortum infinita hominum millia fuerunt? eorum scilicet, qui Saturno regnante vixerunt, ac priores luce quam Iupiter sunt potiti. Videri alium deum regem fuisse primis temporibus, alium consequentibus. Potest ergo fieri vt alius sit postea futurus. Si enim regnum prius mutatum est, cur desperemus & posterius posse mutari? Nisi fortè Saturnus generare potuit fortiozem, Iupiter non potest. Atqui diuinum imperium aut semper immutabile est, aut si est mutabile, quod fieri non potest, semper vtique mutabile est. Potest enim Iupiter regnum amittere, sicut & pater eius amisit; ita planè. Nam cum idem neque virginibus, neque maritatis vnquam pepercisset, abstinuit se tamen vna Theride, quod responsum fuit, maiorem patre suo futurum quisquis ex illa natus esset: nec illud sciuisset, nisi Themis vaticinata fuisset. Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorem, si Saturnus non fuisset ab vxore delusus. Sed veniamus ad mores deorum, vt intelligant miseri homines in quibus versentur erroribus. Iupiter qui in solenni precatione optimus maximus nominatur, nonne à prima sua pueritia impius & penè parricida depræhenditur, cum patrem regno expulit, nec expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnandi? Et cum patrem solium per vim, per arma cepisset, ac in Olympo monte habitaret, bello est à Titanibus laceratus, quibus tandem victis & pace comparata, reliquam suam vitam in stupris adulteriisque consumpsit. Omitto virgines quas imminuit, domos quoque Amphitrionis & Tyndari dedecore atque infamia plenissimas reddidit. Illud verò summi sceleris, quod regium puerum rapuit ad stuprum Ganymedem, vt & sexui suo iniuriam quoque faceret, nec solum in expugnanda foeminarum pudicitia maculosus esset. Quid Apollo? nonne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pauit alienum? & muros Laomedonti extruxit cum Nepruno mercedo conductus, quæ illi negari potuit impunè. Fur ac nebulo Mercurius, quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudum suarum? cælo dignus qui palæstram primò docuit, & lyram primus inuenit. Liberum patrem in senatu deorum summæ autoritatis primæque esse sententiæ necesse est, quia præter Iouem solum omnium triumphauit, exercitum duxit, Indos debellauit. Sed delatus in Cretam, nactus impudicam mulierem in litore, illam patris prodiricem, fratris interemptricem, ab alio repudiatam, in coniugium sibi vendicauit, & liberam fecit. Herculem non tantum seruasse Eurystheo regi, quod aliquatenus honestum videri potest, sed impudicæ mulieri Omphalæ, quæ illum vestibus suis indutum, sedere ad pedes suos iubebat pensã facientem: detestabilis turpitudine, sed tanti erat voluptas. At ille qui ob virtutem clarissimus habebatur, nonne orbem terræ quem peragrassè atque purgassè narratur, stupris, libidinibus, adulteriisque inquinauit? nec mirum, cum esset adulterio genitus Alcumenæ. Non infulsè igitur quidam triumphum Cupidinis scripsit, quo in libro non modò potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam victorem fecit. Enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis ditionemque venissent, instruit pompam, in qua Iupiter cum cæteris dijs ante curram triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id quidem à poeta figuratum, sed tamen non multum distat à vero. qui enim virtutis est expers, qui cupiditatibus & libidinibus vincitur, non cupidini, vt ille finxit, sed morti subiectus est sempiternæ. Consideremus, si placet, æumnas infelicitum deorum. Isis filium perdidit, Ceres filiam, Latona vix infulam paruam in qua pareret, inuenit. Deum mater & amauit formosum adolescentem, & eundem cum pellice depræhensum exectis virilibus semiuirum reddidit, & nunc à Gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur. Iuno pellices acerrimè persecuta est. Gigantes ex sanguine Titanorum nati, cælum, hoc est, olympum, vbi Iupiter habitabat, inuadentes, montibus montes superponentes, ad eò Iouem ac cæteros deos terrerunt, vt in Aegypto vsque formis mutatis fugerent atque laterent: Iupiter in ariete, Delius seu Apollo in coruo, Bacchus in capro, Diana in sele, id est, dama, Iuno in candida vacca, Venus in pisce, in ciconia Mercurius, Cybele seu Terra in merulam versa, in hircum Pan ea parte, qua super aquam, sed qua parte fluuio immerfus est, in piscem mutatus est. Ex qua figura postea Iouem capricorni signum fecisse dicunt. Tandem Iouem asserunt oraculo habuisse, si victoriã vellet contra gigantes, clypeum ex Aegla Panis coniuge, ac caput suum Gorgone tegeter. Quo facto, præsentè Pallade fugati sunt atque obruti gigantes, & ad inferos à Ioue detrusi. Quid si Iupiter oraculum non accepisset? aut corio Aegla quæ erat mulier speciosissima, quod idem sonat. quod ca-

Iupiter ra-
 por.

Themis dea
 honestatis.
 Mores deo-
 rum.
 Iupiter o-
 ptimus &
 maximus.

Ganymedes
 Apollo.

Mercurius.
 Lyra.
 Liber pater

Hercules.
 Omphale.

De grumnis
 deorum.

Dij latuerunt
 in varijs for-
 mis.
 Metamor-
 phosis.

Gigantes.

pra, non fuisset reclus, aut in capite munitus Gorgone, seu Pallas non fuisset praesens, triumphassent profecto Gigantes. Hæ ineptiæ & innumerae aliæ vanitates sacra deorum prophanantes, manifestè ostendunt eos mortales fuisse, nec in caelo regnare, qui ne in terra quidem debuerunt. Saturnus Cælo patre & Ope Rheæ aut Terra, quod idem est, natus est, ut putant, quemadmodum potest esse deus principalis, qui alijs orum suum debet? aut quis praefuit mundo antequam nasceretur? Ennius inquit: Initio prius in terris imperium summum Cælus habuit, quem tum Vranum dixere, non Cælum. Sed cum Saturnus filius esset factus rex potentissimus, ad retinendam parentum suorum memoriam, nomina eorum Cælo Terræque indidisse creditur. Non ergo ex Cælo natus est, sed ex homine Vrano, de quo Trismegistus, qui inter paucos in quibus esset perfecta doctrina, Vranum numerat. Saturnus verò timens cohæredem, patri Vrano abscidit genitalia: quod si quid diuinitatis habuisset, non genitalia patris debuerat amputare, sed propria, ne Jupiter nasceretur, qui eum regni possessione priuauit. Idem cum Rheam sororem suam, quam Latine Opem dicimus, haberet uxorem, responso vetitus est mares liberos educare, quod futurus esset filius à quo pelleretur. Ideoque natos suos non deuorabat, ut ferunt fabulæ, sed necabat, prout Titano fratri quoque iurauerat. Ops Iouem peperit, & furtim misit nutriendum in Cretam: quæro, cur in caelo constitutus, furtum in terra non videbat? sed Corybantes cymbalis fefellerunt. Deinde Ops parit Neptunum, postea Plutonem, quos clanculum abscondit ad eundem modum. Titan postquam rescit, Saturno filios procreatos, educatosque, ipsum ac Opem comprehendit, & in carcerauit. Iouem aduultum, cum audiisset patrem atque matrem custodiri circumseptos, atque in vincula coniectos, venisse cum magna Cretensium multitudine aiunt: Titanumque & filios eius pugnando vicisse, parentes in oculis exemisse, patri regnum reddidisse, atque ita in Cretam remeasse. Post hæc Saturnus, data sibi sorte, memor ne filius eum regno expelleret, illudendæ fortis gratia Ioui insidiatus est, ut illum necaret. Iouem, cognitis insidijs, regnum sibi vindicasse, & fugasse patrem dicunt. Qui cum fugatus ac iactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos Jupiter miserat ad eum comprehendendum vel necandum, vix in Italia locum in quo lateret, inuenit, nauigio vectus, sicut Ouidius in Fastis refert:

*Causa raris superas, Thuscum rate venis in amnem,
Antè pererrato falcifer orbe deus.*

Ianus. Hunc errantem atque inopem Ianus excepit. Et quum agresti quodam more in Italia viueretur, is genus indocile ac dispersum montibus altis, composuit, legesque dedit.

Latium. Et regionem illam, Latium vocari maluit, quoniam illius latuisset in oris. Censetne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? Insuper Ianus hunc errantem atque inopem excepit, & concessit ut pariter regnaret. Aurea fuisse secula perhibent, eo quod libera tunc omnibus esset vita, nemo seruus, nemo alteri obnoxius, nec sub illo fuit aliquid alicuius priuatum, & iustitia sub eo fuit in terra: quam ob rem respectu fecutorum seculorum, illa aurea dicta sunt. Insuper ignaros docuit arua colere, semina terris dare, matura colligere, stercore agros fecundare: demum quum multis vitam in melius redegisset, contigit ut repente nusquam compareret. quam ob causam Ianus insignem messis adiecit. Picus deinde Saturni filius in Italia genitus, Faunum procreat.

Picus. Ante ream verò Jupiter imperium cum Neptuno ac fratribus diuisit, ut in sortitione cælum sibi obtigerit, Neptuno mare, inferna Plutoni: hoc ita verum est, quod hoc modo sortiti sunt, ut Orientis imperium Ioui cederet: Plutoni, cui nomen Agesilao fuit, pars Occidentis, eo quod plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, Occidentis autem inferior esse videatur. Neptuno verò maritima omnia cum insulis obuenerunt. Potest & mons Olympus figuram poetis dedisse, ut dicerent Iouem cæli regnum sortitum. In Olympe enim monte Iouem habitasse, & maximam partem vitæ ibi coluisse, affirmant historiae. Deinde Jupiter postquam terras quinque circuiuit, in Creta vitam consummauit, & ad deos (ut ait Ennius) abiit, eumque Curetes filij sui decorarunt atque curauerunt. Et sepulcrum eius in Creta in oppido Gnosso habetur, in quo græcis literis scriptum est, *Ἰὺδης κρηναίης*, id est, Jupiter Saturni. Quomodo ergo potest deus alibi esse viuus, alibi esse mortuus: alibi habere templum, alibi sepulcrum? Sed quid mirum, si ab hac gente vniuersa vitia manarunt, apud quam (ut supra ostensum est) ipsa etiam vitia religiosa sunt? Nonne satius esset pecudum more viuere,

viuere, quam deos, quam impios, quam prophanos tam sanguinarios colere? Sed vnde isti errores exorti sunt, suo loco dicemus. Sed ob præmissas rationes philosophi quidam aliter interpretantur. Conantur enim eos cum rerum naturalium ratione coniungere. Quos Cicero secutus, de dijs hanc tulit sententiam: Videtis enim, inquit, ut à physicis rebus benè atque vtiliter inuētis tracta sit ratio ad commentitios atque fictos deos, quæ res genuit falsas opiniones erroresque. formæ enim deorum nobis & ætates & vestitus ornatusque noti sunt, genera præterea, coniugia, cognationes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Sed hi philosophi inter se non modò diuersi, sed & aduersi plurimum reperiuntur. Aliqui enim ex eis, ut Thales Milesius, rerum omnium causam primam, aquam fuisse voluit, eamque diuinam in se habere mentem, omnia producentem: Eo fortè motus, quia absque humore nihil penitus gigni vel nasci posse cerneret, ac cessante humiditate, vitam de necessitate cessare. Et sic Oceanum non genitum, sed patrem deorum rerumque omnium asserbat. Cui aliquando adhæsisse videtur Maro, qui ait:

Oceanumque patrem rerum.

Anaximenes verò aerem rerum omnium voluit esse productorem, eo quod animantia aere perdito, ilico moriuntur, & absque aere procreari nequeunt. Hi Iouem rerum omnium deum atque causam posuere, ex quo postea immensa deorum emanauit profapia. Chrysisippus inter præcos homo famosissimus, dicebat se ignem rerum omnium credere creatorem, eo quod absque calore nihil appareat gigni posse, aut genitum conseruari, quem etiam aliqui Iouem appellant, eo quod eum pro elemento ignis & nonnunquam aeris ponunt poetæ. Ex hoc fortè Seruius motus, asserit Iouem pro elemento ignis & aeris sumendum, Iunonem pro terra & aqua eius coniugem, eo quod ex eis omnia procreantur, de quo Virgilius:

*Tum pater omnipotens, fecundus imbris æther,
Coniugis in gremium lætè descendit.*

Alcinous Crotoniensis rerulit, se arbitrari solem, lunam & stellas, ac omne cælum, rerum omnium fuisse fabros. Et Lucilius stoicus apud Ciceronem sic loquitur: Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam in tam varijs cursibus in omni ætate conuenientiam temporis, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quæ cum in sideribus esse videamus, non possumus ea ipsa in deorum numero non ponere. Ex hoc forsitan moti Aegyptij, hunc mundi ornatum conspicientes, admirantesque vniuersorum naturam, duos esse deos & eos æternos arbitrati sunt, Solem videlicet & Lunam, & hunc quidem Osiridem, hanc Isisdem appellabant: Hos vniuersum orbem circuire, & nutrire augereque omnia, qui plurimum conferunt ad omnium animantium generationem, alterum igneam & spiritalem, alteram humidam atque frigidam. Ab eis generari atque nutrirî corpora omnia, rerumque naturam singularem à sole & luna perfici. Theodontius verò dicit, vetustissimorum Arcadum fuisse opinionem, terram rerum omnium fuisse causam, eique, ut de aqua dicit Thales, mentem inesse diuinam, & eius opere omnia fuisse producta atque creata. Dæmogorgonemque appellauerunt, deorum scilicet ac rerum omnium patrem principiumque, dæmon enim Græcè deus Latine, & gorgon terra, quasi terræ deus seu sapientia terræ, vel ut magis placet alijs, Deus terribilis, à γοργός, id est, terribilis. hic procreasse dicitur filios & filias. Primus filius Litigium, deinde Panæ, id est, rotam naturam naturam, generauit. Tres insuper Parcas, Clotho, Lachesis & Atropon: Polum seu Cælum, deinde Pythonem seu Phanetam, Terram & Erebum, Cælum dehinc procreasse Titanum, Saturnum, & plures alios, prout supra quoque dictum est. Ex tam varijs opinionibus secutum est, ut plures & diuersos deos diuersæ haberent sectæ, cum eos putauerint deos, quos ipsi arbitrabantur rerum primas causas fuisse. Quo autem pacto obtinuit vsus, quod Iouem patrem dominumque deorum & cæli regem voluerint cæratim omnes gentilium nationes? Nam siue Iouem primum accipiamus, quem Theodontius scribit filium fuisse Aetheris & Diei, constat tamen eum hominem fuisse Arcadem, Lyfaniam nuncupatum, ut tradit Leontius. Siue accipiamus Iouem secundum, hunc dicunt Cælo natum, ut testatur Tullius in lib. de natu. deorum. Eumque dicit in Arcadia genitum, quem multi volunt eundem esse cum primo, & Athenensium fuisse regem. Siue dicamus eum fuisse tertium Saturni & Opis filium, inuenimus eum hominem fuisse, & non deum. Sed respondent philosophi, videntes ea quæ dicta sunt, minimè conuenire in Deum, duos fuisse Ioues, vnum fabulosum, alte-

Magna mater.

rum naturalem. Ita pari modo de quibuslibet dijs atque deabus sentiunt, putà Demogorgonem non hominem, sed deum, rerumque omnium productorem volunt, quarum rerum terram volunt esse matrem, ideoque magnam matrem appellauerunt. Hunc ego apud Germanos Tuiskonem arbitror dictum, de quo Cor. Tacitus de situ, moribus & populis Germaniæ, tradit Tuiskonem deum Terra editum, & filium Mannum originem Germanicæ gentis fuisse, quasi terram rerum causam fuisse arbitrentur. Quod filium Litigium procreauerit, intelligunt elementorum compugnationem, vt calida frigidis, sicca humidis. Inde dicunt philosophi quidam omnia per litem fieri, & ex discordibus optimam harmoniam consequi. Pana volunt esse naturam naturatam. Parcas dicit Leontius cum Pane generatas, & seruitio illius dedicatas, vt intelligamus naturam his legibus productam, vt gignat, nutriat, & in finem deducat, quæ tria sunt Parcarum officia. omnia itaque tribus temporibus contineri necesse est: præteriti est origo, præsentis substantia, futuri dissolutio. Naschimur, viuimus, & interimus. Cælum volunt esse domicilium deorum, Phytionem Solem:

Pan.
Parca.

* Cælum genuit Saturnum, qui patri, Cælo truncasse fertur genitalia. Volunt Saturnum fationum deum. vnde vbi semina rerum omnium gignendarum de cælo fluxerunt, & mundus omnibus partibus esset perfectus, & tempus iam certum, ac finis seminandi de cælo, genitalia Cælo à Saturno decisa videntur. Inde fluens sanguis in mare, id est, vbi humor mixtus est humori, inde producta est Venus, hoc est, voluptas corporalis. Inde Saturnus dictus, quasi saturetur annis, qui ex sorore Ope procreasse dicitur Iouem simul ac Iunonem geminos. Per Iouem autem intelligunt superiorem acrem, per Iunonem, inferiorem. Sed cum negare non possunt, Iouem ab alijs esse prognatum, & sic non primum fuisse deum, neque solum, * ac per hoc & ex præmissis pluralitatem deorum videntur adstruere, quod nemo ex eis potuit defendere. Quid enim multis opus est? si arbitrentur quod plures sint, minus habebunt singuli neruorum atque virium. Quod quidem faciunt hi, qui multos esse volunt, quia necesse est imbecilles esse, si quidem singuli sine auxilio reliquorum tantæ molis gubernaculum sustinere non possent. Deus autem qui est æterna mens, ex omni vtrique parte perfectæ consummataque virtutis est: quod si verum est, vnus sit necesse est. Id enim solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil possit accedere. Quis dubitat potentissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium, cum illius sint, quæ vbiq; sunt, omnia? At si plures partiantur orbem, minus certè opum, minus virium singuli habebunt, cum infra præscriptam portionem se quisque contineat. Eodem modo etiam si dii plures sunt, minus valebunt, alijs tantundem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura in eo potius est, in quo totum est, quam in eo in quo pars exigua de toto est. Deus verò si perfectus est, quia perfectus est, vt esse debet, non esse potest nec vnus, vt in eo sint omnia. Deorum igitur virtutes ac potestates, infirmiores sint necesse est, quia tantum singulis deerit, quantum in cæteris fuerit. Ita quanto plures, tanto minores erunt. quicquid enim capit diuisionem, & interitum capiat necesse est. si autem interitus procul est à Deo, quia incorruptibilis est & æternus, consequens est vt diuidi æterna potestas non possit. At hi qui multos esse arbitrantur, officia dicunt inter se partitos. Si partiti sunt officia inter se, eodem reuoluitur res, vt ex his quilibet * superficere omnibus nequeat: perfectus igitur non erit, qui cessantibus cæteris, non potest omnia gubernare. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi, fallitur: nec quanta sit potestas diuinæ maiestatis, intelligit, si existimat singularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non posse quæ fecit. At si comperiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cum antea nihil esset, tamen virtute atque consilio Dei ex nihilo esse constat, quod opus nisi ab vno inchoari perficique non potuit: iam intelliget, multo facilius ab vno regi, quod est ab vno constitutum. Dicit fortè aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi à pluribus, potuisse. Quanlibet multos, quanlibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatisque posuerit, id totum in vnum confero, & in vno esse dico, vt tantum in eo sit istarum rerum, quantum nec excogitari nec dici potest. Video rursus dici posse, tales esse illos plures, qualem nos volumus vnum. At hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas progredi longius non valebit, occurrentibus ipsis potestatibus cæterorum. Necesse est enim, vt suos quisque limites aut transgredi nequeat, aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. Non vident qui

* Cælus

Venus.

Iupiter.
Iuno.Deorum
pluralitas.* superficere
* suis præesse

qui cessantibus cæteris, non potest omnia gubernare. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi, fallitur: nec quanta sit potestas diuinæ maiestatis, intelligit, si existimat singularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non posse quæ fecit. At si comperiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cum antea nihil esset, tamen virtute atque consilio Dei ex nihilo esse constat, quod opus nisi ab vno inchoari perficique non potuit: iam intelliget, multo facilius ab vno regi, quod est ab vno constitutum. Dicit fortè aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi à pluribus, potuisse. Quanlibet multos, quanlibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatisque posuerit, id totum in vnum confero, & in vno esse dico, vt tantum in eo sit istarum rerum, quantum nec excogitari nec dici potest. Video rursus dici posse, tales esse illos plures, qualem nos volumus vnum. At hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas progredi longius non valebit, occurrentibus ipsis potestatibus cæterorum. Necesse est enim, vt suos quisque limites aut transgredi nequeat, aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. Non vident qui

qui deos multos credunt, fieri posse vt aliquid diuersum velint, ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur, sicut Homerus bellantes inter se deos finxit: quum alij Troiam capi vellent, alij repugnarent. Vnius igitur arbitrio mundum regi necesse est, sicut nec res quidem militaris, nisi vnū habet ducē. Quod si in vno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ: primum nec instrui poterit acies, vnoquoque periculum recusante: nec regi facile, quod suis proprijs consilijs vtantur omnes, quorum diuersitates plus noceant, quam profint. Sed in hoc rerum naturæ imperio nisi vnus fuerit, ad quem totius summæ cura referatur, vniuersa soluentur & corrudent. Dicere autem, multorum arbitrio regi mundum, tale est, quale si quis affirmet in vno corpore multas esse mentes, quoniam multa & varia sunt ministeria membrorum, vt singulos corporis sensus singulæ mentes regere credantur, item multi affectus, quibus commoueri solemus vel ad iram, vel ad cupiditatem, ad lætitiā aut metum, vt in his omnibus totidem mentes putentur operari. Quod si in vno corpore tantarum rerum gubernationem mens vna possidet, & vniuersis simul intenta est, cur aliquis existimet mundū non posse ab vno regi, à pluribus posse? Quod quia intelligunt isti assertores deorum, ita eos præesse singulis rebus ac partibus dicunt, vt tamen vnus sit rector eximius. Iam ergo cæteri, dii non erunt, sed satellites ac ministri, quos ille vnus & maximus & potens omnium, officijs his præferet, & ipsi eius imperio ac nutibus seruiant. Si vniuersi pares non sunt, non igitur dii omnes sunt. nec enim potest hoc idem esse quod seruit, & quod dominatur. Nam si Deus est nomen summæ potestatis, incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis, nulli rei subiectus. ergo dii non sunt, quos parere vni maximo Deo necessitas cogit.

Ob hæc & alia conuicti de vno Deo, cum id negare non possint, solent errores suos hac excusatione defendere, & ipsum se colere affirmant: verum hoc sibi placere, vt Iupiter nominetur, qui sit corporei huius mundi animus, vniuersam istam molem ex quatuor elementis compactam, implens atque mouens, de quo poeta: *Iouis omnia plena*. Deum nanque ire per omnes terras, tractusque maris, cælumque profundum. Ipse in æthere sit Iupiter, in aere Iuno, in mari Neptunus, in terra Pluto, in fabricorum fornace Vulcanus, in sideribus Sol, Luna & stellæ, in diuinantibus Apollo, in merce Mercurius, in Iano initiator, Saturnus in tempore, Mars in bello, Liber in vineis, Ceres in frumentis, Minerua in ingenijs, Diana in syluis. Hæc omnia & mille alia dii deæque, sunt vnus Iupiter. Siue, vt alijs placet, omnia ista partes eius sunt siue virtutes, quia mundi animus est Iupiter, vt Lucanus etiam in persona Caronis ait: *Iuppiter est quodcumque vides*. Ideo multitudo deorum est superflua, quia omnes reducuntur in vnum Iouem: quia vel ipse Iupiter se habet ad alios deos, sicut totum ad partes, & ita extra totū Iouem non est alius deus, vel Iupiter est in se simplex existens deus. Est enim anima mundi per omnes partes diffusa, ita quod ex diuersis partibus molis huius mundi, quas administrat, sortitur diuersa nomina quasi plurium deorum, cum tamen in rei veritate sit vnus animus simplex totius mundi, quia ea quæ dijs alijs attribuuntur, etiam Ioui conueniunt. Quod patet de Saturno, cui potestas attribuitur fationum. Vnde dicunt Iouem esse mundum, & eum omnia semina ex se emittere, & in se recipere. Item quæ Ioui, etiam Iunoni conueniunt, in quam sententiam faciunt versus Valerij Sorani:

*Iuppiter omnipotens, regum rex ipse deusque,
Progenitor genitrixque deum, deus vnus & omnis.*

Ita marem existimant Iouem, cum semina mittit: foeminam, quæ accipiat. Sed falluntur. Si enim diuersa nomina deorum idem esset Iupiter, quo pacto fieri posset, quod à quibusdā contemneretur, putà à Termino, à Marte, à Iuuentute? Nam sicut habet eorum sacra litera, cum rex Tarquinius Capitolij fabricaret, à dijs qui eo loco varij sedes occupabant, per auxurij quæsiuit, vtrum concedere locum vellent Ioui: atq; ipsi inde cedere omnes voluerunt, præter Martem, Terminum, Iuuentutem. sic ab illis tribus contemptus est Iupiter, in quo significatum volunt, Mariam gentem, id est, Romanam, nemini locum daturam, Romanos quoque terminos propter deum Terminum non mutatuos, Iuuentutem etiam Romanam propter deam Iuuentutem nemini esse cessuram. ac per hoc ostenditur, quomodo haberent istum regem deorum & datorem regni Romani, vt ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui non cedere pulchrum esset. quod si Terminus Iupiter est, consequens erit, vt ipse sibi contrarius inueniatur. quod si dii cæteri partes Iouis opinentur, quan-

Deus.

De dijs fabulosis.

Iupiter.

Saturnus.

Iupiter contemptus à dijs.

Romani.

quanta impietas consequitur, vt quod calcauerit quisque, dei partem calcet? Quid, quæso, infelicius est, quàm dei partem vapulare cum puer vapulat? Iam etiam partes dei fieri lasciuas, iniquas, impias, quis ferre posset, nisi prorsus insaniens? Postremo, quid irascitur eis à quibus non colitur, cum à suis partibus non colatur?

Deorū genera tria.

I. Propter hæc & alia inconuenientia referunt Scæuolam pontificem dispurasse tria genera deorum tradita, à poetis vnum, alterum à philosophis, tertium à principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium esse dicit, quod multa de dijs fingantur indigna, ita vt nec bonis hominibus comparentur, cum alium faciant furari, alium adulterari, tres inter se deas certasse de præmio pulchritudinis, victas duas à Venere, Troiam euertisse: Iouem conuerti in bouem aut cygnum, aut quod cum alia concumbat, deum Saturnum liberos deuorare, & similia. Secundum genus dicit non congruere ciuitati, quod habeat aliqua superflua, & etiam quæ obsint populis nosse. Quæ autem talia sint, hic inquit, non esse deos Herculem, Aesculapium, Castorem, Pollucem. proditur enim à doctis, quod homines fuerint, & humana conditione defecerint, & quod verus Deus nec sexum habeat, nec ætatem. Expedire igitur existimat, falli in religione ciuitates. Tertium genus est, quod in vrbibus ciues, maximè sacerdotes per templa colunt. Idem quod Scæuola, M. Varro sentire comprobatur, non intelligens quod inter primum genus fabulosum, & tertium scilicet ciuile, nulla differentia est, nisi quod theologia primi generis de dijs turpia fingit, sed tertij generis assumit: illa mendacia spargit, hæc colligit: illa res diuinas falsis criminibus infectatur, hæc eorum criminum ludos in diuinis amplectitur: illa de dijs nefanda fragmenta hominum carminibus seminat, hæc ea deorum ipsorum festiuitatibus consecrat: ambæ turpes, ambæ damnabiles. Quid enim aliud ostendunt simulacra illa, formæ, ætates, sexus, habitus deorum? Nunquid barbarum Iouem, imberbem Mercurium poetæ habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes deformia & enormia membra seu pudenda fecerunt? An aliter (inquit Augustinus) stat adorandus in locis sacris, quàm procedit ridendus in theatris? Nam Saturnus senex, Apollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt non sint statuarum delubrorum. Hæc & multa similia (vt dicit Augustinus de ciuit.) planè edocent, ciuile genus deorum ad imitationem poetici omnia persequi, nec vnum deum Iouem, sed præter ipsum innumeros instituisse atque coluisse: quosdam selectos, viginti numero, vt Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Vestam: qui & præcipui habebantur: plebeij, alij certi & incerti. Hos autem communes, religione verò propria, Romanorum: Romuli nutrix Lupa, honoribus est affecta diuinis. Fuit autem Faustuli vxor, ob rapacitatem & vulgati corporis vilitatem, Lupa (id est, meretrix) inter pastores vocata. Exemplum Atheniensium in ea figuranda sequenti sunt Romani: apud quos meretrix quædam, Læna nomine, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum meretricis constitui in templo, animalis effigiem posuerunt cuius nomen gerebat. Itaque vt illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione fecerunt. Nec hanc solum Romani meretricem colunt, sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit. Flora, quum magnas opes ex arte meretricia quæsuisset, populum Romanum hæredem instituit, cuius ex annuo scènore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia. Senatus, quia id flagitiosum sibi videbatur, pudendæ rei dignitatem addens, deam finxit quæ floribus præsit, eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus benè prospereque florescerent. Cloacina simulacrum in cloaca repertum Tatius consecrauit, ex locoque illi nomen imposuit. Pauorem, Palloremque Tullus Hostilius figurauit & coluit. Eadem vanitate Mentem inter deos senatus collocauit, quam profectò si habuisset, huiusmodi sacra nunquam suscepisset. Mala etiam sua pro dijs habebant, vt Ruginem & Febrem. Vrbe à Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, ædem Veneri Caluæ consecrauerunt. Quis non rideat Fornacem deam? Quis, cum audiat deam Mutam, tenere risum queat? Hanc esse dicunt, ex qua nati sint Lares, & ipsam Laram nominant vel Larundam. Quid præstare colenti potest, quæ loqui non potest? Colitur & Cæca, quæ Herculi fecit indicium de furto bouum, diuinitatem consecuta quia perdidit fratrem. Et Cunina, quæ infantes tuetur in cunis. sed & Stercutius, qui

qui stercorem rationem primus induxit. Et mille alia portenta, vt iam vaniores qui hæc colenda susceperint, quàm Aegyptios, esse dicamus, qui monstrosa & ridicula quædam simulacra venerantur & colunt, hæc tamen aliquam habent imaginem. Quid, qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen erat Terminus? an non ipsos Terminus potissimum lapides & stipites esse credamus? Ex his & alijs supra dictis, Romanos coluisse plures deos, nemo dubitat: quod & sacerdotes atque doctores eorum planè sciebant, cum & M. Varro, suo tempore homo doctissimus, confiteatur non se illa iudicio suo sequi, quæ ciuitatem Romanam instituisse commemorat: sed iam, quoniam in vetere populo essent accepta, debere se dicit potius colere, quàm despiciere. Subiungit, multa verò esse, quæ non modò vulgo scire non sit vile, sed etiam, ramet si falsa sunt, aliter existimare populum expediat, & ideo Græcos mysteria taciturnitate parietibusque clausisse. Volebant enim sapientes eorum hæc clausa. Faciliter enim potuissent errores conuinci, si publicè de dijs & sacris eorum loqui licuisset. Continebantur enim origines deorū & conditiones, qualis fuit Iupiter, & à quo, & sic de alijs dijs. talia si fuissent populo diuulgata, contempnissent, fuissetque omnis metus eorū sublatum, quod reipublicæ plurimum nocuisset. Et quia faciebant quædam in occulto purificationes ac sacrificia nefanda, à quibus populus abhorruisset, ideo sacerdotes summè cauebant, ne ipsorum mysteria proderentur. Propter quod & simulacrum Harpocratis erat in sacris Isis & Serapidis, quod digito labijs impresso admonere videbatur, vt silentium fieret: quod significat, vt Augustinus inquit, vt homines eos fuisse taceretur. Hic dicebatur silentij deus. Libertijs verò Seneca vehementiusque; vanitates has reprehendit: Sacros, inquit, immortales, inuolabilesque deos in materia vilissima dedicant: habitus illis hominum, ferarumque; quidam mixto sexu diuersis corporibus induunt, nuthinaque vocant, quæ si spiritu accepto, subito occurrerent monstra haberentur. Quid quod & matrimonia, inquit, deorum iungimus, & ne pie quidem, fratrum si & sororum si. Bellonam Marti, Vulcano Venerem collocamus. Subiungitque, Omnem istam ignobilem deorum turbam, quam longo æuo longa superstitio congeffit, sic adorabimus, vt meminerimus cultum eius magis ad morem, quàm ad rem pertinere. Et iterum, Hæc omnia seruabit sapiens tanquam legibus iusta, non tanquam dijs grata. Ecce populi Romani senator colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat. Hoc & Scæuola pontifex docet, expedire populo falli in religione. Præclara sanè religio, inquit B. Augustinus, quod confugiat liberandus infirmus: & cum veritatem qua liberetur, inquirat, credatur ei expedire quod fallitur. Illos igitur deos gentilium nemo est tam inconsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo autem dij crediti sint ab initio, & simul quæ ratio colendi animalia quædam ac elementa, paucis dicamus.

QUA RATIONE HOMINES DII COEPERINT NOMINARI.

Sed qua ratione dij coeperint nominari, non est obscurum. Cum enim pauci adhuc reges ante Saturnum, Vranum & Iouem reipublicæ augendæ illustrandæque intendissent, & illi docuissent rudes populos arua colere, semina terris mandare, genus indocile publicis legibus ac institutis viuere, aras & templa dijs sacrare, & his similia, pro tantis beneficijs & quod potentissimi reges erant, coeperunt illos homines summis & laudibus & nouis honoribus exaltare, vt etiam deos appellarent, siue ob miraculum virtutis, siue (vt solet) in adulationem potentæ præsentis, siue ob beneficia quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges cum chari fuissent, his quorum vitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum simulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Progressi que longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere coeperunt, vt gratiam referre benè meritis viderentur, & successores eorum simul allicerent ad benè imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura deorum docet, dicens: Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros, in cælum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber. & alio loco atque alio, & in plerisque ciuitatibus intelligi potest, acuendæ virtutis gratia, aut quolibet libentijs reip. causa periculum subiret optimus quisque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrauerunt, & Mauri suos reges. Sic paulatim religiones esse coeperunt.

Dij à varijs
gentibus
culti.

re, dum illi primi qui eos nouerāt, eo ritu suos liberos ac nepotes, deinde omnes posteriores imbuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatem nominis in prouincijs omnibus colebantur. Priuati uero singuli populi, gentis aut urbis conditores, seu uiri fortitudine insignes erant, seu foemina castitate mirabiles, summa ueneratione coluerunt, ut Aegyptij Isidem, Mauri, Iubam, Macedones Cabyrim, Poeni Vranum, Latini Faunum, Sabini Xanthum, Romani Quirinum, Athenę Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi. Sic per populos atq; regiones varia sacra suscepta sunt, dum grati homines esse in suos principes cupiunt. Præterea pietas eorum qui successerant, plurimum cōtulit ad errorem, qui ut diuina stirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus detulerunt, de ferriq; iusserunt. An potest aliquis dubitare, quomodo religiones deorum sint instituta, cum apud Maronem legat Aeneam imperantem socijs,

*Nunc pateras libate Ioui, precibusq; uocare
Anchisen genitorem?*

Cui & immortalitatem & ventorum tribuit potestatem:

*Poscamus uentos, atque hæc mea sacra quotannis
Urbe uelut posita templis sibi ferre dicatis.*

Adulatores.

Sibyllæ in
Græcos in-
uectio.

Romulus
ex fratrici-
da deus.

Iulij Cæsar
uade deus.

Ridicula
Aegyptiorū
religio.

De anima-
bus sub spe-
cie bestiariū

Ridicula
metemphy-
chosis Py-
thagoricæ
ostentatio.

Idem scilicet de Ioue Liber & Pæan, Mercurius & Apollo fecerunt, ac postea de his ipsis successores eorum. accesserunt etiam poetæ, & compositis ad uoluptatem carminibus, in cælum eos sustulerunt. Sic faciunt qui apud reges etiam malos panegyribus mendacibus adulantur: quod malū à Græcis ortum est, ob quod Sibylla sic eos increpat: Græcia, quid confidis in principes viros? Ad quid dona inania mortuis ponis? * Immolas idolis? Quis tibi in mentem errorem imposuit, ut hæc perficias, magni ore relicto? Quid hac de re Tullius in lib. de republica? Diuos & eos qui cælestes habitus sunt, colunt: & illos quos in cælo merita locauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapium. Apud Romanos deus Quirinus, quia hoc pastoribus uisum est: & Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio: cum primus germani fratris extiterit fratricida, alter patrię parricida. Quod uero in nonnullis locis dij colebātur sub diuersis formis animalium, ut apud Aegyptios, quorum alij hircum, alij piscem, alij crocodilum coluerunt, habere ortū potuit ab ea fabula: In gigantæo bello fugientes dij, latuerunt sub formis diuersorum animalium: Iupiter sub forma hirci uel arietis, & sub hac colitur in Aphrica in templo Ammonis: Apollo sub forma corui latuit, Phœbe (id est, Diana) sub forma ceruæ: Iuno in vacca, Venus in pisce: & sic de alijs, ut supra dictum est. Quia gratia deos, parta post uictoria, consecrasset illa animalia, quæ suę salutis causam præbuisent, creditum est: ac inde diuinos honores animalibus impendi cōsueuisse. Recitat Diodorus Siculus historiographus lib. II. Cū Ptolemæus Lagus Aegyptū teneret, boue in Memphi mortuo ex senectâ, magnificęq; sepulto, sacerdotēs similem quæsiuissent vitulum, interim populū in luctu perseuerasse, donec vitulus ut deus in Vulcani phano fuisset collocatus. Honoris boui impensi causam nonnulli tradunt, quod defuncti Osiridis anima in bouem transmigrasset, quæ deinceps ad posteros pergens fuerit transfusa. Nec hoc censerit debet incredibile. nam ut scribit frater Gregorius Aconensis, * F. Leodienis ecclesię archidiacono, inter cætera de secta Mahumeti, se post multa uenisse in ciuitatem Canfam, maiorem de mūdo, ut opinantur: in qua ciuitate quatuor fratres Minores ad Christi fidem conuerterunt unum potentem, ad quem dum uenisset, ab eo hospitio susceptus est. Hic, inquit F. Gregorius, me duxit ad unum monumentum idololatrarum: & aduocato uno de religiosis ibidem, dixit: Vellem ostenderes huic fratri singulare aliquod qui ex Occidente uenit. Tunc ille idololatra accepit duos saccos repletos de reliquijs mēsa, & aperta porta cuiusdā uiridarij, intrauimus in illud. monachus incepit pulsare cymbalum, ad cuius sonitum multa animalia uaria & diuersa accurrerunt. Et dum adspiceremus animalia ista penē tria millia, tūc monachus apposuit paropsides, & unicuiq; cibū dabat in debita quantitate. His peractis post multū risum, petij à monacho quid hoc indicaret, respondit: Animalia ista sunt animę nobiliū uirorū, nos ea pascimus amore Dei. Cui ego, Bestiæ sunt. At iste, Non est uerū: sunt enim animæ: & sicut unus istorū fuit nobilis, sic anima illius in unū istorū intrauit: animę uero rusticorū, uiliora animalia inhabitant. Quod quomodo fieri possit, nō est obscurū. Nā ut scribit B. Augustinus de Ciui. Dei, potestas talia fictē representandi datur demonibus, ut per hoc seducāt peccatores, qui colunt & seruiunt creaturæ plūs quàm creatori. Ita isti falsē opinantur, circuitum animarum per

per corpora brutorum transire post mortem. Ideo Deo permittente & diabolo procurante decipiuntur, ut qui in fordibus est, sordescat adhuc, dum credunt mortuorū animas in bestiali corpore post mortem elemosynam mendicare ac comedere, & cum Pythagora animas per uaria corpora pro morum qualitate migrare. Qui uero solem aut lunam aut stellas seu elementum aliquod pro Deo adorauerunt, philosophos secuti sunt uarij opinantes, illosque deos primos, quos ipsi arbitrabantur rerum fuisse primas causas, autumant. Quid (quæso) mirum, si aut barbari aut imperiti homines errant, cum & philosophi hæc uana & falsa opinentur?

DE MIRACVLIS DEORVM.

Quod si quis contendat eos, quos docuimus deos non esse, maiestatem suam per sepe ostendisse prodigijs & somnijs, augurijs & oraculis, * & sanè multa enumerari possunt digna miracula. Inprimis illud, quod Accius * Nauius summus augur cum Tarquinium Priscum commoneret, ut nihil noui facere inciperet, nisi prius esset inaugurat, eiq; rex, artis eius eleuans fidem, diceret, ut consultis aibus renunciaret sibi, utrumne fieri posset id, quod ipse animo concepisset, affirmaretque Nauius posse. Cape, inquit, hanc cotem, eamque nouacula dissecā. At ille incunctanter accepit & secuit. Deinde illud, quod Castor & Pollux bello Latino apud lacum Iuturnæ uisi sunt equorum sudorem abluentes, cum ædes eorum quæ iuncta fonti erat, sua sponte patuisset. Idem bello Macedonico equis albis insidētes, Pub. Vatienu Romam nocte uenienti se obtulisse dicuntur, nunciantes eo die regem Persem uictum atque captum, quod paucis post diebus literæ Pauli uerum fuisse docuerunt. Illud etiam mirabile, quod simulacrum Fortunæ muliebris non semel locutum esse traditur. Item Iunonis Monetæ, quum captis Veijs, ex militibus ad eam transferendam unus iocabundus ac ludens interrogaret, utrumne Romam migrare uellet, respondit, uelle. Claudia quoque, cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, & uado Tiberis fluminis nauis in qua uehebatur, hæssisset, nec ulla ui commoueri posset, Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deā submissis genibus orasse, ut si se castam iudicaret, suum cingulum nauis sequeretur. Ita naueni quæ ab omni uenture non potuit commoueri, ab una muliere esse commotam. Illud æquē mirū, quod Iue seuiente Aesculapius Epidauro accitus, Romam diurna pestilētia liberasse perhibetur. Item Tutia uirgo Vestalis de incestu accusata, conscia certæ synceritatis suæ, accepto cribro, orauit Vestam, dicens: Si tibi castē seruiui, fac ut cribro de Tiberi hauriam aquam, & in ædem tuam perferam. mox aquam hausit ac deportauit. Sacrilegi quoque numerari possunt, quorum presentibus poenis iniuriam suam dij uindicasse creduntur. Fuluius Censor cum ex Iunonis Lacinia templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus ædem deæ Fortunæ equestris, quam Romæ fecerat, tegeret, mēte captus est, & amissis duobus filijs in Illyrico militantibus, summo animi mœrore cōsumptus est. Præfectus etiam M. Antonij Turullius cum apud Coos euerso Aesculapij Iuco classem fecisset, eodē postea Iuco à militibus Cæsaris est interemptus. Pyrrhus sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia, naufragium fecit, ut nihil præter eam pecuniam incolume reperiretur. Ceres quoque Milesia multum sibi apud homines uenerationis adiecit. nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent, omnium oculis repente fulgor ignis extinxit obiecit. Reperiuntur etiam somnia, quæ uim deorum uideantur ostendere. Tiberio nanque Accinij homini plebeio, per quietē obuersatus esse Iupiter dicitur & præcepisse, ut consulis & senatui nunciaret, ludis Circensibus proximis præsulrorem sibi displicuisse, quod Antonius * Maximus diuerberatum seruum sub furca medio circo ad supplicium duxerat: ideoque ludos instaurari debere. Quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidit, ipse autem graui morbo est correptus. Et cum rursus eandem imaginem cerneret, quærentem, fatiſne poenarum pro neglecto imperio pependisset, lectica delatus ad consules, & omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Illud quoque somnium non minoris admirationis fuit, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus. Nam quum bello contra Brutum implicitus graui morbo, abstinere prælio statuisset, medicus eius ex oraculo Mineruæ monuit, ne propter corporis infirmitatem in castris se contineret. Cæsar itaque in aciem lectica perlatus est, eodemque die à Bruto castra capta sunt. Transco multa præterea & similia. Ast harum omnium fallaciarum ratio, ueritatem quærentibus non est obscura. An ignoramus astutiam spirituum immū.

Accius Nau-
uius.

Castor &
Pollux.

Fortuna.
Iuno Mo-
neta.

Claudia.

Aesculapius

Tutia.

Fuluius.

Turullius.

Pyrrhus.

Ceres.

Accinij.

Augustus.

Dæmonum
insidiæ.

immū.

immundorum, & quòd conatur ab initio ruinæ suæ, inuidiæ felle omnibus modis humanum geuus perturbare & cœtere? Dolent enim satis & erubescunt, quòd charitatem quam in cœlo habere non poterant, homines cœstantes ex lutea materia, teneant in terra. Contaminati itaque & periti, per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur, omniaque insidijs, fraudibus, terroribus complent, adherentque singulis hominibus: qui, quoniã sunt spiritus tenues & incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occultè visceribus operi valetudines vitiant, morbos citant, somnijs animos terrent, mentes sudoribus quatunt, vt homines his malis cogantur ad eorum auxilia cœcurrere. Hi sunt qui imagines & simulacra fingere docent, qui vt hominũ mentes à cultu veri Dei auerterent, fictos mortuorum regum vultus, & ornatas exquisita pulchritudine statuas, cœsecrari fecerunt, & illorum sibi nomina, quasi personas indicarent aliquas, excogitant. Sed eos magi & hi quos verè maleficos vulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient *illis cœlestibus, quæ in literis sanctis leguntur. Hi porrò incesti & vagi spiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus offundant, serunt ac miscent falsã cum veris. Ipsi enim cœlestes multos finxerunt esse, vnumque regem omnium Iouem, eo quòd multi sunt spiritus angelorum in cœlo, & vnus parens ac Dominus omnium Deus. Vnde & Apollo, quem præter ceteros diuinum maximeque fatidicum existimant, quærenti cuidam quis esset, respondit XX. & vno versibus Græcis, qui sic legitur Latinè: Ex se ortus, indoctus, sine matre, inexpugnabile nomẽ, nec verbo capiendum, in igne habitãs: *modica autem Dei portio angeli nos. Se angelum Dei portionem, id est, Iouis, edicit Apollo. Sed veritatẽ mentitis nominibus inuolutam, ex oculis maligni abstulerunt. Nam Deus neque nomine eget, cum solus sit: nec angeli, cum sint immortales, dici se deos aut patiuntur, aut volunt, quorum vnum solum officium est, seruire nutibus Dei, nec omnino quidquam nisi *iusta facere, sic enim mundum regi à Deo dicimus, vt à rectore prouinciã, cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit, quanuis illorũ ministerio res geratur. Ille autem præses mundi & rector vniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil obscurum est, solus habet rerum omnium potestatem. Nec est in angelis quidquam, quo se laudari velint, nisi parendi necessitas, ita quòd nullum honorem sibi tribui volunt, quorum honor in Deo est. Illi autem qui deserunt à Dei ministerio, sunt veritatis inimici & præuaricatores Dei, nomen sibi & cultum deorũ vendicare conantur, non quòd vllum honorem desiderent, quis enim honor perditis est? nec vt Deo noceant, cui noceri nõ potest: sed vt hominibus, quos nituntur à cultu & notitia veri Dei auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdiderunt. offundunt itaque tenebras, & veritatem caligine obducunt, ne dominum, neve patrem suum norint, & vt illiciant faciliẽ, in templis se occultunt, & sacrificijs ipsis præstò adfunt, eduntque sæpe prodigia, quibus obstupefacti homines, si dem commoðet simulacris diuinitatis ac numinis. Inde est quòd ab augure lapis nouacula incisus est, & quòd Iuno Veijs migrare se Romã velle respondit, quòd Fortuna muliebris periculum denunciauit, quòd Claudiam nauis secuta est, quòd Tutia cribro aquam hausit, cæteraque responsa, somnia vel oracula ignaras hominum mentes persuaserint: hinc, quòd serpens vrbe Romam pestilentia liberauit, Epidaurò accersitus, nam illuc dæmoniararchas ipse in figura sua sine vlla dissimulatione perductus est. Siquidẽ legati ad eam rem missi, draconem secum miræ magnitudinis attulerunt. In oraculis autem vel maximè fallunt, quorum præstigias prophani à veritate intelligere non possunt. Ideoque ab illis tribui putant & imperia, & victorias, & opes, & euentus prosperos. serunt denique ipsorum nutu sæpe remp. periculis imminentibus liberatam. Quæ pericula & responsis denunciauerunt, & sacrificijs placata auerterunt: sed omnia ista fallaciæ sunt. Nam cum dispositiones Dei præsentiant, quippe qui ministri eius fuerunt, interponunt se in his rebus, vt quæcunque à Deo vel facta sunt, vel fuerunt, ipsi potissimum facere aut fecisse videantur. Et quoties alicui populo vel vrbi secundum Dei statutum boni quid impendet, illi se id facturũ vel prodigijs, vel somnijs, vel oraculis pollicentur, si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur. Quibus datis, cum illud acciderit quod necesse est, summam sibi pariunt venerationem. hinc templa deuentur, & nouæ imagines consecrantur, maclatur grege hostiarum. Sed cum hæc facta sunt, nihilominus tamẽ & vita & salus eorum, qui hæc fecerunt, immolatur. Quoties autẽ pericula impendent, ob aliquam ineptam & leuem causam se profitentur iratos, sicut Iuno

Maleficorũ
doli.Apollinis
oraculũ de
dijs.* hoc Deus
est, modica

* iusta

Sacrificijs
suis præsen-
tes dæmo-
nes,Oraculorũ
falciã.

ut Iuno Varroni, quòd formosum puerum in templo Iouis ad exuias tenendas collocaret, & ob hanc causam Romanum nomen apud Cannas penè deletum est. Itaque siue illud periculum quod imminet, vitari potest, videri volunt id placati auertisse: siue non potest, id agunt, vt propter illorum contemptum accidisse videatur. Itaque sibi apud homines, qui eos nesciunt, authoritatem ac timorem pariunt: hac versutia & his artibus notitiam veri & singularis Dei apud omnes gentes inueterauerunt. Suis enim vitijs præditi sæuiunt & grassantur, vt perdant. Idcirco etiam humanas hostias excogitauerunt ipsi hostes humani generis, vt quàm multas deuorarent animas: & hæc omnia permittente Deo.

GENERATIO XXV.

ANno 3577. ab exordio mundi, regnante apud Assyrios Mancaleo XIII. rege, defuncto Phares, in filio eius Efrom XXV. incepit generatio, durauit annis xxiiij. aut xxiiij. Erat tunc in Aegypto rex, Amenophis dictus. ille incepit populũ Isracl exosum habere propter ingenij magnitudinem, laborum industriam, operum affluentiam, & sobolis elegantiam, callidè eos opprimere & delere statuit: quapropter multimodas eis angarias imposuit. Contigit etiam, quòd quidam scriba Sacæorum, præsciũ futurorum, Pharaoni prænunderet, vnum ex Hebræis mox nasciturũ, qui Aegyptiorum regnum humiliaret, & filios Isracl exaltaret, & cuius virtus transcenderet vniuersos: & propterea consuluit regi, vt omnes Hebræorum infantes occideret. Vnde factum est, quòd idem rex præcipere obstetricibus, vt obstetricando Hebræas mulieres, earũ mares quoscunque interficerent. Sed & adhuc eodem populo crescẽte, denuo mandauit, vt Hebræorum nati in flumen proiecerentur. Nam obsterrices timuerunt Deum, & nolent perdere mares. Quæ cum à rege arguerentur, mentitæ sunt, dicentes: Mulieres Hebrææ scientiam obstetricandi habent, & prius quàm veniamus ad eas, pariunt. Et quia timuerunt Deum, ædificauit illis domos, id est, locupletauit eas, cum essent antè pauperes. Augustinus dicit eas venialiter peccasse, Gregorius videtur velle quòd mortaliter. dicit enim, quòd merces benignitatis earum quæ potuit in æterna vita retribui, præmissa culpa mendacij, in terrenam compensationem declinata est. Et hæc & huiusmodi vexationes durauerunt etiam tempore natiuitatis Moysis, vt in sequenti diceretur generatione, & in fine huius generationis. Iob vir sanctissimus, clarissimusque philosophus atque propheta, generatione hac secundum veram annorum supputationem, in terra Vstidi & Idumæe & Arabiæ finibus, ex Zareth patre matreque, Besra, secundum Nicolaum de Lyra, nascitur. Cuius quidem pater ex Esau filijs fuit, ita vt quintus ab Abraham fuerit. Abraham enim genuit Isaac, Isaac genuit Esau, Esau (qui & Edom) genuit Zareth. is genuit Iob, licet Hebræi dicant Iob descendisse de Hus primogenito Nachor. Vocabatur autem primũ Iob Iobab, qui & post patrem in Edom in Nachaba ciuitate regnauit, prius quippe Balac filius *Deor in ea regnauit, & post eum Zareth pater Iob, deinde Iob regnauit, post Iob Husan Themanorum regionis dux. Erat autem Iob vir simplex & rectus, & recedens à malo, natiq; sunt ei septem filij & tres filiæ, & fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga bouum, quingentæ asinæ, ac familia multa. Eratq; magus inter omnes orientales. Et faciebant filij eius conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo, ad quæ vocabantur sorores. Cumque in orbem transisset dies conuiuij, mittebat Iob ad eos, & sanctificabat illos, confurgensq; diluculo, offerebat holo causa per singulos. dicebat enim, ne fortè peccauerint filij mei. Sic faciebat cunctis diebus. Quãdam autẽ die inter filios Dei aderat & Sathan. cui Dominus: Vnde venis? Qui respondet: Circuiui terram & perambulauit. Dixit ad eum Dominus: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, timens Deum, & recedens à malo? Cui Sathan: Nunquid frustra timet Iob Deum? tu vallaisti eum ac domum eius, vniuersamque substantiam: operibus manuũ eius benedixisti. Extende paululũ manum, & tange cuncta quæ possidet, & videbis quid faciet. Ad hæc Dominus: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt. tantũ in eum non extendas manum. Egressus est Sathan. & cum quadã die filij Iob conuiuaretur in domo primogeniti, venit nunciad Iob, dicens: Boves arabant, & asinæ pascebantur, & irrucunt Sabæi, tulerunq; omnia, & seruos percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis cecidit de cœlo, & tactas oues puerosque consumpsit. & euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente, venit

Efrom, in li-
nea Christi.Amenophis
rex ægypti,
Hebræis in-
sensu.

Exod. 1.

De Iob.

* Beor.

Quæ gesse-
rit Iob:
Iob 1.

re, venit alius & dixit: Chaldaei fecerunt tres turmas, & inuasertur camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filij tuis & filij tui vespertibus in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit, & percussit quatuor angulos domus, quae corruens, oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, ut nunciarem tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit tunicam suam, ac tonso capite corruens in terram, adoravit Dominum, & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob, nec stultum quid contra Dominum locutus est. Factum est autem, cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, aderat quoque Sathan. ad quem Dominus: Vnde venis? respondit, Circuii terram, & perambulauit eam. Et Dominus: An non consideraui seruum meum Iob, quomodo adhuc retinet patientiam, tu autem commouisti me aduersus eum, ut affligerem frustra? Cui Sathan ait: Pelle pro pelle, & cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua. tange os eius & carnem, tunc videbis quod in faciem maledicet tibi. Dixit Dominus: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. Egressus igitur Sathan, percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem, intantum quod saniem testa radebat, exiens & sedens in sterquilinio extra civitatem. Tunc dixit ei vxor: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic nunc Deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod acciderat, venerunt singuli de locis suis. dixerant enim, ut pariter venientes, consolarentur eum. qui cum accessissent, eum non nouerunt: & exclamantes, plorarunt: scissisque vestibus, sparserunt puluerem super caput in caelum, & sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, horis conuenientibus, & nemo loquebatur ei verbum. viderunt enim dolorem esse vehementem, credentes eum tristitia & impatientia ita oppressum, quod non reciperet consolationem. Igitur primus ipse ianuam aperuit, & prima voce, Preat, inquit, dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Natus est homo. non contra Deum, sed seipsum, diemque accusans maledixit, non creaturam, sed sui ipsius diem. Ita dicit Ieremias: Maledicta dies in qua natus sum. Amaram passionem sensus refugit, quam tamen ratio eligit, dispositionem sensitiuae partis exprimens. Respondens. Eliphaz: Si coeperimus, ait, loqui tibi, forsitan molestè accipies. sed conceptum sermonem quis potest tenere? ecce docuisti multos. nunc autem venit super te plaga, & defecisti. Recordare, obsecro, quis vnquam innocens perijt? Nihil in terra sine causa fit. Hic mala quae patiebatur, ad culpam suam retulit. Cui Iob: Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior, in statera. quasi arena maris haec grauior appareret. An potest quis gustare, quod gustatum, affert mortem? Increpare me venistis? & subiungit: Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Et alteri ait: Scio quod non iustificabitur homo compositus Deo: & si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Ad hęc tertius: Si iniquitatem abstuleris de manu tua, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula. & huiusmodi alia. Cui Iob: Ergo vos estis soli homines, & vobiscum oritur sapientia? Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? ipse vos arguet, & si me occiderit, in ipso sperabo. Quis mihi retribuet, ut scribatur sermones mei? Scio enim quod redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. reposita est haec spes mea in sinu meo. In hunc modum habitis sermonibus, omiserunt tres amici Iob respondere, eo quod sibi iustus videretur. Et postea Dominus contra Helium filium Barachel Buziten, defensionem Iob suscepit, amicos verò Iob publicè arguit, dicens: Vt quid non estis recta locuti aduersus seruum meum Iob? offerte holocaustum, & Iob seruus meus orabit pro vobis. faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia. Et suscepit Dominus faciem Iob, qui orauit pro amicis suis, & ad eius poenitentiam conuersus, omnia quaecunque ei à principio fuerant, duplicia addidit, eiusque, nouissimis magis quam à principio benedixit. Vnde & post flagella sanitati restitutus est: ouium 14. millia ei facta sunt, 6. millia camelorum, milleque iuga bouum ac mille asinae, 7. praeterea filios, & 3. mirè speciositatis filias etiã genuit, deditque filij filij hereditatem inter fratres. Et vixit Iob post flagella XL. & centum annos, atque rex factus est, viditque filios filiorum vsque ad quartam generationem. Et tandè cum vixisset annis 230. minus

minus vno, prout habetur in libro de Imagine mundi, in pace mortuus est. Cuius etiam celebritas agitur 6. Idus Maij. Scripsit autem Iob labores suos heroico carmine libro vno, cuius certè singula verba plena sunt sensibus. Nam de resurrectione mortuorum prophetauit clarè, ita ut nullus vel manifestius vel cautiùs de ea scripserit, dicens: Scio quod redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum &c. In hac itaque generatione Amenophis rex Aegypti, praeposuit filijs Israel magistros, ut affligerent eos oneribus. Mandauitque, ut aedificarent vrbes Phiton & Ramassès, necnon ut lutum platearum & sordes vicorum cophinis exportarent, utque flumina diuiderent, ac ciuitates circumdarent fossariis, dicens: Hic populus multus est & fortior nobis: opprimamus idcirco, ne fortè si ingruerit bellum aduersum nos, addatur inimicis nostris, & egrediat liber. Verum quanto plus opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Inter haec natus est Aaron, & ut verisimile videtur, antequam praeptra fuissent facta obstetricibus de submergendis maribus, prout in principio generationis dicitur. alioqui quomodo seruatus fuisset, non tacuisset Moyses, neque Iosephus. Aaron igitur natus est anno huius generationis xxv. regnante apud Aegyptios Amenophe, anno regni eius trigesimo, hoc modo: Inter has angustias erat quidam vir Amram de domo Leui, Caath filius, vir inter Hebraeos nobilissimus, qui duxit vxorem nomine Iocabeth, ex qua genuit Aaron, Moysen & Mariam prophetissam. Genuit autem Amiram ex Iocabeth Aaron primogenitum, virum postea sanctum & insignem, eloquentia ornatum, qui postea ad summum sacerdotium à Deo vocatus fuit, de quo in generatione dicitur sequenti. Inter haec obstetricibus de interficiendis maribus praeptrum emanauit. Cum autem Amram inter Hebraeos esset vir clarissimus, metuens Hebraeorum extinctionem, ut Iosephus refert, rogauit Dominum, ut miseret dignaretur populo suo, qui valde affligebatur. Deus autem ad orationes suas misericordiae aurem inclinans, per visum ei adliit: exoratusque, memoriam se eorum habere dixit, & propterea eidem propitium se fore. Maneque consurgens Amram, visionem hanc Iocabeth vxori suae indicauit, intellexitque Amram non solum de filio dando, sed etiam de futura felicitate Hebraeorum. Atque ita mox Iocabeth concepit filium, quem postea Moysen vocauit, ut in generatione dicitur sequenti.

GENERATIO XXVI.

ANno 3600. ab exordio mundi, regnante apud Assyrios Sparereto, mortuo iam Sparereto, in Aram per lineam Christi vigesima sexta inceptit generatio, durauitque annis quadragintaquinque. Eodem anno natus est Moyses, iuxta quod praedictum erat Amram patri suo, omnium prophetarum & historiographorum excellentissimus, de cuius laude resonant caelum & terra, qui Deum vidit facie ad faciem, quod de nullo alio, praeterquam de Paulo Apostolo, sacrae testantur literae. Moyses natus est anno 425. à natiuitate Abraham, secundum Philonem. Seruatus est autem Moyses hoc modo: nam inter has angustias dum natus esset, parentes eum tribus mensibus absconderunt. Et cum eum amplius celare non possent, ne simul perirent cum puero, fiscellam sirpeam sumunt, & bitumine illinunt ac pice, intusque infantem deponunt, atque in carecto ripae fluminis exponunt, & eius salutem Deo relinquant. deportabat itaque fiscellam ripa. Maria autem pueri soror, matris iussu sequebatur à longè, considerans euentum rei. Tunc Deus ostendit prouidentiam suam, & puerum inopinato euentu seruauit. Thamur enim seu Thermuth filia regis, cum fortè circa fluminis littus luderet cum puellis, vidit fiscellam descendentem foliagam. mox à fluuio eam intulit tolli, & sibi afferri. aperiensque fiscellam, comperit infantem elegantissimum, de quo valde gauisa est, mandauitque euestigio, ut mulier adduceretur, quae mammas illi praeberet. sed cum multae adductae fuissent, nullius mammillas sugere voluit. Maria autem eius soror, quae cum alijs ad videndum venerat, ait: Frustra ò regina ad lactandum infantem vocas eas, quae nullam cum eo cognationem habent. Hebraeorum puer esse creditur. Si vis, adducam vnam Hebraeam, cui dixit, Vade. Illa autem confestim ad matrem cucurrit, & eam adduxit. Infans verò mox ad matris vbera accessit. quo viso regina, cum ignoraret mysterium, cum supplicatione ingenti commisit matri infantem nutriendum. Vocatus est itaque ab euentu Moyses, eo quod de flumine fuit saluatus. aquam enim Aegyptij Mos vocant, Yles verò saluatus. siue ut aiunt alij, vocatum Moseh, deriuato nomine à mascha

verbo, quod educere, extrahere, efferre transfertur. Suscepit itaque mater puerum & nutriuit, quem postea voluntate patris Thermuth filia adoptauit. Cum igitur regina cum adoptasset in filium, ut puta qui bene à natura & gratia institutus erat, accedente etiam summa ipsius reginæ & pædagogorum cura, breui omnes aulæ reginæ pueros longè superauit. hunc talem ac tantum puerum Thermuth cum aliquando portaret ad patrem, iocareturque cum eo rex, puero pro amore filia diadema imposuit regium, quod mox Moyses ad terram proiecit, & pedibus conculcare cepit.

Suprà gene-
rat. 27.

Quod videns sacerdos ille scriba, qui talem futurum prædixerat, confestim occidere voluit puerum, exclamans: Hic est puer ille ô rex, quem Deus nobis occidendum ostendit. At contra quidam sapiens non fuisse prodigium dixit, sed casu factum, in cuius rei argumentum puero etiam prunas afferri præcepit, quas mox puerulus ori imponens ardentibus, linguam exussit, unde deinceps semper impeditoris linguæ fuit. Alebatur itaque multa sollicitudine, factusque est tantæ pulchritudinis, ut nullus ad eum seuerus esset, qui eum non amaret visum. nonnulli quoque operas suas dimittebant, ut transcurrentem inspicerent. Breui quoque eruditus est omni sapientia Aegyptiorum, eratque potens in sermone & opere. Factus autem vir, longè magis quam antea in omni virtutum præstantia effulsit, non solum apud regem & vicinos, sed etiam apud aduenas & Aegyptiorum inimicos in admiratione habebatur. Quamobrem Aethiopiibus Aegyptum vastantibus, Aegyptijs ad oracula conuersis, à Deo eis consilium præbente, auxiliatore eos Hebræo uti debere, responsum est. At illi videntes Moysen omni virtute præditum, instant precibus apud regem ac Thermuth quondam regis filiam, ut Moysen eis ducem præficeret. Illa gloriam eius quærens, antè tamen sacramentis præstitis, ut nihil ei fieret mali, permisit, ita Moyses libenter munus hoc suscepit, & iter fluminis consuetum relinquens, astu duxit exercitum per terram inuiam ac serpentibus plenam, ubi ante eum nemo audebat transire. Et ne serpentes nocerent, ibes (id est, ciconias Aegyptiacas) serpentibus naturaliter infestas, super plaustra in arcis papyraceis tulit. castraque metatus, præferebat eas ut serpentes fugarent. Quod & factum est, ac ita toto per noctes transiit exercitus, & improuisos Aethiopes aggressus expugnauit.

Moyse flui-
dium.

Aethiopum
cædes.

Saba obsi-
detur.

Quibus tandem in fugam versis, multisque occisis, ciuitatem regiam, Saba dictam, obsidione cinxit. erat autem ciuitas inexpugnabilis. cumque diutius obsidionem continuaret, tandem Corbis Aethiopum regis filie auxilio urbem obtinuit, eamque ob præmium prodicionis in uxorem duxit. Celebratis itaque nuptijs, cum aliquando in Aegyptum redire starnisset, & illa minimè assentiret, Moyses peritus astrorum, duas imagines sculpsisse fertur in gemmas eius efficacia, ut altera memoriam, altera obliuionem conferret. cumque paribus annulis eas inseruisset, alterum obliuionis anulum uxori præbuit, alterum ipse tulit, ut sicut pari amore, sic paribus annulis insignirentur. Cæpit ergo mulier amoris viri obliuisci, & sic tandem liberè in Aegyptum Moyses regressus est.

Moyse regi
suspectus.

Moyse fuga

Interea autem regem Aegypti inuenit sibi non bene motum. inuidia enim ductus, & oppressionis formidine tactus, compulsusque à sacris scribis, nitebatur in cædem eius grassari. accessit ad hæc, quod transactis aliquot annis, dum quadam die videret Aegyptium iniuriam facere Hebræo, insurrexit in eum & occidit, ac in sabulo abscondit. Et egressus altero die, vidit duos Hebræos rixantes: qui dum argueret eum qui iniuriam faceret, respondit: Quis te constituit iudicem super nos? num me occidere vis, sicut occidisti Aegyptium? at Moyses multum extimuit, & cum simul intellexisset insidias regis, latenter aufugit, venitque ad ciuitatem Madian circa mare rubrum sedens super puteum. Erant autem sacerdoti Madian septem filia, quæ venerunt haurire aquam gregibus. superuenientes autem pastores, repulerunt eas. quos citò prohibuit Moyses, & ad aquam greges virginum. ex quo maturius solito redeuntibus, patrem rogabant, ut beneficium peregrino impenderet. Vocato itaque Moysè, Raguel seu Iethro contemplatis moribus viri, vnam ex filiabus suis Sephoram dedit uxorem. habitauitque Moyses cum socero suo, & pascebat greges eius, generauitque duos filios. dedit nomen vni Gersan, alteri Eliezer. Cætera in sequenti generatione dicentur.

Cecrops.
Diphyes.

Anno quinto & trigésimo huius generationis, Cecrops natione Aegyptius, regno Argiuorum relicto, primus Athenis regnauit. hic etiam Diphyes dictus est, qui & Athenas, urbem longè antè conditam, instaurauit. Ibi tunc, ut diuus Augustinus libro XVIII. de Ciuitate Dei, capite nono refert, subito aqua vno in loco erupit,

erupit, & alio oliua apparuit, super quibus sciscitatus Apollo Delphicus, respondisse fertur, quod oliua Mineruam, aqua Neptunum significaret: in ciuium verò esse arbitrio, eligere deorum alterum. Congregatis itaque vtriusque sexus hominibus, viri Neptunum, mulieres Mineruam elegerunt. Vicerunt autem mulieres, quia vno voto præualuerunt, & vocata est ciuitas Athenæ, quod Latine Mineruam dicimus. Quamobrem iratus Neptunus, vndis Athenarum terras populatus est.

Cur Atheng
dicantur.

Quem ciues placare volentes, triplici supplicio mulieres affecere, ut decetero publicis non interessent, nec suffragia ferrent: Ne quis maternum cognomen sumeret: tertio, Ne quis filias Athenas vocaret. Vnde & Cecrops Atticos, Athenienses appellauit. Cecrops, primus rex Atheniensis: hic, ut est in libro de Imagine mundi, cum Pharaone submersus est. post hunc regnauit Granus, deinde Amphitryon pater Herculis, exin Erichthonius inuentor curruum, post hunc Pandion, deinde Aegeus, exin Theseus, deinde Melanthus, exinde Codrus, qui se pro populo hostibus tradidit. post hunc magistratus populo præfuerunt.

Reges Athe-
niensium.

Codrus
rex.

De Codro ita Iustinus lib. I. scribit: Erant, inquit, inter Athenienses & Dorientes similitates. Dorientes de euentu belli consuluerunt oracula. responsum, superiores fore, nisi regem Atheniensem occidissent. Cum ventum esset in prælium, militibus ante omnia custodia regis præcipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat, qui & responso dei & præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu, pannosus castra hostium ingreditur. ibi in turba obstitentium, à milite quem vulnerauerat, interficitur. Hoc cognito, Dorientes discedunt. atque ita Athenienses virtute ducis, pro salute patriæ morti se offerentibus, bello liberantur. Post mortem Codri, administratio Reipublicæ annuis magistratibus permittitur.

Solon.

Sed ciuitati nullæ leges erant. Eligitur Solon vir scientia insignis, qui velut nouam ciuitatem legibus conderet, tanto temperamento inter plebem senatumque egit, cum si quid pro altero ordine tulisset, alteri displicerent videretur, ut ab vtriusque parem gratiam traheret. Solon inter multa egregia illud memorabile egit: Inter Athenienses & Megareses de proprietate Salaminæ insula diu bellatum fuit. post multas clades capitale esse apud Athenienses cepit, si quis legem de vendicanda insula tulisset. Sollicitus itaque Solon, ne aut tacendo parum Reipublicæ consuleret, aut censendo, periculum subiret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modò prohibita, sed & facturus erat: more vecordium euolat in publicum: factoque concursu hominum, insolitis versibus ut furiosus suadere populo cepit, quod verebatur: omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum aduersus Megareses decerneretur, insulaque deuictis hostibus, Atheniensibus cederet.

De Moyse
& Iudæis.

De Moyse verò & Iudæis Cornelius Tacitus Diurnalium lib. XXI. Orta, inquit, per Aegyptum tabe, quæ corpora foedaret, regem Bocchorim in Hammonis templo remedium petentem, purgare regnum, & illud genus hominum inuisum deis, alias in terras auertere iussit: sic conquisitum collectumque populum, postquam vulgus vastis locis relicto sit, cæteris per lachrymas torpentibus, Moysen vnum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opem expectarent, sed sibi, ut duci, crederent. Assensere, atque omnium ignari, fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æquè, quam inopia aquæ, fatigabat. iamque, haud procul exitio totis campis procubuerat, cum grex asinorum agrestium è pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moyses coniectura herbidi folii, largas aquarum venas reperit. Leuati itaque, continuum sex dierum emessi iter, septimo pulsus cultoribus, obtinere terras, in quibus vrbs & templum dicata sunt. Moyses, quo sibi in posterum gentem firmaret, nouos ritus contrariosque cæteris mortalibus, indidit. prophana illic omnia, quæ apud nos sacra: rursus cõcessa apud illos, quæ nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante, errorem sitimque depulerant, penetrati sacrauerunt, cæso ariete in contumeliam Hammonis. Bos quoque immolatur, quem Aegyptij Apin colunt. Sue abstinent ob scabiem vitandam, cui illud animal obnoxium. Septimo die ocium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit. dein blandiente inertia, septimum quoque annum ignauitæ datum. alij honorem eum Saturno haberi afferunt. Ob famem & ieiunia panis eorum non fermentatur. Hi ritus, quoquo modo inducti, antiquitate defen duntur. Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed aduersus omnes alios hostile odium. separati epulis, discreti cubilibus. proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent, inter se nihil illicitum. circuncidere genitalia instituere, ut diuersitate noscantur. Nec quidquam prius imbuunt, quam contemnere deos. animosque prælio aut sup-

Iudæorum
instituta.

Iudæorum
opinio de
Deo.

plicio p̄emptorum, æternos putāt. Eadem cura & de infernis, & persuasio cęlestium. Contra Aegyptij pleraque animalia effigiesque compositas venerantur. Iudæi mente sola vnumq; numen intelligunt. prophanos, qui deum imagines in species hominum fingunt. Hęc & multa alia Cor. Tacitus, & de balsamo & lacu sterili: Hand procū inde campi, ait, quos ferunt olim vberes, magnisq; vrbibus habitatos, fulminis icū arfisse, & manere vestigia, terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse, &c. vt generatione XXII. patuit, de quibus apud Iustinum. |

GENERATIO XXVII.

ANno 3649. ab exordio mundi, regnante apud Assyrios Spareto, in Aminadab filio Aram, per lineam Christi 27. incepit generatio. durauit annis 51. Erat hoc in tempore Moyses Aegyptijs exosus propter virtutes, & quum iam fuga facta vxorem duxisset Sephoram filiam Iethro sacerdotis Madian, ac liberis procreasset: Quodam tempore dum pasceret gregem in monte qui vocatur Sina, qui mons est excelsus & ad pasturas egregius, hęc dum esset opinio habitare Deū, vt refert Iosephus, primitus nemo pascebat, quia pastores illic minimè ambulare p̄sumebant. In quo prodigium Moyfi mirabile apparuit. Ignis nanq; depascens rubi viriditatem eiusq; florem, transijt innoxius, fructiferosque ramos nullo incendio dissipauit. Cumque flamma vehemens esset, ille etiam visionem inopinabilem formidās, obstupuit, & magis dum vocem ignis emitteret, eumque suo nomine vocaret, verbaque facere videretur, quibus etiam eius fidutiam, p̄sumētis ad loca accedere, vbi nullus hominum primitus ambulasset, eo quod essent diuina, redarguit: ei que suasisit vt procū ab igne recederet, & vt sufficerent ei quæ viderat, cum esset vir bonus, magnorumq; proles virorum: Solue, inquit Dominus, calceamenta tua. locus enim in quo stas, terra sancta est. p̄dicabatque ei futuram gloriam & honorem apud homines p̄sentē Deo. Iussitque vt cum fidutia abiret in Aegyptum, dux & princeps futurus multitudinis. Vidi, inquit, afflictionem populi mei, & veni liberare & educere de terra illa in terram lacte & melle manantem. Veni ergo, & mittam te ad Pharaonem, vt educas eos, & ego ero tecum. Ait Moyses: Domine, si dixerint mihi filij Israel, quod est nomen eius, quid dicam? Dixit Dominus: Sic dices: Qui est, misit me, Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Tu ergo ingredere cum senioribus Israel ad Pharaonem, & dic: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & immolemus Domino Deo nostro. Scio autē quod non dimittet vos, sed ego percutiam eum in cunctis mirabilibus. Ad hęc Moyses: Domine non credent mihi. Cui Dominus: Projice virgam quam manu gestas, in terrā. proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Apprehēde, inquit Dominus, caudam eius. Extēdit itaque manum, & apprehēdit: versaque est in virgam. Rursum Dominus: Mitte manum tuam in sinum. quam missam, protulit leprosam. Retrahe, ait. Retraxit, & protulit iterum, eratq; similis carni reliquæ. Deinde ait: Si non credent his, sume aquam de flumine, & effunde super aridam, & vertetur in sanguinem. Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius. Cui Dominus: Perge, & ego ero in ore tuo. Adhuc ille: Obsecro, mitte quem missurus es. Iratus Dominus, ait: Ecce Aaron frater tuus egredietur in occursum tibi. ipse loquetur pro te ad populū, tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Redijt ergo Moyses ad socerum suum, & ait: Reuertī volo in Aegyptum ad fratres, vt videam si viuant. Cui Iethro: Vade in pace. Et cum moram faceret, ait Dominus: Vade in Aegyptum, mortui enim sunt qui quærebant animam tuam. Abijt itaque Moyses, tenens virgam in manu, tulitq; secum Sephoram vxorem & duos filios, quos in itinere iussu Domini circumcidit. Indignata Sephora, ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. redijtq; ad patrem, annuēte Moysē, cum filijs. Interēa locutus est Dominus ad Aaron: Vade in occursum fratri tuo, quia venit. Intrauitq; Aaron desertum Sinai, & occurrit Moyfi in monte Dei. dixitque Moyses ei omnia verba Domini ac mandata. Veneruntq; simul, & congregauerunt seniores Israel, locutusq; est eis Aaron omnia verba Domini, & fecit signa coram eis, ita vt eis fidem haberent. Ingressiq; sunt cum senioribus ad Pharaonem, & dixerunt: Hęc dicit Dominus Deus Israel, dimittas populum suum, vt sacrificet in deserto. Ad quod ille: Nescio Deum Israel, nec populum dimittam. Tunc Moyses cōmemorauit regi beneficia Ioseph, necnon quanta ipse fecerat Aegyptijs oppressis ab Aethiopibus, labores & pericula exponēs quæ pro eis tulerat, nec retributionem recepisset. Quæ omnia

rex

rex detidens, eum vocat seruum fugitiuum, & quod seditionis causa redierit. Et cum instarent Moyses & Aaron, iratus dixit: Quare Aaron & Moyses sollicitatis populum ab operibus? ite ad onera vestra. p̄cepitque p̄fectis operum, dicens: Vacant ocio, opprimamus operibus, vt acquiescant. Nequaquam eis vltra detis paleas, sed vadant & colligant stipulas ad lateres, nec de mensura minuetis. Quod factum est. Instabantque p̄fecti operum, vt complerent opus quotidie. ex quo vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos iniquē? Qui ait: Vacatis ocio, & dicitis, Eamus ac sacrificemus Deo nostro. ideo nihil remittetur vobis. Occurrunt ergo Moyfi & Aaron, dicentes: Odio fecistis nos Pharaoni, & p̄buiistis ei gladiū. Ad hęc consulto Deo, confirmati suaserunt populo, vt patienter expectarent promissa Dei. Et dum iam obedientēs essent, libertatem promissam respicientes, ait Dominus ad Moysen: Loquatur Aaron ad Pharaonem omnia quæ mando vobis. sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta, nec tamen audiet vos. Fecit itaque Moyses & Aaron, sicut p̄cepit Dominus. Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron plus trium annorum.

DIMITTI POPVLVM VOLVNT MOYSES ET AARON.

Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, leuansque Aaron virgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius. Quæ versa est in sanguinem, & pisces in ea mortui sunt, computruitque fluuius ita, vt non possent Aegyptij bibere. erat tamen potabilis Israel. At malefici Pharaonis incantationibus suis similiter fecerunt. Auertens autem se Pharaon, ingressus est domum, impletique sunt dies septem. Dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & si noluerit dimittere populum, dic ad Aaron, vt extendat manum super flumina, paludes & riuos. Et fecit sic. & ascenderunt ranæ, operueruntque terram Aegypti. & fecerunt malefici similiter incantationibus suis. Dixitque Pharaon: Orate, quæso, Dominum, vt auferantur ranæ, & dimittat populum. Et clamauit Moyses & Aaron ad Dominum, & mortuæ sunt ranæ. Hoc videns rex, non dimisit eos. Dixit rursus Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron, vt extendat virgam, & percutiat puluerem terræ. & factum est ita. & facti sunt cyniphes in omni terra Aegypti. At malefici tentauerunt idem facere, sed non potuerunt. & correpti à rege, dixerunt: Digitus Dei est hic. erantque cyniphes tam in hominibus, quam in iumentis. Induratum est autem cor Pharaonis, & non audiuit eos. Dixit autē & Dominus ad Moysen: Surge diluculo, & egredere ad Pharaonem, & dic ei: Si nolueris dimittere populum, mittam in omnem terram, dicit Dominus, omne genus muscarum. & factum est, sed eos non audiuit. & venit musca grauissima in omnem terram Aegypti, & in omnem domum Pharaonis & Aegyptiorum. Tunc vocauit eos Pharaon, & ait: Ite, sacrificate Deo vestro in terra hac. Qui dixerunt: Non possumus abominationes Aegyptiorum immolare. si maclauerimus quæ colunt ipsi, lapidibus obruent nos. Ad hęc Pharaon: Ite in desertum, verum ne longè abeat, & rogate pro me. Et ait Moyses: Rogabo, & recedet musca. veruntamen noli vltra fallere. Orante Moysē, abstulit Dominus muscam. at ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum. Tunc dixit Dominus Moyfi: Dic Pharaoni: Si retinuerit populum meum, cras inducam pestem grauem, & morientur omnia animantia, nec quidquam de his quæ possidet Israel, morietur. Fecit ergo Dominus verbum hoc altero die, & mortua sunt omnia animantia Aegypti, p̄ter ea quæ erant Hebræorum. Et ingrauatum est cor Pharaonis, noluitque dimittere populum. Adiecit Dominus: Tollite cineres de camino, & spargite illos in cælum coram Pharaone, & erunt in hominibus vlcera & vesicæ turgentes in omni terra Aegypti. & factum est ita. nec poterant etiam tunc malefici stare coram rege, propter vulnera ex corruptione venientia, nec adhuc quidem audiuit eos Pharaon, sicut locutus est Dominus. Dixit quoque ad Moysen Dominus: Dic Pharaoni, idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam. en pluam grandinem cras, qualis non fuit in Aegypto vsque in diem hanc, congrega quæ habes in agro iumenta, ne pereant. Extenditque Moyses virgam in cælum, & dedit Dominus tonitrua, grandinem & fulgura, percussitque grando cuncta quæ fuerunt in agris, herbam & ligna confregit. Vocauitque eos Pharaon, & ait: Peccaui, nunc oretis Dominum pro me, & dimittam vos. Egressusque mox ex vrbe, tetendit manus ad Dominum, & cessauit tempestas. Hoc videns Pharaon induratus, non dimisit populum. Et dixit Dominus ad Moysen: Faciam signa quæ narres filijs Israel & nepotibus,

F 3

bus, vt sciatis quia ego sum Dominus, ecce adducam locustas, vt comedant quod residuum est grandini. Ad ingressum itaque Moyses dixerunt serui Pharaonis ad eum: Vsq̄quo patiemur hoc scandalum? dimitte eos, quia perit Aegyptus. Et reuocatis illis dixit Pharao: Quinam ex vobis ituri sunt ad sacrificandum? Ait Moyses: Viri & mulieres cum ouibus & armentis. Ad hæc Pharao: Cui dubium est quod pellimẽ cogiteris? non fiet ita, sed ite viri tantum. & electi sunt à conspectu eius. Extendit itaque Moyses manum, & venerunt locustæ innumerabiles, quæ deuorauerunt omne virens in lignis & herbis. Festinusque Pharao, vocauit eos & ait: Peccaui in Deum vestrum. orate pro peste etiam hac vice. Egressus Moyses, orat. & flauit ventus ab occidente, proiecitque locustas in mare rubrum, indurauitque Dominus cor Pharaonis, nec dimisit populum Israel. Extendit itaque Moyses manum in cælum, & factæ sunt tenebræ palpabiles, vt nec videre nec mouere possent se Aegyptij: vbicunque autem erat Israel, lux fuit. Et vocauit eos iterum Pharao, & ait: Ite vniuersi vos, oues tantum & iumenta remaneant. Respondit Moyses: Nec remanebit eis vngula, præsertim cum ignoremus quid immolare debeamus. Dixit Pharao: Recede, & caue ne vltra videas faciem meam: alioqui morieris. Respondit Moyses: Fiet vt locutus es. abiitque ad fratres suos. Et dixit Dominus: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & dimittet vos. morietur omne primogenitum hominum & iumentorum, apud vos verò nec mutiet canis. petetis vasa ab Aegyptijs, & dabunt vobis. Addiditque, Mensis iste vobis erit primus in mensibus anni. loquimini ad vniuersum cœrum filiorum Israel: decima die mensis huius tollat quæque domus agnum, vel si non poterit habere, hœdum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt non sufficiat ad vescendum agnum, assumat vicinum suum, iuxta numerum animarum quæ sufficiunt ad esum agni. Erit autem agnus masculus anniculus sine macula, & sumptum de grege seruabitis eum in domo vsque ad 14. diem, & immolabit eum omnis multitudo filiorum Israel ad vesperam, tingetisque de sanguine fasciculo hyssopi supra vtrumque postem & superliminare, edentes carnes illas nocte illa assas igni, nec coctum quid aut crudum, & azymos panes cum lactucis agrestibus, caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis, nec remanebit quidquam ex eo vsque manè, & quod residuum fuerit, igne comburetis. sic autem comedetis: renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Est enim phasè, id est, transitus Domini. transibo enim nocte illa per terram Aegypti, percutiamque omne primogenitum ab homine vsque ad pecus. diem verò hunc habebitis solennem in generationibus vestris cultu sempiterno. septem diebus azyma comedetis, nil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Prima dies erit sancta ac solennis, & dies septima eadem solennitate venerabilis. Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phasè, sanguinemque fasciculo hyssopi adspargite in limine & superliminare & vtrumque postem. nullus vestrum egredietur ostium domus suæ vsque manè. Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios. cumque viderit sanguinem super postibus, transibit ostium domus, & non sinet percussorem ingredi & lædere. custodite verbum hoc. cumque introieritis terram quam Dominus Deus daturus est, obseruabitis cœmonias istas. & cum dixerint filij vestri? Quæ est ista religio? dicetis eis: Victimam transitus Domini est. Incuruatus ad hoc populus, adorauit. feceruntque sicut præcepit eis Dominus. Factum est autem, in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuæ, & omne primogenitum iumentorũ, nec erat domus in qua non esset mortuus. surrexitque Pharao nocte & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus. vocatisque Moysè & Aaron, ait Pharao: Surgite, egredimini à populo meo vos & filij Israel. ite & immolate Domino oues vestras, & armata sumite, & abeuntes benedicite mihi. Urgebantque Aegyptij eos de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. Tulit ergo populus conspersam farinam antequam fermentaretur, & ligans in pallijs, posuit super humeros suos. feceruntque sicut præceperat Dominus, & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea & aurea, vestemque plurimam, quibus dedit gratiã Dominus coram Aegyptijs, vt comodarent eis. & sic spoliauerunt Aegyptios, profectique sunt filij Israel de Ramesse in Sochorh, & erant quasi 600. millia virorum peditum, absque paruulis & mulie-

mulieribus. sed & vulgus promiscuum innumerabile, quia multi Aegyptij viri & mulieres iunxerunt se eis, conuersi ad Iudaismum. duxeruntque iumenta & greges diuersi generis. Tempus autem filiorum Israel quod manserunt in Aegypto, fuit 430. annorum, incipiendo à promissione Abraham facta in via Mesopotamiæ vsque ad legem datam. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Sacrifica mihi omne primogenitum tam de hominibus quam de iumentis. mea enim sunt omnia primogenita masculini sexus, quæ aperiunt vuluam, eo quod occidi omne primogenitum Aegypti. cumque veneris in terram promissam, commendabis filijs tuis seruandum ritum sempiterno. Erit igitur quasi signum in manu tua, vt liberationis huius non oblitiscaris. Moyses igitur non duxit populum per terram Philistijm, hoc est, per Palaestinam, tum propter antiquam molestiam & odium vetus, ne insurgerent Philistæi aduersus eos, quorum adhuc non erat completa malitia, vt deleret eos Dominus. munitique multa supellectile, ascenderunt illi de terra Aegypti de quinta progenie. Iacob enim qui fuit in linea de qua Christus nasciturus erat, genuit Iudam, Iudas genuit Phares, Phares Esrom, Esrom Aram, Aram genuit Aminadab, qui princeps existens tribus Iudæ, egressus est de Aegypto. Tulit etiam Moyses ossa Ioseph, secum, eo quod adiurasset filios Israel, vt efferrent hinc ossa sua. Profectique de Sochorh, castrametati sunt in Etham in extrema parte Aegypti habitabilis. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam in columna nubis per diem, per noctem in columna ignis. Præcepitque Dominus, vt reuersi aliquantulum versus Aegyptum, castrametarentur in regione Phairoth, quæ est inter Magdalum & mare, & posuerunt castra supra mare rubrum. Et cum vltra trium dierum spatium processissent, intellexit Pharao eos ad fugiendum, non ad sacrificandum, properare. Tulit ergo sexcentos currus, equitum quinquaginta millia, & ducenta millia peditum armatorum, insecutus eos. Leuantes autem oculos Hebræi, viderunt Aegyptios properantes, benè armatos. exterriti sunt. circumdati enim erant montibus ab vna parte, mari rubro ex altera, vt fugæ facultatem non haberent. concluderuntque eos Aegyptij obsidione. Erat Hebræis dura obsessionis molestia propter egestatem necessariorum, neque fugæ facultatem habentes, armisque priuati, licet pugnare vellent. Nulla erat itaque spes, nisi vt sese quamprimum Aegyptiorum voluntati traderent. Moysen in omnibus culpabant, obliti signorum quæ eis fuerant à Deo pro sua liberatione monstrata, & vsque ad hoc venerunt, vt eum lapidibus niterentur obruere. Erat enim lucus & gemitus mulierum & infantium, ante oculos habentium mortem indubitaram. Moyses autem, licet exasperata in eum multitudo esset, circa eius tamen prouidentiam non cessabat, omnia in Deum conferens. stansque in medio, sic exorsus est: Nec hominibus quidem benè conuersantibus circa nos, iustum erat non credere: de Dei verò prouidentia vos desperare iniquum est, à quo vobis omnia prouenerunt, quæcunque per me ad salutem & libertatem vestram facta sunt, eaque non sperantibus promisit. Quin potius erit, etiam nunc in tali nobis difficultate conclusis ex desperatione, sicut vos creditis, salutem præstare, & ex hostibus liberare, qui fortitudinem vti que suam circa nos est ostensurus, & prouidentiam facturus. Non enim in paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet accommodare, sed potius in quibus humanam spem ad meliora non videt accedere, vnde tali auxiliatori credentes, cui virtus est etiam parua grandia facere, & tantarum rerum infirmitatem suo munimine roborare. Nolite Aegyptiorum arma metuere, nec quia mare & posteriores montes viam fugæ prohibent, propterea salutis spatia desperare. sicut enim vobis hæc quasi campi Dei prouidentia, & pelagus conuertetur in terram. Cumque hæc dixisset, duxit eos ad mare, Aegyptijs intuentibus, rogabatque Deum, dicens: Neque tu quidem ignoras, quia fugere nobis mala præsentia, nec potentia nec auxilio licet humano: sed tu Domine præbe aliquod salutare exercitui, tua voluntate Aegyptum relinquẽti. tuum est enim nos eripere, quia nunc omni spe & consilio destituti, ad tua solius subsidia conuolamus. & quicquid ex prouidentia tua nobis accesserit, quod nos ab Aegyptiorum ira nunc liberare possit, inspicimus: velociterque nobis tuam ostẽde virtutem, & populum desperatẽ ac ruentẽ in peius, ad securitatẽ dignare & ad fidutiam pietatis prolucere. Non enim in extraneis sumus, sed tuũ quidem est mare, tuus est mons qui nos

De agno paschali.

Phasè.

De agno paschali.

X. plaga.

Nona.

Præceptum de primogenitis.

Phairoth.

Oratio Moyses ad populum.

Transitus
maris rubri,
præeunte
Moysse &
Aminadab.

Internecio
Aegyptiorum
seu plaga 11.

Hymnus
quo popu-
lus Israel
Deo gratias
egit.

Sur.

Marath.

Helim.

Sin.

Manna.

Depta,
Halis,
Raphidim.

circundat, ita ut te precipiente mare possit conuerti in aridam, ac nos tua virtute saluare. Talia siquidem cum orasset, iubente Domino, percussit virga mare: quod repente incisum ac diuisum, terram reliquit nudam. Moyses autem videns pelagus celsisse in duodecim diuisiones, aduocabat tribus singulas ex ordine natiuitatis suae, & exhortabatur ut ipsum præeunte sequerentur. Et cum timuissent sequi, Aminadab princeps tribus Iudae, plenus fide, primus post Moysen ingressus est, alijs trepidantibus. propter quod meruit & regnum. dein ceteri omnes cum festinatione pergentes, delectabantur, agebantque Deo gratias propter salutem, quae præter spem eis accesserat. Quod videntes Aegyptij, vefanos iudicabant: sed cum viderent illos illaefos transire, ingressi sunt post eos. iamque venerat vigilia matutina, iniecit Dominus super eos intolerabiles imbres & graues tonitruos coruscationesque. unde terrii dixerunt: Fugiamus Israel, Dominus enim pugnat pro eis. fugientibusque illis, inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, operueruntque aquae currus & equites, cunctique exercitus Pharaonis cum peditibus submersi sunt, nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquae erant eis quasi pro muro à dextris & à sinistris, ex quo non poterant retinere gaudium inopinatae suae salutis. Insuper & inimicis suis dimersis, hymnum tota nocte dixerunt, laudantes Deum, dicentesque: Cantemus Domino, gloriosè etenim magnificatus est: currus Pharaonis & exercitus proiecit in mare, ambulaueruntque filij Israel per siccum in medio eius &c. Postea verò armis Aegyptiorum per fluctuum violentiam allatis, iudicabat Moyses Dei factum prouidentia: exijtque colligens arma, Hebraeosque his muniens, ut si quando opus esset, armati pugnarent, & moratus est cum populo iuxta littus septem diebus, & cum tympanis ac musicis singulis diebus veniebant, cantabantque Domino canticum Moysis, viri scorsum, & scorsum mulieres. Vidēs autem Moyses Israel circa spolia nitentes, tulit ea. egressique sunt in desertum Sur, ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inuenerunt aquam, donec venerunt in Marath, quae tamen adeò erat amara, ut non possent bibere. murmurauitque populus contra Moysen. At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit illi lignum: quod cum misisset in aquas, versae sunt in dulcedinem. Deinde venerit in Helim, vbi erant xij. fontes & lxx. palmae, modica tamen aqua erat in fontibus & coenosa. Profecti sunt inde in desertum Sin quintadecima die mensis secundi, hoc est, Maij, die xxx. ab exitu eorum de Aegypto. Tunc defecerunt eis victualia, quae tulerunt de Aegypto. unde & dixerunt, in hac penuria constituti: Vtinam mortui fuissetus in Aegypto, quando habebamus carnes, & comedebamus panem in saturitate. Orauit igitur Moyses Dominum, & est exauditus, dixitque Moyses: Audiuit Dominus murmur vestrum: dabitque vobis vespere carnes, & manè panes in saturitate. Cumque loqueretur ad vniuersum coetum, ecce gloria Domini apparuit in nube. factumque est vespere, & ascendens coturnix de sinu Arabico, operuit castra, & adlibitum populi capiebatur. Manè autem venit ros, & cum gustassent, senserunt mellis dulcedinem, & panem promissum datum. Iacuit autem per circuitum castrorum quasi granum coriandri album & pilo contusum: quod vidētes, dixerunt: Manu? id est, Quid est hoc? Inde dicitur manna. Ait itaque Moyses: Hic est panis datus vobis à Domino. Colligite gomor per singula capita. & collegerunt. nec qui plus collegit, amplius habuit. Præcepit autem ut colligerent manè, quia calescente sole liquefiebat, licet ad ignem induraretur. dixitque, Nullus relinquat ex eo in manè. Et quidam non audierunt eum, & scatere coepit vermibus. Iratusque est Moyses contra eos, & præcepit rursum, ut die 6. colligerent duplices, ut haberent in sabbato, s. die septimo. Venitque 7. dies, & egressi de populo ut colligerent, non inuenerunt. Dixitque Dominus Moysi: Vtique non vultis seruare præcepta mea? propter sabbatum accipietis cibos duplices, nec quisquam egredietur de loco suo die sabbati, sed sabbatizabitis. Dixit rursum Moyses: Iste est sermo Domini: Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras generationes, ut nouerint panem quo alui eos in deserto. Impleuerunt igitur gomor, & posuit illud Aaron in vna aurea reseruandum. & vsi sunt manna donec fuerunt in deserto. Postea profecta est omnis multitudo de deserto Sin, venerunt in Depta. profectique de Depta, venerunt in Halis. Egressique de Halis, venerunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum. Iurgatus est populus contra Moysen, dicens: Da nobis aquam ut bibamus. Quibus Moyses: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis Dominum? Conuersusque ad Dominum: Quid, inquit,

quit, faciam populo huic? adhuc enim pusillum, & lapidabit me. Ait Dominus: Sume seniores Israel, & vade ad petram Oreb, percutiesque virga. & fecit Moyses, egressusque sunt aqua largissima, & vocauit Moyses nomen loci, Tentatio. Cum verò Hebraeorum nomen iam vbique diuulgaretur, à prouincialibus timebatur. & conuenientes ad inuicem quinque reges circum habitantes, bellare statuerunt contra eos, antequam vires maiores susciperent. Moyses verò etsi nihil hæsitaret, subita tamen pericula Hebraeorum multitudinem perturbabant, quos Moyses consolari incepit, rogabatque promptiores esse, tãquam omnium rerum facultas eis adesset, ita ut hostibus præualere possent. Elegitque Iosue filium Nauae de tribu Effraim, virum robustum & ad labores fortissimum, ad cogitandum quoque & loquendum valde idoneum. Huic & paucos tradidit armatos, plurimos autem in castrorum custodia retinuit. Contra quos egressus est Amalech in multitudine graui, ut pugnaret cum eis. At Moyses, ordinata acie suorum, ascendit in montem, virgam manu gestans. Miscebantur itaque hostes, & in manibus erat bellum: fiducia autem & viribus utebantur inuicem. Cumque eleuasset Moyses manus ad Dominum, vincebat Israel: sin verò paululum remisisset, vincebat Amalech. Quo comperto, Aaron & Hur supposuerunt ei lapides, & vtraque parte manus eius sustentabant. erant enim graues pro labore orandi, nec tamen remisit manus Moyses vsque ad solis occasum. Tum Hebraei Amalechitas fortiter vicerunt. interfecissentque omnes, nisi nocte interueniente, populus recessisset à caede. Vicerunt itaque, abundantia potiti magnorum bonorum. nam fugientes hostes, magnam copiam argenti simul & auri reliquerunt in castris, abundantiam ornamentorum textilium pariter & armorum. Post hæc omnia colligentes, Iesum præconijs extollebant. nemo enim Hebraeorum mortuus est, hostium verò tanti, quantos neque numero compræhendere possibile est. Et ait Dominus Moysi: Scribe hoc in libro. adhuc enim delebo memoriam Amalech de sub caelo, quod contra Hebraeos pugnans, nequaquam in calamitatibus eis pépercerit. Aedificauitque Moyses altare, vocauitque illud, Exultatio mea. Audiens autem Iethro socer Moysi, quae fecerat Dominus circa Israel, egressus obuiam Moysi in deserto, tulit secum Sephoram vxorem illius & duos filios, Gersan & Eliezer. Cumque intrasset tabernaculum eius, narrauit illi Moyses quae fecerat pro eis Dominus, & itineris laborem. Tum Iethro: Benedictus Dominus qui eripuit populum de terra Aegypti. nunc cognoui quia magnus est Deus Hebraeorum. Altera die sedit Moyses ut iudicaret populum, qui assistebat ei à manè vsque ad vespeream. Quod attendens Iethro, ait: Stulto labore confumeris. vltra vires tuas est negocium: sed audi verba mea, & erit Dominus tecum. Esto populo in his quae sunt ad Deum, caeremonias & viam morum ac itineris ostendas eis. Ad causas verò elige viros prudentes, timentes Deum, amantes veritatem, & detestantes auaritiam, & constitue ex eis tribunos, centuriones & quinquagenarios, decanosque: hi iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referent tibi, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque tibi erit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta eius poteris sustinere. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quae ei suggesterat ille, & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, qui iudicarent plebes Domini omni tempore, præcipiens illis ac dicens: Audite populum, & quod iustum est iudicate. ita paruum iudicate, ut magnum, siue cuius ille sit, siue peregrinus. nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. quod si difficile quid vobis occurrerit, referte ad me, & ego audiam. Et sic acquieuit Moyses socero suo, nec erubuit vir Deo plenus, consilium sequi hominis gentilis. Postea valedicens Iethro Moysi, reuersus est in terram suam. Mense ergo tertio egressionis de Aegypto, hoc est, primo kalen. Iunij, venerunt ad montem Sina, fixeruntque tentoria eregione montis, 47. die. Et sequente die diluculo ascendit Moyses in montem ad Dominum, qui dixit ei: Dices filijs Jacob: Vidistis quae fecerim vobis, nunc adijciam ut etiam loquar vobis. Si custodieritis pactum meum, eritis mihi in populum peculiarem. Quae cum Moyses retulisset ad populum, dixerunt: Cuncta quae locutus est Dominus, faciemus. Cumque rediisset Moyses ad Dominum, ait ei Dominus: Veniam ad te in caligine, ut audiat me populus vniuersus. vade & sanctifica eos hodie & cras, lauent se & vestimenta sua, vacent ab amplexibus, & sint parati in diem tertium. Constituesque terminos per circuitum montis: quos qui transierit, ac montem tetigerit, morietur. manus non tangent eum, sed lapidibus opprimatur, aut iaculis con-

Aqua de petra exijt.

Iosue laus.

Populi Israel pugna.

Oratio Moysi pro salute & victoria Hebraeorum.

Victoria Hebraeorum.

Congratulatur Iethro Moysi.

Iudicium electio.

Mons Sina.

Exod. 19.

confodiatur. siue iumentum fuerit, siue homo, vltra non viuet. Retulit omnia hæc Moyses ad populum, aduenienteque die tertio, ante solis ortum coeperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densa operuit montem, clangorque buccinæ perstrepebat. Timuit autem populus, & Moysen perijisse putabat. tandem latus apparuit, & serenus aer cum illo, & ait illis: Hodie non audietis Moysen, sed illum qui pro nobis percussit Aegyptios, qui iter per mare dedit sicum, qui cibum de cælo pluit, potumque de petra produxit. Et simul eduxit populum in occursum Domini ad radicem montis. Erat autem dies quinquagesimus ab egressu de Aegypto. aduatisque omnibus extra terminos montis Sinai, ipse & Aaron, iubente Domino, vltra terminos ascenderunt. Tunc locutus est eis Dominus, ita vt nullum vox effugeret: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti & de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem quæ est in cælo aut in terra, nec eorum quæ sunt in aquis. non adorabis ea neque coles. Ego enim sum Dominus Deus fortis, zelotes, & faciens misericordias in millia his qui diligunt me, & faciunt præcepta mea. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Memento quòd diem sabbati sanctifices. sex diebus facies opera tua. septimo die sabbatum Domini Dei tui est. non facies opus in eo tu & filius tuus & filia tua, seruus & ancilla, iumentum tuum, & aduena qui in terra tua est. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt longæuus sis super terram. Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, nec omnia quæ illius sunt. Hæc cum dixisset, cõtremit cunctus populus, steteruntque procùl, dicentes Moysi, principes tribuum & maiores natu omnes: Ecce ostendit nobis Dominus Deus maiestatem suam. vocem eius audiuimus, probauimusque hodie quòd loquente Deo, vixerit homo. si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, moriemur. Tu magis accede, & audi quacunque dixerit tibi Deus, loquerisque ad nos, & nos audientes, faciemus ea. Quod cum audisset Dominus, ait ad Moysen: Rectè locuti sunt. vade & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra. Tu verò hîc sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, caremonias & iudicia. Factumque est ita, dixitque Dominus: Hæc dices filiis Israel, altare de terra facietis mihi, offeretisque super eo holocausta & pacifica vestra, in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei, veniam & benedicam tibi. quòd si altare lapideum facere vis, non ædificabis de lapidibus sectis, sicut gentes faciunt. Si enim leuaueris cultrum tuum super eo, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reneletur turpitudò tua. Hæc & alia præcepta caremoniasque tradidit Dominus Moysi, de quibus opportunè suis locis videbimus. Venit ergo Moyses & narrauit plebi omnia iudicia Domini, & responderunt omnes vna voce: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus. Scripsitque Moyses vniuersos sermones Domini, & manè surgens, ædificauit altare Domino, sicut præceperat ad radicem montis, & duodecim lapides, titulos scilicet duodecim tribuum erigens. Misitque Nadab & Abiu, qui futuri erant sacerdotes, & immolauerunt Domino pacifica duodecim vitulos, quos obtulerunt duodecim principes Israel. Tunc accepit Moyses mediam partem sanguinis, & misit in crateres, reliquum verò sanguinis fudit super altare, legitque volumen fœderis vniuerso populo. Qui dixerunt: Omnia quæ præcepit Dominus, faciemus. Ipse verò sumptum sanguinem resperxit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. & reliquit eos. Moysi quoque dixit Dominus: Ascende tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes eligetis ex Israel, adorabitisque procùl. Ascenderunt itaque secundum præceptum Domini vsque ad terminos montis, & viderunt Dominum, & sub pedibus eius quasi opus sapphirinum. Tunc vocauit Dominus Moysen, qui assumpto Iosue, transiuit terminos, dicens senioribus vt expectarent ibi, & si quid quæstionis, inquit, natum fuerit, referetis illud ad Aaron & Hur. Operuitque nubes montem: iterumque dimisso Iosue in quadam planitie montis, solus ascendit Moyses. Septimo verò die vocauit eum Dominus. Qui ingressus nebulam, fuit cum Domino quadraginta diebus & totidem noctibus, neque comedens, neque bibens. Et ait Dominus ad eum post longam instructionem: Sume primitias, id est, preciosa quæque à populo Israel, & ab eo tantum qui vltro obtulerit aurum & argentum, hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum, pilos quoque caprarum & pelles arietum rubricatas, & li-

Exod. 20.

Deut. 5.

Aedificatũ altare Dei. Exod. 20.

Mandata caremonia & iudicia.

& ligna sethim, quæ sunt imputribilia ac incremabilia: oleum quoque, aromata, thymiamata boni odoris, & lapides onychinos, sardonycos & gemmas, & faciant mihi sanctuarium, vt habitem in medio eorum. iuxta similitudinẽ tabernaculi quod ostendam tibi, facias illud. Inprimis arcam facies de lignis sethim: longitudo eius ^{Exod. 25.} habebit duos & semis cubitos, id est, duas palmas & semissem, latitudo cubitum & semissem, altitudo similiter cubitum & dimidium. deaurabis eam auro mundissimo in- ^{Arca & ta- bernaculi descriptio.} tus & foris, laminis aureis operiendo illam. faciesque supra coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, & duo in altero: faciesque vestes de lignis sethim, quos operies auro, inducesque circulis, vt portari possit arca, nec extrahi debent. Ponesque in arcam testificationem quam dabo tibi. Facies & supra arcam propiciatorium aureum, hoc est, tabulam auream in longitudine & latitudine arcæ, vt eam tegat: quod & vocatur oraculum. Ex vtraque verò parte in angulis anterioribus pones duos cherubin aureos & productiles, vtrunq; latus propiciatorij tegentes: & cherubin se mutuo respiciant, duabusque alis expansis & mutuo se tangentibus velabunt oraculum. Ego loquar ad te, & præcipiam supra propiciatorium de medio cherubin duorum, qui erunt supra arcam. Præcepit quoque fieri tabernaculum, hoc est, domum qua- ^{Taberna- culum.} dratam & oblongam, tribus clausam parietibus, aquilonari, meridiano, & occiden- tali, ita quòd liber pateat introitus ab oriente. longitudo eius erit xxx. cubitorum, latitudo decem, & altitudo decem. In latere meridiano erunt tabulæ de lignis sethim ^{Tabulæ.} stantes viginti, spissitudine digitorum quatuor, in latitudine cubitum & dimidium habentes, denos verò cubitos in longitudine singulæ tabulæ habebunt, sursum erigentur: sicut & in eis in castratura, & iungentur sibi mutuo, ne rimula sit ibi aut planities parietis inæqualis, & erunt inauratæ ex vtraque parte: superpositæ verò singulæ tabulæ duabus basibus argenteis perforatis, in quarum foraminibus quasi in castraturis, immittantur tabulæ cardinibus aureis in basibus: erunt enim bases superius qua- ^{Bases.} dratæ, habentes supra foramen, inferius acutæ & longæ, vt figantur in terram. Eodem schemate præcepit fieri parietem in parte aquilonari. ad occidentalem verò pla- ^{Paries.} gam tabernaculi, præcepit fieri sex tabulas per omnia similes alijs, stantes in basibus, & implebunt nouem cubitos, & sic dimidius cubitus ex vtraque parte vacuus patebit. & ideo sicut adhuc duæ tabulæ semicubitales, & quatuor digitorum in lateribus, quæ vtrinque appositæ ad parietem Occidentis, alijs duabus compaginatur, quæ etiã singulæ duabus basibus innitentur. Ne verò ventorũ impulsu vel qualibet alia eausa parietes concutiantur, singulæ tabulæ habeant annulos aureos quinque per ordinem, & fiant vestes quinque cubitorum de lignis sethim, & inaurati etiam, quinque ^{Vestes.} in latere aquilonari, & quinque in latere australi, & quinque in occidentali. Non autem erunt quinque ordines vestium, sed tres, putà vnus & continuus vestis à principio parietis vsque ad finem transmittitur per annulos in medio tabularum omnium, deinde per annulos qui erunt versus partem superiorem tabularum, transibunt duo vestes: vnus comprehendens decem tabulas, & alter similiter decem, & inferius simili modo duo vestes, ita quòd caput vnus transibit in caput alterius, in medio facientes vnum vestem contiguum. Vestes verò qui erunt in parte occidentali, erunt breui- ^{Annuli.} ores, quia paries ille habebit tantum decem cubitos & quatuor digitos. Erunt autem annuli & vestes in anteriori parte tabernaculi: & vnus parietis vestes cõiungentur vestibus alterius in angulo communi. Tectum autem tabernaculi non concameratum & recuruum, sed planum fiet, quatuor operimētis aptatum. Operimen- ^{Operimen- tum I.} tum primum erit de cortinis decem, factum ex quatuor coloribus opere plumario, puta ex bysso retorta & hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto. Longitudo vnus cortinæ habebit vigintiocto cubitos, latitudo quatuor cubitorum erit. Cortinæ ^{Cortinæ.} que sibi mutuo iungentur, & aliæ quinque similiter quasi duæ cortinæ sint: & hoc fiet per anfulas hyacinthinas in lateribus cortinarum dispositas superius & inferius, vt possint inuicem copulari, affixis annulis quoque aureis. Hoc modo fiet quasi vna cortina quadraginta cubitorum longitudinis, & latitudinis vigintiocto cubitorum. His cortinis tegatur tabernaculum totum secundum longitudinem. Tectum habebit triginta cubitos, & decem cubiti pendeant, tegantque parietem occidentalem: per transversum verò latitudo cortinæ, quæ est trigintaocto cubitorum, teget tabernaculum secundum, latum decem cubitorum, & pendeant à latere aquilonari octo cubitorum, & à meridie totidem: & sic cortinæ descendentes à lateribus, vno cubito

bito distabunt ab omni parte: introitus autem ab oriente cortinam non habeat, sed velum tantum. Operimentum verò secundum fiet ex sagis cilicinis vndecim. Longitudo vnus sagi habebit triginta cubitos, latitudo verò quatuor. ex quibus quinque iunges seorsum, & sex reliqua sibi mutuo copulabis. faciesque quinquaginta ansas in ora sagi cuiusque, vt cum altero copuletur. similiter facies quinquaginta fibulas aeneas, quibus iungantur ansae. sic vnum ex omnibus operimentum fiet, & sic in longum per transversum tegatur tectorium primum, & cum sit triginta cubitorum, per latera descendet vsque ad terram, ita vt cubitum cortinis non velatum vellet. sed quia saga coniuncta, putà vndecim, faciunt cubitos quadragintaquatuor, tabernaculum longum triginta tegent. verum & reliqui quatuordecim cubiti, septem descendunt ad occidentem, & septem ad orientem: decem partem occidentalem, quatuor verò quae supererant, duo in parte orientali replicata erunt, & duo in parte occidentali. Tertium operimentum facies de pellibus arietum rubricatis in longum & latum, vt cooperiant & cortinas ac saga: & ista duo de sagis & pellibus, descendant ad terram, à meridie, aquilone & occidente, affiganturque terrae cum funibus & paxillis. Quartum quoque operimentum in eundem modum erit superpositum pellibus arietum hyacinthinis, & haec duo vltima defendant ab aestu & imbribus. Color autem hyacinthinus similis caelo videbatur, ita vt adspicientes à longe, stupor inuaderet. Iussit autem Dominus tabernaculum in duas distingui partes: in Sancta Sanctorum à parte occidentali, decem cubitorum erit in longum, latum & altum: & in Sancta, eritque anterior pars ad Orientem, viginti cubitorum in longum, eritque communis sacerdotibus. Ad separationem verò ponentur quatuor columnae de lignis sethim, deauratae, capita habentes aurea & bases argenteas: super capita verò columnarum ponantur duo vectes decem cubitorum, à pariete in parietem protensi, in quibus per circulos aureos immitatur velum, quod pendeat ante quatuor columnas extensum, quadrum in omni parte, scilicet decem cubitorum, vt ex omni parte prohibeat adspectum interiorum. Fiat autem velum hoc ex bysso retorta, & de hyacintho ac purpura & cocco bis tincto, id est, de filis sericis hyacinthini, purpurei, & coccinei coloris, opere plumario eo, quod acu pingitur, compositum, & ex vniuersis floribus quos gignit humus, ac picturis (praeterquam animalium formis) decoratum: & intra pones arcam testimonij: pones & propiciatorium super arcam testimonij in Sancta Sanctorum. Faciesque in introitu tabernaculi versus Orientem tectorium, putà quinque columnas è lignis sethim, deauratas, habentes bases aeneas & capita aurea, super quas duo vectes decem cubitorum in longum, de pariete in parietem inferas ad modum trabis, vnde suspendas aliud velum per circulos aureos insertum, instar prioris operatum. Facies quoque mensam de lignis sethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, in altitudine cubitum & semissem. Inaurabis ex omni parte auro purissimo quatuor eius pedes, in quolibet pede aureus annulus, & in annulis vectes aurati fiant quibus portetur. Fiatque labium in mensa per circuitum, & labio affigatur aurea corona, alta digitis quatuor: itaque medietas eius super mensam emineat, ne superposita cadant ex ea: altera medietas inferius pendeat ad decorem: & sit corona interrasilis, id est, caelata reticulis. Huic superponatur alia corona minor, aureola scilicet. Mensam hanc pones ante velum Sancta Sanctorum ad aquilonem: ibi ponentur panes propositionis. Praecipit quoque Dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductili, cuius hastile basi infixum erat & ferreum, superuestitum calamis aureis quinque geniculorum ad modum cannae. Vbi autem calamorum capita inter se iungebantur, tangebantur capita, & inuicem ad modum scyphi iungebantur, tanquam duo scyphi ad modum nucis. Ex fundo cuiusque scyphi procedebant flores recurui quasi lilia, & in ipso fundo inter scyphum & lilia erat sphaerula volubilis, sicut in capitibus cathedrarum: & ita cum in hastili essent quinque calami in hunc modum copulati, quatuor erant ibi iuncturae, quarum quaeque habebat quasi scyphos duos sibi iunctos, & sphaerulas simul & lilia. Ex hoc hastili procedebant tria brachia ex lateribus hinc, & tria inde ferrea, quorum vnum quodque superuestitum erat calamis aureis ad modum hastilis, & in iuncturis coibant capita calamorum, quasi scyphi in modum nucis cum sphaerulis & lilijs. Erat autem, vt dicit Iosephus, ex lxx. partibus compositum, in vna basi erectum, sicut in hastili & brachijs erant calami xxix. non integri, sed ex duabus partibus. In medio vbi partes iungebantur, erat sphaerula superposita, ne iunctura videretur, & vt putaretur calamus

Saga.

III.

III.

Sancta sanctorum.

Sancta.

Columnae.

Velum.

Arca.

Tentorium.

Mensa.

Aurea corona.

Candelabrum.

Hastile.

Calami.

Scyphi.

Flores.

Sphaerula.

Iuncturae.

Brachia tria.

lamus vnus: & ita calami vigintinovem cum totidem sphaerulis, faciunt quinquaginta octo. Erant & quinque partes in basi, & septem lampadum sedes. habebat autem in summo septem capita aequalia: super quae ponebantur septem lucernae aureae. Infusoria etiam septem ex auro erant, quibus oleum lucernis infundebatur. erantque ibi forcipes, id est, emunctoria, ex auro. Erant etiam vascula ex auro, ad extinguendum in aqua quae emungebantur. Omne pondus eius cum vasis suis, habuit talentum auri ad pondus sanctuarij: tria enim habebat talenta, minus quinquaginta libris. Hoc candelabrum erat ad austrum contra mensam, oblique tamen, extra aditum. Praecipit etiam Dominus preparari ex auro purissimo quatuor genera vasorum, scilicet acetabula, phialas, thuribula, cyathos: in acetabulis vinum offerendum praegustabatur: sed vt vinum etiam colore cognosceretur, erant phialae vitreae. Scyphi verò minores & angustiores, erant aurei, è quibus fundebatur vinum super altare pro hostiae libamento: in thuribus, quae etiam mortariola vocabantur, thus praenoscebatur & offerebatur: simul & in acetabulis acetum, quod tamen quibusdam non placet. Praecipit quoque Dominus fieri alter holocaustorum de lignis sethim, quod habebat quinque cubitos in longitudine, & totidem in latum, & tres in altum. Erat autem concauum, & habebat superficiem terrae in profundo. parietes eius de ligno sethim, operi aereis laminis intus & exterius. habebat quatuor cornua, in quibus quatuor catenulae annulis inferebantur: à quibus dependens craticula aerea in modum retis vsque ad medium altaris, intus descendebat, super quam cremanda ponebantur. Circa angulos verò inferiores, quatuor erant annuli aerei, in quibus vectes imponebantur de lignis sethim & operi aere. Craticula quoque aenea, per cuius quatuor angulos, quatuor erant annuli aerei. ponebatur super arulam altaris, eratque super medium ipsius. Praecipit autem Dominus hoc altare poni ante tabernaculum sub dio, non directe ante introitum, sed aliquanto ad meridiem vergens, ita vt ante ipsum immolantes, stantes ad aquilonem, in ipsum tabernaculum vsque ad Sancta Sanctorum inspicere possent. Fecit & fieri atrium circa tabernaculum, in latere meridiano, centum cubitorum: in aquilonari, centum: in occidentali, quinquaginta: in orientali verò totidem erant: in medio cuius mansit tabernaculum. Erant autem in latere australi viginti columnae, altae quinque cubitis, vestitae laminis argenteis, capita habentes argentea caelata cum basibus aeneis, spatium quinque cubitorum inter se distantes: super quas annuli singuli singulis inerant, pertingebantque funes ab annulis vsque ad capita paxillorum, qui erant cubiti vnus magnitudine, & per singulas columnas in terram valide fixae, vt atrium immobile custodirent. cortina verò de bysso mollissima centum cubitorum in longum, & quinque in latum, per columnas dependebat, de capite vsque ad basin diffusa, vt nihil à pariete differre putaretur, nisi forte pro aeris intemperie quandoque retrò funibus & paxillis traheretur, vt sub ea tanquam sub tecto reciperetur populus. In eundem modum latus aquilonare disponebatur: ab occidente verò decem columnae, & cortina cubitorum quinquaginta atrium cingebatur: in egressu verò ab oriente tres columnae hinc, & inde tres stabant, & cortina iuxta has diffusa, nihil à prioribus differentes. In medio verò latere eius, quatuor erant columnae in modum portarum, quibus appensum erat velum, de quatuor preciosis coloribus contextum opere plumario, quod facile attolli & deponi poterat. Praecipit quoque Dominus fieri altare incensum de lignis sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, duos cubitos in altitudine. Vestitum id erat auro purissimo, cornua habens & craticulam auream, & catenas & annulos & vectes ferreos instar prioris: habebatque coronam auream per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mitterentur in eos vectes, & altare portaretur. vectesque erant de lignis sethim inaurati. positumque erat altare contra velum, quod ante arcam pendeat testimonij coram propiciatorio, & sic non erat intra Sancta Sanctorum, sed velum erat medium inter altare & arcam, quae erat intra Sancta Sanctorum: hoc altare dicebatur etiam altare thymiamatis. Hoc est quod dixit Dominus, Et adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans: manè quando componit lucernas, incendet illud: & quando collocat eas ad vesperam, vret thymiamata sempiternum Domino. Alia praeterea oblatio, scilicet de aridis & victimis, de viuentibus, & libamenta, id est, liquida, non offeretur in illo. Veruntamen semel in anno die propiciationis, deprecabatur Aaron super cornua eius in sanguine. Locutusque est Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stactem, gummi f. de myrrha fluens, galbanum, id est, Thymiamata, succum

Lampadum sedes. Lucernae. Infusoria. Forcipes.

Praecipit.

Vasa quorum in sacrificijs vti erat.

Altare holocaustorum.

Atrium.

Columnae XX.

Thymiamata, succum

succum ferulae, onycham, id est, ostreolam suauè olentem, & thus lucidissimū: aqualis ponderis erunt omnia: in tenuissimum puluerem comminues ea, & thymiana inde conficies. prohibuitque sub poena mortis, ne talis compositio fieret in vsu hominum. Addidit quoque & praecepit fieri vnguentum sanctum de quatuor aromatis myrrhae, cinnamomi, calami & castae, reductis in puluerem cum oleo oliuarum, determinatis ponderibus, balsamo addito. Praecepit etiam offerri à filiis Israel oleum oliuarum purissimum, piloque contusum, vt semper arderent ex eo lucernae in tabernaculo testimonij, quas accendebat Aaron & filij eius vespere, & vsque mane lucebant super candelabrum septem lucernae coram Domino, in die verò tres tantum. Locutusque est iterum Dominus ad Moysen: Facies & labium aeneum cum basi sua, vas scilicet lauatorium, quod ponatur intra tabernaculum & altare holocaustorum, in quo missa aqua lauabant sacerdotes manus suas & pedes, vestes sanctas accepturi, vt sacrificarent, & ingressuri tabernaculum ac egressuri. Hoc autem fiebat de speculis mulierum. Iterum locutus est Dominus ad Moysen: Applica Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungatur mihi. faciesque vestem sanctam, in qua sanctificatus mihi ministrer. Erant autem vestes sacerdotum, huiusmodi: Prima vestis, feminalia de bysso retorta contexta, quibus pudenda corporis contegi solent. Secunda, subucula descendens vsque ad talos, & decenter corpori cooprata, manicis brachia cōstringens ex sindone byssina. Tertio cingebatur sacerdos balteo quasi digitis quatuor reticulato, contexto floribus varij coloris: stamen verò tantum byssinum erat. sumens initium cingendi à pectore, circumductis lateribus, iterumque ante vmbilicum redibat, & ibi modicè stringebatur, vsque ad tibias pendens ad decorem, dum sacerdos nil operabatur: cum autem sacrificabat, ne impediretur, pendente super lauum humerum reflectebat.

Tiara. Quarto simplicem tiaram gestabat in capite in modū cassidis modicæ, medietatem verticis excedens, habens desuper aliud velamen byssinum, vsque ad inferiora barbæ descendens, celans pilei ligaturas & totam capitis superficiem, aptatumque, ne laborante sacerdote rueret. Super his, proprijs vestibus quatuor, induebatur princeps sacerdotum, quarum prima tunica hyacinthina, poderis dicta: eratque duabus incisionibus facta, confuta super humeros & per latera, in modum Dalmaticæ vestis facta, manicas eiusdem coloris habens assutas, capitium habens non ex transverso super scapulas, sed in longum sectionem habebat à pectore vsque ad medias scapulas: cui aperturae, ne ante & retro turpiter appareret, assuta erat vitta, quæ super scapulas hinc inde nasculis adstringebatur. Habebat autem pro fimbrijs 72. tintinnabula aurea, quibus erant immixti totidem nasculi, quasi mala Punica ex hyacintho & purpura ac cocco, bis tincto, ita vt post tintinnabulum esset malum granatū, quasi intercalari modo posita, vt audiretur sonus, cum sacerdos solus ingrederetur vel egrederetur sanctuarium, vt non moreretur. Secunda vestis erat ephod, similis super humerali Græcorum, de prædictis quatuor coloribus auroque contexta, sine manicis, ad modum collobij, descendens vsque ad renes, adeò vt supercingi posset, superiorem partem tunicæ hyacinthinæ tegens, inferiorem relinquens intactam. Ora verò laterum annulis aureis iungebantur, apertura autem habens in pectore quadram ad magnitudinem palmi, in quo logion inferebatur, in cuius parte superiori super vtrumque humerum infibulati erant auro duo lapides onychini sardonyses, in quibus erant sculpta nomina duo decim filiorum Israel provincialibus literis iuxta ordinem natiuitatis eorum: sex nomina seniorum in latere dextro, & sex iuniorum in latere sinistro. Habebat autem capitium ex transverso super humeros, fortibus loris contextum. Tertium ornamentum, rationale dicebatur, quadrangulum & duplex, ne pondere gemmarum rumperetur, mensuram palmi habens, scilicet apertura super humeralis implere sufficiens, ex prædictis quatuor coloribus contextum & auro, eodem schemate quo & super humerale: erantque in eo duodecim lapides auro firmiter inclusi per quatuor ordines, trini in singulis. In primo ordine sardius, topazius, smaragdus: in secundo carbunculus, saphirus, iaspis: in tertio ligurius, achates, amethystus: in quarto chrysolithus, onychinus & beryllus, in quibus erant scripta duodecim nomina filiorum Israel iuxta ordinem natiuitatis suæ. Et hæc duo nomina, Iudicium & Veritas, erant in eo scripta. Erant etiam in quatuor summitatibus Rationalis, quatuor annuli aurei, quorum duobus supremis inferre erant duæ catenæ aureæ, sibi inuicem coherentes obliquatæ: duobus verò annulis inferioribus

bus assutæ erant duæ vittæ hyacinthinæ, quæ circa latera ductæ, 2. annulis aureis inter scapulas inferebantur, qui sub vtroque sardonysce in ephod fixi stabant, vt vtraque ligatura ephod & logion sibi inuicem firmiter cohærent. Vltimum erat capitis ornamentum, quod tiara vel mitra dici potest, cidaris vel infula. Erat enim ad modum tiaræ communis facta, super quam confuta erat alia, tota hyacinthina, quæ circumdabatur aureo circulo 3. ordinibus facto: super quem ab occipite stabant flores aurei, à temporum vna parte ad alteram: à fronte verò supra stabat flos aureus similis herbæ, quæ hyoscyamos vocatur. In superiore verò planitie tiaræ ex omni parte in circuitu vsque ad summitatem eius, quæ in acutissimum desinebat cacumen, particulatim per loca erant mala granata auro cum spinosis extremitatibus suis fabrefacta: super frontem verò pendebat lamina aurea, quam petalon dicunt, ad modum lunæ dimidiæ facta, quæ armationem sursum habens, in medio anulum aureum, vncino aureo inferebatur, iuxta numerum dabunt singuli precium pro anima sua, & non erit in eis plaga dimidium sicut dabit quisque à xx. anno & supra. ab eo enim tempore ad nomen familiæ transibant. diues non addet, & pauper non minuet. hocideo, ne diuites sanctiores se pauperibus reputarent. ita etiam numerus virorum habebatur. Susceptamque pecuniam quæ collata est à filiis Israel, trades (inquit Dominus) in vsu tabernaculi, vt sit monumentum eius coram Domino, & propicietur animabus eorum. Locutusque est Dominus ad Moysen: Ecce vocavi ex nomine Beseleel filium Huri, filij Hur, de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia in omni opere ad cogitandum quicquid fabrefieri potest, dedi que ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan, & in corde hominis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta quæ præcepi tibi. Completisque sermonibus his, dedit Moysi duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei. Videns autem populus quòd moram faceret Moyses, dixerunt ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. ignoramus enim quid acciderit Moysi. Quibus restitit Aaron & Hur, sed indignatus populus spuit in faciem Hur. vnde timens Aaron, ait: Tollite in aures vxorum & liberorum, & afferite ad me. Quas cum accepisset, proiecit in ignem, & egressus est vitulus. Et dixit populus: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Aegyptij enim bouem adorabant. fecitque Aaron altare coram eo, & in crastinum in dixit solennitatem. Mane surgentes, obtulerunt hostias, & inceperunt ludere. Tunc ait Dominus ad Moysen: Descende, quia peccauit populus tuus, dimitte me vt deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Cui Moyses: Quæso Domine, quiescat ira tua, ne dicant Aegyptij: Callidè eduxit eos Deus suus vt interficeret, impotens eis dare terram quam promiserat, dicens: Terram hanc dabo semini tuo. Placatoque Deo, descendit Moyses, ferens tabulas ex vtraque parte digito Dei scriptas. Cui occurrit Iosue, qui expectabat eum ad montem, & ait: Vlulatus est in castris pugna. Ad hunc Moyses: Immo vox cantantium. Iosue enim ignorabat factum. Et appropinquans Moyses, vidit vitulum & choros: obstupuit, iratusque proiecit tabulas, & confractæ sunt, moxque vitulum combussit, & redexit in puluerem, sparsitque in aquam, ac dedit potū filiis Israel. Remansit autem color auri circa ora nacentium, ita vt discerni possent ab innocentibus. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille: Ne indignetur Dominus meus, tu enim nosti quòd populus iste pronus est in malum. Timui enim eum, & proieci aurum oblatum mihi in ignem, & egressus est hic vitulus. Videns autem Moyses quòd nudatus esset populus ornamentis, stans in porta castrorum, aduocans Leuitas, id est, filios Leui, qui non erant culpabiles in fabricatione vituli: Qui Domini est, inquit Moyses, iungatur mihi. Ponat vir gladium super femur suum, & transite per mediū castrorum, & occidat quisque amicum suum & fratrem. Erceciderrunt ea die vigintitria millia, & ait Moyses: Cōsecrasti manus vestras hodie Domino. Altera die locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum. ascendam ad Dominum, si quiuero eum deprecari pro vobis. Et cum ascendisset, orabat: Obscero mi Domine, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quæ scripsisti.

psisti. Cui Dominus: Qui peccauerit, delebo eum. tu autem vade, & duc populum istum quod locutus sum tibi. angelus enim meus praecedet te: Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Audiens haec populus, luxit: & nullus indutus est veste culta, deposuit autem ornatum suum. Tunc Moyses amouit tabernaculum de radice montis iussu Domini, & tetendit illud ex altera parte castrorum longè. Egrediebaturque Moyses ad illud, & plebs stabat in foribus tabernaculorum, ac adorabat procul, descendebatque columna nubis, & loquebatur Dominus cum Moysse, cernentibus cunctis. Id autem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Orauitque iterum Moyses ad Dominum: Respice populum tuum, si enim vis ut educam, indica mihi quem missurus es mecum. Cui Dominus: Et verbum quod locutus es faciam, & te ipsum noui ex nomine. inuenisti gratiam coram me. Qui ait: Si tu non praecedes, in quo scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo? Et dixit Dominus: Et verbum istud faciam. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit Dominus: Ego ostendam tibi omne bonum, & vocabo in nomine Domini coram te. miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursum ait: Non poteris videre faciem meam. non enim videbit me homo, & uiuet. Et iterum: Ecce locus, stabis supra petram: cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea donec transeam: tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, perfecte autem videre non poteris. Subiunxitque Dominus: Praecide tibi duas tabulas instar priorum, & scribe super eas verba quae habuerunt tabulae quas fregisti. esto paratus manè ut ascendas, nullus ascēdat tecum. Excidit ergo duas tabulas instar priorum lapideas, & de nocte ascendit in montem Sina. cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo inuocans. quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine, Deus misericors & clemens, patiens & multae miserationis ac verax, qui custodis misericordiam in milia. Et Moyses, eunte Domino coram eo in turbine, pronus in terram adorans, ait: Obsecro ut gradiaris nobiscum, auferasque iniquitates nostras. Cui Dominus, commemoratis quibusdam de tribus solennitatibus anni, & de oblatione primitiarum & primogenitorum, & ne cum gentibus terrae repromissae inirent pactum aliquod, aut iungrent coniugia: Obserua, inquit, cuncta quae hodie mandavi tibi. ego ipse eiciam ante faciem tuam Amorrahæum, Chananæum, Ethæum, Phereæum, Euaum, & Iebusæum. Scribe omnia haec, in quibus tecum & cum Israel pepigi foedus. Fuitque Moyses nunc secundo cum Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus. panem non comedit, & aquam non bibit. Cumque descendisset de monte, duas tabulas lapideas testimonij indicis gestans, appropinquabat populo, facie suam ignorans esse cornutam. radij enim miri splendoris ferebantur à facie eius, qui reuerberabant oculos intuentium eum, ita ut non possent inspicere filij Israel in faciem eius. quam obrem ad illum propius accedere non audebant, donec eos Moyses compellaret. Itaque vocati filij Aaron & synagoga principes primum veniebant. Tum intelligens Moyses se cornutum videri hoc splendore, posuit velamen super faciem, & sic providentiam quam circa eos Deus haberet, exposuit simul & ordinem, secundum quem viuentes essent habituri felicitatem, & quomodo Deus tabernaculum fieri iussisset, in quo descēdens de caelo, ad eos veniret, & quod nequaquam ulterius ad montem Sina necesse esset ascendere, quando ad eos descensurus esset Deus, & eorum adesse vellet orationibus. Et cum haec dixisset, protulit duas tabulas habentes digito Dei praecepta decem scripta. His auditis, gaudentes mox deferebant iuxta mandatum Moysis, aurum & argentum, & hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum ac byssum, pilosque caprarum, pelles arietum rubricatas, ligna sethim, & oleum ad conficiendum unguentum pro luminaribus, & thymiana suauissimum, lapides onychinos & gemmas ad ornatum super humeralis & rationalis, simulque ad faciendum tabernaculum, arcam, auream mensam, altaria, candelabrum, vasaque caetera, vestimenta Aaron pontifici futuro ac filijs eiusdem, ut sacerdotio fungerentur. Egrediaque omnis multitudo, obtulit mente promptissima quidquid preciosius habuit: & cum tanta copia, quod artifices voce praconis clamabant, ne quisquam ultra offerret. Vocauitque Moyses Beseleel & Oliab artifices, à Deo designatos, mandatque omnia fieri iuxta praeceptum Domini. qui cuncta fecerunt imperata, tabernaculum scilicet & quae in eo reponenda erant, arcam, mensam, altaria, candelabrum, vasa atque vestes in suo ordine. Expensumque est in opere sanctuarij totius aurum

rum nouem & viginti talentorum, septingentorum triginta siclorum ad pondus sanctuarij. Fuerunt praeterea centum talenta argenti, ex quibus conflatæ sunt centum bases sanctuarij. De mille autem septingentis & septuaginta quinque, facta sunt capita columnarum, quae etiam vestitæ erant argento. æris quoque oblata sunt talenta septuaginta millia, cccc. sicli, nec obtulerunt minores viginti annis. Igitur mensè primo, prima die mensis, anno secundo ab exitu Israel de Aegypto, perfectis vniuersis, erexit Moyses iussu Domini tabernaculum: posuit bases & tabulas, vestesque: statuit columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. posuit & tabulas testimonij in arca, subditis infra vestibus, & oraculum desuper statuit. Cumque intulisset arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum. posuit & mensam auream in tabernaculo ad plagam septentrionalem extra velum, impositis coram panibus propositionis, sicut praecerat Dominus. Posuit & candelabrum in tabernaculo regione mensae in parte australi, locatis per ordinem lucernis. Posuit & altare aureum incensi sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum aromaticum. Posuit & tectorium in introitu tabernaculi, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum & sacrificia. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij & altare, implens illud aqua, laueruntque in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus & pedes, cum ingrederentur tectum foederis. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tectorio. Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impleuit illud, nec poterat Moyses ingredi tectum foederis, nube operiente omnia, & hoc propter reuerentiam diuinæ praesentiae, & maiestate Domini coruscante. Accepit autem praecepta Moyses, ut donec maneret nubes desuper, maneret & ipsi in eodem loco: si verò tabernaculum deferebat, proficisci deberent: & sic ad nebulae eleuationem deinceps mouerunt castram, & ad depositionem deposuerunt: & dum stabat super tabernaculum, & ipsi stabant. Nubes autem Domini incubabat per diem tabernaculo ad refrigerandum, & ignis in nocte ad lucendum, videntibus cunctis per mansiones suas. Locutus est autem Dominus ad Moysen de tabernaculo testimonij, tradens caeremonias ei atque ritum colendi, de quo mox dicemus. Quia omnia praecepta legis diuinæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, finis enim praecepti est charitas, consequenter ponuntur praecepta in speciali, ordinantia ad Deum per actus exteriores, & sunt quaedam protestationes interioris cultus. Considerantur autem in hoc tria, cultus ipse, colentes, & instrumenta colendi. Cultus consistit in sacrificijs, quae in Dei reuerentiam offeruntur, de quibus dicetur postea. Ex parte colentium duo considerari possunt. nam quaedam pertinent ad totum populum, quaedam in speciali ad ministros. Primum dicemus de his, quae respiciunt populum, volentes per ordinem compendiosè de singulis aliquid ponere. Cum enim totus iste populus quandam dignitatis praerogatiuam obtineret propter reuerentiam Christi, qui ex illo populo sola cum gratuita electione nasci voluit, congruum erat, ut separaretur obligareturque specialiter ad aliqua, ad quae alij obligati non essent. Hoc est quod voluit Moyses, cum dixit: Te enim (denotando Israel) elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram, quia dilexit te, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris. Constituit ergo eis multas caeremonias. Primum, quod cultu vnus Dei exercerentur: Secundò, ut ab idololatria reuocarentur: ideo fuerunt etiam eis imposita sacrificia alia, & obseruantiae contrariae, à sacrificijs idolorum. Tertio, in figuram. erant enim sacrificia huius, figura nouae legis, scilicet Christi in ara crucis immolati. Primum itaque praeceptum erat circuncisio, sine qua nullus admittebatur ad legalia, de qua praeceptum erat: Masculus cuius praeputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illius de populo suo. Infans octo dierum circuncidetur. Atque per hanc circuncisionem distinguebantur ab alijs gentibus, in quantum habebat veram fidem & cultum vnus Dei. Deinde praecepit eis Dominus, ut in memoriam liberationis à seruitute Aegyptiaca, singulis annis facerent phase quartadecima die mensis primi, iuxta omnes caeremonias datas. & subiungitur: Si quis mundus est, & in itinere non fuerit, nec phase facit, exterminabitur. qui non est circuncisus, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenae & colono, qui peregrinatur apud vos. alienigena verò non comedet, ex eo. Praecepit quoque: Cum introduxerit te Dominus in terram Chananæ, & dederit tibi eam, separabis omne primogenitum tuum: quidquid

Expensum in sanctuarij opere auti quantum. Tabernaculi erectio.

Ordo praeceptorum diuinorum.

habueris masculini sexus in pecoribus, consecrabis Domino: Primogenitū asini mutabis oue: Primogenita animalium immolandum consecrabitur, & erunt sacerdotum. Cetera animalia immunda redimentur post mensem siclis quinque: canis primogenitum interficiatur: primogenitum hominis quinque siclis argenti redimatur, nisi sit de tribu Leui, quia illud erit Domino consecratum. Mea, inquit Dominus, sunt omnia primogenita, tam ex hominibus, quam ex iumentis, ex die quo percussit primogenita Aegypti: tradidique ea dono Aaron & filijs eius, vt seruiant mihi in tabernaculo foederis, & orent pro Israel. Decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt & illi sanctificantur. Et iterum: Quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Et iterum: Primitias frugum terræ deferas in domum Domini Dei tui. De primogenitis quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis, quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. Decimum animal dabitur Domino, nec mutari licebit in melius vel deterius. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addat quintam partem earum. Ex his habes, quod ex præcepto offerebant primitias frugum, decimas quoque earundem, similiter & animalium, primogenita quoque animalium & liberorum, adde & oblationes trium solennitatum. Et iterum: Tribus vicibus per annū apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei in loco quem elegerit Dominus, in solennitate azymorum, id est, phase, in solennitate hebdomadum, & in solennitate tabernaculorum. Postea verò de duobus festis parcebatur illis, qui longè erant ab Hierusalem, nō autem in tertio. Non apparebis ante Dominum vacuus. Vnde dicunt Hebræi, quod singulis annis fecerunt duas decimas: primam separabant Leuitis, quibus ex præcepto debebatur. Iterum nouem reliquas partes decimabant, & hanc secundam decimam sibi referuabāt, & ex ea ter in anno cum ascenderent in Hierusalem, oblationes & epulas sibi & domui suæ faciebant, & Leuitam conuicaneum, qui etiam cum eis ascenderat, inuitabant. in eosdem vsus referuabant sibi secundum animal post primogenitum, & similiter post primitias tantundem reponabant, quasi secundas primitias. Hæc secundaria præcepit Moyses fieri ad locum sanctū, & comedi eorum Domino, remotioribus tamen licebat ista vendere, & emere postea ex precio in Hierusalem quod desiderabatur. Tertio anno, duabus decimis sublatis, tertiam faciebant in vsus pauperum: & hanc reponebāt apud se, vt darēt peregrinis, aduenis, pupillis, & viduis pauperibus, ac etiā Leuitis, si indigerēt. Præcepto quoque: Sex annis seminabis terrā tuam, & cōgregabis fruges eius, septimo anno eam requiescere facies, in quo anno nulli licebit exigere debitum, nisi cōsinito: & si quid in eo anno ex præteritis frugibus succreuerit, inquit Dominus, comedent pauperes: & quod residuum fuerit, comedent bestiae agri. ita facies in vinea & oliueto. Dum hæc seruabant, sexto anno intantum abundabant fruges, quod sufficiebant ad vsum septimi, & ad sementem octauī, secundum Iosephum. Numerabis tibi quoque septem hebdomadas annorū, id est, septies septem, quæ faciunt quadraginta nouem, & elāges buccina mense septimo, decima die mensis propitiationis, sanctificabisque annū quinquagesimum, vocabisque annū remissionis, ipse est iubilæus. Nō seretis, neque metetis spontè in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, sed statim ablata comedetis: anno iubilæo redeant omnes ad possessiones suas. Quando vendes quippiā cui tuo, iuxta numerum annorum venditio fiat, nec vacat terra in perpetuum, sed sub redemptionis cōditione. quod si vendiderit tibi frater possessionē suam, & voluerit propinquus, redimere potest quod ille vendiderat: si ipse precium redimendū potuerit inuenire, cōputabuntur fructus ex eo tēpore quo vendiderat, & quod reliquum est, reddat emptori: alioqui habebit emptor possessionē vsque ad iubilæum. in ipso enim redibit ad pristinū dominum. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus annus impleatur: alioqui si non redimitur, non redimet postea, neque redibit in iubilæo. Aedes tamen Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi. quod si nō redimuntur, redibunt in iubilæo. Suburbana quæ sunt publico vsui deputata, vendi non possunt. Si paupertate grauatus frater, se tibi vendiderit, nō opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit: sed redimi poterit, vt de possessione dictum est: & si non redimatur, erit in iubilæo liber. Seruus & ancilla, sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinātur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, ait Dominus.

Hæc

Hæc hæreditario iure transibunt, nec redimi poterunt, nec libertatem consequentur etiam in anno iubilæo. Pro singulari quoque conuersatione eorum prohibiti fuerunt à nonnullis discretionis causa. Non seres vineam tuam altero semine grani vel leguminis, Non arabis boue & asino, Non indueris vestimento lana linoque contexto, Non ligabis os bouis triturantis in area fruges, Non induetur mulier veste virili, nec econtra. Si ambulas per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueniens, matrem pullis vel ouis incubantem, non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris. Non coques hoedum in lacte matris suæ, nec erit infœcunda vel sterilis in terra tua. Habebis locum extra castra, ad quem egrédieris ad requisita naturæ, gerens paxillum in balteo: eumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies, vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat foeditatis. Non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animalibus. Si plantaueris ligna pomifera, auferes præputia eorum: tribus annis poma erunt immunda: quarto anno fructus eorum sanctificabuntur Domino, & erunt sacerdotis: quinto autē anno comedetis fructus. Non comedetis carnem cum sanguine, non in rotundū arton debitis comam, nec radetis barbam. Super mortuo non incidetis carnes vestras, nec figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Carnem quæ à bestijs fuerit pregestata, nō comedetis, sed projicietis canibus, & sic poterāt vendere gentilibus. Omnis adeps Domini est, nec sanguinem nec adipem comedetis. de sanguine, perpetua prohibitio est. Sanguinē enim de auibus aut pecoribus non sumetis: sequitur quod sanguinem piscium comedere potuerunt: sed adipem animalis mundi & nō immolaticij, poterant comedere, secundum quosdam. vnde in Leuitico dicitur: Si quis ex venatione aut aucupio cepit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra, & comedat. sed quicumque comederit sanguinem, interibit de populo. anima enim omnis carnis in sanguine est.

De vestimento quoque præcepit, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas, id est, ligaturas aerei coloris, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini. De cibis etiam præcepit, vt non comederent immunda: bouem aut ouem, capram, ceruum, capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalem, & omne animal quod findit in duas partes vngulam, & ruminat, comedere potestis, inquit Dominus. De his autem quæ ruminant, & vngulam non diuidunt, hæc comedere non debetis: immūda enim sunt, vt camelum, leporem, coehrogryllum: quia licet ruminent, non tamen diuidunt vngulā. sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immundus est: cadauera eorum minus comedatis. Ex his quæ morantur in aquis, comedatis (inquit Dominus) quæ habent pinnulas & squamas: quæ absque pinnulis sunt & squamis, non comedetis, & morticina eorū vitabit. Ex auibus non comedatis aquilam, gryphem, haliaëtū, miluum, vulturem iuxta genus suum, omne corui genus, struthionem, noctuam, larum, accipitrem iuxta genus suum, bubonem, mergulum, ibim, cygnum, onocrotalum, porphyriorem, herodionem, charadriem, vppam quoque & vespertilionem: omne de volucris quod graditur quatuor pedibus, abominabile est, nisi habeat longiora retro crura, per quæ salit, vt est bruchus in genere suo, artacus, ophiomachus, atque locusta. Omne animal quod ambulat per manus quadrupes, immundum erit, vt simia, vsus. Inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, mustela, mus, crocodilus, mygale, chamaleon, stellio, lacerta, talpa, singula iuxta genus suum.

Ad hæc præcepit Dominus, ne quis ad diuinum cultum accederet immundus. Erat autem duplex immunditia in lege, spiritualis & corporalis. Immunditia spiritualis proueniebat à peccato, corporalis ex corruptione seu pollutione corporis. vnde à cultu spirituali impediabantur per peccata, quibus homines pollui dicebantur, sicut per idololatriam, homicidium, adulteria, incestus, & similia. Et ab istis pollutionibus purificabantur per aliqua sacrificia, vel communiter oblata pro tota multitudine, vel etiam pro peccatis singulorum, de quibus dicemus, cum de sacrificijs ageretur. A cultu verò exteriori impediabantur per quasdam immunditias corporales. Erat autem aliquando immunditia maior, quæ expiabatur per sacrificia pro peccato, quia talis immunditia aequaliter ex peccato procedit. Alia immunditia erat minor, quæ expiabatur per adspersionem aquæ expiationis, aut ex lapsu temporis. Immunditia corporalis erat quadruplex: Prima erat ex lepra, nam leprosus immundus erat, ideo separabatur ab hominibus, vt solus habitaret extra ca-

Prohibita.

Vestes.

Cibi.

Leuit. 11.

Pisces.

Aues.

De immundis.

diuis.

Lepra.

Leuit. 13.

fra omnia. Erant enim castra deitatis intra atrium, in quo erat tabernaculum. castra Leuitarum, quæ erant per gyrum atrij tabernaculi. castra populi, vbi communis populus habitabat. Tenebatur etiam habere vestimenta diffusa à lateribus, caput nudum, os veste contractum. Quod si miraculosè sanabatur, aut fortè quod sacerdos malè iudicauerat, ducebatur ad sacerdotem: qui egressus ad eum de castris, præcepit ei vt duos passerès offerret viuos, lignumque cedrinum, hyssopum, ac filum coccineum: vnum ex passeribus immolabat sacerdos super aquas viuas in vase fictili, stillans sanguinem super aquas. alium passerem ligauit ad lignum vnà cum hyssopo filo coccineo: faciensque adspersorium, tingebat in aquis rubricatis, adspersens hominem. dimittebatque passerem vnum auolare. cumque lauisset homo vestimenta sua, radebat omnes pilos corporis. & lotus aqua, ingrediebatur castra, ita duntaxat, vt maneret extra proprium tabernaculum septem diebus. Iterumque die septimo rasis omnibus pilis, etiam supercilijs, lotisque vestibus & corpore, die octauo tollebat duos agnos immaculatos, & ouem anniculam, & tres decimas similæ conspersæ oleo, & olei sextarium, offerebatque omnia ad osium tabernaculi. Tunc sacerdos immolabat agnum vnum pro delicto, & sumens de sanguine, ponebat supra extremum auriculæ dextræ hominis, & super pollicem manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittens in manum sinistram, & tingens pollicem dextrum in eo, adsperserat septies cõtra tabernaculum. Reliquum olei quod erat in sinistra, fundebat super extremum auriculæ dextræ, & super pollicem manus dextræ & pedis dextri. Et rogabat sacerdos pro eo. quod si manus eius hoc inuenire non posset, agnus tamen pro delicto & olei sextarius non minuebatur, quia ex his purificabatur homo, sed pro oue & agno relicto offerebat par turturum aut duos pullos columbarum, quorum vnus pro peccato, alter in holocaustum fiebat. offerebat quoque decimam similæ oleatæ.

De lepra vestis.

Lepra verò vestis, si perspicua erat, comburebatur: si dubia, recludebatur septem diebus. si creuerat macula, adiudicabatur lepra: si non creuerat, abluetur vestis, & recludebatur alijs septem diebus. si adhuc dubia erat, rumpebatur: si iterum alibi macula apparebat, lepra volatilis erat, & comburebatur vestis. Si verò macula apparebat in domo, præcepit sacerdos omnia de domo efferri: cõsideransque, vallículas in pariete, pallore vel rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, claudebat ostia domus septē diebus: post quos si inuenisset creuisse lepram, iubebat erui lapides leprosos, & projici extra ciuitatē & domum, & puluerem rasurę spargi extra castra, vel extra urbē in loco immūdo, & alios lapides substitui in domo, & luto alio liniri. quod si iterum redibat mala lepra, destruebatur domus, & ligna & lapides, & puluis extra oppidū projiciebatur in locum immūdum. Secundò, vir spermaticus vel patiens fluxū feminis, erat immūdos, & eijciebatur ex castris duobus primis: permittiebatur tamen habitare in castris populi, quia nō est morbus contagiosus. Talis cum sanatus fuerat, numerabat septem dies: postea & lotis vestibus ac corpore in aquis viuentibus, mundus erat: die autem octauo offerebat par turturum aut duos pullos columbarum, & sacrificabat sacerdos alterum pro peccato, alterum in holocaustum. Eadem lex erat per omnia in patiente fluxum sanguinis ex morbo, sicut contingit aliquando mulieribus: & est tertia immunditia maior. Quarta, mulier quæ peperit, immūda erat septem diebus, intātum quod quidquid tangebatur, immūdum erat: octauo die, si mas erat, circūcidebatur, & post illos septē dies manebat adhuc xxxij. diebus in sanguine purificationis. illis tamen xxxij. diebus licebat alijs communicare sibi, præterquam in lecto. accedere verò ad tabernaculum non poterat, nec tangere sancta. quod si peperisset foeminam, duplicabatur tempus. Expletis verò diebus purgationis, offerebat pro puero agnum anniculum in holocaustum, vel pullum columbæ, vel turturum pro peccato. quod si non poterat habere agnum, offerebat duos pullos aut duos turtures, alterum in holocaustum pro puero, alterum pro peccato suo, vel pro originali filia, quia id filio in circuncisione dimittebatur. Præter hæc redimere tenebatur primogenitū quinq; siclis argenti. Immūditie minores, erant multæ & varię, sicut & purificationes earundē. Si quis tangebatur cadaver hominis mortui in tabernaculo vel in agro, vel sepulcrū eius, immundus erat septem diebus, ita quod nō poterat ingredi castra deitatis. Tabernaculū quoque, in quo mortuus est homo, & vniuersa que ibi erant vasa, immūda erant septem diebus. tollebatque vir mūdus cineres combustionis vacce ruse, mittens super eos aquas viuas: tingebat in eis hyssopū, & adsperserat eos die tertio & septimo, tentoriū, homines, & omnem supellectilem: & lotis vestibus & corpore,

De minori immūditia.

re, mundi erant. Si die tertio non fuit adspersus immundus, die septimo non munda-

batur. si quis autem sic non expiatur, polluebat sanctuarium, & anima eius peribat de Israel, quia peccabat, & arcebat de ingressu loci sancti. Ille verò qui adsperserat, quia tangeret cineres, etiam immūdabatur, sed lauabat vestimenta sua, & immundus erat vsque ad vesperam, & eo ipso mundus. Item mulier patiens menstruum naturale, immunda erat septem diebus: separabatur ita, quod non admitteretur ad locum sacrificij, & cõmunicans cum ea in cibo vel lecto, omnisque, qui tetigerit eam, immundus erit. locus etiam vbi sederit mulier talis, purificabatur, vt supra de alia immunditia septē dierum dictū est. Sed quæ ex contractu illius immunda fuit, immunda manebunt vsque ad vesperam. tangens locū eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immūdos erit vsque ad vesperam. Simili modo fiet de eo, qui tetigerit vas super quod illa sederit. Qui coierit ignoranter eum menstrua, immūdos erit septē diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur: purificatio fiet, vt in proximo casu. sed si sciēter quis dormierit cum menstrua, ambo interfici debent, si de hoc conuicti fuerint in iudicio.

Item quicumque tetigerit animal mortuum, quod tamen licet comedere, immūdos erit vsque ad vesperam, & eo ipso mundabitur. Si verò comederit, ex eo quidquam siue portauerit, lauabit vestimenta sua simplici aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. Quidquid immūdū est ex animantibus, si quis portauerit morticinū eius, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam: qui verò tetigerit, immundus erit vsque ad vesperam. Si aliquod morticinum eorum super aliquod ceciderit, polluetur tam vas ligneum, quam vestimentū aut pelles: tingetur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperam, vas autē fictile cõfringetur. Si ceciderit super cibum vel vas liquoris, aqua ex vase sic immūdo, immūda erunt, aut etiā si morticinum ceciderit super ea: fontes verò & cisternæ & omnis aquarū congregatio, munda erit. si aqua vasis immūdi ceciderit super granum seminandū, non polluetur. secus de seminato. Qui comederit morticinum vel captum à bestia, immundus est: lauabitque vestimenta & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperam. nocturna pollutione immūdos, aut cognoscēs vxorem suam matrimonialiter, immūdos erit vsque ad vesperam. lauabit aqua omne corpus suū, & erit immūdos vsque ad vesperam. idem in muliere. Vestem & pellem lauabunt aqua, & immunda erūt vsque ad vesperam. hi omnes egredientur de castris deitatis interim. Si quis femininum aut mulierem patientem fluxum sanguinis morbidum, tetigerit, item si tetigerit lectū eius, item si sederit, vbi ille sederit, item si saliuam super aliquem iecerit, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam. Idem de contaminatis alijs. vas autem fictile cõfringetur. Idem circa virulam rufam, quam qui combufferit, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperam. & qui portauerit cineres istos, lauabit vestimenta, & immundus erit vsque ad vesperam. Omnis qui ingreditur tentorium mortui, & vniuersa vasa ibidem, immunda sunt septem diebus. tollētque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent in aquas viuas, ex quibus tinget homo hyssopum, & prædicta cõsperget tertio & septimo die: dein de lauabit se & vestimenta sua, ac erit immūdos vsque ad vesperam. ipse quoque qui adspersit aqua, lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immūdos erit vsque ad vesperam. quidquid tetigerit immundus, immundum faciet. & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam, abstinere ab ingressu atrij. Viso nunc de caeremonijs respicientibus generaliter hunc populum, restat nunc dicere de his, quæ specialiter respiciunt ministros vel Leuitas sacris deputatos, de quibus præcepit Dominus Moyse, dicens: Applica mihi tribum Leui, & quibus Aaron & filios eius constitues sacerdotes, externus autem & qui non est de filijs Aaron, si se ingerit officio sacerdotum, morietur. reliquā vero tribum Leui stare in cõspectu Aaron sacerdotis, vt ministret ei, & excubet ac obseruet quidquid ad cultū pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiāt vasa tabernaculi. dabisque dono Aaron ac filijs eius quæ sunt oblata à filijs Israel. Externus, id est, qui non est de tribu Leui, si accesserit ad ministerium Leuitarum, morietur. Rursus præcepit Moyse, vt initiaret Aaron & eius filios, Nadab, Abiu, Elcazar & Ithamar, in sacerdotes. Tunc ille colligans multitudinem, Dei voluntatem ei insinuaui, lauit Aaron & filios eius, vestiuitque ipsum Aaron subucula linea, accingens eum balteo, & induens tunica hyacinthina, & desuper humerali, quod adstringens cingulo, aprauit rationali, in quo scriptum erat Doctrina & Veritas: cidari quoque textit caput, & super cidarim contra frontem posuit laminam auream. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit

De ministris. Num. 3. & 13.

Leuit. 8.

liniuit tabernaculum cum omni supellectili, adpersitq; altare septem vicibus, vni-
 que illud, & omnia vasa eius, labrumq; cum basibus sanctificauit, oleo super caput Aa-
 ron fuso, id vniuit & manus eius, ita quod per barbam stillauit oleum vsq; in oram ve-
 stimenti eius. Filios autem vestibus lineis & balteis cingens, imposuit eis mitras, & ma-
 nus eorum oleo liniuit sanctificato. Cumque adpersisset vtrunq; altare septies
 aquis, vniuit & omnia vasa labiumque simul: obtulerunt Aaron & filij eius vitulum pro
 peccato suo, super caput eius manus imponentes: quem cum immolassent, Moyses tin-
 xit digitum in sanguine, & tetigit ex eo cornua altaris per gyrum. quo expiato, fudit
 reliquum sanguinem ad fundamenta eius: adipem vero qui erat super vitalia, & reti-
 culum iecoris, duosque renunculos cum aruina sua, adoleuit super altare, vitulum
 cum pelle & carnibus ac fimo cremas extra castra, sicut preceperat Dominus. obtulit
 & arietem in holocaustum secundum ritum consecrationis: quem cum immolasset Moy-
 ses, fumens de sanguine, tetigit extremum auriculae eorum dextrae, & pollicem manus
 dextre, similiter & pedis. reliquum sanguinis fudit super altare per circuitum, adipem
 vero omnem & caudam, renesque cum renunculis & armum dextrum, separauit. Tol-
 lensq; de canistro collyridam vnam & laganum vnum & crustulam vnam, omnia si-
 mul tradidit Aaron & filijs eius. quasi diceret: Accipite potestatem sumendi similia a
 Domino. qui cum teneret ea inter manus, superposuit Moyses omnibus pectusculum.
 tenentes ergo filij Aaron omnia haec in manibus, eleuauerunt ea coram Domino, &
 tradiderunt ea Moysi, qui omnia adoleuit Domino super altare, eo quod oblatio con-
 secrationis esset. assumensque vnguentum, & de sanguine qui erat in altari, admiscens
 aquas fontium, adpersit eos & super vestimenta eorum. Cumque sanctificati essent in
 hunc modum, reliquas carnes arietis coxerunt ante fores tabernaculi, & ibi comede-
 runt eas cum panibus, qui residui fuerant in canistro: & quod in crastino superfuit,
 crematum est. In hunc modum iterauit singula quae dixi, septem diebus, excepto
 quod non vestiuit eos, quia semel induti, septem diebus non deposuerunt vestes san-
 ctuarij, nec de atrio tabernaculi die aut nocte sunt egressi, sed obseruabant custodias
 tabernaculi, sicut precepit Dominus. Facto octauo die, vocauit Moyses Aaron
 & filios suos, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron: Tolle de armento vitulum
 pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrunque immaculatum, & offer illos co-
 ram Domino, loquerisque ad Israel: Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque
 agnum anniculum & sine macula in holocaustum, bouem & arietem pro pacificis,
 & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similia conspersam
 oleo offerentes: hodie enim Dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quae
 iusserat Moyses ad ostium tabernaculi, dixitque Moyses ad Aaron: Accede ad altare, &
 immola pro peccato tuo. deprecare pro te & pro populo. Accedens Aaron ad altare,
 immolauit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui, in quo tin-
 gens digitum, tetigit cornua altaris holocausti, & fudit residuum ad basim eius. adipem,
 renunculos, & reticulum iecoris, quae sunt pro peccato, adoleuit, sicut preceperat
 Dominus, super altare: carnes vero & pellem, extra castra combussit igni. Immolauit
 & holocausti victimam, obtuleruntque ei filij sui sanguinem, quem fudit per altaris
 circuitum. ipsam etiam hostiam in frustra concisam, cum capite & membris, omnia
 super altare cremauit, lotis aqua prius intestinis & pedibus. Pro peccato vero po-
 puli offerens, mactauit hircum, expiatoque altari, fecit holocaustum, addens in sacrificio li-
 bamenta quae pariter offeruntur: & adoleuit ea super altare vsq; caeremonijs holocau-
 sti matutini, immolauit & bouem atque arietem hostias pacificas populi. Obrulerunt-
 que filij eius sanguinem, quem fudit super altare per circuitum: adipem autem & cau-
 dam arietis, renunculosque cum adipibus suis, & reticulum iecoris, posuerunt super pe-
 ctora. Cumque cremati essent adipes, pectora eorum & armos separauit Aaron, eleuans
 coram Domino, sicut preceperat Moyses. Et extendens manum ad populum, benedixit
 ei, sicque completis hostijs pro peccatis, holocaustis & pacificis, descendit. Ingressi
 autem Moyses & Aaron tabernaculum, orauerunt Deum, apparuitque gloria Domini
 omni multitudini: & ecce egressus ignis a Domino, deuorauit holocaustum & adipem
 qui erant super altare. quod cum vidissent turbae, laudauerunt Dominum, ruentes in fa-
 cies suas. Hic autem ignis conseruatus est vsq; ad captiuitatem Babylonicam. tunc enim
 fuit absconditus in puteo sicco per sacerdotes illius temporis, & tempore Nehemie iterum
 inuentus. de hoc igne precepit Dominus, dicens: Ignis in altari meo semper ardebit,
 quem nutriet sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies. Ignis iste est perperuus,
 qui

Sacrificium
 Aaronis.

Ignis custo-
 dia.

2. Mac. 1.

Leuit. 6.

qui nunquam deficiet de altari, nec altero igne vtilicebat. Cum vero cineres abun-
 dabant, induebatur sacerdos vestibus quatuor sacerdotalibus: & tollens cineres, re-
 ponebat in peluim iuxta altare: & depositis tunc vestibus sanctis, indurusque alijs for-
 te ad hoc destinatis, cineres efferebat extra castra, & in loco mundissimo vsq; ad fauil-
 lam faciebat consumi. Arreptis autem Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, impo-
 suerunt ignem alienum, non de altari: & incensum desuper offerebant, quod eis pro-
 hibitum erat. egressusque ignis a Domino, deuorauit eos, & mortui sunt. dixitque Moyses
 ad Aaron: Hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in his, qui indiscretè ap-
 propinquant mihi, atque glorificabor, quod audies Aaron, tacuit. Vocatis autem Misá-
 hele & Elisapham filijs Oziel patris Aaron, dixit Moyses: Ire, & tollite fratres vestros
 de conspectu sanctuarij, & absportate extra castra. Confestim pergentes, detulerunt
 eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, eieceruntque foras: nec corpora nec vesti-
 menta eorum erant cremata, sed cum vestibus sepulti sunt. Dixitque Moyses ad Aaron
 & ad Eleazar & ad Ithamar: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere,
 vt gentes faciunt, ne forte moriamini. Iussitque filijs, vt tollerent partes de hostijs salutaribus,
 & oblata pro peccato, quorum sanguis non erat illatus in tabernaculum, & comede-
 rent ea. Inter haec hircum, qui oblatum fuerat pro peccato, cum quereretur Moyses,
 exustum reperit negligentia eorum. iratusque contra filios Aaron Eleazar & Ithamar,
 ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, vt portaretis iniquita-
 rem multitudinis, praesertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta? Respon-
 dit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino.
 mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino
 in caeremonijs mente lugubri? quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.

Dixit Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, ne contamen-
 tur in mortibus ciuium suorum, nec etiam principis, id est, non intersint funeribus,
 nisi tantum patris, matris, filij, filiae, fratris, fororis virginis, nec eos lauent, sepeliant
 vel plangant, nec radant caput, sed nec habeant concubinas, nec in vxorem ducant
 scorum, aut ancillam, nec captiuam, nec viduam, nec repudiatam, nec eas quae de
 pando chijs aut cauponibus vitam agunt. Sacerdotis filia deprehensa in stupro, flammis
 exuret. Pontifex vero maximus qui vnctus est, & cuius manus consecratae sunt, caput
 suum non discooperiat, vestimenta sua non scindat, ad mortuum non ingrediatur. (Vnde
 nec Papa exequijs interesse dicitur, etiam si mater vel pater moriatur.) virginem
 ducat vxorem, & tantum gentis suae. tamē de stirpe regia postea concessum est ducere
 vxorem ob reuerentiam. In comuni vero precepit sacerdotibus, ne quis in diebus
 suis vinum aut aliud quod inebriare posset, biberet, vt sciret discernere inter sanctum
 & prophanum, mundum & immundum, & vt doceret filios Israel legitima Domini,
 ne moriatur qui secus faceret. Iterum precepit, dicens: Homo de semine tuo, qui
 habuerit maculam, non offerat panes Deo, nec accedat ad ministerium eius: si caecus
 fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi naso seu torto, si fracto pede siue manu, si gib-
 bus, si lippus, si albuginem habes in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpo-
 re, vel herniosus, omnes hi non ministrent: vescantur tamen panibus qui offeruntur
 in sanctuario, ita dumtaxat, quod intra velum non ingrediatur, nec accedant ad alta-
 re. sint ergo sancti, ait Dominus, quia ego sanctus sum. Iterum locutus est Dominus:
 Loquere ad Aaron & filios eius, vt caueant ab his quae consecratae sunt, id est, oblatae sunt
 a filijs Israel, scilicet ne irreuerenter tangant vel comedant. Omnis enim homo qui ac-
 cedit de stirpe vestra ad ea oblata, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Ho-
 mo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens seminis fluxum, aut immundus
 ex tactu morticinij, pollutus erit vsq; ad vesperam: non vescetur de his quae sanctificatae
 sunt mihi, antequam sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, id est, ex perti-
 nentibus ad mortuum, & qui tetigerit seminis fluxum, & qui tangit reptile, aut quodlibet
 immundum, immundus est vsq; ad vesperam, & non vescetur sanctificatis: sed cum la-
 uerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus erit & vescetur. Mortici-
 nium & captum a bestia, non comedent. Omnis alienigena non comedit de sanctificatis,
 id est, qui non est de semine Aaron, exceptis vernaculis domus & emptijs: inquilinus
 autem & mercenarius non vescantur ex eis. Qui autem per ignorantiam comederit,
 addat quintam partem, & det sacerdoti in sanctuarium pro pena. Idem per omnia
 dic de filia sacerdotis, cuiuslibet ex populo nupta. Sin autem vidua vel repudiata, & ab-
 que liberis, reuerfa fuerit ad domum patris sui, sicut puella confueuerat, aletur cibis pa-
 tris,

Nadab,
 Abiu.
 Leuit. 10.

Leuit. 21.
 Precepta sa-
 cerdotum.

Leuit. 22.

tris, dum aliàs non sit immunda. Et sic tam mares quàm fœminæ, comedere poterant de decimis decimarum, de primitijs, primogenitis, hostijs salutaribus, siue pro gratiarum actione, siue spontè aut ex voto oblati, dum tamen non essent immundi. hostia tamen salutaris, si pro gratiarum actione fiebat, eodem die comedi debebat, nec in alterum referuari. Si voto vel spontè quis obtulisset, similiter eodem die, si tamen quid de eo in crastinum remansisset, vesci licitum erat. quicquid autem tertius inuenisset dies, igni consumebatur. quòd si quis die tertio de victimis pacificorum comedisset, irrita fiebat oblatio eius: pacificorum etiam tertia pars cedebat offerenti, quam comedere potuit ubiq; in Hierusalem. poterat etiam ad hoc inuitare quoscunque, duntaxat mundos. Erat & aliud speciale: panes enim fermentatos in hoc sacrificio obtulerunt ad esum carni, oblationem tamen super altare non ponebant. De hostia verò pro peccato cõmissionis & obmissionis, pars cremabatur, pars cedebat in vsum sacerdotum, cunctis scilicet filijs Aaron, & æqualiter diuidebãt: soli autem mares comedebant hanc partem in atrio tabernaculi, non tamen sub dio, sed in exedra, & eodem vescebantur die, omnis scilicet masculus de genere sacerdotali. Excepta erat hostia pro peccato, cuius sanguis inferebatur in tabernaculum: hæc comburebatur sicut hostia pro peccato sacerdotis aut multitudinis. in hostia pro peccato, panes absque fermento offerebantur ac melle. Est tamen verum, quòd etiam Leuitæ qui seruebant in templo, sustentabantur de oblationibus & sacrificijs quæ fiebant in templo.

Ad hæc locutus est Dominus ad Moysen: Præcipe filijs Israel, vt offerant tibi oleum purissimum ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij fœderis, scilicet quòd diuidebat Sanctum Sanctorum, ita vt omnes septem lucernæ arderent de nocte, ac die tres tantum. componetque eas Aaron à vespere vsque in manè cultu sempiterno, accipiesque simlam, & ex ea duodecim panes (qui singuli habebunt duas decimas ephi, hoc est, decimam partem ephi) sacerdotes coquere ac formare facias; quorum senos super mensam coram Domino statuas altrinsecus, putà sex in quolibet ordine, vnus super alium, & pones super eos thus lucidissimum. erat enim vas aureum thure plenum in summitate sex panum. Et per singula sabbata mutabantur. eruntque Aaron, inquit, & filiorum eius, qui comedent eos in loco sancto. In necessitate tamen poterant alij dari, sicut Achimelech dedit Dauid, vocabanturque panes propositionis. Erant alij panes Leuitici, quibus Leuitæ vescebantur, qui propter maculam ministrare non poterant, & filia familiæ, non autem alia, siue maritata aut vidua vel repudiata, nisi necessitate redisset ad patrem, sicut supra tactum est de hostia salutaris. Erant & adhuc panes, dicti laici, id est, communes, quibus laici vesci poterant. Iterum locutus est Dominus ad Moysen: Tolle Leuitas de medio filiorum Israel, & sanctificabis eos. Itaque Leuitæ prius adpersi aqua lustrationis, rasisque omnibus pilis, exceptis capillis, lotis etiam indumentis, coram Domino statuuntur ad ostium tabernaculi. conuocataque multitudine, ac ponentes manus suas super eos filij Israel, obtulerunt illos Aaron munus Domini, vt seruirent in ministerio. Leuitæ tamen obtulerunt boues duos, quorum alterum sacrificabat Aaron pro peccato, alterum in holocaustum. Posteaque ingrediebantur tabernaculum fœderis, separati de medio filiorum Israel, vt seruirent Domino. Dixitque Dominus: Pro primogenitis accipio eos, sanctificauique ac tradidi Aaron ac filijs eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo, & orent pro eis. subiunxitque, Hæc est lex Leuitarum: à 25. anno & supra, ingredientur vt discant ministrare in tabernaculo fœderis: sed à 30. anno & supra vsque ad quinquagesimum ministrent mihi, stentque in tabernaculo. Cumque quinquagesimum annum impleuerint, seruire cessabunt, scilicet quo ad onera, eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata, opera autem ex tunc ipsi non facient. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ partem & hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia & oblationes comedent ministrantes in templo. sacerdotum enim erunt sacrificia, oblationes omnes, primitiæ frumenti, vini, olei, lanarum ex ouium tonsione, primogenita quoque ac vota, omnesque decimas dedit Dominus filijs Leui, vt seruiret ei in tabernaculo. de hac decima dabat Leuitæ decimam summo sacerdoti. Offerte, inquit Dominus, decimam decimarum Aaron, optima & electa erunt cuncta quæ dabitur, ne moriamini. Et factum est in die qua compleuit Moyses tabernaculum, vnxit & sanctificauit vasa & altare, obtuleruntque principes Israel & capita familiarum munera coram Domino. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrum duo duces tribuum duarum, & vnum bo-

Leuit. 24.

De panibus propositionis.

1. Reg. 21.

Panes Leuitici.

Panes laici. Num. 8. De Leuitis consecratis.

Quæ sacerdotum bona.

Num. 7.

Munera ad tabernaculum.

bouem singuli. atque Dominus Moysi: Suscipe hæc in vsum tabernaculi, & trade Leuitis. duo plaustra & quatuor boues dedit filijs Gersan, qui portabãt ex officio tabernaculi mollia, quatuor alia plaustra & octo boues dedit filijs Merari, illi portabãt dura. Caathitis verò non dedit plaustra, qui portabant sanctiora, id est, ea quæ erant in tabernaculo, humeris suis. Deinde singuli duces 12. tribuum in dedicationem altaris munera obtulerunt. primo die obtulit Naafon de tribu Iuda, filius Aminadab, acerabulum, id est, scutellam argenteam pondo 130. siclorum. in hoc probabatur incensum, phialam quoque argenteam 70. siclorum, vtrunque plenum simila cõspersa oleo in sacrificium. Mortariolum quoque ex decem siclis aureis plenum incenso, id est, coclear. Bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato. Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Secundo die obtulit Nathanael dux de tribu Isachar, similia quæ Naafon. Idem fecit tertio Heliab de tribu Zabulon, quarto Elisur de tribu Ruben, quinto Salamihel princeps filiorum Simeon, sexto Heliaph de tribu Gad, septimo Elisama de tribu Ephraim, octauo Gamaliel de tribu Manassæ, nono Abidam de tribu Benjamin, decimo Abiezer de tribu Dan, vndecimo Phagiel de tribu Aser, duodecimo Ahira de tribu Neptalim. Cumque ingrederetur Moyses, audiuit vocem Domini: Nazaræorum erit lex, qui se deuouebunt perpetuò, aut certum ad tempus: Omni tempore separationis suæ nouacula non transibit super caput suum. nil quod inebriare potest, bibant. non comedant fructum de vinea ab vna vsque ad acinum. ad nullum mortuum ingrediatur. quòd si quis moriatur subitò coram eis, polluentur: caput radent ilico, die septimo offerat quisque par turturum aut duos pullos columbarum: sacerdos vnum faciat pro peccato, reliquum in holocaustum, diesque quos fecit, pro infectis erunt. Completis autem diebus voti sui, offerat agnum anniculum in holocaustum, ouem anniculam pro peccato, arietem in hostiam pacificam, canistrum quoque diuersorum panum azymorum ac libamina, exceptis his quæ spontè offerre vult. Offert autem mulier, si votum fecerit, 30. siclos: vir, quinquaginta, si poterunt: ad arbitrium verò sacerdotis, pauper offert. Hostijs immolatis, à sacerdote radetur Nazaræus ad ostium tabernaculi, ponetque sacerdos cinem in ignem sacrificij, & sic ad communem hominum vitam redire poterit, nisi perpetuò sit deuotus. Nunc de sacrificijs & oblationibus erit dicendum, circa quæ quatuor erunt consideranda: sacrificia quæ Deo offeruntur, eorum causa, tempora, & loca. Eorum quæ offeruntur, triplex erat discretio: aut enim erat oblatio de animalibus, & sacrificium dicebatur: fiebat autem de tribus tantum animalibus, de bobus, ouibus & capris: ex volatilibus tantum de turture & pullis columbæ, excepto quòd in emundatione leprosi passeris offerebantur. De his quoque quæ ex terra nascuntibus in vsum hominum veniunt, offerebant farinam aut spicas, panem, vinum, oleum & sal in condimentum, thus quoque in solatium. Ex his quæ sunt de sicca materia seu aridis, propriè oblatio dicebatur: de liquidis verò, dicebatur libatio. Mel verò non offerebatur neque fermentum, exceptis primitijs mellis, & quòd in hostia pacifica panes fermentati offerebantur, super altare tamen non ponebantur. Sacrificiorum verò vsus triplex erat: Quoddam offerebatur ad reuerentiam diuinæ maiestatis ac bonitatis, hoc totum comburebatur, & idcirco holocaustum dicebatur. Quoddam offerebatur pro peccatis Deo, quasi ex necessitate remissionis obtinendæ. illud diuidebatur in duas partes: vna pars comburebatur, altera cedebat in vsum sacerdotum, ad significandum quòd expiatio peccatorum fit à Deo per ministerium sacerdotum, excepto sacrificio pro peccato totius populi vel solius sacerdotis: tunc enim totum comburebatur. Tertium sacrificium vocabatur hostia pacifica, quæ offerebatur vel pro gratiarum actione, vel pro salute aut prosperitate offerentium: & ista diuidebatur in tres partes, vna incendebatur in honore Dei, alia cedebat in vsum sacerdotum, tertia in vsum offerentium, ad signandum quòd salus hominis est à Deo, dirigentibus ministris Dei, & cooperante offerente. Hoc autem generaliter seruabatur, quòd sanguis & adeps non veniebant in vsum prædictorum, sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris, adeps adurebatur igne. Idololatræ enim libabant in sanguine, & comedebant adipem, eo quòd vita in sanguine, nutrimentum in adipe consisteret. Causarum igitur sacrificiorum, triplex erat differentia. Offerebant enim aliquando spontè, alij necessariò & dupliciter, vel ex voto, vel ex præcepto. Vnde inter sacrificia holocaustum erat perfectissimum, fiebat enim in his tribus armen-

Num. 6.

Lex Nazaræorum.

De sacrificijs.

Triplex vsus sacrificiorum.

Offerendi causa. Leuit. 1.

tis, de bobus scilicet, ouibus & capris: & in auibus, de turture & columba. de pedibus offerebatur tantum masculus anniculus, id est, vnus anni, vel circa, excepto boue, qui supra annum poterat offerri. Erat & immaculatus, quod non intelligas de macula velleris, sed defectu corporis, id est, non debili aut fracto membro, papillas aut scabiem habens & similia: offerebaturque primo sacerdoti ad ostium atrij tabernaculi, vt videret si idoneum animal esset, postea offerebatur ad ostium tabernaculi Domino. ita prius offerre volens, lauabat manus, quia præter mare sacerdotum, erant in atrio duo maria, vnum virorum, alterum mulierum. Postea imposuit manum super caput hostiæ in signum abdicationis, quam tunc recepit sacerdos, reducebatque ad altare holocaustorum: & stans ab aquilone, immolabat Domino ad latus altaris, fundebatque sanguinem eius circa crepidinem altaris. detractaque pelle, quæ erat sacerdotis, artus in frustra concidebat. quibus lotis cum capite, pedibus & intestinis, adolebat super altare omnia in odorem suauitatis, scilicet ex offerentium fide & deuotione. Sin autem de auibus fieret holocaustum, forte si pauperes erant, offerebatur aut pullus turturis aut columbæ, cui frangebatur sacerdos collum sola manu: & retorto collo cum capite sub ascella, vngue cutem colli vbi fractum erat, rumpebat: ac fuso sanguine circa crepidinem altaris, vesiculam gutturis & plumas proiebat ad orientem in loco secreto, vbi cineres effundebantur: contractisque ascellis manu, adolebat ea super altare holocausti. Et hæc holocausta, minora erant voluntariaque: nam quædam maiora erant & necessaria, vbi & pellis ac fimus etiam incendebatur, non tamen super altare. de his dicitur postea, vbi de peccato multitudinis aut sacerdotis agitur. Sacrificia verò vel oblationes, quæ vel pro gratiarum actione fiebant, vel ex voto aut spontè, salutaria vocabantur. Et fiebant de animalibus prædictis, non autem de auibus. Sanè in modo offerendi idem fiebat vt in holocausto: sed in hoc erat differentia, quia hinc offerri potuit vel masculus vel foemina, anniculus vel grandior, immaculata tamen: pars verò incendebatur Domino, pars erat sacerdotum, pars offerentium. * de armento omnis adeps, id est, pinguedo interior. nam ea quæ est supra carnem animalibus, aut est aruina, aut lardum, quæ carnem admixta, propriè pinguedo: quæ est in intestinis, propriè adeps est: & adeps Domino offertur. Est autem triplex adeps: vitalium, (id est, cordis & ventris) iecoris, (id est, reticuli) & renum. hos adipos tres, ac duos renes & renunculos, adolebit sacerdos super altare. eadem etiam de capra. si verò de ouibus erat oblatio, præter prædicta offerebatur cauda integra, & pellis erat sacerdotis qui offerebat: armus verò dexter & pectus cedebant in vsum sacerdotum, & lingua cum faucibus quæ pectori adhærebant. his (vt prædictum est) vescebantur in domibus cum vxoribus & liberis & domo tota, mundis tantum: reliqua erant offerentium, & inde epulabantur coram Domino in ipso atrio, vel iuxta, immo in tota ciuitate Hierosolymitana. licebat etiam ex his tam sacerdotibus, quam alijs edere ad hoc inuitatis, ita tamen, si pro gratiarum actione hostia fuit, eadem die vesci licebat, nec in alterum reseruare: si verò ex voto vel spontè offerebatur, & quid in crastinum remansisset, vesci licebat: quòd si quis die tertio comedisset, irrita eius fiebat oblatio, & peribat anima eius de populo. Quòd si manus hominis animal inuenire non potuit, putà pauper, offerebat pro salute vel pace simlam, farinam scilicet delicatissimam, fundens desuper oleum: thusque offerebatur cum ea. Sacerdos autem thus & pugillum similæ oleatæ adolebat super altare in memoriam offerentis, reliquum erat sacerdotum. Si verò de simila coctum offerebat, panes sine fermento, conspersos oleo, coctos in clibano vel in craticula offerebat & lagana. Si verò coctum in sartagine offerebat, conspersum oleo & sine fermento erat, diuidebatur minutatim. Ex his sacerdos offerebat coram Domino de panibus vnum, & de fructis vnum: reliquum erat Aaron & filiorum eius ad edendum cum omni domo sua æqua sorte. & quidam dicunt quatuor genera panum fuisse, coctum in clibano, coctum in craticula, coctum in aqua, quod laganum appellant, & coctum in sartagine. Hostia verò pro peccato, vel fiebat pro peccato sacerdotis, aut pro peccato synagogæ, aut principis, aut animæ priuati. Si ergo sacerdos qui vnctus erat, peccabat, delinquere faciens populum, tunc offerebat pro suo peccato per manus impositionem, ad ostium tabernaculi vitulum immaculatum, & coram altari immolabat eum: hauriensque de sanguine, inferebat illum in tabernaculum: & intingens in eo digitum, adspergebat septies contra velum sanctuarij, ac de eodem ponebat super cornua altaris incensum: & egrediens,

Bos immaculatus.

Leuir.

Sacrificiorum appellatio & forma. Leu. 4. 8. 16.

Adeps triplex.

Panum genera.

Hostia pro peccato.

ens, reliquum sanguinis fundebat circa crepidinem altaris holocausti, & omnem adipem cum renibus & renunculis adolebat super altare: pellem verò & omnes carnes cum fimo etiam efferebat extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solebant, ac incendebat ea super struem lignorum. Quòd si omnis turba, id est, synagoga per ignorantiam peccabat contra mandatum Domini, seniores populi offerebant ad ostium tabernaculi per manus impositionem vitulum, & fiebat de eo sicut de priori: oranteque pro eis sacerdote, propicius erat ei Dominus. Et sic pater differentia inter hæc holocausta, & ea de quibus in principio: quia ex his nihil erat sacerdotum, nec etiam pellis: totum enim Domino cremabatur. nam membra istorum cum capite, pedibus & intestinis lotis, ponebantur super altare ad adolendum, nisi adeps cum renibus & renunculis: quia erat generalis regula, de cuius sanguine inferebatur in sanctuarium, nil ex eo licebat remanere, nec aliquid ex eo adolebatur super altare, nisi solum adeps cum renibus & renunculis. In modo etiam offerendi & numero sacerdotum erat differentia: de carnibus enim holocausti salutis fiebant nouem partes, quas super altare ponebant nouem sacerdotes, quisque suam: vnus verò quatuor simul offerebat, scilicet caput, pedes, iecur, & intestina lota: duo verò sanguinem offerebant, vt omnes simul essent duodecim. Quòd si peccauit princeps aut tribunus per ignorantiam, & post intellexerit peccatum, offerat ad ostium tabernaculi per manus impositionem hircum immaculatum: quo immolato, tingeat sacerdos digitum in sanguine, quo tangebat cornua altaris holocausti, reliquum fundens ad basim eius, & adolebat adipem, renes & renunculos: reliqua erant sacerdotis. Sed quia erat hostia pro peccato, & de sanguine eius tincta cornua altaris, carnes eius erant sanctæ. sanctificabant itaque & carnes & cætera tacta ab eis, sed non quælibet, immo in genere suo, vt caro carnem, panem panis, simila simlam: & non vescebatur eis, nisi sacerdos vnctus & mundus, nec nisi in loco sancto & eodem die: si quid residuum esset, igni comburebant: si vestis eius polluebatur eius sanguine, abluetur, vt nullum remaneret vestigiū sanguinis: alioqui vrebatur. vas testium in quo coquebatur caro, frangebatur: æreū, defricabatur & lauabatur. Cum verò peccabat per ignorantiam anima, id est, priuatus de populo, offerebat capram immactatam eo modo quo supra, vel agnum: si pauper esset, duos pullos turturis vel columbæ, quorum alter offerebatur Domino in holocaustum, alter erat sacerdotum: cuius tamen sanguis ad fundamentum altaris effundebatur seu distillabatur, quia pro peccato erat. quòd si nec auiculas poterat inuenire, offerebat simlam, decimam partem ephi, nec mittebat in ea oleum aut thus, quia pro peccato erat. Cuius memoriale sacerdos adolebat super altare, reliquum habebat in munere, rogabatque pro eo, & dimittebatur peccatum. Hoc vbique intelligas, pro deuotione & oratione sacerdotis & offerentis, quæ fiebant in fide Christi venturi, non autem virtute sacrificij. Qui verò peccat, sibi que conscius est, licet nullus possit ipsum arguere, offerebat arietem, cuius carnes sacerdotes immolent, & (vt pro peccato dictum est) partem comedant in templo vel loco sancto eodem die. Quòd si qui per negligentiam suam peccauerint, id est, negligendo mandata, confitebuntur peccatum suum voluntariè, non vi, & reddent ipsum caput, id est, debitum, addantque quintam partem ei in quem peccauerint. Sin non fuerit qui recipiat, dabit sacerdoti conuertendum in utilitatem suam, & nihilominus offerat arietem pro expiatione peccati ipsius. Sed quia non offerebatur hostia vel in holocaustum siue in sacrificium sine libamentis, notandum quòd libamen erat simila oleo glutinata & vinum, quæ cum hostia adolebantur. cuique hostiæ proprium libamen determinatum erat: pro agno, similæ decima pars ephi, vinum quarta pars hin. Erant autem ephi & corus, mensuræ aridorum: hin & batus, liquidorum. pro vitulo, de simila tres decimæ, de vino media pars hin: pro ariete, de simila duæ decimæ, de vino tertia pars hin, eadem erant & hirci libamina. Adde sacrificijs vota ac sacrata Domino: si quis vouit se Deo, quia nõ est animal immolaticium, ideo redemptionem dabat: masculus quidem à vigesimo anno vsque ad sexagesimum, dabat quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij, mulier 30. A quinto autem anno vsque ad vigesimum, masculus dabat viginti siclos, foemina decem. Ab vno mense vsque ad annum quintum, mas quinque siclos, foemina tres: sexagenarius & ultra, mas 15. foemina decem. Pauper estimationem reddere non valens, reddet ad arbitrium sacerdotis. Si quis vouit animal immolaticium, mutari non poterat, etiam in melius: si quis mutasset pro alio, vtrumque consecratum erat Domino.

Oblatio pro ignorantia.

Duodecim sacerdotes hoc sacrificium peragebant. De peccato principis.

Oblatio pro ignorantia.

Oblatio pro conscientia peccato. Pro negligente.

Libamen.

De votis.

Domino. Animal immundum redimet iuxta sacerdotis arbitriū, qui statuet precium, & addet quintam partem: sin non voluerit, dabitur alteri, precio taxato. idem dic de domo. Ager verò iuxta mensuram sementis aestimabatur, habito respectu, an ager sit ex possessione maiorum, aut emptus. Emptum si quis vouisset, quia in anno iubileo redibat, iuxta supputationem annorum aestimabant: sed si ex possessione maiorum agrum vouisset quis, retulit an venderet sacerdos extraneo: quia tūc redibat ad eum, si vouenti non redibat in iubileo, ideo quintam partem ad precium tenebatur addere. Quicquid verò Domino fuerat consecratū, siue homo, siue animal, siue ager, non venibat, nec redimi poterat, sed moriebatur, intellige ciuilitate, purā si quis de tribu Leui consecratur Domino ad seruiendum in tabernaculo, vt Samuel: si esset de alia tribu, quia non posset accedere ad ministerium, tamen in alijs pijs operibus seruire posset, vt Samson qui fuit ex tribu Dan, & consecratur Domino in abstinentia à potu & inebriatio, & filia Iepthā in orationibus & vigilijs, seruus gentilis deputari potuit ad seruitia. Animal immolaticium non poterat redimi: si non immolaticium, & tamen valens ad aliqua seruitia, vt equus, remanebat in obsequio diuino. sic de domo & agro. nam nec in iubileo poterant redimi empticia. sic mobilia consecrata, non poterant ad vsus alios applicari. & consecratio prædictorum alia cedebat in vsū sacerdotis, alia templi vel tabernaculi, secundū quod consecrans exprimebat. Nunc de tempore. nam adstringebantur præcepto legis ad oblationes & sacrificia certis temporibus. Inter hæc aliqua fiebant singulis diebus, vocabaturque iuge sacrificium. Peragebantur aliqua omni sabbato, aliqua prima quaque die mensis, & vocabatur neomenia. aliqua certis temporibus anni. Iuge sacrificium fiebat quotidie, oblato manē agno anniculo cum libamentis. is cremabatur die tota. Sacerdos, posito in altari agno cum prunis & thymiamate, tabernaculum intrabat, ponens illa super aram: & in vesperis, posito eo modo alio agno in altari, accendebat sacerdos omnes septem lucernas, & sic tota nocte in altari incensi erat odor suauis. vespertinum tamen sacrificium melius erat & pinguius. Offerebat etiam sacerdos de suis expensis assarium farinæ, oleo mixto, & modica decoctione indurata: medietatē quidem mane, & medietatem vesperis. Sabbato, id est, festo Domini, eo die præter iuge sacrificium offeriebantur duo agni anniculi immaculati cum libamentis suis in holocaustum. Proponiebantur quoque duodecim panes calidi super mensam auream in tabernaculo, ac per totam septimanā ibi manebant, postea cedebant in vsū sacerdotū. In Neomenia, id est, noua luna, Kalendæ erant legales & dies ferialis. Eo die offerebant vitulos duos, arietem vnū, agnos anniculos septem cum libamentis suis, hircumque pro declinatione peccati. omnia hæc in holocaustū, & nihilominus iuge sacrificiū nunquā omittebatur. Quartadecima primi mensis * Aprilis, ad vesperū comedebant agnū paschalē, sequenti die inchoabant festum azymorū, durabat per septem dies. prima & vltima solennis erat ac ferialis. post primā diem azymorū offerebant spicas recentes, & torrebāt igni, ac grana manibus confricabant in modū farris. de hoc offerebāt assarium vnū, de quo pugillū vel drachmam adolebat sacerdos super altare: reliquum erat eius. In his septem diebus per singulos dies offerebatur iuge sacrificium, & quod in neomenia consueuit offerri in holocaustum. A prima die azymorum numerabant septē hebdomadas, & erat pentecoste, id est, quinquagesima. Pentecoste fiebat in memoriam datæ legis. dicebatur etiam festum hebdomadarum, vel festum primitiuorum: quia tamen de nouis frugibus offerebantur duo panes, quorum quilibet habebat decimā similitē fermentatā, ideo nihil de eis ponebatur super altare, & cum panibus duæ agnæ in esum tantum sacerdotum, & nil in crastinū seruabatur. Alibi dicit textus, Offeretisque in omnibus habitaculis vestris panes primitiarum duos de duabus decimis similitē fermentatæ, offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnū, & arietes duos in holocaustū. illud puto factum de communi. At alibi præcipitur, Offeres iuxta benedictionem Domini, & epulaberis coram eo tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla. Leuites qui est intra portas tuas: aduena, pupillus & vidua, qui morantur vobiscū in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. vnde dicunt tres frugum primitias fuisse, in manipulis, in pascha, in panibus, in pentecoste, & primitias propriè omnium frugum, id est, septem specierum de frumento, hordeo, vinea, oliua, ficu, malogranato & palma. Eodem die offerebant hircum pro peccato, duos agnos anniculos, hostias pacificorum. Vocabitis, inquit Dominus, hunc diem celeberrimum. omne opus seruile non facietis in eo. Deinde

Tempus sacrificiorum.

Iuge sacrificium.

Sabbatum.

Neomenia.

* Martij, Festum azymorum.

Pentecoste.

Festum tabernaculorum.

Leuit. 23.

Deinde prima die mensis septimi duplex erat solennitas, neomenia & festum tabernaculorum, in quo buccinabant cornibus pecorinis, quia eo die liberatus est Isaac, ne immolaretur, hircus substituto. Vnde præcepit Dominus: Die prima mensis septimi erit vobis sabbatum. omne opus seruile non facietis in eo. ea die præter oblationes neomeniæ ac iuge sacrificium, offerebantur in holocaustum vitulus vnus, aries vnus, agni anniculi septem, hircus pro peccato cum libamentis suis. Decima verò die mensis eiusdem, erat festum propiciationis, quia ea die redijt Moyses ad eos, referens Deum eis esse placatum super adoratione vituli: & ea die ieiunabant homines & iumenta, & pueri septennes à vespera vsque ad vesperam, pro memoria mortuorum. vnde etiam dicebatur dies afflictionis. dicebatur quoque dies expiationis, quia ea die expiabat tabernaculum & altare, de quo Dominus: Loquere ad Aaron, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum corā propiciatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur, nisi in die propiciationis, & sic semel in anno regulariter, eo die vitulum pro peccato offeret de suo, & arietē in holocaustum. tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea. cidarim lineam imponet capiti, quibus antè lotus induetur, suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnū arietem in holocaustum. Cumque obtulerit vitulum, orans pro se & domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: mittet super vtrunque sortem, vnā Domino, & alteram capro emissario: cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato, emissarium seruabit. His ritē celebratis, offeret vitulum: & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum, assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris implet, hauriens manu compositum thymiamata incensum, vltra velum intrabit in sancta sanctorum, vt fumo & vapore operiatur oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur: tolletque de sanguine vituli, & adsperset digito septies contra propiciatorium ad orientem. Cumque mastrauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut dictum est de sanguine vituli, vt adsperset e regione tabernaculi, & expiet sanctuarium à peccatis Israel. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo, id est, in sancta, quæ est extra velum primum. Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, donec egrediatur: cum autem exierit ad altare incensi, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli ac hirci, fundet super cornua per gyrum. posteaque exhibit tabernaculum. offerat hircum viuentem, posita vtraque manu supra caput eius. confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem in desertum. Cumque portauerit omnes iniquitates eorum in terram solitariam ac in desertū dimissus, reuertetur in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus prioribus, relictisque ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis. Et cum egressus obtulerit holocaustū, rogabit tam pro se quam pro populo, & adipem qui oblatus est, pro peccatis, adolebit super altare. ille verò qui dimiserit caprum, lauabit vestimenta & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerunt oblati, & quorum sanguis illatus est in tabernaculum, absportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quam carnes & fimum: & qui combussit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua expiationis de vitula rufa, & sic ingredietur castra. In hac die erit expiatio vestri ab omnibus peccatis, dato quòd per specialia sacrificia, per negligētiam vel ignorantiam, expiati prius non essent. Quintadecima autem die huius mensis erat scenopegia, hoc est, festum tabernaculorum, in quo septem dies habitabant sub vmbra-culis, in memoriam xl. annorum in deserto. protelabatur septem diebus, quarum prima & vltima solennes erant. octauus dies etiam erat solennis, non quòd esset de scenopegijs, sed quia eo die conueniebant ad faciendam collectam, forrē in vsus pauperum aut communes. obseruabant autem à die decima præcedenti, quatuor diebus interpositis, vsque ad hanc, ieiunia. Ferebant autem in his septem diebus ramos salicis & myrti, summitates palmarum, & virgulas mali Persici, offerebantque de cunctis frugibus terræ Domino in gratiarum actionem. Ad hæc offerebant prima die in holocaustum vitulos xij. arietes duos, agnos anniculos xiiij. & hircum pro peccatis, cum libamentis eorum. eadem oblatio arietum, agnorum & hirci, fiebat per singulos dies sequentes, sed de numero vitulorum vnus subtrahebatur in dies, secundo die offerebant xij. tertio die xj. & sic consequenter. In octaua, quæ erat solennis, offerebatur aries vnus, vitulus vnus, agni anniculi septem, & hircus pro

Gen. 22.

Exod. 14. Festum propiciationis.

Leuit. 16. Heb. 9.

Leuit. 16.

Scenopegia celebras Hebræorū, quā sub eorum in solitudine celebrarunt, liberati per Moyse de seruire Aegyptiaca

peccato cum libamentis. Hæ oblationes septem solennitatum fiebant de publico, nec propter hoc cessabant hostiæ spontaneæ, vel necessariæ, aut iuge sacrificium. Et sic tres præcipuæ solennitates, vt pascha, pentecoste, ac scenopegia, habebant septem dies: & sabbatum in his occurrens, vocabatur sabbatum sabbatorum.

Aqua expiationis.

Num. 19.

Pro aqua verò expiationis, religio victimæ talis erat: Duxerunt ad Aaron vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla erat macula, quæ neque iugum portauerat. trangebatur Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabat in conspectu omnium: & tingens digitum in sanguine eius, adspersit aduersus fores tabernaculi septem vicibus: combussitque eam, cunctis videntibus, cum pelle & carnibus, cum sanguine & fimo, lignum quoque cedrinum, hyssopum & coccum bis tinctum mittebat in flammam. Et tunc demum lotis vestibus & corpore, ingrediebatur in castra, immundusque erat vsque ad vesperam: sic & is qui combussit. Collegit autem vir mundus cineres, & effudit extra castra in loco mundissimo. qui cineres portabat, lauit vestes, & etiam immundus erat vsque ad vesperam. Ex his cineribus si quis fuisset pollutus, tollebat vir mundus de cineribus, quos misit in aquas viuas, ringebatque ex eis hyssopum, & adspergebat tertio die & septimo immundum, siue fuisset tentorium, supellex aut homo: tunc lotis vestibus & corpore, erant mundi, prout supra vbi de immunditijs dicitur. Cineres isti seruabantur diu, ita quòd aliqui tradant sex tantum vaccas immolatas per totum tempus durationis vtriusque templi, & inde fiebat aqua expiationis. Postremum de loco sacrificandi præcepit Dominus:

De loco sacrificandi.

Deut. 12.

Cum terram Chananæorum possederitis, ea facietis quæ Deo placita sunt. sit vobis vna ciuitas sacra in loco optimo & præclaro, quam cumque Deus sibi elegerit, & templum vnum in ea sit. in alia verò ciuitate nec templum, nec altare sit. Deus enim vnus, & genus Hebræorum vnum. conueniantque in illa ciuitate ter in anno à finibus terræ, quatenus Deo & pro illis quæ possident, gratias referant. Omne masculinum apparebit coram Domino. bonum est enim, vt inuicem contribules se non ignorent, sed sua studia sibi communicent. illuc venietis, & offeretis in loco illo holocausta & victimas ac sacrificia vestra, primitias, vota & donaria, primogenita quoque: ibi epulabimini coram Domino Deo. Caue ne offeras in omni loco, sed in eo tantum quem elegerit Dominus. Homo quilibet de Israel si occiderit alium, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. offerant filij Israel sacerdoti hostias suas, fundetque sacerdos sanguinem. Pro quo nota, quòd ante constructionem tabernaculi offerebant passim: sed postquam tabernaculum est factum, non poterant alibi offerre, quandiu fuerunt in deserto, exceptis sacrificijs & oblationibus voluntarijs. postquam verò tabernaculum habuit stabilem mansionem, primùm in Silo, scilicet trecentis quadragintatribus annis, ibi fuerunt quietati: non poterant etiam offerre voluntaria sacrificia, nisi in tabernaculo: sed capta arca tempore Heli, scilicet post trecentos xliij. annos, non habuit stabilem mansionem vsque ad consummationem templi Salomonis. Sacrificia votiua & voluntariæ oblationes poterant alibi fieri: Consummato verò templo, extunc non fuit licitum offerre alibi, quia ille locus fuit simpliciter ad hoc electus ad vitædum abusus, ne fortè sub hoc prætextu idololatriam committerent, sicut nec phase celebra- re extra Hierosolymam poterant. Et quidquid difficile occurrebat, aut ambiguum, illuc referendum erat. Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai de tabernaculo foederis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: Tollite summam vniuersæ congregationis Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum: quidquid sexus est masculini, à vigesimo anno & supra, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas tu & Aaron, eruntque vobiscum principes tribuum. Numerati sunt in deserto Sina de Ruben primogenito Israelis, quadraginta sex millia quingenti: de filijs Simeon, quinquagintanovem millia trecenti: de filijs Gad, quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta: de filijs Iuda per generationes suas, septuagintaquatuor millia sexcenti: de filijs Isachar, quinquagintaquatuor millia quadringenti: de filijs Zabulon, quinquaginta septem millia quadringenti: de filijs Ephraim, quadraginta millia quingenti: porrò filiorum Manassæ, trigintaduo millia ducenti: de filijs Benjamin, trigintaquinque millia quadringenti: de filijs Dan, sexagintaduo millia septingenti: de filijs Aser, quagraginta millia & mille quingenti: de filijs Neptalim, quinquagintatria millia quadringenti. Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron,

Deut. 17.

Tribuum numeratio.

Num. 1.

& duode-

& duodecim principes Israel. fueruntque omnes simul filij Israel à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, sexcæta tria millia virorū quingenti quinquaginta, Leuitis nō numeratis. Locutus est Dominus ad Moysen: Tribum Leui noli numerare, sed cōstitues eā super tabernacula testimonij: ipsi portabūt tabernaculum & omnia vtenilia eius, & erūt in ministerio, ac per gyrū tabernaculi metabuntur. cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cum castra metāda, erigent. Quisquis externorum accesserit, occidetur. addiditque Dominus: Numerate filios Leui per domos & familias, omne masculinū ab vno mense & supra. Numerauit Moyses, & inuēti sunt filij Leui, Gersan & Caath & Merari. De filijs Gersan septē millia quingenti: hi, ait Dominus, metabuntur ad occidentē sub principe Eliafaph, habebuntque excubias in tabernaculo foederis. Ipsum tabernaculū & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti foederis, cortinas atrij, tentoriū quoque quod appenditur in introitu tabernaculi atrij, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi, & omnia vtenilia custodiant. Familia verò Caath per nomina ab vno mense & supra, octo millia sexcenti, habebunt excubias sanctuarij, castrametabuntur ad meridiem, princeps eorum Eliafaph, filius Oziel, erit super excubias. & custodient arcam, mensam & candelabrum, altaria & vasa sanctuarij, velum, cunctamque supellectilem, vt de eorum officijs iam dicitur clariùs. At verò de Merari ab vno mense & supra, sex millia ducenti: princeps eorum Suriel, in plaga septentrionali metabuntur. erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi, vestes & columnæ cum basibus suis, paxilli cū funibus: sed & Moyses ac Aaron cum filijs castrametabuntur ante tabernaculum foederis ad orientalem plagam, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel. Quisquis alienus accesserit, morietur. erantque omnes Leuitici generis vigintiduo millia ducēti septuagintatres. Dixit quoque Dominus: Tolle Leuitas pro primogenitis filiorū Israel, & pecora Leuitarū pro pecoribus eorū. eruntque Leuitæ mei. Ego sum Dominus. De precio aut ducentorū septuagintatriū, qui excedūt numerum Leuitarū, accipies quinq; siclos per singula capita ad mensurā sanctuarij, dabisque precium Aaron & filijs eius: & fuit mille trecentorū sexagintaquinque siclorū precium eorū, quod dedit Aarō & filijs eius iuxta verbū Domini. Rursus locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Singularū tribuū singulæ per turmas, signa atque vexilla, domusque, cognationū suarum, metabuntur per gyrum tabernaculi foederis. Ad orientem em Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui, eritque princeps filiorū eius Naafon iuxta eum castra habeant filij Isachar, quorum princeps Nathanael. In tribu Zabulon princeps Heliab: vniuersi in castris Iudæ numerati sunt, fueruntque centū octoginta sex millia quadringenti. per turmas suas primi egredientur. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur, iuxta eum castrametati sunt tribus Simeon, cuius princeps Salamiel, ac tribus Gad, cuius princeps Eliafaph: omnes recensiti, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta. per turmas in secundo loco proficiscuntur. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps Heliama, & cum eis tribus filiorum Manassæ, quorum princeps Gamaliel, ac tribus filiorum Benjamin. recensiti, centum octo millia centum. per turmas suas tertio loco proficiscuntur. Ad aquilonis partem metabuntur filij Dan, quorum princeps Abiezer. iuxta eum tribus Aser, quorum princeps Phegiel, & tribus filiorum Neptalim, quorum princeps Abitai vniuersi de castris Dan, centum quinquaginta septem millia sexcenti. nouissimi proficiscuntur. Feceruntque filij Israel sicut præceperat Dominus, castrametati que sunt per turmas, profectique per familias ac domus patrum suorum. Addidit quoque Dominus Moysi, dicens: Tolle summam filiorum Caath, à trigesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum, vt ministrent in tabernaculo foederis: hic est cultus filiorum Caath. Tabernaculum foederis ingredientur Aaron & filij eius quando sunt mouenda castra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursus velamine hyacinthinarum pellium, mensam quoque propositionis inuoluent ac thuribula, mortariola, scyphos, cyathos, panes semper in mensa maneat, sicut & ignis in altari. candelabrum inuoluent, necnon altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, extendantque desuper operimentum hyacinthinarum pellium, inducentque vestes. omnia vasa inuoluent, sed & altare holocaustorum mundabunt cinere, inuoluentque purpureo vestimento, quia ignis in hoc altari latet, operimentū habens eneam, cunctaque vasa operient

Leuitæ non numerabatur inter reliquos.

Numerus Leuitarum.

Leuitarum officia.

Num. 2. Delocatio- ne tribuum

Num. 5. De tribu sacerdotali & eius officijs

rient simul velamine hyacinthinarum pellium, omnibusque inuolutis, intrabunt filij Caath in commotione castrorū, vt portent inuoluta, & non tangant vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorū Caath, super quos est Eleazar, Aaron sacerdotis filius, ad cuius pertinet curā, oleum ad concinnandas lucernas & cōpositionis incensum, & sacrificiū, & oleum vñtionis, omniumque, vasorum, & quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque, vasorū quæ in sanctuario sunt. Aaron & filij eius intrabunt sancta sanctorū, disponentque, opera singulorū. alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur: alioqui morientur. Eritque officium familiaris Gersonitarū, vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis, velamen hyacinthinarum pellium, tentorium in introitu tabernaculi, cortinas atriij, & velū, quod est ante tabernaculum, omnia quæ ad altare pertinet, funiculos & vasa ministerij, iubente Aaron & filiis eius, eruntque, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filiosque, Merari portare voluit tabulas tabernaculi, vestes & colūnas & bases earū, columnasque, atriij cum basibus & paxillis ac funibus, omnia vasa & supellectilem, erunt quoque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Fuerunt itaque omnes recensiti de Leuitis à trigésimo anno, & vsque ad quinquagesimum, simul octo millia quingenti octoginta.

De rubis.
Num. 10.

Locutus est adhuc Dominus ad Moysem: Fac tibi duas tubas argentea, ductiles, quibus conuocare possis populum, quando mouenda sunt castra. Cum increperis tubis, si semel clangueris, venient ad te principes multitudinis. Si autem prolixior atque concisus clangor increperit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam, in secundo qui habitant ad meridiem, & iuxta hunc modum reliqui vluantibus rubis in profectionem. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit. filij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum: si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, clangetis vluantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro: si quando habebitis epulum, dies festos & Kalendas, canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri, quod ad honorem eius obtuleritis.

Profectio
de deserto
Sina.

Post hæc vigésimo die mensis secundi anni secundi, cleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sina, postquam filij Aaron tabernaculum & ea quæ intra erant, inuoluisset. moueruntque castra primi filij Iuda, filij Isachar, filij Zabulon. Depositaque tabernaculum filij Gerson & Merari portabant. profecti sunt & filij Ruben, filij Simeon, & filij Gad. Porro in tribu Gad erat princeps Heliasaph. post hos profecti sunt & Caathitæ, portantes sanctuarium. tam diu enim tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge Domine, & dissipentur inimici nostri, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Deinde mouerūt castra & filij Ephraim, filij Manasse, filij Benjamin. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan, filij Aser, filij Neptalim. Profecti itaque sunt de monte Domini, præcessitque nubes, nec quieuit per tres dies & noctes. post hoc recubuit nubes in solitudine Pharan. Hanc modò Sarraceni inhabitant. Interea ortum est murmur populi contra Dominum, dolentis pro labore: & accensus ignis, deuorauit extremam partem castrorum. orauitque Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. vocauitque nomen loci illius, incensio. Accessit quod vulgus ex Israel, serui & Aegyptij qui sequebantur eos, flagrabat desiderio sedentes & flentes: Quis dabit nobis carnes ad vescendū? recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto, in mentē veniūt cucumeres & pepones, porri, cepæ & alia: anima nostra arida est, nil videmus nisi Man. Audiuit hoc Moyses, & intolerabilis res visa est ei. Et ait ad Dominum: Cur imposuisti pondus populi huius super me? nunquid concepisti & genui eos? obsecro, aut aliter prouideas, aut interficias me. Cui Dominus: Congrega mihi septuaginta seniores ex Israel, viros quos meliores nosti, ad ostium tabernaculi: & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi: & populo dices, Cras dabo vobis carnes vsque ad mensē, donec vertatur in nauseam. Electos itaque lxx. viros duxit Moyses ad ostium tabernaculi, præter duos qui in castris remanserant: reputabant enim se indignos, fratres Moysis ex matre, Heldad & Medad. descenditque Dominus per nubem, & requieuit spiritus in eis qui stabant cum Moysē, & prophetabant. sed & duo qui remanserant in castris, prophetare cœperunt, redijtque Moyses cum illis ad castra, narrauitque populo verba Domini. Ventus verò egrediens à Domino, arreptas trans mare in insulis Ortygijs coturnices, detulit in castra, & per circui-

Præcedit
nubes filios
Israel.

Num. 11.

tum itinere dici vnus volabant altitudine duorum cubitorum. surgensque populus, congregauit sibi coturnices duobus diebus, & siccauit eas: qui parum, decem coros habuit. adhuc autem erant carnes in ore ipsorum, & ecce furor Domini percussit eos plaga magna nimis. vocatusque est ille locus, Sepulcra concupiscentiæ. ibi enim sepelierunt populi, qui desiderauerat carnes. Egressi autem de Sepulcris concupiscentiæ, venerūt in Aseroth, ibique iurgati sunt Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopiissam, quasi improperantes quod reginā Aethiopiæ quā duxerat, dimisisset, vel potius propter vxorem eius Saphoram, eo (vt Rabi Salomon vult) quod separauerat se ab ipsa quo ad torum. Madianitæ autem quondam vocabantur Aethiopes. vel rixati sunt, quia Saphora contra Mariam rixata fuerat. Illi autem dixerūt: Nonne & nobis, sicut Moysi, locutus est Dominus? Et iratus est Dominus. erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabatur in terra. dixitque Dominus ad eū, ad Mariam & Aaron: Egredimini vos tres tantū ad tabernaculū fœderis. ingressisque, dixit Dominus Aaron & Mariæ: Si quis fuerit propheta inter vos, loquar ei in visione, vel per somnium, vel per ænigmata, vel per figuras: seruo verò meo Moysi, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore ad os loquar. vt quid ergo detraxistis vos ei quasi paruificantes? & recessit nubes, & ecce apparuit Maria leprosa. Et ait Aaron ad Moysen: Obsecro domine, ne imponas nobis hoc peccatum. orauitque Moyses ad Dominum, dicens: Obsecro, sana eam. Cui Dominus: Si pater eius spuisset in facie eius, nonne debuerat saltem septē dierum rubore confundi? Separetur septē diebus extra castra. Exclusa est igitur Maria septem diebus, & populus non est motus de loco hoc, donec reuocata esset. Profectusque est populus de Aseroth, fixis tentorijs in deserto Pharan, vltima scilicet parte versus terram promissionis. dixitque Moyses: Vide terram quam Dominus Deus daturus est tibi, ascende & posside eam. noli timere, nec quidquam paucas. Et accesserunt ad eum omnes, ac dixerunt: Mittamus viros qui considerent terrā, & renuncient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. quod cum non videret Moysi bonum, propter tamen importunitatem eorum consuluit Dominum. Qui respondit ei: Mitte viros qui considerent terram Chanaan. Fecit Moyses, misitque viros duodecim principes, de singulis tribubus vnum. dixitque ad eos, vt considerarent terram, qualitatemque eius & hominum & vrbiū, & vt afferrent de fructibus terræ. Qui ascendentes, explorauerunt terram: & venientes in Ebron, viderunt tres viros de genere Enach, id est, giganteo: descendentesque vsque ad vallem vberimam, tulerunt de malis granatis & ficibus loci illius, palmitem quoque cum vna abscederunt, quem præ magnitudine tulerunt in veste duo viri. ob hoc appellatus est locus ille Nehelescol, id est, torrens botri. Reuersique exploratores post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron & omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. ostenderuntque fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Terra ad quam misistis nos, reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, vrbes grandes & muratas: stirpem Enach vidimus ibi, Amalech habitat in meridie, Ethæus, Iebusæus & Amorrhæus in montanis, Chanaanæus verò moratur iuxta mare. Detraxerunt alij terræ, dicentes quod nemo ibi diu viueret, adijcientes, vt illos retraherent: populus enim quem adspeximus, proceræ staturæ est. ibi vidimus monstra de genere giganteo, quibus cōparati, quasi locustæ videbamur. Igitur audiens hæc omnis turba, fleuit, & murmurarūt contra Moysen ac Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto: nonne melius est reuerti in Aegyptū, quam quod cadamus gladio? constituamus nobis duces, & reuertamur. At verò Iosue & Caleb, qui & ipsi viderant terram, sciderunt vestimenta sua, dicentes: Nolite rebelles esse contra Dominū, neque timeatis, quia sicut panis, ita populi hunc deuorabimus. Recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est, nolite metuere. Moyses quoque & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. cumque clamarent contra eos alij decem exploratores, qui terruerant populum, & omnis multitudo vellet eos lapidibus opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis, & ait Dominus ad Moysen: Quousque non credet mihi populus hic? feriam eos, & faciam te in gentem magnā. Cui Moyses: Obsecro Domine, ne fiat hoc, ne fortè insultent tibi Aegyptij, & dicant, Non potuit populum inducere in terram quam promiserat. Cui Dominus: Iuxta verbum tuum dimisi: atramen viuio ego, nullus eorum qui viderunt signa quæ feci in Aegypto, à viginti annis & supra, videbunt terram,

Sepulcra
concupiscentiæ.
Num. 12.

Desertum
Pharan.
Num. 13.

Fructus ter-
ræ promif-
sionis.
Nehelescol.

Cades.
Explorato-
rū nuncia.

Iosue.
Caleb.

terram, pro qua iuravi patribus eorum, præter Iosue & Caleb. quare qui fuerunt minoris ætatis cum exirent de Aegypto, non incurrerunt hanc pœnam. Similiter nec filij Leui, quia non fuerunt numerati à xx. annis, sed primò ab vno ano, secundò à xxv. annis. En tentauerunt me, ait Dominus, iam decem vicibus, nec obedierunt voci meæ. morientur in deserto, filij eorum erunt vagi in deserto annis xl. portantes fornicationem ipsorum, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum xl. dierum, quibus considerastis terram. annus pro die imputabitur. Igitur omnes viri quos miserat Moses ad contemplandum terram, & qui reuersi, murmurare fecerunt populum contra Moysen, detrahentes terræ, mortui sunt subito & horribiliter: Iosue autem filius Nun, & Caleb, vixerunt. Locutusque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. adiecitque Dominus, quia Amalechites & Chananaeus habitant iuxta vos, ne superueniant, mouete cras castra, & redite in solitudinē. iuxta numerum quadraginta dierum, accipietis annos quadraginta. Et ecce manē surgentes, dixerunt ad Moysen: Peccauimus desperantes, parati sumus ascendere ad locum quem promissit Dominus. Quibus Moyses: Nolite ascendere. non enim est Dominus vobiscum, ne corrueatis coram inimicis vestris. Amalechites & Chananaeus coram vobis sunt, immo ante vos, quorum gladio corrueritis. At illi contenebrati, ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moses non recesserunt à castris: descenditque Amalechites & Chananaeus qui habitabat in monte, & percutiens eos atque concidens, persequutus est eos vsque Horma. Et redierunt in solitudinem, multoq; sederunt tempore in Cadesbarne, circumeuntes desertum. Ecce autem Chore nobilis & abundans, lingua facilis, ad persuadendum populum idoneus, videns Moysen in magno honore constitutum, per inuidiam grauiter hoc ferebat. nam cum esset ex ea tribu, erat enim ei cognatus, mordebatur, quasi iustus esset vt eam gloriā ipse obtineret, qui & ditior illo, & genere apud Hebræos non videretur inferior. clamabat esse crudelem Moysen, gloriāq; sibi met occupasse per calliditatem, sub occasione quasi videret Deum. Et contra legem Aaron fratri sacerdoti dedit, non comuni placito plebis, sed suo iudicio, & super hæc modo tyrānico honores quibus vellet impediret. adiecitque, dicens: Quam rationem reddere poterit Moyses, vt Aaron & eius filij darent sacerdotiū? Si enim ex tribu Leui Deus honorem alicui præbendum esse decreuit, ego hunc iustior sum accipere, genere quidē ipso confitēs quo Moyses, diuitijs autem & forma potentior. Si verò maior tribus queritur, dignum est vt tribus Ruben potius honoretur, & hunc accipiant Dathan & Abiron. isti enim seniores erant in ista tribu, & potentes facultate pecuniarum. Hæc ita Chore dicens, volebat videri quidem communi vtilitati prodesse, opere verò agebat, vt honorem hunc in se populi suffragijs transferret. & procedente sermone ad multos, omnis exercitus est agitatus. erant enim concordantes cum Chore ducenti & quinquaginta primores viri, studentes quatenus fratrem Moysen sacerdotij iure priuarent. Tunc itaq; populus vt Moysen lapidaret, egressus est, & ante tabernaculum clamabant: Exeat tyrannus, & populus ab eius seruitio liberetur, qui sub occasione Dei violenta mandata præcepit. Quod si Deus sacerdotem eligeret, dignissimum proueheret: & si decreuisset hunc Aaron dari, coram populo faceret, & non in fratris hoc potestate relinqueret. Moyses ergo cum derogationem Chore iam ex multo tempore præsciret, etiam iritatum populum non expauit, sed confidens rebus quas fidei deuotione tractabat, & sciens fratrem Dei voluntate sacerdotium meruisse, ad concilium venit, & multitudini quidem nihil omnino locutus est. Ad Chore autem clamans, cum esset dexter etiam in alijs & ad loquendum ingeniosus: Mihi, inquit, o Chore & tu & vnusquisque horum (ostendebat autem ducentos & quinquaginta viros) honore digni esse videmini, & totum exercitum huiusmodi honore non priuo: sed nec propter fraternum amorem, quod iustus alter habere potuisset, ego hoc contuli fratri. nam si non cogitarem de legibus Dei, hunc honorem mihi potius præbuisset, quando plūs mihi sum vicinus quam alteri, & mihi magis quam alteri familiaris existo: sed nec consilium erat, memet periculis subdere, & alij ex tali causa felicitatis dona cōferre: at à malitia ego sum remotus, Deus verò contemni se non despexit. non enim Aaron gratia mea hoc, sed iudicio diuino sortitus est. vnde ponat hoc etiam nunc Deus in medio, & qui dignus est, ad hoc accedat. incongruum nanque est o Chore, vt quilibet appetens honorem, Deo hunc præbendi cui voluerit, auferat potestatem. Hoc igitur facite, tollat vnusquisque thuribulum suum, tu Chore & omne concilium tuum, & hausto cras igne, ponite desuper thymia-

Num. 14.

Cades rebellium.

Num. 16. De Chore & seditione.

Dathan. Abiron.

Oratio Moysis.

miam coram Domino, & quemcunque elegerit, ipse erit sanctus. Et ita derogatione fraterna, tanquam ei honorem sacerdotij ego donauerim, liberabot. Hæc Moyses dicente, & à turba & à suspitione multitudo cessauit, & laudauerunt cuncti que dicta sunt. erat enim vir optimus, & loqui vtilia videbatur. Altera autem die cuncti congregati sunt in ecclesia, expectantes quid futurum esset. Moyses autem missis ad Dathan & Abiron ministris, qui responderunt: Non venimus: cum verò nec obedire eos nuncij retulissent, nec velle dicerent Moysi, quasi contra omnem populum malignitate crescente, succumbere, audiens hæc Moyses, & sequi se maiores natu præcipiens; ibat ad Dathan & Abiron, nec indignum esse putabat ad superbos accedere. Dathan autem & qui cum eo erant, cognoscentes Moysen cum nobilibus populi ad se venire, accedentes cum vxoribus & filijs ante tabernaculum, respiciebant quæ Moyses esset acturus. Ille verò cum venisset in proximum, manus ad cælum tendens, multumque clamans, ita vt populus cunctus audiret, ait: Domine cæli & terræ & maris, tu enim mihi meorum actorum fidelissimus testis existis, quomodo omnia tua voluntate feci. tibi nanque neque quod agitur, neque quod cogitur, absconsum est. in his ergo que de me, licet veritate aperte scientes, iniuste suspicantur, te teste mihi precor existere. Ego vitā simplicem habens, pro libertate eorum primò, & nunc verò pro salute maximos labores toleraui, omniq; periculo me pro eis subieci: nunc verò quoniam malignis in suspitione viris sum, quorum vita meo labore subsistit. Tu nosti quod nullū munus contra iustitiā ab Hebræis accepi, qui nunc in extraneas meorum studiorum suspiciones in curri, tanquam te non iubente, sed mea potius voluntate, sacerdotiū Aaron dederim. ostende nunc quia omnia tua prouidentia gubernantur, nec fortuitu, sed tuæ voluntatis interpositione proueniunt ad effectum. vindica in Dathan & Abiron. fac super eos apertum iudicium prouenire, ita contra tuam gloriam sauientes. si autem verè contra me derogasse noscuntur, illos quidem innocuos seruato: nec verò quam illis optaui, facito meā: & pœnam ab eo exige, qui tuæ voluit nocere plebi, vt decetero pax concordiaq; succedat. Sana multitudine illasam, custo diens eam à pœna peccati huius exortem. Hæc eo dicente & flente, terra commota est, reduxitq; Moyses à tabernaculis impiorum multitudinem, & confestim dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, deuorauit Dathan & Abiron, & omnia quæ ad illos pertinebant, descenderuntq; viui in infernum operi humo. vocauit quoq; Moyses eos, qui de sacerdotio contendentebant. Conuenientibus autem ducentis quinquaginta viris, qui & propter patrum virtutem honorabantur à populo, processerunt quoq; Aaron & Chore cum thuribus suis. ignis verò repente tantus effulsit, qualis potuit Dei voluntate succendi, clarus & flāmeus: quo veniente super eos, cuncti ducenti quinquaginta extincti sunt, & Chore simul, ita vt nec corpora eorum alicubi viderentur. solus autem liberatus est Aaron, nihil ex igne læsus, qui vtique à Deo videbatur electus. Moyses igitur his præuentibus, volens pœnam eorum referuari memoriae, iussit Eleazarum filium Aaron, thuribula eorum circa altare æneum collocare, vt in memoriam essent eorum quæ illi sunt passi, qui putabāt virtutem Dei se posse deludere. Et Aaron quidem non iam munere Moyses, sacerdotium se habere credebatur, sed Dei iudicio patefacto, cum filijs firmè honore fruebatur. Seditio autem neque ita cessauit, sed multo magis augebatur. homines nanque iam nihil præter Dei prouidentiam geri credentes, & hæc absq; Dei gratia circa Moysen gesta minimè iudicantes, culpabant Moysen, eo quod tanta ira Dei non tam propter iniustitiā punitorum, quam propter fauorem Moysis prouenerit. Illos enim perijisse dicebant nihil delinquentes, nisi quod circa Dei religionem studium haberent. Murmurauit itaque omnis multitudo sequenti die aduersus Moysen & Aaron, dicentes: Vos interfecistis populum Domini. oriebaturq; seditio, & tumultus increuit, ita vt Moyses & Aaron fugerent in tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen: Recedite de medio huius multitudinis. etiam nunc delebo eos. & cum iacerent in terra ad placandum iram Dei contra populum, egressus ignis deuorauit populum. Dixitque Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, pones thymiam: perge citò ad populum, & roga pro eis. acceleransque Aaron, cum thuribulo stans inter viuos & mortuos, orauit Dominum: & cessante plaga, quieuit populus. fuerunt qui percussi sunt, 14. millia hominum & septingenti, absque his qui perierunt in seditione Chore. attamen nondum cessauit tumultus super sacerdotio Aaron. dicebant enim, Etsi non prædictos Leui-

Dathan & Abiron rebelles.

Oratio Moysis ad Deum.

Terra deglutit viuos Dathan & Abiron.

Nova orta seditio.

Perempta 14. millia hominum.

Leuitas elegerit Dominus, poterat esse ut aliqui de aliqua reliquarum tribuum digni essent sacerdotio, & fortè de omnibus tribubus deberent sacerdotes esse, ne tanta ministerij dignitas vni domui & tam paucis crederetur ministris. accusabantque Moysen, eo quòd eorum negociaretur inopiam, ut semper eius videretur egere consilio. Moyses autem patienter agens, metuens ne quid iterum seditionis emergeret, nec ad satisfactionem veniebant, ne magis vulgus exaceretur, audito hoc, solùm principibus tribuum ex præcepto Domini prædixit, ut nomina tribuum 12. virgis duodecim sigillatim inscriberent. scripsit autem in virga Aaron nomen Leui, & præter has duodecim sumpsit vnâ seorsum, cunctas familias continentem, in qua probaretur, vtrum de omnibus tribubus vellet Deus habere sacerdotes. illi enim sacerdotiũ dicebat habiturum, in cuius virga Deus iudiciũ gloriæ designasset. Portauerunt ergo omnes virgas suas, easque Moyses in tabernaculo Dei collocavit. Altera verò die protulit virgas, erant enim cognitæ, inuentaque est virga Aaron germinasse, & folijs dilatatis amygdala protulisse. Tunc obstupescens huiusmodi visionem, odiumque, linquentes hoc, continuò mirari coeperunt in illis Dei iudicium, & deceterò placito diuino fauentes, sinebant Aaron pontificatum habere. ille siquidem, tertio iam eum Deo ordinante, hunc honorem firmissimè possidebat, & seditio hoc modo cessauit. dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ei in signum rebellium filiorum Israel. fecitque Moyses sicut præcepit ei Dominus.

GENERATIO XXVIII.

ANno 3700. à mundi exordio, regnante apud Assyrios Ascade, in Naafon filio Aminadab per lineam Christi vigesima octaua inceptit generatio, durauitque annis 46. Erat tum Aaron pontifex populi Israel, & Moyses dux à Deo constitutus. Fuerunt tunc filij Israel in solitudine, & multo sederunt tempore in Cadesbarne, diuque circuierunt montem Seir, & redierunt ferè vsque ad mare rubrum circa fines Sinai, & per annos plurimos prostrata sunt cadauera eorum in deserto, prout eis imprecatus est Dominus. Dixitque Dominus ad Moysen, cum appropinquaret annus quadragesimus: præcipe populo: transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, Idumæorum scilicet in Seir, videte ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum pedis vestigium. cibos emetis ab eis pecunia, similiter & aquam, & sic tandem post multos labores redierunt in Cades in desertum Sin, mense primo anni 40. ab exitu eorum de Aegypto, in Cades inquam, de quo antè miserant exploratores. Mortua est ibi Maria, ac sepulta in monte Sin, & est pars deserti Pharan.

Transactisque 30. diebus fletus, cum indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron, & versi in seditionem, dixerunt: Vtinam perijsssemus coram Domino, cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem, ut & nos & iumenta moriamur? Ingressique Moyses & Aaron in tabernaculum Domini, corruerunt proni in terram, dicentes: Domine Deus, audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, ut cesset murmuratio. & apparuit gloria Domini super eos, & dixit: Tolle virgam, & congrega populum ad petram, & percussa, dabit aquam. & congregata multitudo, dixit Moyses ante petram: Audite rebelles & increduli, nunquid de petra hac poterimus aquam vobis elicere? Hic diffidenter egisse fertur, quasi dubitaret, quia semel percussit, & non manauerunt aquæ: percussit & secundo virga silicem, & egressa sunt aquæ largissimæ, ita ut biberet populus & iumenta. Et dixit Dominus Moysi & Aaron: Quia non credidistis mihi, non intro ducetis populum hunc in terram ipsorum. hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum. Et sanctificatus est in eis: fuerunt enim territi, intelligentes quòd nec Moysi parceret Dominus. Hebræi tamen dicunt, quòd solo verbo debebant loqui contra petram: Loquimini enim, inquit Dominus, ad petram. ipsi verò virga percusserunt. maius autem miraculum fuisset, solùm loqui. Misit interea Moyses ad regem Edom de Cades, dicens: Obscuro vt liceat nobis transire per terram tuam. non ibimus per loca culta. via publica gradiemur. si biberimus aquas tuas, quòd iustū erit dabimus, nec eundo declinabimus ad dextram, nec ad sinistram. Et respondit: Non transibitis per me. Timens tamen ne transirent, egressus est in manu forti, attamen concessit eis transitum per extremitates regni sui, populusque terræ portabat eis cibaria venalia, magis tamen propter lucrum suum, quam propter sustentationem eorum. diuertitque ab eo Israel. Dixit quoque Dominus: Non pugnes contra Moabitas,

non

non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam. tu transibis hodie terminos Moab, urbem nomine Ar. & accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos. non enim tibi dabo de terra filiorum Ammon, quia Loth dedi eam & filijs suis. Cumque mouissent castra, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom, vbi locutus est Dominus ad Moysen: Pergat, inquit, Aaron ad populos suos. non enim intrabit in terram quam dedi filijs Israel. Tolle Aaron & filium Eleazarum cum eo, & duces eos coram omni populo super montem Hor. Et cum nudaueris patrem stola pontificali, indues ea Eleazarum. Et fecerat Moyses quod præceperat Dominus, & mortuus est Aaron in monte Hor, cum esset centum viginti trium annorum, anno autem quadragesimo ab exitu de Aegypto, mense quinto, id est, Augusto, sepultus autem in monte Mosera, & flebat pro eo omnis multitudo diebus triginta per cunctas familias suas. Eleazarus præficitur. Quod cum audisset rex Arad Chanaanæus, venisse scilicet Israel, accepit pugnam contra eos. ab initio victor, duxit ex Israel prædam. Ipsi verò se voto Domino obligantes, quòd victores delerent vrbes hostium, tradidit Dominus Arad Chanaanæum, quem Israel interfecit, subuersis vrbibus eius, prædam diuino cultui applicantes, & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema, ut consecraretur Domino. Profecti sunt autem de monte Hor, veneruntque in Salmana, & tædere coepit populum itineris ac laboris, murmuraueruntque contra Moysen, dicentes: Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Et misit Dominus in populum ignitos serpentes venenosos, ad quorum plagam citò mortui sunt. Venerunt igitur ad Moysen, dicentes: Peccauimus loquentes contra Dominum & te, ora pro nobis. & orauit Moyses. Cui Dominus: Fac serpentem æneum, & pone in pericam in medio populi eminenter: & qui percussus fuerit à serpente, respiciat eum, ac viuat. & factum est ita. Hic serpens magnificè conseruatus est, & in Hierusalem ductus. tandem ex causa vitandæ superstitionis, in puluerem comminutus est sub rege Ezechia. Deinde egressi, castrametati sunt in Oboth, de Oboth in Ieabarim in solitudine Moab contra orientalem plagam. Et inde mouentes, venerunt ad torrentem Zareth, quem transferunt siccis pedibus ut mare rubrum. quem relinquentes, transferunt contra Arnon. fluuius est enim in deserto, diuidens Moabitas & Amorrhæos. vnde dicitur: Sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrentibus Arnon: scopuli torrentium inclinati sunt. & tradunt Hebræi, immensam multitudinem Amorrhæorum ibidem in conuallibus posuisse insidias Israelitis, Dominum verò latitantes oppressisse, rupibus hinc inde inclinatis, ita ut labentia scopulorum procurrerent vsque in torrentem Arnon. Ex hoc venerunt in alium locum, vbi monstrante Domino, foderunt puteum principes & duces multitudinis, & ascendit aqua abundanter. quo viso, cecinit Israel carmen: Ascendat puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces in datore legis & in baculis suis. Descenderunt inde de solitudine Mathana in Nahaliel, deinde in Bamoth vallem in regione Moab, in vertice Phalga, qui respicit contra desertum. Misit ibi Israel nuncios ad Seon regem Amorrhæorum, dicens: Obscuro vt transire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros & vineas, via regia gradiemur. Qui concedere noluit, quin potius exercitu congregato, egressus est aduersus Israel in pugnam, & percussus est in ore gladij. Occisus est ergo rex Seon, tulitque Israel omnes eius ciuitates ab Arnon vsque Ieboc, inter quas caput regni erat Efebon, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis, iumenta verò in partem prædæ venerunt & spolia vrbium. Tradidit itaque Dominus in manus eorum omnes vicos & ciuitates absque terra filiorum Ammon, à qua prohibuit eos Dominus. Conuersi igitur ascenderunt per iter Basan. egressusque est Og rex Basan in pugnam. dixitque Dominus: Non timeas. tradidi eum in manus tuas. percusseruntque filij Israel eos vsque ad internecionem, vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore, sexaginta vrbes & omnem regionem Argob: cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, absque oppidis quæ non habuerunt muros. disperdiderunt omnes vicos ac vrbes, viros, mulieres, ac paruulos, iumenta autem & spolia vrbium diripuerunt. Erat autem Og qui restiterat, de stirpe gigantæ, & monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath, nouem cubitos habens longitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus. Terram autem illi Aroer vsque ad mediam partem montis Galaad possederunt. profectique, castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Jordanem Iericho sita est. Videns autem Balach filius Sephor, omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, dixit ad maiores natu Madian: Ita nos hic populus delebit, quo-

I

modo

Ascades.
Naafon.

Deut. 1.

Nū. 13. & 20.
Maria moritur.

Num. 20.

Aqua de petra exiit.

De Edom.

De Moabi-

ris & Ammonitis.

Mons Hor.

Mortuus Aaron, & Eleazarus succedit.

Rex Arad Chanaanæus.

Horma.

Num. 21.

4. Reg. 18.
Oboth.

Ieabarim.

Arnon.

Mathana.
Nahaliel.
Bamoth.

Seon rex Amorrhæorum perit. Ieboc.

Cades Og regis Basan.

Balach rex. Num. 22.

modo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Ipse autē erat eo tempore rex Moab, non tamen naturalis, sed sicut Seon sibi partem Moabitarum subiecerat. Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor, qui habitabat super flumen filiorū Ammon, vt veniret & malediceret populum hunc. audierat enim quod benedictus erat, cui benedicebat Balaam: & maledictus, cui maledicebat. Cumq; venissent ad eum maiores Moab & Madian, ferentes munera in manibus, & narraissent ei omnia verba Balach, respondit Balaam: Manete hīc hac nocte, donec videam quid dixerit mihi Dominus, in occulto consulturus dæmonem. At Dominus curam populi sui gerens, dixit: Non eas, nec maledicas populo huic, quia benedictus est. Manē dixit Balaam: Ire in terram vestram, quia prohibuit me Dominus. Rursum misit ad eum viros plures & honoratos, muneraque ampliora promisit, si malediceret populo. Qui respondit: Si dederit mihi Balach domum suam plenam auri, non potero mutare verba Domini. attamen cupiditate ductus, Obsecro, inquit, manete hīc etiam in hac nocte. Et ait Dominus in nocte: Surge & vade cum eis, ita duntaxat, vt quod tibi præcepero, facias. Surrexit manē, strataque asina profectus est, animo tamen maledicendi. & iratus est Deus, stetitque angelus Domini in via contra Balaam. Cernens asina angelum stantem in via euaginato gladio, timens deuiabat in agrum, quam quum verberibus reduxisset, iterum angelus stetit in angustijs maceriarum. timensque asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. at ille verberabat iterum eam, iterumque stetit angelus in angusto viarum: vbi nec ad dextram, nec ad sinistram poterat asina deuiare. timens asina, cecidit sub pedibus sedentis. qui cum vehementius caderet, aperuit Dominus os asinae, & ait: Cur me cædis ecce iam tertio? Qui respondit: Illusisti mihi, vtinam haberem gladium. Protinus aperuit Dominus oculos eius, viditque angelum stantem in via cum gladio, & adorauit eum. Cui angelus: Peruersa est via tua, & nisi asina declinasset, te occidisset, & illa viueret. dixit Balaam: Peccaui, & nunc, si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus: Vade cum eis, & caue ne aliquid aliud, quam præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. at Balach egressus est in occursum eius, in oppido Moabitarum magnificè suscipiens eum, deditque ei munera. cui contestatus Balaam, ait ei: Non potero loqui nisi quod posuerit Dominus in ore meo. ascenderuntque pariter excelsa montis, vnde extremam partem populi intueri poterant: aberant enim stadijs sexaginta. dixitque Balaam: Aedifica hīc septem aras, & para totidem vitulos, & eiusdem numeri arietes. cumque imposuissent vitulum & arietem super aram, dixit Balaam regi: Sta iuxta holocaustum. videbo si forte occurrat mihi Dominus. Et cum abisset, audiens verba Domini, rediens, coram omnibus assumpta parabola, ait: Quomodo maledicam populo cui non maledixit Deus? quis dinumerare posset Iacob, & nosse stirpem Israel? moriatur anima mea morte iustorum. consternatus Balach, dixit: Quid agis? vt maledicas eis, vocaui te, & tu benedixisti? Cui ille, Num aliud dicere possum quam quod iusserit Dominus? Duxitque eum ad alium locum. statueruntque iuxta priorem modum septem aras, impositisque victimis, dixit Balaam ad regem: Sta hīc, & secedens in Phasga, audiens Dominum, redijt ad Balach & principes illius, incepitque loqui: Non est idolum in Iacob, nec simulacrum in Israel. Dominus Deus cum eo est. temporibus suis dicitur Iacob & Israel, quid operatus est Deus: ecce populus vt leena confurget, & quasi leo erigetur, non accubabit donec deuoret prædam. Dixitque Balach: Nec maledices eis, nec benedices. Cui Balaam dixit: Nonne dixi tibi, quod quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerem? ait Balach, Veni, & ducam te ad alium locum, si forte placeat Deo vt maledicas eis. duxitque super verticem montis Phogor. ædificauerunt ibi septem aras, imposueruntque vitulos & arietes per singulas aras. Cumque vidisset Balaam quod placeret Domino vt benediceret Israel, eleuans oculos, vidit tentoria Israel, irruentemque in se spiritum Dei, ait: Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit homo auditor sermonum Dei: Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel. Vt valles nemorose, vt horti irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus. Deus eduxit illum de Aegypto, fortitudo eius similis rhinocerotis, qui benedixerit tibi, erit ille benedictus: qui maledixerit, erit maledictus. Iratus Balach, complofis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus tertio benedixisti. reuertere. decreuerā magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. Respondit Balaam: Nonne prædixi, quod nil aliud, quam quod Dominus dixerit, loquar? veruntamen dabo consilium dum perrexero. Et assumpta para-

Balaam.

Asina Balaam locura. Apparet angelus.

Populo Israel benedixit Balaam.

Num. 24.

parabola rursum ait: Dixit homo auditor sermonū Dei: Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Iacob, & virga confurget ex Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth, (quæ ciuitas fuit in terra Moab) & erit Idumæa possessio eius. de Iacob erit qui dominetur. cumque vidisset Amalech, ait: Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur. Et iterum post multa: Heu, inquit, quis victurus est quando ista faciet Deus? veniet in trifieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremū ipsi peribunt. Descendente itaque Balach cum Balaam, coepit is, vt valediceret regi ac principibus, ita loqui: O Balach & Madianitæ presentes, oportet me hæc præter voluntatem Dei præstare vobis: Hebræorum quidem genus nulla pestis apprehendit, nec bella, nec aliqua necessitas corrumpit: est enim cura Deo pro eis. si vultis eos vincere, mittite puellas pulchras, nobiles & ornatas prope exercitum eorum, & quod iuuenes alliciant instituire, ac dum inflammari fuerint, non permittant se eis, nisi prius patrias leges relinquant, simul & honorem Dei, ac dijs vestris offerant, eosque adorent. sic enim illis indignabitur Deus. feceruntque ita Madianitæ aliqua & de Moabitibus. Eo tempore morabatur Israel in Sethim, & fornicatus est cum illis, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, comederunt idolorhya, adorauerunt deos earum. Iratusque Dominus, dixit ad Moysen: Tolle cunctos principes populi tui, & suspende eos contra solem ad patibula, (nocentes scilicet principes, id est, nequitia authores) & dixit Moyses ad iudices Israel: Occidat vnusquisque proximos suos qui initiati sunt Beelphegor. & ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad Madianitidem, vidente Moysen & omni turba, palamque dixit Moysi, quod licitè posset eam ducere vxorem. flebat autem turba ante fores tabernaculi. quod cum vidisset Phinees filius Eleazari sacerdotis, arrepto pugione, ingressus est post virum, & perfodit simul virum & mulierem in locis genitalibus, cessauitque plaga à filijs Israel. occisi enim sunt vigintiquatuor millia hominum. Dixitque Dominus ad Moysen: Phinees auertit iram meam à filijs Israel, idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem foederis mei, & erit tam ipsi quam femini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo. Erat autem nomen viri, qui occisus est, Zambri, de tribu Simeon: mulier vocabatur Cosbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusque est Dominus ad Moysen: Hostes vos sentiant Madianitæ, percutite eos, quia hostiliter egerunt contra vos, & deceperunt insidijs, vlciscere filios Israel. Armavit ergo Moyses de singulis tribubus mille viros electos, præfecitque eis Phinees, deditque vasa sancta & tubas ad clangendum. Cumque pugnassent contra Madianitas ac vicissent, omnes mares occiderunt, ac quinque reges eorum: vrbes, viculos, & castella flamma consumpsit: Balaam quoque interfecerunt gladio: mulieres & paruulos, pecora & omnem suppellectilem in prædam duxerunt. Dum autem redirent, Moyses & Eleazar ac omnes principes venerunt in occursum eorum extra castra: ac visis mulieribus, iratus est Moyses: Cur, inquit, foeminas referuastis? nonne ipse sunt, quæ deceperunt filios Israel? interficite omnes quæ nouerunt viros, & omnem masculum, virgines tantum referuatae. feceruntque ita, & referuata sunt virginum 32. millia. Et ait Moyses: Quia occidistis vel tetigitis mortuos, eritis extra castra (scilicet deitatis) septem diebus, & purificabimini tertio & septimo die aqua adspersionis: aurum, & quicquid transire per ignem potest, igne purgabitur: quod autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis. Dixitque Dominus ad Moysen: Tolle summam eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, & diuides prædam ex æquo inter eos qui pugnaverunt, & reliquam multitudinem: de parte verò eorum qui pugnaverunt, separabis Domino vnam animam de quingentis, & dabis eam Eleazaro. Ex media verò parte multitudinis, accipies quinquagesimum caput, & dabis Leuitis. quo facto, principes exercitus accesserunt & dixerunt: Recensuimus numerum pugnantium, nec vnus quidem deest. quam ob rem offerimus in donarijs Domini, quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides, armillas, annulos, dextralia, murenulas, vt depreceris Dominum pro nobis. Susceperunt autem aurum Moyses & Eleazar, & intulerunt illud in tabernaculum sedecim millia & septingentos quinquaginta siclos, in monumentum filiorum Israel coram Domino. Postquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum: Numerate omnem summam filiorum Israel, à viginti annis & supra, cunctos qui possunt ad bella procedere. Numeratis illis per tribus, domos ac familias, inuenta est summa filiorum Israel,

Balaam consilium.

Fornicatus est populus. Num. 25.

Strages filiorum Israel.

Zambri.

Cades Madianitarum.

Num. 31.

Præda diuisio.

Dona filiorum Israel.

Numeratio.

Num. 26.

sexcenta millia, mille septingenti triginta, inter quos nullus fuit eorū, qui antè numerati sunt à Moysè & Aaron in deserto Sina, nisi Caleb filius Iephonæ, & Iosue filius Nun. Locutusque est Dominus ad Moysen: Istis diuideretur terra. pluribus maiorem partem dabis, paucioribus minorem, iuxta nomina tribuum in possessiones suas, ita tamen, vt forte tribubus diuisio fiat. Numerati sunt & filij Leui ab vno mense & supra, fueruntque omnes vigintitria millia masculini generis, quorum fors Dominus atque hæreditas, qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa: cumque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & dixerunt: Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, vberri- ma est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima. precamur, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Quibus Moyses cōmotus, inquit: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hinc sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, sicut patres vestri qui missi fuerant ad explorandam terram? At illi: Non sic, sed relinquemus hinc paruulos, vxores ac iumenta nostra, eruntque in vrbibus muratis propter inimicorum insidias: ipsi verò armati præcedemus fratres nostros, nec reuertemur vsque dum possideant filij Israel hæreditatem suam, nec quicquam queremus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quibus Moyses: Si facitis quod promittitis, expediti pergite ad pugnam trans Iordanem, donec subuertat Dominus inimicos, & subijciatur Domino omnis terra, inculpabiles eritis & obtinebitis regiones has. dixerunt: Faciemus quod iubet dominus noster. Dedit itaque Moyses filijs Gad & Ruben ac dimidia tribui Manassæ, regnum Seon regis Amorrhæorum, & Og regis Basan, ac terram Galaad. Præcepitque Dominus: Quando intraueritis terram Chanaan trans Iordanem, disperdere cunctos habitatores terræ illius. Idololatrarum enim erant, & sententia mortis data super eos à Deo. Ego, inquit, dedi vobis illam possessionem, quam diuidetis sorte. si autem nolueritis interficere eos, erunt vobis quasi clauis in oculis: aduersabuntur vobis, & quicquid illis cogitavi facere, faciam vobis. hanc habebitis terram, pars meridiana incipit à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: plaga occidentalis à mari magno: aquilonaris à mari mediterraneo, & contra orientem vsque ad mare Cenereth & vsque ad Iordanem. hæc erunt terræ, quas dabitis nouem tribubus & dimidia. Nomina autem virorum qui terram diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue, & singuli principes de singulis tribubus: de tribu Iuda, Caleph: de tribu Simeon, Samuel: de tribu Benjamin, Helidad: de tribu Dan, Bocci: de tribu Manassæ, Banihel: de tribu Ephraim, Camuhel: de tribu Zabulon, Helisaphan: de tribu Isachar, Phaltiel: de tribu Aser, Abiud: de tribu Neptalim, Phedahel. Hæc quoque locutus est Dominus: Præcipe filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum quadraginta octo, vt ipsi in oppidis mancant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis, quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tenduntur, vbi nec arari poterit vel plantari, sed vltra per circuitum adhuc mille passuum poterunt hæc fieri. Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: ab his qui minus, pauciores. Ita filij Leui dispersi esse debebant per singulas tribus. tenebantur enim docere populum de his quæ pertinent ad Deum, recipiebantque decimas ac oblationes ab omnibus. Congruentius ergo erat, vt essent dispersi per omnes tribus. Dixit quoque Dominus: Quando transieritis Iordanem, separate vrbes sex in præsidia fugitiuorum: tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Israel, quam aduenis & peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Hæc autem erit lex homicidæ fugientis: Qui percusserit proximum suum nesciens, putà fortuito & absque odio, & confugerit ad vnam ciuitatem refugij, saluabit animam suam, nec occidetur à proximo occisi: eritque ibi, donec à iudicibus propinquis reconciliabitur, vel vsque ad mortem summi pontificis: tunc redire poterit in terram suam. aliàs, si extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Per industriam verò occidens, etiam de altari euellatur, si tamen sub testibus conuincatur. nam ad vniuersum testimonium nullus condemnabitur. Hæc facta sunt trans Iordanem in campestribus Moab, quæ erat mansio filiorum Israel quadragesimasecunda & vltima, postquam egressi sunt de Aegypto. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Ascende ca-

cumen

cumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem & aquilonem, austrumque & ad orientem, & aspice terram quam promisi. nec enim transibis Iordanem istum. Antè etiam dixerat Dominus Moysi: Ascende montem istum Abarim, & contempla- re terram quam daturus sum filijs Israel. Cumque videris eam, transibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron, quia offendisti me in deserto Sin in contradictione multitudinis. Cui respondit Moyses: Prouideat Dominus Deus hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit educere eos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. Dixitque ad eum Dominus: Tolle Iosue filium Nun, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, vt te viuente instituat. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta, cunctis videntibus, & partem gloriæ, vt audiat eum omnis synagoga. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat Dominum. ad verbum eius egredietur & ingredietur omnis multitudo. Tulit Moyses Iosue, & statuit eum coram Eleazaro & omni frequentia populi, impositisque capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus. Audiens autem Moyses diem mortis sibi appropinquare, anno quadragesimo, mense undecimo, prima die mensis eiusdem, totum se conuertit ad ea quæ sibi præceperat Dominus, ac congregata omni multitudine, coepit eis legem Dei, caeremonias & iudicia explanare, prout iam dicemus: Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Deus vester, inquit Moyses, vt docerem vos. discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum foedus. in Oreb facie ad faciem locutus est nobis. Ego sequester & medius fui inter Deum & vos in tempore illo, vt nunciarem vobis verba eius. hæc est sapientia vestra, vt audiat & faciatis ea. Nec enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Quæ est enim alia gens sic incluta, vt habeat caeremonias iustaque iudicia & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Custodi igitur tecum legem Domini, ne obliuiscaris cunctis diebus vitæ tuæ, docebisque filios ac nepotes tuos auditam vocem eius. Verum scripsit decem verba in tabulis duabus, mihi que mandauit, vt docerem te caeremonias & iudicia, tibi que præcepit vt faceres, quia dilexit patres tuos, elegitque semen eorum, vt esses ei populus peculiaris: facietque te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & gloriam suam. Audi & ausculta sermones meos, eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis. ligabis ea quasi signum in manu tua. Scribes ea in limine & ostijs domus tuæ: cumque introduxerit te Dominus in terram, pro qua iurauit patribus tuis, caue ne obliuiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Aegypto & de domo seruitutis, in terram plenam multarum opum, quam non plantasti. discant pueri primum legem, quæ est doctrina optima & causa felicitatis ætæ: secundo autem, per singulos dies mane & vespere testificanda sunt dona Dei, quia liberavit nos de seruitute Aegyptiaca. Audi Israel, Dominus Deus noster, vnus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Dominum Deum tuum timebis, & ipsi serui- es. Obserua caeremonias eius atque iudicia omni tempore. Non habebis Deos alienos in conspectu illius, non facies sculptile, non idolum, nec titulos erigatis, nec adoretis, Non auguremini, nec obseruetis somnia, non declinetis ad magos neque ad ariolos. Cumque ingressi fueritis terram, quam Dominus Deus daturus est vobis, subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes idola deos suos. dissipate aras eorum, & confringite statuas: lucos igne comburetis, idola comminuite, disperdite nomina eorum de locis illis. quid enim à ratione magis alienum, quam tribuere creaturæ honorem diuinum, optimo principe neglecto? Quod si surrexerint in medio tuæ prophetæ, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, & seruiamus eis, non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non. propheta autem ille aut fictor somniorum, interficietur, quia locutus est, vt auerteret vos à Domino Deo vestro. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clam dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis: non acquiescas ei, nec parcat oculus tuus vt miserearis & occultes: sed statim interficies, cum scilicet iudicatus fuerit per iudices. sit manus tua super eum. Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus dabit tibi ad habitandum, dicentes: Ea-

I 3

mus,

Contempla-
tur Moyses
terrâ in ver-
tice Phasgæ.Moyses cō-
gregat mul-
titudinē, vt
mandatorū
ordinē ex-
ponat.
Deut. 5.

Deut. 4.

Deut. 7.

Deut. 6.

Deut. 6.
Præcepta
diuina.Deut. 12.
Aduersus
idolorum
cultum.

Deut. 13.

mus, & seruiamus dijs alienis: sollicitè & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris habitatores vrbs illius nocentes, percuties eos in ore gladij, & delebis ea omnia quæ in vrbe sunt, vsque ad pecora, & supellestem succendes in medio platearum, ita vt vniuersa consumas, non ædificabitur amplius, non adhærebit de illo quidquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui. Si repertus fuerit apud te vir vel mulier quæ faciat malum, vt vadat & seruiat dijs alienis, & adoret solem, lunam & omnem militiam cæli: quod vt in nunciatum est reperiens verum, educes virum ac mulierem ad partes ciuitatis, & lapidibus obruentur. Manus testium prima interficiat eum, & tunc reliqui populi, vt auferas malum de medio vestri. Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, id est, si puerum semen suum aut sanguinem dederit idolo, populus terræ lapidabit eum: quod si neglexerit populus & dimiserit hominem, succidam ipsum & omnes qui consentiunt ei. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, interficiam illam de medio populi sui. Vir siue mulier, in quibus pythonicus spiritus vel diuinationis fuerit, lapidibus obruent eum. Maleficos non patieris viuere super terram. Iterum locutus est Moyses ad omnem cœtum: Diliges amicum tuum sicut teipsum, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum, non videbis bouem fratris tui aut ouem erratam, & præteribis, sed reduces fratri tuo: etiam si non est propinquus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de vestimento, & de omni re fratris quæ perierit, si inueneris eam. Si videris asinum inimici tui aut bouem cecidisse in via, leuabis eum, non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum, non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum, non eris criminator aut susurro in populis. Si habitauerit aduena in terra vestra, non exprobrebis ei, sed sit inter vos quasi indigena, quem diligetis quasi vosmetipsos, fuistis enim & vos aduena in terra Aegypti. Nolite facere iniquum aliquid in regula, in pondere, in mensura, in iudicio. Viduæ & pupillo non nocebitis, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam eos, percutiamque vos, erunt vxores vestra viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis pauperi qui habitat tecum, non virgibus eum quasi exactor, neque vsuras accipies, hoc intelligit de quolibet Rab. Sal. Et quod alibi dicitur, Non sceneraberis proximo tuo, sed alieno, est permissio minoris mali. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum & carnis indumentum, nec habet aliud in quo dormiat, ante solis occasum reddes ei. Non moretur opus mercenarij tui apud te vsque manè, non tradas seruum domino suo qui ad te confugerit, habitabit tecum quousque quiescat ira domini sui. Ingressus vineam proximi tui, comedere vnas quantum tibi placuerit, foras autem ne auferas. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas & manu conficabis, falce autem non metes. Quando messueris segetem in agro, & oblitus fueris manipuli, non reuerteris vt tollas illum, sed aduenam, pupillum & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Deus tuus. Cum messueris, non tondebitis vsque ad solum superficiem, nec remanentes spicas colligas aut grana decidentia, sed peregrinis & pauperibus dimittas. Si fruges collegeritis oliuarum, quidquid manserit in arboribus, non reuerteris vt colligas, sed relinquant aduenam, pupillo & viduam. Si vindemiaueris vineam, fac similiter. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molam: quia animam apposuit tibi. Idem dic de alijs vasis congruis ad acquirenda alimenta, secundum Iosephum. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, vt benedicat tibi Deus tuus. Intelligit de publice mendicantibus, vnde subiungit: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præcipio tibi, vt aperias manum fratris tuo egeno & pauperi qui tecum versatur in terra. Et si frater tuus deuenerit ad paupertatem, non obdura bis cor tuum, nec contrahas manum, sed aperies pauperi, & dabis mutuam quo eum indigere perspexeris. Non ages quidquam callidè in eius necessitatibus, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus. Non vsurpabis nomen Dei frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. Dominum Deum timebis, iurabisque in nomine illius. Non peterabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sicut vidistis de viro filio mulieris Israelitidis, qui iurgatus est in castris cum viro Israelita. Cumque blasphemasset nomen Domini, missus fuit, me iubente, in carcerem,

Deut. 17.

Le. 18. & 20. Aduerfus ariolos.

Leuit. 20.

Exod. 22.

Leuit. 19.

Quomodo diligendus proximus.

Deut. 22.

Leuit. 19.

De aduenis

Exod. 22.

Deut. 23.

De vsura.

Exod. 22.

Exod. 20.

Deut. 5.

Non sumes

nomen Dei

in uanum.

Leuit. 24.

rem, & post sententia Domini extra castra lapidatus est, quod blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei. Si quis virorum votum Domino uouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciat irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit. Cum votum uoueris Deo tuo, non tardabis reddere, si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris. quod autem semel egressum est de labijs tuis, facies & obseruabis. Mulier si quippiam uouerit, & adstrinxerit se iuramento in domo patris sui & in ætate puellari, si cognouerit pater & tacuerit, voti rea erit. Sin verò statim vt audierit, contradixit pater, vota & iuramenta irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni. Idem in maritata erit, si vir contradixerit, dato quod in domo patris sit: quod si in domum mariti uenerit, idem erit si ipse contradixerit, & Dominus ei propicius erit. viduata & repudiata quidquid uouerit, reddat. Si vxor alicuius uouerit, & iuramento se constrinxerit, quod per ieiunium vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri est, siue faciat, siue non faciat. quod si audiens tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quidquid uouerit atque promiserat, reddat. Sin autem postea contradixerit, portabit ipse iniquitatem. Obserua diem sabbati vt sanctifices eum, non facies in eo quidquam operis, qui enim fecerit opus in hac die, morietur, sicut vidistis in hac solitudine de homine qui inuentus fuit sabbato colligere ligna, hunc reclusimus in carcerem, donec ad responsum Domini ductus fuit extra castra, & lapidatus. Honora patrem & matrem, sicut præcepit tibi Dominus, vt longo tempore uiuas, & bene sit tibi. vnusquisque patrem & matrem timeat, qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Quod si filium habueris contumacem, qui monitis tuis non pareat, apud iudicem probata eius contumacia, luxu, cæterisque criminibus, eiectus extra urbem, ac in ligno pendens tota die spectetur, nocte verò sepeliatur. Coram cano capite confurgas, & honora personam senis. Non occidas, qui occiderit hominem, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, si ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, ac surgens baculo ambulet, non erit reus mortis: operas tamen eius & impensas in medicos restituat. Si inter rixandum percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit, uiuens tamen, subiacebit damno, quantum maritus mulieris expecterit, & arbitri iudicauerint: si autem mors eius fuerit subsecuta, reddat animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pro vulnere vulnus, pro liuore liuorem. Si habuerint inter se iurgium viri duo, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, & apprehenderit verenda eius, abscindes manum illius sine misericordia. Qui irrogauit maculam cuilibet ciuium tuorum, sicut fecit, ita fiat ei. Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Qui percusserit hominem, volens occidere, (supple & occidit) morte moriatur. Si quis per industriam occiderit proximum suum per insidias, ab altari euellas eum. Qui autem non est insidiatus, sed casu, constituetur locus in quem fugere debeat, & saluari. Qui percusserit seruum suum aut ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Si autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia eius est: & intellige de seruo gentili. Si percusserit quisquam oculum serui seu ancillæ, & lufcos eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo: dentem quoque si excusserit, similiter liberos dimittet. Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis: quod si orto sole hoc fecerit, moriatur. Qui occiderit animal, reddat vicarium. si bos cornu percusserit aliquem, & mortuus fuerit, lapidibus obruent eum, & non comedent carnes eius, dominusque bouis innocens erit. quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, nec recluserit eum dominus, & occiderit aliquem bos, lapidibus obruetur, & dominum eius occident. quod si precium ei fuerit impositum, pura si amici sunt contenti precio pro morte, dabit pro anima sua quidquid postulauerint. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. Sed si seruum ancillamve inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. Si furatus fuerit quisquam hominem, ac illum vendiderit, iudicis sententia moriendum esse sibi volo. Atqui si quis filiam, vt famuletur, venderit: indignum puto, vt exeat veluti solent ceteræ famulæ. Si quis aperuerit cisternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam, reddet dominus

Num. 30. Vota exoluenda.

Observandū sabbatū.

Num. 15.

Exod. 20.

Honorandi

parentes.

Deut. 21.

Pœna filij

contumacis.

Non occi-

dendum.

Lex talionis.

Leuit. 24.

Deut. 19.

Deut. 25.

Exod. 21.

dominus cisternæ precium iumentorum : quod autem mortuum est, ipſus erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit : vendent bouem viuum, & diuident precium, ſimiliter & cadauer mortuum. Si autem ſciebat quòd bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſterius, & non cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum recipiet. Non accipietis precium ab eo qui eſt reus ſanguinis, ſtatimque ipſe morietur. Qui excæcauerit quempiam, ſimilia patiarur, niſi fortè pecunias accipere voluerit cæcatus, lege videlicet dante licentiam, cum qui paſſus eſt, paſſionis ſuæ æſtimare caſum. Venenum neque mortiferum, neque aliud quod ſit vtile læſioni, vllus Iſraelitarum habeat : ſi verò inueniatur quiſquam hoc poſſidere, moriatur. In furto hominis pœna eſt mortis : qui verò aurum & argentum abſtulerit, condemnetur in duplum : qui iumentum, damno quadrupli condemnetur, præter bouem. pro hoc enim quintuplum ſoluat : ſi non habuerit unde ſoluat, vñundabitur, aut illis quibus eſt condemnatus, ſeruiet : hæc * vera, ſi occiderit vel vendiderit : aliàs ſi inuenta fuerint apud furem, reſtituet duplum. Vir ſiue mulier ſi tranſgreſſi fuerint defraudando proximum, & conſeſſi fuerint, reddent ipſum caput & quintam partem. Anima quæ negauerit proximo ſuo depoſitum, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, ſiue rem perditam inuenierit, & inſicians inſuper peierauerit, aut quod dlibet aliud : reddat omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum intulit. Si re à depoſitario ablata furto, fur inueniatur, duplum reddat : ſi verò lateat, coram iudice iurabit depoſitarius, ſe manum ad rem proximi non extendiſſe : cognita tum fraude, duplum reſtituat : aliàs liber ſit. Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum, vt depaſcatur aliena, optimum fructum quem habuerit in vinea ſua aut agro, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenierit ſpicas, & comprehenderit fruges ſiue ſtantes ſegetes in agro, reddet damnum qui ignem ſuccendit. Cuius aut aſinus pro mercede commendatus eſt, ſi ab hoſtibus auferatur aut debilitetur, iuret ſe ad hæc manum non extendiſſe, & liberabitur : ſi verò perierit furto, damnum domino reſtituat. Non habebis in ſaculo diuerſa pondera, maius & minus : neque erit in domo tua modius maior & minor. abominatur enim Dominus omnem iniuſtitiam. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, adulter & adultera. Si puellam virginem deſponſauerit quis, & inuenierit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes vtrunque ad portam ciuitatis, & lapidibus obruentur : puella, quia non clamauit : ſin autem in agro vitietur, ille morietur ſolus, puella nihil patietur : ſola erat in agro, vbi etiam clamantem nullus liberaret. Si inuenierit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & concubuerit cum illa, ac ad iudicium res venerit, dabit ille patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, habebit eam vxorem, dotabitque eam. Si verò pater puellæ noluerit, dabit pecuniam virgini iuxta modum dotis, quam virginem accipere conſueuerunt. Si duxerit vir vxorem, ac poſtea dicit, non inueni eam virginem, accuſatque, ſi iudicatum fuerit, puellam non eſſe culpabilem, retinebit eam, nec poſtea dimittere poterit, ac condemnetur quadraginta minus vna plaga. & quinquaginta ſiclos dare patri cogatur, ſecundum Iosephum. Si verò conuicerit puellam fuiſſe corruptam, ſi quidem popularis ſit, eo quòd caſtè virginitatem vſque ad legitimas nuptias non ſeruauerit, lapidetur : Si verò de ſacerdote ſit nata, vna concremetur. Homo ſi dormierit cum muliere quæ ſit ancilla etiam nobilis, & tamen precio non redempta, vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator. ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Si quis falſè teſtatus eſt & conuictus, ea patiarur quæ paſſurus eſſet is, contra quem teſtimonium dixit. Vni teſti non credatur, ſed tribus, aut ad vltimum duobus, quorum teſtimonium verum faciat vita prior. Mulierum teſtimonium nequaquam recipiatur, ſed neque ſerui propter ignobilitatem animi. Non mentimini, nec decipiat vnusquiſque proximum ſuum. Cum ingreſſi fueritis terram, quam Dominus Deus daturus eſt vobis, habitaueriſque in illa, & dixeris, Conſtituam ſuper me regem : eum conſtituas, quem Dominus Deus elegerit de numero fratrum tuorum : non enim poteris alterius gentis hominem regem facere. Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nō habebit vxores plurimas quæ alliciant animam eius, neque argenti & auri immenſa pondera. poſtquam federit in ſolio regni ſui, deſcribat ſibi Deuteronomiū legis huius, & habebit ſecū, legetque

De furto.

* vera

De adulterio & ſtupro.

De falſo teſtimonio.

Regis electio atque poteſtas.

legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cæremônias eius, nec eleuetur in ſuperbiã ſuper fratres ſuos, nec declinet in partem dextram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij ſui. Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus dederit tibi per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipiet perſonam, nec munera. excæcant enim oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iuſtum eſt perſequeris, vt viuas. Inter puniendum quæ delicti eſt meſura, is plagarum quoque ſit modus. Date ergo ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, & quod iuſtum eſt iudicent, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum : ita paruum iudicent vt magnum, quia Dei iudicium eſt. Si difficile aut ambiguum iudicium perſpexerint inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas verba variari videbuntur : ſurge & aſcende locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis, ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco què elegerit Dominus. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Quando peccauerit homo qui morte plectendus eſt, & appenſus patibulo, nō permanebit in ligno cadauer eius, ſed eadem die ſepelietur. eſt enim à Deo maledictus qui in ligno pendet. Viri ducant vxores virgines liberas, bonis parentibus procreatas, de tribu & cognatione ſua. Cunctæ etiam ſceminæ de eadem tribu maritos accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs. Hoc de mulieribus intelligas, ſi in hæreditate paterna ſuccedunt, vt filia Salphaad, quæ ſucceſſerunt in hæreditate paterna non habentes fratres : ideo ne hæreditas perueniret in aliam tribum, præceptum eis fuit, vt hominibus ſuæ tribus iungerentur. Qui verò virginem ducturus non eſt, ei non iungatur quam diſcedere ſuaſit ab alio, neque contriſtet priorem maritum eius. ancillas liberi non ducant vxores, neque ſi per amorem ad hoc compellantur. Si quis dederit filiam ſuam alicui in familiam, impuberem intellige : ſi ſpreuerit eam, populo alieno vendendi non habebit poteſtatem. Si autem filio ſuo deſponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. quòd ſi alterum ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias & veſtimenta & precium pudicitia. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis, abſque pecunia ſoluta. Si habuerit homo vxores duas, vnam electam & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, diuidendo ſubſtantiam ſuam inter filios, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, ſed filio odioſæ dabit de ijs quæ habuerit, cuncta duplicia. Si maritus alicuius mulieris moritur abſque liberis, vxor deſuncti non habet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſucitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea filium, nomine illius appellabit. Si noluerit eam accipere, interpellabit mulier iudices, qui accerſitū interrogabunt. ſi reſponderit, nolo eam accipere, tunc tollet mulier calceamentum de pede eius, & ſpnet in faciem eius, dicens : Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui. & vocabitur domus illius poſtea, domus diſcalceati. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat. turpitudinem patris aut matris tuæ non diſcooperies. turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies, ſed neque ſororis tuæ ex patre vel matre, neque filia filij tui, vel neptis ex filia, neque filia vxoris patris tui, neque ſororis patris tui, neque ſororis matris tuæ, neque turpitudinem patris tui aut vxoris eius, neque nurus tuæ, & vxorem fratris tui, aut filia vxoris tuæ non reuelabis, filiam filia eius & filiam filia illius non ſumas. Nullam ex præmiſſis vxorem habere poteris. ſororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipias adhuc illa viuente. Cum introieris terrā quam poſſeſſurus es, & deleuerit Dominus corā te Ethem, Gerezem & Amorrhem, Chananeū & Pheretem, Eueum & Iebuſem, ſeptem gentes, percuties eos vſque ad internecionē. nō inibis cum eis foedus, nec ſociabis cum eis connubia. filiā tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me. Si videris in numero captiuarū mulierem pulchrā, & amaues eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domū tuam : quæ radet caſariē, circuncidet vngues, & deponet veſtem in qua capta eſt. poſtquam verò fleuerit parentes ſuos vno menſe, erit tibi vxor. Si poſtea non federit in animo tuo eam retinere, dimittas eam liberam, nec vendete poteris, nec opprimere per potentiam, quia humiliasti eam. Si homo non inuenierit gratiam in vxore propter aliquam

Iudicij inſtitutio.

De vxoribus ducendis, & prohibitiſe aliquarum. Filia Salphaad. Nu. 27. & 36.

Fratri ducenda mortui vxor.

Non accedendaagnata

De Eunuchis.

De impijs.

De diuisione terrarum.

Num. 27. & 36.

Belli res quomodo tractanda.

Hac oratione legem populo Moyses tradidit.

aliquam scditatem, scribar libellum repudij, & det in manum illius, & dimittat eam. Cumque egressa, alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudij & dimiserit, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem. Sed neque fornicaria sequenda sunt nuptiae, pro quibus corporis iniurijs nuptiales hostias non suscipit summa diuinitas. Eunuchus non intrabit ecclesiam, hoc est, matrimonium non contrahet. Mamzer quoque de scorto natus, vsque ad decimam generationem excludatur. Ammonites & Moabites excludantur à contrahendo cum Hebraeis mulieribus in aeternum. Idumæus ac Aegyptius in generationem tertiam duntaxat erit exclusus. Si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruiet tibi, septimo anno liber egrediatur gratis: cum quali veste intrauit, cum tali exibat, habeatque viaticum: & habens vxorem, ipsa egrediatur simul. quòd si dominus dederit illi vxorem quæ peperit liberos, erunt domini sui sicut ancilla. ipse vero exiturus cum vestitu suo, si dixerit seruus, diligo dominum & vxorem ac liberos, offerat eum, dominus iudicibus, perforabuntque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. Cum intraueris terram Chanaan, disperdit cunctos habitatores terræ illius. diuidatur sorte per tribus vestras, pluribus dabitur latiore, & paucioribus angustiore. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de ea tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israel, sed habebunt decimas, sacrificia, primogenita, primitias & oblationes. nihil aliud accipient de possessione, præter vrbes ad habitandum, & suburbana pro pecoribus. Dominus enim ipse est hæreditas eorum. non transferas terminos, sed habeantur firmi, per quod vobis seruiabitur pax. Quòd si mortuus fuerit homo ex Israel, filij succedant ei. si filium non habuerit, ad filiam eius transferas hæreditatem. illa postmodum ducere non poterit, nisi suæ tribus virum, vt sortium distributio non confundatur, sicut in filiabus Salphaad seruatum vidistis, vt hæreditas permaneat in familijs. Terra non vendetur in perpetuum, quia Domini est, & vos aduenæ & coloni. vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis titulo vendatur. Si itaque attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam tibi, & voluerit propinquus eius, potest redimere: sin aliter, computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit, & quod reliquum est, reddat emptori, si redimere vult: quòd si non redemerit vsque ad iubileum, redibit ad dominum omnis venditio, excepta domo intra vrbis muros: quæ si intra annum primum redempta non fuerit, nec etiam in iubileo redibit. ædes tamen Leuitarum quæ in vr-bibus sunt, poterunt redimi, alioqui redibunt liberè in iubileo. Suburbana non licet vendere, quia possessio sempiterna est. Bellaturi, legationes mittite ad voluntarios hostes, petite vt nequaquam cum eis pugnare debeatis, & res eorū auferre cogamini. Et si quidem consentiunt, bonum est seruare pacem. Si verò confidetes in se, quasi virtute precellant, & vos vexare conantur, exercitum super eos inducite, principe vtentes omnipotente Deo. Exercitus autem ducatur mundus. stabit sacerdos ante aciem, & loquetur sic: Audi Israel. nolite metuere, nolite cedere, quia Deus in medio vestri est, & pro nobis dimicabit. Timidi verò discernendi sunt, ne circa congressionem vertantur ad fugam. Eos qui nuper ædificauerunt domos, quibus tempus annale non fuit ad fruendum, & qui plantauerunt, & nec dum participati sunt fructibus, in provincia dimittendos censemus: sed etiam eos qui sponsi sunt, & qui nuper vxores duxerunt, ne desiderio earum parentes vitæ, arma tractare contempnant, annum illi læti agant. Obsidentes ciuitates, & lignis egentes ad machinas, non incidatis arbores fructiferas, scientes eas pro vtilitate hominū esse productas: vincentes in pugna, percucietis omne quod in eo est generis masculini gladio, absque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris: prædam exercitui diuides. Si aperuerint portas, & receperint vos sine pugna, populus saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Absque gente Chanaanæ villos non permittes viuere, sed interficies in ore gladij, sicut præcepit tibi Dominus, ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes. Non poteris eos delere pariter, ne fortè multiplicentur contra te bestia. paulatim expelles eos ac eijcies. Moyses cunctis pro populi salute, siue belli siue pacis tempori accommodandis, commisit, ita exorsus est inter populum: O viri commilitones, & sicut Deo placuit, calamitatis longè participes, centum viginti annis confectū oportet me ab hac vita discedere. In his quæ gerenda sunt trans Iordanem, non ero vester adiutor. iustum igitur credidi, neque nunc meam deponere pro vestra felicitate curam. Nunc igitur explanans, quemadmodum vos felices eritis, vestris filijs honorū vestrorū relicturi possessionem,

sionem, ab hac vita discedo, dignusque sum vt mihi fides habeatur & propter pristinas virtutes, & eo quòd ad vitam huius terminum veniens, cum omni loqui valeam integritate. O filij Israel, cunctis hominibus causa bonæ possessionis propicius est Deus. hic enim solus dignus hoc distribuere, & auferre in se delinquentibus potest. Cui vos exhibentes, quales vos ipse vult esse, simul & ego voluntatem eius sciens, apertè vos moneo. Non enim eritis felices, si ab illius mandatis aliquando secesseritis. possessio enim bonorum firma manebit, & rerum omnium securitatem habebitis, si solummodo quæ Deus vult, sequi obediatis. Et neque legum alienarum ordinem præponatis, neque pietatem quam nunc circa Deum geritis, spernentes, ad modum alium conuertamini. Deo enim auxiliatore cuncta superabitis. præmia quoque magna vobis sunt posita, si feceritis quæ præcepit vobis Deus, qui te per quadraginta annos per desertum duxit, dedit tibi è cælo cibum manna, quod ignorabant patres tui: vestimentum tuum vetustate non defecit, calceamentum tuum attritum non est.

En quadagesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit homo filium suum, sic & Deus tuus erudit te: ipse introducet te in terram largam riuus & fontibus, terram frumenti ac vini, in qua ficus & malogranata: terram olei & mellis, vbi abique omni penuria comedes panem tuum, & rerum abundantia perfrueris. obserua & caue, ne quando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, & mandata quæ non sunt supra te, neque procùl posita, neque in cælo sita, vt possis dicere, quis nostrum potest in cælum ascendere, vt audiamus atque opere compleamus? sed iuxta te est sermo in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtra mortem & malum. Testem inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim tibi hæc. elige ergo vitam, vt viuas tu cum semine tuo, & diligas Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, & illi adhæreas: ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Audi & obserua: cum transgredieris Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cælum vsque muratas, populum magnum atque sublimem, ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter iniquitates suas terræ istæ deletæ sint: neque propter iustitias tuas, aut æquitatem tuam, sed quia illæ egerunt impiè, deletæ sunt, & vt compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus vestris, Abraham, Isaac & Iacob. Audi quæ dicam: Cum te introduxerit Dominus in terram quam promiserat tibi Dominus, & deleueris gentes multas coram te, Ethæum, Gergesæum, Amorrhæum, Chanaanæum, Pheresæum, Iebusæum, Euzæumque, gentes multas & maioris numeri quàm tu es, percuties eos vsque ad internecionem. non inibis cum eis foedus, nec miserearis eorum. Quin potius aras eorum subuertite, confringite statuas, lucos succidite, sculptilia comminuite, disperdite nomen eorum de cunctis locis illis, ne fortè peccare faciant, & sint in clauum oculorum. Gentes enim istæ, aures & diuinatores audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. En dixit mihi Dominus: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum similem tui, & ponam verba mea in ore eius. Qui verba quæ loquetur in meo nomine, noluerint audire, ego ultor existam. Propheta verò qui arrogantia deprauatus, loquitur in nomine meo quæ non præcepi illi, interficietur. Quòd si responderis, Quomodo possum intelligere verbum quod Dominus locutus est? hoc habebis signum: si quid loquitur prædicens, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus. Memento etiam quid tibi fecerit Amalech in via, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis, qui lassè residebant, cedere, quando tu eras fame & labore confectus. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas gentes per circuitum in terra, delebis nomen eius de sub cælo: caue ne obliuiscaris. Et cum transieris Iordanem, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis decalogi, ædificabisque ibi altare lapidibus quos ferrum non tetigit, & offeres super eo holocaustum, immolabisque hostias pacificas, comedesque & ibi epulaberis coram Domino Deo tuo: stabuntque ad benedicendum Domino super montem Garizim, Simeon, Iudas, Isachar, Ephraim, Manasse, Benjamin: & eregione stabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan & Nepralim: eruntque in medio sacerdotes & Leuitæ, pronūciabuntque, ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus qui nõ permanet in sermonibus huius legis, nec eos opere perfecerit: & dicet

Diuinorum mandatorū benignitas.

Lex in lapide inscripta.

Garizim.

omnis

omnis populus, Amen. Et iterum, Benedictus qui permanet in sermonibus legis huius: & respondebit eregione omnis populus, Amen. Et subiungit, Si audieris vocem Domini, ut facias omnia mandata eius, faciet te Dominus Deus tuus excelliorem cunctis gentibus, venientque super te vniuersae benedictiones. Benedictus in ciuitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, benedictus fructus terrae ac pecorum tuorum, benedictus ingrediens & egrediens: corruent inimici tui ante te: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua: persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem millia. Ambulabitque Deus inter vos, & eritis populus eius. **Quòd si non audieris, nec omnia mandata legis huius perfeceris, augebit Deus plagas & infirmitates pessimas, & quæret te omnes afflictiones Aegypti, disperget te Dominus in omnes populos à summitate terrae vsq; ad terminum eius: in gentibus illis non quiesces: dabit tibi Deus cor pauidum, deficientes oculos, & animum consumptum mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te: timebis nocte & die, nec credes vitæ. manè dices, quis mihi det vesperam? & vesperi, quis mihi dabit manè? reducet te Dominus classibus in Aegyptum, ibi vendetis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui eruat te. Quòd si ductus pœnitentia cordis tui, & reuersus fueris ad Deum, & obedieris eius imperijs in toto corde tuo & in tota anima tua, reducet te Dominus de captiuitate tua, ac miserabitur tui, & rursus congregabit te: si ad cardines terrae fueris dissipatus, assumet atque reducet in terram quam possederunt patres tui. Circumcides cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut possis vivere. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris errore deceptus, prædico tibi hodie, quòd peribis ac morieris. Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel: præcepitque eis, dicens: Post septem annos anno remissionis in solennitate tabernaculorum conuenientibus cunctis ex Israel, in loco quem elegerit Dominus, legetis verba legis huius coram omni Israel, tam viris quam mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas, ut audientes discant & timeant Dominum Deum vestrum: tollite igitur librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium. Noui enim contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Noui quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremis. Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel, ut memoriter teneant & ore decantent: sit mihi carmen istud in testimonium inter filios Israel, & inuocabo contra vos caelum & terram, dicens: Audite caeli quæ loquar, audiat terra verba oris mei & c.**

His dictis, exhortans Iesum Nauæ ad Chananæos exercitum ducere, tãquam Deo cooperante in his quæcunque tentaret: Ego, inquit, ô Israel gaudens discedo, commendans vos castitatis legi & bonæ conuersationis ornatui, virtutibusque ducum, qui prouidentiam vestræ vtilitatis exhibebunt. Deus autem qui hætenus vester præsul extitit, pro cuius voluntate & ego vobis vtilis fui, non vsque ad præsens stare faciet prouidentiam suam, sed quanto tempore ipsum volueritis habere vobis patrocinantem. consilia nanque vobis præbebunt optima, quæ sequentes, felices eritis, pontifex Eleazarus & Iosue, necnon & seniores & principes tribu, quos audire vos conuenit, scientes quia omnes qui benè in principatu consistunt, & principatum tenere & libertati præesse possunt, nec indignemini in his quæ vos agere duces vestri populi fecerint. Nunc etenim ne benè facientibus iniuriã faciatis, caute: nec huiusmodi iram aliquando sumatis, quali circa me vti sæpius præsumpistis. noctis enim quòd frequenter peiora à vobis, quam ab hostibus, mortis pericula sustinui, quæ tamen vobis animo iniquo non obijcio. Non enim in exitu vitæ dolentes contra me relinquere volens, hæc ad memoriam reuoco, quando nec tempore quo hæc patiebar, iratus agnoscebar: sed vt in futurum à talibus temperetis, & in nullo vestris præsulibus iniurias faciatis. Nam si procaces fueritis contemptores effecti, & virtutem deuotionemque perdidistis, quam spem circa Deum geretis? eum primitus habebitis inimicum, & terram quam armis obtinistis, iterum cum magnis opprobrijs amittetis. Ad hæc illi flebant & multum lamentabantur, partim pœnitentia eorum quæ in deserto aduersus illum iniquè egerant, partim suorum periculorum consideratione, quantum ducem, quam piùm apud Deum intercessorem amitterent. Augebantur lachrymæ populi, quem consolatur. rum benedicens multitudini, Quoniam ego, inquit, ad nostros

Benedictio bonorum.

Maledictio malorum.

Confert Vespasiani temporibus.

Libri legis custodia.

Moyse exhortatur Iesum Nauæ.

stros pergo maiores, & Deus hoc die me ad illos ire decreuit, gratias quidem ei adhuc viuens, vobisque præsens refero propter prouidentiam eius, quam non propter libertatem solummodo vestram gerens, sed etiam pro muneribus optimis semper exhibuit, laborantique mihi & omnem sollicitudinem habenti, pro meliori vestra conuersatione sua solatia non negauit, & in omnibus placidum nobis præbuit seipsum: magis autem ipse fuit, qui etiam bonam conuersationem dedit: finemque concessit, me vtens sub principe pariter & ministro. in quo vestrum populum voluit adunare, pro quibus omnibus benedicere virtuti Dei, cui cura erit & in futuro cogitare pro vobis, moriens optimum iudicauit, & ipse vique hoc debitum restituens, & vobis ad memoriam derelinquens, quia colere vos semper oportet & honorare leges rerum omnium quas præstitit, & placidus permanens, adhuc præbebit tanquam optima dona, quia pessimus inimicus est & homo nequissimus, qui legislatori facit iniuriam, & leges ipsas frustra positas arbitratur. Deum ergo non prouocetis ad iracundiam, legibus neglectis quas ipse vobis dedit. Hæc Moyses ad finem vitæ dicente, & cum benedictione singulis tribubus futura prophetante, populus cessit cunctus ad lachrymas, ita vt etiam mulieres tudentes sua pectora, demonstrarent in eius morte lugubrem passionem. Sed & paruuli flentes, declarabant virtutem eius & magnitudinem, vltraque ipsam infanriam sentiebant. Erat itaque iuuenibus ac senioribus ærumna magnæ tristitiæ. alij nanque scientes quali tutore priuarentur, de futuro lugebant: alij verò maximus ob hoc erat luctus, quoniam cum nondum benè eius viderentur degustasse virtutem, tali principe fraudabantur. Nimietatem verò gemitus populi atque doloris conijcere poterit vnusquisque ex eo, quod tunc ipsi legislatori prouenisse dinoscitur. Nam cum omni tempore suaderet, non oportere quenquam pro futura deijci morte, tanquam hanc voluntate Dei & lege naturæ ferret, in his tamen quæ gerebantur à populo, victus est vt desereret. Igitur properantem quòd erat auferendus, cuncti cum lachrymis sequebantur. Moyses autem alios quidem, manu silentium faciens, pro cunctis quietos manere præcepit: proximos verò suis consolabatur sermonibus, ne sequentes, lugubrem ei faceret finem. Illi etiam hoc ei præstandum iudicantes, vt propria voluntate discederet, semetipsos in alijs locis detinere flentes, & abeuntem lachrymis currentibus intuentes, quem solummodo seniores deduxerunt, & pontifex Eleazarus & princeps Iesus. ascenditque de campes tribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho. rum ostendit ei Dominus omnem terram Galaad vsque Dan, & vniuersam Neptalim terram, & Ephraim & Manassæ, & omnem terram Iuda vsque ad mare nouissimum, & australem partem & latitudinem campi Hiericho, ciuitates palmarum vsque Segor. dixitque Dominus ad eum: Hæc est terra pro qua iuravi Abraham, Isaac & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam, vidisti oculis tuis, & non transibis ad illam. Et dum salutarer Moyses Eleazarum ac Iosue, mortuus est, & sepeliuit eum Dominus in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulcrum eius vsque in præsentem diem. Vixit igitur annos viginti & centum, sapientia cunctos homines qui fuerunt quocunque tempore, superans, & optimè his quæ intelligebat, vtens. primus enim diuinas leges literis explicauit. Ad loquendum verò populo valde gratus, sic quoque cunctis abstinentis passionibus, vt neque esse in eius anima putarentur. non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. dux quidem præstantissimus, propheta verò qualis ille, alter nullus. Non enim surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis & portentis. Hunc populus luxit diebus 30. & nunquam tristitiæ magnitudo Hebræos tanta detinuit, quanta fuit in transitu Moysis. Moysè itaque mortuo, Iosue filius Nauæ, propheta & dux, eodem anno ducatur à Moysè suscipiens, populum Domini 27. annis rexit, Naafon existente principe generationis Christi, Eleazaroque summo pontifice. Erat vir sanè magnanimus, eloquentia ingenioque clarus. Illi locutus est Dominus: Moyses seruus meus mortuus est. surge, transi Iordanem tu & omnis populus in terram quam dabo filijs Israel: omnem locum quem calcauerit pes vester, vobis tradam, à deserto & Libano vsque ad flumen magnum Euphraten. Omnis terra Ethæorum, vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Sicut fui cum Moysè, ita ero tecum. confortare, & esto robustus. Tu enim forte diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus tuis. cura legem custodias, nec declines ab ea ad dextram vel ad sinistram. Misit igitur Iosue de * Sathim duos viros explorandi gratia, & dixit: Ite & Iosua.

Aduersus rebelles.

Moyse scissus ad montem Nebo.

Interit Moyses, annos natus centi & viginti.

Mortuo Moysè, dux Iosue præcepit populo mandato Domini. Iosua.

K

confi-

Iosue milit
explorato
res de Sa
thim.
Raab mere
trix.

consideratē terram, urbemque Hiericho. Qui pergentes trans Iordanem, ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Raab. Nunciatum autem est regi Hiericho: Ecce viri per noctem ingressi sunt de filiis Israel, ut explorent terram. Misitque rex ad Raab, dicens: Educ viros qui ingressi sunt domum tuam. Exterrefacta mulier, tulit viros, & abscondit sub stipula lini, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. Cumque porta clauderetur, exierunt, persequimini citò, ut apprehendatis.

Excurserunt ad hanc vocem, per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. Et ecce mulier ait viris: Noni quod Dominus tradidit vobis terram, irruit in nos terror vester, audiimus quod siccauerit Dominus aquas maris rubri quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis regibus Amorrhæorum Seon & Og, quos interfecistis. nunc ergo iurate mihi per Dominum, ut quomodo ego feci vobis misericordiā, sic & vos faciatis mecum & cum domo patris mei. At illi iurauerunt. tunc dimisit eos mulier per fenestram domus quæ herebat muro. Et ait eis: Latitate in montanis diebus tribus, donec redeant qui vos persequuntur. Et dixerunt: Collige tuos in domum cum capitur ciuitas, & liga funem hunc in fenestram, & nemo vobis nocet.

Migraturus
populus se
parat.

Itaque redierunt ad Iosue, narrantes omnia quæ sibi acciderant. Iosue verò & Eleazar & maiores populi ratum habuerunt iuramentum eorum. Tunc præcepit Iosue per præcones populo: Præparate vos, post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendā terram, quam Dominus Deus daturus est vobis. Rubenitisque & Gaditis & dimidiæ tribui Manassæ ait: Memento sermōnis quæ fecit Moyse: Vxores vestrae, liberi, ancillæ & iumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres vestros, & pugnate pro eis, donec det Dominus eis requiem sicut dedit vobis, & tunc reuertimini ad vestra. Responderunt Iosue: Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocumque miseris, ibimus. tantum sit Dominus tecum, sicut fuit cum Moyse, qui contradixit tibi, & non obediit, morietur. Igitur Iosue de nocte cōsurgens, mouit castra. egredientesque de Serhim,

Iosue tran
siit Iorda
nem sicco
pede cum
exercitu.

venerunt ad Iordanem. morati sunt ibi per tres dies, quibus euolutus, dixit Iosue ad populum: Sanctificamini, cras enim faciet Dominus mirabilia. diluculo verò dixit ad sacerdotes: Tollite arcam, & præcedite populū spatium cubitorum duorū millium, ut videri possitis ab vniuersis. cumque intraueritis partem Iordanis, siccabitur. populo verò dixit, cōsurgite & sequimini præcedētes, sitque inter vos & arcam spatium, ut procul videre possitis & nosse, per quam viam ingrediamini, & caute ne appropinquetis ad arcam. Ecce arca præcedet vos per Iordanem. Præcedentibus itaque sacerdotibus cum arca, sequebatur vniuersa multitudo, paruulis & mulieribus in medio collocatis. præcedebantque Ruben & Gad & dimidia tribus Manassæ, & erant quadraginta millia pugnatorum. Accedentes autē Iordanē, inuenerunt eum propter insolitā imbrum multitudinem, immeabilem. Cumque intraissent sacerdotes aquam, steterunt aquæ, ascendentes, & instar montis intumescētes, apparebantque procul ab vrbe Edom vsque ad locum qui dicitur Sarthan. Inferiores verò aquæ descenderunt in mare mortuum circa So domam. Sacerdotes autem stabāt in medio fluminis cum arca, donec vniuersus populus per siccum alueum transisset. tunc elegit Iosue duodecim viros, singulos de singulis tribubus, qui tulerunt de loco vbi steterunt sacerdotes, duodecim lapides in siccum, de sicco verò retulerunt in alueum alios duodecim in aceruum memorialem transitus eorum. Cumque transisset populus, sequebatur arca: reuersaque sunt aquæ in alueum suum: ascenditque populus de Iordane primo mense, decima die eiusdem: tollentesque secum 12. lapides fluminis, castrametati sunt in Galgalis per stadia decem ab Hiericho, quinquaginta verò stadijs à Iordane. At Iosue construxit altare de lapidibus istis in Galgalis, & super illum post sacrificauit Domino.

Sisit aqua
cursum.

Postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem, cunctique reges Chanaan, quod siccaisset Dominus fluentia Iordanis coram filiis Israel, non remansit in eis spiritus, timentibus introitum Israel. Eo tempore ex præcepto Domini circumcidit Iosue populū, hoc est, paruulos qui nati fuerunt in deserto. facta autē circuncisione, dixit Dominus ad Iosue: Hodie abstuli à vobis opprobrium Aegypti. ob hoc vocatū est nomen loci illius, Galgala, id est, reuolutio siue volutabrum. Porro mansit populus in castris donec sanaretur, & fecerunt. phase 14. die ad vesperam in campestribus Hiericho. quod non nisi bis factum fuerat, primò in finibus Aegypti circa Ramesse, secundo ad radicem montis Sina secundo anno egressionis, & comederunt de fructibus terræ die altero azymos panes & polentam, statimque

Circuncisio
facta à Io
sue.

que defecit eis manna, quo aliti fuerant quadraginta annis. Eadem nocte exijt Iosue ad explorandum in agrum Hiericho, viditque virum stantem contra se euaginato gladio. Et Iosue ait: Noster es an aduersariorum? qui respondit: Princeps sum exercitus Domini. docuitque eum de modo capiendi ciuitatem, præcipiens quod eam & vniuersa eius anathematizaret. Cumque adorasset Iosue pronus in terram, dixit angelus: Solue calceamētum de pedibus tuis. locus in quo stas, sanctus est, id est, sanctificatus. Fecit Iosue ut sibi fuerat imperatū. Hiericho autē clausa erat, ita ut nullus ingredi aut egredi auderet. Igitur Iosue de nocte cōsurgens, mādāt sacerdotibus, ut arcam Domini tollant & septem buccinas, incedētes ante arcam. armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam. circuieruntque ciuitatem primo die azymorum semel & sub silentio, & redierunt in castra. sic fecerunt sex diebus, die autem septimo septies eam circuierunt, & in circuitu septimo dixit Iosue ad populum: Vociferamini, ascendite, sitque hæc ciuitas anathema: id est, omnia morti dentur, præter aurum & argentum, æs & ferrum, quod transire potest per ignem, id conferuetur Domino in primitias operum nostrorum. solam Raab cum suis conseruetis.

Igitur vociferante populo, & clangentibus sacerdotibus cum buccinis, muri funditus corruerunt. Et ascendit quisque per locum suum, interfecerunt omne viuens in ea, combusserunt ciuitatem & omnem supellestem in monumentum sempiternum. Raab verò honoratam muneribus, cum omni domo sua receperunt in Israel in perpetuum, quam postea duxit Salmon princeps de tribu Iuda in uxorem, qui ex ea genuit Boos auum illius, qui genuit Obeth ex Ruth. Boos enim filius Salmon, genuit Boos secundum, qui secundus genuit virum Ruth, ex qua Boos tertius genuit Obeth, ut infra diceret. Tunc maledixit Iosue quicumque reedificaret Hiericho. fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatū est in omni terra. Porro Achan de tribu Iuda, vastata vrbe, tulit chlamydem coccineā cōtextam auro, ducentos auri siclos valentem, tulitque, & rotidem siclos argenti, regulamque auream. Tum misit Iosue viros de Hiericho, qui explorarent ciuitatem Hai, quæ est iuxta Bethel. qui reuersi, dixerunt: Sufficiunt tria millia ad capiendam urbem. qui cum ascendissent, terga vertentes, percussi sunt à viris vrbs Hai, & corruerunt ex eis 36. viri. Iosue verò scidit vestimenta sua, & iacuit pronus coram arca vsque ad vesperam, & senes populi cum eo saccis induti. exterriti que sunt vniuersi, verentes ne impetum faceret in eos populus. Dixitque Dominus ad Iosue: Pollutus est populus anathemate, nec ero cum eo donec mundetur. applica populum, & fac sortem per tribus, familias, domos & capita: & inuentus sorte, comburetur cum omni substantia sua. Quo facto, intuenit fors tribum Iudæ, deinde familiam Zaræ, domum Charmi, tandem ad vltimum caput Achan. Tunc dixit ei Iosue: Fili, da gloriam Deo, id est, confitere. At ille confessus est, missique sunt nuncij in domum suam seu tentorium, qui pecuniam reconditam in terram retulerunt ad populum. Tollens itaque illum Iosue cum omni substantia sua & domo, supellectili & iumentis, duxit in vallem profundam, & lapidauit eum omnis populus, & cuncta quæ illius erant, igni consumpta sunt. feceruntque super eum lapidum aceruum, qui permanet vsque in presentem diem: vocatumque est nomen loci illius, vallis Achor. Postea surrexit Iosue & omnis populus, ut ascenderet Hai, & præmisit 30. millia virorum inter Bethel & Hai ad occidentem. qui dimissis quinque millibus, redierunt ad exercitum. Rex autem Hai festinauit manè egredi cum omni populo suo, ignorans quod post tergum laterent insidiæ. Iosue verò fugiens, cum longè traxisset eos ab vrbe, eleuauit clypeum quem gerebat. quo viso, surrexerunt qui erāt in insidijs, & intrantes urbem succenderunt. Quibus egressis post hostes, & Iosue faciente impetum in eos, ex vtraque parte cadebantur aduersarij: & interfecerunt omnes à viro vsque ad mulierem, xij. millia hominum. prædam verò diuiserunt, suspendentes regem Hai in patibulo vsque ad vesperam. succenderunt urbem, & fecerunt eam tumulum sempiternum. Gabaonitæ verò audientes quæ fecerat Iosue duabus vrbus, & quod ex mandato Domini nulli parcerent habitantium in terra promissionis, nec amicitias cum eis faceret, callidè cogitauerunt inire foedus cum eis: miseruntque nuncios, quasi de longinquo venirent, vt res ferētes & forulares vestes attritas, muscidos panes habentes in starchyjs suis. Hi cum venissent in castra Galgalæ, dixerunt ad Israel: De terra longinqua venimus extra sortem vobis datam, serui vestri sumus, inite nobiscum foedus. Credideruntque eis Israel, & os Domini non interrogauerunt, initoque cum eis foedere, iurauerunt eis Iosue & Eleazar & omnes prin-

Hiericho
capitur.

Salmon,
Boos.
Ternio iste
trium Boos
paulò post
generat, 30.
confutatur.
Achan.

Strages po
puli Israel.

Hai capitur

Gabaonita
rum confi
lium quo
seruati sunt.

cipes multitudinis. Post triduum verò eognouit Israel se circumuentum, mouentesque castra, venerunt vt euerterent ciuitates eorum, egressique sunt Gabaonites obviam eis. Et ait Iosue: Quare decepistis nos qui dixerunt. Timuimus valde & nobis proindimus, facite quod bonum vobis & rectum videtur. Tunc acclamat populus, non esse standum iuramento, quod per surreptionem factum erat, praesertim cum Dominus prohibuisset talibus confederari. Maiores verò qui iurauerant, pro religione iurandi seruanda, & murmure populi sedando, sic dispensauerunt, vt non haberent eos socios, sed seruos aquarios & lignarios: & dicti sunt Nathinnæi, quòd ligna & aquam ferrēt in vsus altaris in locum quem Dominus elegerat. quo facto, redijt Israel in Galgala. Eo tēpore regnabat in Hierusalē Adonisedech, qui cum audisset Gabaonitas foederatos cum Israel, timuit valde, & cōuocauit quatuor reges secum, & ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, & obsederunt Gabaon. Obsessi autem, miserunt ad Iosue, dicentes: Ascende citò & libera nos, qui collecto exercitu, irruit repente super hostes, qui versi sunt in fugam per descensum * Betharam. Et Dominus misit grandinem super eos, ita quòd plures occidit grando quàm gladius. Videns autem Iosue solem descendentem ad occasum, timens ne beneficio noctis euaderent hostes, clamauit ad Dominum, dicens: Sol, cōtra Gabaon nō mouearis, & luna, contra vallem Aialon. Stereruntq; sol & luna spatio vnus diei, nec antea nec post fuit tam longa dies. quinque verò reges absconderunt se in spelunca vrbis Maceda, praecipitque Iosue socijs suis: Voluite saxa ad os spelūcæ, & apponite custodes, vos autē persequimini hostes. Cesis itaq; aduersarijs plaga magna, redijt exercitus ad Iosue in Maceda vbi tunc erat. Et ait Iosue: Producite quinque reges de spelūca. Quibus eductis, dixit ad principes exercitus: Ponite pedes super colla regum istorum, quo facto, suspenderunt eos in patibulis, depositosq; ad vesperam proiecerunt in speluncam in qua laterunt, & posuerunt super eos saxa in monumentū sempiternū. Eadem die percussit regē Maceda in ore gladij & vrbē. postea verò vastauit Lebnam & Lachim, Eglon quoque & Hebron & Dabir, & reuersus est cum omni Israel ad locum castrorū in Galgala. Quod cum audisset Iabin rex Asor, misit ad omnes reges circumstantes, egressique sunt vigintiquatuor reges cū turmis suis, habētes secum trecenta millia pugnatorum & duo millia currum. conueneruntq; ad aquas Meron, dixitq; Dominus ad Iosue: Ne timeas, cras tradam tibi omnes vulnerandos. equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Factumq; est ita. percusserunt eos filij Israel omnes, praeter eos qui in ciuitates munitissimas se receperunt. Fecerant enim Chananaei sibi plures munitiones preualidas, à die qua audierant egressos Israel de Aegypto contra se, nec eas nisi longo tempore & graui labore obtinuit Israel. vastauit tamē vniuersam regionem, nulli atati hominū parcens aut sexui: ditatusque est supra modum ex hostium praeda. nec fuit ciuitas quæ se non traderet filijs Israel, coacta scilicet, percussertq; reges omnes tringenta vnum. Quintus iam annus transierat: & transtulit Iosue locum castrorum de Galgalis in Silo, quòd transtulit tabernaculum cum omni ornatu suo pro loci opportunitate, & inde processit in Sichem cum omni populo, & constituit in monte Hebal altare Domino de lapidibus impolitis, obtulitq; super eo holocausta & pacifica. Et scripsit super illud Deuteronomium, id est, mandata Deuteronomij: posuitque mediam partem populi super montem Hebal cum sacerdotibus & Leuitis, aliamque mediam partem in montem Garizim cū sacerdotibus & Leuitis. Et clamauerunt sibi alternatim benedictiones & maledictiones, sicut mandauerat illis Moyses. quo facto, redierunt in Silo. Concessit autem Iosue tribui Iudæ montana ad meridiem, quæ iam acquisuerant, sed nondum sorte tradidit: Ephraim quoque concessit montana ad aquilonem, inter vtrunque mediam tribum Manassæ collocans: his tribubus cōmisit terram, alijs in castris manentibus. sciebat enim tribui Iudæ regnum esse promissum, & Manassæ & Ephraim benedixisse Iacob pro beneficio Ioseph patris eorum. Sed ipse quoque Iosue Effraita erat. dedit autē Ephraim extra sortem aliorum, agrum Sichem, quem dederat Iacob singulariter Ioseph, & sepeliuit in eo ossa Ioseph. Testatur Hieronymus, vidisse se in Sichem sepulcra aliorum vndecim patriarcharum. Accessit autē Caleb filius Iephonæ ad Iosue coram omni populo, & ait: Nosti quæ locutus sit Dominus de me & de te ad Moysen, qui mihi iurauit in reditu cum explorassem terram, dicens: Terra quam calcauerat pes tuus, erit possessio tua in æternum. pollicitusq; est mihi Dominus terrā, in qua inuenimus Enachim, te audiente. quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum hoc. Hodie 85. annorum

Rex Adoni-
sedech.Regū quin-
que fuga.Sol stetit &
luna.

Rex Iabin.

Meron.

Iosue tran-
stulit taber-
naculum in
Silo.

Caleb.

norum sum, sic valens vt eo tempore valebam. Benedixitque ei Iosue, & tradidit ei Hebron in possessionem, & quieuit terra à pralijs. Dixit Dominus ad Iosue: Terra nondum diuisa est, diuide in possessionem nouem tribubus & dimidię tribui Manassæ, cum qua Ruben & Gad possederunt terram, quam tradidit eis Moyses famulus meus trans fluenta Iordanis. Igitur Iosue cōuocauit ecclesiam in Silo, & ait: Sentui, bonum est vt terram quam promisit nobis Dominus, sorte diuidamus. eligite de singulis tribubus tres viros, & mittam eos, vt circumeant terram & distribuant, referantque ad me quod descripserint. Et assumpsit de singulis tribubus tres industrios viros ad considerandam terram, deditque eis decem viros metiendi peritos, quos propter artem veritas non lateret, mandans eis ne secundum quantitatem terram metirentur, sed secundum æstimationem felicitis terræ. nam sæpe pluris sunt decem iugera, quàm centum, & vt referent ad se vniuersa. Viri autem circumeuntes terram, & æstimantes vigilanter singula, mense septimo reuersi sunt ad eum in Silo. proiectisque sortibus, prima Iudæ egressa est, secunda Simeonis, tertia Benjamin, hæc fors angustissima fuit propter terræ fertilitatē. rulerunt enim Hiericho & Hierosolymam. quarta Ephraim, quinta medietati Manassæ, sexta Isachar, septima Zabulonis, octaua Asseritarū, nona Neptalim, vltima verò Danitarum. Sed & Leuitis separauit Iosue quadraginta & octo ciuitates ad inhabitandum, quarum decem prius acceperant in Amorrhæa, vbi tres constituit ciuitates refugij: de reliquis 38. cis Iordanem similiter tres nominauit refugij ciuitates, Hebron de Iuda, Sichem ex Ephraim, de Neptalim * Cedus. Tunc locuti sunt filij Ioseph, ex Ephraim & Manassæ: Cur dedisti nobis quasi possessionem vnus funiculi, cum sumus tantæ multitudinis? ad quos Iosue: Populus multus es & fortis. non eris contentus sorte tua, sed transibis ad montes, & poteris vltra terminos terræ promissionis procedere, & parare tibi locum. Eo tempore ascendit Caleb in terram sibi traditam, & percussit in Hebron tres filios Enach: & ascendens inde, obsedit ciuitatem Dabir, quæ prius vocabatur Cariatsepher ciuitas literarum. ciues enim eius, scriptores fuerunt. quam cum inuenisset munitam, dixit: Qui primus percusserit vrbem hæc, dabo ei Axam filiam meam vxorem. & cepit eam Othoniel filius Cene, frater Caleb, secundum alios fratris filius, nisi pater eorum binominis fuerit. Dedit itaque Caleb filiam suā Axam fratri suo vxorem, quæ cum pergeret cum viro ad vrbem traditam sibi, inducta est à viro, vt peteret à patre agrū in conuallibus. suspirauit itaq; ac fleuit sedens in asino. cui Caleb: Quid ploras? At illa, Terram arētem dedisti mihi, iunge & irriguam. deditq; Caleb ei irriguam superius & irriguam inferius circa ciuitatem traditam. Et cum iam quartusdecimus transisset annus, sileretq; terra in conspectu eorum, dixit Iosue ad Ruben, Gad & dimidiam tribum Manassæ: Fecistis quæ precepit vobis Moyses famulus Domini: & quia dedit Dominus fratribus vestris quietem, reuertimini ad terram possessionis vestræ, ita duntaxat, vt eustodiatis legem Dei, & colatis eum, nec eatis post deos alienos, quia arcam & tabernaculum non habebitis. Fratres sumus & serui vnus Dei, licet interiecto flumine separemur. In multa substantia reditis. diuidite eam cum fratribus qui remanserunt. Qui data acceptaque salute reuertentes, venerunt ad tumulum Iordanis, & ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis, superinscribentes: Testimonium nostrum, quòd ipse Dominus noster est Deus. Nunciatum est id Iosue, & arbitrati sunt illos erexisse illud, vt immo larent super eo victimas, quod non licebat, nisi super altare quod constituerat Deus. Arripiens proinde arma vt deleret eos, pramissit Phinees & decem honoratos viros cum eo, qui dixerunt ad eos: Quæ est ista transgressio? cur reliquistis Deum Israel & cultum eius, ædificantem vobis altare sacrilegum? At illi responderunt: Absit à nobis hoc scelus, alioqui Deus ipse quærat ac iudicet. sed timuimus, ne cras dicerent filij vestri filijs nostris, Quid vobis & nobis? Quid vobis & Domino Deo Israel? terminum posuit Dominus inter nos & vos. quamobrem memoriale hoc ereximus in signum, quoniam fratres vestri sumus, & deicolæ vobiscum manebimus. His auditis, tanquam rationabilibus, Phinees placatus est: & cum retulisset verba hæc ad omnem populum, laudauerunt Deum. Euoluto dein multo tempore, congregauit Iosue omnem Israel in Sichem, & ait: Ego ingrediar viam vniuersæ carnis, & scio vos pronos ad irritandum Deum: eligite hodie quod placet, cui potissimum seruiatis, vtrum dijs gentium, an Deo. Ego enim & domus mea soli seruiemus Domino. Et ait vniuersus populus: Absit à nobis vt à Deo recedamus, sed ei seruiemus. Et dixit Iosue: Vos itaque testes estis, quia hodie elegistis Dominum: & responderunt,

K 3

Testes

Oratio Iosue ad populum de diuidenda terra.

Ciuitates refugij.

Victoria. Caleb.

Cariatsepher.

Altare iuxta Iordanem.

114
Populi Iſra-
el fœdus cū
Domino.

Mors Iofue
& ſepultura.

Eleazarus
moritur, &
illi ſuccedit
Phinees.

*Rameſſes

Belides.

Hyperme-
ſtea.
* Lynceo
Danaus.

Dardanus.
* Phlegya
Buſiris.

Salmon.
Phinees.

Superius le-
guntur Ado-
nibefech,
ſed iſtud pu-
rius eſt.

Teſtes ſumus. & aſcenderunt in Silo, vt ſtare coram Domino. percuffitque popu-
lus in die illa fœdus cum Domino, & in ſignum fœderis effudit Iofue aquam ſu-
per terram, quaſi diceret: Non ſolum violator huius fœderis peribit, ſicut in alijs
fit fœderibus, ſed tota progenies cum eo, vt nullum veſtigium eius appareat ſuper
terram. Et ſcripſit Iofue in die illa omnia verba hæc in volumine legis Dei, & tulit la-
pidem pergrandem, poſuitque eum ſubter quercum, quæ erat ante ſanctuarium
Domini, & ait: En lapis iſte erit vobis in teſtimonium ſempiternum. dimiſitque po-
pulum, ſingulos in poſſeſſionem ſuam. Poſt hæc mortuus eſt Iofue, cum vixiſſet
annis centum & decem, quorum cum Moſe quidem pro doctrina vtilium rerum
commoratus eſt quadraginta, dux autem poſt illius mortem ſex & viginti annis
fuit, vir neque ſapientia indignus, nec eorum quæ cogitabat, vt multa ſapienter
ediceret, inexpertus, ſed vbique ſummus, & ad opera periculæq; magnanimus, audax-
que bella diſponere, & in pace dexter, & in omni tempore præcipua virtute conue-
niens. Sepultusque eſt in ciuitate Thamnathare, quæ ſita eſt in monte Ephraim,
eamque elegit Iofue poſt diſtributionem omnibus factam, tanquam bonus diſpenſa-
tor. ſeruiuitque Iſrael Domino cunctis diebus Iofue, & ſeniorum qui longo vixe-
runt tempore poſt Iofue, qui nouerunt omnia quæ fecerat Dominus in Iſrael. Eo-
dem vero tempore mortuus eſt Eleazar pontifex, & ſepelierunt eum in Gabaath,
cui Phinees ſucceſſit eiufdem filius. In hac generatione anno 7. ſub Moſe dum eſ-
ſet in deſerto, Erichthonius Athenienſium rex 4. regnauit annis 25. Hic in Græcia pri-
mum inuixit currum, ipſe quippe in templo Vulcani & Mineræ (quod ambo vnum
habebant) inuentus eſt puer à dracone inuolutus, quod ſignificauit eum magnum
futurum: & cum parentes eius eſſent ignoti, propter commune templum dictus eſt
Vulcani & Mineræ filius. & quia à dracone inuolutus erat, dracontæis pedibus ſingi-
tur natus. Anno vero huius generationis decimo, * Rameſſes (qui & Aegyptus, à
quo Aegyptus celeberrima regio, quæ prius Aëria dicebatur, nomen accepit) regna-
uit annis lxxvij. huic erat frater Danaus, qui habuit quinquaginta filias. Aegyptus vero
habuit totidem filios, quos Danaus, ſimulatis nuptijs, per filias ſuas vna nocte omnes
occidit. Filia hæc Belides à patre ſunt vocatæ, de quibus Iuuenalis:

Occurrent, inquit, multa tibi Belides.

Procurrauit autem doſoſè Danaus, quod omnes filij fratris ſinguli ſingulas fi-
lias matrimonio copulabant. veritus autem Danaus, ne tanta generorum multi-
tudo ſibi regnum adimeret, erat enim tum Argiuorum rex, perſuaſit filiabus, vt
vnaquæque prima nocte virum ſuum occideret: quod & factum eſt, vna duntaxat
excepta, quæ Hypermeſtra vocabatur. hæc * Lino viro ſuo pepercit, qui & ipſe ſo-
cero ſuo tandem detruncato, poſt ipſum regnauit. Iſte autem Danaus primum
apud Aegyptum regnauit. ſed inde pulſus, Argos veniens, Sthenelum ibi regnantem
regno expulit, & ipſe regnum ſuſcepit. Hic, vt Plin. lib. de natu. hiſt. ait, primus in
Græcia puteos fodiendoſtendit. Danaus item, à quo & Danaï, rex Argiuorum de-
cimus, expulſo Sthenelo, regnauit annis quinquaginta. Eodem tempore Darda-
nus Dardaniam condidit, tum etiam templū Delphi à * Phlegia incenſum eſt: alij in
ſequenti generatione ponunt. Hoc etiam tempore Buſiris in Aegypto fuit, filius Li-
byæ & Neptuni, annoque primo ducatus Iofue, apud Aegyptum tyrannidem exer-
cuit, & regnauit aliquandiu. Qui inter cætera ſuæ tyrannidis opera, fertur hoſpites
ſuos dijs ſuis perſepe immolaſſe. quam ob cauſam cum Hercules ad eum diuertiffet,
& ſimili perfidia qua cæteros, eum perdere tentaffet, ipſum regem aris impoſitum
Herqueſ interfecit.

GENERATIO XXIX.

ANNO 3745. ab exordio mundi ſecundum ſeptuaginta interpretes, iam Naafon
principe de tribu Iuda mortuo, in Salmon eius filio incepit xxix. generatio, dura-
nit xl. annis. Et factum eſt, Iofue iam deſuncto, conſuluit populum Dominum per Phi-
nees, qui ſummo ſungebatur ſacerdotio, Quis aſcendet ante nos cōtra Chanaanem,
& erit dux belli? Dixitque Dominus: Iudas, id eſt, tribus Iudæ. Creditur tamen Caleb
preſuiſſe populo ad modicū. & ait Iudas Simeoni: Aſcende mecū in ſortem meam,
& pugna cōtra Chanaanem. Aſcenderuntq; Iudas & Simeon in Beſech, & percuffe-
runt in eo decem millia virorum, comprehendentesq; Adonibefech, id eſt dominum
Beſech, inciderunt ſummitates manuū & pedum eius. Et ait Adonibefech: Meritō pa-
tior

tior hoc. idipſum enim feceram ſeptuaginta regibus, qui colligebant ſub menſa mea
cibum. Et aſcendentes in Hieruſalem, percufferunt eam, tradentes incendio, & re-
liquerunt ibi Adonibefech, & mortuus eſt. Cepit autem Iudas Gazam & Aſcalon
& Accaron cum finibus ſuis, nec potuit delere habitatores vallis, quia ſalcatis curri-
bus abundabant. Filij autem Iethro Cinai, cognati Moſis, aſcenderunt de ci-
uitate palmarum cum filijs Iuda in deſertum ſortis eius, quod eſt ad meridiem. ciui-
tas autem palmarum, dicitur hic Engaddi. Benjamin autem poſt Iudam aſcendit
in Hieruſalem, nec potuit eijcere Iebufæum, ſed permisit habitare eum ſecum in
tributo. domus Ioseph quoque aſcendit in Bethel, quæ prius vocabatur Luza, &
cepit eam, nec deleuit Ephraim Chanaanem, ſed permisit eum viuere ſub tributo.
ſimiliter & reliquæ tribus, cum eſſent confortatæ, maluerunt eos habere tributarios
quàm delere, tranſgredientes mandatum Domini, & conuerterunt ſe ad agricultu-
ras: qui ad diuitias ſe conuertentes, per epulas & libidinem iam imbelles facti, in con-
uerſatione tali integri non manſerunt. Angelus autem Domini apparuit eis in Gal-
gala, & improperauit quod inieſſent fœdus cum habitatoribus terræ, & reſeruafſent
aras eorum, intulitque, dicens: Dij eorum erunt vobis in ruinam. In illo tempore
ſurrexerunt alij, qui non nouerunt Dominum, feceruntque malum, & ſeruierunt
Baalim & Aſtaroth & dijs terræ, contraxeruntque coniugia cum alienigenis. quam-
obrem indignata diuinitas, non deleuit gentes, & tradidit eos Dominus in manibus
Cuſan Raſathaim regis Meſopotamiæ & Syriæ, ſeruieruntque ei octo annis, & cla-
mauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis liberatorem Othoniel, fratrem Caleb,
aliàs Cenen dictum. Othoniel itaque de tribu Iuda rexit populum annis quadra-
ginta, annumeratis octo precedentibus. vir fuit præſtantiffimus, qui reſpoſo accepto,
ne deſpiceret populum in neceſſitate conſtitutum, conſeſtim exercitum regis Meſo-
potamiæ aggreditur, vniuerſum fudit atque fugauit. & quieuit terra xxxij. annis. In
hac generatione Leuita de tribu Leui quidam, habitans in Ephraim, cum vxore ex
Bethleem in Gabaa, quæ erat de tribu Benjamin, venit, illic in domo ſenis cuiuſdã de
tribu ſua diuertens. alij enim eum recipere noluerant. ſeroque adoleſcentes illius ci-
uitatis qui viderant mulierem in platea pulcherrimam, circumdederunt domum ſe-
nis, expoſtulantem eam ad abuſum. Et cum cernerent ſenior & Leuites ſibi violenti-
am pro libidine inferri, neceſſitate coacti, tradiderunt mulierem illudendam. qua
quum tota nocte abuſi fuiſſent, manè mulier ad oſtium viri corruens, mortua eſt.
quod cernens vir deſuncta, cadauer exportauit, atque in duodecim partes concidi-
dit, eaſque in omnem Iſrael miſit, mandauitque nuncijs, vt factum inauditum omni-
bus proderent, vindictamque expoſcerent. Quamobrem filij Iſrael ira concita-
ri, in Silo ante tabernaculum Domini conuenerunt, & conclamantes, ſin arma re-
pentè proceſſerunt: irruentesque, vniuerſos ciuitatis Gabaa viros cum vniuerſa Ben-
iamin tribu ceciderunt atque interemerunt. In ea autem pugna de viris Iſrael xl. mil-
lia pugnatorum primò ceciderunt, ſed de viris Benjamin circa xxv. millia extincti
ſunt. Et vniuerſam ciuitatem Gabaa igne concremauerunt, omnes mulieres & in-
fantulos peremerunt, & ſimilia alijs eiufdem tribus fecerunt. nec remanſerunt de
vniuerſo Benjamin qui euadere potuerunt, niſi ſexcenti viri: & iurauerunt filij Iſ-
rael in Maſpha, quod nullus eorum filias ſuas daret vxores ſuperſtitibus filijs Ben-
iamin. ſed poenitentia ducti deletione vnius tribus, requiſierunt quis de Iſrael non
aſcenderat cum eis, nec iurauerat, ac inuenti ſunt filij Iabes Galaad. & percuffe-
runt eos à viro vſque ad mulierem, ſolis quadringentis virginibus reſeruatis, aduo-
cantesque ſexcentos viros de petra Remmon, reddiderunt eis ſortem Benjamin,
dantes virgines illas in vxores, & ſupererant adhuc ducenti viri, ad quos inquirunt:
Ecce ſolennitas Domini eſt in Silo, & aſcendent filia Iſrael ducentes choros: &
vos latentes in vineis, exite & rapite ſinguli ſingulas vxores. & factum eſt ita, & re-
ſtituta eſt tribus Benjamin. In hac generatione Dardanus Corinthi regis ex Ele-
ſtra coniuge filius, his temporibus Dardaniam condidit, & à ſe nominauit. hic
Italus fuit, & laſtum fratrem habuit, qui mortuo patre, cum fratre de ſucceſſi-
one regni in diſcordiam venit, ex qua etiam fratrem interemjt. Et cum turba-
tos ciues Dardanus cerneret, ſtatim cum parte populi nauem conſcendit: & lon-
ga actus nauigatione, primò in Samoſthracia, quæ tunc Samos erat, ſedes habu-
it, & inde in eam Aſia partem, quæ Hellesponto contigua eſt, abiit, & illam oram
quam occupauit, de ſuo nomine Dardaniam nuncupauit: ibidemque oppido con-
ſtructo,

Hieruſalem
capitur.

Filij Iethro,

Iebufæus,
Luza.

Angeli con-
cio ad po-
pulum.

Baalim.

Cuſan rex.

Othoniel
Hebraeorū
prim⁹ dux.

De Leuita
& eius vxor
re.
Iudic. 19.

Vxoris vici-
ſſima mors,
annunciata
omni popu-
lo.

Cædes fili-
orum Ben-
iamin & Iſ-
rael.

Dardanus,

Iafus.

Cadmus li-
terarū Græ-
carū inuen-
tor.

Ætioria.
Sicilia.

Belorus.
Actofa.
Iupiter.

Asterius.
Rhadamāt.
Sarpedon.
Semele.

Linus, Zethus.
Amphion.
Corinthus.
Belopares.

Vini inuen-
tor dicitur
Liber.
Baccha.

Cæleus.
Arcas.

Minos.

Androgeus
Ariadne.

Athenæ pu-
niantur.

Thefeus.

Dædalus.

Caria.

Leleges.
Artemifia.

*Eubœam.
Perrus Mo-
ceno.
De Sibyllis.

fructo, regnavit annis quinquaginta. Erichthonio denique filio superstito relicto, diem clausit extremum. Cadmus Agenoris filius, frater Phœnicis, quo relicto in Phœnicia, in Græciam commigravit, ibique secus Hippocrenen fontem sedit, & meditando sedecim characteres exquisivit, illasque primus Græcis contulit, & eis vti deinceps docuit. propter quod confectum est, ipsum serpentinos dentes feminasse, & cum haud longè à Parnasso monte venisset, oraculum consulens, responsum habuit, ut bouem sequeretur indomitum, & ibidem vbi consisteret, sedem sumeret, qui in destinatum sibi locum ductus, acquieuit. ibique boue capto, eum immolavit, & locum Bœotiam nominavit, atque in ea regione Thebas, aliam urbem ab antiquis Thebis Aegyptijs, ex quibus venerat, ædificavit. Siculus Nepruni filius, in Siciliam insulam venit, quam sic ipse nothinauerat. primò enim Trinacria dicebatur, deinde Sicania. Sicilia nanque Italiae pars olim fuit, sed terremotu superueniente, ut Plinius ait, ab Italia diuisa est. In hac generatione anno decimo, Belorus rex Assyriorum quintusdecimus, regnavit annis quinque & viginti. huius filia Actofa, quæ & Semiramis, regnavit cum patre annis octo. Hoc tempore Iupiter mixtus est Europæ, filia Agenoris Phœnicis, quam rapuerunt Cretenses naui, cui fuit insigne taurus, quam postea Asterius (aliàs Xanthus) rex Cretensium accipiens uxorem, procreavit ex ea Rhadamantum & Sarpedonem & Minoem, quos magis ex eadem femina filios Iouis fuisse vulgatum est. Tunc etiam ex filia Cadmi, qui regnavit Thebis, Semele natus est Dionysius, qui & Liber pater, & Bacchus dictus est. postea Cadmus & Phœnix apud Tyrum & Sidonem in Syria regnauerunt. Linus, Zethus & Amphion, hoc tempore in Musica claruerunt. Ephyra, nunc Corinthus, conditur. Belopares rex Assyriorum vigesimus, in hac generatione anno trigesimo quinto regnare cœpit, regnavit annis triginta. Hoc tempore Dionysius, qui & Liber pater, vitem dicitur ostendisse hospiti suo in Attica terra. hic etiam subactam Indiam sanguine madefecit, libidinibus polluit gentem vndique, nulli vnquam homini obnoxiam. habebat autem multas in exercitu suo foeminas, quæ Bacchæ appellatae sunt, non tam virtute fortes aut nobiles, quàm furor. His etiam temporibus Hercules in Phœnicia clarus habetur, sed non ille, cuius ingentia facta narrantur. Secretior quippe est historia, ut diuus Augustinus ait, plures fuisse Hercules, & Liberos patres, & Apollines. Eo quoque tempore Minos regnavit in Creta, & Cæleus in Eleusina. Arcas etiam, Iouis & Calistonis filius, Pelasgis in deditonem receptis, regionem eorum Arcadiam nuncupavit. Minos Europæ & Iouis filius, xxxix. Othonielis anno, post Iouem patrem siue Asterium regem in Creta regnavit, qui primus Cretensibus leges dedit. hic Pasiphaen Solis filiam sumpsit uxorem, ex qua liberos plures suscepit, inter quos Androgeum filium & duas filias Ariadnen & Phædræm Thoantis matrem. Verum cum Androgeus athleta fortissimus cunctos superaret, ab Atheniensibus & vicinis Megarenensibus apud Athenas occisus est: ob quod Minos pater iratus, euectigio collectis manibus, durum Atheniensibus intulit bellum, & victis pœnam statuit, ut quotannis septem filios darent seruituros, aut in vltionem Androgei vltimum subituro periculum, prout regi placeret. & nonnulli ferunt, quod primis tribus annis plebeiorum natos, secundis populares, tertijs verò nobiles exhibuerunt, inter quos Thefeus forte missus, adiutorio Ariadnæ Minotaurum interemit, & ex ipso die Atheniensēs à tributi pœna liberati sunt. postremò hic Dedalus, qui his quoque fuit temporibus, eo quod leno fuisset in adulterio Pasiphaes, vna cum Icaro eius filio labyrintho clausit: ex quo cum euolasset, sumptis armis, eos vsque in Siciliam persecutus est. Caria regio, vltima Asiae minoris pars, Rhodo insulæ contermina, his temporibus sub Minoe isto principium regni sumpsit, seque eidem primò subdidit, cuius populi prius (ut Herodotus scribit) Leleges vocabantur, à quibus Halycarnassus est ædificata, in qua postea Artemifia regina sepulcrum viro suo Mausolo adeò magnificentum construxit, ut è septem spectaculis mundi vnum esse censeatur. Cares circa rem militarem hætenus studiosi fuerunt, vbi nunc opulentissima Turcarum possessio habetur, plena equidem viris opulentissimis, quos omnes superioribus annis post *Eubœam perdiram, Perrus Mœceno Venerorum dein dux, tum classis Veneræ præfectus, hostili animo inuasit, diripuit atque incendit. Sibyllæ, omnes foeminae vates, à veteribus nuncupatae. cæterum Sibyllas numero decem fuisse memorant. Prima Persica dicta, cuius mentionē fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri scripsit. Secunda Libyca, cuius meminit Euripides. Tertia Delphica, de qua Chrysiippus. Quarta Cumæa in Italia,

Italia, quam Neuius in libris belli Punici notat. Quinta Brythrae, quam Apollodorus affirmat suam fuisse ciuem, eamque Graijs Ilium petentibus vaticinatam, perituram esse Troiam. Sexta Eriphila seu Samia, de qua Eratosthenes. Septima Cumana, aliàs Amalthea, quam alij Demophilen nominant, eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum ferunt. Octaua Hellepontica, in agro Troiano nata temporibus Cyri. Nona Phrygia, quæ vaticinata sit Ancyræ. Decima Tiburtina, nomine Albumea, quæ Tibure colitur. Harum omnium Sibyllarum carmina feruntur, omnes autem vnum Deum prædicant.

GENERATIO XXX.

ANNO 3786. ab exordio mundi secundum septuaginta interpretes, in Boos principio filio Salmon de tribu Iuda & ex Raab, sub Abisur filio Phinees sacerdote summo, trigesima per lineam Christi incepit generatio, & duravit annis ducentis quadraginta tribus. refert tamen Nicolaus de Lyra, quod iuxta historiae veritatem, fuerunt tres Boos sibi vicissim succedentes. nam tempus tot annorum ad vnum hominem, inquit, referri non potest: sed illud, quoniam ex canonica scriptura non patet, pro solido adstruere nemo potest. Inuentus est etiam longè posterius vir vnus, Ioannes de Temporibus dictus, qui vixisse perhibetur 363. annis. Ar quoquo modo sit, ego sequar Euangelistam, qui & ponit Boos pro vna generatione, & sic puto me non errare, præsertim in historia. Aioth secundus Hebræorum iudex ex tribu Bëiamin, Gerari filius, hoc anno dux super Israel constitutus, indicavit annis lxxx. vir quidem inclytus atq; robustissimus, & vtraque manu vtebatur pro dextra. hic cum videret Eglon regem Moabitarum decem & octo annis afflixisse populum, multas ciuitates abstulisse, ac multa eis tributa imposuisse, idola quoque sua in Galgala collocasse, misertus his quæ patiebatur, ab iniuria hoc modo populum iubente Domino liberauit. nam venit ad Eglon cum muneribus ab Israel missis: dixitque ei, Habeo secreta rex ad te aliqua. egressisque omnibus qui cum eo erant, extendit Aioth manum suam, tulit siccam de femore, & infixit eam in ventrem Eglon validè. erat enim pinguis: deinde clausis ostijs coenaculi, per posticam egressus est. Serui autem regis post multam moram intrantes, inuenerunt eum mortuum, venitque Aioth & insouit buccina in monte Ephraim, & descenderunt cum eo filij Israel ad vada Iordanis, quæ transmittunt in Moab, & Moabitarum percusserunt decem millia, & humiliatus est in die illa Moab sub manu Israel. & cum Aioth hanc dignitatem tenuisset octoginta annis, defunctus est, omni virtute & laude dignus. Sangar autem quidam filius Anath, post hunc electus est, vir quidem strenuus, qui vno vomere sexcetos viros occidit: sed primo anno moritur, ideo inter iudices non numeratur. In illo tempore Tantalus Phrygiorum rex, Iouis tertij ex Plote nympha filius, vir magnitudinis immensæ, hic bellum ob raptum Ganymedem aduersus Troem Dardaniæ regem & Ganymedis patrem habuit. Et cum esset vir auarissimus, fingunt poëtæ eum deos ad conuiuium inuitasse, quibus ut deitatem eorum experiri posset, filium Pelopem eis comedendum apposuit, mentitus alias esse carnes. qui cognoscentes facinus, non solum abstinere, verum collectis in vnum membris, puerum ad vitam reducere, propter hoc scelus Iupiter cum in infernum traxit, hocque supplicio damnauit, ut vsque ad inferius labium in Iympidissima diuersaretur aqua: insuper & ei inclinari arbores redolentibus pomis vsque ad eius os statuit, quæ fugerent, dum capere tentaret, & sic factum est, ut inter poma & aquas positus, fame & siti deficiat. Tantalus alius, Corinthiorum rex fuit, quem dicunt Iouis secundi fuisse filium, virum quidem piissimum, & adeò, ut dicitur à poëtis, deorum mensis accubuisse: quod ideo factum putant, quia optimus philosophus & eloquentissimus fuit, sicut testatur diuus Hieronymus ad Paulinum, dicens: Et de Tantali fonte potantem. Ei Corinthij excellentissimam arcem extruxere. Laomedon xvij. Sicyoniorum rex, anno xvj. Aioth, cœpit Sicyonios regere, & regnavit annis xl. Hic Troianæ urbis Ilij muros extruere cœpit, & cum ei Troia, Ilium pecunia deficeret, audiuit apud Troianos pecuniam esse in sacrario Neptuni & Apollinis reseruata, quam ipse rex iureiurando præstito, se non solum eandem restitutum, sed in super ex propria largituro repromisit, & sic inuentam pecuniam in murorum ædificatione expendit. Sed quia postea non restituit, Neptunus inundationem, Apollo putrefactionem immisit, ex quo pestilentia est orta, & sic vindicta successit. Tros, à quo Troia, Erichthonij regis filius, filij Dardani, filij Iouis tertij

Boos de Raab.
Abiezer pater
Abisur, aliàs
Abisur.
Istud paulò
antecius gene-
ratione
s. simplici-
ter assertū
seu narratū
est.
Aioth secū-
dus iudex.
Iudic. 3.
Eglon rex.

Sangar.
Iudic. 3.
Tantalus.

*diexaretur
Tantalus.

Laomedon
Troia, Ilium

Tros.
tertij

tertij ex Electra, anno xl. Aioth iudicis, iam veteranus in Dardaniam venit regionem: & cum esset vir armorum peritissimus, ampliato regno, ex suo nomine regionem ante Dardaniam, nunc Troiam appellat. Troia igitur, teste Liuius, non ciuitas, sed minoris Asia regio est, in qua Ilium clarissima ciuitas fuit. Ganymedes Troia regis filius, hac tempestate fuit speciosissimus adolescens. rapitur à Tantalò rege Phrygiae, propter quod maximum bellum est ortum. Atque autem Tantalum ad Iouis Cretenfis gratiam promerendam, quem sciebat impudicum, sub signis aquilae venantem, adolescentulum patri rapuisse, & Ioui dono dedisse. propter quod fingunt eum deorum pincernam factum. Hercules gigas posterior supradicto, floruit hoc tempore, quem dicunt xij. insignes perfecisse labores, de quo diuus Augustus. de ciuit. Dei cap. 12. Varro cum quadragintatres Hercules numerasset, adiecit, quod omnes qui aliquid fortiter fecissent, Hercules appellatio nomine dicti fuere. quod diuus Augustus. confirmare videtur eodem lib. cap. 19. quod & Samson propter mirabilem fortitudinem putatus sit Hercules. Anno 3867. ab exordio mundi, mortuo Aioth, Delbora prophetissa de tribu Ephraim, vna cum Barach marito suo, alio nomine Lapidoth, iudicauit Israel annis xl. connumeratis annis oppressionis eius. mortuo enim Aioth, addiderunt filij Israel facere malum coram Domino, qui tradidit eos in manus Iabin regis Chanaan, qui regnavit in Asor, & habebat armatorum trecenta millia, & decem millia equitum, & curuum tria millia, cuius exercitus dux erat Sisara, qui filios Israel vehementer afflixerat, & tributa per xx. annos soluere compulerat. atque ita dum tribularentur, clamauerunt ad Dominum per Delboram, cuius precibus Deus annuens, suscitauit eis Delboram. Quae itura ad praelium, vocauit virum suum, & dixit: Praecipit tibi Deus Israel, educ exercitum, & ego tradam Sisaram in manu tuam iuxta torrentem Eison. Cui Barach: Mecum esto. Quae ait: Ibo, sed victoria tradetur in manus mulieris. Barach igitur exhortatione mulieris congregauit exercitum decem millia iuuenum de Neptalim & Zabulon, processeruntque ad hostes. & facto congressu, vniuersum Chanaanorum exercitum fuderunt. Sisara autem de curru desiliens, fugit, & in domum cuiusdam mulieris se abscondit. qui siti fatigatus, lactis potum ab ea recepit: & cum nimium bibisset, obdormiuit. Illa vero dormienti clauum ferreum per tempora fixit malleo, quae mulier Iahel vocabatur. verum paulo post superuenit Barach, inueniens Sisaram clauo confixam & in terra mortuam. Tunc Barach duxit exercitum super Asor regem Iabin obuium, & eum interfecit. quo mortuo, ciuitatem eius cepit atque euertit, cecineruntque Barach & Delbora canticum Domino. Laurentum regni principium (teste Eutropio) Delborae iudicis anno * in Pico habit. Picus enim Augur Ausoniae rex, & Saturni regis filius, patri in Latio successit, regnavitque annis xij. egregius sane vir & bellator fortissimus, qui ideo Augur dictus, quia domi picum habuit, per quem futura praenoscerebat, unde agrestes viros eloquentia sua sibi fecit obsequiosos. Hic Iuliorum pilam adinuenit, vt Plinius ait. Condidit autem urbem Laurentum, quae nunc Sabinorum ciuitas nuncupatur. ideo autem Laurentum appellauit, quia in eius arce arbor laurus reperta est, siue à laurea sylua, qua excisa, est aedificata arx. dicebatur autem prius Necaba. Picus uxorem duxit nomine Fannam seu Fatuam, quae carmine suo saepe fecit demerari homines, à qua Faunum filium successorem habuit. hic autem regionem aliam occupans, à se Picenum nominat, quae nunc Marchiam Anconitanam vocant, in qua vrbes plurimae, quarum vna Adria dicta, à qua & mare Adriaticum. Acrisius Abantis regis filius, vltimus Argiuorum rex, anno 12. Delborae iudicis, cum regnasset annis 31. à Perseo eius nepote, non sponte tamen, occiditur: Et quia non nisi Danaen filiam post se reliquit, regnum transiit in Mycenaeos. filius enim Danaes & Iouis Perseus, apud Argos casu interfecit auum matrem: ideo tamen timore percussus, Argos reliquit, & Mycenae imperium transtulit.

EPICVS regum Argiuorum, ab Inacho rege vsque ad Acrisium vltimum, 544. annis.

Inachus primus, Phoroneus secundus, Apis tertius, Argus quartus, Grassus quintus, Phorbis sextus, Trophas septimus, Crotopus octauus, Sthenelus nonus, Danaus decimus, Linceus xj. Abas duodecimus, Proetus decimustertius, Acrisius vltimus.

Mycenarum regni principium post Acrisium Perseo debetur, post quem regnarunt Sthenelus, Eurytheus, Atreus, Thyestes, Agamemnon, Aegisthus, Orestes, Thisamenus, Penulus & Cometes. Erythraea seu Herophile Sibylla, in Babylone orta, hoc tempore floruit. haec magni meriti apud Deum fuit, quoniam de Christi incarnatione passionemque ac beatam

beata virgine, necnon & de Iudaorum regno plurima vaticinata est, Troiae excedium carminibus descripsit, Romani quoque imperij varios casus praedixit. Anno 3898. Gedeon iudicauit Israel annis quadraginta, connumeratis septem ab exordio mundi, Gedeon iudicauit Israel annis quadraginta, connumeratis septem annis, quibus seruauit Madianitis & Amalechitis. fuit autem de tribu Manasse, Ios filius. vexati enim Israelitae, clamauerunt ad Dominum, & misit ad eos virum propheten, exprobrans beneficia. Venit autem angelus ad Gedeon, qui timens hostes, in occulto excuriebat frumenta, vt haberet viaticum ad fugam. Er ait angelus: Dominus tecum virorum fortissime. Cui Gedeon: Si Dominus nobiscum, cur nos apprehenderunt haec mala? Ad haec angelus: Vade, percuties Madian quasi virum vnum: Cui Gedeon: Signatiam inueni coram te, non recedes donec reuertar. & coxit Gedeon haedum, posuit carnes & azymos panes in canistro, & misit ius in ollam, offerens ea angelo. Er ait angelus: Pone carnes & panes super petram, & funde ius super. quo facto, retigit virga angelus haec, & ascendit ignis de petra, & consumpsit omnia, & euauit angelus. Eadem nocte ad vocem Domini Gedeon cum decem feruis destruxit aram Baal, in crastino ciues dixerunt ad Ios patrem Gedeon: Educ filium vt moriatur. Quibus ille: Nunquid vltiores estis Baal? Exinde dictus est Gedeon Hierobaal. Igitur Madian & Amalech transito Iordane, federunt in valle Iezrael quasi locusta. Gedeon vero mandato Domini, ex Manasse, Aser, Zabulon & Neptalim contraxit trigintaduo millia, & petijt Gedeon signum victoriae à Domino in vellere posito in area, quod nunc siccum, nunc madidum exoptatum inuenit. Er ait Dominus ad Gedeon: Populus multus est tecum, ne dicat Israel, viribus meis liberatus sum, clama ad populum: Qui formidolosus est, reuertatur. Item, qui aedificauit domum, & non dedicauit eam: qui plantauit vineam, & necdum fecit eam cultam: qui desponsauit uxorem, & necdum accepit eam. & reuersi sunt de populo vigintiduo millia. Er ait Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas in calore meridiei, & eos qui lambuerint aquas manu & lingua sicut canes, separabis. & inuenti sunt tantum ex eis trecenti viri. Er ait Dominus: In his ecce tradam Madian in manus tuas. Eadem nocte dixit Dominus ad Gedeon: Descende in castra Madian tu & Phara puer tuus tecum, & audies quid loquatur. Qui descendens, stetit in parte castrorum, vbi vigiliae erant, & audiuit narratum somnium comilitoni suo in hunc modum: Videbatur mihi quod panis ex hordeo subcineritiis descenderet in castra Madian vsque ad tabernaculum regis, & subuertit illud. Er ait commilito: Vile est hordeum inter grana & inter gentes Israel, & in Israele vilis est familia Gedeonis, non est aliud nisi gladius Gedeonis, tradet Dominus in manus eius Madian: quod audiens Gedeon, adorauit, & reuersus ad socios, Tradidit, inquit, Dominus Madian nobis. & diuisit eos in tres partes, & dedit tubas in manus eorum dexteris: lagenas vacuas, & lampades in medio lagenarum, in sinistras: & ait, Quod me facere videtis, facite. Et ingressi sunt per gyrum castrorum in tribus locis in vigilia noctis mediae, & cum confregissent hydrias, tenuerunt lampades in manibus, & insonantes tubis, clamauerunt: Gladius Domini & Gedeonis. Quo subito hostes excitati, turbati sunt, nec cognoscetes sese plurimi, mutuis vulneribus ceciderunt, alij in fugam conuersi vsque ad Bethsecha. Viri autem de Neptalim & Aser & Manasse, qui redierant, conclamantes persequerentur Madian. Ephraim quoque descendit in occursum fugientium, & occupauit Iordanem, & occidit duos reges Madian, Oreb & Zeb, & portauit Ephraim capita regum ad Gedeonem, & irascentes dixerunt ad eum: Cur contempsisti vocare nos ad pugnam? Qui ait: Ne forte indignaremini. melior est enim racemus Ephraim vindemijs Abiezer, sed in manus vestras dati sunt reges Madian, & requieuit spiritus eorum. Transiitque Gedeon Iordanem cum trecentis viris, nec poterat persequi fugientes praelalitudine. Er ait ad viros Sochoth: Obsecro, date nobis panes, vt possimus persequi Zebee & Salmana. Qui negauerunt ei, & subannauerunt. idipsum responderunt ei in Phanuel. Zebee autem & Salmana in valle quiescebant, nil aduersi suspicantes cum quindecim millibus, casis de exercitu centum viginti millibus. Gedeon autem repente irrui super eos, & turbato exercitu eorum, duos reges comprehensos secum reduxit: Et reuertens, apprehendit puerum de Sochor, quaesuit ab eo nomina seniorum loci, qui descripsit ei septuaginta septem viros quos spinis ac tribulis comminuit, turrimque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Cumque redisset in Ephra regionem suam, dixit Zebee & Salmana: Quales erant viri quos occidistis in monte Thabor? Qui dixerunt: Similes tui. Er ait eis: Fratres mei erant vterini. Et ait

Gedeon iudicauit Israel annis quadraginta, connumeratis septem annis. Indic. 6. & 7

Destructa ara Baal.

Gedeon cum Phara puero suo hostium castra accedit.

Aggreditur Gedeon hostes.

Occiduntur Zebee & Salmana. Et ait

ait primogenito suo: Interfice eos. qui cum timeret, surgens Gedeon occidit eos. Et dixerunt omnes filij Israel ad eum: Dominare nostrum tu & filij tui. Quibus ille: Non dominabor vestrum, nec filius meus, sed Dominus. vnum postulo a vobis, date mihi in aures aureas de preda. Qui dederunt, & fuit pondus auri mille & septingenti sicli. & fecit ex eo Gedeon Ephod, id est, omnia indumenta pontificalia, & fecit in Ephra tabernaculum & altare, prater illud quod erat in Silo, & factus est sacerdos, immolauitque super illud hostias Domino: quamobrem offensus Dominus, omnem domum eius ferè deleuit. Tandem in senectute bona moritur, & in sepulcro patris sui sepultus est. per quod conijcitur, secundum Magistrum, quod postea poenitentiam egerit, qui alibi quam vbi Dominus constituerat, sacrificabat. Reliquit autem filios Gedeon septuaginta ex multis vxoribus, quos omnes Abimelech spurius, excepto vno, interfecit, vt dicitur. Argonautarum historiam, & Troiana vrbis duplex excidium ad finem huius generationis referuabo, cum in hac generatione earum rerum origo & finis claudatur. Anno 3949. ab exordio mundi, Abimelech quintus iudex, iudicauit Israel annis tribus: hic enim Gedeonis filius ex meretrice fuit, qui patre defuncto, ascendit in Sichem ad omnem cognationem matris suae, & ait: Quid vobis melius est, vt dominantur vestrum septuaginta viri, an vt dominetur vnus? Inclinauit itaque populum, & coniurauerunt omnes in phano Baal, & tollentes de phano septuaginta pondo argenti, dederunt ei, qui conduxit ex eo viros inopes & vagos, & ascendit in Ephra, occiditque omnes fratres suos super lapidem vnum, prater vnum Ioathan, qui se praeferuauit, seu sorte, seu fato, inter filios Hierobaal minimus natus, adulescens egregia praeditus indole. Tunc Sichemita constituerunt Abimelech regem iuxta quercum in Sichem. Quod cum nunciatum esset Ioathan, stetit in vertice montis Garizim, exclamans ad omnes Sichemitas, qui conuenerant ad diem festum Baal: Audite viri, ierunt ligna sylvarum, vt vngerent regem supra se, & dixerunt oliua, Impera nobis. Quae recusauit, dicens, nolle se deserere pinguedinem suam, qua dii vtuntur & homines. id ipsum dixerunt ad ficum, quae noluit deserere dulcedinem fructus sui & regnare. id ipsum dixerunt ad vitem, quae recusauit, nolens deserere vinum quod laetificat Deum & homines. dixeruntque ad rhamnum, Impera super nos. qui respondit: Venite ergo, & requiescite sub vmbra mea: alioqui egredietur ignis de rhamno, & deuorabit cedros Libani. Quo dicto, exposuit eis paradigma, dicens: Interfecistis filios Hierobaal, & filium ancillae eius constitulistis regem super vos. si recte fecistis, recte sit vobis: sin autem peruersè, egredietur ignis de Amalech, qui deuoret ipsum & vos. his dictis, aufugit. Et factum est ita. Cum enim Abimelech tyrannicè imperaret, proditur à Sichemitis. Quo comperto, ipse expugnauit urbem, interfecit habitatoribus eius: eamque destruxit ita, vt sal in ea dispergeret. habitantes verò in turri Sichimorum, ingressi sunt phanum Dei sui, praesidium ibi locantes. quos circumdedit Abimelech, succenditque illud, & igne ac fumo perierunt in illo mille viri prater mulieres & paruulos. Et recedens inde, obsedit oppidum Thebes. erat autem turris, in quam receperant se Thebitae. cumque Abimelech expugnaret turrim, & ignem supponere niteretur, mulier fragmen molae iaciens desuper, fregit cerebrum eius, qui ait armigero suo: Percute me, ne dicar interfecit à foemina. qui interfecit eum, & sic poenam caedis fratrum exoluit. Sibylla Delphica his temporibus floruit, quae multis carminibus incarnationem Domini descripsit, de qua Lactantius. Floruit per idem tempus & Orpheus theologus & poeta, natione Thrax, qui (teste Diodoro Siculo) omnes doctrina, melodia ac poesi excessit: qui ideo cithara non solum homines, sed & lapides ac syluas mouisse fertur. Floruit item Musaeus poeta insignis. Anno 3952. ab exordio, post Abimelech iudicauit Israel Thola de Isachar, filius Phua, annis xxij. Priamus Laomedontis regis Troianorum filius, decimo Tholae iudicis anno, post patrem interfectum suscepit regnum, regnauit quadraginta duos annos. Theseus septimus Atheniensium rex, duodecimo Tholae anno, Aegaeo patre defuncto, coepit regnare. regnauit annis decem. Sibylla Phrygia multa praedixit Anchisae Troiano. nam Anchises Capys Troiani filius, qui fuit Assaraci, qui fuit Trois Troianorum regis, tempore hoc ante Troianum bellum à Sibylla praemonitus erat ciuitatem fore perituram. Anno 3973. ab exordio, Iair Galaadites ex tribu Manasse, septimus iudex Israel, principatum suscipiens, iudicauit Israel xxij. annis, vir quidem felicissimus, eo quod triginta filios bonos habuerit, quibus & principatum viginti ciuitatum Galaaditarum reliquit, quarum conditor fuit, & suo tempore Israel in pace tenuit.

Gedeon factus sacerdos.

Mors Gedeonis.

Argonautae.

Iudic. 9. Abimelech quintus iudex perimit fratres.

Ioathan.

Excidium vrbis Sichem.

Thebes oppidi obsidio.

Sibylla.

Orpheus.

Musaeus.

Thola sextus iudex. Iudic. 10. Priamus. Theseus.

Anchises.

Iair septimus iudex. Iudic. 10. Triginta Iair filij.

tenuit. Nicostrata vaticinatrix clarissima, mulier Arcadica, & Ionij filia, quae à carminibus Carmentis fuit vocata, socero eius aut viro ab Euandro filio suo casu interfecto, cum Euandro patriam relinquens, in Italiam venit: & in Palatino monte confidens, ibi oppidum haud magnum condidit, in quo Euandro filio rege constituto, ipsa se Fauno Laurentum regi matrimonio copulauit, & cum Graecarum literarum doctissima esset, nouos characteres inuenit, incolasque sonos & coniunctiones eorum edocuit, quae ab initio decem & nouem fuere. Syluius deinde quidam Indorum magister, h adspirationem adiecit: x verò diui Augustini temporibus perhibetur inuenta, tunc quoque y & z à Graecis Latini mutuati sunt. Dionysius autè Lycius Romanus eminentissimus, post literas inuentas, syllabas coniungere fecit. Agon primus olympicus, anno octavo iudicis Iair ab Hercule in honorem Pelopis atati sui est institutus, à quo vsque ad primam olympiadem supputantur anni 430. Anno ab exordio 3994. Iephte Galaadites, meretricis ex tribu Gad filius, principatum suscepit, octauus propugnator & iudex Israel. iudicauit annis sex. nam post mortem Iair & minimus egerunt, propter quod tradidit eos Dominus in manibus inimicorum suorum. Vnde Ammonitae & Palaestini eos 18. annos in suam potestatem redegerunt. Et cum tribularentur, idola gentium proiecerunt, ex toto corde ad Deum clamauerunt: quibus placatus Dominus, misit ad eos Iephte virum fortissimum, quem fratres eius eiecerant. ille ex praecepto Domini in Maspha congregans exercitum, irruit in hostes, & interfecit ex eis ferme 42. millia. Rediensque domum, cum ante conflictum vouisset, si victoriam obtineret, quod quicquid ei prius de domo sua occurreret, immolaret Deo: eidem reuertenti occurrit vnigenita eius filia virgo. Quam cum immolare vellet, duorum ipsa mensum inducias, non vitam, postulauit, vt iuuentutem suam cum ciuibus lamentaretur, & tunc votum perficeret. expletis sic duobus mensibus, redijt ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, licet cum magna tristitia. Arguit Iosephus Iephte, quod fuerit in vouendo stultus, in soluendo verò impius. poruit tamè, inquit Magister, ante votum esse bonus, quia irruit super eum spiritus Domini, & etiam post votum. Nam & Apostolus ponit eum in catalogo bonorum. vnde quidam excusant eum familiari consilio Spiritus sancti. Tunc venerunt ad eum Effraimae, dixeruntque: Cur cõtempisti nos vocare ad pugnam? incendemus domum tuam. Qui ait: Vocauit vos, & venire nolulistis. & vocatis viris Galaad, pugnavit contra filios Ephraim. Occupauerunt autem Galaaditae vada Iordanis. cumque venisset ad eos quidam fugiens de Ephraim & obsecrans, vt permitterent eum transire, dicebant eis: Nunquid Effraimaeus es? quo dicente, non sum, interrogant eum, dic ergo Sebboleth. qui respondit, Chebbolerh, aliam literam exprimere non valens, & statim iugulabat eum. & ceciderunt eo tempore de Ephraim 42. millia. & iudicauit Iephte Israel septem annis, & mortuus est, sepultus in ciuitate sua Sebeth, quae est Galaad. Latinus Laurentum rex tertius, Fauni regis filius, regnauit annis 32. à quo Latinorum nomen, teste Eutropio, initium sumpsit, & Laurentum nomen exinde cessauit. Menelaus Helenae maritus, Atrei regis filius, Agamemnonisque frater, primo anno Iephtae, in Lacedaemonia regnare coepit. regnauit annis ferme 16. Agamemnon Atrei regis filius, sextus Mycenarum rex, ipse interfecto auo, anno secundo principatus Iephtae, Mycenis regnare coepit. regnauit annis 25. Floruit eodè tempore Helena Tyndari Oebaliae regis & Leda formosissimae mulieris filia, quae ex sua admiranda pulchritudine dicta est Iouis filia. Anno ab exordio mundi 4000. Efebon ex tribu Iuda, 9. iudex, iudicauit Israel annis septem, alio nomine vocatus Abessa. Hunc nonnulli asserunt fuisse Boos, qui Ruth Moabitidem habuit coniugem. habuit autem triginta masculos, & totidem foemellas, pueros. Troianum bellum decennale primo anno Efebon (teste Eusebio) ortum est. hoc anno Priamus Hesionem sororem requisit. Anno ab exordio mundi 4007. post Abessam, Abilon aut Ebilon Zabulonites iudicauit Israel decem annis. hic in septuaginta interpretibus non habetur, ideo non mirum, si variè anni computantur. Anno ab exordio mundi 4017. Abdon Helle filius, de tribu Ephraim, x. iudicum, principatum sumpsit. iudicauit Israel annis octo. Technites erat, & sub his tribus iudicibus non recessit Israel à Domino, & ideo quicquid terra. Troia autem ciuitas, tertio anno Labdon iudicis Israel, capta esse refertur, à cuius captiuitate vsque ad primam Olympiadem sunt anni secundum Eusebium 416. ante vrbem conditam anni 430. Argonautarum historia in Iasone sumpsit exordium. traditur autè Iason filius fuisse Aeloni, qui fuit Peliae regis Thesalorum frater.

Nicostrata.

Euander.

Carmentis inuenit Latinas literas

Agonum olympicorum primus.

Iephte octauus iudex.

Iudic. 11.

Immolatio Iephtae.

Iudic. 12.

Sebboleth, i. praesue imperatus aquae.

Latinus rex primus. Menelaus.

Agamemnon

Helena.

Iudic. 12. Abessa vel Efebon.

Ruth. Troianum bellum.

Hesionem.

Abdon.

Troia capitur.

De Argonautis & Troiana ca-

pruitate fe-
quitur.
Iafon.

Erat autem Iafon animo & corpore adolescens clarissimus, & cum præfaret cæ-
ris, vt neminem haberet secundum, oprauit aliquid agere memoria dignum, maïo-
rum æmulando virtutes: itaque communicato confilio cum rege Pelia, qui suo de-
siderio assensit, non vt adolescentis gloriam augeret, sed sperans illum citius in belli
expeditione periturum. fratrem enim timebat, ne quando filij ope sibi regnoque in-
fidiareretur. hanc suspitionem occultam tenens, pollicitus est sibi belli auxilia iaturū,
si expeditionem pararet in Colchos, ad vulgatum tunc vellus aureum rapiendum.

De vellere
aureo.
Phryxus.

De hoc vellere ita habetur in fabulis: Athamas rex Orientis, habuit ex Nephēle fili-
um Phryxum & filiam Hellen. mortua Nephēle, Athamas aliam duxit vxorem, quæ
more noueræ cœpit pueros odire. quapropter coxit frumenta ferenda, & cum non
fructificarent, corruptis sacerdotibus, dixerunt populis, fructum nasci non posse;
quousque Helle & Phryxus essent in terra. Pater timore populi expulit eos regno. Et
dum abirent, prope mare apparuit eis Nephēle mater, adducens arietem, dicens:
Accipite hunc arietem, habentem vellus aureum, & ascendite cautē, nec retrospici-
atis, & ducet vos per mare ad locum tutum. arietem postea dedicetis Marti. His di-
ctis, disparuit. Ascenderunt itaque arietem, verū Helle retrospexit, moxque sub-
mersa est, inde Hellespontus est dictus. Phryxus autem incolumis ad Aetern regem
in Colchos peruenit, arietem Marti immolat, pellem in templo suspendit. Dicitur
autem Mars deus ad vellere custodiam, infopitum draconem flammam exhalātem,
& duos tauros ferocissimos, vrentes ignes ex ore fulminantes, ordinasse: statuisseque,
neminem vnquā posse vellus obtinere aliter, quā si primum tauros * victos aratro
iungeret, & cum his terram araret, ac deinde superato dracone & interfecto, dentes
ipsius euulsos illic feminaret: fore etiam tunc, vt seges mirabilis pullularet, armati
scilicet milites, atrox bellum inter se committentes, qui mutuis vulneribus sese tru-
cidarent. Aetes ergo rex insulæ, pro indubitato habens, neminem posse per tot
pericula vellus obtinere, ideo omnibus volentibus hæc subire certamina liberum fa-
ciebat aditum, & id per vniuersum orbem extitit diuulgatum. Alij tamen, vt Dio-
dorus Siculus refert, Phryxum, cum secundum oraculum arietem sacrificasset, pellem
in templo Martis suspendisse ferunt. Aetæ tum responsum datum est, mortem ob-
iturum, cum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent. hac de causa hospites
illuc aduentantes sacrificare se velle publicauit, vt diuulgata tanti sceleris fama, ex-
terni omnes eum accessum figerent. Templum quoque Martis muro circunde-
dit, custodesque plures apposuit ex Taurica acciros. Ex eo decantatum est, tauros
ignem spirantes, circa templum esse: à dracone insuper custodiri vellus, cum templi
custos Draco appellaretur. Vnde à crudelitate cadis hospitū, & dracone & tauri fulmi-
nare ignes ficti sunt. Vt cunq; sit, Iafon laudis appetens, ad id spectaculum animū
intendit, vocauitque quendam fabrum, Argum nomine, subtilissimum, qui ad regis
iussu miræ & tunc inaudita magnitudinis nauim fabricauit, quam nonnulli primam
volunt fuisse nauem, quæ velis institutis adire loca remota præsumpsit: & ab autho-
re, Argo (teste Apollonio) fuit dicta. Parata nauis, & immisissis in eam singulis, quæ cau-
sa nauigationis opportuna erant, multi nobiles viri atque conspicui cum eodem Ia-
sone ingrediuntur, numero quatuor & quinquaginta. ex eis clarissimi erant Castor,
Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, Atlantes Thespei filij, & ipse nauigij author Ia-
son. hi omnes ducem sibi præfecerunt Herculem, omnium iudicio, fortitudine & vir-
tute præstantiorem. Iafon vbi ad Phrygiam venit, nauim admouit ad portum Si-
moentis. deinde omnes de nauis exierunt in terram, regnum Laomedontis. Quò cum
descendissent, virginem iuxta littus vincam inueniunt, & ob hanc causam: Neptu-
num tradunt propter operam ad ædificanda Pergama ab eo, vt fabulæ tradunt, im-
pensam, iratum Laomedonti regi, quia non seruasset promissa, cete in terram missis-
se, à quo maxima incolentes loca coloni que absumebantur peste, præterea affixisse
agros, pro periculo tam immani Laomedontem dicunt ad Apollinē destinasse quæ-
situm aduersus ea remedia. Responsum esse ab oraculo, Neptuni iram causam ma-
lorum esse, quæ mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum, cete traderent deuo-
randum, itaque singulis in sortem coniectis, cum in Hesionem regis filiam fors ceci-
disset, coactus est Laomedon natam in littore vincam, beluæ futurum cibum expo-
nere. Interim Argonautis in littus descendentibus, Hercules, visa puella, cum rei
causam cognouisset, vincia dissoluit, inque urbem profectus, regi obtulit, se id mon-
strum interfecturum. Laomedon accepta oblatione, equos illi inuictos dono se da-
turum

Iniquitas
oraculi.

Helle.
Hellespon-
tus:
Ares Mar-
ti sacer.

vinctos

Aetes.

Velleris cu-
stodia.

Argo nauis
vnde dicta.

Diodori Si-
culi senten-
tia de in-
gressu Ar-
gonatarū
in Troiam.

Vastatio
Troianæ re-
gionis.

Hesionem ex-
ponitur.

turum promisit. Hercules cete peremit, Laomedon quoque Hesionē liberam pote-
statem cum Hercule abeundi dedit. Hercules & donis quibus honorificè cumula-
tus fuerat, & equis, Hesionēque penes Laomedontē, quoad reuerteretur ex Colcho,
relictis, cum Argonautis ad destinatum certamen profectus est. Hæc ille. Dares au-
tem Phrygius aliter refert: & sic cum de nauis, inquit, exierunt in terram, Laomedon-
ti regi nunciatum est, mirandam nauim applicuisse, & in ea multos iuuenes de Græ-
cia venisse. Ad hæc rex commorus, iudicans commune periculum esse, si consuefce-
rent Græci nauibus vti, mittit ad portum, qui dicant vt Græci de finibus excedant: si
non parerent dicto, eiecturum se illos vi. quod Iafon & socij audientes, grauiter tu-
lerunt hominis crudelitatem, simulque timebant multitudinem barbarorum, si per-
manerent. inrer cætera Hercules nuncio, Regi, inquit, tuo referas, crastino nos disces-
suros. breuitamen nos videbit, velit nolit, de hac ignominia pœnas exacturos. luce
ergo prima abierunt omnes irarum pleni. Per idem tempus inter Aetern regem
Ponti seu Colchi, & filiam Medeam, orta est discordia. cum enim Aetes consuetu-
dinem necandorum hospitem seruasset, filia hospites seruare cupiebat: & sæpe apud
patrem precibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat, quandoque per se
captos ex custodia dimittens. Ob hoc à patre in liberam custodiam destinata fuit, il-
la autem inde ad solis templum, quod in littore maris situm erat, aufugit, vt Diodo-
rus scribit. Quo tempore Argonautæ à Taurica in Pontum noctu delati, ad templum
peruenere. ibi tunc Medeam in littore ambulātem cum inuenissent, ab ea de hospi-
tum cæde edocti, virginis humanitatem collaudarunt: deinde aduentus sui causa
Medeæ palam facta, illa imminens periculum crudelitatemque in hospites vt caue-
rent, admonuit. Communicato autem consilio, Medea se adiutricem ad perficiendū
certamen pollicita est Iafoni, iureiurando antè data fide, vxorem sibi illam perpetuò
futuram. Tum noctu Argonautæ cum Medea ad vellus aureum profecti, longè ab
vrbe Sybari Colchorum regia, stadijs 70. accedente ad fores templi Martis Medea,
appellati Taurica lingua ab ea milites patris, apertis ianuis vt regis filiam introduxe-
runt. Argonautæ simul templum ingressi, eductis ensibus cum plures ex barbaris oc-
cidissent, alijs improuisa re territis, diffugientibusque, erepta aurea pelle, euestigio
ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodia incumbentem, infopitum
veneno perimens, vnà cum Iafone mare conscendit. Re ab his qui diffugerunt,
Aetæ nunciata, asserunt eum cum his qui in promprou erant militibus, Græcos infe-
cutum, pugnaque commissa, rex obruncatur: reliqui Colchicorum in fugam ver-
si, magna ex parte interiere. Argonautæ mox mare ingrediuntur, primò ad ostium
veniunt Ponti, deinde Propontidem Hellespontumque transmissi, ad Troiam dela-
ti sunt. Hic Hercules, fratre Iphiclio & Telamone ad ciuitatem missis, equos Hestio-
nēque iuxta promissa postulauit. Tradunt Laomedontem oratores traxisse in car-
cerem, reliquos Argonautas voluisse per insidias occidere, cuius rei omnes præter
Priamum adiutores se præbuere. hic solus contradixit, asserens hospitibus seruan-
dam esse fidem, à qua sententia cum auersi essent, fertur Priamus duos in carcerem
ad Telamonem enses tulisse: narrataque patris voluntate, extitisse eis causā salutis.
nam illi custodibus interfectis, ad mare fugientes, exposito socijs Laomedontis con-
silio, vnà cum eis regi, qui cum militibus ex vrbe aduersus prodierat, occurrunt. acri
certamine commisso, cum Argonautæ virtute superiores essent, ferunt Herculem
præ cæteris fortiter pugnantem, occidisse Laomedontem: & primo impetu vrbe ca-
pta, in regis insidiarum conscios animaduertisse: deinde Priamo, vt viro iusto ami-
coque, regno tradito, cum reliquis Argonautis discessisse. Hæc Diodorus Siculus.
At alij aliter narrat, asserentes quòd cum Iafon & socij venissent in Colchos ad
Aetern regem, Iafon vt princeps & regis filius, cum socijs magnificè susceptus, & à
Medea filia Aetæ venefica adamatus, ab ipso Aetæ accipit in mandatis, vt boues
Vulcani flantes ignem de naribus & æreis pedibus subiugaret, cum ipsis terrā ara-
ret, & dentes feminaret draconis infopiti, si posset, vnde armata multitudo surge-
ret: qui tum primo impetu facto circa Iafonem, seipsos tandem mutuis vulneribus
occiderent. Medea itaque per artes magicas secura, & iureiurando interposito à Ia-
sone, quòd esset coniunx perpetua, & tauros & draconem domare docuit: quo fa-
cto, pater & patria proditur, vrbs capitur, vellus aufertur, de quo Apollo dedit re-
sponsum Aetæ, quòd tam diu deberet regnare, quā diu aureum vellus in tem-
plo remaneret. Medea mox abducitur, quæ timens persecutionem patris, Absyrtum

Daretis sen-
tētia de in-
gressu Ar-
gonatarū
in Troiam.

Aetæ &
Medeæ dis-
cordia.

Solis tem-
plum.

Ingredian-
tur regione
Colchicam
Argonautæ.

Sybaris.

Eripitur vel-
lus aureum.

Iphiclio &
Telamon
missi ad La-
omedontē.

Seruanda fi-
des hospiti.

Amores
Medeæ.

Medeæ au-
xilia.

Absyrtum

Medea fratrem suum membratim dilaceravit præ furore amoris, membra spargens per vias, vt pater superueniens ita retardaretur, membra filij colligendo. Hæc quidem poetica sunt. Sed quia Iason eloquentissimus vir apud Colchos existens, proceres regni Colchorum homines elatos, non bello tantum, sed oratione suavi superavit, illosque in suam Medæque sententiam trahens, populares ad seditionem concitavit, ibique præfecto regni ab ipsis propter dissensionem cæso, Colchici aduersum se ipsos arma mouerunt, & in bello quodam perseverantes, demum fatigati, à Iasone non solum subiugati sunt, sed etiam diuitijs suis penitens nudati sunt, atque aureo vellere, id est, grege habente preciosissimum vellus, priuati. His itaque peractis, nauim conscendunt, pellemque simul ac Medeam abspontantes, domum sunt reuersi.

Iungunt se Herculi Castor & Pollux &c.

Appellus ad Sigæum Troia: promontorium.

Hercules. Peric Laomedon.

Donatur Hesiõne Telamoni. Excidium Ilij.

Priamus Troiam redit.

Nati Priami. Hector. Alexander. Deiphobus. Andromache. Cassandra. Polyxena.

Xanthus.

Legatus Antenor.

Redit Antenor.

Troianorum concilium.

Hercules autem grauius tulit contumeliam Laomedontis sibi & socijs factam. Spartam ad Castorem & Pollucem venit, ad vindictamque incitauit, qui statim promittunt se socios illi futuros. Idem fecit & Telamon, idem Peleus, idem promissit & Nestor. Hercules vbi omnium voluntatem habuit, naues parauit, sociosque introduxit. nauibus autem noctu ad Sigæum post multam navigationem appullis, Hercules, Telamon & Peleus inde exercitum deducunt, præsidio nauibus Castorem, Pollucem & Nestorem relinquentes. Laomedonti regi nunciatum est, classẽ Græcorum ad Sigæum accessisse, & ipse cum equestribus copijs ad mare venit, coepitque præliari. Hercules verò per aliam viam ad Ilium venerat, atque id vrgere tentat. quod vbi Laomedonti nunciatum est, ilico reuertitur, & in itinere obuijs Græcis factus, occiditur. Telamon prior Ilium oppidum introijt, cui Hercules virtutis causa Hesiõnen regis filiam dono dedit. Priamus tum in Phrygia erat, omnia hæc ignorabat. Hercules & qui cum eo venerant, prædam ad naues deportant, euerfo Ilio, cum multa præda Græci naues conscendunt. Hesiõnen regis filiam cum omnibus bonis in vrbe repertis auerunt, paucisque diebus salui victores in Græciam reuertuntur. Hæc Dares. Euerfa itaque funditus Troia, Laomedonte autem interfecto, tot militibus morte consumptis, tot mulieribus ac puellis abductis, & nobili Hesiõne regis filia, meretricio more sub Telamonis libidine constituta, Priamus regni hæres, è Phrygia vbi cum exercitu erat, redijt: visisque tot aduersis casibus, per multa tempora fortunæ suæ defleuit. Tandem ad se rediens, & quanta sibi adhuc fortuna reliquisset, animo reuoluens, inuenit se adhuc magis felicem quam miserum. Supererat enim regnum magnificentissimum, supererat vxor Hecuba, insignis mulier & nobilissima, ex qua habebat quinque filios, viros toto orbe celeberrimos, simulque filias tres omni laude dignissimas. Filij erant, Hector, Paris seu Alexander, Deiphobus, Helenus & Troilus: filia verò erant, Andromacha, Cassandra & Polyxena. deliberabat ergo restaurare urbem & ita firmare, vt contra hostiles incurfus tuta esset, & contumelias sibi illatas posset vindicare. Ilium itaque instaurauit, moenia ampliora struxit, & ciuitatem munitissimam addidit. fuit autem ambitus totius * longitudinis trium dierum, latitudo coequalis: sex portas habebat principales, quarum vna Dardania, secunda Tymbræa, tertia Iliæ, quarta Scæa, quinta Troiana, sexta Antenorica. Erant in ea vrbe constructa infinita palatia, plateæ celebres: per medium verò ciuitatis Xanthus fluius decurrens, eam in partes æquales diuidebat. Introduxit autem Priamus totius regni potentiores ac nobiliores ad inhabitandum. Postquam verò Ilium Priamus stabilitum vidit, Antenorem vnum ex principibus suis legatum in Græciam misit, dans in mandatis, vt Hesiõnen repeteret. Tum Antenor ad regis iussu nauim conscendit, primum in Mysiam venit, à rege Peleo Hesiõnen sororem regis sui, reddendam postulat. Hoc vbi Peleus rex audiuit, grauius tulit, iubetque mox de sinibus suis excedere. Antenor nihil moratus, nauim ascendit, & Salamina profectus est. Telamonem rogat, vt Priamo sororem reddat. non enim esse æquum, in seruitute haberi regis filiam. Cui Telamon, quod sibi virtutis causa datum sit, nemini se daturum. ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. deinde Antenor in Achaiam ad Castorem & Pollucem delatus, eadem postulat: qui negauerunt iniuriam Priamo factam esse, & vt discedat, imperant. Vltimò Pylon ad ducem Nestorem peruenit, qui amariora respondit, & sic Antenor domum reuersus, non nisi contumeliosa ridiculosaque responsa Priamo reportat. Continuo Priamus filios vocari iubet, & omnes amicos suos principes atque regni proceres, quibus exposuit, quemadmodum misisset Antenorem in Græciam, postulaturum pro patris nec satisfactionem, & vt damna illata Græci resarcirent, Hesiõnenque sororem suam redderent: Antenorem legatum ad hæc contu-

contumeliosè tractatum, nihil impetrasse: videri itaque sibi, exercitum in Græciã mittendum, qui dignas exigeret pœnas. petit ergo vt quisque super hoc sententiam dicat. Agitato itaque inter proceres negocio, quisque pro sua opinione consulebat. Hector qui verè magnanimus à poeta scribitur, prudenter bello superfedendum iudicabat, etsi multis essent iniurijs à Græcis affecti: ob id planè, quòd sapientes ferunt, melius esse iniuriam pati, quam facere. Huius sententiam Helenus vates confirmabat, quem igne Pelægo Ilium arsurum præmonuisse ferunt. At Paris, siue ob rapidam Hesiõnen, siue ob inueteratam in alienas foeminas licentiam, sese aduersus Græcos duces exhibet, sperans Hesiõnen mutare Helena. adstipulantur huic Troilus & Deiphobus. Priamus mox Alexandrum & Deiphobum in Pannoniã misit, vt milites legerent, & ad conciones populum venire iubet. commonefacit filios, vt maiores natu minoribus imperent. monstrauit, quas iniurias Troianis Græci intulissent, Antenorem ob hoc in Græciam missum, contumeliosè tractatum, neque ab his quicquam honesti habere se posse, placere sibi Alexandrum in Græciam cum classe mittere, qui aui mortem & iniurias regno illatas conetur vlcisci. velit in hoc sententiam eorum etiam audire. Surgit inter hæc Panthus Priamo propinquus, audiuisse se, inquit, à patre suo Euphorbo, si vnquam Alexander vxorem de Græcia duceret, Troianis exitum imminere: pulchrius ergo esse, in ocio vitam degere, quam in periculum libertatem ducere. Verum populus auctoritatem Panthi contempsit, & regi in his quæ proposuerat, assensum præbuit. Cassandra filia regis his auditis exclamauit: Quò pergis o pater, tantis te periculis implicare? desine, oro, Paridem mittere, alioqui certò scias non solum excidium huius nobilissimæ vrbis futurum, sed te etiam cum liberis tuis charissimis crudeli morti succumbere. Sed hanc pater non solum non audiuit, sed insuper castigatam abiecit. hanc Cassandram virginem modestissimam cum Apollo, vt est in fabulis, plurimum amaret, & eius concubitum expeteret, ipsa munus ab eo pro hoc postulauit, quòd illi Apollo iuramento se daturum affirmauit. petijt virgo, vt futura prædicere sciret, & mox facta est vates. deinde Apollini instanti ob concubitum abnuir. quam obrem turbatus, cum auferre nequireret quod dederat, per Stygias enim vndas iurauerat, egit vt nulla præstaretur fides vaticinijs suis. & sic factum est. Nam cum ex raptu Helenæ futura patri & fratribus prædiceret, non solum non credebant, sed & verberibus duris eam castigabant. Interea aprantur nauigia, commeatus abundè & milites introducuntur. Priamus tum Alexandrum præfecit exercitui imperatorem, adiungit Deiphobum, Aeneam, Polydamantem, imperatque Alexandro, vt Hesiõne soror petatur, & satis Troianis fiat: quod si negassent, continuo ad se nuncium mittat, qui classẽ in Græciam transeptet. Alexander itaque soluens inde, nauigat prospero cursu in Græciã fines, primumque * Cytheriam insulam attingit, vbi erat templum Veneris vetustum, & toti Græciã venerandum. Celebrabatur illis diebus festum ipsius Veneris præcipuum, propter quod multitudo maxima confluebat. hi qui in insula erant, mirabantur classẽ regiam. interrogabant, qui essent. respondent, Paridem esse filium regis Troianorum, & venisse vt à regibus Græciã repetat Hesiõnen, patris sui sororem. innotuit aduentus Helenæ, non enim à Menelai regno insula multum distabat, & vt erat regina omnium pulcherrima, & aded curiosa, hospites videre desiderat: continuoque sub specie votorum soluendorum in insulam properat, vbi ab incolis velut regina loci, multo honore suscepta est. Prima verò luce cum celebrior esset templi solennitas, regia ingreditur phanum pompa. Ar Paris aduentu regine exhilaratus, vt erat iuuenis speciosissimus & eloquens, cum apparatu non minus regio templum ingressus est. Et cum se mutuo Helena Alexanderque respexissent, ambo forma incensi, tempus dederunt, vt gratiam referrent. post celeres verò cupidinis ignes, data habitaque hinc inde salute, Alexander clam suis imperat, vt omnibus in nauibus sint parati, noctu classẽ soluant, de phano Helenam eripiant, secum eam abducant. quid plura? vt statuit, phanum inuadunt, Helenam eripiunt, in nauim deferunt, & cum ea nonnullas alias mulieres. Oppidani ex hoc territi, arma corripunt diu pugnantes, quos tamen Alexander fretus multitudine sociorum superauit: phanum expoliavit, homines secum complurimos captiuos abduxit: Et sic spolijs onustus, cum Helena ad Priamum reuersus est. Priamus vbi rei gestæ ordinem accepit, gaudius est, sperans Græcos, vt Helenam recuperarent, Hesiõnen reddituos. Castor & Pollux audientes sororem suam Helenam raptam ab Alexandro,

Reprehenduntur in concione iniurijs Troianis illatae.

Panthus.

Cassandra monitus specti.

Fertur Paris in Cytherida.

Rapitur Helena.

Insequuntur Helenæ Castor & Pollux.

dro, confestim nauem conscendentes, secuti sunt: & cum in Lesbio littore nauem soluerent, maxima tempestate orta, disparuerunt: quos Lesbij vsque ad Troiam quaesierunt: & non inuenientes, crediderunt immortales factos, atque inter sidera locatos Geminorum appellatione ferunt. Menelao postquam compertum est, Helenam sibi raptam à Troianis, quam tenerrimo diligebat amore, Agamemnonis fratris consilio vsus, apud Græcorum principes plurimum est conqueitus: & cum vltro citroque crebrò pro repetitione vxoris legationibus à Menelao missis frustra retur, demum concione habita, coniurant in Troianos omnes Græciæ principes numero quadragintaseptem, qui adduxerunt naues mille ducentas duas, Agamemnon ex Mycenis, Menelaus ex Sparta, Archelaus & Protenor ex Bœotia, Ascalaphus & Ialmenus ex Orchomeno, Epistrophus & Schedius ex Phocide, Aïax Telamonijs, Nestor senex, Aïax Oïleus, Thoas, Idomeneus, Diomedes, Polyphobus, Antiphus, Protefilus, Neoptolemus, Phineus, Palamedes, Eriphylus, Xanthippus, Amphimachus, Polybetes, Leonteus, & alij reges ac principes, quos longum esset narrare. Non aderat tum Vlysses Laertius Ithacæ insulæ rex, vir prudentissimus. simulabat enim se insanum, vt euitaret Troianum bellum. hunc autem Palamedes missus à Græcis in fraude depræhendit hoc modo. inuenit enim Vlysses arantem, & præ insania ficta sal seminantem, cui Palamedes explorandi furoris causâ, ilico Telemachum puerum Vlyssis filium, ante aratrum opposuit arantis. quo visò, confestim Vlysses aratrum dimouit, ne puerum offenderet, & sic de fraude victus, in expeditionem ire coactus est. Aberatque Achilles Pelci Thessaliæ regis & Thetidis filius. receperunt autem Græci oraculum, sine Achille Troiam capi non posse. erat enim inuulnerabilis, excepto talo. Thetis enim, timens fata, ipsum dum puer esset, in Stygia palude tinxit. accepit enim secundum fata, Achillem, si ad Troiam veniret, occidendum. ideo commendauit eum in Peleo monte Chironi Centauro, qui ipsum enutriuit & multis artibus instruxit. tandem eum in muliebri habitu tanquam esset soror Achillis, regi Lycomedi commendauit, vbi latenter & quasi per vim cognouit Deidamiam regis filiam, de qua postea susceptum filium Neoptolemum seu Pyrrhum. Missus est itaque Vlysses ad Achillem perquirendum à Græcis, qui vt vir prudentissimus erat, eum tandem in choro virginum, dum quasi mercator iocalia vendebat, depræhendit. Inter enim varia quæ Vlysses veluti mercator proposuerat, Achilles gladios, & arma contuetur, virgines cæteræ muliebria. quo visò, Vlysses nil dubitans, Achilli in aurem pandit expeditionem omnium Græcorum in Troianos coactam, nec sine eorum: orat ergo, vt abiectis muliebribus suo statui inconuenientibus, arma induat, & cum cæteris regibus ac principibus in bellum Troianum vadat. Exhilaratus Achilles, clam omnibus in nauis Vlyssis remoratus abducitur, Græcisque paratus ad vota eorum præsentatur. Agamemnon Atrei filius, Mycenarum rex, frater Menelai, pari Græcorum omnium consensu, congregatis in Aulide nauibus, omni exercitui imperator designatus est. Quo factò, concione vocata, luculenta oratione iniurias fratri Menelao prosequitur illatas, pro quibus vindicandis iuste bellum Troianis mouere possint, & quomodo non desit voluntati facultas, cum tantam habeant potentiam cui etiam Asia tota resistere non valeret: Quis vnquam, inquit, temporibus retroactis vidit tot reges, duces & principes in vna voluntatis consonantia congregatos? sed vt nihil temere admittamus, consulo nihilominus, vt antequam proficiscamur, ad Apollinem Delphicum mittamus, eumque de tota re consultemus. cui mox omnes assentiunt. Et pari voto Achillem Patroclumque, vt nomine omnium vadant, eligunt. Nec mora. Achilles Patroclusque naues ingrediuntur, & cursu felici in insulam Delphos perueniunt. Et cum illò peruenissent, ad oraculum deuoti pergunt: responsum accipiunt, Græcos Troiam ituros, & anno decimo victores futuros. Accidit mirabilis casus. nam eadem hora aderat Calchas vates, à Priamo missus consultandi super eadem re Apollinem gratia. ac post oblationes factas, responsum accepit Calchas: Calcha, ad tuos ne redire præsumas, sed ad Græcorum classem te conferas, nec ab his recedas donec Troia sit capta. His dictis, Calchas antistes vnaque Achilles responsa inter se conferunt, atque amicitiam iungunt, & iuxta Apollinis iussu, vnà ad Græcos pergunt. Græcorum principes, audientes Achillem & quæ de Calchante dicere poterat, exhilarati, eundem antistitem in fidem eorum suscipiunt, & in matriculam expeditionis incorporari faciunt.

Vlysses ad bellum Troianum Palamedis astu mittitur.

Occidendus Achilles.

Agamemnon designatur imperator.

Achilles & Patroclus Delphos mittuntur.

unt. Hoc in loco Dictys Cretensis & nonnulli alij narrant, quòd Agamemnon in Aulide ceruam Dianæ ignarus occidit. Vnde Diana irata, ventum mouente, & Græcis pestilentiam immittente, responsum est ab oraculo, Dianam pro auerenda peste & tempestate Agamemnonio sanguine placandam. & cum Agamemnon nullo modo induci posset, vt Iphigeniam filiam sacrificare vellet, Vlysses clam patre Iphigeniam, à nouerca Clytemnestra per nuptiarum cum Achille simulationem abductam, sacrificandi eam causâ præsentans, quæ tamen miseratione deæ sublata, & cerua supposita eius loco oblata litatur. Iphigenia verò in Tauricam translata fuit, & regi Thoanti tradita, sacerdosque facta Dianæ, à morte extitit liberata. Deinde haud multis post diebus cum opportunum iam tempus nauigandi venisset, ascendunt Græci omnes naues: & vbi ad Myforum regionem vniuersas classes venti appulissent, properè omnes signo dato naues littori admouent. quibus mox Telephus insulæ imperator armis occurrit, & pugna commissa, ab Achille grauius vulneratus est. deinde nonnulli Græcorum principes, Telepho cognationis vinculo iuncti, interueniunt, & ipsum de causâ profectiois informantes, exercitui reconciliant, factique sunt amici. Ipse tamen Telephus haud longè post ex vulnere multum infirmatus, responsum accepisse fertur, se non posse sanari, nisi eadem manu & lancea idem vulnus reiteretur. vnde ad Troiam venisse dicitur, & ab Achille secundum oraculum sanatur. de quo Onidius:

*Vulnus Achillæ quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelas hasta tulit.*

Deinde, vt Dares refert, mare ingrediuntur, classem post aliquot dies applicant in oppidum quod sub imperio Priami regis erat, & id expugnant, prædaque facta proficiscuntur. veniunt in Tenedum, & ibi omnes occidunt. Ibi autem Agamemnon conuocatis ducibus, potentiam eorum commemorat, simul & quæ ex superbæ elatione eueniant, ne deos in se exasperent, consulit legatos in Ilium mittendos, qui pecuniam ad satisfactionem iniuriarum requirant. quòd si fecerit satis Priamus, & Helenam restituerit, benè erit, & cum laude reuertemur, inquit. alioqui si recusauerit, duo pro nobis pugnabunt, iustitia & immensa potentia, erimusque à superbæ vitio apud omnes gentes excusati. placet consilium hoc omnibus, eligunturque legati Diomedes & Vlysses (vel vt Cretensis refert) Palamedes, cuius maximè ea tempestate domi bellique consilium valuit. Securitate itaque à Priamo impetrata, legati alta Troiæ moenia ingrediuntur. ad regiam verò deducti, inter cætera mirati ex eo quòd in medio atrij ipsius stabat arbor, arte mathematica facta, cuius stipes ex auro erat, duodecim cubitorum in altum tensus, & in summitate diffundebat se in ramos, qui rotum ipsum atrium tegebant. erant rami, folia & flores partim ex auro, partim ex argento, inter gemmasque multifarias fructus radiabant. deinde per multas cameras ducti, perueniunt in locum, vbi Priamus in splendida nobilium suorum sedebat corona. ad quem legati: Rex Priame, ad te sumus missi, petentes vt Helenam violenter è Græcia ablatam, restitui facias regi suo, ac damna nobis per Paridem illata resarcias: quod si feceris, tibi consulisti, & nos ad nostra redibimus. Sin aliter, ipse respice quantam tibi ac ruis mala sint euentura. Ad hæc Priamus: Non sine admiratione hæc vestra audiui mandata, cum à me talia requiratis, quæ regem victum vix decerent. petitis vobis satisfieri, qui sine causa iusta mihi patrè & coniunctos ferè omnes ac urbem abstulistis, sororem insuper meam Telamoni concubinam fecistis, pro qua restituenda iam dudum ad vos misi, sed non nisi imperiosa inhumanaque verba pro his accepi. Plura loqui volentem Palamedes interrupit, cogitare rogauit, quantam contra se potentiam nunc in regno videret, causam esse dissimilem, cum pro meritis Laomedon pœnas luisset, ad postremum belli difficultates exponit. Cui Priamus duriora quam antè respondit, simulque in consilium proceres regni sui traxit, vbi ferè singuli Helenam remittendam suadent, Græcorum causam probant, & factum Alexandri damnant. Quibus rebus anxius Priamus, filios conuocat, eorum consilium requirit, qui exceptis Hectore atque Heleno, nusquam reddendâ proclamant, & simul tumultum concitant.

Inter hæc Hecuba horretur Helenam audiendâ: quæ adducta, flens orabat, ne quæ semel eorum in fidem recepta esset, proderetur. id vtrum immodico Alexandri amore, an pœnarum metu ob desertam domum, sibi consulere maluerit, in dubio mansit. Itaque Hecuba, cognita eius voluntate, complexa Helenam, ne proderetur, summa ope adnitebatur, Priamum quoque facillè in suam sententiam traxit. deinde vocatis legatis,

Iphigenia immolanda.

Aduchuntur Mysiam.

Veniunt Græci in Tenedum.

Mittunt Græci ad Priamum legatos.

Oratio legatorum.

Priami oratio.

Hecuba cõsiliunt. Helenæ sententia.

gatis, Priamus factō silentio, optionem Helenæ, quæ aderat, offert, abire ad suos, aut manere. quam ferunt dixisse, * neque sibi cum Menelæi matrimonio convenire.

His peractis, Vlysses cuncta quæ ab Alexandro contra Græciam indignè commissa essent, retexit, vitionem testatus est breui secururam. eo dicto, abeunt. Aderrant autem ad auxiliandum Priamo complures maximi reges & principes orientis ex * Celia, Lycia, Thracia, Phrygia, Bœotia, Aethiopia, Paphlagonia, Persia, cæterisque ex provincijs multitudo bellatorum maxima, de quibus Dares & alij.

Dum legati Græcorum morantur, mittuntur Achilles & Telephus ad prædandum Mysiam. Teutras rex cum exercitu illis occurrit, quem Achilles fugato exercitu vulnerat. Teutras regnum viuis Telepho tradit, qui defendit mox regem veluti amicū ne periret, magna fide commendatus hospes. Deinde Agamemnon classes ad fines Troianorum perduxit, vbi primū littora Troiani fortiter defendunt. Protefilæus ad terram excurrit cum suis, Troianos fugat: quem Hector obuius interfecit, cæteros perturbat. Et postquam magna cædes vtrinque facta esset, aduenit Achilles. Hector antè abiit. Achilles Troianos iterum in fugam conuertit, & nox prælium diremit. ita libero ab hostibus tempore, Græci subductas naues atque in ordinem compositas, in tuto collocant. deinde ex omnibus Achillem atq; Aiace[m] Telamonium, quorum virtute maximè fidebant Græci, custodes deligunt, hisq; tutelam classium tradunt. Neq; multo post circa Protefilæi sepulturam Græcis occupatis, nihil tale meruentibus, Crenus rex cognito aduentu Græcorū, insidijs eos inuadit, & ancipiti malo terros, sine ordine fugere cœgit. Quibus Achilles occurrit, regē & magnam vim hostium interfecit. Cæterum ob incurfiones crebras hostium decernitur, vti primū finitimas Troiæ ciuitates cum parte exercitus adeant atq; vastent. ita primū Cycni regionem proterunt, urbem Mentoriensium inuadunt, & ignem supponunt, sed precibus ciuium eam in deditionem recipiunt. Deinde Achilles in deditionem coactis proximis ciuitatibus, nauibus Lesbium aggreditur, ac sine vlla difficultate capit, & Phorbantia loci eius regem, multa aduersus Græcos molitum, interfecit. deinde Pyrrham & Hierapolim vrbes opulentissimas excindit. Quibus cognitis, omnes finitimi populi vltro ad eum cum pace occurrere, & ne vastarentur agri, dimidium fructuum pacis sunt.

His actis, Achilles ad exercitum redijt, quo tempore rex Scytharum cum donis Achilli occurrit. deinde Cilicas aggreditur, interfecto Etione, qui his locis imperabat. magnis opibus naues replet, abducens Astynomen Chrysi filiam, quæ eodem tempore regi nupta erat. Propere deinde Pedasum oppugnare cœpit, sed loci rex Brises, ratus nulla vi prohibere hostes, laqueo vitam finiuit. Inde Hippodamiam abstulit, Briseida dictam, dein expugnata Lelegum ciuitas. Per idem tempus Ajax multas vrbes capit atque vastat, quibus peractis, hi duos duces ad exercitum contendunt, quorum aduentu Græci exhilarati, multas illis gratias agunt. deinde consilium de diuidenda præda haberi cœptum, vbi cunctorum sententia ex omni præda quam Achilles apportauerat, Astynomen, quam Chrysi filiam diximus, ob honorem regium Agamemnoni obtulere. Ipse autem Achilles Hippodamiam aut Briseida sibi retinuit, reliqua verò præda iuxta meritorum qualiratem distributa fuit. Adducit & Ajax Polydorum Priami regis filium, quem sibi Polymnestor prodidit. de quo Diæus Cretensis, quod Priamus dubitans de regno suo, Polydorum filium receter sibi natum, cum magno auri pondere conseruandū enutriendūque in Thraciam misit ad Polymnestorem regem fratrem Hecubæ, vt si cōtingeret Troiā capi, ipse filius relictus, genus & urbē instaurare posset. Sed vbi Ajax Cherronesum Thraciamque infestabat, & Polymnestor virtutem viri cognouisset, diffidens de rebus suis, dedit se tum illi.

Et tunc Polydorus merces pacis, Aiaci traditur, aurum etiam aliaque donaria ad conciliandos hostium animos affatim præbebat, insuper frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus, naues Aiaci replet. Græci vbi Polydorum regis filium adductum vident, decernunt communi voto, vt Vlysses cum Diomede ad Priamum pergant, atque Polydorum pro Helena restituant. Legati habentes Polydorum, ad Troianos veniunt, vbi Vlysses verba faciens, & Polydorum apud Græcos esse pronunciat, restituendumque, si Helena nequiter Menelao abducta, restituatur. hortaturque vt adhuc sibi prospiciant, & pro iustis causis, quas in longū recensuit, Græcorum, regi euerfionem non expectent, inferens, si Helena cum abreptis restituatur, inuiolatus Priamo Polydorus reuertatur, alio pacto belladi finis nō fiat, donec omnes Græci principes perierint: aut quod verius esse videretur, Illo capto crematoque, exemplum

Auxilia Priami.

Protefilæus occiditur.

Pugna Græcorū & Troianorum.

Chryseis. Pedasi excidium.

Briseis. Ajax loca multavastauit.

Polydorus Aiaci proditus a Polymnestore, capitur.

Mutandam Polydoro Helenā, frater Vlysses.

plum impietatis suæ Troiani posteris relinquerent: quapropter, inquit, dum adhuc res integra in manibus vestris est, etiam atque etiam prouidete. Postquam finem loquēdi fecit Vlysses, retrocedere legati iubentur. seniorum sententia omnium erat, Menelæum iniuriam indignè passum, proinde Helenam ei restituendā, eorumq; facta fortia ac recenter partam gloriam versandam, erutis aut in potestatem redactis amicissimis Troiæ ciuitatibus, ob eam etiam causam Polymnestorem Græcorum viribus abhorrentem, vltro Græcis Polydorum tradidisse, quem possent saluum recuperare. hæc & similia plura tractabatur. Omissis multis hinc inde dictis, & quàm vehementissimè Priamus conseruatus sit, vbi audiuit Polydorum in potestate Græcorum esse, præualuit tamen, Helenam semel in fidem receptam, non esse prodendam, quod & Hectori placuit, licet fratris facinus improbaret. fuit enim Helena fide interposita, recepta, quam Hector seruandam consuluit. Si qua autem cum ea erepta docerentur, cuncta restituenda censuit. adiecit, Casandram aut Polyxenam cum præclaris donis Menelao esse offerendam, sed nec Menelao, neq; legatis responsa placent. Vnde multis desuper hinc inde consumptis verbis, Græci abeunt, & mox per populum disseminatis que aduersum legatos dicta erant, tumultus oritur dicentium vniuersam Priami domum perituram. Ita apud Græcos decernitur, Polydorum in conspectu Troianorum necandum: & productus in medium, visentibus ex muris Troianis, lapidibus obruitur, pœnas fraterni sceleris ferens. Cætera quæ à poetis finguntur, ab instituto nostro sunt aliena. Interim Ajax Telamonius * Bothiram Cyllamq; ciuitates diuitijs nobiles, capit: deinde Gargarum, Gergin, Scepsin, & Larissam, depopulatur, magnam vim pecorum abducens, nulloq; aduersante, cunctis in fugam versis, cū magna præda ad suos reuertitur. Hector non minùs exercitum quotidie educit ex vrbe, cui Agamemnon certo die occurrit, ac clamore magno præliū acre cōmittitur. Hector Patroclum occidit, & spoliare tentat: Merion rex eum ex acie, ne spoliaretur, eripuit. Hector Merionem persequitur & occidit, quæ cū spoliare vellet, Mnestheus Hectori femur sauciat, saucius autem multos vulnerat. Et perseuerasset Achiuos in fugam vertere, nisi obuius illi Ajax Telamonius venisset, cum quo dum congredieretur, cognouit eum tandem post multam pugnam de sanguine suo. erat enim Hesionis sororis Priami, filius: quare Hector depositis armis, eum alloquitur, & commemoratione generis facta, ei blanditur. At Ajax rogat Hectorem, vt si tanta affectione ducatur, faciat quod Troiani eo die bellare desistant. persequebantur enim fugientes Græcos. annuit Hector, & mox tuba receptui canere iubet. iam autem Troiani in Græcorum naues ignem immiserant, nec dubiè omnia cremassent, sed mandato ducis obtemperant, & multo dolore ciuitatem ingrediuntur, quasi victoriam in manu habentes, eodem die abiessent. Postero die Græci inducias petunt, Achilles plangit Patroclum, Agamemnon Protefilæum effert, cæterosque sepeliendos curat. Dum induciæ fuissent, Palamedes in concione proponit, indignū regem esse Agamemnonem, qui tanto exercitui imperet, ipse sua studia ostendit: Achiuos interea de imperio vicissim certantibus, tempus pugne superuenit. Achilles, Agamemnon, Diomedes, Menelaus, exercitum educunt. Contra Hector, Troilus, Aeneas, occurrunt. fit pugna ex vtraque parte, fortissimi quique cadunt. Hector Bœoten, Archelaum & Protenorem occidit. nox prælium diremit, & erat in ordine tertium prælium. In quarto prælio Alexander Menelæi femur sagitta transfixit, in quinto bello Hector septem fortissimos duces occidit, Aeneas duos, Achilles quatuor, Diomedes duos. In sexto bello continuis diebus octoginta pugnatum est. Graij secundas petunt inducias, & obtinent in triennium.

Per idem tempus Chryses sacerdos Apollinis Sminthei, agrè tulit, quod Agamemnon filiam suam Astynomen per vim teneret. adijt Græcos, filiam reposcens, & aurum pro ea offerens, & nisi fiat, mala eis futura prædicat. Rogatus à ducibus Agamemnon, restituere eandem recusat, licet à singulis regibus fuisset aditus, pro quo Achilles ipsum & Menelæum fratrem publicè lacerabat conuicijs. Sed non multi fluxerunt dies, morbus grauissimè exercitum inuasit: & dum pestifera agritudine multi quotidie perirent, nec esset morbi modus, flagitare duces Calchantem incipiunt, vatem in exercitu probatum. Ille haud liberum sibi esse inquit profari, ne pro veritate pœnas lueret. Adacti reges iureiurando, Achille procurante, vt securè diceret, ille Apollinis iram esse: remedium verò, restitutionem virginis fore. hoc audito, Agamemnon egressus, cunctos sibi beneuolentes in armis esse iubet, armantur ex aduerso reges. Troiani has inter Græcos differentias intelligentes, crumpunt, ac magnam

Troianorū responso.

Frustra à Priamo legati abeunt.

Ajax. Boryram.

Occidit Hector Patroclum ac Merionem.

Pugna Hectoris & Telamonij Aiaci.

Rufus pugnatur, multique vulnerantur.

Chryses filiam repetit.

Cædes Græcorum.

gnam stragem faciunt, quibus tamen Græci tandem pari voto occurrunt, atque repel-
lere eos faragunt. nox prælium diremit, & Priamus tertias inducias petit. His per-
fectis, vbi Agamemnon ferè potentiores ei duces vidit aduersari, vocata concione,
paratum se esse inquit Chrysi filiam restituere, si modò in locum eius Hippodamiam,
quæ cum Achille degeret, vicissim reciperet. aduersabantur multi. Achilles pro salute
exercitus omnia se tolerare velle dicit. Transmissa est Astynome in phanum Apolli-
uis, & patri restituta. Agamemnon, tanquam ab omnibus concessa res videretur,
licetoribus vt abstraheretur Hippodamia, imperat: hiq̄ue aduersantibus multis, ius-
sa complent, pro quo Achilles publico concilio deinceps abstinendum decreuerat.
grauiter enim tulit, Hippodamiam pro laboribus præmium sibi concessam, per iniu-
riam esse abductam. Breui post Agamemnon amouetur. Palamedes enim iterum
mouet, Agamemnonem inutilem imperio, nec ab omnibus electum. Ad quod Aga-
memnon respondet, se nunquam imperium quæsiuisse, & æquo animo ferre, si id alteri
Græci velint conferre: satis sibi esse, vt hostes vlciscatur. igitur Palamedes Aga-
memnoni est substitutus. Inducijs elapsis, præliatum est, & plurimi duces hinc inde
corruerunt. sequenti die Andromacha vxor Hectoris in somnijs admonita, hortatur
Hectorem, ne eo die in prælium vadat: & cum retrahere eum non posset, Priamum in-
uocat, vt Hectorem à bello prohibeat. Priamus Helenum, Alexandrum, Troilum, Aeneam
in bellum ire iubet, sed illi sine Hectore exire tardabant. Interim adsunt Græci,
requirunt Troianos ad pugnam ex conditio habendam. Hector vt hæc cognouit,
inrepsans Andromacham, arma vt proferret poscit. moesta illa & sparsis capillis, ad
pedes eius procidit, Astyanacta secum vt oraret, traxit. Tunc Priamus alios exire iubet,
Hectorem retinere contendit. prodeunt hi in pugnam, quibus Agamemnon, Di-
omedes, Achilles & Ajax occurrunt, multos occidunt. At Hector vbi audiuit Tro-
ianos laborare & in periculo esse, profiliit in pugnam, statimq̄ue Idomeneia ducem
obtruncat, Iphiclum fauciat, Leonteum occidit, nonnullos alios vulnerat. Quod cum
vidisset Achilles, illi obuius procurrat: nec aliud cogitauit, nisi vt Hectorem occide-
ret. multa millia hominum trucidantur. Hector cum occisum Patroclum spoliasset
Achillæis armis, in pugnam cum Achille, quem in femore fauciat. Achilles vulne-
re accepto, magis Hectorem persequi cœpit, nec desistit donec interfecisset. quo
mortuo, Troiani in fugam vertuntur, quos maxima cæde Achilles vsq; ad portam fu-
disse fertur. Palamedes inducias in annu facit, suos vtriq; sepeliunt, vulneratos curant.
fide magna Achivi in oppidum, Troiani in castra comitant. Et postquam anni dies
venit, Priamus, Hecuba & Polyxena ad sepulcrum Hectoris profecti sunt. Quibus ob-
uius fuit Achilles, & Polyxenam vidit, eamq̄ue mox amare vehementer cœpit. Igi-
tur vbi Polyxenam ex corde non posset euellere, seruum mittit ad Hecubam, & vxo-
rem Polyxenam poscit, promittens se mox cum suis domum rediturum, ex quo facto
non dubitet, ceteros se secuturos. Hecuba vt erat mulier prudens, nihil hæsitans, re-
spondit se voluntatem Achillis Priamo detegere velle, & inde responsa dare. Pri-
amus vbi hæc audiuit, ita se consentire dixit, si exercitus Græcorum abierit: sin minus,
filiam suam hosti coniungere nolit. Achilles vbi voluntatem Priami ac reginæ accep-
pit, plus in amorem Polyxenæ exardescit. Et vt eam obtineat, incipit disseminare que-
relas, quòd vnus mulieris causa tota Græcia & Europa vocata fuerit, & quòd iam
multos nobilissimos duces amiserint, nec spes sit capiendæ ciuitatis munitissimæ. qua-
re oportere ait pacem fieri, & aliquando exercitum iam pluribus annis defatiga-
tum reducere. fit murmur non pusillum, alijs consilium Achillis approbantibus, alijs
contradicentibus. maior tamē pars regū atq; principum cōsiliū Achillis reprobat:
quare Achilles Myrmidonibus suis mandat, vt contra Troianos amplius arma non
ferant. Interea in exercitu Græcorū victualia deerant, quare Palamedis habita delibe-
ratione cum proceribus, placuit communi cōsilio, vt Agamemnon mitteretur ad re-
gem Telephum Mysium, quod idem gratanter accepit. discedit, & à rege Telepho be-
nè suscipitur, qui eum cum victualium copijs non paruis remisit. Per idem tempus
Palamedes exercitum Græcorum educit, & impressionem Deiphobo facit atque in-
terficit, ex quo prælium confurgit acerrimum, fugatur Troiani. At gloriantem Palame-
di Alexander conuersus, collum illi transfixit. glomerantur inde Phrygij, tela conijci-
unt, Palamedemq̄ue occidunt. Hæc Dares. Dictys tamen aliter scripsit, cui mul-
ti consentiunt, adstruentes Vlysem, Diomedem & Menelaum falsas literas con-
scripsisse, in quibus continebatur, quomodo Palamedes promissa sibi grandi pec-
cunia,

Agamemnon
dimittit
Chryseida.

Palamedes
sibi vèdica
re studet im-
perium.

Cessatur ab
inducijs.

Androma-
chæ somniū

Achilles
fauciatur.
Hector oc-
ciditur.
Induciæ.

Achilles sibi
Polyxenam
iungi cupit.

Deiphobus
mors.

Palamedis
mors.

cunia, exercitum Græcorum voluisset prodere, & pro fide faciendâ, instituerint per fa-
miliarem vnum Palamedis, qui aurum, de quo in literis cauebatur, capiti illius suppo-
suit, quod postea Vlysses, adductis Græcis in testimonium factæ proditiōis, inuenit:
quod cum inuentum sub capite ipsius extraheretur, quasi conuictus esset, in eum irru-
unt Græci & obtruncare volunt: sed Palamedes animosè eis resistens, se innocentem
proclamat, & vnicuique duellum offert. Accepta conditione duelli ab Vlysse, tu-
multus sedatur. Credidit Palamedes Vlysem bono animo procedere, & amicum es-
se. Vlysses tamē non immemor quòd eum ad bellum traxisset, nihil omisit, & oppor-
tuno tempore dum ipse Palamedes & Diomedes in colloquio essent, dicebāt hi duo
Palamedi, quòd certificati fuissent, quòd in puteo qui ad manum erat, thesaurus ab-
conditus esset. Palamedes eorū fraudis ignarus, eis præsentibus in puteo descendit.
quem vt viderēt ad ima putei peruenisse, statim lapidibus obrunt, & mortuū in pu-
teo dimiserunt. ita vir maximus Nauplij regis filius, circumuētus, indigno perijt exitio.
& fuere qui eius consilij haud expertem dicerent Agamemnonem, sed hoc multi pu-
tant esse fictū, & Palamedem in bello xj. fuisse interfectum, vt dictum est. Palamedes
occisus, Nestor qui maior natu erat, noctu duces in cōsiliū vocat. hortatur vt impe-
ratorum præficiant, & si eis placeat, Agamemnonem. id minima cum discordia fieri
posse: adjicit, sub eius imperio satis felicem exercitum fuisse. Omnes igitur Agame-
mnonem eligunt. Postera die Troiani in prælium exerūt, quibus Agamemnon occur-
rit. fit magna cædes, & postquam maior pars diei transiisset, prodijt Troilus, cedit de-
nastatq̄ue Argiuos atque fugat. postera die eodem ordine acies concurrunt, sed eam
Græcorum duces Troilus interfecit. pugnatur continuis septē diebus, Agamemnon
inducias petit per duos menses. Inter hæc Agamemnon mittit ad Achillē Nestorem,
Vlysem & Diomedem, rogantes eum, vt in bellū prodiret. abnegat, cœpitq; eos malè
accipere, dicens pacem fieri oportere perpetuam, nec tāta pericula ob vnus Helenæ
causam expectare. Polyxenā enim ardebat. Renūciabant illi Agamemnoni, Achillem
in proposito suo pertinaciter manere. Agamemnon cōuocatis ducibus, cōsultat quid
fieri debeat. Menelaus hortatur eum, vt cum exercitu in pugnam prodeat, nec terreri
debeat, si Achilles se excuset aut subtrahat, Troianos non habere Hectorem. ad quæ
Diomedes & Vlysses, Troilum dicunt non minùs quàm Hectorem virum fortem
superesse. Tempus pugnæ vbi venit, Agamemnon, Calchante suadente, Mene-
laus, Ajax, Diomedes, exercitum educunt; contrà Troiani. fit magna cædes. Troi-
lus Menelaum fauciat, multos interficit, Argiuos in castra fugat. nox prælium diremit.
Postera die Troilus & Alexander exercitum educunt, contrà Argiui prodeunt. Troi-
lus Diomedem fauciat, in Agamemnonem impressionem facit, nec non ipsum fau-
ciat. per aliquot dies pugnatur acriter, multa millia hominum ex vtraque parte tru-
cidantur. Agamemnon vt vidit exercitum suum indies diminui, petit inducias in se-
ptem menses. Troilus negabat dandas, sed potiùs perirruptionem naues Græcorum
incendendas. attamen cōmuni consilio induciæ dantur. In his inducijs Agamemnon
cum Nestore, nomine totius exercitus, Achillem adiit, rogatq̄ue vt quia in maximo
periculo Græci essent, eos non desereret, adiectis quæ dici possent pro re opportunis.
Tandem Achilles se non proditurum respondit, sed pacem parari oportere. con-
queritur tamen quòd tantis precibus obsistere ad plenum non vellet, se milites suos
missurum. Agamemnon tum gratias egit, sperans vbi suos periclitari videret, pugna
se rursus ingereret. Tempus pugnæ aduenit. Troiani exercitum educunt, contrà
Argiui occurrunt. Achilles Myrmidones suos armatos ad Agamemnonem mittit. pu-
gna facta, Troilus in acie prima Argiuos cædit, Myrmidones fugat, & impressionem
vsq̄ue in castra facit, multos occidēs, plurimos vulnerans. Solus tum Ajax viriliter ob-
sistit. tandem Troiani victores in oppidum reuersi sunt. Postero die Agamemnon
omnes duces exercitus secum eduxit, contrà Troiani prælio commissō, cum per ali-
quot dies acriter pugnatur, multi trucidantur, Troilus Myrmidones persequitur, ster-
nit & fugat. Agamemnon vt vidit plures sui exercitus occisos, inducias in triginta
dies postulat, in quibus suos quique sepultura tradunt. Tempus pugnæ vbi venit,
cōcurrunt vtrinque. primo die Troilus Argiuos sternit, fugatq̄ue, multa exprobrans.
Achilles vbi vidit Myrmidones occidi passim, Troilum seuire & insultare, Argiuos
in extremis laborare, se amplius continere non poterat, sed prorumpit in hostes cla-
more valido: eum cōtinuò Troilus excipit & fauciat, Achilles de bello saucius redijt.
pugnatur continuis sex diebus. die sexto cum vterque exercitus inter se pugnando
fugaretur,

Nauplius.

Cōuocatur
à Nestore
Græcorum
principes.

Agamemnon
imperator
eligitur.

Oratur A-
chilles vt
pugnet.

Saucius Me-
nelaus.

Agamemnon
petit indu-
cias.

Troianorū
victoria.

Induciæ.

Achilles à
Troilo fau-
ciatur.

fugaretur, Achilles curato parumper vulnere, Myrmidones hortatur, vt fortiter impressionem faciant. At vbi maior pars diei tranſiit, prodijt ex aduerſo Troilus, Græcosque vertit in fugam. Tum his Myrmidonum ſuppetijs ſuperuenientibus, Græcorum exercitus reſiſtit, impressionem in Troilum faciens. equus Troili vulneratur, & cum eo cecidit. Quod videns Achilles, occurrit, & ipſum occidit, & ex prælio trahere cœpit. & ſubtraxiſſet, niſi Memnon Perſarum dux, corpus eius vi abſtuliffet. Memnon poſtea impressionem facit, quem vt vidit Achilles ſequentem, ſe conuertit: & vulneratus ab eo, ipſum Memnonem multis plagis tandem occidit. Hæc Darès. Dictys verò refert, in prælio Troilum captum vnâ cum Lycaone, quos in medium productos, Achilles ingulari inſerit ex indignatione, quòd Priamus ſuper his quæ ſecum tractauerat, non adimpleuit. Vt cunque ſit, Troilus periit, & petente Priamo, Agamemnon inducias in triginta dies fecit. quibus diebus Troilum magnifico funere ſimulque Memnonem Troiani ſepulturæ mandant. Hecuba mœſta nimis ſuper Troili morte, nec oblita Hecſtoris, & quòd ambo ab Achille fuiſſent perempti, ad vlcifcendas filiorum deplorandas neces Alexandrum accerſit, hortatur vt in vltionem fratrum, Achillem vel per inſidias tollat: Scire ſe, quàm vehementer Achilles Polyxenam depereat. Nunc velit induciarum tempore Polyxenam ei in matrimonium offerre, ſperet cum eius rei conſiciendæ gratia, vt in phanum Apollinis veniat, inuitari poſſe. Et quia temerarius erat Alexander, & ad vindictam pronus, pollicitus eſt ſe deſiderata matris facturum. His ita peractis, Hecuba per inſerunt ad Achillem mittit, cum mandatis à Priamo datis, de filia Polyxena, ſi ei placeat, ſub pacto promiſſo quòd abeat, deponenda. His acceptis, Achilles Polyxenam amans, lætus poſtera die ad phanum Apollinis ſe venturum conſtituit. nocte illa Alexander cum quibusdam fortiffimis militibus in phanum ſe occultat. Sequenti verò die Achilles cum Antilocho Neſtoris filio ad conſtitutum venit, phanumque ingreditur. Cognita re apud naues, vt refert Dictys, indignatio exorta eſt. nam antea rumor eſt proditiõnis exortus, quem factò Achilles auxerat. ob quæ, vt concitatus miles non prorumperet, temere Ajax cum Diomede & Vlyſſe ad lucum, in quo templum erat, pergunt, ante phanum operientes Achillem egredientem, ſimul vt rem geſtam intelligerent, detererentque, decetero vt à colloquio hoſtium clãdeſtino abſtineret. Interim Alexander compoſitis cum Deiphobo inſidijs, ipſe Deiphobus ingreditur ad Achillem, quaſi confirmaturus pollicita de ſore, iuxta aram amplexus inermem in ſacello Apollinis nihil hoſtile metuentem: & ita tenuit ſub amicitia ſigno tantisper, quoad Alexander librato ferro procurrrens, auerſum hoſtem per vtrumque latus geminato tranſigit ictu: quo factò, ſefe proripiunt à parte alia, atque in ciuitatem perueniunt. Hoc cum vidiffet Vlyſſes, Haud temere eſt, inquit, quòd hi turbati & trepidi proſilire. Ingrediuntur, & Achillem ſtratam humi, exanguem inueniunt. ſpirans adhuc Achilles, Dolo, inquit, me atque ex inſidijs Deiphobus & Alexander Polyxenæ gratia circumuenerunt. Quo dictò, exhalauit animam, ſimul & cum eo Antilochus manſit occiſus, quos ſui in caſtra referunt. Aeneas vbi Alexandrum occidiſſe Achillem in templo per dolum accepit, facinus execratus eſt. Apollinis enim ſacra potiffimum ipſe tuebatur. Helenus Priami filius quoque à ſcelere abhorrens, auſugit, atque ſe Chryſi in templo adiunxit, vbi Chryſes illum Diomedi & Vlyſſi commendauit, ductusque eſt ad naues: vbi deſiſto omni metu, ait ſe non temere parentes patriamque deſerere, ſed deorum actum admonitione, quorum delubra ab Alexandro contaminata eſſent, excidiumque Troianum immineret. Conferunt Græci, Heleni dicta Calchantis præſagijs: & conſentientibus cunctis, eum in fidem recipiunt. alij tradunt Helenum à Græcis captum eſſe. Agamemnon inter hæc concilium conuocat. placet omnibus, vt quid faciendum ſit, à dijs poſtulent. Miſſi ſunt continuo, qui conſulant oraculum deorum, à quibus reſponſum, Achillis negocium ſuæ progeniei auxilio expediendum. Ad hæc Ajax: Cum Achilles filius ſuperſit Neoptolemus, erit vocandus, vt patris vlcifcatur mortem. placet omnibus, daturque negocium Menelao, hic Scyrum proficiſcitur ad Lycomedem auum eius, impetrat vt nepotem Argiuis mittat, quòd Lycomedes ſine difficultate permiferat. Paulò poſt Pyrrhus, quem Neoptolemus vocauit, genitus Achille, ſuperueniens, à Myrmidonibus recipitur, & ab omnibus Græcorum ducibus ſalutatur, qui omnes ad Agamemnonem cœnatum veniunt, ibique interepulas plurima iuueni partis fortia facta virtutesque commemorantur. Quibus Pyrrhus non mediocriter lætus, reſpondet, daturum ſe operam, vt non indignus patre inueniatur. deinde

Troil' perit.

Memnonis interitus.

Conſiliū de interficiendo Achille.

Figitur Achilles.

Achillis atque Antilocho mors.

Heleni fuga

Accessus Pyrrhi ad Troiam.

deinde ad ſua quique tentoria abeunt, & quieſcunt. Tranſactis inducijs, reges ac duces ad pugnam exeunt, inter quos Neoptolemus, circum ſe Myrmidones habens atque Aiace, quem aſinem loco patris colebat. Interim Troiani ex aduentu Euryphili Myſiæ regis exhilarati, eum ducem ſui exercitus ſtatuunt, armaque capiunt. & vbi ſignum datur, manus conferunt, magna vi vtrinque certantes. Euryphilus Peneleum obruncat, Nereumque tum Neoptolemus aduolat, deiectumque Euryphilum gladio interfecit. quod vbi animaduertunt Troes, quibus ſpes in Euryphilo fuit, ſine ordine fugam ineunt: Græci ſequuntur, & multos in fuga occidunt. Poſtero die egreſſo vtrinque milite, Alexander Troianus multos ſibi obuios ſtranit atque occidit. Tunc, vt refert Dictys, Philoctetes progreſſus aduerſus Alexandrum, eum ad ſingularē certamen pronocat. placuit Paridi, ſpatiumque duobus ipſis diſſinitum eſt. Igitur primus Alexander incaſſum ſagittam contendit, Philoctetes ſecutus, ſiniſtram manū Alexandro tranſfigit, ac iam fugietem tertio conſecutus vulnere, per vtrumque pedem mittit, fatigatumque interfecit. De his ſagittis ita ſcriptū inuenitur, quòd Hercules moriturus, Philoctetæ qui erat ex Melibœa vrbe Theſſaliæ, de omnibus reliquijs ſuis intimaui, & cum compulſi iurare, ne alicui de ſuo corpore indicaret, datis ei pro munere ſagittas hydræ felle infectas. Et poſtea in Troiano bello ſatutum fuit, ſagittis Hercules opus eſſe ad Troiam expugnandam. miſſus fuit Vlyſſes, qui Philocteten tandem inuenit, & is Alexandrum interfecit, quem dicunt alij ab Aiace lothalter vulnerato interfecit, vt vterque mortuus à ſuis ſepeliatur. Tum Ajax (vt refert Dictys) Telamoni interfecit iam Alexandro, fugientes Troianos vſque ad portas perſequitur, ibique caſa eſt vis multa hoſtium in compreſſione. Interim multi eorum qui primi euaserrant, muros aſcendunt, & ſaxa ſuper clypeum Aiace deiiciunt. Philoctetes verò eos qui de muris pugnant, ſagittis perturbat, multosque interfecit. atque eo die exciſa euerſaque mœnia vrbs forent, ni nox iam ingruens, Græcos ab incepto auertiſſet. quamobrem deſtituit omnis vis atque audacia Troianos, nullis confidentes externorū hominum vel ſuorū auxilijs ſiue conſilijs firmioribus. Poſtera die Agamemnon cœpit exercitum ante urbem inſtituere, & Dardanios in prælium vocare. Priamus manere ſuos in vrbe iubet, & eam munire. Superuenit interea Pentefilæa regina cum Amazonibus optimè armata, & altera die exercitum contra Agamemnonē educit in prælium. per aliquot dies acriter pugnatur, Argiui ad caſtra ſæpe fugantur, & niſi Diomedes reſtitiffet, Amazones naues incendiſſent, & Argiuorum exercitum vaſtaſſent. Itaque Pentefilæa procurrit quotidie, multas cædes edit, donec Pyrrhus (aliàs Neoptolemus) ibi obuiat. hic enim Myrmidones educit, Agamemnon autem reliquum exercitum iungit. concurrit vtrinque, & dum multi caſi eſſent, Pentefilæa Neoptolemum inuadit atque fauciat. ille dolore vulneris in eam irruit, & ſtatim obruncat. Eo factò totum exercitum Troianorum in fugam conuertit, & in urbem proruentes vix ſe recipiunt. Argiui ſequentes, muros obſidione cingunt, vt Troiani exire non poſſint. Cæterum vbi hoſtis muris inſeſtu magis ſauit, nec ſpes reſiſtendi magna adeſſet, proceres in ſeditionem verſi, decernunt Helenam Græcis reſtituendam. quod poſtquam Deiphobus cognouit, traditam ad ſe Helenam matrimonio ſibi iungit, Priamo & Hecuba permittentibus. Tunc Antenor, Aeneas & Polydamas petunt, vt in tanto diſcrimine rerū concilium cogatur. Priamus concione vocata, iubet quæ velit quiſque dicere. Antenor memorat Hecſtorem Troiæ principem, cæterosque natos eius, cū multis ducibus eſſe interfecitos, Argiuos habere adhuc viros præſtantiffimos, Agamemnonem, Neoptolemum, Menelaum, Diomedem, Aiace, Locrum, Neſtorem, Vlyſſem: Econtra Troianos clauſos, metuque perterritos. ſua det vt Helena cum his que Alexander abſtulit, reſtituatur & pax queratur. & poſtquam multa pacis verba faceret, ſurgit Amphimachus filius Priami adoleſcens fortiffimus, & duris Antenorem adoricatur, ipſumque & eiufdem voti ſocios cœpit vehementer increpare, ſua det potius educendum eſſe exercitum, & irruptionē in caſtra hoſtium faciendam, donec aut vincant, aut victi fortiter pro patria occumbant. Tum ſurgit Aeneas, leuibus mitibusque verbis Amphimacho reſpondet, pacemque petendam ſummopere ſua det. Contra Priamus multis in Antenorem atque Aeneam inuehitur, ſuaſores belli eos fuiſſe, Antenorem legatum in Græciam miſſum, redeuntem, contumelioſe ſe tractatū à Græcis retuliſſe, & ipſum ad bellum pronocaffe. Aeneam verò cum Alexandro Helenam rapuiſſe, proinde pacem cum Græcis ſe habere neque velle, neque poſſe: precebatumque vt omnes parati eſſent ſigno dato, irruptionem in hoſtes facere, aut vincere;

Euryphilus auxilio Troianis venit.

Alexander occidit Philoctetes.

Melibœa patria Philoctetæ.

Amazones Priamo ſubueniunt.

Pentefilæam Pyrrhus necat.

Troianorū muri obſidentur.

Antenoris conſilium.

Aeneas conſilium.

cere, aut mori. tum concilium dimisit. Priamus Amphimachum secum in regiam duxit, & vereri se dixit, ob hos qui pacem ad eum enixè suassent, ne urbem proderent, eos habere multos de plebe similia sentientes, opus esse eos interfici. si id factum sit, se patriam liberare posse, atque superare Argiuos. simul rogat ut paratus sit in armis, idque sine suspitione fieri posse: postera die se in arce, ut solet, rem facturū diuinam, eosque ad cenam vocaturum, tunc Amphimachus irruptionē faciat, eosque interimat. Amphimachus mox consilium patris approbat. Ea die conueniunt clam Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, Dolon, dicentes se mirari regis pertinaciam, qui petire cum patria mallet, quam pacem facere: vocatoque Aenea, Antenor se animaduertisse Priamum iratum ait, de cōsilio surrexisse, cum ei de pace suaserint: vereri se, ne quid noui ineat. Ideo placere, ut ipsi pro pace ad Agamemnonē mittant, se & suos saluent, & ciuitatē illi tradant, ne mox cum desperatis pereant. Inter hæc peruenit ad Aeneam consilium regis de ipsis interficiendis, concludunt sibi mutuò auxilia contra insidias se præstare debere. Itaque coniurant, & statim Polydamantē, qui ex his minimè inuidiosus erat, ad Agamemnonem mittunt. is clam abiit, Agamemnonē data securitate conuenit, & quæ sibi a socijs placeant, exponit. Agamemnon noctu duces in consilium aduocat, eadem refert, & quod cuique placeret, dicere imperat. omnibus placitum est, ut oblationem accipiant, securitatem illis promittant.

Abijt Polydamas, refert responsa, conueniunt postea, iureiurando promissa hinc inde firmant: hi, ut illum tradant Græcis: rursusque Græci, ut Antenori, Aeneæ & socijs omnibus suis parentibus, liberis, coniugibus, consanguineis, propinquis & amicis, & alijs qui vnâ coniurassent, fidem seruent, & cum bonis suis omnibus securos teneant. Quibus ut sic firmatis, Antenor Aeneasque ad opus se accingunt, & maturè se omnia facturos promittunt. Interea rex Priamus Aeneam & Antenorem ad se venire mandat, cupiens propositum suum adimplere, & eos interficere. Sed Antenor & Aeneas qui in ciuitate potentes erant, & plebi grati, septi multis armatis, ad regem veniunt. quo territus rex, statim Amphimachum monuit, nequid inciperet, sed ad præsens supersederet, cui facile erat persuadere, cum videret se consiliaria non posse perficere. Antenori itaque, Aeneæ & socijs ad prodicionem tendentibus, in mentem venit de palladio. erat enim imago quædam, quæ ferebatur olim in templum Palladis à celo descendisse, editumque oraculū, Troianis exitio fore, si id palladium quod in templo Mineruæ esset, extra mœnia tolleretur. placuit illis de hoc Græcos certiores fieri. quod cum accepissent Græci, facile fidē adhibent, cum Helenus illud fatale fore Troianis, licet inuitus, prædixisset. Eius rei causâ fertur Antenor ad sacerdotem Thoantem palladij custodem, noctu venisse, maximam auri quantitatem obtulisse, & sic corrupisse. alij verò scribunt, quod Diomedes atque Vlysses per cloacas seu cuniculos ascenderint arcem Troiæ: & occisis custodibus, simulacrum (id est, palladiū) sustulerint, & extra mœnia Troianorum ad Græcos portauerint. quo viso, exclamat Helenus finem Troianorum adesse, quippe, quo maximè sustentaretur ciuitas, palladium fuisse: quo ablato, exitium ingruere. Quæ verò de equo dureo siue ligneo, quod memorabile Vlyssis inuentum scribit Philostratus, feruntur vulgò, à poetis deriuata sunt, qui historiam illo tegunt velamine. ceteri enim machinā bellicam putant fuisse equū, veluti arietis in bellis vsus est. Palæphatus quidem miræ magnitudinis molem fuisse inquit. illa quum disruptis portis esset à Troianis Sinonis consilio in urbem introducta, Græci qui in valle, quæ nomen inde habet, latuerant, inuadunt urbem deditam conuiujs, atque destruant. Hæc ferme Palæphatus. Dares autem refert Antenorem ac Aeneam cum Græcis egisse, quod nocte sequenti illis portam quandam quæ in custodia eorum erat, reserarent. ea gratia Antenor & Aeneas iuxta promissa venientem Neoptolemum cum exercitu recipiunt, portam reserant, lumen accendi faciunt. Tum ad introitum Pyrrhus proditoribus præsidia pro conseruatione suorum inprimis dat. mox deinde vbi signum datum est, Græci irrumpunt, passim quosque obuios obruncant, tum in ore suorum liberi parentesque pereunt. Interim Priamus re cognita, ad aram Iouis confugerat, multi que ex eo ad reliqua deorū templa. verum nullibi salus, vbi que luctus, vbi que mors. Ingressi regiā Græci, ibi Menelaus Deiphobum post mortem Alexandri Helenæ matrimonio iunctū, & esectis auribus, brachijs, naribusque truncatum, ad extremum summo cruciatu necat, deinde Priamum Pyrrhus sine vilo ætatis atque honoris delectu retinentem vtraque manu aram iugulat. Hoc modo consumptis innumeris, deliberant super his qui ad deorum aras se rece-

Coniuratio
Aeneæ, Antenor
& Græcorum.

Illum pro-
dendum.

Armatis ve-
niunt Aeneas
& Antenor
ad Priamū.

De equo
Troiano.

Aeneas &
Antenor
Achillis por-
tā aperiant.

Deiphobi
ac Priami
interitus.

perant. decretumque ab omnibus est, uti per vim auellerentur. quod est factum. post hoc deprædatam ciuitatem Græci submissis incendijs, flammis rapacibus exposuerunt, quibus magna ruunt palatia, & exusta pereunt in fauillam. Excisa ut sic famosa Troia, Agamemnon in templo Mineruæ duces Græcorū iussit adesse, & inprimis Helenam adduci fecit, atque Menelao petenti, consilio omnium quasi vim passam restituit. Cassandra autem regis filiam, quæ parentibus suis excidium urbis longè prædixit, & ut Helena restitueretur, suavit, duces omnes Agamemnoni in sui laboris præmium concesserunt. Tunc Antenor atque Aeneas accesserunt. exponuntque qualiter Helenus atque Andromacha filij regis Priami, semper dissuascent bellum cum Græcis, rogant eos liberos dimitti. Assentiunt Græci illis libertatem concedi, suaque omnia restitui, fecerunt tamen Andromacham Neoptolemo assignari, libertatem quoque impetrabat Helenus Hecubæ. Statuerunt insuper, quod omnes nobiles mulieres, quæ mortem euaserant, liberè permitterentur abire. prædam reliquam cum pace inter Græcos diuisit Agamemnon, nec quisquam contraire distributioni attentauit. His ita peractis, disponunt à Troia recedere, sed tanta maris tempestas superuenit, quod nauigare nemo ausus fuit. Græci super hoc Calchantem consulunt, quibus Calchas ait, hoc eis accidere pro eo, quod nondum Achilli satisfactum esset in templo Apollinis interfecto. immolandum autem esse dijs de ea, propter quam mortem subiit. mox Pyrrhus Polyxenam perquiri facit, Agamemnon Vlysses requirit, qui ad preces Hecubæ eam absconderat, nescireque se vbi esset respondit. Antenor autem videns se tantopere inquisitum prægruari, eam prodidit, atque de arcano vbi latebat abstractam, Agamemnoni præsentauit. Euestigio eam Pyrrhus in piaculum manium patris ad eius tumulum perduxit, & post multas lachrymas truculentum iuuenis iugulauit, feruntque eam, licet tenellam, tam constanti animo & intrepido vultu hanc mortem suscepisse, ut maxima admiratio omnibus facta fuerit. dicebat enim, mori sibi in patria eligibilis esse, quam in exilio perpetua anxietate viuere.

Certatur tunc quoque, inter Vlysses & Aiace Telamonium pro palladio, de quo plura dicere omitto, nisi quod Dictys refert, Vlyssi palladiū adiudicatum ab Agamemnone & Menelao gratiā Vlyssis sequentibus. ob quod Ajax indignatus, vindictam se exacturū denunciat, sed postera luce inuenitur interfectus, ex quo oritur tumultus. Vlysses autem veritus vim sibi fieri, clam Ismarū aufugit, atque ita palladiū apud Diomedem reliquit. Pugnatum est itaque, ad Troiam annis decem, mensibus octo, diebus duodecim, & ut refert Dares, corruerunt ex Argiuis octingenta & 70. millia: ex Troianis autem, sexcenta 76. millia vsque ad oppidum proditum: posteaquam captum est, caesa sunt hominum ducenta 76. millia. Tunc Antenor Priami regis affinis, ab Agamemnone Ilij rex præficitur, & ibidem regnauit annis ferme 22. Aeneas autem, licet isto dignior & natu maior esset, tamen quia Polyxenam consobrinam suam Priami filiam, apud Anchisen patrem suum absconderat, ab Agamemnone reprobatus, Troia pulsus fuit: quamobrem Aeneas exiens in Dardaniam insulam, ut suū ibidem congregaret exercitum, ab Antenore reuersus clausis portis excluditur. Tunc Troiani omnes qui euaserant, reuertentes, Antenorē in regem recognouere. Per idem tempus Cassandra Deo plena, multa in Agamemnonem aduersa pronunciat: insidias quippe ei ex occulto, eademque domi per suos dispositam: præterea vniuerso exercitui profectioem ad suos, exitialem fore. Hæc de bello Troiano eo diximus breuius, quo est historia pluribus, à cæteris ferè cunctis, velata fabulis. Græcis ad patriam redeuntibus, accepit Nauplius, Palamedem filium per insidias Vlyssis & de consilio Græcorum fuisse interfectum. propter quod rex Nauplius vindictam querens, ut audierat Græcos mare ingressos, qui necesse habebant ire per confinia regni sui, disposuit per suos, ignes in montibus accendi scopulosis, ut nocte nauigantes, decepti, scopulos accederent: quamobrem in ipsis rupibus & scopulis plus quam ducentæ Græcorum naues sunt submersæ. Et Oileus Ajax Locrensis rex, cum trigintaduabus nauibus tempestate actus, postquam natando euadere naufragium conatus esset, cum suis per noctem tabulis fluctuantes, scopulis appulsi perierunt. Interim Nauplius Agamemnonem & Diomedem persequi statuens, nunciū ad Clytemnestram Agamemnonis vxorem misit, scribens quomodo Agamemnon vnam de filiabus Priami duxerit in vxorem: suadet ut sibi prospiciat. Credit mulier, & quia absente marito adulterium cum Aegistho commiserat, Agamemnonem venientem Aegisthus adulter suauis Clytemnestræ prima nocte per insidias interfecit. quo mortuo,

135
ia exci-
dium.

Restituitur
Helena.

Nobiles mu-
lieres liberè
dimissæ.

Capta Tro-
ia anno mū-
di 4000. &
circiter 20.

Agamēno-
nis calamitas.

Nauplij do-
lus.

Aiacis in-
teritus.

Agamēno-
nē interfe-
cit Aegisth^o

mortuo, Aegisthus Clytemnestram duxit uxorem, regnum Mycenarum occupauit. Supererat autē Agamemnoni filius ex Clytemnestra adhuc impubes, Orestes nomine, qui Electrae sororis suae diligentia seruatus est, peruenitque ad Idomeneum Cretae regem. is cum factus esset adultus, capta opportunitate, clam Mycenam intravit, Aegisthumque regem interemit, Clytemnestramque matrem propriam crudelissimis poenis affecit. Rebus illis occasione Nauplium dedisse fertur. Nam eodem modo Aegiale uxoris Diomedis fidem tentauit: quare Diomedes siue pudore uxoris auersus, siue illius opera à regno exclusus, ad Argiuos non rediit, sed exulans, ad partes Apuliae se contulit: ubi teste Festo, cum Dauno rege partem regni sortitus est. Socij verò eius Brundisium & Neapolim crexere, alij quoque ex socijs eius ab ipso recedentes, Diomedeam insulam ab ipso sic dictam, haud procul à monte Gargano, habitare coeperunt, ubi & Diomedes ipse fertur sepultus, & templo tanquam deus ibi cultus. Menelaum dicit Homerus post excidium Troiae ad regem Aegypti Proteum diuertisse, deinde appulsum Cretam aliqui scribunt, ubi cuncta de Agamemnone, fratre occiso percepit. Infestus aliquandiu Oresti, quod tam seuerè matrem vindicasset, tandem reconciliatus, Hermionem Oresti in matrimonium collocauit. erat autem Hermione filia Menelai & Helenae, & ut aliqui volunt, Menelaus in regno Mycenarum consenuit. Vlysses verò, ut ex Dicty Cretensi videre est, recedens è Troia cum nauibus multis, auro, argento & multis bonis onustus, post aliquot dies nauigans mare, tempestate suborta, in Siciliam delatus est. Ibi à duobus regibus, ut ipse refert, Cyclope & fratre eiusdem omnibus bonis despoliatus est, & nihilominus ab eorum regum filijs Polyphemo & Halizone in carcerem cum suis detrusus. tandem verò liberatus, clam cum socijs discessit, abnauigansque in Aeolidem insulam peruenit. Deinde ad Circe, quae hominum species transmutare ferebatur. siue id poëticum est, siue demonum illusio, Augustinum vide 18. de ciuit. Dei cap. 17. & 18. Apud illam cum idem Vlysses (ut fertur) per annum mansisset, ex ea Telegonum suscepit filium. verum quum euaginato gladio eidem minaretur, nisi socios in pristinam formam redigeret, perimendam, ab eadem quod postulabat obtinuit, & plenus consilij discessit, atque Circe dereliquit. Tum apud Calypso moratus est aliquantisper, à qua discedens, Sirenes inuenit. didicit autem antea illas dulcedine sui cantus soporem hominibus inducere solere, & naues deinde subuere: quamobrem aures suas atque sociorum obturauit cera diligentissimè, ita quòd cantantes Sirenes minimè poterant audire. Transito hoc periculo, perducti sunt vi ventorum inter Scyllam & Charybdim: ibi ab ipsa maris ingluuie plus quam medietas nauium suarum absorpta fuit, & vix cum medietate aufugit, & in manus Phoenicum per mare praedantium incurrit, qui cum despoliati omnibus bonis, cum suis in carcerant, & postea nudos dimittunt, postea ad Idomeneum regem Cretae peruenit, qui auditis infortunij Ithacensis Vlyssis, eum benignè suscepit, & tandem donatum duabus nauibus, auro atque argento plurimo, ad sua redire permisit. qui recta via tendebat ad Antenorem, à quo hilariter acceptus, paululumque moratus, audiuit terram suam à quibusdam inuasam, & Penelopen uxorem honestissimam matronam, quòd alteri nuberet, infestam. Adiutorio igitur Antenoris properat, & ei iam aduentanti filius Telemachus occurrit, edocet de omnibus, ac patrem in suam ciuitatem noctu introducit, in qua dormientes inimicos inuasit atque interfecit: & sic gratulantibus cunctis, & maximè Penelope, in regnum est restitutus. postea Telemachus Antenoris filiam duxit uxorem. Visionem habuit postea per quietem Vlysses, quòd à filio suo esset interficiendus, qua ex re Telemachus sub fida custodia teneri fecit. Sed interea Telegonus quem ex Circe genuit, intellecto ex matre, quòd Vlysses pater eius esset, securus & regna patris ingressus, cum indifferentiùs accedere Vlysses peteret, & prohibitus à terrae custodibus, nam obseruabatur Vlysses, ne à Telemacho aut suis periret, ipse ut in expertus, custodes Vlyssis vsque ad quindecim interfecit. fit clamor. & Vlysses timens Telemachum, exit. accelerans, cernit occisos, & praera in aduenam Telegonum auctorem caedis iaculum dimittere vult, & ab eodem, iaculo laethaliter vulneratur. inter hac aduersa laetatus fertur Vlysses, quòd non à filio, sed alia via esset interiturus. At ubi interrogatus est Telegonus, cognitusque Vlyssis filius, Vlysses presentibus omnibus edicit istum esse filium suum, vocatoque Telemacho, Telegonum fratrem suum esse, fataque impleta: ac post triduum expirauit, & in Achaia honore regio sepelitur. De Pyrrho verò Achil-

Perimit Aegisthū Oreites.

Diomedis exilium.

Menelai nauigatio.

Vlyssis nauigatio.

Circe.

Telegonus

Sirenes.

Quid veri in his lacertis, Palepharū in incredibilibus vide.

Vlyssis somnium.

Vlyssis interitus.

lis filio, multa scribunt. ex parte patris, habuit Peleum regem Thessaliae, auum: ex parte matris, Lycomedem filium regis Acasti, auum. sed proauus Acastus expulit Peleum à regno Thessaliae. Pyrrhus rediens à Troia, multis tempestatibus aëtus, venit clam in Thessaliam, duos filios Acasti regis occidit, & tandem pacem inter Acastum proauum & Peleum auum fecit, & ab utroque receptus in regem Thessaliae. Hermionem Menelai filiam, uxorem Orestis rapuit, & matrimonio sibi copulauit: & dum Delphos semel Apollinem consulturus iuisset, interea Menelaus Andromacham, alteram Pyrrhi uxorem fugat, qua veniens ad Molossos, ibi filium peperit, qui Molossorum rex factus est. Aeneas Anchisae filius, patriae (secundum aliquos) proditor, à Troianis tanquam deus habitus, post tertium exactum annum, cum vniuerso patrimonio suo & nauibus duabus & viginti susceptis, cum Anchise patre & Caieta nutrice sua vniuersaque familia, ac tribus millibus & quadringentis viris, * in Latium seu Italiam anno sexto principatus * Labdon veniens, regnare coepit, & regnauit (ut Eusebio placet) tribus annis. hic omni forma & elegantia inclytus fuit, filium secum adduxit Ascanium, multisque Troianis consociatis antequam Italiam ingrederetur, profugus in Delphos insulam primum ad oraculum Apollinis venit. à quo de Italiae regno obtinendo certior factus, in Cretam confestim nauigauit. Inde in Siciliam, postea in Italiam tunc Latium venisse, responsoque accepto, eo loco sibi permanentem, ubi mensas aderent. quod in Latio accidit. ibi enim ingens panis pro mensa per imprudentiam appositus, cum carnibus & quae superponebantur, tandem panis ipse absumptus est. Ingressus autem Aeneas in Italiam, in Adriatici maris ora Corcyram & Melaniam vrbes condidit, atque per ostia Tiberina intrans, haud longè à Laurento vrbe confedit, ubi & quibusdam regis Latini agris occupatis, Troiam nouam condidit. Inde ad Euandrum regem Nicostrate filium profectus, eo procurante, cum Latino Aborigenum rege ei infensum pacem fecit, cuius rei firmandae gratia, Latinus filiam Lauiniam ei tradidit uxorem, secumque pari auctoritate conregnare fecit. qua ex re Aeneas Laurentum rex appellari coeptus est. Turnus autem Ardeae & Rutulorum rex, grauiter ferens Aeneam externum à Latino sibi praetatum, vxore ablata Lauinia permotus, bello se vindicare statuit: vnde & à Diomede Apuliae rege, Mezentio Tusciae superioris seu Agelliae, atque Ligusto Liguria regibus, & à Camilla Volscorum regina, auxilium per legatos postulauit, qui omnes contra Latinum, Euandrum, Pallantemque eius filium atque Aeneam bella mouent: & congressi, post innumeras caedes Latinus à Turno interficitur, inde Pallantem Euandri filium lancea perfoctum occidit. Aeneas verò in Turnum acri animo consurgens, ipsum superans interfecit. Quo mortuo, Camillam Volscorum reginam cum toto exercitu fudit. Victoria igitur Aeneas obtenta, Latium cum Campaniae parte obtinuit, & tribus annis regnauit. tandem in Numicium Laurenti fluium decidens, moritur. indeque sublato corpore, & apud Laurentum vrbem sepultus, fluius eidem consecratus est, & deus indies ab accolis creditus est. sed à prudentissimis authoribus creditur in eodem flumine necatus, & in mare deuolutus, piscibus esca factus. Hic Creusam Priami regis filiam duxerat uxorem, ex qua Ascanium suscepit. Regno autem Latij suscepto, Lauiniam Latini regis accipiens filiam, praegnantem moriens reliquit. Lauiniam igitur Latini regis ex Amata filiam formosissimam, desponsatam Turno, pater ob generis claritatem Aeneae tradidit coniugem, quam Aeneas impraegnatam, moriens (ut dictum est) reliquit. Verum Lauinia cum Ascanium priuignum timuisset, praegnantem in syluas fugit, & ibi filium peperit, quem Iulium Syluium Posthumum appellauit. Ascanius autem postmodum in noueram mitior factus, cum Albam vrbem condidisset, vltro secedens, Lauiniae regnum reliquit, quo di ipsa cum multa iustitia & honestate, donec filius pubesceret, gubernauit, & maiori facto resignauit. deinde Lauinia (ut Eusebius refert) Melampodi nupsit, ex quo filium peperit, quem Latinum Syluium nominauit, qui etiam fratri suo Posthumo successit. Apud Albam primus regnauit Aeneas annis tribus, hic Lauinium condidit: huic successit Ascanius ex Creusa filius, Reges Albani. regnauit annis 33. Syluius Posthumus Iulius frater, filius Aeneae & Lauiniae, regnauit annis 29. à quo, omnes reges descendentes, Syluij sunt dicti. Aeneas Syluius regnauit annis 31. Latinus Syluius regnauit annis 50. Alba Syluius regnauit annis 39. ab hoc Albani reges. Epytus aliàs Aegyptus Syluius, regnauit annis 24. Capys Syluius regnauit annis 28. Calpetus Syluius regnauit annis 13. Tiberius Syluius regnauit annis 8. ab hoc fluius Tiberis dicitur, quia in eo est extinctus, & ante Albulam dice-

Quando venierit in Italia Aeneas.

Iudic. 13. Abdon

Troianem fas confirmunt.

Troia noua

Turnus.

Latini interitus.

Aeneae interitus.

Lauinia.

Reges Albani.

batur. Agrippa Syluius regnavit annis 40. Arcmulus regnavit annis 19. hic fulmine ictus interiit. Auentinus regnavit annis 37. ab hoc Auentinus mons est dictus. Proca regnavit annis 23. Amulius Syluius regnavit annis 44. huius frater erat Numitor, cuius Rhea filium Romulum & Remum genuit, qui occiso Amulio, Numitorem in regnum restituit, sub quo defecit regnum Albanorum. Hoc in tempore Francus quidam ex Hectoris filius, à Troia fugatus, tota Asia peruagata, in Danubij ripas tandem peruenisse fertur, Sicambriamque condidisse, inde Francos nomen postea accepisse, de quo dicitur in secundo volumine generatione 13. de quo Vincentius Gallus historicus. Alij verò, vt refert * Gots. Viterbiensis, Francum principalem fuisse memorant de genere Priami. Antenor Priami regis affinis, cum in Troia post excidium eius 22. annis regnasset, ab Hectoris filijs, Heleno subsidium ferente, regno pulsus est. quo turpiter pulso, profugus cum duobus millibus Troianorū in Venetam prouinciam concessit, & ibidem Pataviæ vrbis fundamenta iecit. His adijcienda sunt, quæ leguntur de Britannia siue Anglia, terra diuite, tribus præcipuis fluminibus nota, Tamesi, Longo & Vedra. Gansfredus autem in historia Britonum scribit, quòd Syluius filio Alcanij filij Aeneæ natus est filius nomine Brutus, in cuius partu mater moritur. Is annos 15. habens, in venatione patrem casu sagitta occidit. quapropter relegatus in Græciam, inuenit ibi complurimos Troianos sub seruitute Brandasij regis, cuius tamen Brutus filiam Ignonem uxorem accepit. Tunc potentes Troianorum ipsum ducem constituunt, vnde ipse voluntate Brandasij paratis nauibus & comætu, cum tota Troium multitudine, vt oraculum Dianæ ei suasit, in occidentem plagam & regionem Aquitanicam nauigauit, deinde ostia Ligeris intrauit: & factò incolarum impetu in eos, vt populos peregrinos, prælium commissum est. Sed Brutus victoria potitus, vnum duntaxat ingenuum Turnum amisit, in cuius gratiam à loco sepulturæ Turonem æterno nomine dicauit. deinde memor oraculi, versus Albion, quæ nunc Anglia dicitur. nauigauit. ibi neminem præter Gigantes quosdã reperit, cum his etiam pugnavit Brutus, qui ex Ignone tres filios genuit, & insulam à se Bruto Britanniam nominauit. deinde post multas fabulas Gansfredus refert, C. Iulium Cæsarem Britanniam subiugare volentem, bis fuisse profigatum per * Cassibellianum Britonum regem, & cum idem rex quendam Androgeum ducem de Trinouantio in Anglia subiugare vellet, vocauit rursus sibi in auxilium Iulium Cæsarem. tum pacto Cæsar Britanniam Romanis tributariam reddidit. de hoc tamen aliter in commentarijs Iulij, & infra, vbi de Iulij bellis in Gallia habitis, mentio fit, habetur. De Britannia à Bruto dicta, concordant cæteri. Brutumque tres habuisse filios, Locrium, Albanactum, & Cambro, qui insulam inter se diuiserunt. Locrij pars, Locria est cognominata. Albanactò secunda portio data, quæ ab eodem Albania est dicta. hæc Scotia nunc dicitur. Cambro verò tertio filio, Cambra obuēnit, quæ nunc Thyle dicitur. Subiungit idem, Britanniam antea Albiona dictam esse. deinde à quodam Anglo potentissimo rege, Anglia appellata est. sed de hoc in secundo volumine 7. generatione veritatem inuenies. Quòd autem idem scribit, sub Gregorio Magno Britanniam ad Christi fidem conuersam, cum * grano salis intelligendum: nam sub Eleuthero papa Lucius rex Britannia ad fidem Christi conuersus fuit. quo tempore in eadem eriguntur 38. sedes episcopales, & tres metropolitanæ, scilicet Londini, Eboraci, & in vrbe Legionum. vnde de hoc librū Gildas de victoria Aurelij & Ambrosij inscripsit. Mortuus autem est Lucius anno Domini 156. vel (secundum alios) centesimo 70. de quo in secundo volumine generatione 7. Primus itaque rex Britannia, vt vult idem Bergomensis, Brutus fuit, Aeneæ pronepos, cui successit Locrius filius, qui tandem in bello sagitta percussus occubuit, & Maddanus filius successit, huic Memprius vir pessimus Maddani filius, post quem successit Embracius, qui multas vrbes condidit, genuit autem 25. filios & 30. filias, quas omnes Syluius quarto Albanorum regi transmisit Albanis in matrimonio iungendas, cum Latini à Sabinis aspernati essent. Hic Embracius post Brutum primus in Gallias classem perduxit. Brutus autem secundus eius filius, sexto loco successit, reliqui verò decem & nouem fratres, Syluius prædicto auxiliante, Germaniam omnem conquisiere. post hunc Brutum imperauit * Leil, qui urbem sui nominis condidit. Octauus Bladud regnavit, qui necromantiã primus Anglos docuit, post quem nonus * Leyr rex eius filius regnavit, qui & ipse nonnullas construxit vrbes, tresque filias genuit, quibus matrimonio copulatis, à

Romulus.
Remus.Francus.
Sicambria.Pataviū
vrbs.Populis
ac regibus
Britannia.* Cassibel-
lanum &c.
sic enim Cæ-
sar hunc 5.
bel. Gal. 7.
10. 11. & 12.
vocat. Ibidem
5. bel. 5. 11.
Trinobares
& Trinobā-
ribus legitur
vtruncumque
sit, num hic
Trinouantio
recte lega-
tur.
Tres Angliæ
partes.Britannia
reges.

* Cæz. leil.

tis, à duobus ex ipsis generis regno pulsus est. Verum regis Gallia, cui tertiam filiam indotatam tradiderat, auxilio in regnum restitutus est. ideo indotatam dico, quia cum pater filias interrogaret, quæ illarum ipsum diligeret, illa respondit: Quantum habes, tantum vales, & tantum te diligo. Quibus verbis commotus pater, eam exhaeredauit, & sorores regni hæredes constituit, quarum mariti illum postea regno ciecerunt. Mortuo autem patre, vltima earum decimo loco in regno successerat, post quam fororum filij sunt adepti regnum. Vnus autem, cui Cunedagius nomen erat, Morgano pulso, vndecimo loco regnavit, cuius temporibus Roma condita est. Kinellus eius filius, duodecimo successit, quo regnante, tribus diebus in regno sanguinem pluit. Post hunc Garganus filius successit, deinde quartusdecimus Syluius, post quem quintusdecimus Iago, cui successit Carminarus, post quem septimusdecimus Godoburcho. * Porrex octauusdecimus, qui fratre suo interempto, & Suardo Francorum rege fratris sui auxiliario superato, ipse quoque demum peremptus est. Regno deinde per multa tempora vacante, tandem Monucius Elioris filius, regnum pacifice obtinuit, qui etiam confestim corona aurea sibi imposta, leges multas edidit, & celeberrimum templum concordiaæ struxit. Hic autem duos post se reliquit filios Belinum & Brennum, & illi Belinus successit, legesque celebres composuit. Brennus autem natu minor, vir bello strenuus & liberalis, Norchaumbriam vsque Catheniam regionem ingenti virtute obtinuit. Sed haud multò post inde pulsus, ad Leginum accessit, mortuoque Legino, Allobrox rex in regno successit, ducta eius filia vxore. Et quoniam Allobrogi comitem ac munificentissimum se exhibuit, ipsi Brennus innumeros ademit populos, quorum auxilio finitimos regulos debellans, regnum omne in suam redegit potestatem. Quibus ex sententia gestis, Belinus Bartendum filium regno præfecit. Brennus cum innumerabili multitudine ad nouas quærendas sedes, siue gloria cupiditate pellectus, siue (vt alij volunt) ad intestina bella vitanda, in Italiam cum trecentis hominum millibus se transtulit, & primò circa Eridani oram, vbi Insubres, Galli, Thufci vicini habitabant, sese insidentes, vrbes nonnullas, pulsus veteribus colonis, quidam habitauerunt aut instaurare coeperunt. Brennus itaque tredecimo Assueri anno, Olympiade nonagesima septima, Italiam vastans, Romam peruenit, Senensem urbem in via pro senibus & armentis (vt Polycrates refert) extruxit. Deinde urbem Romam cepit & incendit, de quo dicitur latius infra generatione quinquagesima quinta, & de Bruto infra generatione proxima etiam dicitur. De Bruto multi scribunt, sed de sequentibus regibus Britannia vellem Bergomensem addidisse suum authorem, Et quomodo tacuit Brennum fuisse ducem Sueuorum, cum tamen paulò post Gotfredum Viterbiensem adducit, qui in longum refert, Sueuos & Senones Gallos, Allobroge duce, eorum urbem Romam cepisse, prout dicitur infra generatione quinquagesima quinta. Sed & quod refert de Suardo Francorum rege, optarem videre ab aliquo antiquo, Francos ea tempestate fuisse, cum multi Francorum nomen sub Valentiniano primo scribant primùm vsurpatum: de quo tamen dicam in secundo volumine generatione tredecima. Hæc verò à nobis ex aliquorum opinione dicta sunt.

GENERATIO XXXI.

ANNO à mundi exordio quatermillesimo vigesimo septimo, in Obeth, quæ Boos Rex Ruth genuit, de tribu Iuda principe, sub Ozi filio Buzi, summo pontifice, per lineam Christi incepit trigesima prima generatio, & durauit annis quinquaginta septem. sub iudicibus Samfone & Heli sacerdote simul. Hic erat annus tertius Samfonis vltimi iudicis Istaël, qui iudicauit annis viginti, cuius ingentia facta cum Herculis factis merito comparari possunt. patrem Manue de tribu Dan habuit, & matrem nomine Anani. hi cum prolem non haberent, Deum iugiter deprecabantur, vt prolem susciperent. Quibus tandem apparuit angelus Domini, & eisdem masculum futurum Dei munere prædixit, qui foret vir optimus, fortitudine præcipua, inimicorum vltor acerrius. Monuitque vt ipsius capillos minimè tonderent, nec alium potum nisi aquam bibere permitterent. Conceptoque filio gratias agentes, custodierunt mandata Domini, & natum, Samsonem vocauerunt, creuitque puer velociter, & per capillorum retentionem factus est robustissimus. Cui benedicens Dominus, spiritum effudit suum, factusque vir, duxit uxorem ex Thamnara Palæstinorum

Leges Bri-
tannia quis
tulit.Brenus ve-
nit in Itali-
am.Ozi ponti-
fex.

Iudic. 13.

Samson.

Iudic. 14.

norum ciuitate. quam cum frequenter in domo socii inuiferet, occurrit aliquando ut in via leonem interficeret. quo scorsum proiecito, rursumque aliquando inde progrediens, inuenit fauum mellis in capite leonis: ex illo comedit, ac tres fauos puellæ portauit: ibique in nuptijs existens, triginta iuuenibus per iocum problema proposuit, dicens atque promittens, si soluerent in septem diebus quæstionem, singulis daret vestem seu stolā vnam. illisq; petentibus ut diceret, ait: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Iosephus autem ita ponit: Qui cuncta deuorat, cibus de se genuit suauem. Illis autem non valentibus soluere, rogauerunt puellam, ut ab ipso solutionem perquireret, atque eis indicaret: alioqui incendemus, inquit, te & domum patris tui. Quæ sollicitans virum, tandem flendo dicebat: Odisti me, ideo non exponis mihi. Tandem die septima cum ei molesta nimis esset, exposuit: quæ statim indicauit ciuibus suis. Circa solis igitur occasum conuenientes Samsonem, dixerunt ei: Quid dulcius melle? & quid fortius leone? Ille indignabundus ait: Nisi arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem hanc. Irruitque in eum spiritus Domini, & descendit in Ascalonem. ibi percussis triginta viris, abstulit eorum vestes, & dedit his iuuenibus qui problema soluerunt. Deinde dimissa vxore, perrexit & cepit trecentas vulpes, ad quarum caudas faces alligauit, dimisitque in Palæstinorum messes, easque omnes succendit. propter quod Palæstini eius vxorem & parentes cremauerunt, pro quo Palæstinos percussit plaga graui. Et habitauit Samson in spelunca petreæ Ertham, quasi in loco communito. Tunc ascenderunt Philistæi in terram Iuda, quibus dixerunt viri Iuda: Serui vestri sumus. cur ascendistis aduersum nos? Qui dixerunt: Date nobis ligatum Samsonem. & ascenderunt tria millia de Iuda ad Samsonem, & culpantes eum, dicebant: Nescis quod Philistæi imperant nos? venimus ut ligemus te, & tradamus Philistæis. Qui ait: Iurate ne me occidatis. & iurauerunt ei, & permisit se ligari. ipsoque duobus nouis funibus adducto, Philistæi vociferabantur præ gaudio. Tunc irruit spiritus Domini in eum, & dissoluta sunt vincula ut filum lini. tollensque mandibulam asini, interfecit mille viros, alijs in fugam versis. Et sitire cœpit ad mortem, & clamauit ad Dominum, & aperuit Dominus dentem molarem in maxilla, quam iam abiecerat, & egressa sunt aquæ largissimæ. quibus haustis, vires recepit. Eam ob rem vocatum est loci illius nomen, fons inuocantis de maxilla, in diem hodiernum. Quod memorabile factum, cum aliarum gentium, quæcunq; sint illæ, factis minimè comparari volumus. Quid est enim tam stultum, quidve tam ineptum, quam ut diuino spiritu afflatum hominem, censeamus inferiorem eo, qui rudi tantum mole vitur? Cumque non timeret Philistæos, abiit magna cum fiducia in Gazam Philistæorum oppidum, vbi mulierem quandam meretricem conspexit, ad quam ingressus est, atque aliquantisper moratus cum ea. reddiderat enim illam sibi familiariorē. Quod cum resciaissent Palæstini, posuerunt custodes in porta ciuitatis, ut obseruaretur quam diligentissimè, ne euaaderet: erat enim, exiens mane, occidendus. Samson verò media nocte surgens, ambas fores comprehendit cum postibus & sera, & in humeris suis portauit in verticem montis. Post hæc amauit Dalilam, quæ erat in monte Soreth, & venerunt ad eam quinque satrapæ Philistinorum, dicentes: Disce ab eo in quo habeat vires, ut possimus eum affligere vincum, & dabimus tibi singulis mille centum argenteorum: Et blandita est Dalila Samsoni: Qui respondit ei in dolo: Si septem nunciis funibus nouis & adhuc humentibus ligatus fuero, ero sicut ceteri homines. Quæ postea dormientem, ebrium hoc modo ligauit, & cum introcurrent Philistæi, ipse rupit vincula quasi stupam. Id ipsum factum est & secundo de septem nouis funibus. tertio petenti mulieri dixit: Si septem crines capitis sui clauo illigarentur, soluere se non posse. Cumque ipsa crines septem circumligatos licio & clauum his circumligatum terræ infixisset, excitatus Samson, extraxit clauum cum criminibus & licio. Tandem vbi multum molesta esset ei Dalila, & deficeret anima eius ad mortem, aperuit ei veritatem, dicens: Nazareus sum ab utero matris: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo. Tunc Dalila vocauit satrapas cum pecunia, & dormire fecit eum super genua, & per tonsorem rasit crines, & Dominus recessit ab eo. Tunc comprehēdentes eum Philistæi, eruerunt oculos eius, & circumduxerunt eum per terram, & apud Gazam clausum in carcere molere eum fecerunt, quasi seruili opere eum affigentes: & secundum Hebræos concumbere eum fecerunt cum mulieribus, ut ex eo haberent pueros. Procedente autem tempore, cum capilli nasci inciperent, in publica solennitate ingressi sunt principes phanum,

vt

vt immolarent Dagon deo suo. Cumque lætarentur conuiuantes, adductus est Samson illudens. stans itaque inter duas columnas, quibus innitebatur domus, ait puero ductori: Sine me puer, ut tangam has columnas, & paulum requiescam. & apprehendens vtranque columnam manibus, ait: Moriarur anima mea cum Philistij. & concussis columnis, cecidit domus super omnes, & multo plures interfecit moriens quam viuus. perierunt enim præter conuiuas circiter tria millia vtriusque sexus, qui ludentem expectabant de tecto. tulitque eum vniuersa cognatio eius, & sepelierunt eum in sepulcro patris sui. Cuius obitum D. Augustinus in 1. de Ciui. Dei, cap. 26. excusat, dicens quod quodam familiari consilio spiritus sancti id factum fuerit. Ruth Moabitidis historia sub Samsonē iudice fuisse à multis creditur, quæ virum nomine Maalon, genere Iudaum, ex Bethleem natum, accepit maritum. Cuius viri pater Elimelech, mater Noemi: qui famem terræ ferre non valentes, in terram Moabitarum cum duobus filijs suis migrauerunt. ibique dum cuncta eisdem benè procederent, filijs suis Moabitas dedere vxores, vni scilicet Chelion Orpham, & Maalon Ruth. Transactis deinde 17. annis, Elimelech & eius duo filij mortui sunt. Noemi autem amarè ferens infortunium, in terram Iuda regredi statuit. tandem vna nuru remanente, Ruth ipsa cum focru in Iudæam perrexit. Cumque in Bethleem ingressæ fuissent, Boos Elimelech cognatus suscepit eas in domum suam. procedente deinde tempore, Ruth in agris Boos spicas solum pro se & focru post messores collegit. quare Boos de industria messoribus permisit spicas multas in agro relinquere. Et cum etiam didicisset, Ruth vxorem fuisse cognati sui defuncti, & ipse sine vxore esset, secundum legem Moysi duxit. quo facto, post annum peperit ei filium, quem vocauerunt Obeth, eo quod in eius senectute nasceretur. inde & ipse Obeth genuit Iesse patrem Dauid. Anno 4048. ab exordio mundi, post Samsonem iudicauit Israel Heli sacerdos. Et translato sacerdotio à filijs Eleazar, qui fuerunt Phinees, Abiezer, Buzi, Ozi, hic primus de filijs Ithamar accepit sacerdotium. rexit populum Domini quadraginta annis. Tempore hoc fuit vir vnus de Ramatha, Helcana nomine, Effratæus, Leuita 19. à Leui. non enim fuit Aaronita, sed Effratæus, id est, Berhleemita. Hic habuit duas vxores, Annam & Phenennam. Anna erat pulchra, sed sterilis: & ascendebat vir ille tribus statutis diebus, secundum legem, in Silo ad adorandum. Erant in Silo duo filij Heli Ophni & Phinees sacerdotēs. & cum immolasset Helcana, dedit Phenennæ & filijs eius duplicem partem, Annæ partem vnam: quæ tristis erat pro sterilitate, & non fumebat cibum, sed ad fores tabernaculi egressa, orabat, vbi sedebat Heli ad postes, flensque vorum vouit Anna Domino: Si dederis, inquit, mihi sexum virilem, dabo eum tibi nazareum omnibus diebus vitæ suæ. Heli assimans eam remulentam, ait: Digere paulisper vinum quo mades. Quæ respondit: Nequaquam domine, sed mulier infelix ego sum. ora pro ancilla tua. Intelligens Heli sterilem, ait: Det tibi Deus petitionem tuam. Vnde mulier quasi sectra, abiit gaudens, nec dubitans. Et factum est vt pareret filium. vocauitque nomen eius Samuel, id est, postulatio Dei. nec ascendit cum viro suo in Silo, donec ab lactaret filium. Ablactatum autem, duxit in Silo cum vitulis tribus & modijs farinae tribus. Et intelligunt quidam ab lactatum à lacte pueritiæ, quæ est in XII. anno. Vnde statim sequitur: Puer autem erat minister in conspectu Domini. Et offerens, dixit Heli: Viuat anima tua domine, En filius pro quo orauit. Ab eo tempore ministrabat Samuel ante Heli, & dicit Iosephus Samuelem anno XII. prophetasse. Porro filij Heli defraudabant immolata. Samuel autem ministrabat, accinctus Ephod lineo, non sacerdotali, sed prophetico, & tunicam afferēbat ei mater singulis annis, quæ habuit postea tres filios & duas filias. Heli autem erat senex valde, & audiuit peccata filiorum, qui dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, & eas quæ venerant ad purificandum, polluebant. Vnde & pater dixit eis: Cur transgredi facitis populum Domini? tepideque arguebat eos. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait: Loquutus sum vt domus patris tui ministraret mihi in æternum. absit hoc à me, sed honorificantes me glorificabo, & contemntes abijciam. Ecce præcidam brachium domus patris tui, id est, auferam sacerdotium, pro quo debebatur ei armus dexter, & videbis æmulum tuum in templo. Quo factum est in diebus Salomonis, cum Sadoc, qui fuit de Eleazar, factus est sacerdos, abiecto Abiathar: & in diebus illis erat sermo Domini preciosus, id est, rarus. Vna autem die Heli iacebat in lecto, oculique eius caligauerant. Samuel autem dormiebat in templo Domini iuxta tabernaculum.

Problema Samsonis,

Segeres vastat Samsonem

Iudic. 15.

Samson occidit mille viros.

Iudic. 16.

Dalila.

* mille & centum argenteos.

Aperit secretum fortitudinis.

Ruth 1.

Ruth.

Ruth 2.

Ruth 3. & 4.

Obeth nascitur.

Heli. Translatio sacerdotij. 1. Reg. 1. Helcana.

Anna oratio.

Samuel nascitur.

Samuel propheta.

1. Reg. 2.

1. Reg. 3. Vocatur Samuel ter.

1.Reg.7. bernaculum, cum Heli. vnde cum vocasset eum Dominus, cucurrit ad Heli, dicens: Vocasti me? Et ait Heli: Non vocavi te. reuertere, & dormi. Et factum est secundò similiter. Nondum enim Samuel habebat consuetudinem audiendi Dominum. Cumque vocasset eum Dominus tertio, iterum abiit ad Heli, qui intellexit quòd vocasset eum Dominus, & ait: Si deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Cumque vocasset eum rursus Dominus, ait: Loquere Domine, & indicauit eadem, quæ prius per angelum annunciata fuerunt Heli. Videtur Iosephus velle, Dominum ideo tertio vocasse Samuelem, vt præfiguraret tres ipsius dignitates futuras. Fuit enim propheta, factus est & iudex, obtulit etiam quasi sacerdos. Manè adiurauit Heli Samuelem, vt indicaret ei vniuersum sermonem. Et ait: Dominus dixit, ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit tinnient ambæ aures eius: Iudicaturus sum domum Heli propter iniquitatem, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Et ille respondit: Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat. Creuit autem Samuel, & cognouit vniuersus Israel, quòd fidelis Domini propheta esset. & consuluit eum omnis populus. Et factum est, conuenerunt Philistij in pugnam in Aphec. Israel quoque egressus est in prælium iuxta lapidem, adiutorij postea dictum. Victus est populus Israel, & ceciderunt de eo quasi quatuor millia virorum, & dixerunt seniores: Afferamus de Silo arcam Domini, & rulerunt arcam, & iuerunt cum ea duo filij Heli. Nam & Phinees iam fungebatur officio patris sui, & acceperant mandatum ab Heli, ne fortè redirent ad eum sine arca. Timuerunt autem Philistij, & acrius pugnaverunt. fugitque Israel, & caesa sunt ex eo triginta millia peditum, & arca Domini capta est, & duo filij Heli mortui sunt. Cucurrit autem puer Beniamita ex acie, & indicauit in Silo quòd factum fuit. Heli autem sedebat contra viam quæ ducebat ad castra, auscultans. iam enim cæcus erat factus. qui audita strage populi & morte filiorum, morte quieuit. Cùm enim audisset arcam Domini captam, cecidit retrorsum: & fractis ceruicibus, expirauit. Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans erat, & præ dolore incuruauit se, & peperit filium septem mensium, vt dicit Iosephus, & vocauit eum * Ichabod, id est, in gloriam, dicens: Translata est gloria Domini de Israel. Porrò Heli iudicauit Israel quadraginta annis. Septuaginta interpretes dicunt, viginti. & potest dici, quòd post Samsonem fluxerunt anni viginti sine iudice, qui aggregati sunt annis Heli. Anno vigesimo Heli sacerdotis, Syluius Posthumus, Aeneæ ex Lauinia filius, tertius Latinorum rex, post Ascanium fratrem regnare cepit. Hic dicitur habuisse filium, Brutum dictum, ex nepte Lauiniæ matris suæ susceptum, quæ cùm puerum pareret, interijt. de hoc supra nonnulla diximus. Latiora erunt hæc in posterioribus. Zeusiippo vltimo Sicyoniorum rege, nono & vigesimo principatus Heli anno sine liberis mortuo, regni finis fuit, quod durauit per annos 959. sub regibus 26. teste Augustino XVIII. libro de Ciuitate Dei, capite vnde vigesimo.

GENERATIO XXXII.

Achitob pontifex. Anno 4087. à mundi exordio, in Iesse filio Obeth, patre Dauid, de tribu Iuda, sub Achitob filio Phinees summo sacerdote, per lineam Christi trigesima secunda incepit generatio, durauit annis quadraginta. Hoc anno Samuel sanctissimus propheta Domini, Hebræorum sacerdos, & iudex post Heli, populum rexit vsque ad regem Saul. ipse enim regnū renouauit, & binos de gente sua in reges vnxit. Heli & Saul quæ sibi futura mala essent, prædixit. Scripsit etiã, vt Ili dorus sexto etymologiarū libro refert, Iudicū & Ruth libros, ac primum Regū edidit. Samuel & Saul præfuerunt annis quadraginta. Sub eo, & post mortem Heli, Philistæi arcam Domini quam Israeli abstulerant, in Azoto statuerunt iuxta Dagon eorum, & diluculo inuenerunt Dagon prostratum in terra ante arcam quasi adorantem, & restituerunt. Rursus manè sequenti inuenerunt Dagon prostratum, caput verò & manus eius abscissæ iacuerunt super limen. propter hoc & hodie nullus ingrediens templum in Azoto, calcat super limen. & aggrauata est manus Domini super Azotios, & percussit eos in secretiori parte natium, & computrescebant prominentes extales eorum: & mures egredientes de agris, corrodebant extales eorum, id est, intestina. Qui, satrapis vocatis, consuluerunt: Quid faciemus de arca? Qui dixerunt: Circuducatur. sed ex hoc nihil remittebatur de plaga, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Conuenientes autē principes quinq; vrbi-

urbium, tractabant quid faciendum esset, dubitantes num esset propter arcam. Dixerunt autem sacerdotes & diuini: Remittite arcam, sed non vacuam. reponite in capsellam iuxta arcam quinque anos aureos, & quinque mures aureos, pro numero ciuitatum quæ percussæ sunt. Iosephus dicit quinque simulacra hominum aurea. & ponetis arcam super plaustrum nouum, & coniungetis duas vaccas foetas, quibus non est impositum iugum, & vitulos earū recludetis domi: & si recto itinere ascendant contra Bethsamitas populum Iudaicum, Dominus eorum nobis id grande malum fecit, seuaque nos ista peste puniuit: verum si id non acciderit, casu alio affectos nos iudicemus. Huic consilio obedientes Azotij, arcam Domini vaccarum foetarum iugo imponunt, easque educunt. Ibant autem vacca mugientes in directum, non declinantes nec ad dextram neque ad sinistram, per viam quæ ducit Bethsamites: & hæc est vna sacerdotum ciuitatum in tribu Benjamin. Porrò Bethsamitæ metebant triticum, & venit plaustrum in agrum Iosæ, & stetit ibi, & posuerunt arcam super lapidem grandem, & capsellam quæ erat iuxta eam, & conciderunt Leuitæ ligna plaustrum, & vaccas posuerunt super ea in holocaustum Domino. Tunc percussi sunt de Bethsamitis LXX. viri, & quinquaginta millia plebis, eo quòd vidissent arcam nudam, cùm non essent sacerdotes. Sed quærit Magister, cur non sunt mortui Philistæi, apud quos mansit scilicet in Azoto, & postea in Ascalone per septem * annos? potest dici quòd non peccauerunt videndo, quibus non erat prohibitum videre. Timentes autem Bethsamitæ qui erant de terra Iuda, miserunt ad viros Cariathiarim, vt reducerent ad se arcam. qui abduxerunt eam, & collocauerunt in domum Aminadab Leuitæ iustissimi, qui eius curam gessit per XX. annos. Postea Samuel transtulit eam in Maspha. inde in Galgalam per eundem Samuelem & Saulem regem, postmodum à Dauid in domum Naboth, inde in Sion, vltimoque à Salomone in templum. denique in censo templo à Chaldeis, Hieremias propheta abscondit eam. fertur postea Romam perducta. Hanc arcam Moyses in deserto fieri primum fecit. Samuel videns populi futuram in Domino, ait: Ascendamus in Maspha, vt orem pro vobis. & in Maspha effudit aquam coram Domino, in qua maledicta congesta erant, quam si idololatra bibebat, labia eius adhærebant inseparabiliter. & docuit eos ibidem Samuel iudicia Dei. quidam afferunt idolum puluerisatum dedisse in aqua. Audierunt autem Philistij congregatum Israel esse inermem in Maspha, armatique ascenderunt aduersus eos. Tunc Israel dixit ad Samuel: Clama pro nobis ad Dominum. & obtulit Samuel lactentem agnum in holocaustum. & dum clamaret ad Dominum, in initum est prælium, & intonuit Dominus fragore magno, & Philistæi in fugam versi, caesi sunt à filiis Israel vsque ad terminos terræ suæ. tulitque Samuel lapidem, & posuit eum in terminis, & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. nec intrabant vltra Philistij in Israel, donec viueret Samuel. Iudicauit itaque populum in Bethel & Galgala & Masphat, circumiens per singulos annos, & reuertebatur in Ramatha: & ascendebat in eas Samuel vicissim in tribus solennitatibus, & iudicabat populum. alijs diebus ascendebat ad eum populus in Ramatha ad iudicandum. Cùm autem senuisset Samuel, posuit filios suos Iohel & Abiam, in Bethel alterum, in Bersabee reliquum, vt ibi sedentes, iudicarent populum. Qui declinauerunt post auaritiam, & peruertent iudicium. Quod non ferens populus, dixit ad Samuelem: Da nobis regem, vt iudicet nos, sicut cæteræ gentes habent. quod grauer tulit Samuel, propter insitam sibi iustitiam, & odium regij dominatus. Cumque consulisset Dominum, ait ei Dominus: Audi vocem populi, nec te tantum abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Veruntamen dic eis ius regis. Et ait Samuel ad populum: Hoc erit ius regis, Filios vestros faciet sibi seruos suos, equites & præcursores, agricolas & fabros armorum: filias vestras faciet vnguentarias, panificas, focarias & molarias: seruos vestros & ancillas & iumenta ponet in opere suo, optimaque vestra dabit seruis suis, & vos eritis ei serui. Et ait populus: Non audiemus te, sed erit rex nobis, & pugnet ante nos. Et ait Samuel: Ite ad propria, opportunè vos vocabo. Et erat vir de Benjamin, nomine Cis, de stirpe Iemini, cuius erat filius Saul. non erat vir melior illo in Israel. cumque pertransissent per montem Ephraim, terram Salisæ & Benjamin, & non inuenissent, venerunt in terram Suph, qui fuit proauus Samuelis, & ait Saul ad puerum: Reuertamur, ne pater meus sollicitus sit pro nobis. Cui puer: In hac ciuitate est vir Dei, qui absque ambiguita-

Cædes populi Israel. 1.Reg.4.

* Ichaboth

Syluius Posthumus.

Regni Sicyonij finis.

Achitob pontifex.

1.Reg.5.

Arca adoratur à Dagon

Azotij puniuntur.

1.Reg.6.

Restituitur arca Hebræis.

Translatio arce. 1.Reg.7.

Hebræorum victoria.

Peritur rex à Samuele.

1.Reg.9.

guitate loquitur. interrogemus eum. Et ait Saul: Quid feremus ad eum? Errabat, ait Iosephus, putans prophetam accipere munera. Cui puer: Habeo in manu mea quartam partem stateris argenti. & ascenderunt in Ramatha, & dixerunt puellis egredientibus ad aquas: Nunquid est hic Videns? Quæ responderunt: Est hic hodie sacrificaturus in excelso. Cumque ambularent in vrbs medio, apparuit eis Samuel, cui pridie dixit Dominus: Cras hac hora mittam ad te virum de Benjamin, quem inunges super populum meum. Cumque Samuel adspexisset Saul, dixit ei Dominus: Ecce vir. & ait ad Saul: Ego sum Videns. ascende vt comedas mecum. cras dimittam te, & quæ quæris, indicabo tibi. de asinis non sis sollicitus, quia inuentæ sunt. Ascenderunt in excelsum. cumque recumberent in triclinio, dedit ei Samuel locum in capite XXX. virorum qui fuerant inuitati, & posuit ante eum armum, quasi partem regalem, quem de industria seruauerat ei. Cumque manè surrexissent & egressi essent ciuitatem, dixit Samuel: Antecedat puer, & tu subsiste, vt indicem tibi verbum Domini. Tulit autem lenticulam olei, & effudit super caput eius, & osculatus est eum, & ait: Vnxit te in principem Deus super hæreditatem suam: & hoc tibi signum, cum recesseris à me, inuenies duos viros iuxta sepulcrum Rachel, qui dicent quod inuentæ sunt asinæ. cumque veneris ad quercum Thabor, inuenient te tres viri: vnus portans tres hœdos, alius tres tortas panis, & alius lagenam vini, & accipies de manu eorum duos panes: post hæc venies ad locum, qui dicitur statio Philistinorum, & habebis obuium cuneum prophetarum, descendendum de colle Domini, psallentium instrumentis & prophetantium, & insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis. Et nota quod Samuel primò instituit conuentus religiosorum, iugiter psallentium Domino, & dicebatur conuentus eorum, Cuneus: & prophetabant, id est, iugiter Deum laudabant, & fortè aliqui verè prophetabant. Et addidit Samuel: Cum videris hoc signum, scias quod Dominus tecum est. descendas ante me in Galgala, & ego ascendam ad te, vt offeras oblationem 7. diebus. in consecratione enim regis & sacerdotis tot dies erant. & addidit: Expecta hic donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Cumque venisset Saul ad cuneum prophetarum, prophetavit cum eis. & admirantes qui nouerant eum, dixerunt: Nunquid est Saul inter prophetas & Cis pater? quasi dicerent, cum non sit de genere prophetarum. Exinde versum est in proverbium, Num & Saul inter prophetas? Et intrauit ad Ner patruum suum, qui cum quæsiuisset ab eo de verbo Samuelis, de verbo regni tacuit, & cætera indicauit. Vocauit autem Samuel populum in Maspha, & ait: State coram Domino, & faciemus fortes per tribus & familias & capita. & inuenit fors tribum Benjamin, & descendit vsque ad Saul filium Cis. Sciens autem Saul quod quæreretur, latuit quasi nolens suscipere principatum, quem inuentum, statuerunt in medio populi, & fuit altior vniuersis ab humero & sursum. Et ait Samuel, Ecce quem elegit Dominus, non est ei similis in omni populo. & clamauit omnis populus, Viuat rex. Et scripsit Samuel legem regni & legit, vniuersa audiente rege & populo, & reposuit libellum in tabernaculo, quod erat adhuc in Maspha cum altari, & redierunt ad propria. Saul abiit in domum suam, nonnullis comitatus in Gabaa. quidam verò despexerunt eum, quod ipse dissimulabat. Factum est autem, quasi post mensem Naas Ammonites obsedit Iabes Galaad. cumque petissent obfessi fœdus, ait: In hoc feriam vobiscum pactum, id est, fœdus, vt etiam omnibus vobis oculos dextros. Eis enim quos bello capiebat, eruit oculos. Et respondent ei: Concede nobis septem dies, & mittemus in omnes terminos Israel, & si non fuerit nobis defensor, egrediemur ad te. Venierunt autem nuncij in Gabaa Saulis, & cum nunciaissent hoc, fleuit populus, & Saul veniebat de agro, sequens boues, & promisit labitis tertia die auxilium, & iussit aliquos eorum pro ducatu itineris sustinere, & diuinitus inspiratus, concidit bouem vtrunque in frusta, & comminatus est in omnes terminos Israel, dicens: Qui non exiuerit post Saul, & Samuelem, sic fiet bobus eius. Et egressi sunt omnes quasi vir vnus trecenta millia virorum. & constituit Saul populum in tres partes, & ingressus est castra in vigilia matutina, & percussit Ammon plaga grandi, & ait populus ad Samuelem: Quis est qui dixit, non regnabit Saul super nos? date eum vt interficiatur. Et ait Saul: Non interficietur quisquam hodie, quia fecit Dominus salutem in Israel. & ait Samuel: Eamus in Galgala, & inuocemus ibi regnum, & vnixerunt Saul secundò in Galgala. Et ait Samuel ad populum: Ecce rex graditur ante vos, me abiecitis & Dominum. & hoc vobis signum, quod dedit Dominus vobis regem in ira. ecce mæssis triticeæ est

Vngitur Saul.
1. Reg. 10.
Veritatis indicia.

Cuneus prophetarum.

Saul inter prophetas

Obsiderur Iabes Galaad.
1. Reg. 11.

Victoria Saulis.

Vnctio Saulis secunda.

est hodie, inuocabo Dominum, & dabit tonitrua grandinesque. factum est statim contra naturam terræ illius. Et populus timens, ait: Ora pro seruis tuis. addidimus enim malum vt peteremus nobis regem. & Samuel, Peccastis, nolite deinceps recedere à Domino, & viuetis: alioqui peribitis vos & rex vester. Saul Iudæorum rex de tribu Benjamin, duodecimo sacerdotij Samuel anno, in regem electus fuit. hic à principio vir bonus erat, Deoque dilectus, qui imperio suscepto, duobus primis annis populum optimè rexit. at post duos annos, magnanimitatis quæ regibus pro dignitatis cumulo maximè conuenit, expers factus, Dei mandata contemnens, ex rege tyrannus & subditorum oppressor euasit. Elegit sibi tria millia in Israel, & erant duo millia cum eo in Machmas & in Bethel. Mille autem cum Ionatha filio delecta in Gabaa Benjamin, vbi percussit Ionathas stationem Philistinorum locum munitum, in quo posuerunt custodes tanquam dominantes in Israel. Et tunc erexit se Israel aduersus Philistijm. quo audito, Philistæi congregati sunt ad pugnandum contra Israel triginta millia & currum, & sex millia equitum, & vulgus innumerabile. Et ascendens Saul in Galgala, conuocauit populum, & Samuelem ad consulendum Dominum. At cum expectaret Samuelem septem diebus iuxta conditum, dilapsus est ab eo populus, & timens, abscondit se in speluncis & antris. Quidam præ timore creduntur descendisse in castra Philistijm ad obsequendum eis. Cumque vidisset Saul moram sibi esse damnosam, septimo die obtulit holocausta & pacifica. cumque compleisset, ecce Samuel veniebat, & arguens Saulem, ait: Quid fecisti? respondit Saul: Populus subterfugebat, & tu non veneras iuxta placitos dies, timui ne hostes ascenderent ad nos: prius quam placarem faciem Domini, & necessitate compulsus, obtuli Domino. Videtur Saul peccasse, quod sine Samuele obtulit holocaustum Domino ad consulendum. vnde quidam dicunt septem dies, quos dixerat Samuel, non esse expectationis, sed oblationum in consecratione regum, & dicunt, nunquam sine eo esse offerendum ad consulendum Dominum. vel dici potest, Samuelem sic mandasse, vt cum vellet Saul immolare ad consulendum Dominum, citaret ipsum, vt ostenderet ei quæ facturus esset, & post citationem, si moram faceret, expectaret eum septem diebus: Saul verò diem citationis annumerauit in his septem, & non expectauit eum nisi sex diebus. Et addidit Samuel: Nequaquam regnum tuum vltra consurget, sed quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, vt regat populum eius. Abijt Samuel in Gabaa Benjamin, & egressus est Saul cum populo obuiam Philistæis, nec erant cum eo nisi sexcenti viri, & Ionathas filius eius. Porro faber ferrarius non erat in Israel: cauerant enim Philistæi, ne facerent Hebræi gladium aut lanceam, & descende- bat Israel ad Philistijm, vt exacerent acies omnium ferramentorum vsque ad stimulum. Cumque venissent dies prælij, non est inuentus ensis vel lancea in manu totius populi, excepto ense Saul & Ionathæ, & fecit arcam Domini afferri in castra, & Achias filius Achitob fratris Icaborb, portabat Ephod. Accidit autem vt quadam die exiret Ionathas cum armigero suo, vt expoliaret stationem Philistinorum, patre suo ignorante, & transire voluit per vallem præruptam scopulis prominentibus in modum dentium. Et ait Ionathas ad puerum: Cum apparuerimus eis, & dixerint, Manete: stemus. quod si dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manus nostras. Cumque dixissent Philistæi, Ascendite: ascendente Ionatha, reptanteque manibus & pedibus, & armigero eius post eum, exterruit eos Dominus ante Ionatham, & percussit Ionathas cum puero ex eis viginti viros in media parte iugeri, & conturbata sunt castra, & diffugebant mutuo se perimentes, & indicauerunt speculatores fugam hostium Sauli. Quæsiuit, & inuenit Ionathan abesse, & ait ad Achiam: Applica arcam Domini. consulto Domino, exclamauit Saul, & cum populo cepit persequi fugientes. Sed & Hebræi qui transferunt ad castra Philistijm, reuersi sunt cum Saul, euntes in prælium, & erant iam quasi decem millia. vidensque Saul moram damno sam, si comederet populus, adiurauit eum, dicens: Maledictus qui comederit panem vsque ad vesperam, donec viciscar de inimicis meis. Cumque transisset populus per saltum, apparuit mel fluens, & nullus comedit ex eo. Ionathas verò qui non audierat maledictum patris, tinxit virgam in fauo, & cum gustasset, illuminati sunt oculi eius. Cumque indicasset ei quidam maledictum patris sub pœna mortis, cessauit: in vespera verò populus fessus nimis & famelicus pecora macrauit, & comedit cum sanguine, id est, coxit antequam sanguis benè defudasset vel dilueretur. Et ait

Saul vnà cū Samuele præfuerunt 40. annis.

Ionathæ victoria.

Oblatio Saulis.

1. Reg. 13.

Armorum defectus.

1. Reg. 14.

Ionathæ victoria.

Philistinorum caedes.

Saul populo, Peccastis: & mandauit vt in conspectu eius pecudes laniarent. Tunc primum ædificauit Saul altare Domino. Cumque nocte irruere vellet super hostes, ait sacerdoti: Consulamus Dominum, sed consulenti non respondit Dominus. Et ait Saul: Taciturnitas, est latentis peccati causa. per viuentem Dominum, etiam si Ionathas sit, morietur. & statuit populum in parte vna, & se & Ionathan in parte altera, & cecidit fors super Ionathan. Et ait Saul: Quid fecisti? Cui Ionathas: Nil mihi conscius sum, nisi quod heri nescius mel comedi post maledictum. Et ait Saul: Morieris Ionatha, quia nisi hoc fecero, hæc addat mihi Dominus. Et ait populus: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem in Israel? Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, & eripuerunt Ionathan de manu Saul. Saul verò confirmatus in regno, quocumque se verterat, superabat hostes Israel, & percussit Amalech. fuerunt autem filij illi Ionathas & Iesui & Melchistia. quartus tacetur Ibsoseth, tanquam puer & nondum militans. filia verò eius Merob & Michol, & vxor eius Achinoe, & princeps militiae Abner filius Ner. nam Cis & Ner, fratres fuerunt. Samuel ait ad Saul: Hæc dicit Dominus, demolire Amalech & vniuersa eius, quia restitit Israeli cum ascenderet de Aegypto. & recensuit Saul ducenta peditum & decem millia virorum Iuda. Cumque inuaderet Saul Amalech, dixit Cinæo: Recede ab Amalech, ne inuoluam te cum eo, quia tu fecisti misericordiam cum Israel. Tunc percussit Saul Amalech in ore gladij, & pepercit Agag regi Amalech & optimis armentorum. Et ait Dominus ad Samuel: Poenitet me quod fecerim Saul regem. & orauit Samuel pro eo tota nocte. Cumque intellexisset quod Saul erexisset sibi fornitem triumphalem in Carmelo, iuxta superbiam gentium, qui faciebant sibi arcum de myrtis, palmis & oliuis, descendit ad eum in Galgala, & occurrit ei Saul. Cumque culpasset eum quod quippiam referuasset de Amalech, in excusationem sui dicebat, populum referuasse optima ad offerendum Domino in gratiarum actionem. Cui Samuel: Melior est obedientia quam victima. Et ait Saul: Peccaui, sed hac vice porta peccatam meum. Cui Samuel: Proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel. Cumque vellet abire Samuel, apprehendit eum Saul per summitatem pallij eius, vnde scinditur. Et ait Samuel: Sic scidit Dominus regnum à te hodie, id est, à tua posteritate. Cumque simul adorassent Dominum, præcepit Samuel adduci ad se regem Agag, & oblatum est ei pinguis & tremens, qui Samueli inquit: Siccine separat amara mors? tum concidit illum Samuel in frustra, redijtque in Ramatha. Samuel autem iugebat Saul, & ait Dominus: Viquequo tu iuges Saul, cum ego proiecerim eum in imple cornu olei, & vade ad domum Isai, & iniungas regem vnum de filiis eius, & quia times Saul, fer vitulum quasi ad immolandum. Cumque venisset in Bethleem, dixerunt seniores ad eum: Pacificus ne est ingressus tuus? Timebant enim ne propter aliquam correctionem misisset eum rex, vel fortè quod offensus regi fuisset, & non auderent eum recipere. Qui cum dixisset se venisse ad immolandum, sanctificauit Isai & filios eius, & statim eos statuit coram altari: & videns Heliab primogenitum procerum, æstimauit eum regem futurum, & ait Dominus ad eum: Ego non corporis pulchritudinem apicem facio regalem, sed animi virtutem. In eundem modum actum est de alijs. statuerat enim Isai septem filios coram Samuele, & Nathan adoptiuum filium Sammae filij sui. Et ait Samuel ad Isai: Nunquid completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. & iubente Samuele, adductus est Dauid rufus, id est, rubicundus & pulcher. & inunctus est in medio fratrum, & directus est spiritus Domini in Dauid. Et recessit spiritus Domini à Saul. Exagitabat enim eum spiritus nequam missus à Domino. Tunc dixerunt ad Saul serui eius: Spiritus malus exagitat te, adhibe psalterium peritum in cithara, & leuius feres. Tradunt physici, quod harmonia lærum reddat lætiores, tristem tristiores. Tradunt mathematici, quod multi demones harmoniam ferre non possint. Et indicatum est regi, quod Dauid sciret psallere, & vir esset bellicosus. Cumque misisset rex ad Isai pro filio eius, tulit asinum plenum panibus Isai, & vinum & hœdum, & misit ea regi per manum Dauid. Igitur cum spiritus arripiebat Saul, Dauid psallebat in cithara, & leuius erat ei, & quandoque recedebat ab eo spiritus: & cum aliquandiu quiescisset, remissus est Dauid ad patrem. Factum est autem vt congregarentur Philistijm aduersus Israel. Porrò Saul & Israel castrametati sunt in valle Terebynthi, & egressus est vir spurius de castris Philistæorum Goliath Gethæus, de semine gigantæo, altitudinis sex cubitorum & palmi: hic exprobrabat Israel, quod serui essent Philistæorum, & proponebat eis monomachiam,

Sulis nati.
1. Reg. 15.Rex Ama-
lech capitur

Statua Saulis.

Agag inter-
icitus.

1. Reg. 16.

Vngitur
Dauid.

am, id est, singulare certamen, vt quorum vinceretur athleta, serui essent aliorum. Hebræi autem stupebāt multum. sic dicebat Goliath xl. diebus. Erant autem tres maiores fratres Dauid in prælio, & iussit Isai Dauid, vt ad fratres ferret ephi polentæ & decem panes, & tribuno sub quo militabant, decem formellas casei, & præcepit ei vt secum afferret pignora sceminis, id est, libellos repudij. Mos erat euntibus ad bellum, vt libellum repudij darent vxoribus, vt si caperentur, nec redirent vsque ad tres annos, liceret vxoribus nubere. Cumque Dauid venisset ad locum certaminis, egrediebantur enim singulis diebus aliqui præliantes, ecce ascendebat Goliath, exprobrans vt antè, & fugerunt Israelitæ. Audiuit autem Dauid, quod qui percuteret Goliath, daretur ei rex, & daturus ei esset filiam suam. Dumque audiret eum Heliab frater eius talia sciscitantè, increpabat eum. & respondit Dauid, Quid feci? Nunciata sunt autem verba Dauid ad Saul. & vocatus, ait ad regem: Ego seruus tuus pugnabo aduersus Philistæum. Cumque prohiberet cum Saul quia puer esset, addidit: Ego seruus tuus interfeci leonem & vrsum cum inuassisset gregem. Erit igitur hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. Tunc induit eum Saul armis suis, & mox Dauid ea deposuit, quia non habebat consuetudinem armorum: sed tulit in manu baculum pastoralem, & elegit de torrente quinque lapides lympidissimos, & misit eos in peram pastoralem, & fundam manu tulit, processitque aduersus Philistæum. Qui contempsit, & ait: Nunquid canis sum, quia venis ad me cum baculo? Cui Dauid: Tu venis ad me cum armis, ego autem venio ad te in nomine Domini, vt sciat hodie vniuersa ecclesia, quia non in gladio saluar Dominus. Cumque iecisset lapidem funda, percussit eum in fronte: secundo quoque & tertio lapide percussit eum in eodem loco, & tertio ictu deiecit eum, & currens, eduxit gladium eius, & præcidit caput eius. Res acta sic, veritate sacrarum literarum probatur: quare nonnulla Iudæorum commenta fabulosa hic omittere statui. Fugerunt itaque Philistijm, & Israel persecutus est eos vsque ad portas Accaron. Tulit autem Dauid caput & gladium, & posuit in tabernaculo suo. tulitque dein in Hierusalem, reponendum in tabernaculum Domini, victoriæ indicium, vnde Abimelech posthac gladium accepit. Cum redisset Dauid, ait Saul ad Abner: De qua stirpe est hic adolescens? nec cognouit eum Saul, quia aliquandiu absens fuerat, & alteratus per exagitationem mali spiritus. Et respondit Abner: Non noui. Cumque quæsiuisset Saul à Dauid, quis esset, ait: Filius sum serui tui Isai. Et tunc anima Ionathæ conglutinata est Dauid, & inierunt foedus, & dedit Ionathas Dauid vestimenta sua vsque ad arcum, gladium & balteum. Factum est autem cum redirent triumphantes de prælio, & Dauid disponderet ferre caput Golie in Hierusalem, quod secundum Iosephum secum habebat, sed hastam iam dicauerat Deo, egrediebantur mulieres ex vrbibus, & cum instrumentis musicis præcinebant, dicentes, Saul percussit mille: & respondebant virgines, & Dauid decem millia. Audiens Saul, dolens ait: Quid illi superest nisi solum regni? & timuit ne à domo sua transferretur regnum, inuidebatque Dauid, nec iam reclusis oculis inspiciebat. post dies paucos inuasit spiritus malus Saul, & quasi prophetabat, & missa lancea, Dauid psallentem putabat configere parieti. Dauid autem declinauit ab eo, secundo. Primo enim recesserat, bello imminente, & postea statuit eum Saul chiliarchum. timuit enim eum, eo quod Dominus esset cum eo. Vnde amouit eum à se, & fecit chiliarchum, id est, ductorem mille virorum, qui omnia prudenter agebat, omnisque Israel diligebat eum. Dixitque Saul ad Dauid: Filiam meam Merob dabo tibi, esto vir fortis: cogitans, non sit manus mea in eum, sed Philistæorum. verum Merob alteri data est. Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alteram, & placuit Saul. nunciauitque per seruos suos, Ecce rex dabit tibi Michol. dixit Dauid, Pauper ego sum, quomodo ero gener regis? Renunciatum est Saul, qui ait, quia Goliath interfecit, nec aliud peto ab eo nisi centum præputia Philistinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitauit eum dare in manus Philistinorum. abijt Dauid cum viris quorum erat tribunus, in Accaron, & percussit de Philistijm ducentos viros, afferens præputia. dedit igitur Saul Michol filiam Dauidi, licet inuitus, secundum Iosephum. Cumque videret Saul eum apud Dominum & homines approbari, & quod celebre factum esset nomen eius, tractare coepit de morte ipsius, dixitque Ionathæ & seruis suis, vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas dilexit Dauid, & indicauit ei vt absconderet se, donec loqueretur patri. In crastinum ait Ionathas ad patrem: Cur peccas in sanguine innoxio, qui fecit salutem in Israel, & opera eius tibi valde necessaria sunt, in cuius morte fi-

1. Reg. 17.

Repudiatæ
bellatorum
vxores.Goliath te-
meritas.Arma Da-
uidis.Occiditur
Goliath.
1. Reg. 17.

1. Reg. 18.

Infidie re-
gis aduersus
Dauid.

Reconciliatur David regi.

1. Reg. 19.

Fugit David cum Samuele.

1. Reg. 20.

Fugit rursus David.

1. Reg. 22.

1. Reg. 21.

David fugit ad Achis.

1. Reg. 22.

lia tua vidua vexabitur? Et placatus est Saul, ac iuravit, Viuit Dominus, quia non occideretur. & introduxit Ionathas David ad regem, & stetit coram eo sicut prius. Rursum inito certamine, percussit David Philistæos plaga magna. inuidit Saul, & iterum vexavit eum malus spiritus, ita quod David psallentem configere tentabat, & fugit David in domum suam. Misit autem Saul satellites nocte circa domum, vt manè egredientem occiderent. quod cum persensisset Michol, deposuit eum per fenestram, & fugit. Michol autem stravit lectulum suum, in quo posuit statuam. Cumque Saul deprehendisset se illusum, dixit ad Michol: Cur dimisisti inimicum meum? Quæ respondit: Timui, dixit enim mihi, Dimitte me, alioqui interficiam te. David autem venit ad Samuelem in Ramatha, & indicauit ei omnia, & abierunt ambo in Naioth, qui est collis in Ramatha, vbi erat cuneus prophetarum. quod cum accepisset Saul, misit liçtores vt raperent David. qui cum vidissent prophetas & Samuel stantem super eos, factus est in illis spiritus Domini, & prophetabantur. Misitque Saul secundos & tertios nuncios, qui & ipsi prophetati sunt, & iratus Saul, abiit post eos, & antequam veniret in Naioth, ingrediens & quasi amens factus est, & exutus veste regia, tota die & nocte cenebat cum cæteris, David & Samuele clam videntibus. Fugit autem David inde, & venit ad Ionathan, & conquerebatur ei. Cui Ionathas: Non morieris, nihil facit pater meus quod nõ indicet mihi. Cui David: Pater tuus scit quod diligis me, & occultabit tibi: Fac ergo obsecro quod dicam, cras erunt kalendæ, & ego abscondar in agro vsque ad vesperam tertie diei: si requisierit merex, quia consueui sedere iuxta eum ad vespendum, dices ei, Rogauit me David vt iret in Bethleem, quia victimæ solennes sunt ibi contribulibus eius. Quod si dixerit tibi rex benè, pax erit seruo tuo: si verò fuerit iratus, completa est in me malitia eius. Et ait Ionathas: Egrediamur in agrum, cumque egressi essent, iuravit ei Ionathas, quicquid boni vel mali inueniret apud patrem, indicaturum se ei. Et iurauerunt foedus inter se & semen suum, addiditque Ionathas rursum iurare. sequenti die ait: Egredieris & sedebis latens iuxta lapidem Ezcel, & redibo ad te, iaciamque tres sagittas iuxta puerum, quasi exercens me ad signum: si verò dixerit puero qui tollit eas, Ecce sagittæ intra te sunt, pax tibi est, veni ad me. Quod si dixerit, Sagittæ vltra te sunt: vade, Dominus sit inter me & te vsque in sempiternum. Porro prima die solennitatis apparuit locus David vacuus, & aestimabat Saul David nondum purificatum. Altera die requisit rex, & excusauit eum Ionathas. iratus Saul, dixit ad eum: Scio quia in confusionem tuam diligis filium Isai, non stabilieris eo viuentem tu, neque regnum tuum: adduc eum ad me, quia filius mortis est. Et ait Ionathas: Quare morietur? & arripuit Saul lanceam vt percuteret eum, & declinavit Ionathas ab eo contristatus, neque comedit in die illa. Egressus in agrum, fecit sicut conuenerat, & cum dixisset puero, Sagittæ sunt vltra te, remisit puerum in ciuitatem cum arcu & sagittis. Surgens David de latibulo, adorauit tertio, fleueruntque ambo. Et ait Ionathas: Quæcunque iurauimus, stent in sempiternum inter nos & semen nostrum. vade in pace, & datis osculis, discesserunt. Fugit David in Nobe ad Achimelech sacerdotem, qui iratus quod gener regis solus venisset, ait David: Secretus sermo regis vrgebat me, conduxit pueros in illum locum, ideo priuatus venio. Nunc si quid habes ad manducandum, da mihi. Respondit sacerdos: Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum, panes scilicet propositionis: si mundi sunt pueri, & maxime à mulieribus, manducent. Quasi diceret, Necessitas non habet legem. Et ait David: Continuumus nos ab heri & nudius tertius, porro in via aliquid immunditiæ contraximus. Et dedit ei panes propositionis, qui sublati fuerant vt ponerentur calidi: ex hoc perpenditur quod sabbatum erat. Cumque quæsiuisset David si haberet arma, dedit ei gladium Goliath: erat enim tunc ibi arca cum aliquo suo tabernaculo. Et cõsiderauit hæc omnia Doech Idumæus pastor Saulis, qui venerat ad orandum voto obligatus. Fugit David inde ad Achis regem Geth, & indicauerunt regi, quod quasi rex erat in Israel: immo cum vidissent serui regis Davidem, dicunt: Nunquid non est iste David rex terræ? nõne cantabatur, Saul percussit mille, & decem millia David? Expauit David, & mutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, defluebantque saluæ eius in barbam, ac sic simulauit furorẽ. Et ait Achis ad seruos: Homo insanus est. quare adduxistis eum ad me? An defunt nobis furiosi? dimittite eum, ne ingrediatur domum. & dimissus est. Abiit ergo David, & fugit in speluncam Odollam, & venit illuc omnis domus patris sui ad eum: similiter fugerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi

pressi ære alieno, aut amaro animo, & factus est princeps eorum. Fuerunt cum eo quasi quadringenti armati, profectusque est cum eis in Maspha quæ est in Moab, & posuit apud regem Moab patrem & matrem suam, & manserunt ibi quantum diu David fuit in presidio. Dixit Gad propheta: Noli manere in presidio. proficiscere & vade in terram Iuda. Profectus illò, venit in saltum Areth. Et audiuit Saul quod apparuisset David cum esset in nemore, quod est in Ramatha. tenensque hastam, ait ad seruos suos: Nunquid ditabit vos David? non est ex vobis qui doleat vicem meam? & ait Doech Idumæus: Vidi eum in Nobe apud Achimelech filium Achitob, qui consuluit pro eo Dominum, & dedit ei cibaria & gladium Goliath. Iratus rex, vocauit Achimelech & omnes sacerdotes in Nobe, airque ad illum: Cur coniurasti aduersum me cum filio Isai? dedisti enim ei panem & gladium. Qui respondit: Abiit, nesciui quod à te fugisset. Et ait rex emissarijs: Irruere in sacerdotes. Qui noluerunt manus extendere in christos Domini. Tum ait rex ad Doech: Irrue in eos. & trucidauit illa die LXXXV. viros vestitos ephod lineo. fortè enim erant induti, vt mouerent per habitum religionis cor regis. Percussit quoque Saul Nobe viculum sacerdotum, & mulieres & viros ac iumenta, secundum quod Deus Heli sacerdoti prædixerat, prolem eius radicitus euellendam. Solus Abiathar sacerdos filius Achimelech euasit, & fugit ad David, ferens ephod secum quod fecit Moyse, & nunciauit ei interitum suorum. Mortuo Achimelech, Abiathar qui euasit, successit, & ait David: Ego sum reus omnium animarum patris tui. mane mecum: qui quæserit animam tuam, quæret & meam. Et nunciatum est David, quod Philistæi oppugnarent Ceilam. consulto Domino, iuit saluare eos. Cumque timerent viri eius ire cum eo, secundo consuluit Dominum, & abiit, & percussit Philistæos plaga magna, & intrauit Ceilam: quod cum audisset Saul, conclusit eum in vrbe. & congregato exercitu, obsedit David. Timensque David ne ciues eum traderent Sauli, consuluit Dominum per Abiathar, & egressus David & cum eo quasi viri sexcenti, vagabantur. quod cum accepisset Saul, diuimulauit. Transiit autem David in montem solitudinis Ziph, & venit Ionathas ad eum, ac consortauit eum, dicens: Tu regnabis in Israel, & ego ero tibi secundus, sed & pater meus scit hoc. & innouauerunt iusiurandum coram Domino, coram Gad & Abiathar. Venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: David latet apud nos in colle Achile. veni, & trademus eum in manus tuas. Et ait: Considerate curiosus vbi sit, & renunciate. David autem & viri eius erant in deserto Maon. Cumque egressus esset Saul ad quærendum eum, ascendit David ad petram: vbi quæ sibi erant oneri, reposuit. & versabatur David in deserto Maon. Porro viri Saul in modum coronæ cingebant montem. Cumque desperaret David, venit nuncijs ad Saul: Redi, ait, festinus, quoniam Philistæi effuderunt se super terram. & desijt Saul persequi David, pergens in occursum Philistinorum. Ascendit autem David inde, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Assumens Saul tria millia electorum virorum, sequebatur David, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus sunt peruia. Et intrauit Saul speluncam vt purgaret ventrem. Porro David & viri eius in interiori latebant. Et dixerunt serui David: Tradidit eum Dominus in manus tuas. & præcidit David oram chlamydis Saul silenter, qui abiit. cumque murmurarent socij David, quod non irruit in Saul, ait David: Viuit Dominus, nisi Dominus percusserit eum, aut moriatur, aut descendens in prælium perierit, propicius sit mihi Dominus, vt non mittam manum meam in christum Domini. Porro Saul ibat cœpto itinere. & egressus David post eum, clamauit: Domine mi rex. Cumque respexisset Saul, adorauit David in terram, qui ait: Quare audis domine mi rex verba hominum loquentium aduersum me mala? cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, quam cum præcideram, peperci tibi. quem persequeris? canem mortuum & culicem viuum. His auditis, Saul fleuit & ait: Insuper es me, reddat tibi Dominus. scio quod regnaturus sis, iura mihi, ne deleas semen meum post me. Et iuravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam. David autem ascendit tutiora loca in angustias Maspha. Eo tempore mortuus est Samuel, 2. anno ante Saulem. Hic, vt Iesus filius Sirach in Ecclesiastico scribit, fuit dilectus Domini propheta, imperium renouauit, & ab omni munere manum suam excussit, Sauli denique regi finem vitæ notum fecit. Hunc mortuum Israel tanquam proprium fleuere parentem. eius corpus in Ramatha sepultum fuit, cuius ossa (vt Hieronymus scribit) Archadius Augustus in Thraciã transfudit. festum eius XIII. Kalen. Septembris celebratur. David autem descendit in deser-

Sacerdoti interitus.

1. Reg. 23.

Liberat David Ceilam

1. Reg. 24.

Saul solus à David repetitur.

1. Reg. 25. Samuel moritur. Eccli. 46.

1. Reg. 25.

tum Pharan. Pharan oppidum est in Arabia. Erat autem vir potens in solitudine, cui nomen Nabal. Cumque audisset Dauid quod ascendisset ad tondendos greges, misit ad eum decem iuvenes, ut mitteret sibi aliquam benedictionem in die bona. Et ait Nabal: Non mittam. quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui fugitivi. Cumque audisset Dauid quod ei improperauerat, accinctus est gladio cum quadringentis viris, & ait: Hoc faciat Dominus inimicis, si reliquero de omnibus quae ad eum pertinent usque ad mingentem ad parietem. Porro Abigail vxor Nabal, formosa & prudens, haec ignorabat, & indicauit ei custos ouium, quanta praesidia tulisset eis Dauid in deserto. Festinauit igitur Abigail in occursum Dauid, & tulit panem ac vinum & arietes coctos, sata polentae & ligaturas vuae passae & massas carycarum. & adorans Dauid, ait: In me sit domine mi haec iniquitas, porro vir meus fecit stultem, secundum nomen suum. (nabal enim, stultus interpretatur.) Constituet te Dominus ducem super Israel, ne fundas sanguinem innoxium. nihil enim tibi nocuit, sed sua tibi non dedit, & erit anima tua custodita quasi in fasciculo viuentium. Et respondit Dauid: Benedictus Dominus, qui misit te hodie in occursum meum, vade in pace, honorauit faciem tuam, xenia de manu tua recipiendo. Cum ergo indicasset Abigail omnia haec viro, emortuum est cor eius praetimore, & mortuus est post X. dies. Quo audito, ait Dauid: Benedictus Deus, qui custodiuit manus meas a sanguine, & reddidit malitiam Nabal in caput eius. & vocauit Abigail, & duxit eam in uxorem, accepitque Dauid tertiam vxorem Achinoem de Iezrael. Iterum nunciauerunt Ziphai ad Saul: Ecce latet Dauid in colle Achila. & abiit Saul cum tribus millibus electorum, & castrametatus est in Gabaa. Descendit Dauid nocte in castra Saul, ducens secum Abisai filium Seruiae sororis suae. huius fuerunt tres filij, Ioab, Abisai & Asahel, nepotes Dauid. Cumque clam intrassent tentorium regis, dixit Abisai: Perfidiam Saul lancea. & prohibuit Dauid, dicens: Quis extendet manum in christum Domini? sed tolle hastam quae est ad caput eius fixa in terra, & vas aquae, & eamus. Et egressi sunt nullo euigilante, quia sopor Domini irruerat super eos. Cumque transissent torrentem, & stetissent in vertice montis vnde possent audiri, exclamauit Dauid ad Abner, & ad omnem populum: Filij mortis vos estis, quia non custodistis dominum vestrum. Ingressus est quispiam ut interficeret regem, videte vbi hasta regis sit, & scyphus aquae. & agnoscens Saul negligentiam suorum & beneficium Dauid, exclamauit: Num vox tua est haec mi fili Dauid? Qui respondit: Cur persequitur dominus seruum suum? quid feci? si Dominus incitat te aduersum me, tu ipse occidas me. Et ait Saul ad Dauid: Peccaui, reuertere fili mi, non vltra male faciam tibi. Et ait Dauid: Iudicet Dominus inter nos: ecce hasta regis, veniat qui tollat eam. Et Saul eo benedicto, reuersus est in locum suum. Et dixit Dauid in corde suo: Aliquando incidam in manus Saul, melius est ut saluer inter Philistaeos. Abijt igitur Dauid & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch regem in Geth, & erant cum Dauid duae eius vxores Achinoe & Abigail, & dixit Dauid ad Achis: Nolo onerosus esse regi, des mihi locum in quo habitem, & dedit ei Achis Sicelech, quae exinde facta est regum Iuda, & habitauit in ea quatuor mensibus & viginti diebus. & agebat praedas de viculis Philistinorum, qui non erant sub potestate Achis, virum & mulierem non duxerunt captiuum, ne forte loquerentur aduersus eum. Cumque quassisset Achis, quos spoliasset, aiebat: Habitantes ad austrum Iudae & in campestribus. Eo tempore congregati sunt Philistij in praedium aduersus Israel, & ait Achis ad Dauid: Mecum egredieris in castra tu & viri tui, ego custodem te ponam capitis mei. Congregauit etiam Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe. Timuit itaque Saul, & consuluit Dominum, qui non respondit ei, neque per somnia, neque per prophetas. Et ait Saul seruis suis: Quærite mihi mulierem habentem pythona, ipse enim occiderat ariolos, pythonicos & magos. vnam tradit Hieronymus reseruatam, matrem Abner, quae latebat in Endor. Mutauit itaque Saul habitum, & venit ad mulierem nocte, & ait: Suscita mihi quem dixeris tibi. Quae respondit: Nosti quanta fecerit Saul Magis, quare insidiaris animae meae? Iurauit ei Saul, quod propter hanc rem nil mali pateretur, & dixit ut suscitaret Samuelem. Videns autem mulier virum sanctum, conturbata ait: Quare imposuisti mihi? tu es Saul. Tunc confessus est & ait: Noli timere, quid vidisti? Quae respondit: Virum senem & gloriosum, amictum pallio sacerdotali, & intelligens Saul quod Samuel esset, adorauit eum, dicens: Coartor a Philistaeis, obsecro, dic mihi quid faciam. Qui redarguto eo, respondit: Toller Dominus regnum tuum, & dabit illud Dauid, cras tu & filij tui mecum eritis. (De hac re dicunt quidam, spiritum mali-

Præstat Abigail Dauid victualia.

1. Reg. 25.

Venit Dauid in castra Saul.

1. Reg. 27.

Dauid habitauit terram Achis.

1. Reg. 28.

Samuel suscitatur.

malignum apparuisse, alij phantasticè imaginem eius: quidam, quod Deo permittente anima ipsius apparuit.) Hoc audiens Saul, prostratus in terram, noluit comedere, nisi coactus, & redijt ad castra. Congregati sunt ergo Philistij in Aphec. Satrapæ 1. Reg. 29, verò Philistinorum videntes Dauid & suos esse secum, dixerunt ad Achis: Reuertantur Hebraei, ne forte, cum ceperimus praeliari, fiant aduersarij. Tunc ait Achis ad Dauid, inuitus & dolens: Bonus es in conspectu meo, sed non places satrapis, surge de nocte, & cum tuis abi. abijtque Dauid cum suis in Sicelech. Amalechitæ autem interim imperum fecerunt in Sicelech, & succenderunt eam, & captiuas duxerunt mulieres & paruulos. Planxit ergo Dauid & omnis populus qui erat cum eo, donec deficerent lachrymæ. Volebantque eum sui lapidare, quia dolebant de vxoribus ac liberis abductis. Duæ etiam vxores Dauid captæ fuere. Consulto igitur Domino per Abiathar, Dauid persecutus est latrunculos, habens viros sexcentos, 200. Iassi subfugerunt ad torrentem Besor ad sarcinas. Transeuntes, inuenerunt Aegyptium fame deficientem, quem reliquit dominus suus vir Amalechita, & cum ægrotare eum vidissent, dederunt ei cibum, & reuersus est spiritus eius. Et ait Dauid: Potes me ducere ad cuneum? Qui ait: Si iurabis mihi quod me non occidas, nec domino meo tradas. Iurauit ei Dauid, & eo ducente, inuenit hostes epulantes, & percussit eos à vespera in vesperam, & soli 400. adolescentes euaserunt camelis, Eruit ergo omnia Dauid quae tulerant. Porro cum venisset Dauid ad ducentos viros, qui Iassi ad sarcinas remanserant, salutauit eos pacificè: & licet aliqui suorum comitum indignarentur, tamen Dauid stantem, quod æqua pars esset descendens ad praedium, & remanentis ad sarcinas. Hieronymus ait, non quia Iassi remanserant, quia Iassi nihil debetur. Et factus est ex hoc die, ut quasi lege obseruetur praeda diuidendæ modus. & misit donade praeda senioribus Iuda proximis suis ac amicis. Porro Philistij pugnabant aduersus Israel. Saul autem viriliter egit, fugerunt filij Israel, & ceciderunt in monte Gelboe, & percussi sunt tres filij Saul, Ionathas, Abinadab, Melchisua. Iboferth autem domi erat. Cumque grauius vulneratus esset Saul, dixit ad armigerum suum: Percute me gladio, ne forte incircuncisi illudant mihi, noluit armiger, & irruit Saul super gladium suum, nec se poterat praesens lassitudine interficere, videns armiger, irruit & ipse super gladium suum, hic fuit * Doech Idumæus, timuit enim Dauid propter prodicionem Achimelech. Videntes reliqui omnes, fugerunt. Altera die venerunt Philistæi, & expoliarunt Saul & filios suos armis, & praecisa capita eorum cum armis miserunt in terram suam, & posuerunt arma Saul in templo Dagon, corpora Saul & filiorum suspenderunt in muro Bethsan. Viri autem de Iabes Galaad, quos liberauerat Saul ab Ammonitis, nocte accesserunt, & tulerunt cadavera de muro, combusserunt & sepelierunt ossa in nemore Iabes, & planxerunt eum ieiunantes septem diebus. Et regnavit Saul viuentis Samuele, 18. annis: & eo mortuo, duobus: quos tamen annos scriptura non annotauit. Et sic finit haec generatio. Cætera subsequenter in generatione Dauid ordine suo. In hac generatione dicunt Homerum poetarum Graecorum clarissimum, sapientiae patrem, floruisse: qui proprio nomine Melisigenes est dictus, vocatus autem Homerus, eo quod caecus esset. *Ὅμηρος* enim lingua Homerus. De hoc ipso vide infra. generatioe 46. ex Archilocho plura

Amalechitas latrones Dauid peremit.

1. Reg. 31. Saul & filij eius in praedio ceciderunt.

1. Reg. 11.

Homerus. De hoc ipso vide infra. generatioe 46. ex Archilocho plura

Codrus.

GENERATIO XXXIII.

ANNO 4126. à mundi exordio, secundum Septuaginta interpretum sententiam, quam sequitur Ecclesia communiter, per lineam Christi descendentem in Dauid rege Hebraeorum, trigesima tertia incepti generatio, durauit annis XL. Et cum eodè rege Dauid quarta aetas aduenit, quæ durauit usque ad transmigrationem Babylonis, per annos quadringentos octoginta quatuor, vel quinque, secundum alios. Inchoatur autem haec aetas in Dauid, non quod primus rex in Israel fuerit, sed quia primus erat rex de tribu Iuda, quoniam sibi facta fuit expressa promissio de Christo nascituro ex tribu Iuda. durauit regnum per lineam Christi annis 484. ad mortem Sedechiae. Hoc igitur anno Dauid

prophetarum omnium princeps, Isai de tribu Iuda filius, Hebraeis regnare coepit, & regnauit annis XL. primò super tribum Iuda tantum septem annis, reliquis 33. regnauit super omnem Israel, vir quidem ab infantia indolis bonæ, decorus, animo fortis & corpore, quia cum leonibus & vrsis ludere non timuit, insuper omni virtute præclarissimus, in certaminibus primus, ad pericula semper properabat, cuius exemplo reliqui omnes incitabantur magis, quàm imperio. Fuit præterea in intelligendo futura, & ad disponendum præsentia, multum idoneus: mansuetus, benignus, ac iustus. Eodem quoque tempore Abiathar pontifex summus fuit, filius Achimelech sacerdotis, vltimus ex linea Ithamar filij Aaron, qui toto tempore regis pontificatum honorabiliter administravit, prophetantibus in Iudæa Gad, Nathan, Asaph propheteris. Licet autem Dauid adhuc viuente Saul rege, inunctus & ipse foret in regem, tamen administrationem regni Saul habebat dum vixit. Vnde factum est, quòd post mortem Saul adolescens fugiens de prælio, venit ad Dauid in Sicelech, & indicauit populum victum ab hostibus, ac Saul cum filijs suis mortuum. Vidi, inquit, Saul incumbentem super hastam, & hostes appropinquantem: & cum interroganti dixissem quis essem, ait: Interfice me, ne occidar ab incircuncisis. vidi que quòd viuere non poterat: occidi eum, tuli diadema & armillam de brachio eius, & attuli ad te dominum meum. Ad quæ Dauid & omnes qui cum eo erant, sciderunt vestimenta sua, plangentes, & ieiunauerunt vsque ad vesperam, secundum legem. Et ait Dauid ad nuncium: Quare non timuisti mittere manum tuam in christum Domini? & iussit adolescentem occidi. tunc planxit Dauid carmen lugubre super Saul & Ionathan. Post hæc responso Domini ascendit Dauid in Ebron, & habitauit in domo sua, viri autem eius manserunt in oppidis Ebron, & vixerunt eum viri Iuda in regem. Nunciatum est inter hæc Dauid, quòd labitæ sepelissent Saul. renunciauit illis, dicens: Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro. retribuatur vobis Deus: sed & ego retribuam, quia vixit me domus Iuda in regem. Abner autem princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, & creauit eum regem super reliquas tribus. Erat autem Isboseth tunc quadraginta annorum. Eo tempore intestinum bellum inter Hebraeos est ortum. Porro egressus est Abner cum forti exercitu in Gabaa. Ioab autem princeps exercitus Dauid, contractis copijs, illi occurrit, & conuenit tandem inter eos, quòd duodecim tantum ex vtraque parte pugnarent: qui pugna commissa, mutuo se occiderunt. Ortum est autem bellum inter reliquos, & fugit Abner cum suis. Erant autem cum Ioab duo fratres, quorum Asahel velocissimus, persequeretur Abner instantissimè. Cui Abner imminenti ait: Noli me sequi, ne compellar confodere te, quod non libenter facio propter Ioab. Ille verò noluit declinare. & Abner auersa hasta percussit eum in inguine. persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit, & venerunt ad collem aquæductus, in cuius summitate congregati sunt cum Abner filij Benjamin. Et ait Abner ad Ioab: Nunquid vis desuere vsque ad deletionem fratrum tuorum? Cessauit ergo Ioab & omnis exercitus persequi eos. Porro Abner cum suis nocte illa transiens Iordanem, venit ad Isboseth in Benjamin. Ioab verò & viri eius tulerunt Asahel, & sepelierunt in sepulcro patris sui in Bethleem, & redierunt ad Dauid in Ebron. Facta longa concertatione, domus Saulis decrefcebat, Dauidis verò progenies augebatur. sunt enim nati in Ebron primogenitus Amnon de Achinoen, secundus Chileab de Abigail, tertius Absalom de vxore gentili, filia Ptolemæi regis Gesur, quartus Adonias filius Agith, quintus Saphalias filius Abithal, sextus Iethraan (quem Iosephus vocat Nathan) de Egla, quam Hebraei volunt fuisse Michol, quæ sola dicitur vxor, quia in adolescentia sua Dauid primam sortitus est vxorem, etsi sint qui aliter opinentur. Eo tempore Abner intrauit ad concubinam Saulis Respham, pulchram nimis. commotus ob hoc Isboseth pro opprobrio domus suæ, fortè timens ne concubina vsurparet sibi regnum, arguit Abner. Qui iratus, misit ad Dauid nuncios suos, dicens: Fac mecum amicitiam, & redueam ad te vniuersum Israel. Qui ait: Optimè, faciam tecum amicitiam: sed non videbis faciem meam, nisi reduceris Michol. id quoque per nuncios ab Isboseth est petiturum. Tulerunt ergo eam à viro suo Phaltiel, qui sequebatur eam plorans: non tamen cognouerat eam, eo quòd illa diligens Dauid, semper tristis erat. Ascendit Abner in Ebron ad Dauid, & susceptus est ab eo magnificè, & ait: Surgam ut congregem ad te omnem Israel. cumq; abisset in pace, ecce Ioab, latronibus cæcis, cum præda magna nimis venit,

2. Reg. 1.

Affertur Saulis diadema Dauidi.

Bellum intestinum.

2. Reg. 2.

2. Reg. 3.

venit, & dictum est Ioab de aduentu Abner, & de pace cum rege. qui regi persuadet, dicens: Iurauit Abner vt deciperet te. & cum non acquiescisset rex, misit nuncios post Abner, quasi rege reuocante eum: & occurrens redeunti, seorsum seduxit eum, quasi secretius aliquid locuturus. percussitque eum in inguine in vltionem fratris sui, & mortuus est: vel fortè timebat, ne fieret secundus à rege. Quod cum audiisset Dauid, ait: Mundus sum ego & regnum meum à sanguine Abner, & veniet super caput Ioab: non deficiet de domo Ioab fluxum seminis sustinens, leprosus, & tenens fufum, id est, effœminatus, & cadens gladio, & indigens pane. Scidit quoque Dauid vestimenta sua, fleuitque super Abner, & omnis populus qui erat cum eo, & indixit omnibus ieiunium vsque ad vesperam, dicens: Nescitis quomodo princeps maximus hodie cecidit in Israel? ego autem nouus sum rex, & filij Saruia mihi duri sunt. quasi diceret, vindicare nunc nõ possum. Cumque audisset Isboseth de morte Abner, perturbatus est, & Israel cum eo. Erant autem duo principes cum Isboseth, Banaa & Rechab de filijs Benjamin: qui irati, recesserunt ab Isboseth, & venerunt ad Miphobeth filium Ionathæ, vt facerent eum regem: qui noluit, immo prodidit eorum consilium. erat enim claudus vtroque pede. Dein latrones Banaa & Rechab ingressi sunt domum Isboseth, ferentes spicas quasi primitias regi. ostiaria autem domus obdormierat. & inuenientes Isboseth dormientem in meridie, interfecerunt eum, & attulerunt caput eius ad Dauid in Ebron, aitque Dauid ad eos: Interfecistis virum innoxium dominum vestrum. & præcis manibus ac pedibus eorum, suspensi sunt. caput verò Isboseth sepeliri fecit in sepulcro Abner, postquam regnauit duobus annis. Post hæc venerunt seniores de Israel ad Dauid, & percussit cum eis fœdus, vixeruntque eum in regem super omnem Israel. primò enim inunctus est in signum regni, secundò in regem super Iudam, tertio in regem super Israel. Quo facto, collecto exercitu, ascendit in Hierusalem, vt eijceret Iebusæum. habitabant enim adhuc inter filios Iuda. qui posuerunt cæcos & claudos super muros, dicentes in derisionem: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos. quasi dicerent: adeò fortis est vrbs, quòd nobis nil agentibus non intrabis. Porro inferiorem ciuitatem obtinuit Dauid, tradente eam sibi Ornan Iebusæo. Cumque arcem Sion obtinere non posset, proposuit in præmium principatum militiæ, illi qui primùm percuteret Iebusæum, & ingrederetur vsque ad recta. Multis itaque festinantibus, Ioab præuenit vniuersos, & clamauit ad regem, exigens militiæ principatum. & obtinuit Dauid arcem, expulsus Iebusæis præter Ornan, & ædificauit per circuitum eius intrinsecus, incipiens à Mello: & partem illam ciuitatis, vocauit ciuitatem Dauid. Reliquam vrbs partem extruxit Ioab. Mello autem erat quasi profunda vorago vallis. ipsaque ciuitas Dauid, postea vocata est Mello, & ædificauit in ea Dauid domum, ad quam Hiram rex Tyri illi misit ligna cedrina & artifices. & Hierusalem antè vocabatur Iebus, & à Melchisedech Salem. postea dicta est à Dauid Iebusalem. & mutata b in r, dicitur Ierusalem. Audientes autem Philistæi Dauid regnare super Israel, ascenderunt vniuersi contra Hierusalem. & egressus est ad eos Dauid ex responso Domini, percussitque eos ac in fugam vertit. & addiderunt adhuc Philistij, vt ascenderent in valle Rephaim, & posuerunt idola sua sub arboribus pironum. Et ait Dominus ad Dauid: Non obuiam ibis, sed gyra post tergum eorum. Hoc pacto irruit super eos Dauid, & percussit eos vsque Gezer. Tunc fecit Dauid tabernaculum iuxta domum suam ad reponendam arcam, & descendit cum XXX. millibus virorum, & posuerunt arcam super plaustrum nouum, & tulerunt eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa in colle iuxta Cariathiarim. duo autem filij Abinadab minabant plaustrum: Aio præcedebat, & Oza sequebatur. Dauid autem & omnis Israel psallebant coram Arca musicis instrumentis. Cum autem venissent ad aream Nachor, calcitrauerunt boues, & inclinata est Arca: & extendit Oza manum, tenens eam. aruitq; dextra eius, in qua Arcam ferre debuit, sicut pater eius iusserat, & expirauit. ea enim nocte (iuxta Hebræos) dormierat cum vxore sua. Timuit itaq; Dauid diuertere Arcam ad se, & posuit eam in suburbio in domo * Obethedom Leuitæ, quæ mansit ibi tribus mensibus, & benedixit Dominus domui Obethedom. Quo audito, abiit Dauid adducere Arcam in ciuitatem suam cum gaudio. Dauid autem accinctus Ephod lineo, psallebat coram Arca in organo. & vidit eum psallentem Michol per fenestram, & despexit eum. Cumq; posuisset Arcam in loco suo, obtulit Dauid holocausta & pacifica, & benedixit populo, & partitus est per singula capita collyridam panis vnam, & assaturam bubalæ carnis, & similam frizam in oleo.

Interitus Abner.

2. Reg. 4.

Mors Isboseth.

2. Reg. 5.

Hierosolyma capitur.

Hierusalem vnde dicitur.

2. Reg. 6.

* Obethedom. Arca translata.

in oleo. Et cum rediret in domum suam, subsannauit eum Michol, dicens: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, nudatus quasi vnus de scurris? Et respondit Dauid: Viuit Dominus, Ludam & humilior fiam ante Dominum, qui potius elegit me quam patrem tuum. Quamobrem Michol non est natus filius vsque in diem mortis suae. Mortua autem Merob sorore sua, adoptauit quinque filios eius Michol. Factum est autem, cum sederet rex in domo sua, habens requiem ab hostibus, dicit ad Nathan: Vides quod ego habito in domo cedrina, & Arca Dei posita est in medio pellium? faciam ei domum. Et ait Nathan, Fac, sed a Spiritu sancto non loquebatur. Eadem nocte factum est verbum Domini ad Nathan: Dic seruo meo Dauid, Non edificabis mihi domum, quia sanguinarius es: sed filius tuus succedens in regno, faciet mihi domum, & stabiliam thronum eius vsque in sempiternum. His auditis, gauisus est Dauid. Deinde percussit Dauid Philistaeos, & abstulit frenum (id est, potestatem tributum, quam habebant in Israel) de manu eorum, & percussit Moab, & mensus est eos coarctans terrae funiculo: mensus est duos funiculos, vnum ad viuificandum, vnum ad occidendum: id est, ad arbitrium suum factus est ei Moab tributarius. Et percussit Adadeser regem Soba, cui cum ferrent praesidium Syri & Damascus, percussit ex eis viginti millia: & ponens in Syria praesidium, fecit eam tributariam. Audiens autem Thou rex Emath, percussit Adadeser hostem suum, misit ad Dauid Ioram filium suum cum muneribus & gratiarum actione. Cumque rediret a Syria Dauid, occurrerunt ei Idumaei: & percussit ex eis circiter duodecim millia, & in Gebelem percussit 23. millia, & posuit in ea praesidium, ac tributaria fecit. Et retulit in Hierusalem aurum & argentum multum nimis, as quoque Corinthium, quod sanctificauit Domino in fabricam futurae domus. Porro Ioab erat super exercitum, Iosaphat autem erat ad commentarijs, id est, scriptor gestorum, Sadoc & Abiathar erant sacerdotes, Saraias vero scriba, id est, cancellarius. Banaias autem erat super Cerethi & Pheleti, qui erant custodes capitis Dauid, dicunt fuisse 70. iudices locorum, vt Moyse elegit 70. Vnde Cerethi sonat, exterminatores: Pheleti, admirabiles. filij autem Dauid sacerdotes erant, id est, digniores praeter ceteris. Et recordatus est Dauid foederis, quod fecerat cum Ionatha, & ait: Nunquid superest aliquis de domo Saul, cum quo faciam misericordiam? Vocauit ergo Miphiboseth filium Ionathae, qui erat debilis pedibus, & restituit ei omnem possessionem Saul aui sui, & constituit eum commensalem suum, tanquam vnum de filiis suis. Porro Siba puer Saulis, cui erant quindecim filij & viginti serui, iussus est excolere terram, & fructus ferre ad Miphiboseth in Hierusalem, id est, iussus est bona illius administrare. Per idem tempus mortuus est Naas rex Ammonitarum, & successit in regno filius eius Hanon. misitque Dauid nuncios, vt consolarentur eum de morte patris, monens vt amicitiae quas cum patre eius habuerat, permanerent. Cum enim fugisset quondam Dauid Saulem, a patre illius benignè exceptus fuerat. Principes autem Hanon exacuerunt regem, dicentes: Nescis quia misit Dauid, vt videret ingressum & egressum tuum, vt percutiat te & terram tuam? Tulit itaque Hanon seruos Dauid, & rasit dimidiam partem barbae eorum, & praecidit vestes eorum vsque ad nates. Quod cum nunciatum esset Dauid, misit in occursum nuncios, vt manerent in Hiericho, donec cresceret barba. confusi enim turpiter erant. Videntes autem filij Ammon quod iniuriam fecissent Dauid, conduxerunt mercede Syrorum viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab Hiftob decem millia, quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum aduersus eos. stabant autem Ammonitae ante ingressum ciuitatis, & Syrorum exercitus erat in campo. Ioab quoque diuisit exercitum, & partem tradens Abifai fratri suo, partem sibi retinuit, & irrui in Syros, fugauitque eos. Quod videntes Ammonitae, & ipsi terga verterunt, receperuntque se in urbem. Ioab vero redijt in Hierusalem cum triumpho. Videntes igitur Syri quomodo corruissent coram Israel, collegerunt iterum exercitum ampliozem. Dauid quoque contraxit omnem Israel, transiens Iordanem aduersus Syros, & percussit currus eorum ac equitum 40. millia, & Sobach principem militiae. fecerunt deinceps Syri pacem cum Israel, & seruiuerunt eis. Postea misit Dauid Ioab & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabbath, Dauid autem remansit in Hierusalem. Accidit autem vt surgeret Dauid de strato suo post meridie, & deambularet in solario. viditque ex aduerso Bethsabee vxorem Vriam, lauantem se: cuius specie accensus, vocauit eam atque cognouit. Cumque accepisset eam Dauid concepisse, reuocauit Vriam maritum eius ab expeditione. exinerat enim cum Ioab ad bel-

ad bellum. quae sitque Dauid ab Vria de statu belli, monens vt intraret ad vxorem, & modicum recrearet se. sed non acquieuit Vrias, immo dormiuit cum seruis regis. Quamobrem vocauit eum Dauid iterum, & statuit secum in mensa, inuitans eum ad bibendum vsque ad ebrietatem. sed nec sic induci potuit vt ingrederetur ad vxorem. Ait enim, Arca Domini & Israel habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab manet super faciem terrae, & ego ingrediar in domum meam? per salutem tuam rex, non faciam. Certus igitur Dauid quod intrare noluit, scripsit ad Ioab, quasi deliquisset in eum Vrias, vt poneret ipsum in ea parte belli, in qua periret. Cumque tulisset Vrias epistolam mortis suae secundum mandatum regis, interijt. Bethsabee, audita morte viri, planxit eum. transactoque luctu, vocauit eam Dauid. facta est ei vxor, peperitque filium illi. Tunc misit Dominus Nathan ad Dauid, qui proposuit ei paradigma: ^{2. Reg. 12.} Diues, inquit, habuit oves plurimas, qui rapuit vicino ouiculum vnicam quam habebat, vt prepararet cibos hospiti qui superuenerat. quid comperuerit, quae sit. Indignatus rex, Viuit, inquit, Dominus, quonia filius mortis est homo ille, reddetque quadruplum. Et respondit Nathan: Tu es vir ille. vxorem Vriam rapuisti, & vt occultares adulterium, interfecisti eum gladio hostium. quamobrem haec dicit Dominus, Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, suscitaboque tibi malum de domo tua. Primum factum est in diuisione regni, secundum in persecutione Absalom. Et ait Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. & descendens de throno, sedit in terram, tanquam pius Deicola coram omnibus peccatum suum confiteri non erubuit. Quo viso, ait Nathan ad eum: Transulit Dominus peccatum tuum. non morieris, nec regnum amittes. Veruntamen filius qui natus est tibi, morietur. percussit autem Dominus paruulum natum ex vxore Vriam vsque ad desperationem vitae, & deprecatus est Dominum Dauid pro paruulo, ieiunans & iacens in terra, noluitque consolari. Accidit autem die septimo, vt moreretur infans. & videns Dauid seruos mussitantes, intellexit quod mortuus esset. Quare lota facie & mutata veste, intrauit domum Domini. adorauit. & exhilaratus, comedit. admirati sunt omnes. Et ait ad eos: Cum adhuc viueret, puer, fleui, & adorauit Dominum vt viueret. Eo autem mortuo, cur fleuim? nunquid potero reuocare eum? ego vadam ad eum potius, ille vero non reuertetur ad me. Hoc fecit, vt consolaretur Bethsabee, quia diligebat eam. Et procedente tempore, genuit ex ea filium, quem vocauit Salomonem. Ioab vero pugnabat contra Ammon, & expugnabat ciuitatem Rabbath, misitque ad Dauid, dicens: Veni, & cape ciuitatem, vt nomini tuo ascribatur victoria. Congregauit Dauid omnem populum. & profectus, cepit urbem, vastans eam, & tulit diadema de capite Melchom, in quo erant gemmae preciosae & auri talentum, quod confluxit Dauid, & formauit ex eo sibi diadema, in medio gemmarum statuens sardonycem incomparabilem. sic reliquas ciuitates Ammonitarum vastauit, e populo multos serrauit ferro, & plures diuisit cultris, eo quod nuncios suos dehoneftauerant. Paulo post suscitauit Dominus malum in domo Dauid: Amnon primogenitus Dauid, diligebat Thamar sororem Absalom ex utroque parente, & ita deperibat eam, vt aegrotaret. Huic erat cognatus Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, prudens valde. hic ait ad Amnon: Quare sic attenuaris macie? & respondit Amnon: Diligo Thamar supra modum. qui respondit: Simula languorem. cumque venerit pater tuus ad te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, & faciat mihi cibum. Id factum est. Cumque venisset Thamar missa a rege, coxit illi sorbitiunculam, & exire fecit Amnon vniuersos. cumque tulisset Thamar cibos in conclaue, apprehendit eam, & ait: Cuba mecum soror. Quae respondit: Noli frater opprimere me, & facere opprobrium in genere tuo, sed loquere ad regem, & non negabit me tibi. Hoc dixit, vt subterfugeret manus eius. Noluit autem acquiescere Amnon, & oppressit eam. statimque exosam habuit eam magis, quam antea dilexerat. Vnde eiecit eam contra voluntatem suam. cumque eiecissent eam pueri Amnon, adpersit cinerem capiti suo, & scidit tunicam talarum, & impositis manibus super caput, ingressa est ad Absalom fratrem suum, facinus accusans flendo. Cui Absalom, Tace, ait. frater enim noster est. Apud hunc itaque diu mansit. Factum est post biennium, vt exiret Absalom ad tendendas oves. inuitauit regem ad conuiuium. quo renuente, Amnon frater & ceteri vocati sunt. Tum pueri Absalom interfecerunt Amnon temulentum. quo viso, fugiunt ceteri, eratque fama, interfectos ab Absalom omnes regis filios. quare Ionadab ad regem properat, solumque Amnon interijisse dicit. Absalom vero fugiens, abiit ad Ptolemaeum auum suum regem Gestur,

Gessur, & fuit cum eo tribus annis. Rex autem consolatus super interitu Amnon, cessauit persequi Absalom, eo quod Amnon digna sustinuit. Intelligens autem Ioab, quod cor regis versum erat ad Absalom, misit ad regem mulierem sapientem de Thecua, ponens in ore eius quid diceret. Cumque ingressa fuisset mulier ad regem, adorauit eum, dicens: Serua me rex, mortuus est vir meus, & erant mihi duo filij, & interfecit alter alterum in agro, & confurgit vniuersa cognatio aduersus occisorem, quarens animam illius pro anima occisi. Et ait Dauid ad eam: Vade in pace, & ego videbo. Ad hæc mulier: In me sit domine hæc iniquitas, rex autem sit innocens. Cumque iterasset rex promissionem, instat adhuc mulier. Qui ait: Viuit Dominus, quia non cadet capillus filij tui. Tunc exponens mulier regi similitudinem, ait: Reducat ergo dominus meus Absalom, non enim vult animam perire Deus, & omnes dilabimur tanquam aqua, quasi diceret: mortuum filium non potes reuocare, melius est vt renoces viuentem, quam alterum vindicando, vtrunque perdas. Cui rex: Nunquid non Ioab te misit? Annuit ipsa. Ait rex ad Ioab: Reuoca Absalom, non tamen videat faciem meam donec iubeam. & mansit Absalom in Hierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. Porro Absalom erat decorus nimis, cuius caesaries semel in anno tonsa, ponderabat ducentos siclos, precio enim emebant mulieres, vt subornarent crines suos, Nati que sunt Absalom filij tres & filia vna, misitque sapiens ad Ioab, vt intercederet pro eo apud regem, qui noluit venire ad eum, quare misit Absalom seruos suos, vt incenderent segetes Ioab, quo facto, Ioab venit ad eum, dicens: Cur hoc fecerunt serui tui? Qui respondit: Aliter habere te non poteram, obsecro, intra ad regem, vt videam faciem eius: alioqui interficiat me. Ingresso Ioab ad regem, vocatus est Absalom, osculatusque est rex magno cum gaudio filium suum. Tunc coepit Absalom adspirare ad regnum, fecitque sibi currus & equites, & manè confurgens, stabat in porta, blandiebatur intrantibus ad regis iudicium, dicens: Bona sunt quæ dicis, sed non est qui causam tuam audiat, si constitutus fuero rex, iuste iudicabo, & inclinabit ad se corda multorum. Post quatuor verò annos reuersionis ait ad regem: Dum eram in exilio, voui, si reduxerit me Dominus, sacrificabo ei in Ebron: vadam ergo, & reddam vota. Et ait rex: Vade in pace. Aijt ergo Absalom in Ebron, vtens consilio Achitofel Gilonitæ, qui fuerat consiliarius Dauid. Et egressi sunt multi ad eum de Hierusalem, rem ignorantem, cumque immolasset hostias, facta est coniuratio valida, & augebatur populus cum Absalom. Quod cum audisset Dauid, ait seruis suis: Egrediamur citò, ne fortè veniens Absalom, occupet nos, & percutiat ciuitatem. Et turbatus egrediebatur rex, & vniuersa domus eius nudis pedibus, dimittens decem concubinas ad custodiam. Præcedebant regem Cerethi & Pheleti, & sexcenti qui secuti fuerant eum de Geth, illis enim pro beneficio in eum facto, quando latuit in Geth, in retributionem dederat locum in Hierusalem. Et ait rex ad Ethai Gethæum, filium Achis: Reduc fratres tuos in Hierusalem, & habita cum rege Absalom, heri enim venisti, & hodie compelleris exire. Qui respondit: Viuit Dominus, nec in morte nec in vita relinquam te. Et transgressi sunt vniuersi flentes cum rege torrentem Cedron, & Leuitæ Arcam portantes, deposuerunt eam donec transiret populus. Et ascendit Abiathar ad consulendum Dominum, qui non respondit ei, & ait Dauid ad Sadoc: Reuertere in ciuitatem cum Arca, ego abscondar in deserto. Achimaas filius tuus & Ionatha filius Abiathar sint vobiscum, per quos veniat ad me sermo de vobis. Et redierunt cum Arca. Cumque ascendisset Dauid cliuum oliuarum, occurrit ei Chusi Arachites, consiliarius eius, & ait Dauid: Esto cum Absalom, vt dissipes consilium Achitofel: & quod audieris in domo regis, indicabis sacerdotibus. Et venit Chusi ad Absalom in Hierusalem. Cumque pusillum processisset Dauid, apparuit ei Siba cum duobus asinis, ferens panem & vnam passam & massas carycarum vel palatarum, id est, ficuum, & ait Siba ad regem: Asinos duxi, vt in eis sedeant domestici regis: & tulli cibaria, vt alantur in deserto. Et ait rex: Vbi est Miphiboseth? Qui respondit: Remansit in Hierusalem, dicens: Hodie restituet mihi Dominus vltionem patris mei. Et ait rex Siba: Tua sint omnia quæ fuerant Miphiboseth. Venit deinde Dauid vsque ad Bahurim, & egressus vir de cognatione Saul, nomine Semei, proiciens lapides & lutum, maledicebat regi, dicens: Egredere vir sanguinum, ecce premunt te mala quæ fecisti in domum Saul. Quem cum Abisai percutere vellet, prohibuit eum Dauid, dicens: Filius vteri mei quærit animam meam: quanto magis filius Iemini? misit eum Dominus vt malediceret mihi, respiciat Dominus hanc afflictionem meam. Factum est autem

est aut quod Chusi veniret ad Absalom, & adoraret eum, dicens: Salue rex. Ad quem Absalom: Quare non iuisti cum amico tuo? Qui respondit: Illius ero quem elegit Dominus & omnis Israel, cui seruiam? nonne filio regis? sicut parui patri tuo, sic parebo tibi. Tunc ingressus est Absalom coram omnibus ad concubinas patris sui de consilio Achitofel, vt intelligeret omnis Israel, quod ex animo persequeretur patrem, vt roborarentur cum eo. Achitofel verò ait: Eligam mihi duodecim millia virorum, & persequar hac nocte Dauid, quia fessus est. Et ait Absalom: Vocemus Chusi ad consilium. Respondit Chusi: Non est bonum consilium Achitofel hac vice. Nosti patrem tuum & viros eius esse fortissimos, quod si percusserit aliquos de tuis, quicumque audierit, timebit esse tecum. Sed hoc consulo: congregetur ad te omnis Israel, & irruamus super eum. Et placuit omnibus consilium Chusi, secretò nunciauit id Chusi sacerdotibus, vt monerent Dauid, ne maneret in deserto nocte illa, sed transiret Iordanem. Et abiit ancilla ad filios sacerdotum, qui latebant iuxta fontem Rogel, ferens pannum quasi ad abluendum, & indicauit eis verbum Chusi. Vidit autem illos aliquis, & nunciauit Absalom, qui misit post eos vt comprehenderentur. At illi ingressi Bahurim in domum mulieris, rogabant vt celaret eos, quæ demisit eos in puteum, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, cumque abirent illi qui missi fuerant, ascendentes hi de puteo, nunciauerunt Dauid omnia. Et transiit Dauid Iordanem priuquam illucesceret, & venit in Manahim. Porro Achitofel videns consilia sua non procedere, sciensque regnum rediturum ad Dauid, & timens eum, descendit in domum suam in Silo, & laqueo se suspendit. Absalom autem collegit exercitum, & transiens Iordanem, statuit Amasam super exercitum suum, qui consobrinus erat Ioab. Porro viri trans Iordanem, & maximè Berselai Galaadites, obtulerunt Dauid cibaria multa, stratoria & vasa ficilia. At Dauid populi partem vnam dedit Ioab, secundam Abisai, tertiam Ethai Gethæo, cumque vellet egredi rex cum eis ad pugnam, dixerunt: Non ibis, te solum quærunt. Cumque egredierentur cunei ad pugnam circiter septem millia, stabat Dauid iuxta portam, & dicebat: Seruate mihi puerum Absalom. Et factum est prælium in die illa iuxta saltum Ephraim, & fugit exercitus Absalom, cæsis ex eo viginti millibus, fugiensque Absalom super mulum, venit ad quer cum condensam: & intercepto capite eius ramis, mulus pertransiit, eo suspenso. Quod cum quispiam nunciaffet Ioab, ait: Quare non confodisti eum? qui respondit: Non mittam manum meam in filium regis, præsertim cum dixerit, Seruate mihi Absalom, quem adhuc palpitantem interfecerunt armigeri Ioab, & proiecerunt eum in foueam, comportantes super eum aceruum lapidum, vt duplici morte periret. Israel autem fugit in tabernacula sua. Porro Achimaas ait ad Ioab: Curram & nunciabo regi. Qui respondit: Noli hodie, filius enim regis mortuus est. Et ait Ioab ad Chusi vt iret, præcurrit eum Achimaas. Dauid autem sedebat inter duas portas. Speculator ait: Video hominem currentem solum. Et ait rex: Si solus est, bonus nuncius est. Et veniens Achimaas, adorauit eum, dicens: Benedictus Deus qui concluserit homines leuantes se contra regem. Et ait rex: Est ne pax puero Absalom? & ille noluit indicare. Chusi verò superueniens indicauit, & contristatus rex, ascendit coenaculum portæ, flens aperto capite, & clamans, Fili mihi Absalom, quis mihi tribuat vt moriar pro te? quod audiens populus, timuit ingredi ciuitatem. Et ingressus Ioab ad regem, dixit: Confudisti hodie vultus eorum, qui saluam fecerunt animam tuam: diligis odientes te, & odio habes diligentes te: procede, & alloquere seruos tuos, alioqui nec vnus remanebit tecum hac nocte, & erit hoc malum tibi super omnia quæ vnquam passus es. Vnde sedit rex in porta lota facie, & venit ad eum omnis multitudo, & benignè loquutus est ei. At viri Iuda qui secuti fuerant Absalom, magis verebantur propter beneficia maiora eis impensa à Dauid, quod intelligens Dauid, misit ad eos Sadoc & Abiathar, vt loquerentur eis, Cur nouissimi reducitis regem? Et Amasæ dicerent iurasse regem, quod magistrum militiæ cum habiturus esset, erat enim nepos Dauid. Quo audito, miserunt viri Iuda ad regem vt rediret, & venit rex ad Iordanem, omnisque Iuda illi occurrit. Semei quoque descendit cum eis, habens secum contribules & mille viros de Benjamin. Siba quoque, & filij eius atque serui, venerunt vt traducerent. Cumque transisset rex, adorauit Semei, dicens: Ne memineris domine iniuriæ serui tui, scio enim peccatum meum, & ideo veni occursum. Respondens Abisai, ait: Interfici debet, quia maledixit christo Domini. Et ait Dauid: Nunquid hodie interficietur vir in Israel? & ad Semei, Non morieris.

Miphi-

Miphiboseth quoque venit obuiam regi illoris pedibus & intonsa barba. Et ait rex ad eum: Cur non venisti mecum? qui ait: Seruus meus contempsit me, nolens mihi sternere asinum ut irem cum rege, insuper & accusauit me: tu autem quia iustus es, fac quod tibi videtur. Et ait rex: Tu & Siba diuidite possessiones, quasi dicat, utriusque vestrum dederam, sed quia uterque eorum habere non potest, inter vos diuidatur. Volunt quidam Dauid peccasse, quod adulatori & detractori Sibæ credidit, nec ad excusationem Miphiboseth sententiam mutauit. Respondit Miphiboseth, Etiam cuncta recipiat postquam reuersus est dominus meus rex. innocens enim fuit Miphiboseth.

Redit Dauid in Hierosolymam.

* Berzellai

Berselai quoque qui præbuerat alimenta regi, descenderat cum eo, & ait rex ad eum: Veni mecum in Hierusalem, & honorabo te. qui respondit, Octogenarius sum hodie, non indigeo hac vicissitudine. Chamaan filius meus vadat tecum, fac ei quod tibi videtur. Et ait Dauid, Veniat, & faciam ei quod placebit tibi. & rediit * Berselai in domum suam accepto osculo. Omnis autem populus Iuda traduxerunt regem. tunc cucurrerunt omnes viri Israel, indignantesque dixerunt: Quare fratres nostri viri Iuda clam nobis traduxerunt regem? Et respondit Iuda, Quia propior est mihi rex. Et ait Israel, Decem partibus maior sum, ideo magis ad me pertinet Dauid.

2. Reg. 20.

Cumque respondissent durius viri Iuda, Seba filius Bochri ex Saulis genere cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel. quasi dicat, eligamus nobis regem. & recedentes à Dauid, secuti sunt Sebam. viri autem Iuda reduxerunt regem in Hierusalem. Et ait rex Amasæ, quem fecerat principem militiæ, tamen sub Ioab: Congrega mihi viros Iuda in tertium diem. & abiit Amasæ, & moratus est extra placitum. Et ait rex ad Abisai: Tolle seruos domini tui, & persequere Sebam, ne effugiat. & egressi sunt cum eo omnes robusti Hierusalem, Ioab præcedente Celerthi & Pheleti. Et Amasæ occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta, & accinctus erat gladio, qui faciliter stringi poterat. arte simulans quasi recepisset gladium, dextra manu tenuit mentum Amasæ, qui cum non obseruabat. Dixit itaque Ioab ad Amasæ: Salue mihi fratres. & simul percussit eum in lacere, ac effudit eius intestina, Amasæque mortuus est. & id fecit ex inuidia Ioab, timens ne ei æquaretur Amasæ. Ioab autem & Abisai frater eius persecuti sunt Sebam, quem obsederunt in Abela ciuitate, & moliebatur destruere muros vrbs. At mulier sapiens de ciuitate exclamauit ad Ioab: Nonne prouerbum est, Qui indigent consilio, interrogant in Abela? quare vis euertere matrem ciuitatum in Israel? Et respondit Ioab: Non quero euertere, sed Sebam filium Bochri, qui leuauit manum suam contra regem, tradite illum, & recedemus. locuta est mulier ciuibus, qui abscisum caput Sebæ proiecerunt ad Ioab. tunc reuersus est exercitus in Hierusalem, & restituit rex Ioab super exercitum & alios ministros suos. Facta est fames tribus annis, & consuluit Dauid Dominum: qui respondit, hoc fieri propter Saul & domum eius, qui multos ex Gabaonitis occidit, irritum faciens iuramentum Iosue & seniorum. Et vocauit Dauid Gabaonitas, dicens, quid pro emenda facere deberet. qui dixerunt: Virum qui attriuit nos, delere debemus, ut ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius, sed quia Dauid hoc facere non poterat propter iurandum quod iurauerat Ionathæ, mitior est facta petitio eorum, ut darentur septem viri de filiis eius ut crucifigantur. pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathæ, & tradidit eis duos filios Saul, quos peperit ei Respha: isti cum Doeck occiderunt sacerdotes Nobæ, & postea Gabaonitas.

Amasæ interitus.

Sebæ mors.

2. Reg. 21.

dedit eis etiam quinque filios Michol adoptiuos, quos genuerat Merob * Adraheli. Gabaonitæ verò crucifixerunt eos in diebus messis hordei. Induens autem Respha cilicium, substravit sibi supra petram, cubans iuxta eos die ac nocte, ut amoueret ab eis aues & bestias. Audiens autem Dauid quæ fecerat Respha, deposuit eos de patibulis, & tollens ossa Saul & Ionathæ de labes cum ossibus illorum, sepeliuit eos in sepulcro Cis patris eorum. & reddita est vbertas terræ. Factum est rursus prælium Philistinorum aduersus Israel, & pugnabat Dauid cum suis. Cumque ferè Dauid defecisset pugnando, Iesbidenob qui fuit de genere Arapha, nisus est percutere Dauid, interposuitque se Abisai, & interfecit Philistæum de genere gigantum. Tunc iurauerunt viri Dauid, iam non egredieris nobiscum in prælium, ne extinguas lucernam in Israel.

Famis piculum.

* Hadrieli.

Psalmorum edicio.

2. Reg. 22.

Psal. 17.

alia quoque prælia omitto recensere. Expeditus itaque de præliis Dauid, locutus est Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum & de manu Saul, & ait: Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum. Et Iosephus ait, cum Dauid pace altissima

tissima frueretur, cantica & hymnos composuit, diuersa faciens organa, in quibus Leuitæ per sabbata & alias solennitates uterentur. Hic autem cum celestis citharista esset, dulcedine carminis delectatus, centum quinquaginta psalmos mellifluos lyrico carmine conscripsit, ubi & prophetiam suam præter aliorum morem sine villo exteriori adminiculo, sed solo spiritus sancti instinctu de æterna genitura, deque Christi incarnatione, passione quoque ac resurrectione euidentissimè differuit. Demum Christi promissionem aperuit manifestius his verbis nouissimis, Vir cui constitutum est à Domino de Christo Dei Iacob &c. Per hæc tempora dixit Dauid ad Ioab: 2. Reg. 23. Numerata Israel & Iuda, ut sciam numerum. intelligens Ioab quod de elatione procederet, ait: Ad quid? vide ne offendas Deum. & cum nollet rex mutare propositum, egressus Ioab & principes militum, numerauerunt populum, & redierunt post nouem menses. inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum pugnatorum, & de Iuda quingenta millia. in Paralipomenis inueniuntur mille millia & centum. Et creditur Ioab subiticiuissè regi partem populi. Peccauit itaque Dauid in duobus, quod superbè numerauit, & quod numerati non reddiderunt pecuniam Domino, sicut præceptum erat in Exodo: Quando tuleris, inquit Dominus, summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus suis quatuor siclos argenti. quod cum vel serò considerauit Dauid, ait ad Dominum: Obsecro Domine, transfer iniquitatem serui tui, quia peccauit nimis. Et diluculo misit ad eum Dominus Gad prophetam, qui ait: Aut septem annis veniet fames in regno tuo, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, aut tribus diebus erit pestilentia in populo. Et ait Dauid: Coarctor nimis. si famem elegero, pauperum erit supplicium: si persecutionem hostium, exercitus erit periculum, non meum: vallabor enim præsidio. Eligam ergo comunem plagam regi & plebi, hoc est, pestem. Misit ergo Deus pestilentiam in Israel, de mane usque ad horam sacrificij vespertini, & mortui sunt de populo ex Hierusalè septuaginta millia virorum. Porro cum percuteret angelus Hierusalè ut disperderet eam, vidit eum Dauid gladio stitem euaginato, exclamauitque: Ego sum qui peccaui: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me & contra domum patris mei. Et miseratus Dominus, ait ad angelum: Sufficit, contine manum tuam. In illa die dixit Gad ad Dauid: Constitue altare Domino in area Areuna Iebusei. Et ascendens Dauid, dixit ad Areuna: Vende mihi aream tuam, ut ædificem ibi altare Domino, ut cesset interfectio. Qui respondit: Accipiat eam dominus meus gratis, habeat quoque boues in holocaustum, plaustra & iuga bouum in usum lignorum. Et ait rex: Nequaquam. Emit ergo aream sexcentis siclis auri, & boues argenti siclis quinquaginta. ædificauit ibi altare Domino, & obtulit holocausta pacifica, & propiciatus est Dominus terræ. Senuerat autem Dauid, cum quibus operiretur vestibus, non calefiebat. inuenta est Abisai Sunamitis puella pulchra, quæ dormiens cum rege, fouebat eum, verum rex eam non cognouit. Adonias autem quartus filius Dauid, cum esset primogenitus inter superstites filios regis, fiduriam regnandi habuit, & fecit sibi currus ac equites, nec corripuit eum pater. Et pro se habebat Ioab & Abiathar sacerdotem, alij verò ministeriales & robur exercitus non erat cum eo. fieri autem fecit Adonias solenne conuiuium in orto regali iuxta fontem Rogel, & vocauit filios regis ac seruos, sibi autem non fauentes non vocauit, nec Salomonem fratrem. Nathan autem monuit Bethsabec, ut iret ad regem. quæ ingressa, ait: Domine mi rex, tu iurasti ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ecce Adonias regnat, te ignorante. Cumque alios vocauit, neglexit filium meum. scio quod cum dormieris, ego & filius meus erimus peccatores, id est, dicetur, Hic est adulteræ filius. Adhuc ea loquente, intrauit Nathan & ait: Domine, dixisti tu quod Adonias regnet post te? Cur mihi non indicasti seruo tuo? Et ait rex ad Bethsabec: Viuit Dominus, sicut iuravi tibi, sic faciam. Et dixit ad Sadoc, ad Nathan & Banaiam: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & vngant eum in regem Sadoc & Nathan ad fontem Gion, & canentes, ponite eum super solium meum. Respondit Banaias, Amen. Sumpsit autem Sadoc cornu olei de tabernaculo, inunxitque eum, & cecinerunt buccina, & dixerunt omnes populi, Viuat rex Salomon. Sedente Salomone super thronum, adorauit Dauid in lectulo suo Deum, gratias agens, quod hoc vidisset. Porro Adonias & inuitati, cum æstimarent tumultum in ciuitate ortum, perturbantur. venit ad eos Ionathas filius Abiathar, indicans eis quæ facta fuerant, & abiit vnusquisque in domum suam. Adonias autem timens Salomonem, abiit in tabernaculum, & tenuit cornu altaris thymianatis,

Numerus Israelitarum.

Exod. 30.

Pestilentia in Israel.

3. Reg. 1.

Salomō rex vngitur.

1. Par. 28. miamatis, dicens se non egressurum, nisi rex iuret ei de vita conseruanda. & intrauit ei Salomon, dicens: Vade in domum tuam. Volens autem Dauid ostendere populo, se filium regem fecisse, congregauit in Israel principes vniuersos, sacerdotes & Leuitas, & inuncto iterum Salomone coram omnibus, præcepit ei de legum custodia, de iustitia & pietate, & præcepit vt edificaret templum Domino, dicens se iam præparasse ei auri decem millia talentorum, argenti verò centum millia, ferri verò & æris supra numerum, lapidum quoque & lignorum maximam copiam. Tunc cœpit ordinare ministros templi, & numerati sunt Leuitæ à viginti annis & supra, & inuenta sunt triginta octo millia virorum. Hos diuisit in tres ordines, in Aaronitas, Mosaitas, & Leuitas, distinxitque illos in sacerdotes, doctores, cantores, ianitores & sacristas. Et quia Aaron & filijs eius datum fuit sacerdotium à Deo, fecit ergo Dauid recenseri principales de domo filiorum Aaron, hoc est, Eleazar & Ithamar, & inuenit de domo Eleazar sedecim, de domo verò Ithamar octo: & sic fecit duas domos principales, ex quibus constituti sunt viginti quatuor sacerdotes, ad officium dum per hebdomadas seu vices suas, qui plures alios sub se habebant. Et præter illos duos principales, constituit vnum, scilicet Sadoc, super filios Eleazar, alterum Achimelech super filios Ithamar. Et sicut filij Aaron fuerunt ordinati in officio sacerdotum, ita de secundo filio Leui ordinati sunt doctores 24. hi filij Merari, & isti doctores, iudices habebant sub se plurimos alios. Fuerunt etiam tres principales cantores, Asaph scilicet, Heman, & Idirhum. De filijs autem istorum trium, instituti sunt 24. cantores, & quilibet eorum sub se habebat 12. assonantes, & deseruiebant ordinatè 24. hebdomadarijs sacerdotum, ita quòd primus de istis xxiii. exercebat officium suum cum primo hebdomadario, & secundus cum secundo, & sic de alijs. Instituti autem fuerunt omnes supradicti in officijs per sortes. deinde designauit ianitores templi quatuor principales per sortes, prout quatuor portæ erant, orientalis, occidentalis, aquilonaris & australis: sub quibus etiam multi alij positi fuerant. Post hos ordinauit sacristas. dicebantur illi, qui custodiebant vasa diuino cultui depurata, sacerdotum ornamenta, & ea quæ erant in sacrificijs necessaria. ad ea autem quæ forissecus erant prouidenda templi gratia, præfectos ordinauit etiam de Leuitis, fortè ad docendum populum in locis distantibus, & ad præparandum vel ligna vel lapides, & similia. Hæc officia ex Leuitico genere constituta sunt, in ministerium scilicet domus Domini 24. millia, præpositorum autem & iudicum sex millia, ianitorum quatuor millia, & quatuor millia cantorum, faciunt 38. millia virorum de tribu Leui. In his autem quæ respicere deberent regem in regno, aliqui erant militares, aliqui populares, & aliqui familiares. Milites distinctos habuit Dauid per 12. cohortes, & in qualibet erant 24. millia bellatorum, ita quòd prima cohors erat cum rege primo mense parata ad resistendum inimicis, aut ad sedandum populum. Secunda cohors in secundo mense, & sic de alijs. & quælibet cohors principem suum habuit. Porro singulis tribubus præerat præfectus, qui leuabat censum ad prouidendum regi & domui eius. Familiaris verò ordinatio, id est, familiaria quæ erat in officio domus, vel super thesauros regis, & qui in vrbibus aut vicis erant, præpositos atque præfides designauit Dauid rex, qui omnes substantiæ regis præerant, siue esset aurum, argentum, arma & cætera artificialia, siue bladum, vinum, oleum, animalia, & huiusmodi: Exemplar omnium eorum tradidit rex Salomoni filio suo in conspectu principum suorum. Porro circa regem erant viri fortissimi 36. insignior autem cæteris erat Dauid. quo connumerato, erant xxxvij. secundum Magistrum in historijs. & de illis triginta sex, erant sex: tres erant fortissimi, alij tres non ita fortes, sed tamen fortiores reliquis triginta: vt quasi diceretur, xxx. erant fortes, tres fortiores, & tres fortissimi. Primus inter tres fortissimos Isebon, qui interfecit octingentos impetu vno. istum hastam leuasse aduersus trecentos, in Paralipomenis legitur. post hunc erat Eleazar filius patris Dauid, qui percussit Philistæos donec deficeret manus eius, & obrigesceret gladio. Post hunc erat Semma Ararites, qui, cum fugisset populus, solus stetit in agro lentis, & percussit Philistæos, & fecit salutem in Israel. Ex tribus fortioribus erat primus Abisai frater Ioab, ipse leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, optimus quidem, sed ad tres primos non venit. Post hunc erat Banaias, qui percussit duos principes Moab: ipse interfecit virum Aegyptium blasphemantem Dominum, & iterum interfecit Aegyptium altitudinis quinque cubitorum, habentem in manu hastam, quam Banaias de manu eius extorsit, leonem quo-

De templi ministris.
1. Par. 24.

Sadoc sacerdos.
1. Par. 25.

1. Par. 26.

Curia de scriptio.
2. Par. 27.

Viri fortes curie.
1. Par. 17.
2. Reg. 23.

quoque occidit. Tertius fuit Sabochai, qui percussit Caph de genere gigantum. Isti tres opus fecerunt magnificum, cum Philistæi posuissent castra in valle Raphaim vsque ad Bethleem, erat penuria aquæ in Hierusalem. Dauid autem desiderabat aquam habere de cisterna quæ erat in Bethleem: tunc isti tres per medium hostium transeuntes armata manu, venerunt ad Bethleem, haurientes aquam, denuo ad regem per hostium castra reuersi sunt, ita vt Palestini audaciam eorum obstupescerent, à dimicatione cessarent. Delatam autem aquam rex noluit bibere, sed effudit, dicens: Nunquid sanguinem istorum & animarum periculum bibam? Inter reliquos triginta Asahel frater Ioab numeratur, cæterorum mentio in libris sacris fit.

Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, & iterauit Salomoni mandata de cultu Dei & lege seruanda, & pietate ac iustitia circa suos, memorans promissionem Dei sibi factam de semine suo iugiter regnatura, si custodirent filij testamentum eius. Tria verò superaddidit, de Ioab & Semei & Berselai, dicens: Nostis quæ Ioab fecerit. per inuidiam duos principes Abner & Amasam in pace occidit. facies ei iuxta sapientiam tuam, ne descendat pacificè ad inferos. Semei quoque, qui maledixit mihi, non patieris esse innoxium. Sed & filijs Berselai reddes gratiam, & erunt commensales tui. His dictis, mortuus est Dauid, & sepultus est in ciuitate sua, & circa tumulum eius fecit Salomon octo loculos thesaurorum, quorum vnum post multos annos aperuit Hyrcanus pontifex, & alium Herodes, sicut infra dicitur.

alij verò nondum manifestati sunt. In hac generatione Meodon Codri regis Athenien. filius, xvij. regni Dauid anno magistratum administrare cœpit. Eupales, Dercili regis Assyriorum filius, trigesimo loco rex, aliàs xxxj. Agis Euristhei Lacedæmoniorum regis primogenitus, 18. anno regni Dauid regnare cœpit, regnauitque anno vno, post quem eius frater nomine Archestratus, regnauit annis 35. Agastus successit. Meodon administrauit magistratū apud Athenas annis 36. Sicheus Philistenis sacerdos Hercules, qui secundus à rege honor est, filius, & Didonis reginæ maritus, his temporibus à Pygmalione eius cognato, ob auaritiam interimitur. fuit autem Pygmalion Didonis frater. Dido Beli Phœnicum regis filia, Sichei vxor, præcipuum viduitatis exemplum, marito interfecto, in somnis à viro mortuo præmonita, naues conscendens, ex Tyro ad Aphricum littus peruenit, cū accolis amicitias inire cœpit. & quum eisdem gratū appareret, ne iniuriam cuiquam inferre videretur, ab ipsis incolis (vt Liuius refert) mercatur tantū littoris, quantum posset bouino corio occupare. ibidem bellicosissimam ciuitatem condidit Carthaginem, & arcem in ea conditam, à bouino corio Byrsam nominauit. Quibus peractis, ipsa populo legem & normam viuendi tradidit. Verum cum in libidinem promptissimi sint Aphri, Mauritanorum rex eam depetire cœpit propter eius pulchritudinem, vt Iustinus ait, bellumque pro ea obtinenda Carthaginensibus indixit: quod cum ipsa rescisset, & sua se ante sententia ad omnem casum pro salute patriæ damnasset, ægrè tulit, & terminum impetrauit, infra quæ se ad virum promisit ituram. Tempore adueniente, constructo rogo in eminentiori vrbis parte, quasi Sichei olim mariti placatura manes, illum conscendit: & adstantibus ciuibus, educto ferro quod sub veste absconderat, ait: O ciues charissimi, vt vultis, ad virum vado. vocatoque Sicheo, inquit: Ad te ibo. & vix finitis verbis, in ferrum & ignem se præcipitem dedit, ac sic moritur. de qua diuus Hieronymus: Casta Dido Carthaginem condidit, & pro castitate vitam finiuit: maluit ardere, quàm nubere. & quandiu Carthago stetit, pro dea habita. proprio nomine vocabatur Elissa.

Verum Carthagines quinque fuisse legimus: & de hac quæ in Libya, Carthago in senatoria oratione scribit, dicēs: In Libya cum rex Iapon regno potiretur, quædam mulier Elissa dicta, extruxit Damnen, quæ Carthaginem dixit, id est, sermone Punico nouam ciuitatem. Ephesus Ionix minoris Asia prouinciæ ciuitas, 32. regni Dauid anno ab Adrodo Codri regis filio, condita fuit, vbi & regiam constituit, cuius posteri, reges dicebatur, in qua naualia multa erant. In illa inter cætera templum, toto orbe terrarum celebre, Dianæ dicatum, quod vrbem plurimū decorabat. Id postea * Erostratus vir iniquissimus, quo sibi famam facinore acquireret, incendit. Fuerat autem templū illud, vnum de septem mirabilibus mundi habitum. Syluius Latinus, quintus rex Latinorum, in hac generatione erat. Philon in Breuiario in 2. parte: Orta, inquit, lite inter filios Dauid, quos ex Bethsabæe genuerat, quis in regno præcederet, Dauid edicto statuit à iunioribus inchoari, & vt alteri succederet alter, vbi posteritas naturalis deficeret. Itaque à Salomone minimo cœptum est, & à Nathan illi natu proximio filio, dicto Abiasar &

Mathar,

O 3

quo-

Mors Dauid.

3. Reg. 2.

Primus Athenien. magister post regem.

Dido.

Ephesus.

Reges Hebræorum.

Mathar, & posteris eius Abiafarim atque Matharim, i. vt omnes dicerentur & essent fratres principis, & donati tempore ad succedendum. Hinc vsq; ad Iosaphat * Ochoziam, posteritas Nathan semper dicta est Abiafarim. Et ille Nathan fuit etiam filius Dauid & Bethsabee. quatuor enim filios habuit Dauid ex Bethsabee. Idem subiungit, quod à quarto anno Salomonis vsq; ad deletam posteritatē eius naturalem, sunt anni 138. de quo in lib. 3. & 4. Regum. Salomon enim à quadragesimo anno regnavit annis 36. Roboam regnavit annis 17. Abias annis tribus, Asa annis 41. Iosaphat annis 25. Ioram 8. Ochozias annum vnum, * Gotholia 7. annis. Anni verò sequentes vsque ad desolationem, sic sunt digesti: Ioas primus ex Nathan, regnavit annis xl. Amasias 29. Ozias 52. Ioathan 16. Achaz 16. Ezechias 29. Manassēs 55. Amon, connumeratis decem absente patre, 12. annis regnavit, Iosias 32. Ioachaz mensibus tribus, Ioachim annis xj. Ioachim, qui & Eliachim, mensibus tribus, & quarto mense vltro in Babyloniā trāsmigravit, pro quo Sedechias regnavit annis xj. & facta est desolatio, secundum Philonem. Sequitur quod à 40. anno Salomonis vsque ad captiuitatem Iudaicā, hoc est, mortem Sedechiæ, anni sunt 440. & à Dauid vsque ad mortem Sedechiæ, 484.

GENERATIO XXXIII.

ANno 4166. à mundi exordio, in Salomone Dauid regis filio, per lineam Christi 34. incepit generatio. Hic regnare cœpit adhuc viuentē patre, & regnavit annis 40. sub quo Sadoc & Abias Silonites prædicabant. Hunc Salomonem Dominus ab incunte ætate sapientia clarum fecit, quem mox natum Nathan propheta viro doctissimo atque sanctissimo educandum instituendumque dedit, posteaque suos ob virtutes, etiā iubente Domino, posthabitis reliquis filiis, eum Dauid pater in regnū prefecit. Sedit itaq; Salomon super thronū patris sui, quo in tempore Adonias frater eius supplicabat Bethsabee, vt impetraret à rege sibi dari Abisac Sunamitidem vxorem. Venit ergo Bethsabee ad regem, & surrexit in occursum, adorauitque eam. & positus est thronus matri regis ad dextram. dixitque ei Bethsabee: Petitionem vnam habeo paruulam, deprecor te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea. neque enim fas est vt auertam faciem tuam. Quæ ait: Detur Abisac Adoniæ fratri tuo. Ad quæ, indignatus rex, respondit: Quare postulas hoc à me? postula ei & regnum. Scis quod maior ætate me est, & habet secum potentes Abiathar & Ioab, & Abisac habetur quasi regina. sed quia in opprobrium patris petijt, viuit Dominus, ipse interficietur. Et interfecit ipsum per manum Banaia filij Ioiada. Deinde vocato Abiathar sacerdote, dixit: Vade in agrum tuum, nec amplius ad me ingrediatis, & quidē vir mortis es, sed hodie te non interficiā, quia portasti arcam Domini. Et translatus est sacerdotiū ad Sadoc, qui fuit de domo Eleazar, nō de domo Ithamar, sicut Samuel prædixit Heli in Silo. Fuerūt enim post Phinees filiū Eleazari, pontifices, Abisur, Buzi, Ozi, quo mortuo, transiuit pontificatus ad lineam Ithamar annis centum viginti. in qua Heli primus fuit summus sacerdos, post Heli Phinees, deinde Achitob, deinde Achimelech, vltimò Abiathar. Intermissi fuerunt de linea Eleazari Zaria, Meraioth, Amarias, & Achitob. huius filius Sadoc, de quo hic. Porrò Ioab qui pro Adonia zelauit, fugit in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. misit rex Banaiam, cui Ioab dixit: Non egrediar, sed moriar hic. Quod cum renunciaisset Banaias regi, dixit ei rex: Facigitor sicut locutus est. Et interfecit eum Banaias ad cornu altaris, & sepultus est in domo sua in deserto, & constituit rex Banaiam pro eo super exercitum.

Vocauitque rex Semei, & ait: Habita in Hierusalem, & non egrediaris. quod si transieris Cedron, interficietis. Qui respondit: Sic faciā. Et habitauit in Hierusalē tribus annis. post hoc fugerunt serui Semei ad Achis regē Geth, qua gratia descendit Semei, & reduxit eos. quod cum nunciatum esset Salomoni, dixit ad eum: Tu speruisti iurandum regis, & mandatum eius trāsgressus es. reddet tibi Deus malitiam, quam fecisti patri meo. & interfecit eū rex per manū Banaie. Porrò Salomon duxit vxorē filiam regis Aegypti, de qua genuit filium. Proposuerat autem tria se facturum: domum vnam Domino, domū sibi vnam, & ambire Hierusalem triplici muro, ita vt in primo ambitu esset templum, & mansiones hebdomadariorū, domus quoque regia cum mansionibus domesticorum: in secundo habitarent potentes viri & prophetae, in tertio opifices. Post hæc ascendit in Gabaon, vt immolaret ibi in excelso. Iosephus dicit eum ascēdisse in Ebron. & obtulit mille hostias in holocaustū super altare quod fecerat Moyses. Et apparuit ei Dominus nocte, per somniū dicens: Postula quod vis,

vis, vt dem tibi. Qui respondit: Domine Deus, ego sum puer paruulus, & ignorans ingressum & exitū meū. da ergo cor docile seruo tuo, vt possim iudicare populum tuum, discernereque inter bonum & malum. Placuit sermo coram Domino, aitque ei: Quia non postulasti iuxta verbum hominum, dies multos & diuitias & animam inimicorum tuorum, feci tibi iuxta sermones tuos. dedi tibi cor sapiens, intantum vt nullus ante te similis tui fuerit: sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi, si ambulaueris in semitis meis, sicut & pater tuus. Euigilans Salomon, intellexit quod esset reuelatio facta per somnium, & redijt in Hierusalem, & coram arca Domini gratias agens, obtulit holocausta & pacifica. Tunc duæ mulieres meretrices venerunt ad regē, quarum vna ait: Ego & mulier hæc habitabamus solæ in domo vna, cumque peperissem, tertia die post peperit & hæc. mortuus est autem filius eius, quem noctis silentio posuit in sinu meo, & filium meum viuentem collocavit in sinu suo. manē facto, diligentius intuens, deprehendi illum non esse meum, qui mortuus fuerat. Respondit altera: Non est ita, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Cumque mens omnium in huius rei discrimine hæsitaret, rex soluit causam. allato enim gladio, ait: Diuidatur infans, & vtrique medietas detur. Quod audiente matre viuentis, commota sunt viscera eius super filio suo, & ait: Obscuro domine, date illi infantem viuum. sufficit mihi si video eum viuere. Altera verò dixit: Nequaquam, sed diuidatur. Mox rex: Date illi infantem quæ dixit, Viuat. mater enim eius est. Et attendens omnis Israel diuinā sapientiam in rege esse, timuit eum. & admirati sunt assessores eius, qui prius sententiam quasi ab adolescente prolata, ridebant. Porrò Banaias erat super exercitum: Sadoc autem sacerdos, & Azarias filius Nathan, super custodes regis: Sabud filius Nathan, sacerdos regis, id est, cancellarius: & Abiafar prepositus domus, id est, procurator, & Adoniram super tributa. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, per singulos menses singuli præbebant necessaria regi & domui eius. quorum vnus reliquis præerat, scilicet Achimaas, habens Bathsemath filiam Salomonis vxorem, licet et vnus de reliquis, aliam haberet filiam Salomonis. Erat autem cibis Salomonis per singulos dies xxx. cori similia, & lx. cori farina, decem boues pingues, & xx. pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum & caprearum, bubalorū & anium altilium. sed & pisces quotidie ab alienigenis porrabantur, & erat summa pax in terra. habebat quoque Salomon equorum currilium 40. millia, et duodecim millia equitum, quorum medietas regi in Hierusalem obsequabatur, reliqua verò per vicos regios dispersa manebat. Præfectus verò ille qui ministrabat expensas mensæ, equis horreum et paleam ministrabat, deuehens omnia ad locum vbi rex morabatur. Salomon quoque rex præcellebat omnes oriētales sapientia, Aegyptios et Hebræos, et scripsit librum de canticis numero versuum quinq; millium, parabolarum quoque scripsit tria millia. Et disputauit de natura arborum et herbarum à cedro vsque ad hyssopum, de natura quoque omnium animantium philosophatus est per vnumquodque genus. Excogitauit etiam adiurationes, quibus ægritudines solent mederi, & quibus demones eijciuntur, & alias quibus obstricti non redeunt. Excogitauit etiā characteres qui inscribebantur gemmis, quæ positæ in naribus arrepti cum radice sibi monstrata, statim eum à demōnibus liberabant. Hæc scientia plurimum valuit in gente Hebræorū, & maximè necessaria erat. ante aduētum enim Christi sæpius homines à demōnibus vexabantur. Iosephus testatur se vidisse huiusmodi exorcistam, coram Vespasiano demones eijcientem. Decreuit & Salomon ædificare domum nomini Domini et palatium sibi. quare misit ad Hiram regem Tyri, qui amicus erat Dauid patris sui, dicens: Mitte mihi, oro, virum eruditum, qui nouit operari in auro et argento, ære et ferro, purpurā, coccino et hyacintho, et qui sciat sculperæ calaturas, cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa, quos præparauit Dauid pater meus. sed et ligna cedrina mitte mihi et abiegna et pinea de Libano. erūt serui mei cum seruis tuis, vt parentur hæc. præterea operarijs qui cæsuri sunt ligna, dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, olei quoque batos viginti millia. Dixit Hiram per literas Salomonis: Quia te regnare fecit Dominus super populū suū, benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit Dauid regi filiū sapientem et eruditū, vt ædificet domū Domino et palatiū sibi. Misi ergo tibi virū prudentem et artificem nobilem Hiram patrem meum, filiū mulieris de filiabus Dan, qui patre habuit Tyrium, hic nouit operari quæcunque desiderat rex. Nos cedemus ligna in Libano, applicabimus ea ratibus per mare in Ioppen: tuum erit transferre in Hierusalē.

Salomonis
pueritia.

3. Reg. 2.

Adoniae
interitus.Sacerdotij
translatio.Ioab occi-
ditur.

3. Reg. 3.

Salomoni
datur sapi-
entia.Iudicium
Salomonis.

3. Reg. 4.

Mensæ Sa-
lomonis.Salomonis
sapientia.

3. Reg. 5.

Hiramus
ad Sa-
lomonem
epistola.

*centies

Numerauit igitur Salomon omnes profelytos, & inuenti sunt *centum quinquagies ter mille & sexcenti, fecitque ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus caderent. Tria autem millia & sexcentos prappositos operum populi. Porro latomi lapides grandes & preciosos incidebant & quadrabant: qui ad eò grandes fuerant, quòd multi ex eis habebant in longitudine cubitos viginti, in latitudine decem, in altitudine quinque. Hos latomi cum eruisent, camentarij dolabant: bipalij verò artifices in his imagines sculpebāt.

Templi de-
scriptio.
3.Reg. 6.

Factum est autem, post quadringentos & octoginta annos egressionis Israel de Aegypto, anno quarto regni Salomonis, mense secundo, qui apud nos *Maius, coepit Salomon aedificare domum Domini de marmore candido, id est, Pario, in monte Moria, vbi Abraham voluit filium immolare, & Iacob vidit in somnijs scalam de caelo ad terram, & in area Ornan, vbi Dauid vidit angelum cessantem à percussione populi gladio pestis. Longitudo templi fuit sexaginta cubitorum, latitudo xx. altitudo cxx. à pavimento vsque ad primum tabulatum erat altitudo xxx. cubitorum, & à primo tabulato seu solario vsque ad secundum, erat altitudo similiter xxx. cubitorum, & ab isto secundo solario vsque ad tertium, quod erat templi tectum, erat altitudo lx. cubitorum. Habebat ergo duo solaria inter pauimentum & tectum, & in quolibet solario erat ab extrà in circuitu deambulatorium, & tendebatur per quinque cubitos, & erant ibi cancelli, ne inde caderent ambulantes: pars autem inferior seu prima mansio ab intrà, erat tota cooperta tabulis cedrinis vel abiignis, quibus desuper erant affixæ laminæ aureæ cum clauis aureis, veluti etiam pauimentum. Et diuidebatur in duas partes, scilicet primam templi, ad quem locum primò erat ingressus in templum ab oriente. erat autem ingressus xl. cubitorum. Secunda pars, sancta sanctorum, xx. longitudinis. eratque in medio inter sancta sanctorum paries factus tabulis cedrinis, & laminis aureis coopertus, altus xx. cubitis, ante quem velum appensum tenuit, quod scissum est à summo vsque deorsum tempore passionis Christi. Intra sancta sanctorum erat arca Domini facta à Moyse, in medio inter duo cherubim de oliuis sculpta & cooperta auro, quæ *recta erant, & duas alas extendebant supra propiciatorium, quod propiciatorium erat tanquam operculum capsæ, erectum super eam cum est aperta, sicut se habent tabulæ altarij pictæ. duas alas extendebat, ita quòd ala vnus cherubim tangebatur alam alterius, & alia extremitate alarum tangebatur parietem templi: & erat longitudinis decem cubitorum quilibet eorum. In arca erant tabulæ decalogi. Solum semel intrabat pontifex summus in anno sancta sanctorum, in festo scilicet propiciationis. In sancta autem intrabant sæpe sacerdotes. & ibi ex parte meridionali erat candelabrum aureum, quod fecerat Moyse, cum septem lucernis: & ex parte aquilonari mensa propositionis panum aurea. ibi altare aureum, decem candelabra eiusdem schematis, sed maioris quantitatis, quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. Et similiter x. mensas aureas maiores alia, & in medio eorum altare thymiamatis, factum de lapidibus, coopertum tabulis cedrinis, & postea aureis, super quo dabatur incensum thymiamatis. Et fortè altare aureum à Moyse factum paruum erat in sancta sanctorum, quia ibi erat thuribulum aureum. In parietibus verò templi ab intrà erant sculpturæ pulcherrimæ cherubim & palmarum. Super tectum templi erat per gyrum nerua aurea, & in labio exteriori per circuitum erant vites aureæ cum vuis & pampinis aureis. Nerua prædicta erat in magnitudine hominis, vt videretur à longè quasi sylua aurea. & in summitate iuxta tectum, cum cõsummaretur templum, positus fuit ille lapis reprobatus ab aedificantibus, qui cõiungebat in angulis duos parietes. Portæ templi erant de lignis abiignis, laminis aureis coopertæ & sculptæ cum cherubim & palmis, erantque ad orientem. In facie templi erat porticus, quæ in euangelio dicitur vestibulum templi, habens columnas æreas, inter quas erant duæ mirabiliores cæteris pulchritudine sculpturæ. Erat autem porticus xx. cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: decem latitudinis ante faciem templi. In hoc vestibulum ascendebatur ab atrio sacerdotum duodecim gradibus, vel vt alij volunt, septem. Post vestibulum aedificauit Salomon xxx. domunculas paruas, quæ sui copulatione totum templi spatium extrinsecus ambiabant. Harum singulæ habebant quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & in altum xv. erant cubitorum. Ingressusque earum ita disposuit, vt ex vna ingrederetur ad alteram aliquo spatio interposito. & supra eas aedificatæ sunt alia, mensura & numero æquales, ita vt latera templi tria per circuitum tegeterentur domunculis illis vsque ad primam tabulatam exterius: reliqua pars

Matth. 27.

Nerua aurea.

Lapis reprobatus.

Salomonis domunculae

templi

templi superior, videri poterat liberè. Domus autem hæ, fuerunt cubilia & cœnacula hebdomadariorum, & gazophylacia vasorum & vestium sacerdotaliu. Erant autem plura atria circa templum. Primum erat atrium sacerdotum, platea grandis ex omni parte circa templum diffusa per quadrum, quæ præ foribus templi ad orientem plurimum extendebatur: quia ibi erat altare æneum, vbi à sacerdotibus immolabantur, id est, ascendebantur animalia in sacrificium. Hoc altare erat longitudinis xx. cubitorum, & totidem latitudinis, quadrum, altitudinis decem. eratque vacuum, desuper eraticulatum, vt infra descenderent cineres, qui euacuabatur per ostium quod infra erat. * & mare æneum, & * luteræ. Circa verò latera templi duo, scilicet ad aquilonem & meridiem, non erat ita lata illa platea, sed ex parte occidentis adhuc strictior. Huius plateæ ex omni parte pauimentum vario marmore stratum, & varijs erat imaginibus figuratum. Hoc autem atrium cingebatur murus breuis, altitudinis trium cubitorum, coopertus tabulis cedrinis per gyrum, vt cæteros à ministris prohiberet. & ad hunc parietem appodiabant se psallentes, conuersique ad populum, super hunc inclinati, loquebantur. Hic ambitus muri, vocabatur Gion. vnum solum introitum habebat ad orientem contra portam templi, habens aperturam xxv. cubitorum. Vsque ad hunc introitum ascendebant viri & mulieres, deferentes oblationes suas ad ministros sibi occurrentes. & ascendebant per xxiii. gradus. Intra istud atrium erat & mare æneum, ad modum caldarij decem cubitorum, * à labio vsque ad aliud labium e contra rotundum erat. Eius ambitus xxx. cubitorum erat. Et positum erat ad dextram partem templi super xij. paruos leones æneos, & ibi sacerdotes manus & pedes lauabant ministraturi. Fecit etiam decem luteræ æneas, id est, conchas, quinque ad dextram, & quinque ad sinistram: vbi lauabantur carnes animalium, lotis exterioribus in probatica piscina, quæ erat in Hierusalem. Erat & sub isto aliud atrium, longè maius ex omni parte, quod circuibat templum, continens in se atrium primum, & murus ambiens ipsum, erat in altitudine viginti quinque cubitorum: & ex parte occidentali templi nullam habebat portam, ex parte verò meridionali habebat quatuor portas, & similiter ex parte aquilonari. Ex parte autem orientali, scilicet ante faciem templi, erat in medio porta, quæ dicebatur speciosa: in angulis huius partis duæ portæ paruæ. & ex tribus his partibus, aquilonis, meridici & orientis, erant porticus, vbi manebant homines tempore pluuiæ. nam aere sereno manebant sub dio ad orandum. solum autem mundis viris licebat manere in hoc atrio. hoc etiam dicitur templum, in quo Christus sæpe prædicabat. Ex parte orientali huius atrij manebant numularij vendentes animalia offerenda, quos Christus dicitur eiecisse de templo, id est, de hoc atrio. Erant autem in porticibus, & circa portas huiusmodi atria, diuersæ capsæ pro oblationibus. Vna dicebatur Masach, vbi recipiebantur oblationes regu, & aliorum etiam, sed in festiuitatibus. Alia dicebatur Corban, vbi mittebantur oblationes sacerdotu & votiua. de qua dixerunt, cum agerent de triginta argenteis: Nò licet eos mittere in Corban. Tertia, quæ dicebatur gazophylacium, vbi mittebantur oblationes pauperu, vel ad vsus pauperu. In lateribus autem huius atrij, scilicet australi & meridionali, erant in porticibus pastophoria, id est, loca apta, in quibus comedebantur à laicis mundis, quæ eis cõtingebant de sacrificijs animaliu. In porticibus etiã illis erant tria genera sedilium: prima dicebantur cathedra, vbi sedebant doctores in gymnasio: secundæ dicebantur synedra, vbi auditores in cõsistorio: tertia exedra, vbi assessores cum iudice ad aliquid tractandum. Sub hoc atrio erat & tertium in decliuori parte montis: quod etiam erat maioris circuitus quam cõtineret secundum, sed non tantæ venustatis, & erat eiusdem cõpositionis cum secundo: ibi orabant & manebant mulieres mundæ tantum. Sub hoc erat & quartum atrium, cuius murus per circuitum ab extrà erat in radice collis huius, & ascendebat quadringentis cubitis vsque ad verticem tantum collis, vbi templum erat situm. Et ita hic murus nò prohibebat ad spectum templi, nec eorum qui ministrabant in atrio interiore. hic orabant immundi viri & mulieres, & gentiles qui veniebant ad orandum in templo. Fecit quoque fieri multa vasa in templo, aliqua aurea, aliqua argentea, aliqua ænea, vel de aurichalco.

Dicitur etiam, quòd in constructione templi malleus & securis, vel aliud ferramentum, non sunt audita: ita prius erant omnia polita. Prædictis omnibus perfectis, Salomon scripsit omnibus Hebræorum principibus ac senioribus, vt iuberent omnem populum ad dedicationem templi Hierosolymam conuenire, vt viderent simul & templum & Dei arcam ibidem portandam. conuocataque multitudine Hierosolymis,

Templi de-
dicatio.

inis,

Atria tem-
pli plura.Altare æne-
um.Vulgo quò-
uisque in te-
plum ascen-
dere licebat.Luteræ seu
conchæ
æneæ.Iohan. 2.
Matth. 27.

Matth. 27.

Cathedra.

Synedra.

Exedra.

mis, rex cum ingenti hostiarum pompa, luminaribus atque sacrificijs innumerabilibus, arcam primo mensē cum duabus testamenti tabulis in adyto templi collocauit. in quo quidem etiam vnam auream manna plenam, & virgam Aaron posuit.

His optime gestis, Salomon orationem fudit ad Dominum pro populo, qua completa, sese deuotissime prostravit in terram, & adorato Domino, surrexit, & in templo per septem dies obtulit hostias, xxij. millia boum, arietum centum viginti millia. Septimo autem die manifeste vidit Deum sacrificia sua grata habuisse. nam ignis ex aere omnibus videntibus, super altare descendit, & hostias vniuersas absumpsit. Cumque sacrificia celebrasset rex, cum benedictione dimisit populum in pace. Antē tamen apparuit Dominus secundo illi per somnium, dicens: Exaudiui orationem tuam, sanctificauit domum hanc, & erunt oculi mei cunctis diebus super eam, & super te, & super populum Israel, si custodieritis mandata quae proposui vobis: alioqui auferam vos de terra quam dedi vobis, & templum hoc projiciā a conspectu meo, & erunt arumnae vestrae fabulae narrantiū. Factum est autem, post haec cepit Salomon construere anno regni sui duodecimo aedificia domorum regalium, quae tredecim annis vix effecit. non enim circa ea adeo feruens erat studium populi, sicut circa templum.

Fecit autem tres domos, vnam sibi, alteram vxori suae filiae Pharaonis, & domū saltus. Domum suam aedificauit praeclearissimam, domum verò reginae simili opere: domus saltus duplex erat, id est, ex duplici materia: pars inferior erat lapidea, in qua reponerentur aromata & pigmenta ad vsus templi & domus regiae, vt ex beneficio terrae & muri diu vigerent. Superior pars domus lignea erat, de lignis Libani facta: vnde & dicta est domus saltus Libani: & circumquaque cōstita erat arboribus & viridarijs mirae voluptatis. in ea reponerentur arma, vt beneficio ligni rubiginem non sentirent: erant arma non solum ad pugnandum, sed etiam ad decorem & ostentationem regij fastus. Fecit etiam rex Salomon ducenta scuta aurea: sexcenti scilicet erant in vno quoque scuto, & totidem lanceae aureae erant. fecit quoque ducentas peltas aureas, quarum quaedam erant rotundae, aliae instar semicycli factae. his vtebatur custodes regis ante ostium domus excubantes: & quando rex egrediebatur, antecedebant eum equitantes & ferentes huiusmodi arma iuuenes flauī, & vsque in equorum sessionem diffundentes caesariem comis suis, adijcientes auri tincturam. hos sequebatur rex vectus in currū. Porro pars illa superior domus saltus, habebat longitudinem centum cubitorum, & in latitudine quinquaginta, & in altitudine triginta, cuius camera rota vestiebatur tabulis cedrinis. Sustentabatur verò tribus ordinibus columnarum: vnusquisque ordo habebat columnas quindecim eregione se respicientes, & pari modo à se distantes, & ita inter muros & tres ordines columnarum, erant quatuor deambulatoria. pro foribus autem domus fecit porticum cubitorum quinquaginta longitudinis, & triginta latitudinis. Eregione erat domus regia, grandi interiorae viridario, eiusdem longitudinis, latitudinis & altitudinis qua domus saltus. Verū tamen simplex erat & vnus mansionis murus, cuius altitudo quatuor habebat distinctiones, quarū tres diuersis variabantur coloribus, quarta verò superior, celataris erat ornata: erant ibi arbores sculptae diuersi generis, ramis, folijs & pomis obumbratae, ita vt propter miraculū subtilitatis agitari quodammodo putaretur. In medio totius amplitudinis erat domuncula, habens latitudinem triginta cubitorum, & in ea erat solium validis columnis fabricatum, in quo rex sedens, iudicia proferebat: in posteriore parte domus laquearia & parietes vestiti erant auro, vbi fecit rex thronū de ebore grandem, & vestiuit eum auro, cuius ascensus facilis erat, sex gradibus & marmore porphyrio factus. xij. leuunculi stabant super sex gradus hinc & inde. reclinatio throni posterior, rotunda erat, sedens super vitulum respicientem post tergum, & duae manus hinc & inde tenebant eum, & duo leones stabant iuxta manus singulas. Non fuit tale opus in vniuersis regnis. Fecit & circa domum reliqua habitacula & sedilia, vbi post causas explicatas residebat, strata omnia ex marmore & tabulis cedrinis. Fecit quoque domum reginae in latere descendente, marmore, cedro, auro & argēto opulentissime decoratam. fecit & vniuersa vtriusque domus praecleara, necnon & vasa quaecunque sunt epulis opportuna: omnia ex auro fecit. Perfecit itaque templū, domos regias cum omni supellectili sua viginti annis, Hiram rege Tyri praebente auxilium in lignis & auro. Tunc dedit Salomon Hiram vicissim viginti oppida in terra Galilaeae, in forte Neptalim maritima: sed noluit rex Tyri recipere, licet à Tyro non procul essent posita. Tunc primum terra illa vocata est Galilaea gentiū, non quod ibi gentes

Ignis absumpsit hostias.

Salomonis aedificia.

Scuta. Lanceae. Peltae.

Comarum longarum quis olim vsus.

Solum Salomonis.

Galilaea cur terra gentium.

habiterent, sed quia sub ditione regis gentilis erat, quia eam tandem recepit. Post haec conuertit animum rex ad muros ciuitatis construendos, quos miro robore ampliauit. vias quoque regias, quae ad Hierosolymam ducerent, nigro lapide stravit, sed & nouas ciuitates pro opportunitate locorum fundauit, quasdam contra hycnis intemperiam, quasdam aduersus cauma aestiuum, quasdam contra veris & autumnū mutabilitatem. Vltra fines quoque terrae promissionis plurimas vrbes occupauit, socero suo, rege Aegypti, qui vltimus Pharaon dictus est, auxilium praebente.

Chananæos autem de monte Libani vsque ad ciuitatem Amathi fecit sibi tributarios, ex quibus & elegit seruos, de filijs enim Israel nullum fecit Salomon seruum, sed erant viri bellatores & ministri eius, ex quibus erant super omnia opera Salomonis praepositi quingenti quinquaginta. Classē quoque fecit in insula Aegyptiaca Alion Gaber, & nauigabat cum seruis Salomonis viri nautici de Tyro, deferentes de Ophir aurū multum, & circumeuntes Indiam, post triennium referebant aurū, quadringenta atque viginti talenta. argentū quoque ac dentes elephantorum, munus nullo comparabile precio, simias, pauones, gemmas, ligna Thyina quam plurima lignis sethim non dissimilia, odore iucundissimo admirabilia. Ex illis rex Salomon fulcra fecit atque sedilia magnificentissima in domo Domini ac aedibus regijs. Tum citharas & lyras, ceteraque nonnulla musica instrumenta, veluti etiam nabla cantoribus ex electro fabrefecit. Erant adē omnia splendida, omnia magnifica, vt nullus penē inter res preciosas argento locus relinqueretur: siquidem plerumque pro foribus domorum sedilia plurima in Hierusalem erant argentea, vbi abundabant etiam cedri. Ad horum incredibilem opinionem regina Saba, nomine Nicaula, excitata, ad videndum eum Hierosolymā venire constituit, & suscepto splendido comitatu ac magnifico, ingressa est Hierusalem, & locuta est Salomoni vniuersa quae habebat in corde suo. nec fuit sermo qui regem lateret, sed soluit aenigmata illius, & docuit eam in omnibus his quae proposuerat. Admirata est illa ita, quod vltimā in ea non esset spiritus, asserens famā multo minorem esse veritate. veruntamen praeter ceteris admirabatur domum saltus, & supra templū fabricam, ordinē quoque & frequentiam ministrantiū in templo: tertium verò, ordinem & distinctionē feruentium regi in mensa. nam & pincernae pariter cultu distincto ab alijs ornabantur, similiter & panum latores & dapiferi, vt in tanta multitudine ministrorū nullus dubitaret, quis cuius rei ministerio fungeretur. Cui tunc regina profitebatur, dicens: O rex, quis non benedicat Deum, & hanc tuam prouinciā & eius habitatores, quod te tam insignem ad regni culmen euexerit? & ad ostendendū suae matris affectum, statim apertis thesauris suis, viginti auri talenta regi obtulit, & aromatum innumerablem multitudinem ac lapides preciosissimos multos, & inter cetera etiam quasdam arbusculas seu radices balsamo sudantes, quas Salomon non longe ab Hierosolymis in monte Engaddi plantari iussit, cui etiam Salomon multa redonauit, nihilque fuit quod postulanti non praebere, & tandem his susceptis muneribus, regina ad propria remeauit. Tradunt autē quidam, eam scripsisse Salomoni, quae praesentialiter ei dicere timuit, se vidisse quoddam lignum in domo saltus, in quo suspendendus foret quidam, pro cuius morte regnū Iudaeorū perituum esset, & quibusdam indicijs illud regi indicauit: quare lignum (vt aiunt) in terrā Salomon suffodit, id quod postea in Probatica piscina supernatarit, lignum crucis viuificae. Verū hae incertis feruntur auctoribus. Procedente verò tempore, amaui rex Salomon mulieres alienigenas contra legem, & posuit maculam ac schisma in genere suo: fueruntque ei vxores quasi septingentae, & concubinae trecentae, quae auerterunt cor eius, cum iam senex esset, & secutus est deos alienos, ne delicias suas contristaret, aedificauitque in excelsis circa Hierusalem tria phana idolorum, vnum Astoreth deae Sidoniorum, quae Iuno dicitur: secundum, Chamos idolo Moabitarū: tertium, Moloch idolo Ammonitarū, cuius phanum statuit in monte Oliueti eregione templi, quod plurimum Deo displicuit: vnde & postea dictus est locus ille, locus offensionis. Venit ergo ad eum propheta missus à Deo, dicens: Haec dicit Dominus, quia seidisti pactum meum, seindam regnum tuū, & dabo illud seruo tuo, non tamen totum, sed tribū vnam praeter tribū Iuda, relinquam filio tuo propter Dauid seruum meum, propter quem etiam non faciam haec in diebus tuis. Porro cum vixisset Salomon in summa pace, circa finem vitae sulcavit ei Dominus aduersarium Adad Idumaeum de femine regio, qui in tempestate illa quando defecit Ioab in Idumaeos, puer fugit in Aegyptum, cui postea

Murorum struētura.

Vltimus Pharaon qui fuerit.

Nicaula Aegypti & Aethiopiae regina.

Idololatria Salomonis.

rex

rex Aegypti dedit sororem vxoris suae in coniugem, quae peperit ei filium Genebath. Cumque audisset Adad David & Ioab mortuos esse, & postea Salomonem infatuatum, egressus de Aegypto, vastauit seu infestabat Israel. Adiecit & ei Dominus alium aduersarium, Razon principem latronum in Damasco. Hieroboam quoque filius Nabat Ephraem, seruiens Salomoni, leuauit contra regem manum suam hoc modo: Salomon aedificauit Mello, muros voraginis extollens, ut coaequaret eos ciuitati David. vidensque Salomon Hieroboam bonae indolis & industrii, statuit eum praefectum operis, deinde constituit eum super vectigalia vniuersae domus Ioseph. Quaedam die dum egrederetur Hieroboam de Hierusalem, inuenit eum in via Achias propheta Silonites, opertus pallio nouo, quod scidit in xij. partes, & ait ad Hieroboam: Tolle tibi decem scissuras, haec enim dicit Dominus: Dabo tibi decem tribus, & eris rex super Israel: filio autem Salomonis dabo vnam, vt remaneat lucerna David coram me in Hierusalem, quam elegi, vt esset nomen meum ibi. Quo audito, Hieroboam intumescens suadebat populo, vt recederet a Salomone. quamobrem Salomon statuit eum interficere. tunc Hieroboam fugit in Aegyptum ad Sefac regem Aegypti, vsque ad mortem Salomonis. Tum dormiuit Salomon, & sepultus est in ciuitate David, cum regnasset in Hierusalem super omnem Israel quadraginta annis. Veruntamen Iosephus dicit, quod mortuus sit Salomon valde longaeuus, qui regnauit annis octoginta, & vixit annis nonaginta quatuor. sed secundum priorem positionem, vixisset solum annos quinquaginta & vnum, nam regni sui vndecimo anno Salomon genuisse perhibetur Roboam. sed Comestor dicit, diuinam scripturam eos tantum exprimere annos, quibus regnauit antequam praepararetur. Laosthenes Eupalis regis filius, xxxij. Assyriorum rex, xj. regni Salomonis anno Assyrijs regnare coepit, regnauit annis 37. Labotes quartus Lacedaemoniorum rex, 14. anno regni Salomonis coepit regnare, regnauit annis 37. Agilaus tertius Corinthiorum rex, anno octauo regis Salomonis regnare coepit, regnauit annis 37. Alba Syluius sextus Latinorum rex, nono regni Salomonis anno Latinis regnare coepit, & regnauit annis 39. hunc beatus Aug. 18. de ciuit. Dei cap. 20. dicit Albam urbem in Latio instaurasse, & ibidem regni sedem constituisse, a quo deinceps successores eius Albanorum reges, omisso Latino-rum nomine, appellari coepti sunt. Semeias propheta vir sanctus, tempestate hac magno in precio apud Hierusalem est habitus. hic inter Roboam postea & Hieroboam bellum ortum sedauit, & inter caetera hic illorum duorum regum gesta scripto mandare curauit. Sadoe, summus Hebraeorum sacerdos in principio regni Salomonis haberi coepit. hic a Salomone sacerdotium obtinuit, eo quia cum Nathan propheta eidem Salomoni regnum procurauit, de quo aliquid in principio generationis huius inuenies. Achias propheta vidit in spiritu populum conculcantem iugum bouum, & praedixit sacerdotes conculcandos a populo, & Salomoni praedixit quod euertendus esset a mulieribus. sepultus est iuxta ilicem in Silo. Anno regni Salomonis xxxij. coepit Aegyptiorum dynastia prima, in qua primo regnauit Smendis annis 26. hic (vt existimo) binominis fuit: nam illa aetate Sefac rex fuit Aegypti, qui multas Iudaeae cepit vrbes anno quinto Roboam, vt dicitur, & pactis praecedentibus, urbem regiam intrauit: sublatisque thesauris domus Domini & domus regis, omnia secum tulit. Refert & Herodorus, Sefac multas gentes subiugasse, apud quem est hoc quoque memorabile, quod inquit Aethiopes ac Phoenicas ab Aegyptijs didicisse circuncisionem.

GENERATIO XXXV.

ANno 4206. a mundi exordio, cum Roboam filio Salomonis, xxxv. incepit generatio. regnauit autem Roboam super Iudaeam in Hierusalem annis xvij. prophetabant sub ipso in Iudaea Achias, Amos, Iohel & Azarias. Hic Roboam filius Salomonis, vir erat superbus, fatuus ac pauidi cordis, qui cum noluisset paternis amicis credere, perdidit principatum. nam Salomone eius patre defuncto, omnes populi eum aduertes, rogauerunt vt aliquid de seruitijs & onere paterno relaxaret, quo deuotiores esse vellent apud eum. Ille autem relicto in hoc senum consilio, iuuenibus adhæsit, & dura populo respondit. dixit enim, minimum digitum suum vastiorem dorso patris sui, & securitatem quam fuerant in illo experti, aucturum se afferuit. Haec quippe Dei voluntate ab eo gesta sunt, vt quae praedixerat Achias propheta, perducerentur ad effectum. Vnde audientes tam durum responsum populi, vno ore dixerunt, nihil

nihil sibi deinceps commune fore cum filijs David, tumultuantes. Metuens igitur Roboam, ne lapidaretur ab eis, relicta Sichimorum ciuitate, vbi tum erat, Hierosolymam confugit, & a tribubus Iuda solum ac Benjamin constitutus fuit rex. Reliquae vero decem tribus ab eo recedentes, regem sibi constituerunt Hieroboam. Roboam misit inter haec ad populum Aduram, qui erat super tributa, & lapidauerunt eum. Hieroboam autem qui profugus a facie Salomonis in Aegyptum ierat, mortuo rege reuersus est, qui & vna cum populo remissionem vectigalium perierat. repulsa habita, rex a populo Israel constitutus est. Decem enim tribus constituerunt Hieroboam regem super se. Iuda vero & Benjamin tribus securae sunt Roboam, & fuerunt cum eis Leuitae, propter templum quod erat in Hierusalem, & tunc separata est monarchia regni Hebraeorum in duo regna, nec amplius ad vnitatem redijt. & dictum est regnum decem tribuum, regnum Israel, pro multitudine nomen patris sui Iacob conseruans. alia etiam dictum est regnum Ephraim, quia Hieroboam de Ephraim tribu erat. Alterum vero dictum est regnum Iuda, ob dignitatem tribus regiae, in quo linea Christi seruata est. Porro Roboam collegit exercitum, centum octoginta millia electorum virorum, vt pugnaret contra rebelles, ac illos reduceret. Sed nec illud bellum Domino placuit. vnde misit ad eum Semeiam prophetam, dicentem: Haec dicit Dominus, nolite pugnare contra fratres vestros. His precibus acq̄uere. Hieroboam vero dixit in corde suo: Si ascenderit populus hic in Hierusalem quotannis ter, conuertetur ad Roboam. quare novos colendi ritus instituit, duos vitulos aureos, totidemque templa construxit. illis seductus est populus. Nam rex primus velut pontifex, cum caeteris sacerdotibus altare conscendit, & hostias ac sacrificia de vitulis obtulit, dixitque ad populum: Omnis locus habet Deum. non est necesse vt ascendatis ad Hierusalem, vt ibi queratis Deum. Ad quem misit Dominus prophetam Gad, vt aliqui volunt, qui rege stante super altare ad immolandum, exclamauit: Altare altare, haec dicit Dominus, nascetur filius David nomine Iosias, qui comburet super te ossa sacerdotum tuorum. Et ait ad populum: Dabo vobis signum, quod locutus sit in me Dominus, ecce altare scindetur, & effundetur oblatio quae est in eo. Tunc rex extendit manum suam, praecipiens eum apprehendi. & statim aruit manus eius cum brachio: altare quoque scissum est, & effusa sunt omnia quae erant in eo. Timens autem rex, ait ad prophetam: Ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Quo orante sanata est manus regis. Cumque dixisset ei rex, Veni vt prandeam tecum, & dabo tibi munera: respondit, Non possum. sic enim praecipit mihi Dominus. Non comedes panem, neque bibes aquam, neque reuerteris per viam qua venisti. Egressus itaque propheta de Bethel, reuertebatur in Hierusalem per aliam viam. erat autem in Bethel propheta quidam, senex & iacens in lecto. cui cum indicassent filij eius quae viderant & audierant, dixit eis: Sternite mihi asinum. & ascendens, abiit post virum Dei, & ait ad eum: Redi tecum vt comedas. Qui respondit: Non possum, quia prohibuit Dominus. At ille: Propheta sum sicut tu, & dixit mihi Dominus, Reduc eum vt comedat. seductus ille, redijt. Cumque sederent in mensa, factus est sermo Domini ad prophetam qui reducerat eum, & ait in spiritu: Quia non custodisti mandatum Domini, non inferetur cadauer tuum in sepulcrum patrum tuorum. Cumque rediret vir Dei post prandium, occidit eum leo in via, asinus autem propheta stabat iuxta cadauer, & leo non tetigit asinum, sed cadauer custodiebat. quod cum accepisset senex ille, retulit cadauer prophetae, & posuit illud in sepulcro suo, dicens filijs suis: Cum mortuus fuero, ponite ossa mea iuxta ossa eius, vt par catur ossibus meis propter eum. Hieroboam autem non reuersus est a via sua pessima. nam senex ille persuadebat ei non fuisse verum prophetam quem Dominus occiderat: de ariditate vero manus, dixit eam labore sacrificandi obtupuisse, & post quietem ad naturam propriam remeasse, altare vero propter onus impositorum ruptum fuisse aiebat. In diebus illis habuit Hieroboam filium nomine Abiam, qui aegrotare coepit, & ait rex vxori suae: Commuta habitum, ne cognoscaris, & vade in Silo ad Achiam prophetam, qui mihi quondam locutus est de regno. roga eum super puero. Et ascendit mulier ad Achiam, qui videre non poterat praesentem, sed praestructus a Domino, ait: Ingredere vxor Hieroboam. quare te aliam simulas? vade, & dic Hieroboam, exaltaui te, tu autem proiecisti me, fecisti tibi deos alienos, ego percutiam de Hieroboam mingentem ad parietem, & delebo de domo eius vsque ad vilissima. dabo cadauera eorum canibus & feris, tu autem reuertere, & in introitu tuo morietur puer, qui solus de domo

Regni Iudaici diuisio.

Hieroboam idololatriae.

*reductus erat. &c.

Falsorum prophetarum in suppressa veritate motus & techna.

3. Reg. 14.

Hieroboam inferetur in sepulcrum. Redijt itaque mulier interea, & mortuus est puer. Anno autem quinto Roboam, cum iam fecisset Iuda malum coram Domino, fecit sibi aras & statuas & lucos super excelsa montium, veluti effœminati cultores Cybeles: offensusque Dominus, suscitauit contra Iudam Sefac regem Aegypti, qui venit in Hierusalem manu forti, cui cum resistere non possent, pactis ingreditur urbem, quæ tamen non seruauit, sed diripuit thesauros domus Domini & domus regis, scuta quoque aurea abstulit, pro quibus postea rex Roboam fecit ærea scuta. fuit autem Sefac cunctis diebus inimicus Roboam. Roboam duxit vxores decem & octo & concubinas sexaginta, è quibus vna Absalom filia fuit, quam super omnes amabat, de qua natus est ei filius, quem Abiam appellauit. Genuit quoque ex omnibus vigintiocto filios & sexaginta filias. Cuncti verò sacerdotes Israel pariter & Leuitæ, qui Deum ex toto corde quærebant, ad eum in Hierusalem conuenerunt ad immolandum victimas Domino Deo patrum suorum, qui & regnum Iuda optime roborauerunt. Quo confirmato, ipse rex ad impietatem conuersus, spreuit Dei religionem. quapropter vindicem super eum misit Deus regem Aegypti Sefac, ut dictum est. Quadraginta autem & vnus anni erat, cum regnare cœpisset, & postquam decem & septem annis regnasset in Hierusalem, pugnam habens contra Hieroboam cunctis diebus, dormiuit cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius eius pro eo. Constituit enim Abiam filium Maachæ, dum adhuc viueret, ducem super omnes fratres suos. Anno autem primo Roboam regnare cœpit Hieroboam super decem tribus, & dictus est rex Israel, ac in eo cœpit initium regum Israel: habitauit in Samaria, regnauit autem annis xxij. Anno verò regni Roboam regis xvj. regnauit apud Assyrios Piriciades xxxij. rex, regnauit annis xxx. Smyrna his temporibus restauratur ab Amazone. Anno regni Roboam viij, Epytus Syluius rex Albanorum vij. regnauit annis xxij. Anno regni Roboam tertio, Therisippus Athenis magistratum administrauit quartus annis xj. Anno regni Roboam viij. Doristhus quintus rex Lacedæmoniorum, regnare cœpit, regnauit annis xxix. Anno regni Roboam quinto, Pryminas quartus Corinthiorum rex, regnare cœpit, regnauit annis xxxv.

GENERATIO XXXVI.

Anno 4223. à mundi exordio, in Abia filio Roboam, xxxvj. incepit generatio. regnauit hic annis tribus super Iudam in Hierusalem, anno regni Hieroboam in Israel decimo octauo. Abia rex cunctis erat fratribus clarior, qui cum iustus & rei militaris scientissimus esset, Hieroboam regem Israel ad se cum ingenti exercitu venientem facile superauit, ex cuius quidem exercitu quinquaginta millia hominum vno prælio interfecit. hic xiiij. duxit vxores, è quibus xxij. genuit filios & sedecim filias. Ambulauit autem in omnibus peccatis patris sui, ac anno tertio regni sui mortuus est, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, regnauitque Asa filius eius pro eo. In secundo anno regni Abiæ, Psufenses Aegyptijs regnare cœpit.

GENERATIO XXXVII.

Anno 4226. à mundi exordio, in Asa filio Abiæ, anno regni Hieroboam xxj, xxxvij. incepit generatio. Regnauit autem Asa super Iudam in Hierusalem annis xlij. prophetaribus in Iudæa * Aggæo, Hien, Amos, Iohel, Azaria, Abdia, Michæa, Anani. Asa rex fecit rectum coram Domino, sicut Dauid pater eius, & abstulit effœminatos de terra & sordes idolorum, & * Maathan matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & subuertit specum eius, & simulacrum turpe combussit in torrente Cedron, excelsa tamen non abstulit, non tamen ad idololatrandum, sed ad retrahendum populum ab idololatria. Anno secundo regni eius, Hieroboam mortuus est, & regnauit Nadab filius eius pro eo, qui ambulauit in vijs patris sui, quibus peccare fecit filios Israel. Et cum obsideret ciuitatem Gebethon Philistinorum, infidiatus ei quidam amicus suus Baasa, interfecit eum anno secundo regni sui, & regnauit pro eo. Positus autem imperio, omne genus Hieroboam interemit, iuxta verbum Achia propheta. nam alij quidem cognatorum Hieroboam, in ciuitate mortui, à canibus lacerati sunt, alij à volucris deuorati, ac sic domus Hieroboam pro impietate sua pertulit vltionem dignam. Regnauit autem Baasa in Thersa annis xxiiij. fuitque de tribu Isachar. Porro Asa anno decimo regni sui percussit * Zaram

ram regem Aethiopia plaga grandi, qui irruerat in regnum Iuda. Et redeunti Asa à victoria, occurrit Azarias propheta, asserens victoriam sibi à Deo concessam, quia legitima eius seruabat. Tunc scripsit Asa in omnem prouinciam, vt omnes legem Dei diligenter seruarent, regnumque sic composuit, cunctam ab eo abscindens nequiritam. Baasa verò rex Israel, tanquam malignus & impius, in vijs Hieroboam atq; eius peccatis quibus peccare fecit Israel, ambulans, populum suum multis malis affixit, & Deo multam iniuriam intulit. contra Asam quoque cunctis diebus vitæ suæ bellum gessit. Ascendit tandem in Iudam, & muro circumdabat Rhama, vt nullus è regno Asa possit egredi aut ingredi. Asa verò rex Iuda, cum videret se angere, tollens aurum & argentum de domo Domini & de domo regia, misit illud Benadab regi Syriæ in Damaicum, dicens: Fœdus fuit inter patres nostros. peto vt recedas à Baasa, & me adiuues. Et acquiescens Benadab, misit exercitum in ciuitates Israel. Quod audiens Baasa, intermisit ædificare Rhama, & reuersus est in Thersam. Porro Asa tulit vniuersa ligna & lapides ædificandi gratia apportata, & ædificauit ex eis Gabaa & Maspha. Tunc venit ad eum propheta Anani, arguens eum, quod relicto Domino, spem posuerat in regem Syriæ. propter quod Asa prophetam incarcerationi, super quo iratus Dominus, interfecit plures de populo. Venisse etiam legitur post hæc Hieu propheta filius Anani ad Baasa, dicens: Hæc dicit Dominus, exaltaui te de puluere, tu autem ambulasti in vijs Hieroboam, & in multis peccare fecisti populum, ideo demetâ postera tua, & faciam domum tuam sicut domum Hieroboam. Ob quod occidi fecit rex prophetam. Sed & Baasa paulò post à Creone milite suo peremptus est, & in ciuitate Thersa sepultus, cui successit filius eius Hella. Hella Baasæ filius, anno xxvj. regni Asæ regnare cœpit in Israel. regnauit annis duobus. hic quoque flagitiosus temulentusque fuit, omnium virtutum expers, propter quod seruus eius Zambri, videns eum temulentum, in vrbe Thersa interfecit, & ipse regnum occupauit. quo obtento, omne Baasæ genus (vt prædixit propheta) interemit, ac sic domus Baasæ radicitus propter impietatem suam euulsa est. Zambri, mortuo Baasa, septem tantum diebus regnauit. exercitus enim audiens quæ gesserat Zambri contra principem suum, constituit sibi regem Amri, qui cum exercitu multo venit in Thersa, & bellica manu cepit eam. quod videns Zambri, ad arcem confugiens, semetipsum vnâ cum arce cremauit: mox in Israel contentione suborta, pars sequebatur Amri, pars verò Thebni. cumque vicisset pars Amri, Thebni occisus est. Amri itaque Israelitarum quintus rex, xxx. anno regis Asæ suscipiens imperium, tenuit illud xij. annis, primò cum Thebni quattuor, postea in Samaria octo annis. hic super omnes qui ante eum fuerant, nequior inuentus est. Emit autem Amri à Somer duobus argenti talentis partem mortis, in quo erat ciuitas Mareon, & reparauit eam, vocans Samareon, alio nomine Samariam, & in eâ posuit sedem regni, quæ prius fuerat in Thersa. Fecit malum ac impietatem coram Domino, propter quod hunc Dominus cum genere suo extinxit, denique ipse in Samaria est defunctus, regnauit Achab filius eius pro eo. Aegrotauit etiam Asa anno xxxix. regni sui dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsuiuit Dominum, sed medicorum arte confusus est. dormiuit cum patribus suis anno quadagesimo primo regni sui, ac sepultus est in ciuitate Dauid, & regnauit Iosaphat filius eius pro eo. Ophrateus Assyriorum rex 34. regnare cœpit anno Asæ 26. regnauit annis 20. Nophercheres anno 40. regni Asæ regnare cœpit, regnauit annis quattuor apud Aegyptios. Capys Syluius viij. Latinorum rex, anno xiiij. regni Asæ regnare cœpit, regnauit annis 28. Capua Campaniæ ciuitas ab isto condita dicitur. Agefilaus sextus Lacedæmoniorum rex, 20. regni Asæ anno cœpit regnare, regnauit annis 44. hic vir omni laude dignus, ab Hercule originem ducens. hic aliquando interrogatus meliòrne esset fortitudo, an iustitia: ait, Fortitudine nõ indigemus, si iusti sumus. Hic, cum laudaretur orator qui paruas res augeter quàm vehementissimè, ait: Cetero neminem minime laudo, qui paruo pedi magnum induit calceamentum. Aliquando quidam dixit, Promissisti: respondit, si quidem iustum est: sin iniustum locutus sum, non promisi. Cumque idem subdidisset, Decet reges quicquid capite annuunt, perficere: Non reges magis, respondit, quàm illos qui reges adeunt, iusta decet petere & ita loqui. De obloquentibus dixit, Non minus eorum, qui dicerent, quàm de quibus dicerent, perdiscendos mores. Thasij pro beneficijs acceptis, diuinis eum honoribus persecuti sunt, quibus ait: Deos prius vos ipsos facite, tum deificandorum hominum habere vos potestatem credam. Phorbas Atheniensis dux, 24. regni Asæ anno regna-

re coepit, praesuit annis 31. Bacis Corinthiorum rex quintus, anno regni Afa 15. regnare coepit. regnavit annis 5. & 30.

GENERATIO XXXVIII.

3. Reg. 15.

* patris
Iosaphat
rex.Achab rex,
& vxor eius
Iezabel.

3. Reg. 17.

Helias a
cornu ciba-
rus.Suscitavit
Helias vi-
duae filium.

Anno ab exordio mundi 4267. in Iosaphat filio Afa, 38. incepit generatio. regnavit autem Iosaphat sextus rex super Iudam annis 25. hic matrem habebat nomine Abidam, qui & proavi sui pietate, religione ac fortitudine imitator fuit. omnes enim effeminatos e terra Iuda extinxit, idola quaeque deleuit, flagitia omnia emendavit. Vnum duntaxat in eo reprehendendum fuit, quod impijs Israel regibus auxilium praestitit. His temporibus prophetauerunt, Helias, Helisaeus, Abdias, Zacharias, Michaeas. Anno primo regni Iosaphat, regnare coepit in Israel Achab Amri regis filius, regnavit annis 32. vel ut Iosephus vult, annis 20. & aliquot mensibus. hic super omnes qui ante eum fuerant, pessimus fuit. duxit enim vxorem Iezabel, filiam regis Sidoniorum, cuius consilio & opera omnibus in rebus usus est, quae eum ad tantam seduxit vesaniam, ut etiam praeter vitulos quos fecerat, Baal deo Tyri & Sidonis templum aedificaret, & plantaret omnium arborum lucos, vbi sacerdotes & falsos prophetas constituit. Iosaphat autem rex cum esset vir clarus atque bonus, constituit milites, praesidiaque, imposuit ad vrbes in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat pater eius Afa, & fuit Dominus cum eo. non enim speravit in Baal, sed in Deo patris sui, confirmavitque Dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera ei propter bonitatem sui regiminis, factaque sunt ei infinita diuitiae & gloria multa, excelsa etiam & lucos abstulit. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis, ut docerent populum in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, Helisama quoque & Ioram sacerdotes, docebantque populum, habentes librum legis Domini. Itaque factus est fauor Domini super omnia regna terrarum, quae erant per gyrum, nec audebant bellare contra eum. Sed & Philistaei Iosaphat munera & vectigalia argenti deferebant. Arabes quoque adducebant pecora arietum septem millia & septingentos, ac hircos totidem. & aedificauit in Iuda domos ad instar turrium, vrbes muratas, & multa opera. Viri quoque bellatores & robusti erant in Hierusalem, in Iuda quidem princeps exercitus Ednas dux, & cum eo robustorum virorum trecenta millia: post hunc Ioannan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia: post illum Amasias consecratus Domino, & cum eo ducenta millia: hunc sequebatur robustus ad praelia Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia: post istum etiam Iozabad, & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbus muratis & in vniuersa tribu Iuda. Achab interea rex Israel in malis proficiens, dijs seruiebat alienis, contempnitque legem Domini. Erat his temporibus propheta Elias Thesbites, id est, a ciuitate Thesba oriundus, qui cum percepisset quod Achab paruipenderet comminationes Moysis & iudicia Dei, orauit Dominum, ut clauderetur caelum, & prohiberentur pluuiae iuxta maledictionem Moysis. & cum exauditum se intellexit a Domino, venit ad Achab & dixit: Viuit Dominus Deus Israel, non erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et cum ita eueniret, volebat Achab occidere Heliam, qui fugit ex praeccepto Domini, & latuit in torrente Carith, vbi panes ei & carnes mane ac vespere corui deferebant. bibebat autem de torrente, qui torrens post dies aliquot siccatus est. factusque est sermo Domini ad eum dicens: Surge, & vade in Sareptam Sidoniorum; praecipi enim tibi mulieri viduae, ut pascat te. Cumque venisset Helias ad portam Sarepta, apparuit ei mulier colligens ligna, & vocauit eam, dicens: Da mihi paululum aquae. cumque illa pergeret ut afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi, obsecro, buccellam panis. quae respondit, Viuit Dominus, quia non habeo nisi quantum pugillus capere potest farinae in hydria, & paulum olei in lecytho. en colligo duo ligna, ut mihi ac filio meo aliquid faciam, ut comedamus ac moriamur. Ad quam Helias: Noli timere, sed & fac mihi primum de farinula sub cineritum panem, tibi filioque; postea. farina enim nec oleum deficiet donec pluuia dabitur. fecit mulier iuxta verbum prophetae, comeditque tota eius domus. Incepit autem post haec aegrotare viduae filius, ita ut non maneret in eo halitus. dixit illa ad Heliam: Ingressus es ut rememorarentur iniquitates meae, & interficeres mihi filium? Tulit itaque Helias filium de sinu matris, & portauit in coenaculum super lectum suum. exclamauit ad Dominum, & expandit se super puerum tribus vicibus, & reuersa est anima pueri, ac reuixit,

uixit, quem matri praesentauit, ad quod mulier: Nunc, ait, in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu. Hunc puerum tradunt Hebraei fuisse Ionam prophetam. Interea Iezabel volens destruere cultum Dei quantum posset, & cultum Baal extollere, interfecit prophetas, id est, religiosos viros in Israel, quorum aliqui spiritum habebant prophetiae. Tunc Abdias dispensator domus Achab, qui timebat Dominum, non consentit regi in malum, centumque illorum virorum saluauit, abscondens quinquaginta in vna spelunca, & quinquaginta in altera, & prouidit eis de victu & vestitu, ex quo consecutus est a Deo donum prophetiae. Dum esset fames vehemens in Samaria, dixit Achab ad Abdiam dispensatorem suum: Vade ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte possimus inuenire herbam pro iumentis. iuit & ipse rex. non pluerat autem iam tribus annis & mensibus sex. Et cum esset Abdias in via, ex praeccepto Domini occurrit ei Helias. qui cum cognouisset eum, cecidit in faciem suam, & ait: Num tu es domine mi Helias? cui ille: Sum, vade & dic domino tuo, adest Helias. & ille, Quid peccavi, ut tradas me in manu regis, qui te requisit per omnia regna, nec te quisquam reperit, & si dicam, Adest, tu verò interea abis, interficiet me quasi illuserim ei: nunquid non seruus tuus timet Dominum ab infantia? an non indicatum est tibi, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas, quod absconderim centum ex illis, & saluauerim? Et dixit Helias: Vade, & dic quia adsum. Abijt ergo Abdias, & indicauit Achab. qui venit, & cum vidisset Heliam, ait: Tu ne es ille qui conturbas Israel? Et ille ait: Non ego, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. & factum est ita. dixit autem Helias ad omnem populum Israel: Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini illum: si autem Baal, sequimini illum. Non respondente populo, dixit: Ego sum hic solus, & prophetae Baal multi: dentur nobis duo boues, illi eligant bouem vnum, cuius frustra ponant super ligna, igne non supposito, & ego similiter faciam: inuocent deum suum, & ego Deum meum. & cui dabitur ignis de sublimi, ipse sit Deus. & placuit populo propositio Heliae. Cumque sacerdotes Baal fecissent quod dixerat, inuocabant Baal a mane vsque ad meridiem, & transliebant altare quod fecerat, & incidebat se iuxta ritum suum lanceolis, ita ut sanguine perfunderentur. demones enim plurimum delectantur oblatione sanguinis humani. Et illud ebat eis Helias, dicens: Exaltate vocem, forte deus vester dormit, aut cum aliquo alio loquitur, aut in diuersorio est. & dixit Helias ad populum: Accedite, & praesente populo, curauit altare Domini, quod destructum erat, id est, destruxit altare istorum, & mundauit locum. tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum Israel, & aedificauit altare, & fecit aqueductum in circuitu altaris per duo loca, ligna superposuit & membra bouis, praecepitque; afferri aquam, quam effudit vsque ad impletionem aquaeductus, ne forte putaretur arte magica de visceribus terrae suscitasse ignem. Et clamauit Helias ad Dominum in auribus populi: Domine Deus patrum nostrorum, exaudi me hodie, ut discat populus iste quia tu es Dominus Deus. & descendens ignis de sublimi, vorauit holocaustum, ligna & lapides, puluerem & aquam quae erat in aquaeductu, lambens. Adorauit populus & ait: Dominus ipse est Deus. & mandante Helia, apprehenderunt omnes prophetas Baal, duxeruntque ad torrentem Cison, vbi interfecit eos Helias, & ait ad Achab: Ascende & comede ante descensum pluuiae. comedente Achab, Helias ascendit verticem Carmeli, & pronus in terram inclinato capite inter genua, orabat. & ait ad puerum suum, Vide contra mare, si ascendat nubes. erat enim aer serenissimus. Et ait puer, Non est quicquam. & misit eum septies. septima autem vice ascendebat nubecula de mari, excrefcens vsque ad hominis quantitatem. ait Helias ad Achab: Descende citò in Iezrael, ne te occupet pluuia. & ecce contenebrati sunt caeli, & nubes & ventus & pluuia facta est grandis. Festinauit autem Achab in Iezrael, & facta est manus Domini super Heliam, qui curabat ante Achab donec intraret vrbe. Cumque accepisset Iezabel quae fecerat Helias prophetis suis, indignata, misit nuncios ad Heliam, dicens: Haec faciant mihi dii, & haec addant, nisi cras hac hora posuero animam tuam, sicut tu prophetis fecisti. Helias ad haec extimuit, fugitque in Bersabee, vbi dimisit puerum suum Ionam, solus intrans desertum vno die. sedensque subter vnam iuniperum, orauit ut moreretur ibi, dicens se non esse meliorem patribus suis. & obdormiuit. Tunc angelus Do-

mini tetigit eum, dicens: Surge, comede. & ecce ad caput eius erat subcineritius panis, & vas aquae. comedit & bibit, ac rursus obdormiuit. suscitauitque eum angelus secundò, dicens: Surge, comede. grandis enim restat tibi via. & comedit Helias, ac ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus ac totidem noctibus usque ad montem Dei Oreb, in quo apparuit Dominus Moysi in rubo, & mansit ibi Helias in spelunca. Ait autem Dominus ad eum: Quid hinc agis Helia? & respondit: Zelo zelatus sum aduersus Israel pro te. nam altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, & aufugi. Ait Dominus: Egredere, & transibit Dominus coram te. & operuit Helias vultum suum pallio, stetitque in ostio spelunca, & Dominus in sibilo aurae tenuis transiens, dixit ad eum: Quid hinc agis Helia? reuertere & vade in Damascum, & in ultionem inuiges Azahel regem super Syriam, & * Hieu filium Namfi super Israel, Helisum autem filium Saphat de Abela, inunges prophetam pro te, & isti tres interficient idololatrias de Israel, & relinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata Baal. Hoc dixit Dominus ad consolationem Heliae, ut sciret adhuc superesse mundos ab idololatria. Profectus ergo Helias, inuenit duodecim viros arantes in duodecim iugis bouum, quorum vnus erat Helisus, & posuit Helias pallium super eum, & continuo prophetauit. & currens post Heliam, ait: Osculer, oro, ante patrem & matrem, & sequar te. & reuersus, mastrauit par bouum. & coxit illud in lignis aratri, dedit conuiuium socijs suis & vicinis. surgensque, securus est Heliam, & ministravit ei. Porro Benadab rex Syriae congregauit omnem exercitum suum, & 32. reges cum eo, ascendensque pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Misit autem Achab nuncios pro pace ad Benadab. cui Benadab: Vis ut recedam a te? cras eadem hora mittam seruos meos, & omne quod placuerit eis, tollent de domo tua, & de domibus seruorum tuorum vxores & liberos. Inijt Achab consilium cum senioribus, qui dixerunt: Non acquiescas illi. & respondit Achab nuncijs: Dicite domino meo, Omnia quae iussisti, facere possum, excepto quod de vxoribus & liberis dictum est. & indignatus Benadab, renunciauit multo peiora se facturum. Porro cum regibus suis bibens, ait suis seruis: Circundate ciuitatem. cumque expugnare satagerent, timuit Achab nimis, & ecce propheta Michaeas (ut quidam volunt) ait: Haec dicit Dominus, ego tradam omnem multitudinem hanc in manu tua hodie, ut scias quia ego sum Dominus. Et ait Achab: Per quae? qui respondit: Per pedissequos principum prouinciarum. Ait Achab: Quis erit dux eorum? qui respondit: Tu. Inuenit Achab filios principum ducentos & 23. recensit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia, & egressi sunt meridie. Cumque nunciatum esset Benadab, misit in occursum eorum, dicēs: Sive ad pacem, sive ad praelium venerint, apprehendite eos viuos. Filij verò principum percusserunt obuios, vnusquisque virum qui contra se veniebat. fugerunt Syri, & percussus est eos Israel, fugitque rex Benadab in equo. Secuti sunt Israelitae, & percusserunt Syriam plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad Achab, dixit: Vide quid facias. sequenti enim anno reuertetur Benadab contra te. Serui verò regis Syriae dixerunt: Dij montium sunt dij eorum. pugnauius autem in montibus, ideo victi sumus. quòd si pugnaemus in campestribus, dij eorum nihil possent aduersum nos. Igitur Benadab amouit ab exercitu suo reges quasi delicatos ad consilium suorum, & posuit principes pro eis. venitque anno sequenti cum exercitu restaurato in Aphec urbem, quae est in campestribus. Porro filij Israel recensiti, sunt profecti ex aduerso, & castrametati sunt quasi duo parui greges caprarum. Syri autem repleuerunt terram, & dixit vir Dei ad Achab Michaeas: Quia dixerunt Syri, Deus montium Dominus est, & non vallium, blasphemantes tradam eos in manum tuam. & direxerunt acies ex aduerso. Septima autem die percussi sunt Syri, centum millia peditum numero, & reliqui fugerunt in Aphec, & cecidit murus super eos qui remanserant. Benadab autem fugit in ciuitatem, latuitque in cubiculo. serui autem eius timentes ne superueniret Achab, nemini parcens, quia nouerunt reges Israel clementes esse, accinxerunt lumbos suos fassis, ponentesque funiculos in capribus, venerunt in occursum Achab, dicentes: Seruus tuus Benadab orat vitam, dabit autem quamcunque impo- fueris multam. Qui respondit: Si adhuc viuuit, faciam cum eo foedus. Mox adducunt Benadab, & leuaui eum Achab secum in curru suo, & dixit ad eum Benadab: Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo, reddam tibi. fac tibi forum rerum venalium in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. feceruntque inuicem foedera pacis.

Tunc

Tunc Michaeas dixit ad socium suum: Percute me. at ille noluit. cui ait: Quia non audisti vocem Domini, cum recesseris a me, percute te leo. quod & factum est. inueniensque alterum virum, dixit: Percute me in capite. qui vulnerauit eum. Tunc Michaeas, mutato vultu ad dispersione pulueris & sanguinis, clamans ad regem ait: Seruus tuus egressus est ad praelium, adduxit vir vnus captiuum suum ad me, dicens: Custodi istum, qui si euaserit, erit anima tua pro anima illius. elapsus mihi est, quid erit? ait rex, Iudicium tuum est quod ipse decreuisti. tunc lota facie, agnitus est propheta a rege, & ait: Haec dicit Dominus, quia dimisisti virum blasphemum, erit anima tua pro anima eius, ipse te interficiet. & iratus rex, iussit eum clausum custodiri, secundum Iosephum.

Achab regis mors praedicta.

Porro Naboth Iezraelites habebat vineam iuxta palatium regis. dixit ad eum rex: Da mihi vineam tuam, dabo tibi meliorem vel precium. Qui respondit: O rex, non possum. est enim mihi relicta a patre meo. Contristatus rex pra indignatione, noluit comedere. ad quem Iezabel: Aequo animo esto, ego dabo tibi eam. scripsit secretò literas nomine Achab, & annulo eius signatas misit ad iudices in Iezrael. Ex hoc patet, quòd còscio Achab literè scriptae fuere. iubebat autem vt submitteret testes, qui diceret, Naboth maledixisse regi, & sic crimen lese maiestatis incurrisse. Factum est ira, & lapidatus est Naboth extra ciuitatem. Cum autem accepisset Achab de morte Naboth, vxore faciente, descendit vt possideret vineam. Occurrit regi Helias Thesbites, dicens: Occidisti & possidisti. In loco quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambet & tuum. qui respondit: Num inuenisti me inimicum tuum? ait Helias: Eo quòd venundatus sis diabolo, propterea demeret Dominus posteriora tua, & dabit domum tuam sicut domum Hieroboam & Baasa: sed Iezabel comedent canes in agro Iezrael. Achab ergo timens valde, scidit vestem suam, & operuit se cilicio, & dormiuit in sacco. & ait Dominus ad Heliam: Quia humiliatus est Achab coram me, non inducam malum hoc in diebus eius, sed in diebus filij. Transferunt ergo tres anni inter Syriam & Israel sine bello. Inter haec Iosaphat rex Iuda accepit vxorem filio suo Ioram, Athaliam filiam Achab & Iezabel, & confederati sunt rex Iuda & rex Israel. cumque Iosaphat descenderet ad regem Israel, dixit Achab: Nostra est Ramoth, erat enim vna ex ciuitatibus refugij, quam occupauerant reges Syriae. & conuersus ad Iosaphat, rogabat vt secum iret ad preliandum pro Ramoth Galaad. qui respondit: Sicut ego, ita & tu. populus meus, populus tuus. attamen quare (oro) sermonem Domini. congregauit ergo Achab prophetas quadringentos circiter viros, quos consuluit si iret ad preliandum in Ramoth. Qui dixerunt: Ascende, & Dominus dabit eam in manu tua. Ait Iosaphat: Non est hic propheta Domini? quasi diceret, hi sunt prophetae Baal. Cui Achab: Remansit vnus Michaeas, sed odi eum, quia non prophetauit mihi bonum. putabat enim reliquos occisos a Iezabel. Tunc petente Iosaphat, vocatus est Michaeas. Porro in pseudo- prophetis erat Sedechias, ferens cornua ferrea, dicensque ad Achab: Haec dicit Dominus, his ventilabis Syriam. Tunc quaesuit Achab a Michaeas id, quod quaeserat ab alijs. qui respondit: Ascende, & tradet eos Dominus in manu regis. non tamen dixit, quos vel cuius regis. Cui Achab: Adiuro te, vt non loquaris, nisi quod verum est, in nomine Domini. Tunc ait Michaeas: Vidi Israel dispersum quasi oues sine pastore. & intelligens Achab quòd praediceret se moriturum, dixit ad Iosaphat: Vides quoniam non prophetauit mihi bonum? Tunc addidit Michaeas: Vidi Dominum sedentem, & angelos assistentes ei, bonos a dextris, malos a sinistris, & ait: Quis decipiet Achab, vt descendat & cadat? Et dicit vnus a sinistris: Ego ero spiritus mendax in ore prophetarum eius. Tunc Sedechias percussit Michaeam in maxilla, & ait: Me ne dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi? Cui Michaeas: Visurus es quado absconderis in cubiculo. & vidit Sedechias regem haesitantem, confortauitque eum secretò, dicens: Hic si fuisset propheta, aruisset manus mea sicut manus Hieroboam. Sed & locutus est contra Heliam, qui praedixit regem moriturum, vt mortuus est Naboth. Tum rex praecipit in carcerari Michaeam usque ad reditum suum, & pane tribulationis ac aqua angustiae sustentari mandauit. dixitque Michaeas: Si reuersus fueris, non est in me locutus Dominus. Ascenderunt itaque Iosaphat & Achab reges in Ramoth cum exercitu. praecipit autem rex Syriae principibus belli, vt reliquos non curantes, solius Achab sanguinem quaerent. At rex Israel mutauit habitum suum. concurrentibus autem ad pugnam contra Iosaphat, exclamare coepit ad seruos suos, & intellexerunt Syri non esse Achab, & cessauerunt ab eo. Vnus autem dirigens sagittam in incertum, percussit Achab inter pulmonem & stomachum, & fluebat sanguis in sinum, mor-

3. Reg. 21.

Poenitentia Achab.

3. Reg. 22.

Iosaphat & Achab foedus.

tuus est, delatusque in Samariam, & ibi sepultus. Dum autem lauarent mulierculæ currum & habenas in piscina Samaria, linxerunt canes sanguinem eius iuxta verbum Helia. Iosaphat autem rex reuersus est pacificè in Hierusalem, cui occurrit Hieiu filius Anani, propheta, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, idcirco iram Domini mereris: sed ob bona opera tua, quòd præparasti cor tuum vt requireres Dominum Deum patrum tuorum, pepercit tibi Dominus. Habitabat ergo Iosaphat in Hierusalem, reuocauitque populum Bersabeæ vsque ad montem Ephraim ad Dominum, constituitque iudices in cunctis ciuitatibus Iuda, præcipiens vt iudices viderent quid facerent. non enim hominis (ait) exercetis officium, sed Domini. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Deum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Hierusalem quoque constituit Leuitas, sacerdotes & principes familiarum. Post hoc congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, vt pugnarent contra Iosaphat. quod cum nunciaretur ei, timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Deum, & prædicauit ieiunium. Sed & omnes iussu suo venerunt de vrbibus ad obsecrandum Deum. stansque, rex ante atrium nouum, ait: Domine Deus patrum nostrorum, in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam potest resistere: nunc ecce filij Ammon & Moab & mons Seir venit aduersum nos, & in nobis non est tanta fortitudo, vt possimus huic resistere multitudini. sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te. Erat autem Iaziel propheta Leuites de filijs Asaph, super quem factus est spiritus Domini, qui ait: Hæc dicit Dominus, nolite timere: non est enim vestra pugna, sed Dei: Cras descendite aduersus eos, & videbitis auxilium Domini super vos. Porro omnes laudabant Dominum. Manè factò, egressi sunt, & dixit Iosaphat: Audite omnes habitatores Hierusalem, credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. præmisit autem cantores, qui voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius. Cumque pugnare cõpissent, vertit Dominus insidias hostium in semetipfos. nanque filij Ammon & Moab confurrexerunt aduersum habitatores Seir, vt interficerent eos. quo factò, etiam in semetipfos conuersi, mutuis concidère vulneribus, & cum iaceret regio omnis plena cadaueribus, venit Iosaphat & omnis populus, inueneruntque variam supellectilem, vestes quoque & vasa preciosissima, nec per tres dies spolia auferre poterant præ magnitudine prædæ. die autem quarto uenerunt in vallem, & benedixerunt Domino, vocataque est vallis benedictionis. postea reuersi sunt in Hierusalem cum psalterijs, citharis & tubis in domum Domini. irruit autem pauor Domini super vniuersa regna terrarum, deditque Dominus pacem Iosaphat, & ambulauit in vijs patris sui Asa, faciens placita coram Domino. Anno verò decimonono, vel secundum alios decimosextimo Iosaphat, mortuo Achab, regnare cõpìt Ochozias filius eius pro eo, regnauit annis duobus. hic homo malignus fuit, & omnino vtrique parenti similis, seruiuitque Baal, & adorauit eum. Inijt autem amicitias rex Iosaphat cum Ochozia, cuius opera fuerunt pessima. fecerunt autem classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum tollendum, & contractæ sunt naues. prophetatus est autem Eliezer filius Dodan, ad Iosaphat dicens: Quia habuisti foedus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæ sunt naues, nec potuerunt ire in Tarson. Tunc ait Ochozias ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus, & noluit Iosaphat, sed patienter sustinuit increpationem prophete. Eodem tempore præuaricatus est Moab in Israel, quia rex Moab per iuramentum se obligauerat ad seruiendum regi Israel sub tributo, sed mortuo Achab, rebellauit. Cecidit ad hæc Ochozias per cancellos coenaculi sui in Samaria, qui de consilio matris suæ Iezabel, consuluit deum Accaron Beelzebub, vtrum de infirmitate viuere posset. Angelus autem Domini misit Heliam, vt occurreret nuncijs eius, & diceret ad eos: Nunquid non est Deus in Israel? quamobrem hæc dicit Dominus, De lectulo suo non descendet, sed morietur rex. Reuersi sunt nuncij ad regem, & dixerunt: Vir occurrit nobis, & dixit: Ite, reuertimini ad regem, & dicite, Nunquid non est Deus in Israel? & consulis Beelzebub, idcirco de lectulo non descendes, sed morieris. Qui dixit, Cuius figuræ & habitus est vir iste? dicunt, Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Helias est. Et misit rex quinquagenarium cum suis quinquaginta armatis, vt vocaret Heliam, vel inuitum traheret. Ait quinquagenarius Helia, sedenti in vertice montis: Homo Dei, rex præcipit vt descendas ad eum. Qui respon-

dit:

dit: Si homo Deusum, descendat ignis de celo, & deuoret te & tuos. Sic factum est. Misit quoque rex alium quinquagenarium, qui similia locutus, similia passus est. Destinavit & tertium, qui creditur fuisse Abdias, hic curuans genua coram Helia, ait: Obsecro vt miseraris animæ meæ & seruatorum meorum. Et ait angelus ad Heliam: Descende cum eo, ne timeas. Qui descendit ad regem, & dixit: Quia misisti ad Beelzebub, quasi non esset Deus in Israel, morieris. & mortuus est, vt prædixit Helias. regnauitque Ioram frater eius pro eo. Anno igitur 18. Iosaphat regis Iudæ, Ioram filius Achab regis Ioram rex Israel. regnare cõpìt in Samaria super Israel, & 12. annis regnauit. Tulitque idola quæ pater suus introduxerat, veruntamen à culu vitulorum Hieroboam non recessit. quem cum redargueret Michæas quispiam, occisus est ab eo, præcipitio, vt aliqui putant. Porro Helias postea venit cum Helisæo in Galgala, & ait Helias: Mane hic, quia misit me Dominus in Bethel. Helisæus sciens in spiritu eum tollendum esse, secutus est eum. Et occurrerunt ei filij prophetarum, qui erant in Bethel, qui dixerunt Helisæo secretò: Scis quia hodie tolletur dominus tuus à te? Qui respondit: Noui, silete. Ait Helias Helisæo quòd maneret, sed noluit. Cumque veniret Helias ad Iordanem cum Helisæo, & quinquaginta de filijs prophetarum à longè specularentur, inuoluit Helias pallium suum, percussit aquas, quæ diuisæ sunt, & transferunt per sicum, dixitque Helisæo, Postula à me quod vis, antequam tollar à te. Qui respondit: Oro, fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit: Rem difficilem petis. tamen si videris me quando tollar à te, erit: alioqui non erit. Cumque pergerent, ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrunque. Ascendit Helias, & ferebatur per turbinè in cælum. Helisæus hoc videbat & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. & dimisit Helias pallium suum. accepto pallio, redijt ad Iordanem: percussit aquas pallio, & non sunt diuisæ. ait, Vbi est Deus Helia? percussitque iterum, & diuisæ sunt aquæ, atque transijt. Quod videntes filij prophetarum, dixerunt: Requieuit spiritus Helia super Helisæum. Helias vltra non inuentus est. Tunc dixerunt viri Hiericho ad Helisæum: Terra hæc optima est, sed aqua fontis terram facit sterilem. qui assumpsit vas nouum terreum, imposuit sal, & egressus, misit sal in fontem, orauitque, dicens: Hæc dicit Dominus, sanauit aquas has, & non erit vltra in eis mors aut sterilitas, & sanæ factæ sunt aquæ. Cumque ascenderet in Bethel, illudebant ei pueri, dicentes: Ascende calue, Ascende calue. Et maledixit eis in nomine Domini. egressique sunt duo vrsi de saltu, & deuorauerunt, ex eis quadragintaduos. erant enim parentes eorum idololatæ, ideo pueri sunt puniti. Porro Mesa rex Moab, post mortem Achab, præuaricatus est foedus quod habebat cum eo, negauitque regi Israel dare tributum promissum: ideo misit Ioram ad Iosaphat, petens vt ei præstaret adiutorium contra Moab: qui respondit se paratum, & per quam viam ascendere vellet, quaesiuit. at ille respondit, per desertum Idumææ. Accepit secum Iosaphat regem Edom, cumque venissent per desertum Idumææ, conuenerunt rex Israel & rex Iuda, pergentes septem diebus, defecitque aqua. Et ait Iosaphat: Est ne hic propheta Domini? cui quidam, Helisæus est hic, qui effundebat aquam super manus Helia. & steterunt tres reges ante Helisæum, dixitque ad regem Israel, Quare venis ad me? quasi diceret, cum sis idololatra. veruntamen (ait) propter Iosaphat respiciam te, & vocari fecit psallentem. cumque caneret psaltes, per harmoniam excitatus est spiritus eius, & factus est spiritus Domini super eum, & ait: Facite in alueo isto foueas & fossas, vt aquam retinere possit. dabit enim Dominus aquam vobis sine vento & pluuia in abundantia, insuper tradet Dominus Moab in manus vestras, vrbes electas percuetis, ligna fructifera succideris, fontes obturabitis, agros egregios operietis lapidibus. factum est, manè in hora sacrificij pluuia tribus diebus venerunt. Porro Moabita stabant in terminis terræ suæ, vt prohiberent hostes ab ingressu. qui cum manè vidissent exaduerso aquas turbidas, suspicati sunt infectas sanguine, & dixerunt: Surgamus ad prædam, mutò cæsi sunt hostes. irruentibus occurrit illis Israel, & vrsi sunt in fugam. perfecit illa quatuor exercitus Israel, quæ prædixerat Helisæus. Circudederunt quoque ciuitatem, vbi erat sedes regni. desperans rex Moab, tulit secum septingentos electos, vt irrumperet per partem exercitus, vbi erat rex Edom & aufugeret, sed hostes repulerunt eum in vrbem, tantaque necessitate compulsus est rex, quòd filium suum qui regnaturus erat pro eo, coram hostibus supra murum obtulerit holocaustum, vt deus eum liberaret. reges autem videntes hoc facinus, ex humana compassione obsidionem soluunt. redijt Iosaphat in Hierusalem, & occurrit ei Hieiu propheta filius

4.Reg.4. filius Anani, culpans eum quod homini idololatæ solatium præbuisset. Per idem tempus vxor Abdiæ propheta clamauit ad Helisæum, dicens: Vir meus mortuus est, & oppressus ære alieno propter alimentum prophetarum. ecce creditor venit ad tollendos filios duos ad seruendum ei. Ad quam Helisæus: Quid habes in domo? Ad quod illa: Nil nisi paululum olei. Qui ait: Pete mutuo vasa vacua, & clauso ostio cum filiis tuis, mitte ex eo in omnia vasa. dumque infunderet mulier, augetur oleum. impletis vasibus, venit Helisæus, dicens: Vade, vende, & redde precium creditori. tu autem & filij tui viuite de reliquo. Fortè cum iret Helisæus per ciuitatem Sunam, à muliere quapiam magna & corpore & prudentia tenebatur, vt comederet panem. cumque frequenter diuerneret apud eam Helisæus, suauis mulier viro, vt faceret ei cœnaculum paruum, & poneret in eo lectulum, mēsam, sellam & candelabrum. Redijt Helisæus, & ibi requieuit, dixitque famulo suo: Aduoca Sunamitem hanc, & loquere ad eam, si quid à me petat. Interrogata mulier, nihil petebat, dixitque Giezi ad eum: Filium non habet, & vir eius senex est. Tunc ait Helisæus ad eam: Habebis in vtero filium. quæ respondit: Vir Dei, ne mentiaris ancillæ tuæ. Concepit mulier & peperit, iuxta verbum prophete. Cumque creuisset puer, egrotare coepit dum iret ad menses patris, clamauitque, Caput doleo, caput doleo. inde missus puer ad matrē, mortuus est. collocauit eum mater super lectulum Helisæi, clausit ostium, & dixit marito: Curram ad virum Dei. sedens mulier in asino, cum puero vno venit ad virum Dei in montem Carmeli. misit illi in occursum Helisæus Giezi, vt interrogaret, rectène ageretur circa se, virum, & filium. Quæ respondit, rectè. proiecitque se mulier ad pedes eius, & cum Giezi eam amouere vellet, ait ipse: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me. Ait mulier: Dedisti filium non petenti, & nunc illusa sum. Et ille ad Giezi: Tolle baculum meum, & vade sine mora, neminem saluta, nec cuiquam responde, pone baculum super faciem pueri. Cumque abiisset, secutus est illum cum Sunamite, & reuersus est Giezi in occursum eis, dicens: Non surrexit puer. Ingressus Helisæus, incubuit super puerum, membra singula coaptando membris. cumque orasset, oscitauit puer, & aperuit oculos. reddidit eum matri suæ, & reuersus est in Galgala. ibi enim natus fuit. Erat autem fames in Israel, ac filij prophetarum conuenerunt ad Helisæum, qui dixit vni de pueris: Coque pulmentum filij prophetarum. hic egressus, per ignorantiam tulit * colocynthidas, hoc est, cucurbitam agrestem, & concidit in ollam. Cumque gustassent recumbentes, clamauerunt: Mors in olla. allatamque farinam Helisæus misit in ollam. & dulcorata est esca. Multiplicauit etiam miraculose panes. Dum esset princeps Syriæ Naaman, qui præerat militiæ regis, latronculi duxerunt captiuam ex Israel, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. erat autem leprosus, aitque ancilla: Vtinam dominus meus esset cū propheta Samariæ, ille curaret eum. Tulit Naaman argentum & aurum, decem matoraria vestium, tulitque, literas regis Syriæ ad regem Israel, in hæc verba: Scito quia miserim ad te Naaman, vt cures eum à lepra. Et audiens rex Israel, scidit vestimenta sua, & ait: Numquid ego Deus sum? occasione querit aduersum me. & misit ad eum Helisæus, dicens: Cur scidisti vestimenta tua? veniat ad me. Venit Naaman & equitatus eius ad ostium Helisæi. Qui misit ad eum, dicens: Lauare septies in Iordane, & mundaberis. abijt Naaman, indignatus quod non tetigisset eum, inuocans nomen Domini. Dixerunt serui: Si rem grandem dixisset tibi propheta, facere debueras: quanto magis quod modicum est? Descendit ergo, & lauit septies in Iordane, & mundatus est, rediensque stetit coram Helisæo, & ait: Scio quod non sit Deus in vniuersa terra nisi Deus Israel. Obtulit itaque Helisæo munera, quibus cum reluctaretur, quasi vim facturo Syro, ait Helisæus: Viuit Dominus quia non accipiam. & ait Naaman: Obscuro vt tollam onus duorum burdonum, id est, mulorum de terra hac. fortè vt faceret altare Domino ex eo ad adorandum. vnde subdit, Non faciet seruus tuus vltra holocaustum ac victimas dijs alienis, nisi Domino. Vnum est quod vitare non possum: cum innititur rex super manum meam, & adorat in templo Remmon, oportet me simul adorare: ora Dominum, vt non imputet mihi hoc. Et abijt Naaman. Cucurrit autem Giezi post Naaman, vt aliquid acciperet ab eo, & dixit: Dominus meus misit me ad te, dicens: Venerunt duo adolescentes ex filiis prophetarum. da eis talentum argenti, & vestes duplices. At ille dedit ei duo talenta, vestes, & pueros qui deferrēt ea, absconditque in domo. Cumque vespere staret coram Helisæo, ait: Vnde venis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quoquam. At ille:

Oleū videtur multiplicatum.

Exuscitatur hospitiæ puer ab Helisæo.

4.Reg.5.

Syros leprosus mundatur.

Giezi auaritia.

ille: Nonne cor meum tecum erat? accepisti argentum vt emas possessiones, sed lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo in sempiternum. egressusque est ab eo leprosus. Certum est inde, quod Giezi lepra Simonia resperſi sunt. Filij prophetarum cædētibus ligna, ferrum securi vnus cecidit in Iordanem. misit Helisæus lignum in aquam, natauit ferrum, estque sublatum. Rex Syriæ rursus pugnabat contra Israel, & sæpe ponebat seruos suos in insidijs, quos Helisæus regi Israel notificabat. Conturbatus rex Syriæ, putabat aliquē de suis prodere rem. & ait vnus: Helisæus indicat regi Israel quæcunque loqueris in cubiculo. Quare misit exercitum in Dothain ad capiendum eum. qui nocte circundabat ciuitatem. manē puer Helisæi videns exercitum, territus clamauit: Heu domine. qui respōdit: Noli timere, plures nobiscum sunt. Orante Helisæo, aperuit Dominus oculos pueri, & vidit montem plenum curribus igneis, id est, agminibus angelorum. Cumque intrarent hostes ad eum, percussit eos Dominus cæcitate, ita quod eum non agnoscerent. dixit ad eos Helisæus: Non est hic via, nec est hic mansio Helisæi. sequimini me, & ostendam vobis virum quem queritis. Orante Helisæo, aperuit Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ, hostesque circumstantes. Dixit rex Israel ad Helisæum: Percutiam eos? Qui respondit: Nequaquam. Dominus enim adduxit eos. sed præbe eis hospitalitatem affluentem. Quod factum est. & deinde Syri ad propria rediere, nec vltra in diebus Helisæi venerunt in Israel Syriæ latrones. Benadab postea rex obfedit Samariam, & facta est fames magna in Samaria, ita vt venderetur caput asini lxxx. argenteis, & quarta pars cabi stercoreis columbarum, quinque argenteis. Cumque transfiret rex Israel, custodias murorum circumspicens, clamauit mulier: Salua me rex: ego enim & mulier ista condiximus de filiis nostris comedendis, & comedimus filium meum, hæc autem abscondit filium suum. Contristatus rex vehementer, scidit vestimenta sua, & apparuit cilicium quo vestitus erat ad carnem, & ait: Quid amplius mali possumus expectare? hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si steterit caput Helisæi super ipsum hodie. hoc enim malū imputabat Helisæo, quod conciuēs non liberabat cum posset. Cumque misisset spiculatorum, pœnitentia ductus, reuocauit eum, & iuit ipse. Helisæus autem sedebat in domo sua, & discipuli eius cum eo. quibus Helisæus: Nescitis quia filius homicidæ qui præcidit caput Naboth, misit vt præcidatur caput meum? Itaque postquam esset ingressus, venit & rex Ioram, cui Helisæus inquit: Cras hæc hora erit in porta Samariæ modius similæ statere vno, & duo modij hordei similiter. Irrisit eum vnus ex primoribus regis, cui Helisæus: Videbis, & nō comedes. Porro quatuor leprosi erant ad introitum portæ fame deficientes, qui vespere venerunt ad castra Syriæ, & neminem repperunt: terruerat enim eos Dominus, ita quod exercitum maximum putabāt aduenisse, & nocte fugam inierunt, dimissis omnibus: Intrans leprosi, comederunt, & tollentes de præda iuxta cor suum, nunciauerunt portarijs vrbs Syros abiisse. Suspiciatus autem rex Israel, Syros simulasse fugam & latere, misit duos equites, qui explorauerunt omnia vsque ad Iordanem: qui reuersi, nunciant Syros abiisse. egressus populus, diripuit castra, & vdebatur simila & hordeum iuxta verbum Helisæi. dux autem qui irriserat, à rege constitutus ad portam, oppressus à turba moritur. Porro Benadab rex Syriæ, audiens quod Deus eum impediēbat, contristatus ægritare coepit, misitque ad Helisæum Azael, vt consuleret de infirmitate sua. Cui querenti respondit Helisæus: Dic ei, sanaberis. cognorat enim vir Dei, Syrum moriturum. Coepit propheta flere, quod videret quæ esset mala facturus Israelitis Azael, eaque illi, & quod rex foret indicauit. Azael domum rediens, regi propheta sententiam exposuit. postera die stragulo lectum suffocauit. sunt tamen & qui antè perijisse regem opinentur. Iosaphat autem rex Iuda cum vixisset annis sexaginta, defunctus est, eiusque corpus ingenti pompa in Hierosolymis sepultum fuit. Reliquit autem filios multos, inter quos successorem habuit filium nomine Ioram. Amenophis Pharaos quarto Iosaphat anno præesse Aegyptijs coepit. præfuit annis nouem. post eum Oschor eius filius annis sex. Tiberinus Syluius Calpeti filius, Latinorum rex decimus, anno regni Iosaphat tredecimo regnare coepit, regnauit annis nouem. tandem Agrippa filio successore relicto, in Tiberim decidens, fluuio illi nomen æternum dedit, qui prius Albulā dicebatur, de quo Ouidius in Fastis:

*Albula, quem Tiberim morsus Tiberinus in vndis
Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis.*

Nisi quis à Tibri putat esse dictum flumen, autoritate ductus Vergiliana:

Tum

Simoniaci lepra.

4.Reg.6.

Syriæ latrones exequati.

Matres comedunt filios.

4.Reg.7.

Samaria cibatari.

2.Para.21. Mors Iosaphat.

Tiberinus.

Albula Tiberis.

*Tum reges asper que immami corpore Tibris,
 A quo post Itali fluum cognomine Tibrim
 Diximus &c.*

Agelas Corinthiorum rex sextus, regnavit annis triginta. cœpit autem regnare anno quarto decimo regni Iosaphat. Agrippa Syluius vndecimus Latinorum rex, regnare cœpit anno Iosaphat vigesimo secundo, regnavit annis quadraginta. Archelaus rex Lacedæmoniorum septimus, regnavit annis quadraginta. Abdiam sub Achab rege Israel & Iezabel fuisse dicunt, qui & centum prophetas in specu quodam referuans, pavit, qui non incuruauerunt genua ante Baal, ideo prophetie donum meruit, & est vnus ex duodecim, inter sanctosque relat, cuius festum viij. Kalend. Iulij celebratur.

Abdias propheta. 4. Reg. 1.

Ioram rex Iuda. 2. Para. 21.

GENERATIO XXXIX.

Athalia.

Helia ad Iosaphat epitola.

Mors Ioram.

A Nno 4292. à mundi exordio, mortuus est Iosaphat rex Iuda, relinquens filios Ioram, Azariam, Iahiel, Zachariam, Michael & Saphatiam. Verum Ioram primogenitus erat. vnde pater suus dedit multa munera fratribus Ioram, argenti & auri pensiones, id est, redditus, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. regnum autem tradidit eidem Ioram, in quo incepit trigesima nona generatio. regnavit hic annis octo. trigintaduorum annorum erat cum regnare cœpisset, licet Hebraei dicant, cum regnasse viginti & octo annis. Quod hîc dicitur de octo annis, intelligunt, quòd octo annis post patrem benè regnauerit, reliquis viginti pessimè: & ita potest stare, quòd dicitur filius suus Ochozias fuisse quadragintaduorum annorum. Duxit autem Ioram Athalia filiam Achab regis Samariæ, vxorem, à qua seductus creditur. nam accepto imperio, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam principes Iuda eius malitiam exhorrentes. fecitque malum in conspectu Domini, cunctos habitatores Iuda preuaricari docuit. per Athalia vxorem nihil prætermisit, quo minus aliquid quotidie nouæ impietatis efficeret. In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ. nam & regem suum tributarium Iudæ, occiderunt, nouum creantes, qui non deberet tributa reddere. Eduxitque exercitum in Seiram, & Idumæos (quos secum habebat, quosque aduersos) multos occidit, sed præualere non potuit, quin in rebellionem manderent, & non subiecti vsque in hunc diem. Lobna etiam ciuitas se à subiectione subtraxit Ioræ. Eodem tempore allatæ sunt ei literæ ab Helia dudum translato conscriptæ, huius tenoris: Hæc dicit Dominus, quoniam nō ambulasti in via patris tui, & in via Ase regis Iuda, sed in vijs Achab, insuper & fratres tuos meliores te occidisti, ecce Dominus percutiet te plaga Achab, insuper & fratres tuos meliores te occidisti, ecce Dominus percutiet te plaga Achab, magna cum populo tuo & filijs tuis, vxoribus & substantia tua. tu autem pessimo peribis languore. Hæc ferme sententia literarum Heliae fuerat. Sufficit autem itaque Dominus contra Ioram spiritum Philistinorum & Arabum, qui irruerunt in Iudæam, vastauerunt prouinciam, diripueruntque cunctam substantiam inuentam in domo regis. Insuper filios eius, vxoresque, occiderunt omnes, præter Ochoziam filium. Ipse tandem inciditalui ægritudine, interna corruptione viscera effundens: Sic longa consumptus tabe, mortuus est infirmitate pessima: quem etiam mortuum populus multis contumelijs affecit, nec exequijs regalibus eum fecere dignum, sed veluti priuatum, tumulo tradiderunt sine honore & aromatum combustione.

GENERATIO XL.

Ochozias.

* Azariam vel Ioachâ.

* Ichu.

4. Reg. 9.

A Nno 4300. à mundi exordio, regnante adhuc in Samaria Ioram filio Achab, sub * Ochozia filio Ioræ regis Iuda, incepit quadragesima generatio. hunc regem & reliquos vsque ad * Oziam prætermittit Mattheus. hic vno tantum anno regnavit vnâ cum matre Athalia & patre perniciosissimo. omnibus probris contaminatus fuit. Agebatur tum annus regni Ioram regis Israel duodecimus, quo impietatis paternæ imitator perire meruit. Tempus adueniat quo vngendus erat * Hieu: Quare Helias misit vnum de filijs prophetarum cum lenticula olei ad exercitum in Ramoth. nam Azael rex Syriæ mouit bellum regi Israel Ioram. Ochozias ideo rex Iuda iuit cum Ioram contra Azael in Ramoth, vulneraueruntque Syri Ioram, qui reuersus est vt curaretur in Iezrael: multas enim plagas acceperat. Visitauit autem rex Ochozias Ioram ægrotantem. Mansit interim Hieu cum exercitu in Ramoth, vti princeps exercitus regis Ioram. Nuncius itaque Helia cum inuenisset Hieu sedentem cum prin-

principibus, & bellinagocia tractantem, ait: Verbum mihi est ad te, ô princeps, secretum. Cumque induisset eum in cubiculum, dixit: Hæc dicit Dominus, vnxi te in regem super Israel, & percutes omnem domum Achab in vltione sanguinis seruorum meorum de manu Iezabel. simulque effudit oleum super caput eius, & abiit. Redeunt Hieu principes dixerunt: Quid fecit insanus iste apud te? Ait Hieu: Rectè iudicatis, nam vesana locutus est, dicens, Hæc dicit Dominus: Vnxi te in regem super Israel. Hoc audito, surgunt, & vestes suas subternunt pedibus eius, canentesque tuba, dicunt: Regnabit Hieu. Coniurauit ergo Hieu contra Ioram, & ait: Nullus nunciet hoc in Iezrael, sed omnes ascendamus simul. Vidit autem speculator venientes, dixitque Ioram: Video globum venientem. suspicatus Ioram captam esse urbem, vel pacem factam, misit nuncium in occursum eorum. retinuerunt illi nuncium. misit & Ioram secundum nuncium, qui similiter nō est reuersus ad regem. Ioram autem & rex Ochozias egressi sunt vsque in agrum Naboth Iezraelitæ. Et ait Ioram ad Hieu verba pacis. Cui ille: Quæ pax esse potest inter nos, cum iugiter offendamus Deum per idololatricam matris tuæ? Fugiens Ioram, ait: Insidiae sunt. Tunc percussit Hieu Ioram inter scapulas, egressaque sagitta per cor eius, mortuus est. Ait Hieu ad ducē: Proijce eum in agrum Naboth. ibi enim interfectus erat Naboth, in cuius vindictam & ille occisus est. Ochoziam verò fugientem insecutus est Hieu, & vulnerauit eum: ex quo vulnere in Magoddm mortuus est, & sepultus dein in ciuitate Dauid. Post hæc intrauit Hieu ciuitatem Iezrael. porrò Iezabel erat in arce turris: depinxit autē oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & per fenestrā prospiciens, ait ad Hieu: Nunquid pax esse potest Zamri qui interfecit dominum suum, quod & tu fecisti? Dixit Hieu duobus eunuchis: Præcipitate eam. Et præcipitauerunt eam, conculcaueruntque eam vngulæ equorum. Cumque Hieu federet ad mensam, ait seruis suis: Ite & sepelite maledictam illam, quia filia regis est. Cum venissent ad eam, non inuenerunt nisi caluarium, id est, cellulam supremam cerebri, & pedes & summitates manuum: & sic sermo Domini adimpletur, qui ab Helia dictus est. Erant autem Achab lxx. filij in Samaria, & scripsit Hieu ad optimates ciuitatis, & ad nutritores filiorum: Eligite quem vultis ex filijs Achab in regem, & pugnite pro domo domini vestri. Qui perterriti, rescripserunt: Serui tui sumus, fac quod tibi placet. Et scripsit: Si mei estis, tollite capita filiorum Achab, & venite ad me cras in Iezrael. Quod factum est. Attulerunt capita in cophinis ad eum, qui mandauit, vt iuxta introitum portæ ponerentur ad duos acervos vsque manè. Cumque manè intueretur capita, dixit ad populum: Iusti estis, id est, iuste fecistis, implendo mecum verbum Domini. si ego percussi dominum meum, Dominus fecit quod locutus est in manu Helia. Tunc percussit & omnes reliquos de domo Achab in Iezrael, optimates eius, notos & sacerdotes. Ibat in Samariam dein, vbi in via obuiauit quadragintaduobus fratruelibus Ochoziæ regis Iuda, qui descendent ad salutandum Ioram & Ochoziam, nescientes eos perijisse, quòd occisi essent. & occidit eos Hieu. Tum egressus est in occursum Hieu Ionadab filius Rechab, cui benedixit pro vltione Domini quam fecerat, quem impositum curru suo, duxit in Samariam, & percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab vsque ad vnum. Volens autem Hieu cultum Baal destruere, in dolo congregauit populum in Samaria, & dixit: Ampliare volo cultum Baal, vocate omnes prophetas eius & sacerdotes: quicumque defuerit, non viuere, volo enim sacrificare Baal. Venerunt omnes serui Baal, & repleta est domus Baal. Ait Hieu his qui erant super vestes: Date vestes omnibus seruis Baal. Et dederunt. Cumque perscrutatus esset Hieu diligenter, ne quis deesset, vel alius interesset, dixit militibus suis: Ingreddimini & percutite eos, nullusque euadat. Percusserrunt illi eos, statuasque Baal comminuerunt, & destruxerunt templum eius, feceruntque pro eo latrinas publicas. & deleuit Baal de Israel, mansitque rex Hieu in Samaria, & regnavit annis octo & viginti magna cum solennitate.

Hieu rex Israhel vngitur

Ochozias moritur.

Iezabel perit.

4. Reg. 10.

Cultus Baal ab Israelitis pulsus.

GENERATIO XLI.

A Nno 4301. à mundi exordio, in Ioas filio Ochoziæ incepit quadragesima prima generatio. hic regnavit, connumeratis annis quibus Athalia regnavit, quadraginta septem annis. Nam Athalia Achab regis & Iezabel filia, videns filium suum Ochoziam mortuum, affectione regnandi interfecit omne semen Dauidici generis, vt nullus ex ea stirpe ad regni vltierius perueniret successionem. sed diuina prouidentia, Ioas Ochoziæ filij sui filius paruulus, ea nesciente præseruatus est. Nam Ioazabeth filia Athaliae,

4. Reg. 11.

Ioas.

Fille cōtra
matrem pro
ficere pic-
tis.

Ioas vngi-
tur.

Athalia
mors.

Instauratio
domus Do-
mini.

Hieiu mors.

4.Reg.11.

4.Reg.13.

2.Par.24.

Interitus
Zachariae.

Athalia, soror Ochozia, furtiuè subtractum paruulum, in domum Ioiaðæ pontificis viri sui abscondit, & sex annos eum enutriti fecit. Anno autè septimo Ioiaðæ pontifex collegit principes Leuitarum, centuriones ac milites, ostendit eis secretè filium regis, & coniurauerunt omnes pro puero contra Athalia. Erant tum vigintriquatuor sacerdotes summi, quorum vnus in hebdomada vicis suæ habebat secum in ministerium, xxiiij minores sacerdotes, & totidem cantores, & totidem ianitores. Diluculo verò sabbati, pontifex qui ministrauerat, cum turma sua egrediebatur ad propria: pontifex verò qui ministraturus erat, ingrediebatur cum turma sua. Tunc Ioiaðæ pro ampliando exercitu, fecit ex illis omnibus duas turmas: adiunxit quoque tertiam turmam de centurionibus & Leuitis quos conuocauerat, & intrans domum saltus & domum armorum, dedit singulis arma, & præcepit egressuris, vt circumstarent regem in atrio interiori, & custodirent: ingressuris verò dixit, vt ascenderent ad domum regiam, ne serui reginæ egredientes, vnctionem regis impedirent. Diuisit autem omnem exercitum opportunè. Ipse cum reliquis sacerdotibus, Leuitis & senioribus produxit filium regis, & vnxit eum in regem, imposuit diadema in capite eius, & legem Dei dedit ei tenendam in manibus. Videns Athalia, scidit vestimenta sua, clamauit: Coniuratio coniuratio. Et eduxerunt eam centuriones extra septa templi, & interfecta est. deduxeruntque regem per portam scutariorum in palatium, & sedit super thronum regium. lætatus est populus terræ, quia abstulerat Dominus opprobrium, ne regnaret mulier super eos. destruxerunt templum Baal, arasque & imagines quas fecerat Ioram, Mathan percempto coram altari. fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus Ioiaðæ sacerdotis. Erant autem in domo Domini ruina, præcepitque Ioas sacerdotibus, vt instaurarent sartatecta domus, recipientes oblationes pretereunantium, & quæ offerebantur pro precio animæ, id est, quæ dabant ituri ad prælium. quæ cum suscepissent sacerdotes, vique ad vicesimum octauum annum regis Ioas, non tamen instaurauerunt ædificia templi. Et iratus rex, prohibuit sacerdotes vltra accipere pecuniam. tunc Ioiaðæ fecit gazophylacium munitum, aperto desuper foramine, & posuit illud in templi ingressu. Cumque apparet plurima pecunia in gazophylacio, scriba regis & pontifex effundebant eam, & dabant his qui præerant cæmentarijs domus Domini. nec fiebat cum eis ratio, sed fide tractabant, nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo Domini, nisi de eo quod erat residuum sartatectis. Ioiaðæ itaque summus sacerdos, ob sanctitatem & rerum experientiam, apud Iudæos summo in honore habitus est, qui tandem de Deo, deque hominibus benè meritus, anno ætatis suæ centesimo & trigésimo obdormiuit in Domino, & sepultus est in ciuitate Dauid, eo quòd generi Dauid reparauerat imperium. successit ei Zacharias filius. Anno vigesimo tertio Ioas regis Iudæ, licet Hieiu rex Israel deleuerit Baal, veruntamen à vijs Hieroboam non recessit omnino, permisitque vitulos aureos Israelitas adorare. Illi dixit Dominus: Quia fecisti quæ in corde meo erant contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. cœpit tamen tædere super Israel, percussitque eos Azael in vniuersis finibus. habitatores enim Geth breui subiugauit, & in ea optimates quosque interfecit, urbem incendit, paruulos lapidibus allisit, mulieres prægnantes excidit, quæcūque bona diripuit, & vniuersas prouincias eorum vastauit. tandem Hieiu vexatus diu, dormiuit cum patribus suis, & in Samaria sepelitur. Mortuo Hieiu rege Israel, anno vigesimo quarto regni Ioas regis Iudæ, Ioachaz filius Hieiu in Samaria regnare cœpit super Israel. regnauit annis decem & septem. erat vir fortis & animo præstans, in vijs patris non ambulauit, sed Deum dereliquit. iratusque Dominus contra Israel, dedit eos in manus Azael regis Syriæ, & in manus Benadab filij eius, non sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites & decem currus, & decem millia peditum. clamauit Ioachaz ad Dominum. misertus eius, dedit ei pacem in diebus suis. Post mortem verò Ioiaðæ summi sacerdotis, Ioas rex Iuda curam perdidit diuinæ religionis, cuius etiam exemplo primates Iudæ pariter corrupti sunt, propter quod indignatus est eis Deus: veruntamen misit prophetas qui eos retraherent à malis. illi verò non modò pœnitentiam non egerunt, sed & Zachariam Ioiaðæ pontificis filium lapidibus in templo occiderunt, eo quòd dissuaderet idololatriam. Rex autem Ioas, qui huiusmodi sceleris author fuit, non recordatus est misericordiæ, quam fecerat Ioiaðæ pater illius secum. non multò post, iustissimas pœnas perfoluit: nam euoluto anno, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venitque in Iudam

dam & Hierusalem, interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum. & certè cum permodicus venisset exercitus Syrorum, tradidit Dominus in manus eorum infinitam multitudinem Iudæorum. In Ioas quoque regem ignominiosè exerceuerunt iudicia. At Ioas rex Iuda tulit sanctificata, & vniuersum argentum quod inueniri potuit in thesauris templi & in palatio regis, misitque Azael regi Syriæ, vt recederet ab Hierusalem. Et abeuntes, reliquerunt eum in magnis languoribus. Surrexerunt contra regem serui sui in vltionè sanguinis Zachariæ filij Ioiaðæ, & occiderunt eum in lectulo suo, sepelieruntque eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulcris regum. Aremulus Syluius xij. Latinorum rex, xx. anno regni Ioas regnare cœpit, regnauit annis decem & nouem. fulmine periit. Diogenetus, vij. Atheniensis, dux, anno secundo regni Ioas magistratum accepit. Ocrasapes, 35. rex Assyriorum, xiiij. anno regni Ioas regnare cœpit, & regnauit annis 42. Eridemus, vij. Corinthiorum rex, secundo anno regni Ioas regnare cœpit, & regnauit annis 25. Sesoncoris Pharaonis, 20. anno regni Ioas in Aegypto dynastiam vigesimam secundam incepit, & præfuit annis 21. Aristomedes, viij. Corinthiorum rex, 23. anno regni Ioas cœpit regnare. regnauit annis 35. Pheredus similiter sequenti anno apud Athenienses magistratum accepit, gessit eundem annis 19. Auentinus filius Aremuli regis Latinorum, anno 38. regni Ioas latinis regnare cœpit, regnauit annis 37. à quo mons Auentinus est dictus, quòd ibi sepultus sit. Anno antepenultimo Ioas regis Iuda, Ioachaz rex Israel mortuus est, in Samaria sepultus, relicto post se Ioas filio successore, qui regnauit super Israel xvj. annis. & ambulauit in vijs Hieroboam, non tamen adeo vt patres eius, eo quòd prophetarum conuersatione plurimum oblectatus fuerit, & præsertim Helisæi viri sanctissimi. Tum Helisæus ægrotabat, & descendit ad eum Ioas rex Israel, flens dicebat: Pater mi, currus Israel & auriga eius. Cui ait Helisæus: Affer arcum. posuitque manum ad arcum, & dixit: Iaccesagittam. Ait Helisæus: Sagitta Domini est contra Syriam, partem Syriæ percuties. sublato arcu cum sagittis, dixit Helisæus regi: Percute terram iaculo. Percussit tribus vicibus, & sterit. Iratus vir Dei: Si, inquit, percussisses septies, toties vicisses Syriam. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est Helisæus, & sepultus iuxta Abdiam. Porro latrunculi Moabitæ venerunt in terram eo anno. Quidam autem volentes sepelire mortuum, videntes latrunculos, timentes proiecerunt cadaver in sepulcrum Helisæi, quod cum tetigisset ossa Helisæi, renixit homo. Mortuus est Azael rex Syriæ, & regnauit pro eo filius suus Benadab, cum quo dimicauit Ioas rex Israel, terque eum vicit, iuxta verbum propheta.

Moritur
Ioas.

Aremulus,
aliàs, Remu-
lus.

Auentinus.

4.Reg.13.

Mors He-
lisæi.

GENERATIO XLII.

Anno 438. in Amasia filio Ioas regis Iuda, anno secundo regis Israel Ioas, incepit quadragesima secunda generatio. quinque & viginti annorum erat cum regnare cœpisset, & viginouem annis regnauit. nomen matris eius erat Ioiaðæ de Hierusalem. in initio regni occidit inimicos qui patrem eius occiderant, non tamen filios eorum, propter legem Moysis, quæ dicit: Non morientur filij pro patribus, nec econtra. Postea vt Amalechitas & Idumæos expugnaret, collegit exercitum, & conduxit à rege Israel centum millia armorum, quibus numerauit centum argenti millia talentorum. Et cum in procinctu esset, suasisit ei propheta vt dimitteret Israelitas, quia idola ferebant, & Deus daret ei aliàs victoriam. Cum autem grauitè ferret, eo quòd mercedem acceperat, monebat propheta vt ageret quod Deo placeret, qui posset id facile compensare. Acquieuit rex, ac dimisit eos, percussitque Edom in valle salinarum decem millia, & apprehendit Petram nobilem Arabiæ ciuitatem. viuos etiam ad decem millia cepit, ac de petra præcipitavit. prædam autem abstulit ingentem. Inter hæc Israelitas, quos dimiserat, indignati, existimantes iniuriosam fuisse eorum missionem, Amasiæ terras aggressi sunt, & diripuerunt prouincias, multa abstulerunt iumenta, & tria millia hominum occiderunt. Amasias autem elenatus, Deum authorem victoriæ cœpit spernere, & deos, quos ab Amalechitis vexerat, adorare. audierat enim eos dedisse responsa. Accedens propheta, regi dixit: Nisi abstineret, vindictam sentiret. Ira percitus rex, interminatus est eum se puniturum, si amplius loqueretur. pro quo tali pœna percussus est. Nam felicitatem suam non ferens, in superbia scripsit ad regem Israelitarum Ioas, vt obediret ei ipse & populus vniuersus, sicut & obedierunt parentibus suis Dauid & Salomoni: alioqui bellum expectarent.

4.Reg.14.

Deut.24.

Amasias
Idumæos
caedit.

2.Par.25.

Epistola Io. Cui Ioas rex ita rescripsit: Rex Ioas regi Amasia: Erat in Libano monte cypressus. Carduus misit ad cypressum, petens, ut filio suo filiam eius daret uxorem. & dum hec agerentur, bestia saltus indignata, conculcaverunt carduum. Hoc ergo erit tibi exemplum, ut maiora non appetas. cur pronocas mala, ut cadas tu & Iuda tecum? Hæc legens Amasias, ad bellum potius est prouocatus. Cum produxisset exercitum contra Ioas, essetque iam præliaturus, milites ipsius stupor inuasit, fugit Iuda coram Israel. dispersisque illis, conrigit ut Amasias desolatus, ab hostibus caperetur. Tunc comminabatur ei rex Israel, nisi eum cum exercitu in Hierusalem acciperet. Amasias itaque minis compulsus, suscipi fecit hostem, qui destruens partem muri quasi quadringentorum cubitorum, cum curru ingressus est Hierosolyma, Amasiam captiuum ducit, Dei thesaurum abstulit, aurum, argentumque quod in regalibus erat, exhaustit: tandem eum a captiuitate resoluens, regressus est ad Samariam. Hæc gesta sunt anno xiiij. regni Amasia. Anno vero sequenti mortuus est Ioas rex Israel, & sepultus in Samaria. regnavit Hieroboam filius eius pro eo anno xv. regis Iuda Amasia. regnavit xl. annis & vno, ambulans in vijs Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, erat hic bellica re insignis, qui imperio suscepto, de mandato Domini contra Benadab Azacis regis filium regem Syriae, bellum suscipiens, admirabili virtute confecit, de quo triumphauit, ac vniuersa a patre suo Azacle ablata, ab Antiochia vsque ad mare mortuum, iuxta verbum Ionæ prophetæ, Israeli & regno suo restituere coegit. Ionam prophetam virum sanctum hac tempestate miraculis claruisse constat, qui erat Sarcptanæ viduæ filius, quem Helias mortuum resuscitauerat. iussus à Deo ut iret ad Ninuæ regnum, & prædicaret excidium ciuitatis, metuens fugit in Ioppen, & inuenta naue, ingressus in Tarsum ciuitatem Ciliciae. cumque tempestas seueret vsque ad periculum submersionis, nauæ orabant quatenus periculum euaderent. Ionas iacebat, nihil metuens horum: cum autem tempestas susciperet incrementa, cogitantes aliquem in naui esse culpabilem tantæ periclitationis, constituerunt per sortes inquirere quis esset. fors cecidit in prophetam. Interrogantibus autem illis unde esset, & quid ageret, Hebræum se dixit, prophetam vero summi Dei. suasisit, ut si periculum euadere vellent, eum in pelagus proicerent, quia tempestatis author fuisset. At illi impium iudicantes peregrinum præcipitare, ab eo impulsu & timore suæ salutis adstricti, eum in pelagus proiecerunt. mox tempestas conquieuit. ille voratus à cete, post tres dies noctesque in ponto Euxino viuus euomitur est, in nulla parte corporis maculatus, supplicans Deo, ut ei veniam concederet pro delicto. ad Ninuen profectus est, & prædicauit in medio ciuitatis vbi intrasset itinere trium dierum, subuersionem vrbs fore intra dies xl. Crediderunt Ninuitem in Domino, prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt sacco. Surrexitque rex de folio, indutus sacco, sedit in cinere, præcepit: homines & iumenta non gustent quidquam, ut conuertatur vir à sua via mala & ab iniquitate: quis scit si conuertatur Deus, ignoscat, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Vidit Deus conuersionem eorum, misertus est super eos, & remisit eis. Afflictus est Ionas, dixit: Obsecro Domine, nunquid sciebam dum fugerem in Tharsis? Scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ misericordiæ, & ignoscens super malitia, & nunc tolle animam meam. Dixit Dominus: Putasne benè irasceris? Et egressus Ionas, sedebat subter vmbra culum quod fecerat, & præparauit Dominus hederam quæ ascēderat super caput Ionæ. lætatus est Ionas super hederam lætitia magna. Parauit autem Deus vermem qui corrosit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuisset sol, percussit adiutore calido vento super caput Ionæ. æstuans inde, petiuit anime suæ ut moreretur, dicens: Melius est mihi mori quam viuere. Cui Dominus: Putasne benè irasceris? tu doles super hederam in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret. ego non parciam Ninuæ ciuitati, in qua sunt plus quam centum viginti milia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram & sinistram suam? Amasias rex Iuda vixisse legitur xxv. annis, postquam mortuus est Ioas rex Israel, & semper à suis odio habitus. videntes enim murum ciuitatis interruptum, ciuitatem spoliatam, & filios suos obsides ductos in Samariam occasione superbæ eius, quia ab initio voluit bellare contra Ioas. Tandem coeperunt tractare de eius morte, vnde facta est contra eum Hierusalem coniuratio. At ille fugit in Lachis, vbi decem annis latuit, postremò miserunt magnam multitudinem bellatorum in Lachis, & interfecerunt eum, portaueruntque in equis, sepultus est in Hierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid. In hac generatione Telechus VIII. Lacedæmoniorum rex, primo anno Amasiae regis

4. Reg. 14.
Hieroboam
rex Israel.

Ionas.
3. Reg. 17.
Ionæ 1. 2. 3. 4.

Pœnitent
Ninivæ.

4. Reg. 14.

Amasia in
teritus.

coepit regnare, regnavit annis 40. Ariphron Atheniensis, dux, nono Amasiae anno magistratum suscepit, regnavit annis 20. Tonescon Coleros qui Græcè Sardanapalus, vltimus Assyriorum rex, anno 16. Amasiae regis, Assyrijs coepit regnare, regnavit annis viginti. Oforthon rex Aegypti, regnavit annis 15. Egemon nonus Corinthiorum rex, anno 22. regni Amasiae, regnare coepit, regnavit annis 16. Thespiens Ariphronis ducis Atheniensium filius, anno vltimo Amasiae regnare coepit, regnavit annis 7. & 20. Amos propheta non vnus ex duodecim, sed qui Esaiæ pater fuit, iisdem temporibus floruit, & apud reges multa intrepide dixit.

Sardanapalus.

Thespiens.

Amos Propheta, Esaiæ pater.

GENERATIO XLIII.

Anno à mundi exordio 4377. in Ozia filio Amasiae regis Iuda, anno Hieroboam 4. Reg. 15. decem annorum erat cum regnare coepisset. fuit autem multæ mansuetudinis & dignitatis, vir ob virtutes & religionis cultum Deo hominibusque multum gratus, eo quod omnibus in rebus, quod rectum coram Deo nostro fuerat, iuxta omnia quæ præcepta erant, fecit. assumpto itaque imperio, contractis vndique copijs trecentorum millium pugnatorum, omnes hostes per circuitum prostravit, & tributarios sibi fecit. quibus superatis, ad exornandam quam maximè ciuitatem Hierusalem animum adiecit, & muros quos Ioas rex Israel destruxerat, restituit, ac turres multas & altissimas per circuitum murorum crexit, atque alia multa bona vrbi contulit. deinde agriculturæ & plantationibus operam dans, multas sibi confluxit diuitias, quibus clarus habebatur. Vigesimo septimo anno regni Ozia, Hieroboam rex Israel dum nimium successu gaudet, Deo gratias non egit, sed idolis hostias obtulit. propter quod & Dominus indignatus, prophetam Amos ad eum misit, qui eius inretitum, populi calamitatem & finem prædixit. quod cum significasset sacerdos Bethel regi Israel, ex mandato regis prohibuit Amos, ne vltra prophetaret in regno decem tribuum. Cum autem nollet cessare, dicens se non propheta, sed pastorem missum à Domino, frequenter afflictus est. demum moritur Hieroboam, & in Samaria sepelitur. Anno trigesimo octavo Ozia regis Iuda, regnare coepit Zacharias filius Hieroboam super Israel sex mensibus, qui fecit malum coram Domino. propter quod iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat ad Hieu proauum suum, à seditioso viro Sellum dicto, cunctis videntibus, interfectus est. regnavit Sellum vno mense in Samaria. Hic est aduertendum, quod secundum veram annorum supputationem, ut vult Magister in historijs, Israel regnum tribus & viginti annis sine rege fuit, vel forte Zacharias tres & viginti annos regnavit, quos ob eius nefandissima gesta non computauimus, sed sex tantummodo menses quibus correctus vixit. Manahen princeps militiae, audiens Zachariam à Sellum occisum, surgens ex Tarso cum omni militia venit in Samariam, & commisso prælio, Sellum peremit, semetipsum regem constituit. Surgens deinde in Thabrain ciuitatem, cuius ciues obseruantes portas eius, regem suscipere noluerunt, ille quæ foris erant depopulatus est, & ciuitatem obsidione fortissima cinctam occupauit: grauiusque ferens contemptum, ciues omnes occidit, neque paruulis parcens: & quicquid ad salutem pertinebat, non dereliquit. in suos contribules ita sauiuit. Postea cum Phul Assyriorum rex aduersus Manahen castra mouisset, ad certamina contra Assyrios non accessit Manahen, sed dedit regi Assyriorum mille talenta argenti, ut recederet ab eo. Accepit autem quinquaginta siclos à potentioribus terræ per singulos. Inter hæc munera tradunt Hebræi Manahen misisse vitulos aureos, qui erant in Dan & Bethel, sed non veros. Sacerdotes enim dolo sustulerant aureos vitulos, & fecerant æreos deauratos similes illis. Qua fraude percepta, rex Assyriorum plurimum exarsit contra Israel. paulò post mortuus est Manahen in Samaria. Anno quadragesimo regni Ozia, Phaceia Manahen regis filius, regnare coepit super Israel. regnavit annis decem, vel secundum Hebræos, duobus, & fecit malum coram Domino. Coniurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliae, dux eius. percussitque cum in Samaria in turre domus regia, & cum eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarum, regnavitque pro eo. Anno quinquagesimo secundo Ozia regis Iuda, regnavit Phacee filius Romeliae super Israel in Samaria viginti annis. Non recessit autem à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. In diebus eius Teglat Phul Assar rex Assur, ascendit in Israel. (sive is Phul ipse, sive filius eius fuerit, incertum) vastauit omnem regionem

4. Reg. 15.
2. Par. 26.
Ozias alijs
Azarias.

Amos propheta, vnus
ex 12.

Hieroboam
mors.
4. Reg. 15.

Manahen.

4. Reg. 15.

Teglat Phalassar.

i. Ruben & Galad, & dimidiam tribu Manass. gionem trans Iordanem, & captiuas duxit duas tribus & dimidiam, vastansque Galilæam, de tribu Zabulon & Neptalim, multos secum præda abduxit in Assyrios, qui possent dimidiæ tribui comparari. vnde sæpe legitur, quod tres tribus Israël captiuauerit, & fuit initium captiuitatis decem tribuum. Inter hæc consenuit Ozias, multis se oblectans. habebat enim exercitum electorum trecenta octoginta millia virorum. Constituit autem cohortes, ad hæc machinamenta multa, quibus saxa dimitterentur & iacula. dumque hæc ita constituisset, elatione contra pietatem agere meditabatur. instante nanque insigni die festiuitatis, indutus sacerdotali stola, templum intrauit, oblaturus incensum in aureo altari Deo. Pontifice verò Azaria cum octoginta sacerdotibus eum prohibente vt exiret, & ne contra Dei leges ageret, iratus & interminatus est eis mortem, nisi tacerent. Inter hæc terræ motus factus est, & claritas solis effulsit, nimis incidens in faciem eius. percussus est lepra. Ante ciuitatem verò scissa est media pars montis ad Occidentem, deuoluta per quatuor stadia, & ad Orientem restituit montem, (Iosephus scribit) ita vt & vias clauderet, & regio hortos comprimeret. ille confusione affectus, cum ipsi nulla esset fiducia, priuatus exijt urbem, licet vitra modum elatus esset. Ioathan verò filius gubernauit palatium, & iudicauit populum: dein mœstitia faciente defunctus est, & sepultus in hortis regijs.

Mors Ozia

Finis ac trālatio regni Assyriorum.

Anno sexto Ozia, Sardanapalus vltimus Assyriorum rex fata persoluit, de quo Iustinus: Sardanapalus, inquit, rex, vir omni muliere corruptior, ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissum fuerat) præfectus ipse, Medis præpositus, nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione ægrè obtinuisset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colorem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis atque oculorum lasciuia omnes foeminas anteiret, pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali foeminae tantum virorum subiectum, tractantique lanam, ferrum & arma portantes parere, progressus ad socios suos, quid viderit refert, negat se ei parere posse, qui se foeminam malit esse quam virum. Fit igitur coniuratio. bellum Sardanapalo infertur. quo ille audito, non vt vir regnum defensus, sed vt metu mortis mulieres solent, primò latebras circumspicit, mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. victus, in regiam se recipit, & extracta pyra, se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum. Cui Arbactus successit, & regnum ad Medos transtulit post annos (vt diuus Augu. lib. 4. de ciuit. Dei cap. 6. scribit) mille ducentos & 40. Alij autem, vt Metasthenes Persa in lib. de iudicio temporum, & Diodorus Siculus, aliter tradunt. Metasthenes Susiana publica bibliotheca vsus, in qua annales Persarum ferunt fuisse, asserit Belochum tertium militiae principem, Sardanapali clandestinum hostem: is cum Arbacto Medorum principe partitus est monarchiam Assyriorum ea lege, vt Belochus Babyloniam, Arbactus Mediam & Persas regeret. Itaque interfecto & ex se ipso flammis iniecto Sardanapalo, monarchia bipartita fuit, in qua regnatum fuit annis quatuor & trecentis vsque ad Baltassar interfectum. Apud Medos regnauerunt, Arbactus annis 28. post eum Mandanes annis 50. Sosarmos, 30. Articarnim, 50. Arbiones, 22. Arceus, 40. Arthines, 22. Aftybarus cum Apanda filio, 20. Apanda, Græcè Aftyages, solus 30. hoc deuicto, Cyrus & Darius regnarunt in Perside annis sex. inde alijs sex Persico regno resignato Cambyfi filio, sexennale bellum Tomyri reginae Scytharum intulerunt. Sexto anno à Babylonijs euocati, atque Baltassar interfecto, reunitam monarchiam in Persas transtulerunt. Totidem annis regnatum est apud Babylonios. primus rex Phul Belochus regnavit annis 48. Phul assar 25. Salmanassar 17. Sennacherib 7. Assar Adon 10. Merodoch 52. Ben Merodoch 21. Nabuchodonosor primus 35. Nabuchodonosor magnus 45. Amilinus Euilmerodoch 30. dein filius eius primus Regassar tribus, secundus Labassar sex, tertius Baltassar quinque annis. quo interfecto, reunita est monarchia. Et nota quod secundum veram annorum supputationem, sequendo Septuaginta interpretes, quos communiter sequitur Ecclesia, Sardanapalus interfectus est anno ab exordio mundi 4379. & sic Ozias regnare coepit anno ab exordio 4373. secundum hoc concordant anni sequentes. Arbactus primus rex Medorum, in bipartita monarchia regnavit annis 28. Phul Belochus apud Babylonem regnavit annis 48. in bipartita monarchia. Anno eodem, hoc est, sexto Ozia regis, Latinis regnavit Procas Syluius. regnavit annis 23. Anno eodem Lycurgus insignis est habitus. hic (vt refert Iustinus) cum fratri suo Polydectæ regi Spartanorum successisset, & regnare potuisset, Charilao filio fratris posthu-

posthumo, cum ad ætatem adultam peruenisset, regnum cum fide summa restituit: vt scirent omnes, quanto plus valerent apud bonos pietatis iura, quam opes. Medio tempore dum adoleuit puer, leges instituit Lacedæmonijs. auri argenti que vsus, vt omnium scelerum materiam, sustulit. fundos, amnes, æqualiter inter omnes diuisit. contiuari omnes publicè iussit. emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit. pueros in agrum mitti constituit, nec prius in urbem venire, quam viri facti essent. virgines sine dote nubere iussit. maximum honorem senum esse voluit. Hæc & alia plura, quæ solutis antea moribus dura videbatur, vt perpetuaret, authorem Apollinem Delphicum finxit. Deinde iureiurando obligat ciuitatem, nihil eos de his legibus mutaturos, prius quam reuertatur in patriam. & velle se consulere Apollinem ait, si quid addendum diminuendumve foret. Profectus est autem Cretam, vbi voluntarium exilium perpetuò egit. sed & moriens osâ sua in loculo plumbeo poni, & in mare demergi ordinauit, ne fortè Lacedæmonem relata, iuramento solutos se Lacedæmonij existimarent. Alexander decimus Corinthiorum rex, anno decimo regni Ozia regnare coepit, regnavit annis 25. Acamenes nonus Lacedæmoniorum rex, anno 13. Ozia regnare coepit, regnavit annis 37. Cranaus quidam Macedo, vir ingenio & manu promptissimus, post innumera prælia cum finitimis regibus, Macedoniam ortus sui patriam sibi subiecit, & in ea regnare coepit anno 12. regni Ozia, regnavit annis 28. Regnum postea Macedonum illustre fuit. quo quidem in regno memorabile factum contigisse legimus: Cum aliquando Illyrici & Thraces coadunati, finitimos Macedones prouocarent, cogentque commissa pugna fugere, tulerunt in cunis infantem defuncti regis filium, quo iuxta aciem posito, acrius repetiere certamen, quasi ideo victi essent, quod bellantibus deessent auspicia regis. Tandem Illyricos magna cæde fuderunt, hostibus ostendentes, priore pugna regem, non virtutem, defuisse. Oforthon Aegypti rex, quem Herculem dixerunt, anno 25. Ozia regis regnare coepit, & nouem annis regnavit. Agamnestor dux Atheniensis xj. regnavit annis 20. Anno 28. Ozia regis Iuda, Amulius Procæ regis Latinorum filius, Albanorum rex factus, regnavit 44. annis. hic habuit fratrem Numitorem. mortuo Proca, regnum Numitori debebatur, quem vi atque auri multitudine fretus Amulius frater expulit. Erant autem Numitori qui in agro suo vixit, filij duo, Egestus aliàs Lausus, & Rhea, quæ & Ilia dicta est. metuens ergo Amulius vindictam, Egestum ad venationem secum duxit, eumque in venatione occidit. Sororem verò eius Rheam, adimendi partus gratia, Vestalem virginem fecit, quæ postea grauidata, dum scelus excusare nititur, à Marte compressam se mentitur, quæ cum geminos partus peperisset, ab Amulio in vincula coniecta est, qui etiam geminos in Tiberim deijci iussit. verum nequeuntibus ministris ad ripam fluminis propter aquarum multitudinem deuenire, illos in ripa posuerunt, quos iuxta ripam vagientes regius pastor inueniens, ad vxorem suam Accam Laurentiam detulit, quæ ob rapacitatem corporis quætuosi propter pulchritudinem, à vicinis appellabatur Lupa. vnde & adhuc meretricum cellula, lupanaria vocantur. Acca verò pueros nutriens, inter alios pastores versari docuit. Hæc hætenus. Sunt qui genitos pueros putent sub Ioathan. Fuere his temporibus Mandanes secundus Medorum rex, regnavit annis 50. Phelesteus Corinthiorum xj. rex regnavit annis 12. Psammus Aegyptiorum rex, præfuit annis x. Cenus secundus Macedonum rex, regnavit annis 12. Bochoris Psammo succedens in regno Aegypti, regnavit annis 44. Antomenes Corinthiorum rex, præfuit vno anno. quo mortuo, res publica Corinthiorum per magistratus annuos gubernari coepta, regnatumque est in Corintho sub regibus 12. annis trecentis 23. Aeschylus dux Athenien. imperauit annis 23. Ardissus quidam Græcus, vir magnitudine insignis, 48. anno regni Ozia, Lydis primus regnare coepit, regnavit annis 26. Anno quinquagesimo regni Ozia regis Iudæ, olympias prima apud Græcos, teste Eusebio, ex agone gymnico instituta est. Hercules enim (vt dictum est) octauo Iairiudicis anno, cum agonem apud Græcos ad honorem Iouis in Olympo monte egisset, quod de quinquennio in quinquenniū quatuor annorum tempus appellauerunt. Olympias igitur * quatuor plenos continet annos. ab hoc tempore historia Græcorum vera esse creditur. nam antea vt cuiquam visum fuit, diuersas protulerunt sententias. Beda & Africanus olympiadem primam anno primo Ioathan numerant. Spartanorum genus anno 50. regni Ozia,

Lycurgus.

Macedoni
ci regni ori
go.

Amulius.

Numitor.

Romuli &
Remi nati
uitas.Corinthij
sub magi-
stratibus
degunt.Olympiada
origo.

* quinqu

Origo re-
gum Sparta-
norum.

Ozia, mortuo Alcamene Lacedæmoniorū rege, eorumque regno consumpto, principium habuisse fertur. nam Lacedæmones contra Messenios decennale bellū sumptuerunt, qui post aliquot annos querelis vxorum quas domi reliquerant, fatigati, cum timerent ne diuturnitate belli spem proliis amitterent, decreto statuerunt, vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis, promiscuè concumberent, arbitantes per hoc sobolem prouenire maturiorem, ex quibus genitos postea ob notam pudoris materni, Spartanos vocauerunt: qui cum trigésimum postea attigissent annum, inopia metu veriti, cum nullum certum cognoscerent patrem, duce Phalanto, matribus non salutatis, per varios casus acti, tandem in Italiam deueniunt: vbi expulsis veteribus incolis, sedem apud Tarentum posuerunt, quorum postmodum amicitiam Aegyptij reges ac Iudæi summopere quaesierunt. Iosephus autem in quarto antiquitatum lib. aliter de Spartanis sentit. dicit enim eos ex Abraham filijs originem sumpsisse, & propterea semper Hebraeis amantissimos fuisse. In hac generatione Amos propheta ex oppido Thecue natus, de numero pastorum, ablatus est in Samariam. & cum ibidem contra decem tribus prophetaret, etiam pauca de duabus reliquis differuit, quæ Amasias multis plagis affici fecit. Tandem Ozias Amasias filius, prophetam per tempora veete transfixit, ac sic semiuiuus in patriam suam translatus est, vbi post aliquot dies dolore vulneris deficiens sepultus est, qui cum sanctus habitus esset, eius festiuitas pridie Kalen. Aprilis celebratur. Osee Beerii filius, primus 12. prophetarum, his temporibus ad prophetiam dicendam Spiritu sancto repletus est, & ad Osiam regem tunc regnantem, eiusque filium Ioathan, & Ezechiam regem Iuda, & Hieroboam regem Israel, aliosque eius successores, qui Dominum Deum patrum suorum dereliquerant, domui Iuda salutem prædicauit. propter quod tunc Ezechias rex Iuda, idolis sublatis, templum Dei purgasse memoratur. denique mortuus, & inter sanctos relatus. festum eius celebratur quarto nonas Iulij. Iohel Phaniel filius, eisdem regibus quibus Osee prophetauit. quo autem genere mortis obierit, non habemus. sed cum sanctissime vixerit, inter sanctos relatus est. festum eius celebratur tertio idus Iulij. Esaias propheta sanctissimus, Amos prophetae filius, natione Hierosolymitanus, familia nobilissima natus, hac tempestate in Hierusalem prophetare coepit. eius omnis cura de vocatione gentium & Christi aduentu. At cum tandem Manassen regem Hierusalem affinem suum corripere, ferra eum lignea in duas partes secari fecit, & sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum sepelitur. cuius festum celebratur pridie Nonas Iulij. Circa finem huius generationis Hesiodus poeta claruit, patre Dio, matre Pyrimeda, natus in ciuitate Cyma, quæ metropolis erat Aeolidum. Habuit ex Nemene Terpsichorem filium poetam lyricum, cuius fratres Ganeo & Thaletes, interfecerunt Hesiodum, & in mare proiecerunt.

GENERATIO XLIIII.

Ioathan
rex Iuda.

Anno ab exordio mundi 4429. anno secundo Phaceiae regis Israel, in Ioathan filio Ozia, quadragesima quarta inceptit generatio. hic regnauit annis 16. optimus quidem filius ex bono patre natus, nihil prætermisit quod ad bonum principem pertinere videretur, excelsa tamen non abstulit, verum cætera iuste & integrè ex animi sui sententia gubernauit, & Dei templum, quoad vixit, frequentauit. Quibus ex virtutibus auxilio Dei proprium auxit, regnum, Ammonitas quàm maximè bello vincens, & tributa centum talentorum auri singulis annis sibi soluere compulit. factusque ab omnibus inimicis securus, ad exornandam ciuitatem Hierusalem animum adiecit, post innumera præclare gesta, porticum etiam in templo ac portam domus Domini speciosam ædificauit, quæ speciosa porta dicta, ab incurfione à Chaldæis postea facta, Dei nutu sola remansit. muros quoque vrbs vetustate collapsos restituit, & turres fortissimas ædificauit. Tandem magna cum laude defunctus, in ciuitate David cum patribus suis sepelitur, relicto post se Achaz filio successore. In hac generatione Michæam Demorasthiten 6. ex duodecim prophetis floruisse, lectio prophetiæ suæ demonstrat. durauit autem vsque ad Ezechiae regis Iudæ tempora, inter sanctos relatus. festum eius 18. Kalen. Februarij celebratur, & videtur esse alius ab illo Michæa, qui Achab regi Israel prophetauerat. Nahum etiam 7. propheta ex 12. qui vniuersi orbis consolator interpretatur, in hac generatione claruit. Anno 2. Ioathæ, in Babylone mortuo Belocho, regnare coepit Phulassar. regnauit 23. annis.

Michæas.

Nahum.

[GENE-

GENERATIO XLV.

Anno à mundi exordio 4445. anno 17. Phaceiae regis Israel, secundum aliquos, in Achaz filio Ioathan regis Iudæ, 45. inceptit generatio. regnauit autem in Hierusalem annis sedecim, vir per omnia pessimus. relicto enim vero Deo, idola Samariae coluit, ac eisdem sacrificauit, & quod detestabilius est, filios quosdam suos igni cremandos in valle Beennon idolo consecrauit. Cumque circa hæc ita vesanus existeret, conuenerunt Syrorum rex Rafin & Phaceias Israelitarum rex, erant enim amici, recludentes Achaz in Hierusalem, multisque eam temporibus obsidebant. Congressus cum eis Achaz, victus est miserabiliter. Ea namque die centum & triginta millia eius militum occisa sunt, & Zacharias filius regis occisus est, captus etiam est princeps militiae eius. Cumque rediret victor rex Israel in Samariam cum magna multitudine captiuorum, occurrit ei propheta Obed, dicens eos non vicisse proprijs viribus, sed propter iram Dei contra Achaz, grauius arguens eos, quod contribules suos contraherent ita captiuos, quos nisi remitterent, paratus esset eis repentinus interitus. Tunc Barachias nomine in re publica probatissimus, surgens in medio & tres alij, dixerunt non esse permittendum, vt captiui in urbem introducantur: sufficere prima peccata, nec adijciendas fore alias impietates. hæc ergo rex & milites audientes, permiserunt eis vt facerent quacunque crederent expedire. Tunc ad consilium Barachiae rex Israel exhibuit captiuos magnam hospitalitatem, & expensis datis, liberos eos remisit ad propria. Post hæc, vt Magister in historijs tangit, secundo obsederunt Hierusalem rex Syriae & rex Israel, cumque timeret Achaz nimis, confortauit eum Esaias, sed non credidit ei Achaz, nec voluit querere signum à Domino, & misit nuncios ad regem Assyriorum Theglath Phalasar, dicens: Seruus tuus sum ego, ascende & saluum me fac de manu regis Syriae & Israel. Intrauit rex Assyriorum Syriam, & vastauit eam, dein cepit Damascum, & in ea occidit regem Rafin, Damascenos transtulit in Dan & Cyrenen Aethiopiā versus. Indeque in Israelitas profectus, eorum terras nimis afflixit, & multos eorum captiuos abduxit. occurrit ei Achaz, ac omnes templi thesauros ac regiae domus deuehens, Assyriorum regi obtulit, ei gratias referens. Cumque vidisset altare Damasci, misit ad Vriam sacerdotem in Hierusalem exemplar eius, vt extrueret ei simile. Deinde reuersus Achaz in Hierusalem, mox altare æneum transtulit à facie templi ad aquilonem, & super altare nouum obtulit holocausta & pacifica. De altari verò æneo fertur fecisse horologium quoddam famosum. præcepit etiam sacerdotibus, vt deinceps super altare nouum offerrent. deposuit luteres & mare æneum, & ad tantam vesaniam contemptumque Dei peruenit, vt omnino clausit templum, & eius ornamenta auferre præceperit. Interea duodecimo regni eius anno, vel (quod verius est) quarto, coniurauit Osee filius Bela, contra Phaceiam regem Israel, & interfecit eum, regnauitque pro eo. quod autem dicitur, anno 12. regni Achaz inceptisse regnare, intelligunt quidam, tunc demum obtinuisse regnum in pace. octo enim annis habebat lites cum amicis ipsius Phaceiae, quem occiderat. regnauit Osee in Samaria annis nouem, fecitque malum coram Domino, sed non sicut parentes eius. Traditur enim dedisse licentiam Israelitis, vt ascenderent in Hierusalem ter in anno. Achaz verò non satiatus præmissis malis, fecit sibi in omnibus angulis Hierusalem altaria, in omnibus quoque urbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum. quare mortuus est, & sepultus in Hierusalem, non in ciuitate David, aut in sepulcris regum Israel, tanquam omnibus odiosus, regnauit autem Ezechias filius eius pro eo. In hac generatione regnare coepit in Babylone anno xj. Salmanassar, regnauit annis 17. Regnauit Medis Sifarmos tertius annis 30. In hac generatione anno quinto regis Achaz, Romulus & Remus patrum suum Amulium regem Albanorum 15. interfecerunt. id ita contigit: Pueri vbi primum adoleuere, siue formæ dignitate siue sensus grauitate, nam & studijs literarum incumbebant, fiunt quales eos esse oporteret, qui regio genere procreati essent. vita autem erat eis operosa. his annos circiter decem & octo natis, lis quadam oritur de pasuis inter eos & pastores Numitoris. Ex huiusmodi altercatione secutaerant aliquando manibus plagæ, posteaque armis: quæ res fecit, vt essent hi gemini quàm maximæ pastoribus inuidiæ, eo quod veluti duces eminent. vnde factum est, quod absente Romulo, postea per insidias Remus capitur, ductusque reuinctis post tergum

* Gehinnon

Achaz rex.

Cædes tribus Iudæ.

Esa. 7.

* Phaceas

Achaz
mors.

Romulus
& Remus
vnde ori.

tergum manibus, iniuriarum apud regem Amulium quas acceperant, accusatur, & nisi in eum vindicatum fuerit, se curam armentorum deserturos denunciant.

Amulius autem multitudini quæ conuenerat, gratificari volens & Numitori, nam & is aderat, ac regionis tranquillitati studens, simulque elationem animi contumaciamque adolescentis (impavidus enim erat) in suspicionem trahens, condemnat reum, sumendique de eo supplicij dominum Numitorem facit. Cum autem duceretur Remus à pastoribus Numitoris, sequens Numitor, decorem corporis admirabatur, animique constantiam. non enim ad misericordiam commouendam in huiusmodi fortuna, neque ad preces conuersus est vt ceteri, sed decenti silentio vadens ad mortem. Interea verò & dum in domum Numitoris aduenirent, Romulus vbi casum fratris accepit, persequi statim oportere censebat, circum se habens robustissimos pastorem, tanquam posset adipisci Remum adhuc in via: sed retentus est à Faustulo nutricio. videns enim studium illius furiosius, remque veram adolescentibus antea minimè prodiderat, ne antè periclitarentur in aliquo, quàm in optimo essent robore. tunc verò necessitate coactus, soli retracto Romulo rem omnem aperit. super adolescentem, resumptoque animo consultare coepit cum Faustulo, quo pacto Remum liberaret, & ab iniuria Amulij se vindicaret. stat sententia, Numitorem eius rei certiore facere. It Faustulus, & Numitorem cum Remo colloquentem inuenit, petitaque venia, maximum facinus & in rem suam Numitori apportare se indicat, & præbita audientia, omnem rem vt erat gesta ab origine, & quod filij sui essent Romulus & Remus, argumentis sufficientibus manifestat. quæ cum dixisset, multos rex simul cum verbis gemitus fundens, Remum amplectitur, in osculaque ruunt, ac Romulum accersiri iubet iniuriarum vindicandarum gratia paratum. Hoc igitur nuncio lætus Romulus, properè ad Numitorem pergit, & post complexus multos & salutationes, expositionem sui fratrisque & educationem, vt à Faustulo audierat, commemorans, lætis ambobus, nec multis coniecturis egentibus vt crederent, quod voluptati erat. Ac vbi sese mutuo cognouere, consilia ineunt, occasionemque rei gerendæ idoneam quarunt. Quid pluram contractis vndique socijs, ex improuiso Albam venientes, in regiam se proripiunt. Atque omnes vno impetu occupantes ingressum, non multis militibus de-

Amulij casus.

ferentem, haud difficulter Amulium obtuncant, arcemque capiunt, atque Numitorem auum maternum in regnum restitunt. Postquam autem mortuo Amulio, imperium adeptus est Numitor, communicato cum adolescentibus consilio, vbi ipsis quoque eadem visa sunt, regionem dat eis in qua educati erant, & si qui ex populo sua sponte voluissent, commigrandi potestatem facit. donauit etiam adolescentibus pecunias, armaque & frumenta, seruos & iumenta oneraria, & si quid aliud esset vrbs constitutioni conferens. Alba tunc erat caput Latio, Iulij opus: à quo dum demigrarunt adolescentes, commiscentes etiam quicquid erat hominum vel in Palatino vel circa Saturniam habitantium, multitudinem omnem in duas partes diuidunt. hoc autem eis opinionem præbuit ambitionis, vt emulatione mutua celerius opera perficerent. Cæterum seditionis causa maximi mali fuit: nam qui diuisi fuerunt, exrollentes ducem suum vtrique, tanquam ad regendos omnes idoneum, ipsi non amplius vnam sententiam habuerunt, neque fraterna sentientes, cum vterque alteri imperare conaretur. hac causa locum condendæ vrbi non eundem vterque elegerunt. nam Romulus in Palatino, cum aliarum rerum, tum fortunæ loci gratia, quæ seruari ipsos & nutrirî præstiterat: Remus verò in Auentino condendam vrbs statuerat. Verum seditionis vitandæ causa, visum est ambobus, vt omnia materno auo permitterent. venientibus Albam, iubet Numitor iudices deos faciant, aues obseruent statuto die, & vtri prius meliores aues apparuissent, hunc dominum esse coloniam. Aderant adolescentes die præstituto. prior ille Remus sex vultures, Romulus postea, sed duodecim vidit. sic victor Romulus, plenus spei, vrbs bellatricem fore. ita illi assuetæ sanguinis & prædæ aues pollicebantur. Postquam nulla causa impedimento erat vrbs condendæ, Romulus dijs sacra faciens, aliosque iubens idem pro viribus facere, alites quidem primùm aquilas accipit. conuocatis deinde omnibus in destinatum vrbi locum, quadrangularem figuram describit, iunctis ad aratrum bobus, mare & foemina, sulcum duxit qui esset murum excepturus. Anno igitur ab exordio mundi 445. olympiadis septimæ anno primo, quadringentesimo trigésimosecundo post excidium Troiæ, vigésimo quarto super

Romulus ex augurio præcist.

tricesimum regni Dauid anno, decimo Kalen. Maij, regni Achaz regis Iuda anno sexto, Romulus & Remus vrbs exigua in Palatino monte constituunt. ad tutelam vrbs tum sufficere vallū videbatur, cuius dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, à Fabio Celere duce Romuli, rostro occiditur. dubium, an iussu fratris occisus est. priua certè victima fuit, munitionemque vrbs nouæ sanguine suo consecrauit. Alij tam en aliter. omnes verò occisum Remum inter initia vrbs consentiunt.

Romam itaque Romulus à se nominari voluit, in qua ipse primus rex constitutus, regnauit annis triginta octo. Aderant tum & eò seorsum alia nonnulla loca vrbi propinqua, videlicet Collatia, Antemna, Fidenæ, Laninium, Camessa, Ianiculum, & aliæ huius generis vrbes, atque alia quorundam ædificia priuata, quæ postea in vnum collecta, Romam effecere magnam. Postquam igitur perfecta est fossa, consummataque munimenta, necessariasque extruções acceperunt domus, postulabat tempus, etiam de forma reipublicæ qua vterentur, consultare. Aduocat concionem Romulus, suggerente ei materno auo, & docente quæ oporteret dicere atque facere. Vnde diuisa in primis trifariam multitudinem omni, singulis partibus singulos præfecit duces clarissimos. Deinde trium rursus earum partium vnamquaque diuidens in denas partes æquales, harum quoque duces designauit viros fortissimos. vocauit autem partes maiores, tribus: & minores, curias: homines tribuum ducatus habentes, tribunos: qui verò curijs præsiderent, curiones dici poterant. Erant autem & in decurias diuisæ curiæ, appellatiqque duces earum, decuriones. Omnibus itaque in tribus & curias diuisis, agrum in triginta partes diuidens, suam cuique sortem

Reipublica Romanæ descriptio.

fatis esset, partem quoque agri publicam relinquens, sicque vna diuisio regionis & hominum, communem continens æquabilitatem fuit, altera item hominum ipsorum fuit, commoda & honores pro dignitate cuiusque partiens. Illustres enim genere & spectata virtutis viros, tum diuites & quibus erant filij, ab ignobilibus discreuit, humilibusque & egenis: vocauitque tenuioris fortunæ homines, plebeios: & qui meliori erant conditione, patres: his de causis progenitos eorum, deinceps patricios vocabant. Romulus autem vbi maiores à minoribus discreuit, leges dehinc posuit, & quid vtroque agere opus esset, statuit. Sacra quidem patricios perficere, magistratus gerere, ius dicere, ac secū quoque publica administrare, vrbani ipsos maximè negocijs intentos. Plebeios autem his solutos muneribus, cum in experti essent, & ob inopiam negocijs, agricolare simul & alipecore, quaestuarisqque exercere artes. Ne verò dissiderent, aut iniurijs locupletum in humiles, aut leuium egenorumq; hominum in excellentiores inuidia, commendans ipse patricijs plebeios, vnumquenque eorum permisit, quem sibi vellet patroham eligere: patronatum vocans, susceptum pauperum humiliumque patrocinium: & officia instituens vtrisque commoda, benenolas ciuilesque eorum coniunctiones fecit, vt illi tuerentur clientes, tanquam patres filios, clientes econuerso patronis obsequiosi essent. Communiter autem vtrisque neque pium neque fas erat accusare se inuicem, nec aduersus testimonium dicere, nec cum inimicis numerari. Sicque firmior erat Romanorum concordia. Romulus post hæc consiliarios instituit, centū viros ex patricijs eligens, fecitq; delectum eorum hoc modo: ipse vnum ex omnibus optimum designauit, cui committenda essent vrbana negocia, cum ipse exercitum extra fines duceret. Tribuum autem vnicuique, edixit, vt trinōs viros deligerent, qui ætate & generis nobilitate sensuque excelleret. post hos autem nouē viros etiam curijs singulis imperauit, tres maximè idoneos ex patricijs eligere, posteaq; nouem primis à tribubus electis addens nonaginta, quos curiæ suffragijs prætulerant, eo quoque quem ipse elegerat, duce addito, centum consiliariorum numerum expleuit, & à Romanis senatus dici coeptus est, qui ob authoritatem patres, ob ætatem senatores dicti sunt. Deinde trecetos viros ex generosissimis familijs eligēs, robustissimis corporibus, quos curiæ renūciarūt, eodē modo quo antea senatores, singula denos iuuenes, eos semper circū se habuit Romulus, nomenq; omnes comune hi habuerunt Celeres, ab exequēdi ministerij celeritate, & custodes regis habitati. Regis verò hæc officia: primū quidē, templorū sacrificiorumq; principatū tenere, agereq; eū omnia in honorē cultumq; deorū pia, deinde legū morisq; patrij custodem ipsum fieri, iurisq; simul omnis, senasumq; cogere, & conuocare populum, potestatemque sibi esse imperatoriam in bello. Senatorio autē ordini honorem potestatemq; talē attribuit omni de re, de qua referret regno cognoscere atq; suffragiū fer-

Senatus.

re,

te, & quod visum maiori parti esset, id vincere. Plebi deinde tria hæc permisit, magistratus creare, leges sciscere, & de bello decernere, cum rex veller; neque tamen potestate horum absolutam, nisi & senatus approbasset. ferebat populus suffragium non viritum, sed per curias conuocatus: & quod pluribus visum esset curijs, ad senatum referebatur. nunc autem mos in plerisque locis conuersus est suffragiorum. neq; enim de plebiscitis senatus iudicat, sed eorū quæ senatus cognouit, populus est dominus. Ex hac autem diuisione Romuli, nō ciuilia modò negocia isti, sed bellica quoque celeres persequerentur: quādoque enim ei visum esset exercitum educere, nec tribunos tuac per tribus, nec per curias *centuriones, neque præfectos equitum creari oportebat, sed rex quidem tribunis mandare, illiq; curionibus, à quibus deinde decuriones edocti, statutos sibi quisq; milites educebat. vnà enim decenter instructi aderant. mille etiā pugnatores elegit, vt aliqui volunt, quos ob numerum milites vocauit. Romanorum quoque vires augere volens, causam honestam præterendens, & rem ipsam in honorem *Dei referens, templum loco in vmbroso erigit, confugientibusque ad ilud, sponsor factus est per speciem religionis erga deos, nihil eos detrimenti ab inimicis accepturos, ac si permanere apud se vellent, ciuitatis etiam participes faciebat, tradebatq; agri portionem quem bello quæsierat. His auditis, confluunt vndiq; domestica fugientes mala, nec se vltcrius aliò * collocabant, quotidianis fauoribus & gratijs ab eo complexi. Fuit item & aliud institutum, vt ne captas bello vrbes funditus euererent, nec in seruitutem redigerent. verum missis in eas colonis, proportionem aliqua regionis colonias Romanorū facerēt vrbes victas, & reipublicæ participes. Postea verò quia vel vxores non habebāt, vel paucas, vel (vt alij volunt) multis circumstantibus vrbē gentibus, quarum nulla quidē Romanis amica erat, eas sibi per connubia conciliandas existimant. Cæterum cogitans quòd non vtiq; volentes cōuenirent ipsis ciuitates, vt pote colonis nouis, neq; diuitijs, nec rerū gestarū gloria excellentibus: vim verò illatā ferrent æquiore animo, si præsertim nulla fieret in necessitate contumelia: consiliū capit, vt per raptū virginum affinitates iungerent, id senatui aperiens, vbi ipsis etiam consiliū placuit, diem festū & ludos indicit, idq; apud vicinas gentes publicari fecit. Conuenientibus itaq; ad ludos hospitibus multis cū vxoribus & filijs, vbi sacros peregit ludos, signū dat iuuentuti virgines quicq; vt rapiant: diuisi itaq; per compita iuuenes, ad raptus virginū discurrunt, ingens statim secuta est perturbatio, fugaq; hospitium, malū aliquod maius suspicantium. altera autē die productis sine ignominia virginibus, ita enim eas seruari mādauit Romulus, dinumeratisq; sexcentis puellis & octoginta tribus numero inuentis, viros celebres totidē elegit, quibus puellas ipsas secundum leges patrias vniuscuiusq; earū consuetudinesq; collocauit, in communionē panis & aquæ connubia ipsa concilians. Vbi autem de raptu virginū, deq; connubijs in vrbes proximas rumore vulgatum est, alias quidem id factum in iram vertit, alia verò quo affectu id factum esset, & quem ad finem redisset cōsiderantes, moderatè rem tulerunt. Recidit res ipsa post tempus aliquod in bella. Erant vrbes primæ inter Sabinenses quæ bellū in ceperunt, Cenina, Antemnæ & Crustumini, præterdentes quidē vrbis raptum virginū, re autem vera constitutionē vrbis factæ grauer ferebant, neque negligendū rati malū hoc nascens. Ceninensibus primū exeuntibus & regionē populantibus, educens Romulus copias, incautos aggreditur, vallū eorum capit, fugientesque in vrbem persequitur, incustoditos muros & apertas portas inueniens, primo impetu vrbem capit, obuiumque ei regem pugna obruncat. acceptis itaque obsidibus, in Antemnates vertitur, palantesque eos dispersos ad prædam, inopinato superuentu capit, eodemque modo de his vt de prioribus decernens. His peractis, Romulus in Crustuminos ducit exercitum, quos etiam prælio & oppugnatione murorum in deditionem redactos, viros strenuos nihil aliud pati voluit, sed hanc quoque vrbem coloniam, sicut priores, censuit fieri Romanorum. Cernentes hæc Sabini cæteri, rem gerebant egerimè. educituri autem copias Sabini, legationē prius ad hostes mittere decreuerunt, quæ mulieres repeterent, pœnasq; raptus exposcerent: respondente autem Romulo, mulieres postquam non inuitis ipsis cum viris suis vita erat, maritis permittendas: & si alicuius rei alius ipsi indigerent, tanquam ab inimicis caperent. Neutri horum assentientes Sabini, exercitum eduxerunt, primoque congressu arcem Capitolij capiunt. cum enim Tarpeia filia Spurij Tarpeij, qui præerat arci, egressa esset ad hauriendam aquam, Titus Tatius rex Sabinorum occurrens, promisit puellam dona, gestamina scilicet quæ in sinistris habebant, inter quæ erant armillæ, scuta & annuli aurei;

* curiones

Asylum.

* conferebant,

Bellum Sabinum.

Arx Tarpeia.

aurei: accepit conditionem virgo, vel auiditate foeminea, vel quòd hostes nudatos armis proderet. verum portam virgine negligente capiunt, eamque dum precium proditionis posceret, gestaminibus ac scuris, scilicet seruandorum promissorū causa, obrutam perimunt: qua interfecta, occupauerunt arcem, & postera die cum Romanis congregiuntur. Hostilium Romani exercitus ducem occidunt, & totum exercitum Romanorum vsque ad portam palatij veterem fugant. Tunc Romulus vouit Ioui de construendo ei templo, vt suus exercitus à fuga rediret: quo facto, exercitus Romanorum resumptis viribus, rursus in pugnam procedit, fortiterque dimicando contra Sabinos, coeperunt esse superiores. Interim Sabinæ mulieres nuper raptæ, consilio inuito, sese cohortantes, sparsis crinibus & scissis vestibus inter acies ipsas & tela volantia medias se ingerunt, ex vna parte rogando parentes, ex alia viros, ne sanguine nefando socii & generi se respergerent. Herfília Romuli vxor mulier facundissima, longa & miserabili oratione, precibusque Sabinos mouens, vti viris suis pacē ipsi largirentur, eis ipsis precantibus, præcipue ob quas bellum se intulisse assererent: Sic acquieuerunt mulieribus Sabini, suntque factæ primū induciæ, posteaq; congregientibus regibus pactioes de amicitia ineunt, de quibus conueniant iureiurando, reges quidem Romanorum esse æqua potestate, paribusq; fruente honoribus Romulum & Titum Tatium, vocarique vrbem à conditore, atque vnunquenque ciuū, sicut prius, vocari Romanū: qui verò ex Tatij patria essent, Quirites dici, habitareq; Romæ Sabinos iure pari posse, quicunq; vellent, sacrorum participes & in tribus curiasq; additos. Hæc iurati, arisque simul erectis, permixti sunt, atque alij duces Sabinorum copias domum reduxere. Tatius verò rex & cum eo tres viri ex illustribus familijs Romanæ permanserunt. hoc statu rerum visum est regibus duplum facere patriciorum numerum, elegeruntque viros centum curiarum, quos veteribus senatoribus adscripserunt. Romulus autem & Tatius statim maiorem vrbem effecerunt, duos colles adijciantes, Quirinum & Cælium, separantesque habitationes, Romulus Pallantium occupans, & montē Cælium illi propinquū, Tatius verò Capitolium & Quirinalem. Annos igitur quinque regnauerunt simul, in nullo differentes. Eo verò tempore amicorum quidā Tatij exercentes latrocinia in Laurentū agro, adueniente legatione, iustaque repetente, Romulus cesebat dedi fontes oportere lassus, quod Tatius nequaquam equum arbitratur. Hoc igitur modo legati, cum nihil iusti inuenissent, id egrè ferentes, abeunt. Secuti verò quidam Sabinorum, legatos inuadunt, resque omnes adimunt, & quosdam occidunt: qui euasere, iniurias exponunt, indeque aduenientes Lauinio atque ex alijs vrbibus legati de iniurijs queruntur, bellumque denunciant iniustitia potiantur. Romulus ad hæc obstrictos præhendit, traditque eos victos legatis abducendos. Indignatus Tatius, erant enim cognati eius qui abducendi erant, legatis deditos homines abstulit. Elapso autem tempore, cum Lauinij esset Tatius cum Romulo sacrificij causa, conspirantibus in Tatium socijs & genere proximis interfectorum legatorum, percussus, ad aras occubuit, Romam dein perlatum. Romulus solus in imperio constitutus, statuit eundem esse populum, Sabinos & Romanos, quod & nominum variatio confirmabat. Deinde ad sacra versus, publica instituit & priuata. Legem tulit de matrimonijs, vt mulier viro socia esset pecuniarum & cæterorum atque sacrorum, vt viueret ad mariti morem, vxor domus domina, morientij viro sine liberis, succedebat: sin cum prole, æqua erat pars sua. Dedit Romulus omnem vitam potestatem patri in filium, siue veller coercere, siue verberare, siue iunctū rustico operi detinere: vendere quoque permisit & occidere. Duo verò tantum studia reliquit liberis lex publica, agriculturam & belli artes: imperfectam putans vtranque vitam, alteram ab altera separatam, non alteris quidem humum exercendam dedit, alteris belli munera, vt lex habet Lacedæmoniorum, sed eosdem militarem simul & rusticam vitam viuere instituit, operi omnes, si pacem agerent, vacare rustico assuesciant. Verum permittebantur etiam mercari Romani, si quādo desiderabatur aliquid. Postremò, de Fidenatibus Romulus & Veijs triumphauit, magnis cladibus affectis. Tum ne amplius finitimarum gentium subigeret, diuinitus mors subitanea accidens illi fuisse visa est causa. Quare de Romuli morte varia & magna ex parte fabulosa traduntur. scribunt enim nonnulli, dum in exercitu concionem ad populum haberet, cadente interim caligine, & suborta tempestate, cum fragore raptum esse regem, nec apparuisse amplius in concione. Verum alij, quorum est sententia probabilior, magisque ad historiarum fidem accedens, asserunt illum à ciuibus interfectum. Causam autem

Sabini in vrbe recepti.

Mors Tatij

Romuli mors.

R

autem

autem cordis hanc putant, quod obfides à Veientibus acceptos, abſque ſenatus ſententia reddidiſſet, tum quod veteri more non imperabat, ſed arrogans quaſi tyrannide in ciues utebatur. Ob has cauſas dicunt patricios de morte eius cepiſſe conſilium, geſtam autem rem fuiſſe in ſenatu, diuiſoque corpore eius in fruſta, ne cadauer appareret, exiſſe eos occultentes ſub amictu quam quiſque habuit partem, clamque humi eam mandantes, ſingentes poſtea raptum in caelum, & inter deos relatum, vt qui eſſet Martis filius. opinionem autem eam confirmauit Iulius Proculus, aſſerens ſibi Romulum apparuiſſe in via, & iam deum factum, vt pro numine haberetur, mandaſſe: & ſic pro deo habitus à Romanis, Quirinus eſt dictus, ſive à quiribus, ſive ab haſta, quam vocant Sabini quirim. deceſſitque ſine prole, vt aliquorum eſt opinio, prout refert Dionyſius Halycarnaſſeus. Anno duodecimo regis Achaz regnauit in Babylone Salmanaſſar annis xvij. annos quatuor cum Achaz, & ſub Ezechia xij. annis.

GENERATIO XLVI.

4. Reg. 18.
2. Par. 29.Ezechias
cultū diuini
reſtituit.

4. Reg. 17.

Captiuitas
Iſraelis.Finis regni
Samarie.Tobias.
Tob. 1. 2. 3.
&c.

ANNO 4461. à mundi exordio, regnante Oſea in Samaria, ac Romulo in vrbe noua Roma, quadrageſima ſexta incepit generatio in Ezechia filio Achaz rege Iuda, is regnauit annis vigintinonem in Hieruſalem, optimus ſanè vir de peſſimo patre natus, qui conſeſtim intermiſſa ſacrificia reſtituit, idola deſtruxit, vrbe ſemidirutam reparauit atque muniuit. tanto regno dignus, qui ſapientia, prudentia & conſilio plurimum valebat, ac ita manu promptus, vt nemo veteranorum eo pugnacior fuerit. vnde poſt eum non fuit ſimilis de cunctis regibus Iuda, ſed neque in his qui ante eum fuerant. adhæſit Domino omnibus diebus vitæ ſuæ, & ab eius veſtigijs non recellit. fecit mandata que Dominus præceperat Moyſi vniuerſa, & directus eſt ab eo. diſſipauit excelsa, contriuit ſtatuas & lucos ſuccidit, conſregit ſerpentem æneum quem fecit Moſes, cui vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant incenſum, & puluerem eius ſparſit in torrentem Cedron. ſcripſit quoque filijs Iſrael, vt redirent ad cultum Dei, quorum quidam nuncios eius neglexerunt, alij quosdam interfecerunt. ipſe quoque percuffit Philiſtæos vſque ad Gazam, & omnes terminos eorum à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam. Circiter annum ſextum regis Oſeæ, regni Ezechie annuſ quartum, Salmanaſſar Aſſyriorum rex contractis maximis copijs, eduxit exercitum contra regem Oſeæ, eumque multis attriuit cladibus, capta Samaria, vincitum abduxit, & vniuerſa eius bona diripuit. verum poſtea multa pecunia redemptus, & eidem tributarius factus, in regnum redire permiſſus eſt. ſed paulò poſt cum didiciſſet rex Aegypti, petens ſolatia contra eum: iratus vehementer, rurfus cum grandi exercitu Samariam venit, quam & tribus annis duriffimè obſedit, nono que regni ſui anno eam cepit, & cum toto populo in ſeruitutem rapuit, tranſtulitque Iſrael in Aſſyrios, ſcilicet ſeptem tribus que remanſerant, & poſuit eos iuxta flumen Gozam ultra montes Medorum & Perſarum, regemque in Ninive captiuum tenuit. Tranſlato itaque Iſrael de terra ſua, rex Aſſyriorum de diuerſis regionibus adduxit colonos in Samariam, paucos primùm, poſtea Aſſaradoch popularus eſt terram, & qui habitauerunt in vrbebus eius, omnes vocati ſunt Cuthæi, à quibusdam potioribus inter eos qui venerant de regione Perſide, que diſta eſt Cutha à quodam flumine. Græci verò dixerunt eos Samaritas, Hebræi vocauerunt eos Iacobitas, quia ſupplantauerunt Iſrael de finibus ſuis. Qui cum veniſſent in terram Iſrael, immiſit Dominus in eos leones, qui interficiebant eos. Nunciatum eſt regi Aſſyriorum, quod perirent coloni eius, quia ignorabant legitima Dei Iſrael: miſitque eis vnum de ſacerdotibus Iſrael, & legem Moyſi inſcriptam literis antiquioribus. Habitabat ſacerdos in Bethel, & ſuſceperunt circuncifionem & legitima Dei Iſrael: nihilominus tamen deos ſuos in excelsis colebant. vnde quandoque Hebræos dicunt ſibi propinquos, cum benè eſt Hebræis: cum verò malè, dicebant ſibi nihil eſſe cum Iſrael. Migrauerunt itaque Iſraelitæ illi, & ceſſauit regnum Iſrael in Samaria, poſtquam regnatum eſt per annos ducentos ſexaginta vnum & menſes ſeptem, ſub regibus decem & octo. Multi autem ex Iſraelitis tunc confugerunt in regnum Iuda, multi abſconderunt ſe in abditiſ, & latuerunt in regnis circumſtantibus, qui poſt reſreſſum regis Aſſyriorum redierunt ad propria, & habitauerunt cum Samaritis. Anno eodem Tobias propheta ſanctiſſimus ex tribu & ciuitate Neptalim, vir gratia ſpirituſuali præſtans, cum rege Iſrael

in

in captiuitatem abductus, in qua pietate ac religione inſignis habitus eſt. hic cum apud Niniuen conſtitutus, præceptorum patrum ſuorum non immemor, cum ægros viſitaret, eosque ad patientiam quam maximè hortaretur, egentibus elemoſynas præberet, deſperatos quoque conſolaretur, atque errantes ad veritatis viam prædicationibus deducere niteretur, cæcitatibus plaga tentatus eſt, pro qua etiam omnem perdidit diuſtantiam, & omnium pauperrimus euasit. Cuius patientiam cum Dominus diu cognouiſſet, Raphaelem archangelum ad eum miſit, qui eidem viſum reſtituit, & ſubſtantiam omnem in decuplum multiplicauit, ac cæteris Iudæis omnibus in rebus antetulit. cum in eo ſtatu vſque ad annos duos & centum vixiſſet, conſectus ſeneſcute, primò interitum Niniues & inſtaurationem Hieruſalem & templi Domini, ac Chriſti aduentum prædicens, ſpiritum Domino reddidit, in Ninive ſepultus. Sennacherib cœpit regnare nono anno regni Ezechie, regnauit annis vij.

Anno Ezechie regis Iuda xiiij. Sennacherib Aſſyriorum rex, capta Samaria & filijs Iſrael in Aſſyrios tranſlatis, aſſeſcit in terram Iuda. Erat autem is filius Salmanaſſar, ingenio ferrox. cum cepiſſet aliquas ciuitates, miſit ad eum Ezechias in Lachiſ, dicens: Recede à me, & quod impoſueris mihi, faciã. indixit Ezechias rex ex Aſſyriorum trecenta talenta auri & trecenta argenti, iuravitque quod non noceret ei. Cumque non inueniſſet Ezechias hæc ſummam in theſauris in domo Domini & ſuis, recepit laminas auri quas ipſe affixerat in valuis templi. accepit hæc Sennacherib, & mox tranſgrediens iuſurandum, miſit ad obſidendam Hieruſalem, Tarthan & Raſaces, qui caſtrametati ſunt iuxta aquæ ductum piſcinæ ſuperioris, que eſt in via agri fullonis, abſtulerunt ciuibus aquam exterioris piſcinæ. Illi cum vocaſſent Ezechiam ad colloquium, noluit exire, ſed miſit ad eos Heliachim pontificem, Sobnam ſcribam & Ioachim à commentarijs, ad quos loquebatur Raſaces Hebraicè: Hæc dicit rex magnus Aſſyriorum ad te o Ezechia, in quo confidis vt audeas rebellare? ſi confidis in rege Aegypti, inniteris baculo arundineo: ſi ſpem ponis in Deo tuo, nunquid diſ gentium & Deus Iſrael liberauerunt eos de manu mea? ſi ſpem ponis in populo tuo, dabo tibi duo millia equorum, nec poteris apud te inuenire aſſenſores. & rogabunt nuncij regis vt loqueretur eis Syriacè propter populum qui ſtabat ſuper murum. Tunc exclamauit Raſaces ad populum: Hæc dicit rex magnus Aſſyriorum, facite mecum quod vobis vile eſt, ne comedatis ſtercora veſtra, & bibatis vrinam veſtram. egredimini, & transferam vos in terram que eſt ſimilis veſtræ. Cumque retuliſſent miſſi comminationes has ad Ezechiam, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus ſacco, ingreſſus eſt domum Domini, miſitque prædictos nuncios ad Eſaiam, opertos ſaccis, iunctis illis ſacerdotibus & ſenioribus populi, dicens: Hæc dicit Ezechias, dies hæc tribulationis noſtræ eſt & increpationis diuinæ, ora pro reliquijs Iſrael, ſi forte Deus audiat blaſphemiam & vindicet. Et Eſaias: Hæc dicit Dominus Ezechia, noli timere: ecce ego mittam regi Aſſyriorum ſpiritum, & reuertetur in terram ſuam, deſiciamque eum gladio in terra ſua. Interea receſſit Raſaces, & iuit ad regem Aſſyriorum, qui expugnabat Lobnam. tranſiuit enim rex ad expugnandam Aegyptum ea mente, vt triumphans rediret ad euertendam Hieruſalem. Cumque obſediſſet Peluſium, audiuit regem Aethiopiæ Taracham magno cum exercitu venire in auxilium Aegyptiorum: conturbatus, redijt in Iudæam & obſedit Hieruſalem: antè tamen miſit Ezechia terribiles literas cõminationis plenas. is cum clamaret ad Deum, conſolatus eſt eum Eſaias, & inter cætera, Tibi, inquit, Ezechia hoc erit ſignum liberationis tuæ, tertio anno recedet à te Sennacherib non rediturus, prædico autem tibi quid facies hoc anno, & quid ſecundo, vt cum videris impleta, ſcias verum eſſe quod prædixi de tertio. comede hoc anno quod repereris, id eſt, que ſpontè naſcuntur, ſecundo poma, in tertio anno, fugato hoſte, ſecurè ſeminate, merite & comedite. Hoc audito, Ezechias gauifus eſt, & de conſilio Eſaiæ & ſapientium, obrurauit capita fontium extra vrbeſ, & exitus aquarum in Iudæa, ne Aſſyrij inuenirent aquam. Tunc obturauit Ezechias ſuperiorem fontem aquarum Gion, & auertit eas, vt influerent in piſcinam inferiorem, ſecitque ante fontem Siloe quaſi ſtagnum in quo colligeretur aqua. Redijt Sennacherib ab Aegypto, & cum Iudæam vaſtaſſet, tandem obſedit Hieruſalem. Tum angelus Domini percuffit Aſſyriorum centum octogintaquinque millia, Fugit Sennacherib cum decem viris in Niniuen, vbi in templo Adramelech & Saraſar filij ſui percufferunt eum gladio, fugientes in Armeniam. ſucceſſit Aſſaradon patri. Porro Hieroſolymite ſiſ hoſtibus, ſpoliauerunt caſtra. Ezechias licet hoſtias Deo immolaſſet, canticum tamen ex more non cãtauit, ob id ægrotare cœpit: monuit eum Eſaias, vt diſponeret moriturus domui ſuæ.

4. Reg. 18.
Eſa. 36. & 37.Liberatur
angelo Hi-
eroſolyma.

R 2 Dolens

Ezechig vi-
ta prolon-
gatur.

Esa. 38.

Sabachon.

Candaules
rex Lydoru.Cicero 3.
offic. 4. hæc
de Gyge
longè aliter
tractat.Numa se-
cundus Ro-
manorum
rex.

Dolens Ezechias quòd filium non haberet, precatur veniam conuersus ad parietem. verum antequam Esaias egrederetur partem atrij, dixit ad eum Dominus: Redi & dic Ezechia, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, ecce sanauit te: die tertio ascendes in templum, addentur tibi quindecim anni. ab Assyrijs liberaberis. Ait Ezechias: Quod erit signum quòd Dominus sanabit me? cui Esaias: Vis vt ascendat umbra decem lineis in horologio, an vt reuertatur totidem gradibus? Dedit ergo signum regi, vtrum vellet quòd sol staret per spatium decem horarum immobilis, vel rediret totidem. Et elegit rex, vt rediret sol ad orientem, & statim sol est reuersus iterum per decem lineas, per quas iam descenderat. Tunc fecit Esaias afferri massam ficuum: facieque inuncta, conualuit Ezechias, ac tertio die ascendens in templum, iuxta veram prophetæ sententiam ait: Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, sine sobole scilicet, quam expectaui: quæsiui orando residuum annorum meorum, vt donaret me Dominus Deus prole, ac pater fierem. In illo tempore misit Merodach rex Babylonis literas & munera ad Ezechiam. nam paulò antè rex Medorum & rex Babyloniorum recesserant à monarchia Assyriorum. Lætatus Ezechias in aduentu nunciorum, & iterum elatus in animo, ostendit eis omnia quæ habebat in domo & potestate sua, etiam domum aromatatum, in quam inducere gentiles nefas erat. Porro cum abiissent legati, venit Esaias ad regem: Quid, inquit, dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Qui cum indicasset ei, dixit Esaias: Ecce dies venient, & auferentur in Babylonem omnia quæ in domo tua sunt, & quæ absconderunt patres tui, sed & de filiis tuis erunt eunuchi in domo regis Babylonij. Respondit Ezechias: Bonus est sermo Domini, sit pax & veritas in diebus meis. Deinde ad exorandam Hierusalem animum adiecit. anno deinde vitæ suæ quinquagesimo quarto moritur, & apud arcem Sion, magno sui desiderio in domo regis Babylonij. Respondit Ezechias: Bonus est sermo Domini, sit pax & veritas in diebus meis. Deinde ad exorandam Hierusalem animum adiecit. anno deinde vitæ suæ quinquagesimo quarto moritur, & apud arcem Sion, magno sui desiderio in domo regis Babylonij.

Sabachon Aethiopiæ rex, quinto Ezechia regis anno regnare cepit: regnavit annis duodecim, qui Bochorin Aegypti regem vicit, & pro eo interfecto regnavit. Perdicca quartus Macedonum rex, sexto anno Ezechia regnare cepit, regnavit annis quindecim. Meles tertius Lydorum rex, decimo tertio anno regni Ezechia regnare cepit, annis duodecim regnavit. Cardiceas quartus Medorum rex, regni Ezechia anno vigesimo Medis præesse cepit, & præfuit annis tredecim. Candaules quartus Lydorum rex, anno vigesimo quinto regni Ezechia Lydis regnare cepit, regnavit annis decem & septem, vir quidem ignavus & libidini deditus. huic cum esset vxor elegantissimæ formæ, vt Herodotus & Iustinus referunt, eius pulchritudinem omnibus prædicabat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij secreta panderet. ad extremum Gygi satelliti suo speciem vxoris extollebat, & vt probaret, dixit sibi eam velle nudam ostendere. Contradixit Gyges: Here, inquiens, non licet mihi dominam meam nudam conspiceret. mulier enim exuta tunica, & verecundiam pariter exiit. Rursum Candaules, Ne cures, non sciet. ita secundum fores cum aperuerim, & videbis. Gyges effugere non valens, obtemperat, & vt Candaules prædixit, nudam vidit. verum ille inter exundum à muliere conspectus est: quæ vt didicit à viro, quomodo esset actum, præ pudore tacuit, firmans in animo sese vindicare. Nam apud Lydos probro est, etiam viros videre nudos. Mulier per fidos opportunè vocauit Gygem, dixitque: Vidisti me nudam: duorum tibi eligendi do optionem: aut enim me & pariter regnum Lydorum habe, vbi Candaulem interfeceris: aut morieris, vti Candaulem non esse obsequendum in omnibus discas. Ad hæc Gyges obstupescens, rogauit ne talia exigeret, & cum persuadere non valeret, elegit potius viuere, quæsiuitque quo pacto id opportunè fieret. Subornauit mulier, ita vt soporatum regem facillè interficeret: obtinuitque Gyges regnum etiam oraculo Delphico. nam cum Lydi indignè ferrent regis casum atque in armis essent, datum est oraculum, hunc esse debere regem Lydorum. Assaradon iunior filius Sennacherib, patri in regno successit, ipseque Sennacherib in templo à senioribus filiis suis Adramelech & Sarasar, vti paulò antè diximus, obruncatus est, quòd iuniorem eis præulerat. Merodach Chaldæum per hoc tempus in Babylone regnasse constat, qui & ab Assyrijs deficiens, Chaldæorum regnum sibi constituit, sicut & Medorum rex fecerat. hic rex Ezechia ægrotanti legatos visitationis gratia cum muneribus misit. Anno regni Ezechia ultimo, sextadecimæ Olympiadis secundo, Numa Pompilius post Romulum regnare cepit, regnavit annis quadragintauno. Mortuo enim Romulo, anno sequenti rex nullus creatus est.

est. Senatores verò alternis imperitabant eo tempore, quod inter regnum appellabant. Anno clapsò, visum est omnibus constituendam regiam dignitatem. de futuro verò rege dissensio incidit, vtro crearetur ex ordine, senatorum antiquorum centum, an nouitiorum. postremò conuenit, vt alterum fieret de duobus: aut quòd regem senatores præterquam sui corporis crearent, aut hoc ipsum nouitij facerent. accipiunt conditionem seniores, suffragijsque Numam Pompilium Sabini generis illustrem virum, deligunt, qui (vt Plutarchus ait) cum esset ingenio ad omnem virtutem accomodatus, seipsum magis per disciplinam, laboremque ac philosophiam coluit, non ad detestandas perturbaciones modò, sed vt laudatam quoque inter barbaros vim & habendi cupiditatem à se pelleret. hic à domo delicias ac magnificos apparatus pellens, omnibus se cum ciuibus tum peregrinis integerrimum iudicem & consultorem præstabat. per otium autem non ad voluptates & delicias, non ad quæstus, sed ad deorum immortalium cultum & ad ipsorum naturam, quantum ratione poterat, cognoscendam, semetipso vtens, magnum nomen adeptus est: vt Tarius vnica Tatia filia sibi generum fecerit. Anno igitur quadragesimo ætatis suæ, cum legati venissent pro eo rege assumendo, primum non acquieuit. tandem instantibus legatis atque rogantibus, ne populus iterum in seditionem veniret, regnum laceffitus suscepit. eoque suscepto, confestim populum elatum asperumque ad pacem & ad religionem traduxit.

Ferunt Numam, qui occultiore sapientia præstabat, nullis imaginibus deos coluisse. Videns Numa sine legibus regnum stare non posse, at quia circa leges dandas insistere non valeret, nisi pax esset in vrbe, statim in principio regni sui fecit in circuitu pacem, quam & habuit toto tempore regiminis sui. Facta pace, constituit templum deo Iano, cuius clausio significaret pacem, vt quasi pax inclusa maneret apud Romanos: eius autem apertio significaret bellum, quasi vt omnes milites qui ad bellum exirent, incolumes reperirentur in eo, reuertentes de prælio. quo factò, totus vacabat legibus ordinandis, tradens modum colendi deos, circa cæremônias & sacra intentus. Vt autem Romani facilius ipsum attenderent, impositasque ab eo leges promptè eidem susciperent, monitu deæ Aegeriæ omnia se agere prædicabat, quo magis à barbaris acciperentur. eò denique ferocem populū rededit, vt qui vi & iniuria occuparet imperium, religione atque iustitia gubernaret. Mutauit quoque mensium ordines: Martium quem Romulus primum fecerat, tertium posuit, præposito Ianuario atque Februario, cum antea veluti apud cæteras nationes, decem essent tantum menses. De Numa dicit August. de ciuit. Dei lib. 7. cap. vlt. Cum quidam bubulcus agrum iuxta Ianiculum, vbi erat sepulcrum Numæ, araret, sub terra effossa arcam reperit, in qua erant libri septem, in quibus continebantur instituta sacrorum, edita à Numa Pompilio diabolo instigante. nam ipse Numa, ait Augustinus, hydromantiam facere compulsus est, vt in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dæmonum, quod genus diuinationis Varro à Persis dicit allatum, quo & ipsum Numam & Pythagoram philosophum vsu fuisse commemorat, vbi adhibito sanguine humano, etiam inferos perhibet suscitari. Cum autem dicti libri inuenti præsentarentur, Petilius prætor vrbanus de authoritate senatus fecit cremari publicè, quos ideo Numa occultos habere voluit, quia noxios putauit hominibus, ideo senatus cremari fecit, quia doctrina eorum videbatur retrahere à religionè & cultura deorum, vt dicit Valer. Max. Insuper Numa Pompilius Capitolium à fundamentis ædificauit. cætera infra dicemus, vbi postulabit locus. Fuere his ferè temporibus septem illi, quos memorat Græcia, sapientes. Planè Thaletem Milesium primum his temporibus floruisse, author est diuus August. 18. de ciuit. Dei cap. 24. Primus, ait Cicero de natura deorum, de natura rerum disputauit Callimachus. dicit hunc fuisse inuentorem minoris vrsæ & stellas notasse. hic dixit aquam primam omnium rerum fuisse causam, eamque in se diuinam habere mentem & omnia producentem. Laertius fert eum dixisse, Antiquissimum entium est Deus, ingenitum enim. Optimum entium est mundus, nam opus Dei est, Maximum entium est locus, nam capit omnia. Velocissimum entium est intellectus, passim etenim currit. Validissimum entium necessitas, dominatur enim cunctis. Prudentissimum entium tempus, adinuenit enim omnia. Solon philosophus è septem sapientibus secundus, patria Atheniensis, ibidem leges optimas instituit, quas (vt Valerius refert) si Athenienses perpetuò seruare voluissent, sempiternum habuissent imperium. mortuus est in Cipro octogenarius. Chilon philosophus, patria Lacedæmonius, tertius è septem fuit.

Iani ædes.

Hydroman-
tia.Septem sa-
pientes Græ-
ciæ.Thalæti
apophthe-
gmata.

Solon.

Chilon.

Pittacus. fuit. vixit annis 57. hic fortunam ignarum dixit medicum. Pittacus Mitylenęus philosophus, in re militari strenuus, hic dicebat quod principatus virum ostenderet.

Bias. Bias Prięneus philosophus, ē septem sapientibus quintus, in Prięnęa vrbe princeps. hic molestius ait, inter duos amicos, quā inter duos inimicos, iudicare. Nam amicorum quidem alter erit inimicus, inimicorum verō alter amicus. Cleobulus Lyndius, ē septem sapientibus sextus, hic ait: Quanto plūs licet, tanto libeat minūs.

Periander. Periander Corinthius, septimus ē Gręcię sapientibus: Volentes, inquit, securē tyrannos vincere, oportet benevolentia fulciri, non armis. Archilochus in collectano de Temporib. ait Homerum poetam his fuisse temporibus, videlicet olympiade 23. à Troię excidio anno 50. illi soli ius tributum emendandi characteres & nomina & linguam Gręcam à Cadmo Samothrace proditum ferunt. Homeros plures connumerat diuersorum temporum ratione, Smyrnęum, Chium, Cumęum, Salaminensem, Colophonium, Atheniensem, Argiium, demum poetam illum Męonium.

Manasses
rex Iuda.
4. Reg. 21.

Esaías
moritur.

Numę
mors.

GENERATIO XLVII.

ANno à mundi exordio 4490. in Manasse Ezechię regis filio 47. incepit generatio. duodecim annorum erat, cū regnare super Iudam in Hierusalem cepit, & annis 55. regnavit. fecit malum coram Domino. edificauit enim excelsa quę dissipauerant patres sui, & erexit aras Baal & lucos, extruxit altaria militię cęli in duobus atrijs templi, & posuit idolum in templo Domini, traduxit filium suum per ignem tophet, obseruabat somnia, sequebatur auguria, maleficis artibus inseruiebat, habebat secum magos & incantatores, sculptile & conflatile posuit in domo Domini. Seduxit itaque Iudam & habitatores Hierusalem, vt facerēt malū super omnes gentes. Eapropter locurus est Dominus per prophetas, dicens: Ecce ego inducam mala super Hierusalem & Iudam, vt quicumque audierit, tinniant ambę aures eius. delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulę. Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses, donec impleretur Hierusalem vsque ad os. plateas Hierusalem sanguine prophetarum purpurauit. Esaiam quoque auum maternum vel affinem suum, eiecit extra ciuitatem, iuxta piscinam Siloe. ferra lignea per medium secari iussit. qui dum in principio sectionis angustiaretur, petijt sibi dari aquam vt biberet: & cū nollet ei dari, Dominus de sublimi misit aquam in os eius, & expirauit: nec sepelierunt eum in sepulcro prophetarum, sed sub quercu Rogel iuxta transitū aquarū. Tradit etiam Epiphanius, dū obsideretur Hierusalē, castris apud piscinā Siloę positis, accidit vt ciues & hostes eō liberē descenderent. orauit Esaias, & dum egrediebantur ciues, erant ibi aque sicut prius: cū verō accedebant hostes, siccabantur aque prorsus, ita vt mirarentur Assyrij. Cūq; in propria persona accessisset Sennacherib, facta est strages supradicta in exercitu ipsius. in tantę rei memoriam populus gloriose prophetā sepeliuit in loco predicto, vt etiam orationibus eius post mortē indefinenter huius aquę beneficio potirentur. Immisit ergo Dominus aduersus Manassen, regem Babyloniorū, qui depopulatus est Iudam, & Manassen vincitum catenis traxit in Babylonē, ac pluribus afflixit tormentis. Manasses ad se reuersus, egit poenitentia coram Domino. deprecatus est, vt hostem sibi suū faceret clementem. Exaudiuit Dominus orationem eius, & à rege Babyloniorum liberatus, ad regnum suum reuertitur. Cūque Hierosolymam venisset, cognouit primū Dominum Deum suum: & priorum delictorū poenitens, studuit omnibus viribus ad cultum diuinę religionis se conferre, templumque purgare, & ciuitatem collapsam resarcire, nec de alio cogitare, nisi vt posset gratias Deo pro dono salutis sibi pręstato exoluere. hęc quoque & populum facere docuit, destruxit aras Baal, altare rursus edificauit, & hostias soluens immolauit, sicut Moyses culturam diuinam exposuit, posthac omnino beatam vitam duxit, multosque ad eius exemplum traxit. Tandem vbi ea quę ad sui sceleris emendam peregisset, 74. vitę suę anno defunctus est, & in hortis suis honorificē sepultus. Anno 39. regni Manassę, Numa Pompilius cū vitam peregisset omnem obtemperantibus ciuibus, vt pote amatus à suis, & à finitimis optatus, in tempus ætatis maximum processit integer, nihil à fortuna consiliatus, facilima morte obiit, annos viuens supra octoginta: prolem quidem relinquens, vt quidam volunt, filios quatuor, filiamque vnicam. ex filia postea natus est Ancus Martius. moriente eo, luctus fuit in vrbe maximus. iacet autem in Ianiculo trans Tiberim. Numa Pompilio mortuo, factus iterum senatus reipub. dominus, in eodem genere regiminis nec

inuito

inuito populo permanendum censuit. constituit interim vrbi interreges, à quibus deinde is, quem populus omnis prætulit, Tullus Hostilius rex dictus est. Annus autem quo is imperium suscepit, secundus erat septimę & vigesimę olympiadis. hic in ipso initio opus edidit omnium munificentissimum: regionem enim extra sortē bonam superiores reges habuerant. eam Romulus bello quęsierat. quo sine filijs mortuo, succedens Numa possederat: erat enim possessio nondum publica, sed regię sortis. hanc Tullus his qui nullam sortem haberent, diuidi viritim iussit, satis esse ducens sibi rem paternam ad sacrorum simul domusque impendia, eaque liberalitate complexus ciues pauperes, beneuolos reddidit. Collem qui Cælius dicitur, muro communiuit, dans potestatem qui sine laribus erant, in eodem loco ædes construere, ipso quoque in eodem habitante. Inter hęc Cælius apud Albanos magistratum tenens, secundas Romanorum res ægerimē ferens, bellum inter ciuitates cognatas parat. Quod vt Albanis suaderet facilius, egenis ferocibusque Albanorum latrocinia permisit agere in Romanorum agro, impunitatem pollicitus. sciebat enim Romanos vicissim acturos, & ita euenit, vt incursiones fierent hinc inde, alijs interfectis, alijs captis. Tum Cælius concione vocata, acriter in Romanos inuectus est. vt legatio fieret ad res repetendas, effecit, quam si Romani negligerent, bellum indiceretur. erant enim fœdera vrbi sub Romulo confecta, vt neutra bellū inciperet: sed quę se læsam aliquando quereretur, ab ea quę læsisset, iusta reciperet. quod si non contingeret, tunc tanquam solutis fœderibus, bellum alteri inferret. Profectus ea causa legatis Romam, suspicans causam Tullus, idem ipse prior facere cogitauit, trāsferre volens in Albanos culpam & eos præuenire. Albanos iussit hospitio comiter recipi, ipse verō negocia simulans necessaria, legatorum aditum subterfugit: ac nocte proxima viros claros Alban legatos mittit, simul cum fecialibus ad res repetendas. hi ante solis ortū manē occurrunt Cęlio, in pleno foro conquērentes postulabant, quę in communibus sponsonibus continebantur. Cælius autem tanquam missis à se prius legatis, Romanos fœdera transgressos abire iubet: ad hęc legationis princeps, priorem se repetere, iustaque denegare Cęlium, ob hoc bellum indici posse. abeunt, ac referunt. quę cū audisset Tullus, legatos Albanorum ad se adduci iubet. Nunciant illi quę mandarat Cælius, bellumque minantur, nisi iusta impetrauerint. Ego, inquit Tullus, iustum Albanis bellum denuncio. Legatis. his dictis abeuntibus, ad bella vtrinque se accingunt, paratis igitur quibus opus erat, Cælius Albanus sortē circiter primam lucem mortuus à suis inuenitur. Cuius in locum dux & imperator creatus est Metius Suffetius, qui potitus imperio, in dilationes & moras rem ducendam stauit, accepta occasione opportunissima: nam certō intellexit, Veientes & Fidenates maximas vrbes, ad hoc se parare, vt à Romanis deficerent: & dum inter se Romani atque Albani bello configērent, seque debilitarent, contractis ipsi copijs vtroque inuaderent atque suppeditarent. Nec machinatio ista Tullum quoque latuit, quas ob causas in ipso belli apparatu missis hinc inde nuncijs, in colloquium Romani atque Albani conuenientes, pacis mentionem Metius prior fecit. placuit consilium pacis Tullo, dum perpetuō subsisteret. sed vt hoc fiat, subintulit Tullus, Romanos oportere arbitror communia Albanis ponere quęcunque habent aut habituri sunt bona: Albanos verō iucundē data accipiētes, fieri omnes aut optimos vrbi Romę habitatores. quod si illud graue videbitur, consilium vnum designetur vtriusque ciuitatis, vni principatum tradite, & eum quidem eligit, qui beneficijs possit rem publicam auerere. hęc igitur ego censeo, quę si fiant, tum nos certos & stabiles fore amicos puto. duas autem vrbes qui incolant, æquē vt nunc eminentes, eos nunquam ego inter se satis esse consensuros reor. His auditis, Suffetius tempus consultandi petijt, ac deliberatione facta redijt, itaque respondit: Nobis, inquit, non videretur Tullii patriam relinquere, nec patria sacra debere ac locum ipsum, quem pauld minus quingentis annis patres nostri obtinuerunt, deserere. Nos quidem Tulli principatu Italię digni, gentem ipsi Gręcam & maximam incolentes exhibemus, Latini generis dominatum obtinemus. Sed & communi lege nepotibus imperare progenitores conuenit, naturaque habet, vt seniores iuuenibus imperent. huic iuri obtemperando, spontē nobis imperio vos cedere æquum est. adde quod neque ostendere possēt aliquis apud nos gentem aliam quā Gręci generis & Latinorum, vos autem Hetruscos, Sabinos & alios sine laribus quosdam & eriabundos suscepistis, ita vt sit iam perpauca id, quod à nobis descenderit genus.

R 4

quod

Tullus Hostilius.

Cælius ali.
as Cælius.

Albani belli
origo.

quòd si nos vobis imperio cedemus, esse planè legitimo imperatorum nothum, & Græco barbarum. Nam reges etiam creatis externos, atque senatus pars maxima vobis est ex aduenis: postremò vrbs nostra perfectà & ornata, vestra adhuc est inermis, vt nuper condita ac inexperta. Quis autem non dicat, inexpertis probata, atque sana languidis dominari debere? Ad hæc Tullus: Quicquid, inquit, ex natura ducitur & progenitorum virtute, æquum est Suffeti nobis vobisque esse cõmune. idem enim vterque iactamus genus imperare autem oportere colonijs matres vrbes quasi natura, nec est verum, nec iustè postulatur. in multis contrarium fit, & vt cætera præteream, Lauinij vestram condiderunt urbem. coloni estis, an non imperatis illis? Quòd verò generositatem Albanam incorruptam prædicas, nostram alienigenarum permixtione turbatam, neque dignum esse nothos imperare legitimis, aut indigenis aduenticijs, aberras. Apud nos imperat, clarisque honoribus apud nos fruatur, non qui multa possidet, aut plures gentiles potest ostendere, sed quisquis potior est & virtute clarior, nobilior & honoribus dignior apud nos habetur. volumusque ciuitatè habere ciuibus repletam, imitatione Atheniensium, quorum maxima est in Græcis gloria, eoque modo genus regiminis nostri assumimus. vrbium enim potentia, vi militari constat: ex multis autem corporibus vires fiunt. Ad summam verò, ab alto vrbs vestra incipiens, & multarum facultatum potita, in paruam quandam contracta est domum: at nos contrà ex paruis initijs, breui admodum tempore, frequentissimâ & maximam finitimarum vrbium Romam fecimus. his & similibus pro re dictis, postremò, inquit, vnum superesse solum modum firmæ perpetuæque pacis habendæ, quo multi olim de principatu seu sinibus contendentes sunt vñ: certa quadam exercitiũ parte vtrique decertemus, in paucissimum hominum numerum cogentes fortunam belli, & victores alijs imperent. Placuit sententia vtrique vrbi, & statuerunt armis contentionem dirimere paucorum. De numero quoque quæsitũ est. Tullus, belli iudicium fieri vno Albanorum illustrissimo, cum altero Romanorum optimo: eratque ipse paratissimus pugnare pro patria, in eandem ambitionem ducem Albanũ prouocans. cæterum Albanus paucis decernerem laudabat, de pugna verò vnus cum altero differerebat, ciuitatibus, quando de eminentia inter se differunt, nõ modò lubricum, sed turpe * est per duo corpora periculum: Ternos autem ex vtraque vrbe electos viros, consulebat in conspectu omnium Albanorum & Romanorum decertare.

* differunt,
* esse

Horatij,
Curiatij.

Erant eo tempore trigemini mares Curiatij Albani, trigemini quoque Horatij Romani, ex duabus fororibus, & quod mirum est, vno & eodẽ die nati, genere clari, bello strenui, ad spectũque pulcherrimi, quibus volentibus vtriusque populi fata sunt commissa. anceps & pulchra contentio, exitusque ipso mirabilis, Curiatij pro Albanis, Horatij pro Romanis, vtriusque pro patria certamen subeuntibus. Pugna itaque facta, duo ex Horatij interfecti sunt, tertio superstitite: ex Curiatij nullus erat occisus, sed omnes tres grauitè vulnerati, qui sanus remanserat ex Horatij, cogitans se simul tribus resistere non posse, fugam simulauit, vt tres illos ipsum insequentes separaret, quibus abinuicem (vt spes erat) remotis proximum insequentem subito conuersus occidit, deinde alium superuenientem, demum tertium: quibus interfectis, reuertitur ad suos cum ingenti lætitia Romanorum, & sic imperium adiudicatur Romanis.

Cum autem Horatius ille Romam intraret victoriosus, cum spolijs trium Curiatorum quos occiderat, germana eius videns spolia vnus illorum Curiatorum, cui iam erat desponsata, sed nõndum traducta, occurrit in publicum fratri: Tu, inquit, gaudes homo dirissime consobrini interfectis, meque miserrima priuata viro. immo, inquit ille, fratres ipsa tuos negligens, pro cum luges, ac ne clam clam quidem, sed in oculis peccans, patriam contemnis, & mihi virtutem exprobras, improba, perosa fratres, atque nostris progenitoribus indigna. His dictis, vt ira tulit, gladium per latera puellæ transegit atque interfecit. Lata est tum lex ad honorem Horatorum, quæ iubet his qui trigemini sunt filij, alimenta de publico vsque ad pubertatè dari.

Postera die vocatis Albanis, consolatus est eos, constituto in imperio duce eorum Suffetio, neque ciuili vlla eorum constitutione mutata. cæterum quia Fidenates vocati ad excusationem insidiarum in Romanos & Albanos structarum, non obtemperauerunt, immo statim captis armis, clausisque portis, & inita cum Veientibus societate, aperte defecerunt, dicentes nihil sibi fuisse cum Romanis commune, ex quo Romulus rex eorum obiit, cum quo fœdus inierant. hoc igitur nomine Tullus & domesticas armauit copias, & socias accersit, venitque Metius plurima adducens & optima

& optima auxilia. Tullus ex hac promptitudine Metium laudauit, fecitque eum consiliorum omnium participem. Hic vir autem in vulgi inuidiam lapsus, tanquam bello antea malè gesto, indignum etiam ducens, se imperium habere alteri obnoxium, rem cogitauit impiam. Missis igitur clam ad Romanorum hostes literis, erexit eorum animos, & quòd in prælio vnà cum eis aduerfaretur Romanis, spem præbebat. Vocatis etiam primoribus idoneis ad rem occultandam, aperit consilium se habere, Romanis minimè subesse velle, afferens vltimum sibi malorum, infelici republica, se solum felicem esse: opportunitatem verò sibi datam, qua facilè in libertatem Albanos vindicaret. hæc & alia huiusmodi Albanis prædicans, simulque edisserens, quomodo auxiliaturus Romanis, armatus spectator belli fieri possit, ita vt victis Romanis, vincat & ipse, atque Fidenatibus accedat, alioqui à Romanis non recedat. laudantibus autem sententiam omnibus, iureiurando vnumquenque obstringit, & concilium dimisit. Paulò post ad bella paratis socijs, processerant Fidenatium & sociorũ copia, intruebanturque in pugnam acies. Exierat econuerso Romani, consistebantque suo ordine. læuum quidem cornu Tullus ipse Romanique habebant aduersus Veientes. In dextro verò cornu Romanorum, Metius & Albani aduersus Fidenates ad latus montis collocati erant. Vbi verò appropinquarunt inter se acies, Albani à reliquo exercitu instructos ordines ducebant in montem: quod aduertentes Fidenates, ac credentes sibi de proditione sponsiones facere, irruunt in Romanos, dextrum cornu scindunt, læuum verò in summo contendeat. accurrens eques ad regem, Laborat, inquit, Tulle, cornu dextrum: Albani autem deserentes aciem, ad sublimia educuntur. ibi Tullus non modò seruauit exercitum, sed res hostium contriuit, clamans de industria, Vicinus õ viri inimicos. Albani, inquit, montem hunc nobis occuparunt, vt cernitis, iussu meo. pulchrè septos habemus hostes. ite iam in eos secure. hæc dicens, per acies omnes ibat, inciditque statim Fidenatibus timor proditionis, vt deceptis ab Albano, postquam neque irruerit in Romanos, vt pollicitus erat, vertuntur, fitque fuga: insequitur rex, perturbatos persequitur. Veientes quoque, postquam Fidenatium & sociorum exercitum omnem fugere vident, veriti ne circumirentur & ipsi, solutis ordinibus, per flumen seruare se nitentur, multi perierunt, multi capti sunt. Albanus autem vbi clarè iam vincentem vidit, ipse quoque de monte equitatum suum in fugientes Fidenates vertit, disperforumque in fuga hostiũ plures interfecit. Cognoscens autem sensum eius Tullus, hancque alteram proditionem perosus, dissimulat. victoria potitus Tullus, à captiuis etiam didicit, coniurationis ac proditionis Metium esse reum. Noctu Marcum Horatium aduocans, dansque ei exercitum, iubet Albam duci, ingredientsque murum vt amici, vbi ciues in potestate habuerint, diruere à fundamentis urbem, nulli prorsus nec priuato, nec publico parcentes adificio, præterquam sacro, hominem autem nullum nec occidere, nec ledere. His dimissis, ductores exercituum reliquos aduocat, vbi & Albanus aderat, vt in victoria communi hilaris, vt verò in tuto se habere Albanos existimauit, exurgens, dixit Horatium cum copijs Albam missum, euerfurum, proditionisque notam Suffetio, nõnullisque Albanis inrens, atque publicans. Tum se Tullus vlturum, inquit, in conscios, reliquos Albanorum in nullo lædere, præterquam in vrbs excidio, sed cum fortunis suis omnibus inter Romanos numerari debere & partem agri recipere, participesque ciuitatis fieri. Postquam autem Tullus edixit, quicumque erant Albanorum pauperes, gaudebant habitaturi Romæ, & agri partem habituri. Deinde Metium iussit, si quid vellet, respondere. non habens autem quid diceret, corpus eius in duas partes lacerari atque distrahi mandauit. constituensque rex iudicia, proditores omnes occidit, ciuitatem Albanorum funditus euertit, & ciues Albanos inde Romam ad habitandum transire coegit. Deinde Fidenates vallo circumxit Tullus. ad extremum coacti sunt se regi dedere, quibus ipse voluit conditionibus, eoque modo dominus vrbs effectus, defectionis authoribus occisis, reliquos omnia vt antea sinens possidere, & quam prius reipub. habebant formam reddens, exercitum dimisit. Sabinos quoque, qui Romanos homines non obscuros spoliarant, pecuniasque abstulerant, requisitos, nihil æqui pro his facere volentes, bello rex Tullus aggreditur, ac tribus grauissimis vicit prælijs. Latinorum verò vrbes à Romanis distidebant, haud dignantes, euerfa Alba, Romanis principatum tradere. requisit rex triginta vrbes Albanis obnoxias, vt victoribus Romanis parerent. negant illi: ex quo belli apparatus plurimi fiunt, atque incurfiones crebræ, nulla tamẽ vrbs capta est.

Inter

Tullij Hostilij mors. Inter hæc cum annos duos & triginta regnasset Tullus, extinctus incensa domo cum vxore & filijs atque alia familiari turba, conflagrauit per fulmen, vt aliqui volunt. plures autem humanis insidijs esse factum id dicunt. Hic primus Iani templum aperire coepit, bellaque gessit, incipiens ab Alba quæ fuit quasi mater Romæ. hic & primus Romanorum regum fascibus & purpura vti coepit. ac urbem adiecto Cælio monte ampliauit, in repub. quoque prior censum exegit, & ob continua bella * hostilitatis nomen quæsiuit. In hac generatione Diocles Medorum rex, quarto anno regni Manassæ regnare coepit, regnavit annis 54. Gyges quintus Lydorum rex, anno 12. Manassæ, Candaule interfecto, regnare coepit, regnavit annis 36. In amplissimo terrarum regno constitutus, Apollinem Delphicum consuluit, essetne quis eo felicior: responsum est oraculo, Aglaum Prophodium esse feliciorem. senior hic in angustiis Arcadiæ finibus paruum, sed annuis victibus largè sufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egressus. Metres Aethiops Aegypti rex, anno 21. Manassæ regnare coepit. regnavit annis 12. post hunc Strophinatis regnavit annis 38. Argeus quintus Macedonum rex, anno 28. regni Manassæ regnare coepit, reg. annis 38. Ardis sextus Lydorum rex, 49. anno Manassæ regnare coepit, reg. annis 37. Archilochus poeta tunc floruit Lacedæmonius, hic propter impudicam lectionem à Lacedæmonijs exilio damnatus est. Aristodemus musicus tum fuit, qui animam dixit nil aliud quam harmoniam. Alcaeus poeta Lyricus, patria Mytilenæus, clarus eo tempore est habitus. In hac generatione Sibylla Eriphila claruit in Samo, vnde & Samia dicta est. In hac generatione anno 47. coepit regnare in Babylone Ben Merodach, regnavit annis 21. de illo facit mentionem Metasthenes. de hoc inuenitur quod captiuauit filium Ezechiae Manassen post mortem Ezechiae, vt habetur secundo libro Paralip. capite 33.

GENERATIO XLVIII.

4. Reg. 21. Amon. Anno à mundi exordio 4545. in Amon filio regis Manassæ, incepit 48. generatio, qui regnavit annis 12. in Hierusalem, secundum Eusebium & septuaginta interpretes, sed secundum Hebræos, duobus tantum. hic fecit malum coram Domino, sicut pater eius in iuuentute sua fecerat. tandem per insidias serui sui interfecerunt eum in domo propria. quo comperto, populus percussit eos qui interfecerunt regem, & sepelierunt Amon cum patre suo, statueruntque sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Et nota, vbi Hebræi ponunt duos annos quibus regnavit Amon, omittunt decem annos quibus etiam regnavit absente patre, secundum Philonem.

GENERATIO XLIX.

Iosias rex Iuda iustus. 4. Reg. 22. Anno à mundi exordio 4557. quo anno incepit regnare apud Babylonem Nabuchodonosor primus, qui reg. annis 35. in Iosia filio regis Amon, 49. incepit generatio. regnavit Iosias in Hierusalem annis duobus & triginta. octo annos erat natus, quando regnum adeptus est, qui in ea tenella ætate tantæ virtutis & sanctitatis extitit, vt omnibus ante eum regibus tanto excellere visus sit, quanto vel sideribus cæteris sol. ambulauit per omnes vias David patris sui, non declinauit ad dextram neque ad sinistram. quarto regni sui anno pietatem & iustitiã mirabilem in se iam ostendebat. nam populum reuocabat ab idololatria, & opera praua velut senior emendabat. Porro anno regni sui octauo omnem ciuitatem & prouinciã à cultu idolorum purgauit, vt nullum vestigium idololatriæ superesset. Scrutabatur domos, ne quid latenter remaneret suspectum. in vnaquaque causa iustitiam coluit tanquam animæ suæ medicinam, misitque in rotam prouinciã, vt deferrent ad reparationem templi munera vtronea: & preposuit huic operi Helchiam sacerdotem magnum, Maasiam qui erat supra ciuitatem, & Saphan scribam. factaque est ocyus reparatio templi fideliter. Anno 13. regni Iosiae exorsus est propheta Hieremias filius Helchiae, de sacerdotibus Anathot in terra Benjamin, tertio ab vrbe milliario, prophetauit vsque ad euerisionem vrbs 40. & vno annis, præter illud tempus quo in Aegypto prophetauit in Thannis. Is cum puer esset, vt sacrae literæ restantur, dixit ei Dominus: Prophetam in gentibus dedite. qui ait, Ah ah ah Domine, nescio loqui, quia puer ego sum. misit Dominus manũ suã, & tetigit os eius, dicens: Ecce dedi verba mea in ore tuo. tunc coepit prædicare, manè confurgens, & frequenter stans in porta domus Domini, & in atrijs

in atrijs templi. ostendit ei Dominus signa euerisionis Hierusalem, quam prædicabat primo signo, signans authorem illius euerisionis Deum. ostendit enim ei quasi quempiam vigilantem cum virga, vt damnificaret gentes, sicut Dominus vigilabat percutere populum. Secundò ostendit ei Dominus, quo ministro ad hoc vteretur, per olam succentam à facie aquilonis, dicens: Ab aquilone pandetur omne malum super habitatores huius terræ, id est, à Chaldæis, qui iuxta situm Hierusalem, ab aquilone venerunt. In tertia visione ostendit ei Dominus causam euerisionis. præcepit enim Dominus vt tolleret lumbare suum, & absconderet illud super Euphraten. post multos dies ex mandato Domini reuertens, inuenit illud putrefactum & nullo vsui aptum. ait ei Dominus: Sicut adheret lumbare ad lumbos viri, sic adglutinaui mihi domum Israel & domum Iuda: sed quia recesserunt à me fornicando post deos alienos, quasi putrefierent post Euphraten captiui. Atqui hic propheta ex vtero sanctus, post euerisam Hierosolymorum urbem in Aegyptum à populo suo tractus est, ibidem post multas iniurias lapidatus. festum eius celebratur prima die Maij. Porro decimo octauo * regni sui præcepit Iosias Helchia, vt residuum pecuniæ quæ oblata fuerat ad templi reparationem, conflaretur, & fierent inde vasa ad ministerium Domini. Cumque Helchias omnia diligenter scrutaretur, inuenit librũ Moysis in templo, Deuteronomium scilicet, quem reposuit Moyses, quem misit regi per manum Saphan. qui cum legisset coram rege, scidit rex vestimenta sua. audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis, & crebras comminationes Dei, miratus quòd adhuc esset in terra. Tunc præcepit Helchia & viris prudentibus, vt consulerent Dominum super se & super populum. qui descenderunt ad Oldam prophetissam vxorem Sellum, quæ habitabat in Hierusalem in secundo ambitu muri quem fecerat Ezechias: quippe cum non erat præstò Hieremias, siue quòd adhuc negligebatur: respondit Olda: Hæc dicit Dominus, Ecce adducam mala quæ scripta sunt in libro legis super locum hunc, & habitatores eius qui iritauerunt me in cunctis operibus manuum suarum: regi autem qui misit vos, dicitis: Pro eo quòd audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, humiliatusque es, differentur hæc mala, nec fient in diebus tuis, colligam te ad patres tuos in pace: quod non est intelligendum de pace ipsius regis, ipse enim occisus est à Pharaone, sed de pace populi. His auditis, mittens rex in omnem prouinciã, congregauit omnem populum in Hierusalem: & stans super gradus, legit cunctis audientibus omnia verba libri, percussit foedus coram Domino, compulitque omnes sacramenta præstare, vt leges Moisaicas per omnia custodirent. deleuit aruspices & maleficos omnes, & omnia vestigia idololatriæ redegit in puluerem, etiam vestigia quædam serpentis ænei, quem contriuerat Ezechias: rupit excelsa, vallem Tophet & ignem Moloch, equos quoque solis & currus, quos depinxerant reges Iudæ in introitu templi iuxta exedram Nathamelech eunuchi, penitus destruxit. fecerant enim ibi Iudæi idolum solis, quasi puerum imberbem. Ascendens rex in Bethel, vbi erat altare quod fecerat Hieroboam, combussit ossa sacerdotum & falsorum prophetarum eruta de sepulcris excelsum, iuxta verbũ prophetæ, cuius titulum cum legisset in sepulcro, præcepit ne mouerentur ossa eius, nec etiam illius cum quo sepultus erat. id ipsum fecit in excelsis Samariæ, ac in vrbibus Manassæ, Ephraim & Simeon vsq; Neptalim, ossa de tumulis excelsum eruta super altaria comburens, cuncta in puluerem redigens. hoc prædictum erat de Iosia ante annos 361. Et reuersus in Hierusalẽ, fecit phasẽ, conuocans ad illud etiam filios Israel, qui captiuitatem Assyriorum effugerant, vel aliquo casu de captiuitate redierant, cum non esset factum phasẽ tale à diebus iudicũ. Post hæc ascendit Pharaon Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum. audierat enim eum iam debilitatum, quia Medi & Babylonij à monarchia eius recesserant. primò aggressus est regem * Adremõn, qui regnabat tunc in Charcamis. descendit Iosias in occursum eius, prohibens ne transitũ faceret per Iudæã. misit Pharaon ad Iosiam, dicens: Non aduersum te venio, ad Euphratẽ propero, Deus me mittit ad Medos, sine me, ne Deus interficiat te qui mecum est. Non acquieuit Iosias, sed cum rege * Adremõn componebat acies, vt dimicarent aduersum Pharaonẽ. fortè autem dum transisset de curru in curru, qui sequebatur eum more regio, vulneratus est à sagittarijs in campo Maggedon. Mortuũ inde planxit inconsolabiliter * Adremõn rex cum exercitu suo. vnde vulgò dicitur: Erit planctus sicut planctus * Adremõn. Traditur autè quòd iuxta arborẽ & fontem occisus fuerit, quæ statim aruerunt. relatus est in Hierusalẽ, & sepultus in Mausoleo patrum suorum. planxit eum vniuersus populus in Hierusalẽ, & maximè Hierusalem.

Helchias. Hieremias, qui scripsit Threnos, id est, lamentationes, quæ in exequiis regijs decantabantur. Helchias maximus Hebræorum pontifex, maximo in precio fuit, qui patrē habuit Sellum, qui fuit Sadoc Azariæ, qui fuit Ioiadæ Zachariæ, qui fuit Achimaas filij Sadoc summi pontificis. Oida prophetissa Sellum summi sacerdotis vxor, Helchie mater, prædixit Hierosolymorum euerfionem & populi captiuitatem sub Iofia. Sophonias propheta nonus ex duodecim, per hoc tempus prophetauit, & librū composuit, imminentem captiuitatem prænunciens. Baruch Hieremiæ notarius, & celeberrimus vates, & ipse vnā cum Hieremia librum edidit, Baruch dictum, in quo ciuitatis calamitates & ruinas, ab Hieremia prophetas, & consolationem eidem ciuitati de reditu in Hierusalem denunciat, hunc tamen librum Hebræi non habent. hic cum librum regi Ioachim legendum obtulisset, quia in eodem scribebat euerfionem ciuitatis, & quod ipse rex Babylonij subderetur, rex librum dirupit & concremauit, Hieremiā & Baruch duris supplicijs affecit. Anno quarto regni Iosæ, post mortem Tulli Hostilij interrege creato, è patria consuetudine tum eligitur Ancus Martius, qui suscepit imperium, anno secundo trigessimæ quintæ Olympiadis, anno ab vrbe condita centesimo & duodecimo: hic rex multa sacrificia neglecta percipiens, quæ auus suus maternus Numa Pompilius constituerat, bellatoresque militijs auctos, plures Romanorum neque deos, neque agros vt antè colentes, vocata multitudine in concionem, venerari eos iterum diuina postulabat, enarrans quas pestes vrbs ob neglecta sacra perpessa fuisset, quodque rex Tullus non habens quam oportuit horum custodiam, cum corpore corruptis sensibus miserabiliter perierit vnā cum genere suo, inductionem reipub. constitutam Romanis à Numa, laudans vt honestam & moderatam, exhibentem quotidianam cuique abundantiam, hortabatur agriculturæ & nutritioni pecudum, alijsque operationibus quibus nil adesset iniusti, intendere, ac rapinas & violentiam paruipendere: hoc statu constituto reipub. sperans se semper sine bello & malis acturum vitam sicuti auum: sed non habuit respondentem fortunam, & præter sensum suum coactus est bellator fieri, nec vllum tempus aut diem sine turbatione & sine periculo viuere. statim enim cum ocium quæreret, cõtemnentes eum Latini, existimantes ignauum, latrones mittebant in finitimam sibi regionem, missisque ab se legatis iusta petentibus, nihil iusti inuenit. coactus, in Latinos ducit primū exercitum, urbem eorum Politorium cepit vi ac incendit, ciues exemplo superiorum regum iussit transire Romam, Auentinum his habitandum dedit, finitimos populos circiter xij, Tusciæ potentes, innumeris conflictibus concidit. Nec enim vlli superiorum regum belli pacisque artibus inferior fuit: quin & Ianiculum montem vrbi addidit, pontem sublicium primus Tiberi adiecit, Ostiam ciuitatē coloniam in ipso maris fluminisque confinio, sexto decimo milliario ab vrbe Roma constituit, iam tunc videlicet præfagiens animo, futurum vt totius mundi opes & com meatus illo velut maritimo vrbs hospicio reciperetur. carcerem quoque primò ad terrorem crescentis audaciæ & medio vrbs loco publico construxit. His igitur ab hoc rege gestis, successoribus suis Romam haud paruo potentiorē reliquit: quatuor & viginti annos regno potitus, feliciter moritur, duos relinquens filios. Anno 27. regni Iosæ regis, post mortem Anci Martij senatus, permittente ei populo regiminis formā, quam vellet, constituere, in eadem qua fuerat, manēdum cogitauit, interregemque creat. comitijs habitis, multitudo regem elegit Lucium Tarquinium, anno ferè secūdo primæ & quadragesimæ Olympiadis, ab vrbe condita centesimo trigesimo sexto. hic Demaratum Corinthium habuit patrem mercantiam exercentem, à quo Lucumo primò vocatus fuit. sed Romæ moratus aliquandiu, Lucium Tarquinium sese nominari voluit. hic ex successione paterna diues, Romam veniens, in ciuitatem receptus fuerat, & regi ob virtutes amicissimus est factus. Sed & patricos beneficijs deuinciens, popularemque multitudinem blandè appellans, ob quas causas, & viuente Martio, habitus est Romanorum omnium clarissimus, morienteque eodem, dignus est regno inuentus. quo suscepto, primum quidem bellum gessit cum Latinis, eosque innumeris cladibus afficiens, ad hoc necessitatis induxit, vt ciuitates Latinorum omnes tandem ad preces conuersæ, bellum deponi postularent, vrbesque traderēt: sicque potitus vrbs, moderatissime se in omnibus gessit, neminem occidens, neque exulare cogens, multansve pecunijs, sed permisit agrum suum eos possidere, atque vt iustitutijs patrijs, iussit autem captos reddi, & si quid damni intulissent in excursionibus, resarcirent. his factis, licere eos amicos esse, sociosque Romanorum, agentes omnia

Lucius Tarquinus, quintus Romanorum rex.

quæcunque ipsi præciperent. Sequenti verò anno duxit in Sabinos exercitum, quibus Hetrusci auxiliare copias mittunt. Sabini exercitum educunt, & prope Fidenas ad confluentes Anienem & Tiberim bina ponentes castra, pontem cõstruunt ligneum ex scaphis conscriptum. Tarquinius verò arte vsus, scaphas parans fluuiales, desuper paleas, sulfur & picem imponens, easque opportunè dimittens, imposito igne, pontem incendit: & dum ad extinguendum Sabini concurrunt, imperum in eos facit exaduerso Tarquinius, vtraque castra capit, partim cæsis, partim submersis atque fugatis hostibus, relictam in castris prædam militibus diuidendam concessit. captiuos autem multos Sabinorum Hetruscorumque Romam ducens, in custodias ponit. Sabini igitur belli pœnituit, ob eam calamitatē legatis missis, in sex annos inducias impetrarunt. Hetrusci autem irato animo ferentes se victos esse sapius à Romanis, & quod noluerat eis Tarquinius captiuos reddere, decretum faciunt, vt omnes Hetruscorum vrbes communiter bellū Romanis inferant. his pactis, educunt copias, atque traiccto Tiberi, Fidenas per prodicionem capiunt, quam tamen paulò post Romani recuperāt, captis præfidiarijs militibus. inter Fidenates autem authores defectionis, alij virgis cæsi sunt, alij decollati, alij exilio mulctati. deinde Hetruscis multis prælijs suis atque superatis, hi qui in vrbs erant prudentissimi, vnā omnes dissolutionem belli agere decreuerunt, emittuntque auo maximos ex quaque vrbe, penes quos esset pacis conditionumque potestas omnis. Audiens autem eos Tarquinius multa differentes, vnum solum se velle ab eis discere, an se victos ipsi cognoscerent, vrbesque ei permitterent, respondentibus verò eis conuenientia, lætus ipse ait: Nunc audite quibus ego conditionibus dissoluam bellum: ego nec Hetruscorum quæquam occidere, nec proscribere, nec rerum ablatione mulctare aliquem institui, vrbesque omnes dimitto sine præsidio minimeque tributarias, sui quoque iuris esse: hæc dans omnia, adesse mihi principatum vrbs vestrum volo, sed volentibus vobis potius quam inuitis, his potiri volo. Nunciate igitur hæc ciuitatibus, inducias do interim competentes. His acceptis, legati abiere. post paucos dies redeunt, insignia principatus quibus ipsi reges suos adornabāt, apportantes, coronam auream, sellam eburneam, sceptrum, habens supra caput aquilam, tunicamque purpuream, cum signis aureis, amictum purpureum varium: & vt aliqui volunt, tulere duo decim secures, sumptas ex vrbs singulis singulas: simul & imperium tradidere. Solebat enim quondam vniuscuiusque vrbs regi licitor præire, securem simul cum virgarum fasce ferens. Tarquinius autem non statim est vsus his, sed ad senatum populūque Romanum reijciens, an hæc essent accipienda. Quæ, postquam omnes voluere, suscepit: deinque ad vltimum vsque diem vitæ & veste indutus est purpurea picta, habensque sceptrum eburneum, in sella sedit eburnea, atque licitores duodecim, totidem secures cum virgis, ius dicenti ei adstant, & euntem præcedebant. Bellum igitur quod Tarquinio aduersus Hetruscos fuerat annos nouem, hunc finem habuit. Vna verò relicta gente Sabinorum, quæ de imperio cum Romanis contenderet, bellicosa, regionemque possidente magnā, Tarquinius illis indicit bellum, quod inducias temerassent. Sabini lætè bellum suscipiunt, durauitque bellum hoc annos quinque continuos, per quos agrum hostiliter vtrique populantes, inuicem & multa parua magnaque prælia committentes persecerunt, raro quidem feliciter gerentibus rem Sabinis. Igitur Sabini tãdem omnes vires educentes, obuiam ire hostibus parant, mori satius existimantes, quam seruire. diuidunt copias in bina castra. Rex verò Tarquinius contra tres constituit legiones, totidem ponens castra. Romanos ipse ducebat, Aruntem verò fratrualem suam Hetruscorum declarauit ducē. Latinis autem cæterisque socijs præfecit virum bello insignem, consilio valentem, hospitem & sine vrbe. nomen erat illi proprium Tullius, agnomen Seruius. Cum vtrique parata sunt ad certamen opportuna, descendit in pugnam. tandem cæsis multis, Sabini fugam ineunt, ac vtriusque castri rex fit dominus. Campestria iam sine metu rex obtinens, prædam militibus diuisit: & dum illos rursum inuadere statuit, Sabini communi vsi sententia, priusquam in periculū euerfionis veniret, ex vnaquaque vrbe Sabinorum præclari viri regem ad eunt, rogantes vt moderatas faceret reconciliaiones. Ille autem deditioem amplectens sine periculo, & obedientiam eius geritis, iccto pacis fœdere iisdem conditionibus, quibus antea cum Hetruscis egerat, captiuos illis omnes sine precio reddidit. His bellis virtutem suam præclare ostendit. Pacis autem tempore popularem ipse turbam studens familiarem facere, huiusmodi beneficijs allexit: electos centum ex omni populo patri-

Deiunt se Lucio Tarquinio Hetrusci.

Hetruscos mos.

Sabini.

Naiij au-
guris me-
morabile.

Tarquinius
interficitur.

Gallorum
transitus in
Italiam.

Cyraxes
alijs Arfa-
ces.

Pherecydes

poetria,

cios effecit, & in numerum senatorum constituit, & sic senatores fuere trecenti. Deinde ad sacra conuersus, numerum Vestalium virginum ampliavit, forum quoque ornauit officinis, ac muros urbis rudibus vilibusque structuris aedificatos, primus cepit faxis magnis formatis ad regulam construere, cepitque fossas etiam cloacis ducere, per quas fluens ex compitis aqua omnis, fertur ad Tiberim. mandauit quoque rex templum extrui Ioui, Iunoni & Dianæ, quod in bello Sabino uouerat. circum aedificauit. ludos instituit. Volebat autem tres alias designare tribus, sed obstitit ei Nauius, haud mouere quidquam ex constitutis à Romulo. Erat autem Nauius augur probatissimus, licet ex collegio augurum non esset, augurandi tamen arte præcellerat. prohibitus rex ab instituto, agrè tulit. Nauium experiri conatus est. unde vocato eo in publico foro, quo falsum vatem demonstraret, quæsiuit à Nauio, fieri ne posset quod ipse mente conceperat. ille expertus, respondit posse. atqui hoc, inquit rex, agitabam, an eotem illam secare nouacula possem. Augur, potes ergo, inquit. Tarquinius nouaculam ad corem applicans, cotem secuit. Ad hæc Tarquinius erubescens, à tribuum institutione abstinuit. deinde Nauium, vt omnium Deo charissimum, amplexus est. Rex Tarquinius prohibitus iam bellicis operibus ob senectutem, octogenarius enim erat, dolo interfectus à filijs Anci Martij, moritur. causas alij alias fuisse scripserunt. verisimilior apparet: Ancus Martius tutorem reliquit filijs duobus Tarquinium. cum autem de electione regis tractandum esset, illos tutor venatum misit, regnum ipse petijt, & obtinuit: filios Anci Tarquinius in multis postea honorare voluit, tamen propter iniuriam sibi factam, & quia nullum eorum substituerat, sed Seruium Tullium, cui filiam suam desponsauerat, in eum conspirant, & duos pastores assuetos ferramentis agrestibus dimicare, ad hoc delegerunt, vt eum interficerent, qui ex condito inter se litigantes, appellauerunt regem; cum admissi fuissent in conspectum regis, & rex in vnum illorum conuerentem intenderet, alter eleuata, securi, regem in capite percussit & occidit. hoc factò, extra se proripuit. ita rex annos octo & triginta regnans, moritur. interfectores verò comprehensi: qui principes insidiarum indicant, morteque post multatantur digna. Per hæc tempora regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, post aureum seculum paulominus mille quingentis annis, vt refert Ioannes Annius Viterbiensis, anno ante * crematam urbem ducentesimo, Galli transiens alpibus, mira multitudine gentium sensim à transpadana regione pepulerunt Tuscos ab imperio, dein à cispadana, donec Rhetus ab eis pulsus, etiam à cispadana coactus est ducere colonias Tuscas in Rhetos, vt omnes historici consentiunt, & ab his Gallia Cisalpina est dicta. Hæc ille. De his refertur ab alijs: Galli Celtici, cum eos non caperet terra que genuerat, trecenta hominum millia ad sedes nouas quærendas accesserunt, & eorum portio in Italia confedit: ibique masculis omnibus interfectis, eorum foeminas duxerunt uxores, è quibus liberos suscipientes, habitu, lingua & moribus patrios ritus imitantes, purissimi effecti sunt Galli, & vniuersa prouincia Cisalpina appellata. Anno quingentesimo regni Iosæ, Cyaraxes Medorum rex septimus regnare coepit, & regnauit annis xxxij. qui Ninuën ciuitatem omnino subuertit & deleuit, iuxta verbum Tobie, qua deleta, Assyriorum regnū omnino cessauit. Sadiates rex Lydorum, xix. regni Iosæ anno regnare coepit, & regnauit annis xv. Pherecydes Syrus natione, philosophus egregius hoc tempore floruit. Simonides Græcus poeta, clarus habetur. hic dicere solitus, Fortuna innocentem sæpe deserit, spes bona nunquam. Floruit per idem tēpus & Stesichorus Lyricus poeta. Arion citharædus optimus in Lesbos insula claruit. hic cum arte sua multas diuitias in Italia & Sicilia congregasset, Corinthum remeās, in mari à nautis præcipitatus est, sed à delphino pisce exceptus, in Laconiam ante nautas deportatus, Corinthum adijt: vbi re sua cognita, & illis supplicio traditis, omnia bona recuperauit. Sappho item *poetrix, quæ plectrum prima inuenit, his temporibus floruit. Phalaris tyrannus Agrigentinus, authore Eusebio, hoc tempore fuit, cui Perillus Atheniensis tormentum taurum ærcum fabricauit, quod artifex ipse primus experiri coactus est.

GENERATIO I.

ANno 4589. à mundi exordio, per lineam Christi ab Ioachim, qui & Heliachim, filio Iosæ regis Iudæ, quinquagesima incepit generatio. Is regnauit in Hierusalem annis vndecim. nam patre Iosia, à Nechaone rege Aegypti, cum quo inuito erat con-

congressus, occiso, pro eo filius eius Ioachas, spreto fratre primogenito, surrogatur. Iechonia
sed veniens Pharaon Nechao rex Aegypti in Hierusalem, amouit eum, & abduxit eum
seu Ioachim
in Aegyptum: imposuit tributum terræ centum talenta argenti & vnum auri,
constituitque pro eo regem fratrem eius primogenitum Heliachim, sibi tributarium.
Quoniam tres filios genuit Iosias, authore Philone, Ioacham eum, qui mortuo pa-
tre tres menses regnauit, Ioachim, tum Ioakin: siue hunc, siue illum Iechonia nomine
Apostolus intelligit, dicens Iosian genuisse Iechonian & fratres eius. Sunt tamen
& qui Mathathanian siue Sedechian Iosæ filijs connumerent, nescio an sacrorum li-
brorum autoritate probari possit. Porro Ioachim xxv. annorum erat cum regna-
re coepisset, homo flagitiosus & idololatra. Mirum quòd tam bonus pater tot flagi-
tiosos genuerit filios. Hic igitur principatu inuito, in omnem turpitudinem prolapsus
est, quem cum argueret Vrias propheta, comminatus est ei valde, ita vt Vrias fugeret
in Aegyptum. misit autem post eum Ioachim, & reductum morte turpissima inter-
fecit, omnes etiam templi ministros depulit atque fugauit, necnō auaritia sua omnia
expilauit. Porro anno quarto Ioachim, dixit Hieremias populo: A tertio decimo
anno Iosæ prodidi verba Domini, qui est annus xxij. nec auditus sum. Quin ait Do-
minus: Adducam seruum meum Nabuchodonosor super terrā hanc & affinem, ser-
uiet ea regi Babylonie lxx. annis, quibus impletis, visitabo regem Babylonis atque ter-
ram Chaldaeorum, illorum iniquitatem & nequitiam ponam in solitudinē sempiternam.
Mirabantur populi de tanta audacia loquendi. nam in principio regni Ioachim
cum in atrijs templi dixisset, Hæc dicit Dominus, Dabo domum hanc sicut Silo, &
urbem hanc in maledictionem: apprehenderunt eum sacerdotes & prophetae & omnis
populus, dicentes: Morte moriatur. Et ascenderunt de domo regis principes Iuda,
sedentes in porta domus Domini, accusantes eum. qui respondit: Dominus me misit
vt prophetarem aduersus locum istum. ecce in manibus vestris sum. facite quod re-
ctum est in oculis vestris. Liberauerunt eum principes è manibus populi, & maximè
Aicham filius Saphan, dicens, quòd Michæas Demorasthites in diebus Ezechie simi-
lia prædicasset, & multi prophetae in diebus regum, nec aliquid ab eis perpeffi sunt,
sed honorati. clauerunt tamen principes Hieremiam, ne publicè prædicaret. Dixit
autem Dominus ad Hieremiam: Tolle volumen, & scribe quæ locutus es à diebus
Iosæ. Conuocauit Hieremias Baruch, qui scripsit ex ore Hieremie omnes sermones
Domini. Huic dixit: Clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini, ingredi ergo
tu, & lege quæ scripsisti, in die ieiunij audiente populo. Fecit hoc Baruch, legitque
vniuersa in domo Domini. Quin & in anno quinto Ioachim, cum prædicaretur ieiunium
omni populo in Hierusalem, & vniuersis qui cõfluxerant de Iuda, legit Baruch
sermones Hieremie in portæ introitu. Quos cum audisset filius Gamarie Michæas,
descendit ad principes ac seniores domus regis, ac renunciauit omnia hæc. quare ad-
uocauerunt ad se Baruch. Qui cum legisset omnia verba coram eis, obstupuerunt &
dixerunt ei: Abscondere tu & Hieremias. Ingressi autem sunt ad regem. cumque le-
gisset filius Nathanie tres pagellas vel quatuor, scidit eas. tum exustum est volumen
integrum, quibusdam tamen improbantibus hoc. Præcepit rex seruis suis, vt com-
prehenderent Baruch & Hieremiam. Dominus autem abscondit eos. Dixit iterum
Dominus ad Hieremiam: Scribe rursus in volumē omnem sermonem quem com-
bussit Ioachim, & superaddes plura, præcipue ea quæ dicit Dominus cõtra eum. Non
erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & cadaver eius projicietur ad estum & gelu,
non plangent eum frater & soror, non concrepabunt ei, Væ domine: sepultura asi-
ni sepelietur, putrefactus extra Hierusalem, & plura huiusmodi. inuat enim ea pro rei
memoria narrare modò. Deinde ascendit Nabuchodonosor in Iudæam, & depo-
pulabatur eam. Rechabite autem qui habitabant in tabernaculis seorsum ab omni-
bus, timentes, ascenderunt in Hierusalem vt saluarentur. Et dixit Dominus ad Hie-
remiam: Introduces omnes Rechabites iuxta domum Domini. quos introduxit in
gazophylacium filiorum Ennon, & posuit coram eis scyphos & calices plenos vino,
dicens: Bibite vinum. qui responderunt: Non bibemus, quia Ionathas filius Rechab
pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinū vos & uxores vestræ & filij vsque
in sempiternum: domum non aedificabitis, sementem non seretis, vineas non plan-
tabitis, in tabernaculis habitabitis cunctis diebus. Tunc ait Dominus ad Hieremiam:
Dic habitatoribus Hierusalem, nunquid non accipietis disciplinam, vt obediatis mi-
hi sicut Rechabite patri suo? propterea inducam super vos mala, stirpis verò Rechab

Matth. 1.

Hieremias
prophetia.

Rechabite.

non deficiet vir stans in conspectu meo. Porro cum ascendisset Nabuchodonosor in Hierusalem, cepit Ioachim, & ligauit eum, trahebatque secum, & nobiles cum eo. In itinere vero imposuit ei tributum, & remisit eum in Hierusalem, sed obsides traxit secum, pueros de semine regio, Daniele & tres pueros. praestitit ei Ioachim tributum tribus annis. sed cum audisset quod rex Aegypti rebellaret contra Nabuchodonosor, negauit tributum quod promiserat. Ascendit rex Babylon in Hierusalem sub iure foederis, & non seruauit fidem intromissus, sed iuuenes fortissimos quosque occidit vna cum rege Ioachim: quem & ante muros insepultum projici iussit.

Daniel abducitur.

Ioachim perimitur.

GENERATIO LI.

ANno 4600. à mundi exordio, per lineam Christi, in Ioachim filio Iosif, quinquagesima prima incepta generatio. Hunc Ioachim seu Iechoniam, occiso fratre, regem constituit: decem & octo annorum erat cum regnare coepisset, tribus mensibus regnauit: vixit autem postea plus quam xl. annos. Ioachim seu Iechonias cum primum regnare coepisset, repente timor Babyloniorum regem inuasit, ne fraternae necis memor esset Ioachim, ideoque coestim exercitum in Hierusalem misit, & eum in vrbe obsedit. Ipse autem cum esset vir bonus, nolens ciuitatem perdere, consilio Hieremiae vsus, se cum matre omniue domo & reliquis eius principibus vltro neus Nabuchodonosori tradidit: iure tamen iurando recepto à rege, quod sibi & ciuitati nihil mali fieret, sed non seruauit sibi fidem rex: praecipit enim ipsum & matrem eius & omnes amicos fortes Israel, ligatos ad se adduci, qui omnes (vt scribit Iosephus) fuerunt 10832. Et haud longè post posuit Nabuchodonosor Ioachim apud Chaldaeos in carcerem, vbi mansit vsque post mortem regis, qui Iechonias post transmigrationem, vt scribitur in euangelio, genuit Salathiel. Tullit quoque rex Babyloniam vniuersa vasa aurea de domo Domini, & thesauros de domo regis, & transtulit in Babylonem. quia verò spontè se tradidit iste Iechonias cum suis, transmigrasse proprie dicitur: alij verò qui postea per violentiam abducti sunt, captiui dicuntur seu desolati, inter quae magna est differentia. Abducto itaque Iechonia, Nabuchodonosor statuit in locum ipsius patruum ipsius Mathathanian, vt seruiret ei sub tributo, interposita iurisdictione religione: & mutato nomine, vocauit eum Sedechiam. vndecim annis regnauit, & fecit malum coram Domino. erat enim superbus, adherere statuit Aegyptiorum regi, contempto iure iurando, deceptusque à falsis prophetis. quem hoc signo arguit Dominus, dicens ad Hieremiam: Descende in domum figuli, descendit, & figulus fecit opus super rotam, quod dissipatum est, & conuersus, fecit de eodem luto aliud vas, sicut placuit. Dixit Dominus ad Hieremiam: Dic domui Iuda, Nunquid sicut facit figulus, poterò facere vobis, vt disperdam vos, & poenitentes aedificem & plantem? Factum est autem in anno quarto Sedechiae, miserunt ad eum nuncios rex Edom, rex Moab, rex Tyri, rex Ammon, rex Sidonis, petentes vt pariter foederati, negarent tributum regi Babylonis. Quod ne fieret, propheta vetuit. Nam dixit Dominus ad Hieremiam: Fac tibi catenas ligneas, & pones vnā in collo tuo, & alias quinque dabis in manus nunciorum quinque regum, coram Sedechia dicens: Hæc dicit Dominus quinque regibus & regi Iudæ, Ego feci terram, & dedi eam ei qui placuit, & nunc dedi omnes terras istas in manus Nabuchodonosor serui mei: gentem autem & regnum quod non seruiret ei, gladio, fame & peste visitabo. nolite audire verba prophetarum dicentium, Non seruietis regi Babyloniorum, ne pereatis cum eis. Et cum compleisset Hieremias mandatum Domini coram Sedechia, Ananias propheta de Gabaon, tulit catenam de collo Hieremiae, & contregit eam, dicens: Hæc dicit Dominus, Sic confringam iugum Babylonis post duos annos dierum, & referri faciam omnia vasa Domini, reducā omnem transmigrationem Iudæ, & ait Hieremias: Amen, sic faciat Dominus. q. d. id ipsum vellem. Veruntamen audi Anania, non misit te Dominus, & confidere fecisti populum istum in mendacio, propterea morieris hoc anno post duos menses dierum. & mortuus est Ananias anno illo. Territus autem Sedechias ob mortem Ananiae, misit nuncios in Babylonem cum tributo, misit & Hieremias epistolam per nuncios secreto ad omnem transmigrationem, dicens: Hæc dicit Dominus, aedificate domos, & plantate hortos, ducite & tradite nuptui, quaerite pacem ciuitatis ad quam vos transmigrare feci, orate Deum pro ea, quia in pace illius erit pax vestra: non vos seducant prophetae qui in medio vestri sunt, qui promittunt vos in breui redituros: quia cum coeperint impleri in Babylone

Sedechias rex constituitur.

Hier. 18.

Hier. 27.

Hier. 28.

Hier. 29.

lxx.

lxx. anni, reducam vos ad locum vestrum. Hæc autem dicit Dominus ad Achab filium Chulæ, & ad Sedechiam filium Maasæ, qui prophetant vobis mendacium: Tradam eos in manus regis Babylonis, & percutientur in oculis vestris, assumetur prouerbium dicentium: Ponet te Dominus sicut Sedechiam & sicut Achab, quos frigit rex Babylonis igne, pro eo quod moechati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt in nomine meo quod non mandauit. Cumque redissent nuncios de Babylone, attulerunt literas ex parte pseudoprophetarum ad sacerdotes in Hierusalem in hæc verba: Posuit vos Dominus in domo sua super omnem virtum arrepticium & prophetantem, vt mittatis eum in neruum ac carcerem: nunc quare non increpatis Hieremiam, vt dicit nobis, Aedificate domos, quia non redibitis? legit Sophonias epistolam coram Sedechia in auribus Hieremiae, & ait Hieremias: Hæc dicit Dominus, Super eos quos transmigrare feci, visitabo verbum bonum, vt reducam eos: super vos autem qui non estis egressi cum eis, immittam gladium, famem & pestem, & ponam vos quasi ficus malas quæ comedi non possunt. Ostendit enim Dominus mihi signum, ecce duo calathi pleni ficibus positi sunt ante templum: & dixit Dominus: Quid tu vides Hieremia? dixi, ficus bonas valde, & ficus malas valde. ait: Sicut ficus hæc bonæ, sic cognoscam transmigrationem, reducam eos in terram hanc: & sicut ficus pessimæ, sic dabo Sedechiam & reliquos qui remanserunt in hac vrbe, in vexationem & opprobrium omnibus regnis terræ. Dixit iterum Dominus ad Hieremiam: Vade & accipe lagunculam figuli testeam, duces tecum de senioribus sacerdotum & de senioribus populi ad vallem filiorum Ennon, & conteres lagunculam in oculis eorum, dicens: Hæc dicit Dominus, sic conteram locum istum. Venit Hieremias de Tophet, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum: Hæc dicit Dominus, ecce inducam super hanc ciuitatem mala quæ locus sum aduersus eam. Indignatus Phasur sacerdos, percussit Hieremiam, & misit eum in neruum. cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phasur Hieremiam de neruo. cui ille: Non Phasur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem: duceris enim pauens in Babylonem. Anno quinto Sedechiae prophetabatur Ezechiel in Babylone, cum accepisset captiui epistolam Hieremiae. At nono Sedechiae anno Nabuchodonosor obsedit Hierusalem, quod negaretur tributum. misit Sedechias sacerdotes ad Hieremiam, vt interrogaret Dominum, si forte misericordiam faceret. respondit Hieremias, venturum Sedechiam in manum Babyloniorum cum populo, quem percutiet in ore gladij absque vlla misericordia. Porro rex Aegypti egressus est cum exercitu, quasi soluturus obsidionem Hierusalem. occurrit rex Babylonis, & fugauit eum de Syria. Cumque sic discessisset ab Hierusalem Nabuchodonosor, illuserunt falsi prophetae Hieremiae, dicentes: Non reuertentur Babylonij, sed redibit transmigration cum vasis Domini. Contra hæc Hieremias: Tradetur, inquit, Sedechias in manu regis Babylonis, loquetur os eius cum ore ipsius, oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylone ducet Sedechiam. impij verò dicebant Hieremiam à mente excessisse. Porro Hieremias strauit a sinum, vt egrederetur ad Anathoth vicum suum, qui viginti stadijs distat ab Hierusalem. Cumque peruenisset ad portam, custos portæ Ierias apprehendit eum, dicens: Ad Chaldaeos profugis? & duxit eum ad principes, qui casum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ioathæ scribæ, vbi sedit diebus multis. Venit ad eum Ananeel, filius Sallum patru sui. Is ait: Eme agrum meum qui est in Anathoth. tibi enim competit hæreditas, tanquam propinquior. Intellexit Hieremias quod verbum Domini esset, & emit agrum, appendens septem stateres & decem argenteos, adhibuitque testes, signans stipulationes & rata, rescriptum librum fecit apertum in oculis Ananeel, quem dedit Baruch, dicens: Sume librum emptionis signatum, & librum hunc qui apertus est, & pone eos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit Dominus: Adhuc possidebuntur agri & vineæ in terra ista, de qua vos dicitis, deserta est, ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos, ad locum istum, habitabunt confidenter, & feriam cum eis pactum sempiternum. Anno verò nono Sedechiae, redijt Nabusardan princeps exercitus Babylonij, & princeps Nabuchodonosor cū eo, circumdederuntque Hierusalem, & construxerunt in circuitu eius munitiones, & clausa est ciuitas decem & octo menses. Perterritus itaque Sedechias, tulit Hieremiam de carcere, interrogauit eum in secreto, dicens: Putas ne est sermo à Domino, quia redierunt Chaldaei? Qui respondit: In manus regis Babylonis traderis. sed obsecro domine mi rex,

Hier. 24.

Phasur impieras.

Hier. 32.

Fugatur rex Aegypti auxiliarius Sedechiae.

Hier. 32.

Mittitur
Hieremias
in lacum.

ne remittas me in carcerem Ionathæ, ne moriar in eo. Præcepit rex vt traderetur in vestibulum carceris, & daretur ei torta panis quondie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate. Clamauit autem Hieremias in vestibulo carceris: Qui remanserint in ciuitate, fame aut gladio peribunt: qui confugiunt ad hostes, quodammodo mortem declinabunt. conuenerunt principes & seniores ad regem, dicentes: Rogamus vt moriatur homo iste. de industria enim dissoluit manus bellantium. planè mentitur, cum dicit: Sedechias vincit ducetur in Babylonem. Ezechiel enim in Babylone prophetauit, dicens: Sedechias non videbit Babylonem. & dixit rex ad eos: Ecce ipse in manibus vestris, nec enim fas est regem vobis quidquam negare. Tulerunt ergo Hieremiam, & deposuerunt eum cum funibus in lacum Helchiz, in quo non erat aqua, sed lutum, vt morte propria suffocatus periret. Erat propheta in luto vsque ad guttur, quod erat ei amarius omni morte. tunc Abdemelech Aethiops vir eunuchus, secretò dixit ad regem: Peccare te fecerunt viri isti grauitè. Qui respondit: Tolle tecum triginta viros, & leua prophetam de laeca antequam moriatur. Qui assumpris viris, tulit pannos veteres, & submisit eos in lacum per funiculos, dicens ad Hieremiam: Pone pannos veteres sub cubito manuum tuarum & super funes. sic eduxerunt eum de lacu, vocauitque eum rex secretò ad ostium tertium, quod erat in domo Domini, & ait: Quæso ne abscondas à me aliquid. Qui respondit: Si consilium dederò tibi, non me audies, sed interficies me. Iurauit ei rex, viuut Dominus, non occidam te, neque tradam in manus virorum qui quærunt animam tuam. Ait Hieremias: Si exieris ad principes Babylonis, saluus eris tu & domus tua, & ciuitas hæc non succedet: alioqui succedet, & tu cum domo tua non effugies manus eorum. Ait rex: Facerem quod dicis, sed timeo contrabiles qui transierunt ad Chaldaeos, ne forte accusent me, & tradar in manum eorū, & illudant mihi. Ait Hieremias: Non traderis. Tunc rex inquit: Nullus sciat verba hæc, si quæsierint à te, quid locutus est tibi rex, dices: prostrani me coram rege, ne reduceret me in carcerem. Porro defecerunt victualia in ciuitate, adeò vt mulieres comederent paruulos. Capta est autem ciuitas vndecimo anno Sedechiæ, quarto mense, nono die, secundum Hieronymum. quinto die aperta est ciuitas circa mediam noctem. Fugit autem Sedechias cum omni domo sua nocte, & principes amici eius per hortum regis in desertum, quos persecuti hostes, comprehenderunt in campo solitudinis Hierichuntinæ. Sedechiam verò cum reliquis quos ceperant, vincitum traxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui exprobrauit illi perfidiam, ingratumque fuisse dixit, & contra munificum hostiliter egisse, deierasseque in Deum: quare magnus Deus habens odio tuam nequitiam, tradidit te mihi. occiditque rex Assyriorū filios eius coram eo, & Saraiam summū sacerdotem, Iosedech verò eius filiū reseruauit, occiditque eunuchum bellatorū principem, Saphan principem exercitus, & plures alios: oculos verò Sedechiæ effudit, catenis vinxit eum, & Babylonē duci fecit cum Iosedech. sic venit Sedechias Babylonem, vt Hieremias prædixerat: sed eam non vidit, vt Ezechiel quoque prædixerat. Igitur vndecimo anno Iechoniae, & Sedechiæ regis anno tertio, postquam obsessa est Hierusalem, Nabuzardan princeps militiæ eò missus, incendit domum Domini, domum regis, omnes domos Hierusalem, & totum murum per circuitum destruxit, & tulit omnia vasa domus Domini, columnas duas & mare æneum, populum captiuum duxit in Babylonem, tulit Hieremiam de vestibulo carceris. mandauerat enim Nabuchodonosor, dicens: Relaxa illum, & vt voluerit, sic facies ei. Et tulit Nabuzardan Hieremiam, & dixit: Veni mecum in Babylonem, honorabo te. quod si displicebit tibi, reside hic, aut habita vbi voles: tradiditque ei cibaria & munuscula, ac dimisit eum. similiter & Rechabitas liberos abire permisit. Sedit itaque Hieremias & Baruch notarius eius in medio populi, qui relictus fuerat. Nabuzardan verò præfecit terræ Godoliam filium Aicham, vt præficeret pauperibus qui relictis erant, agricolis & vinitoribus, vt redderent singulis annis vectigalia regi. postea abiit ipse in Babylonem, trahens secum catenatos in captiuitatem Babylonicam. hic fuit exitus regni Hebræorum, sub regibus per lineam Christi decem & nouem, qui regnauerunt annis quadringentis octogintaquinque. Fuerunt & alij reges, sed non in linea Christi, quorum temporibus pontifices fuerunt Sadoc, qui post Abiathar fuit, deinde Achimaas, Azarias, Ioiada, Zacharias, Amasias, Achitob, Sadoc, Sellum, Helchias, Azarias, Saraias, Iosedech vltimus, qui captiuus in Babylonem est ductus atque occisus.

Hieremias
liberatur.

Anno

ANno à mundi exordio 4610. aliàs xj. ab vrbe condita centesimo quinquagesimo sexto, olympiade quadragesima septima, captiuitas Iudæorum simul ac ciuitatis Hierosolymæ facta est, in qua ætas seculi quinta incepit, & durauit vsque ad natiuitatem saluatoris nostri per annos quingentos octogintanouem, secundum comunem opinionem. Nam secundum Philonem lib. de temporibus, durauit per annos 592. qui ordine enumerat duces ac pontifices, & quot quisque annis præfuerit, ideo credo eum veriora narrare. Durauit captiuitas Babylonica annis septuaginta, iuxta vaticinium Hieremiæ prophetæ, & secundum aliquos, in secundum annum Darij Hystaspis terminatur. Huius rei testem adducunt Zachariam, qui in secundo anno Darij regis dixit, Domine omnipotens, quousque non misereberis Hierusalem & ciuitatibus Iudæ? hic septuagesimus annus est. Quod autem Iosephus & diuus Hieronymus illos 70. annos numerare videntur in Cyri regis annum primum, id habet varios respectus. scitum est enim apud omnes, Cyrum regnum Medorum longè ante interfectionem Baltassaris, transfuisse in Persas, secundum Philonem annis 12. qui deinde cepit Babylonem, interfecto Baltassare rege Babyloniæ: tunc enim verè translata est monarchia Assyriorum in Persas, quod secundum plerosque factum est anno quinquagesimo captiuitatis Iudæicæ, transmigrationis verò sexagesimo primo. Igitur, inquit, sexagesimo secundo anno transmigrationis, subuerso Chaldæorum regno, Cyrus dum legeret prophetias Esaiæ, & scriptum inueniret, dixisse Dominum, quoniam volo per Cyrum mittere populum meum ad propria, motus fertur, & quinque millia Iudæorum regredi fecit in Iudæam: quod & Darius qui vnà secum regnum Chaldæorum destruxerat, antè facere cogitauit, & id sexta Danielis visio ostendit. Ascenderunt tunc ex captiuitate pontifex maximus Iesus filius Iosedech, & Zorobabel filius Salatiel, qui fundamenta templi iecerunt. postea verò à vicinis gentibus impediti fuerunt, vt diceret, vsque ad Darium filium Hystaspis. ideo remansit opus imperfectum. In hoc, Philo scribens de temporibus, aliter sentire videtur. Nam secundum eius annorum supputationem, ab prædicto captiuitatis anno restabant adhuc 76. anni vsque ad interfectionem Baltassaris: quo facto, completi fuerunt 70. anni. Vnde videtur esse differentia inter transmigrationem, captiuitatem, & desolationem seu solitudinem, quæ proprie facta est post mortem Hieremiæ. Anno quinto euersionis Hierusalem prædictæ, profectus Nabuchodonosor in Aegyptum, vniuersam subuertit, & Iudæos omnes ibidem repertos, in Babylonem duxit, iuxta prophetiam Hieremiæ, & deinceps vniuersa Iudæa & Hierosolyma per 70. annos omnino desolata permansit, & secundum hoc 70. anni inceperunt numerari 6. anno post captiuitatem præmissam, & abinde sunt anni 70. secundum Philonem vsque ad Baltassar interfectum. Porro Nabuchodonosor post captiuitatem rediens Babylonem cum triumpho, tum in conuiuio præcepit rex vt adduceretur Sedechias. bibebant aut coniuicè vasis domus Domini, cumque darent psallentibus potū, præcepit rex clam, vt Sedechiæ daretur potus laxatiuus, & coram omnibus ignominiosè laxatus est, irrisum reducerunt ad carcerem, qui nimio afflictus dolore, post paucos dies mortuus est.

Ætas quia
ta incipit.

Zacharia.

Mors Sede-
chia.

Godolias verò genere Chaldæus, post recessum Nabuzardæ Iudææ præfectus, vir iustus & mansuetus, suscepto principatu, Hieremiam & Baruch honorificè secum in ciuitate Masphath tenuit. Audientes verò Iudæi qui elapsi fuerunt, in captiuitate, de humanitate viri, venerunt ad eum in Masphath, quos Godolias perbenigne suscepit, & ibidem permanere concessit, suavitèque vt in quacunque vellent ciuitate manerēt, iuramentoque firmat quòd nihil mali paterētur. Quinimmo obtulit se eis habitacula reparaturū, quatenus necessaria reconderent. Famaque, discurrete, quòd Godolias clementissimè redeuntibus vteretur, & terram excolere eos sineret, multi ad eum concurrentes, habitacula constituerunt, Godoliamque vt patrem amare cœperunt. Iohanna autem filius Careæ, timens propterea Godoliæ, quòd sciret superesse de semine regio- Hifmael, qui dum obsideretur Hierusalem, ad regem euasit Ammonitarum, vnde dixit Iohanna secretò Godoliæ: Scito quia Hifmael insidiatur animæ tuæ, inuidens tibi dominium terræ. ibo ego, & percutiam eum nullo sciente, ne fortè interficiat te, & pereant reliquiæ Iudæ. Ait Godolias: Noli occidere virum innocentem. non enim verisimile est, vt in tali desolatione huiusmodi malitiam exercent. Factum est in mense septimo, venit Hifmael & decem viri cum eo ad Godoliam in Masphath, quos splendidè suscepit. cumque post prandium versus esset in soporem Godolias, Hifmael cum decem viris occidit eum & qui cum eo erant. postea

Godolias
interitus.

S 4

egressus

egressus per noctem, Iudæos qui erant in ciuitate, & quosdam milites à Babylonijs derelictos omnes trucidauit, indeq; post multas cades fugit ad regem Ammonitarum.

Altera verò die veniebant de provincia lxxx. viri cum muneribus ad Godoliam. Egressus est in occursum eorum Hifmael, intrare ad Godoliam iussit, quos Hifmael præter decem occidit. hi decem dixerunt: Parce nobis, quia thesauros habemus in agro, & dabimus tibi. Tunc Hifmael abduxit captiuas reliquias populi qui erat in Masphath, filias quoque regis quas commendauerat Nabuzardan Godolia. Quod cum audisset Iohanna, assumptis socijs, insecutus est Hifmael, & inuenit eum ad aquas quæ sunt in Gabaon. fugit Hifmael cum octo viris, prædam relinquens, & reduxit Iohanna captiuos & prædam. Tunc conuenerunt omnes reliquæ Iuda ad Hieremiam, ac metuentes sibi propter Godolia mortem, dixerunt: Ora pro nobis Deum, vt indicet nobis quid faciamus, & sequemur. post dies septem vocauit eos Hieremias, & ait: Hæc dicit Dominus, si manseritis in terra hac, plantabo vos & non euellam: si autem descenderitis in Aegyptum, gladius Nabuchodonosor comprehendet vos, & peribitis. At non audierunt Hieremiam, sed dixerunt: Mentitur, non misit eum Dominus, sed Baruch inuitat eum aduersum nos. Descenderunt itaq; omnes cum mulieribus & paruulis & omni substantia sua in Aegyptum, duxeruntq; secum Hieremiam & Baruch, & desolata est terra annis multis. nō enim transtulit in eam rex Babylonis colonos, sicut fecerat rex Assyriorum in terram Israel. Factus est sermo Domini ad Hieremiam in Taphnis, dicens: Sume lapides, & absconde eos sub muro in porta domus Pharaonis, & dices Iudæis, Hæc dicit Dominus, ecce ego assumam seruum meum Nabuchodonosor, & ponam thronum eius super lapides istos, & percutiet terram Aegypti, peribitisque cum Aegyptijs. porrò mulieres Hebræorum seruiuerunt dijs alienis, & reginæ cæli lunæ. Cumque argueret eas Hieremias, dixerunt: Nunquid sine viris hoc facimus? cumque durius loqueretur ad viros, dixerunt: Cum faceremus hæc in vrbibus Iuda, saturati fuimus panibus, & benè erat nobis: ex quo autem cessauimus, gladio & fame consumpti sumus. & respondit Hieremias: Hæc dicit Dominus, ego iuravi quia omnes viri Iuda qui sunt in terra Aegypti, gladio & fame peribunt. Insurrexit populus aduersus Hieremiam, & lapidatus est. Aegyptij verò honorauerunt prophetam, sepelientes eum iuxta tumulum regum, memores beneficiorū quæ præstiterat eis. oratione enim sua fugauerat aspides & crocodilos. Tradunt etiam quidam, quòd adhuc de puluere eiusdē loci aspidum percussura sanatur, & fugantur crocodili. De eodem narrat Epiphanius, audisse se à senioribus Antigoni & Ptolemæi stirpis, quòd Alexander Macedo veniens ad sepulcrum prophetae, cognoscens loci mysterium, transtulerit Hieremiam in Alexandriam, & gloriosè sepelierit: ex tunc à terra illa prohibita sunt aspides & crocodili. Hic est Hieremias, qui regibus Aegypti signum dedit, quòd eorum idola euerti oporteret cum virgo pareret. vnde & sacerdotes eorum in secreto templi loco, imaginem virginis & pueri statuantes, adorabant. Dum verò Ptolemæus rex interrogaret eos, qua hoc facerent ratione, dixerunt paternæ traditionis esse mysterium, quòd à sancto propheta acceperant maiores. Hic est Hieremias, qui templum euertendum prænoscentis, arcam testamenti cum his quæ in ea erant, tulit, & precibus suis ea absorberi fecit in petra.

Hier. 43.

Mors Hieremias.

Arca testamenti in petra reposita.

Exod. 13.

Ezechiel propheta recepit.

petram verò digito designans, nomen Dei tetragrammaton impressit. factum est sigillum in similitudinem sculpturæ, quæ ferro cauatur, & ipsum Domini nomen nubis operimento ita celatum est, vt ex tunc nec locum quis recognoscere queat, nec ipsum nomen legere vsque in hunc diem & vsq; in finem: ac pristina figuræ instar, illic sæpe nubes in die, vt ignis fit nocturno tempore. Est autem petra illa in eremi terra, inter duos montes in quibus iacent Moyse & Aaron. ferturque dixisse Hieremias presentibus, Dominus ex Sion recessit ad cælos, inde rursus in virtute vteretur: & erit signum præsentia eius, quando vniuersæ gentes adorabunt lignum, dixitq; quòd hanc arcam nemo præter Aaron producere poterit, & tabulas quæ in ea sunt, nullus aperiet, nisi electus Dei Moyse. in resurrectione quâdo mortui resurgent, hæc arca exibat de petra, & poneretur in monte Sion, & omnes sancti congregabuntur ad eam. Cætera de prophetæ sanctitate supra scripsimus. Anno quinto transmigrations, id est, regni Sedechiæ simul & Iechoniae à regno amoti, Ezechiel sacerdos Domini vir sanctus, qui cū Iochin, aliàs Iechonia, rege abductus fuerat in Babylonē, exorsus est prophettare ad concaptiuos. murmurabant enim aduersus Dominum, qui dixerat per Hieremiam, remanentes in Hierusalem, perituros: eis verò qui se traderent Nabuchodonosor,

for, bona pollicebatur. nunc autem contrà erat: florebant enim qui remanserant, absentes iugo seruitutis premebantur. ad hæc prophetabat Ezechiel euersionem vrbis & templi incendium imminere, eos qui remanserant in vrbe, fame perituros, & extra vrbem gladio: eos autem qui viui traherentur, grauem passuros seruitutem, in pace tamen mansuros. Vt autem auctoritatem præberet, dedit ei Dominus visiones multas, deinde capta vrbe & templo succenso, venit quidam ad Ezechielem, qui fugerat de Hierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. in præcedenti tamen vespera Ezechiel prædixerat de nuncio venturo, & audiens omnis transmigratio excidium vrbis & incendium templi, leuauerunt vocem, dicentes: Perijt spes nostra, abscissi sumus, non resurgemus. exclamauit Ezechiel: Hæc dicit Dominus, Cùm sanctificatus fuero in vobis, tollam vos de gentibus, & adducam in terram vestram: effundam super vos aquam mundam, & mundabimini. Deinde cum videret ossa iacentia arida in campo, dixit: Ecce dabo super ossa neruos, & succrescere faciam carnes. factus est sonus, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iūcturam suam, & ecce super ea nerui, carnes & cutis, sed spiritum non habebant. dixit Dominus, Clama ad spiritum à quatuor ventis. & factum est, & viuentes steterunt super pedes suos, exercitus grandis. dixitque Dominus: Ossa hæc, vniuersa domus Israel est. In vigesimo quinto anno transmigrations, Ezechiel iudicauit transgressores legis, & præcipuè quosdam de tribu Dan & Gad, faciens contra eos prodigium magnum, quia filij eorum & vniuersa pecora à serpentibus perierunt. Ac prædixit quòd tribus illæ non reuertentur ad propria: propter quod exacerbati, distraxerunt eum equis per crepidines saxorum, & excerebratum sepelierunt eum in agro Maalim, in sepulcro Sem & Arphaxat. Iste propheta populo dedit signum in fluuio Chobar, vt quando inundaretur, sperarent regressum ad Hierusalem. Ad eum quandoque venerat multitudo populi circa flumen Chobar. Ipse verò precibus suis sistens aquas fluminis, super aquas ambulans, cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit, & quotquot hostium præsumpserant eos sequi, submersi sunt, & aliquando per orationem copiam piscium populo præstitit ad vescendum, sæpe quoque multis deficientibus vitam restituit. Daniel desideriorum vir & propheta celeberrimus, ex regum familia natus, à Nabuchodonosor in Babylonem cum Iochin rege ductus, & ab eodem cum alijs tribus paruulis regaliter enutritus, propter virtutes ac gratiam sibi diuinitus datam, apud Babyloniam regē exaltari meruit. hic in pueritia Susannam à morte liberauit hoc modo:

Ezech. 37.

Ezechielis mors.

Ezechielis miracula.

Daniel.

Dan. 13.

Susanna.

Susanna.

Erat Susanna vxor Iochin pulcherrima, in quam exarserunt duo senes, iudices illius anni. hi statuerunt commune tempus, in quo Susannam inuenire possent solam, & latuerunt post meridiem in pomærio ipsius. eo tempore ingressa est Susanna lauari gratia, dimittens puellas ad afferendum oleum ac * signigata. arbitris absentibus, accedit ex latibulis seniores, dicentes: Cōmiscere nobiscū, alioqui feremus contra te testimonium adulterij. & elegit tandem Susanna incidere in manus eorum potius, quàm peccare in Deum, & exclamauit. accurrentes famulæ, admirantur. verum altera die statuta est Susanna in medio populi, & ponentes manus suas super caput eius, contestati sunt, se vidisse iuuenem & ipsam pariter commiseri. sic condemnata est ad mortem. Tunc exclamauit Susanna ad Dominum voce magna, dicens: Domine, tu scis quia innocens morior. Cumq; traheretur, suscitauit Dominus spiritum pueri, cui nomen Daniel, & clamauit puer ad populum: Reuertimini ad iudicium, quia falsum locuti sunt hi senes. fecitque separari Daniel senes hos. & aduocans vnum, dixit: Sub qua arbore vidisti eos colloquentes? quia ait, Sub schino. & examinatus alter, respondit: Sub prino. dixit Daniel: Rectè mentitus es. exclamauitq; populus in eos, & interfecit eos, tradens scilicet regi occidendos. Factus est Daniel magnus in populo ex die illa. hanc historiam Hebræi non habent, & vocant eam fabulam. Ecclesia verò Catholica eam vt authenticam recepit, etiam in Missæ officio vsurpans. Cætera Danielis opera infra ponuntur. Factum est autem post mortem Hieremiæ, anno 5. euersionis, anno 19. Nabuchodonosor, secundum Philonem & Metasthenem, descendit Nabuchodonosor in Syriam inferiorem, & obtinuit eam. Moabitas quoque & Ammonitas subiugauit sibi, & tandem intrauit in Aegyptum, eamque subuertit, regemque occidit, alium loco eius constituens, ac denuo Iudæos residuos duxit in Babylonem. ab hac vltima captiuitate reliquiarum Iudæ quidam numerant 70. annos, vsq; ad secundū annum Darij. Deinde anno 2. regni sui Nabuchodonosor somnium vidit, & intelligitur annus 2. vastationis Aegyptiacæ & plenæ subiectionis Iudææ, captiuitatis

Dan. 1.

uitatis autem Iudaicæ octauus. Conuocauit rex coniectores Chaldeorum, & dixit ad eos: Vidi somnium, sed ignoro quid viderim. petebant vt diceret somnium. ait rex, Nisi somnium & eius coniecturam indicaueritis mihi, peribitis, & domus vestra publicabuntur. dixerunt, Non viuere homo qui hoc possit, exceptis dijs. Tunc præcepit rex, vt interficerentur omnes sapientes Babylonis, & quærebatur Daniel & socij vt simul perirent. Quod cum audiuisset Daniel, rogauit regem, vt daret ei tempus cogitandi per vnam noctem tantum, in qua nocte ipse & socij eius orauerunt Deum, & Danieli reuelantur omnia. vnde ingressus ad regem, dicit: O rex, non est homo qui possit id, quod petis, adimplere: sed est Deus in cælo reuelans mysteria, qui indicauit tibi quæ ventura sunt in nouissimis diebus. Visiones capitis tui hæ sunt, Tu cogitabas in stratu tuo quis post te mundi teneret principatum, videbas statuam grandem & terribilem, cuius caput & collum erant ex auro, brachia & pectus de argento, venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis. abscissus autem est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus, & contriuit eam, & redacta est in fauillam: lapis autem factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Nunc audi rex interpretationem eius: Tu es caput aureum cum his qui succedent tibi, & post hoc consurget regnum aliud minus te, (quod intelligendum est de regno Medorum & Persarum, significato per duo brachia, per quæ deiectum est regnum Babylonis) regnum tertium æneum, (intelligendum est de regno Græcorum, quod memorabilius fuit cæteris, vel propter obseruatam rerum gestarum memoriam, aut propter famam Alexandri.) Quartum regnum erit quasi ferreum, quia sicut ferrum domat omnia metalla, sic illud conteret omnia hæc. (quod intelligendum est de imperio Romanorum.) Porro quia vidisti partem pedum testeam, partem ferream, quæ sibi commiseri non valent, significant in illo regno ciuiles discordias. Tunc suscitabit Deus cæli regnum, quod comminuet vniuersa hæc, & stabit in æternum. Rex cecidit in faciem, & adorauit Deum Danielis, dicens: Deus vester, Deus deorum est, & dedit Danieli principatum super omnes prouincias Babylonis. Obtinuit autem Daniel à rege, vt tres socij sui principatum haberent super prouincias, ipse verò præeset in Babylone. Aliquanto post tempore Nabuchodonosor fecit statuam auream, statuens eam in campo Duran, & conuocauit omnes principes regionis ad dedicationem statuæ, præcone clamante: In hora qua audieritis sonitum musicorum, adorate statuam: qui non adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis. adorauerunt omnes præter socios Danielis. accusati sunt apud regem, & succensa est fornax, missique sunt vincti cum vestibus in medium fornacis. erupit flamma, incenditque quos reperit iuxta fornacem ex Chaldeis, effusaque est super fornacem flamma cubitis 49. Angelus autem erat cum tribus in fornace, qui excussit flammam, & refrigerauit eos. Pueri autem Deum benedicentes, ab igne non lædebantur. tunc obstupuit rex, dicens: Nonne tres tantum misimus in ignem, & ecce video quatuor inambulantes, & species quarti, similis est filio Dei? vocauitque eos rex, & egressi sunt. mirabantur omnes, quod nec capillus ex eis esset adustus. Ait rex: Non est Deus alius qui ita possit saluare. posuitque editum, vt qui blasphemiam loqueretur in Deum eorum, periret, & domus eius vastaretur, restituitque eis principatum prouinciarum. Aliam visionem Danielis indicat epistola Nabuchodonosor, quæ hæc est: Ego rex Nabuchodonosor florens & elatus in superbia, vidi somnium quod perterruit me, & conuocatis cunctis sapientibus Babylonis, solutionem non indicauerunt mihi, donec ingressus est Daniel, cui nomen Baltassar, qui habet spiritum deorum sanctorum. Vidi id in stratu meo, ecce arbor in medio terræ, cuius proceritas vsque ad cælum, ad spectus eius vsque ad terminos terræ, & esca vniuersorum in ea. sub ea habitabant animalia & bestia, in ramis eius volucres, & ex ea vescabatur omnis caro: ecce vigil sanctus de cælo descendens, ait: Succidite arborem, ramos & fructus eius, fugient ex ea bestia & volucres, verum tamen germen eius in terra sinite, & cum feris pars eius in herbis terræ, cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, septem tempora commutentur super eam, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cui voluerit, dat illud. Daniel interrogatus, respondit: Tu rex arbor illa, qui inuoluisti, & potestas tua in terminos terræ, audisti per vigilem sententiã super te, ab hominibus eijceris, cum feris erit habitatio tua, foenum vt bos comedes, septem tempora, id est, anni mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus super regnum homi-

Explicatur à Daniele somnium regi.

Pueri in fornace positi custodiuntur.

Nabuchodonosor bestiarum more viuere.

Dan. 4.

hominum, & relinquetur tibi germen radices, quia regnum restituetur tibi. quamobrem audi consilium meum, peccata tua elemosynis redime, forsitan ignoscetur tibi. Factum est autem post annum, deambulabat rex in aula, & loquebatur elatus, dicēs: Nonne hæc est Babylon, quam ædificauit in robore regni & in gloria decoris mei? adhuc erat sermo in ore eius, & vox de cælo ruit, qua annunciat Nabuchodonosor, Regnum transibit à te, & cum feris habitabis septem temporibus. Eadem hora ex hominibus abiectus est, & foenum vt bos comedit, donec capilli eius canescerent, in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis eius quasi unguis auium. Igitur post dies diffinitos à Domino, Nabuchodonosor leuauit oculos ad cælum, & sensus ei redditus est. benedixit altissimo, cui potestas sempiterna, requisitus ab optimatibus suis, atque in regnum restitutus est. Vnde apparet, quod & Epiphanius attestatur, quod non corporis mutationem, sed mentis alienationem passus est. ablatas enim est ei vsus linguæ, herba data est cibus naturæ humane, videbaturque ei quod bos esset, multi egrediebantur & videbant eum, solus Daniel non egrediebatur, quia toto tempore alienationis eius vacabat orationi pro eo. quare ad preces eius anni 7. in septem menses versi sunt à Domino, in quibus 40. diebus insaniam patiebatur, per alios 40. reuersus ad cor hominis, flebat & supplicabat Deo, aded quod ex nimis fletibus, vt caro oculi eius facti erant. Iterum per alios 40. dies vertebatur in insaniam, donec septem menses complerentur. post quos reuocatus est. non tamen regnauit, sed statuti sunt pro eo septem iudices, & vsque ad finem septem annorum pœnitentiam egit, panem & carnes non comedens, nec vinum bibēs, leguminibus utebatur & herbis secundum consilium Danielis. Et cum iterum regnasset, voluit Daniele facere cohæredem filiorum suorum. ait Daniel, Absit à me, vt patrum relinquens hæreditatem, in circuncisorum donis inhæream. Deinde 27. captiuitatis anno, ipse est annus transmigrations Iechonia ac huius generationis 37. cum iam regnasset Nabuchodonosor annis 45. mortuus est. post cuius mortem suscepit regnum eius Euilmerodach filius. hic mox, hoc est, anno captiuitatis Iudaicæ 27. Hierosolymorum regem Ioachim à vinculis soluit, & cum inter amicos charissimos habuit, fecitque in Babylone inter reges haberi, sciens quod pater illi fidem non seruauit. Tradunt etiam aliqui, quod Euilmerodach in diebus eiectionis paternæ multa egit impia, & patre restituto, accusatus, ab eo missus est in carcerem, vbi Ioachim erat, quem post liberauit de carcere, timens ne resurgeret pater suus, qui de bestia redierat in hominem, consuluit Ioachim, ad cuius consilium cadauer patris sui effossus, diuisus in trecentas particulas, & dedit trecentis vulturibus, dicente ad eum Ioachim: Non resurget pater tuus, nisi redeant vultures in vnum. Hic Euilmerodach regnauit annis 18. secundum communiter scribentes: sed secundum Metasthenem, regnauit annis 30. Iechonias, alias Ioachim rex, eleuatus de carcere, à populo Neri cognominatus, prout narrat Philo, cui à Deo datus est filius Mesezebel, cognomēto Salatiel, moriturque anno 40. postquam in Hierosalem regnare cepit, cui per lineam Christi successit Salatiel, in quo regia dignitas cessauit, redijtque res omnis ad pontifices.

Euilmerodach.

Neri.

GENERATIO LII.

ANNO à mundi exordio 4640. Iudaicæ captiuitatis anno 30. transmigrations 41. sed desolationis 24. quæ facta est post mortem Hieremiæ, anno 5. euerfionis Hierosolymæ, à qua desolatione (si rectè numerentur) sunt anni 70. vsque ad interfectionem Baltassar, quo anno monarchia Assyriorum translata est in Persas. Incepit autem in Salatiel generatio 52. durauitque, annis 43. Qui verò à captiuitate Iudaica numerant annos 70. etiam suo modo intelligendi sunt, iuxta sententiã eam qua supra declarati sunt. Salatiel autem liberato Ioachim est natus, nomine Mesezebel vocatus, qui anno 17. ante solutionem captiuitatis, genuit Barachiam, qui anno 17. soluta captiuitate dux populi fuit, & ab eo ducatu dictus est Zorobabel, anno à transmigrations 81. & à desolatione 70. Hæc Philo. Hic mihi generationum ordo probatur, etiam quanto quisque regum regnarit tempore, non habeamus semper certum. Circa ista tempora Seruius Tullius, sextus Romanorum rex, post Tarquinium Priscum successit, anno à condita vrbe centesimo septuagesimo primo. regnauit annis 34. hic Tullij Corniculani & Ocrisii filius. nam vt ait Liuius, dum Tarquinius Latinos expugnasset, inter alias captiuas. Ocrisiam Latinorum præfecti filiam, prægnantem cepit, quæ apud Tarquinium filium peperit, & eundem Seruium Tullium vocauit, cui postea puerulo

Salatiel dux

71.

Seruius Tullius Romanorum rex sextus.

puerulo in cunis dormienti, rege & regina videntibus, igniculus ab alto descendit, & capiti ipsius infedit, nullam inferens lationem. Hoc cum vidisset regina, suavitatis marito puerum cum diligentia seruandum, dicens magnum fore familiae suae commodum. hinc Seruius in strenuum euasit virum, rege procurante, factusque est vir prudentissimus, propter quod ita dignus visus est Romanis, ut à plebe ad patricos transferretur. rex eum sibi generum fecit, atque omnia quaecunque ipse per se propter morbos aut senectutem nequiret exequi, hunc agere concedebat, non domum solum permittens, sed & rerum publicarum administratione dignans, in quibus & omnibus commissis ita fides erat, ne interesse quid populares putarent, vtrum ille, an Tarquinius rempublicam administraret. Occiso itaque (ut praedictum est) Tarquinio, vxor eius mox cogitabat, quo pacto familiae consuleret prope. supererant enim Tarquinio ex filio praemortuo filij duo paruuli, pro quibus sollicita, ne occupantes regnum Anci Martij successores, interficerent pueros suos, primum quidem regias fores clausit, adductis praesidijs, deinde ad Tarquinium adhuc spirantem vocat Tullium, ad haec Ocrisiam afferre iubet pueros Tarquinij, vbi ita exorsa est: Tarquinius rex noster, Tulli, te vnum ex omnibus amavit, impia passus à Martijs. per insidias enim & subornatis grassatoribus, iam annum agens octogesimum, dolo interfectus est. hos pueros destitutos miserisque dereliquit ad periculum. Nam si vel gratia vel potentia dominatum vrbis Martij interfectores Tarquinij obtinebant, perdentur, nec vita nobis quoque tuta erit. ire igitur obuiam, & prohibere nunc quidem fraude & dolo vrentes res indiget. primum quidem occultemus regis mortem, & praedicemus nullam adesse loethale vulnus, medicis etiam iudicantibus: deinde ego pergam in publicum, dicam, multitudinem aduocans, quod is dum curetur, te rerum domesticarum ac publicarum omnium declarasset curatorem. erit enim non ingratum Romanis, procurari à te publica. assumens tu fasces simul & armorum potestatem, euocabis ad populum qui Tarquinium interficere statuerit, poena eos capitali, si iudicium subeant, afficiens: quod si iudicium relinquat, exilio multabis, & confirmabitur imperium. Tunc dicemus Tarquinium mortuum. Iustus autem est, Tulli, qui nutritus sis à nobis, omniumque bonorum particeps factus & filiae viri, si rex fias, te his puerulis benevolentiam patris impartiturus, & cum ipsi visi fuerint administrandis publicis idonei, maiorem horum designare Romanorum principem. Haec cum dixisset, vtrumque puerum iaciens in sinum generi, commouens multum ex vtriusque misericordiae, audita deinde prompta voluntate Tullij, egressa est cubiculum, mandans eis qui remanebant, ut apte omnia quae ad curationem congrua essent, facerent. Concurrente tum ad regiam turba multa, processit in publicum, adstansque praeforis, primum quidem patefecit adstantibus eos qui in necem regis essent machinati: deinde ut multos vidit complorantes casum, & his qui peregissent infensos, postremo dixit nihil actum insidijs, ipsis nequeuntibus Tarquinium interficere: libenter autem hoc suscipientibus, Tullium tunc eis sistit, ut à rege delegatum curatorem omnium publicarum & propriarum rerum, donec conualesceret: abiitque tum laetus populus, si nihil graue rex passus esset, diuque permansit in ea opinione. Tullius vero matrem habens circa se validam, & lictores regios adducens, processit in forum: proclamansque, iussit praesto esse Martios, subituros iudicium: qui vbi minimè affuere, multati sunt exilio perpetuo, bonaque eorum publicata. At vbi suscepto regno, & expulsi Martijs, Tullius iam firmum ac stabile ratus imperium, Tarquinium regem tandem mortuum ex vulneribus effert, monumenti insignis extruente, aliisque funeralibus exornat: deinde velut curator regij generis, puerorum rerumque publicarum custodiam suscipiebat. Quae res patricijs minimè placebant, ferebantque agerri me, indignantes ipsum regiam sibi potestatem per se machinari, nec senatu decernente, nec ceteris ex lege perfectis. Conuenientes saepe inter se, de dissolutione disputabant. Haec cum intellexisset Tullius, aduocata in concionem multitudine, in commiserationem violentae necis ac puerorum regis, propositis bene actis Tarquinij in rempublicam, longam habuit orationem, deinde merita sua ad memoriam eorum reducens, qualis semper in populares fuerit: Nunc vero, inquit, re ipsa benefacere dignum duxi. omnibus itaque aere alieno oppressis, neque dissoluere valentibus ob paupertatem, quandoquidem pro patria multa tolerarunt, ne propria priuentur libertate, qui communem seruant, do ut debita meis pecunijs dissoluant, statimque ne quis decetero pecunias det mutuas in corpus liberum, satis esse ducens creditoribus, si

Tanaquilis
consilium.

Regia Tul-
lij potestas.

Munificencia
Seruij tullij

con-

conferentium bona habeant: deinde ut quisque prout diues est, pro censu suo conferat, dignum iudicis, ut multa possidens, multa conferat: pauca vero habens, pauca. Videtur mihi quoque, ut publicum agrum quem vos quaesiuistis armis, ex vobis hi qui sortem adhuc nullam habent, ne mercede seruati qui estis liberi, diuidam. Praeter haec omnia cogitavi quandam communem constituere reipublicae formam, ut essent omnibus aduersum omnes iusta paria, ut cum minoribus sustineant maiores aequas leges, poenasque prohibitoricas, conseruatricesque iustitiae. His ita dictis, secura est multa laudatio aliorum, quia fides esset, ergaque bene meritis gratias: aliorum, quod humanus & magnanimus, quia aequus iustusque esset amantibus. deinde positus mensis in foro, spectantibus omnibus, annumeravit quae debebantur creditoribus. His peractis, ferebant grauius patricij, dissolutum iri senatus potentiam. timebant tamen, si nimis curiosi essent, plebem ferendis suffragijs obuiam ituram. Dispergi per urbem famam, quasi sibi insidiarentur patricij, animaduertens Seruius, descendit paulo post in forum vestem indutus sordidam, ac moestus, comitante ipsum Tanaquile vxore Tarquinij occisi, regiaeque cognatione omni, concionem aduocans, ex pulpito huiusmodi orationem habuit: Haud aduersus mihi tantum de Tarquinij pueris metuendum, Quirites, ne quid grauius patiantur, sed de mea quoque anima me iam inuadit timor. petor enim à patricijs insidijs, in me coniuratum esse dicitur: iniustum quidem nihil obijciunt, sed quae in plebem beneficia contuli, atque conferre paro, & ferent es grauius, primum foeneratores, quod vos pauperes à se non sinerem libertate priuari: agrum alij, quem vos vestro sanguine quaesiuistis, coacti sunt relinquere: ringuntur itaque, quasi eis res paterna sit adempta. Simul autem succensent omnes, quia scriptis ex legibus viuere consueverant, iusta vobis ex aequo dantes & recipientes. Exules restituere parant, & tradere Anci filijs imperium, regem vestrum interficientibus, virum frugi vrbisque amatorem, quae vero post haec futura erunt, scitis omnes, et iam si non dixerim, primum quidem custodem meum regium arrepturi erunt, deinde pueros, cognatos, amicosque Tarquinij omnes occiduri. Si istud Quirites volentibus vobis fiat, ut homicidas reducatis, quos reges designatis, expellatisque benefactorum vestrorum filios, amplectemur quidem fortunam: sed vel vnum hoc à vobis postulamus, uti nobis manifestam sententiam vestram faciatis, si quidem digniores nobis hoc honore alios putatis, perdendi ne sint pueri & reliqui Tarquinij cognati: nam ego de me generosius consulam. vixi enim iam ad virtutem & ad bonam existimationem satis. accipite fasces, dateque, si vultis, eas patricijs. ego enim nulla in re molestus ero vobis. Haec eo dicente, promptaque ad decedendum de pulpito, ingens omnium coortus est clamor, precesque permixtae lachrymis rogantium ut maneret, obtineretque res gerendas, neminem metuens. Conuocandas deinde multi censebant curias, inter regem petebant, atque posebant calculos. inceptis istis, populus confestim omnis in eadem voluntate fuit, praedixit Tullius diem comitiorum, qua adesse iussit etiam ex agris omnes. cumque conuenisset populus, vocans curias, tradidit diuisum vnicuique calculos, iudicatusque per eas omnes dignus regno. Haec videbantur haec tenenda copiosius, ut haberetur planè, quo pacto vir serua natus, regnum Romanorum esset adeptus. In regni initio magnum memoratuque dignum gessit cum Hetruscis bellum. post Tarquinij enim mortem vrbes quae ei principatum tradiderant, non amplius conuentis stare voluerant, haud dignantes parere Tullio, existimantes patriciorum aduersus regem factiones, magnam sibi exhibituras commoditatem. Durauit hoc bellum annos viginti continuos, incursum multos vtrinque facientibus. Pugnans autem vincens omnibus Tullius, tandem coegit eos frenum spontè suscipere, seque dedere ac imperata facere, qui finis erat belli. In pace vero leges commerciales ceterasque confirmauit, tres montes vbi adiunxit, quirinalem, viminalem, exquilinam: dimisitque eos his qui sine laribus Romanis essent, ad aedes in his construendas, vbi sibi quoque habitationem fecit, fossas circa murum duxit. deinde vbi muro septem colles complexus est, in partes quatuor urbem diuisit, & cognomina ex collibus dedit, vnam palatinam vocans, aliam suburbanam, aliam collinam, quartam exquilinam. Quatuor tribuum fecit urbem, quae usque eò trium fuit. primus omnium censum ordinauit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus fuit, omnibusque sub eo in censum delatis, inuenta sunt capita ciuium Romanorum cum his qui in agris erant, octoginta quatuor millia & aliquanto plus. Aestimatis autem omnibus, assumens libellos & cognoscens multitudinem & aetatem, sapientissimam omnium administrationem introduxit ciuiliam. His pa-

Aduersus
insidias,
Seruij ora-
tio.

ferunt

Tullij ele-
ctio.

Tullius He-
trufcos de-
bellat.

Census qui-
do primum.

T

cc

Lucius & Aruns Tarquinij.

ce belloque peractis, & duobus extructis templis Fortunæ, qua per omne vitæ tempus visus erat uti prospera: Erant duæ Tullio filia, has puellas iam nubiles despondit earum auunculis, nepotibus scilicet Tarquinij: Lucio quidem seniori, audaci ac tyranno, data vxor frugalis, continens, & quæ amaret patrem: Arunti verò iuniori, viro mitis æquique ingenij, impiam, audacissimamque & perosam patris, habere contigit. Lucius etsi adspiraret ad regnum, ab vxore retinebatur, consulente contraria & fente: frater verò Lucij nihil quærens, ab vxore impia traducebatur in aduersum, admonente, increpante, & ignauiam exprobrante. At ut profecere nihil neque probæ mulieris preces, neque improbæ admonitiones, factum est, vbi natura improba mulier amens existimat suis moribus conuenire, sororis virum accersit; qui vbi adstitit, ceteris abire iussit: Licet ne, inquit, mihi liberè sine periculo loqui, quæ sentio de commodis communibus? Iubente autem Tarquinio quæ vellet dicere, deque continendo sermone fide data cum iuramento: Non, inquit, cogitas Tarquini, iniuste te regno priuatum? indignumne censes, sentire de te magnificè, qui in aula regis es natus senior nepotum? asunt robur tibi abundè & forma regio digna genere, ad est tibi diuitiarum satis, & amici multi. Ad quid igitur differs vltèrius, & expectas tempus, ut veniat tibi vltro regnum? Dicam autè licentè, etsi me diciturus sis temerariam, id quod te retrahit: viuit tecum vxor haud similis moribus tuis, quæ te blanditijs mollem reddidit, atque ad nihilum redigit, ut & mihi quidè adest tepidus & nihil viri habens maritus. Quod si id contigisset, & tu me vxorem accepisses, & te ego viro potita essem, non in priuata vita tempus tantum vixissemus. Cur igitur non corrigimus fortunæ defectum, ipsi permutantes matrimonia, tuque vita vxorem liberas, quod ego idem de viro faciam? Quando autem his digessis vnà conueniemus, tutè ipsi iam de reliquo consulabimus. Nam si in cæteris veretur aliquis iniuste agere, regnandi causa haud reprehensibile est audere omnia. Talia dicente Tullia, lætè accepit conditionem Tarquinij, dansque ei fidem, ac primum capiens impiarum nuptiarum primitias, abiit, neque multò post cogitata perficit. Post hoc opus nihil cunctatus Tarquinij, vxorem abducit Tulliam, neque patre eius firmate matrimonium, neque comprobante matre. Vbi verò iuncti sunt, eiicere principatu Tullium, nisi vltro cedere vellet, machinabantur, sodalitates comparantes, & ex patricijs quicumque animo alieno essent erga regem & decreta popularia, aduocantes, & ex plebe egentissimos ementes pecunijs.

Scelus Tullia.

Quæ videns Tullius, dolebat quidem, de se etiam sollicitus, & media quibus potuit retrahere generum & filiam, tentauit, & ne in se peccarent, admonuit. Postquam sibi Lucius mentem non adhibebat, sed in concilio se aiebat iusta diciturum, vocato senatu: Patres, inquit, Tarquinij (ut videris) sodalitates congregat, enitens me imperio eiicere, & id mihi palam est: volo autem vobis presentibus ab eo discere, cur hæc in me machinetur, iamque Tarquini responde, cuius me rei accusandum censes. dicit ei Tarquinij: Atqui breuis sermo, Tulli, pro me est & iustus: auus meus Tarquinij possedit Romanorum imperium, magna pro eo sustinens discrimina. Eo autem vita functo, ego sum successor, ex legibus omnium Græcorum & Barbarorum. sed tu quidè mihi pecunias ab eo relictas tradens, regno ipso me fraudas: nec quidem ipsum assumens, iure retines. non enim te interrex designauit, neque de te decreuit senatus, neque legitimis comitijs ista potestate potitus es, sed largitione emens omnique corruptione, ac ne tunc quidem te tibi quærere principatum dicens, sed nobis eum custodire simulans orbis & infantibus, omnibusque audientibus professus es, vbi nos viri facti essemus, seniori imperium te traditurum. Oportuit igitur, si iusta agere voluisses, non domum & pecunias modò aui, sed & imperium reddere, exemplis vsu equorum tutorum. quod si tibi tunc idoneus non videbar, vbi ego in præcipuum perueni corporis animique robur, annos triginta natus, debueras tradere iusta pensans. Hæc agens, pius dicereris pater & beneficus cõseruator, ac non quartum iam & quadragesimum annum natum debuisti me meis fraudare. Postea interrogas, qua causa te accusem: sed te interrogo, cuius rei gratia non dignaris me honorum aui hæredem esse? vtrum ne tu me non esse existimas legitimum? sed cur tu me igitur educaisti tutor? an me orbem putas puerum, & ad publica administranda inualidum, qui non multum à quinquagesimo absum anno? Abijce igitur impudentissimas interrogationes, & iam desinas aliquando malus esse. Quod si quid habes iusti, ad hæc responde. paratus sum iudicibus his permittere. sin autem vitans hos, ut semper consueuisti, ad conductam tibi turbam confugas, id ego minimè permittram: paratus sum iusta

Accusatur Seruius à L. Tarquinio.

sta dicere, & si tibi non persuadeam, violenta agere. Desinente autem Tarquinio, suscipiens orationem Tullius: Omnia, inquit, patres optimi, præcogitata habere contra inopinata mihi opus esset: quandoquidè Tarquinij hic etiam ad priuandum imperio paratus est, quem quidem ego infantulum suscipiens, & insidijs petiitum, ab hostibus seruaui, educaui, & virum factum mihi generum capere sum dignatus: si quid verò mihi humanitus accidisset, successorem meorum omnium reliquisset. Sed posteaquam mihi præter sententiam contraria omnia euenere, & ut iniustus ego ipse infimulor, fortunam meam deplorans, nunc quidem ei iusta respondebo. Ego tutelam infantium haud volens suscepi, sed coactus rebus ipsis, posteaquam auum vestrum huius sibi regni vendicabant, occiderunt, vobisque insidias tendere dicebantur. Curator autem vestri custos erat nemo, præter foeminam patris vestri matrem, & ipsam quidè non sufficientem: sed in me solo relinquebatur domus desertæ custodia, quem nunc tu vocas alienum. His tamen rebus presidens, aui vestri necem sum vitus, & in viros vos eduxi, vos facere meorum dominos institui: habes iam tutelæ rationem. De regno verò audi etiam: postquam vrbis suscepi curam, sentiens ipse insidias quasdam strui, volebam equidem populo res tradere, atque in concione imperium eis reddidi, quietem habere volens: haud verò passi sunt Romani, neque alium dignati sunt quenquam reipub. designare dominum, sed me detinentes, ferentesque suffragia, regnum tradiderunt, suam ipsorum Tarquinij possessionem, non vestram, sicut auum quoque vestrum ad res gerendas eduxerunt hospitem, quanuis filios Martij rex reliquisset. Quod si communis omnium lex fuisset, ut qui natura successissent deficientium regum pecunijs, cum eis etiam regna susciperent, non utique suscepisset auus vester Tarquinij, sed senior filiorum Anci Martij. Cæterum Romanus populus imperium dare, non per successionem capi debere statuit. quod si ego non more optimo potitus sum imperio, nec electus ab interrege, neque dante senatu, hos (si sic est) lædo, non te: sed nec hos ego, nec alium quenquam lædo. testis enim & tunc data mihi iuste, & nunc permanentis potestatis est tempus. per quadraginta annos nemo vnquam Romanorum iniuste agere me existimauit, nec eiicere conatus est. sed hæc omittam, si te fraudauit regno, oportuit te conqueri apud eos, qui mihi hanc dederunt potestatem, meque accusare. post tantum tempus velut è longa experrectus ebrietate, nunc ad accusandum venis. nec hæc quidem tibi ista dicere conuenit. oportebat enim in concionem aduocare populum vbi me accusares. Verum quando tu id fugisti, ego pro te faciam. conuocatoque populo, ipsum exhibebo iudicem eorum, quorum tu me accusas, iustaque recipiam. Vos autem patres sanè miror, si qui sint vestrum, qui me regno demigrare velint, & cum isto in me conspirarint: libenter ex vobis audio, cuius rei iniusta causa mecum bellum geratis, vtrum quia multos sciatis in principatu meo perditos aut priuatos esse patria, resue suas amisisse, aut calumnia damnatos. Si qua mihi in tali re peccatum est, imperio simul & anima priuandum me esse dixerim. at superbus sum, & propter arrogantiam nemo ferre me potest: & quis præcedentium regum tam moderatus fuit, tam que humanus ciuibus omnibus, tanquam pater mitis filijs suis vtens? Primus enim quæ alijs statueram, sicuti priuatus parens, obseruaui. sed quid opus est nunc his sermonibus? si vobis melior ad rempub. administrandam videtur Tarquinij, haud equidem inuideo ciuitati, reddito imperio ei qui mihi dedit, populo: ipse priuatus factus, conabor ostendere, quod & pulchrè imperare scio, & moderatè subesse. Hæc cum dixisset, concilium dissoluit. posteaque præcones aduocans, iussit eos per compita euntes, populum omnem in concionem conuocare. Concurrente in forum ab omni parte vrbis turba, progressus ipse super pulpitem, longam & commiserandam orationem habuit, actiones ciuiles enumerans, quas & ipse Tarquinio viuo peregerat, & quas post mortem eius. Postremò ait obijcere ei Tarquinium, quod haud iuste obtineret regnum, ipsum quidem ad se pertinens, neque dominum esse populum dando alteri aliena. Clamore autè exorto ex his & indignatione omnium, filere eos iubens Tullius, postulabat, ut aduocatum Tarquinium audirent: si iniuriam accepisse eum inuenirent, principatum ei darent: ipse autem imperio se abdicare dixit, dominisque reddere qui id sibi tradidissent. Hæc cum dixisset, velletque descendere, clamor vndique exortus est, precesque ne cuiquam imperio cederet. Tarquinij interim timens impetum, à turba discessit, fugiens simul cum amicis. Tullium autem omnis multitudo cum plausu vsque in domum comitata est. At vbi conatu hoc excidit Tarquinij, mærens nil sibi auxiliij fuisse à senatu, cui maximè fidebat, tempus

Oratio Tullij.

Reges non natura, sed electione.

Nemo bene imperat, nisi qui imperium tulerit.

quoddam se domi continuit, cum amicis loquens: deinde suadente vxore, ne amplius mollitici se traderet, ad opera se accingeret, reconciliationes primum cum Tullio per amicos inueniens, vt sibi ille credens, minus se obseruaret: & cum visa esset vxor optima proposuisse, per amicos conuenientibus modis reconciliatus est Tullio viro natura conciliabili. deinde vbi tempus nactus est idoneum, disperso per agros populo ad perceptionem fructuum, cum amicis exit habentibus sub amictu gladios, secures tradens ministris, vestem ipse assumens regiam & cetera adducens imperij insignia, atque in forum pergens, ante curiam per praconem in concilium iussit citari senatores. erant autem ex composito preparati rei ipsius conscij, atque properantes ex patricijs complures. Tullio autem domi commoranti dicit quidam, processisse in veste regia Tarquinium. Ille autem admiratus audaciam, celerius ex aedibus progreditur, atque in senatum veniens, vidensque Tarquinium in regia sella habentem regium ornatum: Quis tibi, inquit, scelestissime hunc ornatum permisit sumere? Respondit ille: Audacia & impudētia tua, qui te ex captiuis natum, ausus es Romanorum creare regem. Tullius ex candescens, impetu ad illum fertur, depulsurus e sede. quod iucundē videns Tarquinius, senem corripens clamantem & aduocantem ministros, effert, deijcitque secundum crepidines curiae, vixque se attollens, vbi se vidit proditum, anxius, comitantibus paucis, persusus sanguine, abibat. adest tum vxor Tarquinij, sedens in vehiculo, Tarquinium magna voce regem salutauit, dixitque: Res peracta est Tarquini pulchre, sed habere viuo Tullio te regnum haud sanē licet. scis enim quam sit plebs ei omnis beneuola. His dictis, ascendens iterum currum, abiit. Tarquinius autem rectē putans monuisse, ministros cum gladijs post eum mittit, qui celeritate iam domo propinquum Tullium deprehendentes, occidunt. proiecto occiso corpore adhuc palpitante, praesto fuit filia. At cum valde arctum esset compitum, videntes stragem, exturbatae sunt mulae, & auriga misericors subsistit, ad dominam respexit. interrogante illa, cur non procederet: An non vides, inquit, patrem tuum iacentem mortuum? Illa ex candescens, scabellum in aurigam iecit, dicens: An nō duces ignauissime etiam per mortuum? Ille plagam gemens, vi adegit mulas per corpus genitoris. Ille vicus antē Cyprius vocatus, postea Sceleratus est dictus. Taliūque obitu potitus est Tullius, annos quadraginta regnans. Corpus vxor noctu extulit, nam ob plebem Tarquinius palam efferre non audebat. nocte sequenti vxor moritur. Acta sunt haec anno captiuitatis Iudaicae 43. In hac generatione Croesus Lydorum rex, 27. Iudaicae captiuitatis anno Lydis regnare coepit. Anaximander Milesius, philosophus & medicus floruit. Anaximenes Milesius Anaximandri auditor, similiter in hac generatione floruit. Aesopus natione Phrygius, fortuna seruus, fabulator clarissimus, eisdem temporibus in precio fuit maximo, de quo Philostratus in imaginibus, & Aulus Gellius nonnulla referunt. In hac generatione anno primo, qui fuit annus captiuitatis Iudaicae xxx. Cyrus Persa Medorum destruxit imperium, quod steterat per annos ducentos quinquagintanouem, transferens illud ad Persas. regnauit ipse ibi primus annis xxx. Qualiter autem ad Persas venerit regnum Medorum, dissonantia quaedam est historiarum. omnes tamen in eo consentiunt, quod Astyages vltimus fuerit Medorum rex, auusque Cyri maternus. Hic Astyages (vt refert Iustinus) per somnium vidit, ex naturalibus filiae quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbrabatur. Consultarioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo praenunciaretur, regniūque ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso perterritus, neque claro viro neque cui dedit filiam, ne paterna maternave nobilitas, nepotis animum extolleret, sed de gente obscura tunc temporis Persarum, Cambyssi mediocri viro in matrimonium tradidit: ac nec sic somnij metu deposito, grauidam ad se filiam acersuit, vt sub eius conspectu foetus necaretur. natus infans, datur occidendus Harpago, omnium consiliorum regis participi. is veritus, si ad filiam regis mortuo patre peruenisset regnum, eo quod nullam Astyages virilis sexus prolem genuerat, illa necati infantis vltionem a ministro exigeret, pastori regij pecoris puerum exponendum tradidit. Fortē eodem tempore & pastori natus filius erat. vxor igitur eius audita expositione pueri, summis precibus rogat sibi afferri & ostendi puerum, cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in syluam, inuenit infantem, canemque foeminam vbera infanti praebentem, & a feris ac alitibus defendentem. motus misericordia, puerum deserit, quem vt in manum mulier accepit, puer veluti ad notam allusit: tantusque in illo vigor & dulcis risus apparuit, vt pastorem vxor rogaret,

quo

quo suum partum exponeret pro illo. atque ita permutata sorte, hic pro filio pastoris educitur, alter pro nepote regis exponitur. nutricij Sparcon postea nomen fuit, quia canem Persae sic vocant. Puer deinde cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit. mox rex inter ludentes forte delectus, cum per lasciuiam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus ingenuos a seruis verberibus affectos. Rex accersito puero & interrogato, cum nihil mutato vultu fecisset se, nisi vt regē, respondisset: miratus constantiam, in memoriam somnij responsumque renouatur, atque ita cum vultus similitudo, & expositionis tempus, & pastoris confessio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio videtur, agitato inter pastores regno, animum minacem in illo fregit. Ceterum Harpago amico suo infestus, in vltionem seruati nepotis, filium eius interfecit, epulandumque patri ignoranti, sed postea intelligenti, tradidit. Harpagus ad praesens dissimulato dolore, odium in vindictam distulit. Interiectoque demum tempore, cum adoleuisset Cyrus, admonuit eum Harpagus orbitatis, & quomodo relegatus in Persas ab auo fuerit, & occidi eum paruulum auus iusserit, vt beneficio suo seruatus sit, vt regem offenderit, vt filium amiserit, hortatur ad regnum se accingat. Sed & eandem viam somnio aggredi visus est Cyrus. Factum est vt Astyages oppugnare volens Persas, tradiderit omnem exercitum Harpago secretario, immemor filij occisi. ille exercitum Cyro commisit, simulque egit, vt Persae eum regem eligrent. quo facto, timens Astyages, Darium consobrinum adoptauit in filium, & collecto exercitu, congressus est aduersus Cyrum. pugnaque facta, partem exercitus a tergo ponit, & tergiuersantes agi in hostes iubet, nunciatque suis, ni vicerint, non minus hostes etiam post tergum inuenturos. Ingens postea fuit necessitas pugnandi, & cum Persarum acies paulatim cederet, matres & vxores eorum obuiam occurrunt, orant in praedium reuertantur, cunctantibusque sublata veste, obscena corporis ostendunt, dicentes, num in vteros matrum vel vxorum velint refugere. Hac repressi castigatione, in praedium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. In eo praedio Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit, nepotemque magis quam victorem se gessit, eumque regno Hyrcanorum praefecit. Dario verò, tanquam fratri matris suae, tradidit regnum Medorum, tamen sub certa spe reuertendi ad ipsum, quod volunt nonnulli. regnauit annis duodecim antequam interfecit Baltasarem. Quid verò postea egerit Cyrus, si quis scire cupit, legat Xenophontis Cyri praediam, quam in Latinam veritisse linguam fertur Franciscus Philelphus eques auratus, poeta laureatus, virque praclarissimus, qui in ceteras Cyri laudes ita ait: Cyrus assumptis liberis gentibus Asiae, cum parua manu Persarum, Medis volentibus atque Hyrcanis imperauit, subiugauit Syros, Assyrios, Arabes, Cappadocas, Phrygas, vtrosque Lydos, Carras, Phoenicas, Babylonios. Potitus est etiam Bactrianis & Indis ac Cilicibus, itidem Sacis & illorum finitimis, atque alijs quamplurimis gentibus, quarum ne nomina quidem quis dixerit. insuper dominatus est Asianis & Graecis, Cyprios quoque & Aegyptios imperio tenuit. tantamque omnibus cupiditatem iniecit gratificandi sibi, vt ex eius sententia gubernari optarent. Hac & multa praclarissima eius dicta atque gesta Xenophon prosequitur. in multis tamen cum alijs scriptoribus iam vsu probatis, discordare videtur, & praecipue circa eius mortem, cum dicat eum apud Persas in regia, interque manus filiorum praemissa longa exhortatione, data omnibus dextra, spiritum exhalasse, quem tamen historici ferē omnes bello contra Schytas captum, & mandato Tomyridis reginae eius gentis, capite truncatum ferunt, quod & autoritate videtur satis vulgatum atque probatum. Anno quartodecimo huius generationis, qui est annus captiuitatis quartus & quinquagesimus, Euilmerodach filius Nabuchodonosor, rex Babylonis, moritur, relinquens tres filios, quorum primus regnasse dicitur, secundum aliquos, quinque annis, & secundus aliquot menses duntaxat, vltimus verò Baltassar, septem & decem annis. quae si vera sunt, necesse esset quod Euilmerodach etiam regnante patre Nabuchodonosor regnasset, filijque cum ipso: aliās vix stare posset, quod quinquagesimus annus captiuitatis Iudaicae, annus vltimus fuisset Baltassar regis Babyloniae: quo tempore capta Babylonia, monarchia orbis peruenit in Persas. Quod si (vt alij tradunt) trigessimus annus captiuitatis, vltimus Baltassaris putetur, minus stare potest. Nabuchodonosor in sacra historia quadraginta & plus annis regnasse inuenitur. Sed vtcunque sit, id satis clarum habetur ex historijs, quod Cyrus

T 3

Persis

Xenophon
de Cyro
Franciscus
Philelphus.Qui successit
Nabuchodonosor.

Perſis primus regnauit, & trigefimo primo anno captiuitatis Iudaicæ regnare coepit: deinde vigefimo anno, qui eſt quinquageſimus captiuitatis, Babylonem cepit, interfecto Baltaſſare rege Chaldaeorum, vixitque poſtea decem annos. Subiugato Cræſo, à Tomyri Scytharum regina tãdem eſt occiſus. At cum Baltaſſar inueniatur regnaſſe annis ſeptem & decem, oportuit eum incepiſſe regnare anno captiuitatis quarto & trigefimo. ſic Euilmerodach non regnaſſet octo & decem annos, niſi dicere velimus, vt rationabiliter dici poteſt, quòd regnare inceperit primo anno quo pater ſuus Nabuchodonosor inſanus eſt factus, & tunc regnauerit per ſeptem annos pro patre, vt aliqui volunt, quibus & Nicolaus de Lyra conſentit. Quomodo autem poſtea ceſſerit patri, dicunt quòd hoc fecerunt principes qui eius malitiam odiebant. vnde volunt quòd propter mala quæ fecit tempore infirmitatis paternæ, fuerit poſtea incarceratus à patre cum Ioachin rege Iuda, vbi manſit vſque ad mortem patris, & ruruſum regnare coepit, ac Iechoniam à carcere relaxauit. & ſic regnare coepiſſet Euilmerodach anno captiuitatis Iudaicæ quinto decimo aut ſexto decimo. Quòd autem poſt mortem ipſius non Baltaſſar, ſed eiufdem fratres duo ſucceſſiue regnauerint, multis non placet, etſi velit hoc Metathenes, ſed volunt Baltaſſarem fuiſſe. nam in veritate poſt Nabuchodonosor non regnauerunt in Chaldaea, niſi Euilmerodach filius, & poſt illum Baltaſſar ex filio nepos. In hac generatione anno xliij. qui eſt annus Iudaicæ captiuitatis quartus & quadrageſimus, anno ab vrbe condita ducentefimo ſexto, Olympiade quinquageſimanona, Lucius Tarquinius principatum ſuſcepit, non legibus quidem, ſed armis occupans, regum Romanorum ſeptimus, regnauit annis xxxv. hic mox plebis multitudinem deſpiciens, patricioſque, à quibus erat ad imperium perductus: conſuetudines, leges & ornatum gentilem omnem, quæ priores reges urbem decorabant, confundens, in conſeſſam tyrannidem principatum conuertit, primùm quidem cuſtodiam circum ſe ſtatuens hominum ferociſſimorum, qui nocte circa regiam excubabant, ac per diem exeuntem illum ſequerentur quoquo iret. dabat reſponſa de publicis domi plurimùm, & adſtantibus neceſſarijs ſuis, in foro parum. ingredi ad ſe neminẽ permiſſe, niſi vocatum. aduentibus nequaquam benignus, ſed vt tyrannus, grauis atque difficilis. controuerſiarum iudicia non ad iura, non ad leges, ſed ad mores ſuos referens peragebat, propter quæ cognomen illi impoſuerunt Romani, Superbi. Poſtquam autem iam ſtabiliſſet imperium, in criminationes adducebat multos illuſtres viros, primùm quidem ſocios amicos, deinde etiam ex cæteris quos ſuſpicabatur agrè ferre mutationem regis: & quibus multæ erant opes, illos morte, alios exilio mulctans, occiſorum & proſcriptorum bona auferens: parte parua accuſatoribus ad hoc ſubornata, maiorem ipſe capiebat. Erant tum multi intelligentes, qua cauſa inſidiarũ tenderentur, qui ſpontè relicta vrbe, abiere: erant etiam qui occultè perdebantur, viri prædigni, quorum nec corpora poſtea apparebant. Vbi verò iam ab eo perdita eſt pars ſenatus præclarior, mortibus exilijsque perpetuis, ſenatum alium conſtituit, adducens ipſe ad honores amicos ſuos: nec huiusmodi tamẽ viris quidquam agere permiſit, niſi quod iuſſiſſet, vt qui relicti erant in ſenatu aduerſarij Tullij, intelligerent ſe fiducia ſua priuatos eſſe, ſuſpicantes grauiora præſentibus quæ expectabantur. Cernentes autem plebeij iſta, iuſta ipſos pati opinabantur, gaudebantque præ voluptate. Eucenerunt tamen eis etiam hauç multò poſt grania. nam & leges ſcriptas à Tullio, quibus ex æquo iuſta inuicem capiebant omnes, ſuſtulit: collationes tributorum ex cenſu diuertit, moremque priſtinum reſtituit: & cum ei opus eſſet pecunijs, parem ſummam cum locuplete pauperrimus conferebat. Conuentus omnes paganorum, aut curiarum, aut vicinorum, & in vrbe & per agros immolationes & ſacrificia omnia publica, ne ampliùs fierent, edixit, ne conuenientes in vnum, multa arcana inter ſe conſilia agerent de diſſolutione imperij. vnde ad ius regni neque quidquam præter vim ſibi perſuaſit profore, eò actus, vt in charitate ciuium nihil ſpei reponens, iudicari regnum ſibi vi eſſe tutandum, atque ad id perſiciendum, teſte Eutropio, varia excogitauit tormentorum genera, vincula ſcilicet, taureas, fuſtes, laminas, carceres, compedes, exilia & metalla. hic filiam Latinorum principi, vt eius amicitiam ſibi conciliaret, vxorem dedit. quo facto, ſtatim Volſcis bellum intulit, & Sueſſam Pometiam vi cepit. Gabinos verò dolo circumuenit. illos enim cum nulla vi ſuperare poſſet, diſſoluere autem bellum turpiter exiſtimaret, filium Sextum Tarquinium ex compoſito, quaſi proditorem patris, virgis cædi in foro iuſſit. Quo diuulgato, filius quaſi

Tarquinius
Superbus
Romanorum
rex ſeptimus.

Leges Tullij
ſublatæ.

Genera tormentorum.

quaſi ſe viturus ad hoſtes conuolauit, multos ſe cum clientes ducens. Putantes autem Gabini magnum ſibi accedere commodum, neque minus itera decepti ex his, quæ ageret rebellis patri Sextus. quoties enim exierat, non ſine magna reuerſus eſt præda. ſubmittebat enim illi pater continuo prædandos aliquos ex ciuibus. Ex his omnibus amicis ſibi fidumque virum putantes Sextum Gabini, inter quos pecunia multos inſecarat atque corruerat, rati bonum eſſe imperatorem, eum præficiunt. mox Sextus latenter de poteſtate ſibi facta patrem certioſiorem faciens, quid facto opus eſſet, ſciſcitatur. Tarquinius verò cognoscere nolens famulum, quæ facere filium iuberet, ducens eum in hortum, vbi papauera erant nata, pertransiensque, capita ſumma ferro feriens decutiebat, dimiſitque nuncium, nihil reſpondens, ſæpius interrogatus. reuertitur nuncius ſine reſponſo, id quod ocioſum putabat ſe vidiffe, ridebat. Sextus patris intelligens mentem, in concionem vocat omnem multitudinem: præcipuum ex ciuibus, cui nomen erat Petroni Antiftio, accuſat, quòd ſe patri prodeſſe ſtatuiſſet. ſubornauerat enim vnum è familia ciuis illius, qui epiſtolam Tarquinijs annulo ſignatam, in eius ædibus poſuerat. Negante illo, perſcrutari domum illius imperabat. placuit id accuſato. mittuntur ſcrutatores, inueniunt epiſtolam ſignatam, cum alijs nonnullis literis in plures ciues compoſitis. datur epiſtola gemma patris ſignata, ſcribæ legenda, in qua erat ſcriptum, vt viuum ſibi traderet filium, reciperetque ex compoſito mercedem. quod ſi ſibi non eſſet poſſibile, caput ei decidens mitteret: quod ſi faceret, ei cæterisque operis adiutoribus pollicitus erat præmia, Romæ urbis ciuilitatem, patriciamque dignitatem. Quibus lectis, irati Gabini, ſtupefactum Antiftium, ac ne vocem quidem ex tempore valentem emittere, lapidibus interficiunt, de alijs inquisitionem faciunt, vtque ſupplicium de eis ſumeretur, Sexto permiſſere. Is itaque amicis cuſtodiam portarum tradens, multos illuſtres occidit, & dum tumultus fieret, interea Tarquinius copijs aduentabat: circiter mediam noctem apertis portis, exercitum introducit, ac ſine labore urbis dominus factus eſt. Poſt quod opus templi Ioui extruere ſtatuit in monte Tarpeio, vbi cum foderent fundamentum, repertum eſt caput nuper occiſi hominis, manabatque ſanguinem calidum adhuc. Quod videns Tarquinius, à foſſione iuſſit ſuſſistere. vates conſuluit, prodigium hoc quid ſibi vellet. conſultus vates Heruſcus: Viri Romani, ait, fato datur, caput Italiæ fore omnis hunc locum, in quo caput eſt repertum. Ex illo quoque tempore, Capitolinus vocatur is locus ab inuentione capitis. mox Tarquinius reſtituit operibus artiſtices, templum tamen explorare nõ potuit, citius excidens principatu. Memoratu dignum eſt, quòd ad Tarquinium mulier quædam venit, libros vendere volens nouem, plenos oraculo. ſed cum iudicio regis precium peteret nimium, ab ipſo deriſa eſt: tunc coram rege igne facto, tres ex illis combuſſit libros: interrogat, ſi rex reſiduos ſex æquali precio comparare vellet, qui reſpondit animum iſtam delirare. quæ ſtatim tres alios combuſſit, interrogans regem, ſi ſaltem tres reſiduos emere vellet, qui mulieris videns conſtantiam, tres libros emit non minori precio, quàm nouem emiſſet. mulier autem illa poſtmodum abiens, nuſquam comparuit. vnde conſilio augurum libri hi tres in ſacrarium conditi, Sibyllini appellati ſunt. Ad eos quaſi ad oraculum quindecim viri adibant, cum eſſent dii publice conſulendi. Hæc Aul. Gellius in primo noct. Atticarum. permanserunt oracula vſque ad bellum Marſicum in templo Iouis Capitolini, ab hominibus decem cuſtoditi, poſt 173. verò olympiadem incenſo templo, ſimul igni corrupta fuerunt: alia tamen in eorum locum hinc inde compilata, fuere reſpoſita. Hæc cum egreſſet pace belloque, in ſenatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes bonos ſuperbia ac crudelitate graſſatus, tam diu ſuperbiam populus Rom. pertulit, donec libido affuit. hanc verò liberorum ſuorum contumeliam ferre non potuit, ob quã regno ſimul vrbeque expellitur, præſignificante ei augurio tali: Aquilæ conuenientes in adiacentem regiæ locum veris tempore, ſinere nidos in vertice excelfæ palmæ: his autem aquilis implumes adhuc pullos habentibus, congregati vultures aduolantes nidum euertunt, occideruntque pullos, atque redeuntes è paſtu aquilas pungentes atque ferientes, à palma abegerunt. Hæc videns Tarquinius auguria, fallere fata ſtatuit, ſed tamen vim diuinam ſuperare non potuit qua vlcifcendus erat. Ardeam urbem Tarquinius obſidebat, 18. milliario ab vrbe poſitã, prætendens cauſam quòd Romanos exules ſuſcepiffent: conſpiraffentque cum eis de reditu. Repugnantibus autẽ ſtrenuè Ardeatibus, ac durante diu obſidione, in contubernio regio-

Thraſybuli
ſtratagemata
imitatus
Tarquinius.

Capit. Gabij.

Prodigium.

Libri Sibyllini.

rum iuuenum Ardeæ erat Tarquinius Collatinus, vbi cum fortè in liberiore conuiuio coniugem suam vnusquisque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt, regias nuptas in conuiuio & luxu depræhendunt. inde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt: itaque ea pudicissima indicatur, ad quam corrupendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam redijt, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit. Illa postero die aduocatis patre & coniuge, rem exposuit, & se cultro quem veste tegerat, occidit. Clamore autem, luctu & comploratione domum omnem detinente, Collatinus in medio positam Lucretiam, circumfusumque ei patrem altè gemens, complectens mortuam osculabatur, alloquebaturque vt viuentè. valde autem complorante eo, ex altera parte patre, vniuersisque lamentantibus, respiciens in eos Brutus: Innumera, inquit, habebitis tempora Lucretiæ & Collatiæ, & vos omnes huius foeminae propinqui, per quæ ipsam desceatis. At nunc ipsam vt viciſcamur, confideremus: hoc enim tempus præſens poſcit. est vtique fato datum Romanis, vt à me & per me intolerabili seruitute liberentur. Nunc ego simulationem depono. Vifus est autem probabilia dicere, arque sedentes seorsum soli ipsi, familiarè que turbam remouentes, quid opus esset conſultabant. primus autem Brutus incipiens de se dicere, quoddam apparentem fatuitatem necessitate hæcenus simulasset, causasque dicens ob quas simulationem hanc sustinuiſſet, viſus est omnium hominum prudentissimus. post hoc suadebat eis, vt Tarquiniū filiosque eius vrbe pellerent, idque factum facillimum demonstrabat: nam milites diurnitatem belli agerrimè ferentes, & in vrbe Roma tributis fessi, ad defectionem spectarent, modò aliquis inciperet. Quæ cum dixiſſet, confestim cultrum ex Lucretiæ vulnere extractum fumens, cruorè præ se ferentem, magna voce dixit: Per hunc sanguinem iuro, me deinceps Tarquiniū persequi Superbum, & neque illum nec alium Romæ regnare passurum quoad vixerò. His dictis, qui aderant, Lucretius pater, Tarquinius Collatinus, Publius Valerius, reliqui quoque omnes viri illustres, nihil dubitantes, suscepto cultro idem iurarunt. Quibus ita perfectis, subiicit Brutus talia: Primum, inquit, custodes portis adhibeamus, ne, quid agatur in vrbe, tyrannus sentiat: postea ferentes corpus mulieris in forum, ita vt erat sanguine conſperſum, proponentesque in aperto, conuocemus concionem populi, omniaque vt patrata sunt, publicemus. Accusetur Tarquinius, exhortenturque ad libertatem ciues. erit id omnibus ad votum, si vos videant patricios principes libertatis, parua occasione indigebunt. Hæc cum dixiſſet, & omnibus placuiſſet, vt erant in vrbe potentes, absente rege, turba congregata est. dimissi præcones per compita, populum euocantes. exiuerunt mox in forum. sequebantur eos famuli super funere nigris vestibus strato ferentes in cultam sanguineque conſperſam mortuam, quam ante curiam poni iubentes altam & conspicuam, populum aduocant, ascendensque Brutus pulpitem cum patricijs, hæc dixit: De necessarijs rebus o Romani ciues verba apud vos facturum, de me primum pauca præfari volo: multis ego perturbata mente videor, ſciatis opinionem communem quam habetis de me omnes, vt de fatuo, à me ex necessitate conſictam. causa, metus fuit mortis. patrem enim meum Tarquinius occidens, facultates simul vt occidat illius, fratrem vltionem quærentem interfecit. non idem mihi peperciſſet, niſi ſimulasseſſem fatuitatem. hæc conſictio credita, me à tyranno conſeruauit, vt qui nihil obesse valerem. Venit autem tempus quod optabam & expectabam, & de me quidem tantum. Publica verò, quorum causa vos in concionem conuocaui, hæc sunt: Tarquiniū ſcitis neque ex patria cōſuetudine aut lege principatum occupatam, neque postquam obtinuit, eo regiè vtentè, sed cōtumelijs & iniquitate transgreſſum omnes quicumque fuerint vnquam, tyrannos. Hic est, o ciues, Tarquinius is, qui antequam imperium caperet, Aruntem fratrem suum sustulit, adiutricem in hoc scelus illius vxorem capiens, suæ ipsius vxoris sororem, cui stupro commiſcebat: & nuptam sibi pudicam foeminam & filiorum sociam venenis interficiens, homicidam sponſam in cubiculum sororis duxit. deinde Sertium clementissimum regem, deque vobis optimè meritum, palam interficiens, neque sepultura dignans, Tarquiniam vxorem eius, patris sui sororem, prius quam virum lugere poſſet, laqueo confecit, à quibus ipse seruat'us erat & apud vos educatus. Sed quid istis? ſcitis nempe quæ in patriam vosque omnes perfecit, quomodo transgreſſus est ad principatum armis & vi, & improborum coniturationibus, vobis inuitis. Agè verò, postquam potestatem obtinuit,

Lucretiæ mors.

Iunij Bruti conſilium.

Bruti oratio.

obtinet, vtrum ea vsus est regiè, amulatus priores principes, qui dicendo & agendo vrbe feliciorè reddere conati sunt? an non miserè pessimeque omnes ab isto affecti sumus? pauci ex multis relictis, humiles ex magnis facti, in paupertate grauique anxietate, ex innumeris excidentibus bonis, clari illi grauesque & magni viri, per quos illustris aliquando vrbs nostra fuit. alij perdit, alij patriam fugientes, sed & res vestrae quo se modo habent, Quiritis? an nō vobis ademptæ leges, sacrificia, immolationes, conuentus, inhibita conuiuia? & quis erit finis calamitatum? quando patriam libertatem obtinebimus? morientè ne Tarquinio? peius tunc erit, vobis tres pro vno habituris. Tarquinius multò scelestiores prauæ? sed vt certò cognoscatis, quales vobis educat catulos Tarquinius, spectate opus eorum vnus auo maximi: Hæc est Sp. Lucretij filia, quem præfectum vrbs tyrannus ad bellum exiens declarauit, Tarquinij eadem Collatini vxor, cognati horum tyrannorum. ipsa enim viuere pudicè volens, virū suum diligens, hospitante apud se Sexto Tarquinio propter cognationem, hesternæ nocte Collatino ad exercitum profecto, libidinosam contumeliam tyrannidis non potuit effugere, sed vt captiua, vim passa est. Quæ contumeliam hanc nō ferens, postquam necessarijs suis fortunas has percurrit, multis adhibitis precibus & obsecrationibus, vt malorum suorum vindices ipsi fierent, absconsum gladium sinu nudans, per viscera tranſegit. O admirabilis tu Lucretia, summis laudibus efferenda, non sustinens tyrannicam contumeliam, vitæ omnes paruipendens voluptates, ne quid te tale amplius pati oporteret. Nos viri, inferiores erimus virtute mulieribus? Et illi quidem, quia vna passa est nocte tyrannidem, per vim pudore priuata, suauior beatiorque, visa est mors, quam vita: nobis nihil constabit, quos non vnum diem tyrannus, sed per tot curricula annorum vexans libertate priuauit? libetne tot volutatos malis viuere? Atqui omnino est duorum alterum eligendum: aut vita libera, aut mors gloriosa. venit iam, quod optauimus, tempus, si ad opera cum promptitudine accingamur, nullo nobis deficiente, non corporibus, non pecunijs, non armis, non ducibus. plena enim horum vrbs est omnium. Turpe est, nos Volſcorum Sabinorumque principatum postulantes, seruire ipsos alijs. Quòd si aliqui vestram timent ciues qui cum Tarquinio militant, haud rectè timent. innatum est enim omnibus hominibus libertatis desiderium, grauisque tyrannus vniuersis. omnis mutationis occasio satis est eis, qui sunt per necessitatem calamitosi. Si verò aliquibus eorum amor insidet tyrannidis, facile erit vt ex improbis probi fiant. habebimus enim in vrbe obſides eorum filios & vxores ac parentes, quæ res sunt anima cuique propria chariores: facile eis persuadebimus. Quas ob causas Quiritis fidenter in certamen prodite, bellorum omnium pulcherrimum hoc statuentes. Talia dicente Bruto, exclamatur, plurimis lacrymæ præ gaudio defluebant, ac velut ex vno ore omnes vociferabantur ad arma. Placuit curijs vniuersis, Tarquinius genusque eorum omne ex vrbe Roma, Romanorumque regione pellere, & in exilium dare. neminem licere de reditu Tarquini-
Tarquinius pellitur.
orum quiddam agere vel dicere. si quis contraria his faciens inueniatur, ipsum mori iureiurando decreuere. Igitur (vt ait Florus) Bruto Collatinoque ducibus & authoribus, quibus vltionem sui moriens matrona mandauerat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus, quodam quasi instinctu deorum concitatus, regem repentè destituit. Moxque abrogato rege, imperium in eosdem libertatis suæ vindices transfert. Elegit enim duos viros, peracturos omnia quæcunque agere licebat regibus, Brutum & Collatinum, Consulesque appellauit, quorum
Consularis potestas.
potestas esset annua, & vt dicit Eutropius, ideo annua, ne per diurnitatem potestatis insolentiores redderentur: ideo duo creati sunt, vt si vnus malus esse voluisset, alter habens potestatem similem, eum impediret. Brutus iste cum aliquando puer videret à rege Tarquinio auunculo suo omnem nobilitatis indolem excerpti, interque ceteros etiam fratrem suum, quòd vegetioris ingenij esset, interfectum, obtusi cordis se esse simulauit, eaque fallacia maximas texit virtutes suas. profectus etiam Delphos cum Tarquinij filijs, quos rex ad Apollinem muneribus honorandum misit, aurum cauato baculo inclusum tulit, quia apertè venerari numen non audebat. Peraçis inde omnibus, Apollinem iuuenes conſulerunt, quisnam ex ipsis Romæ videretur regnaturus: Apollo respondit, qui ante omnes osculum matri daret. Iuuenes Tarquinij, oraculi sensum ignorantes, inter se composuerunt, vnà matrem osculari, volentes communiter regnum obtinere.
Brutus

Aut vita libera, aut mors.

Tarquinius pellitur.

Consularis potestas.

Bruti vafri- cies.

Brutus autem intelligens quid vellet oraculum, ubi Italicam terram attigit, eam osculatus est, hanc putans omnium hominum esse matrem. quod tam vane factum, inquit Valer. Max. urbi libertatem, Bruto primum in Fastis locum tribuit. Siquidem penes illum ipsum, vti scribemus, imperium atque summa fuit urbis Romae potestas. Rex autem Tarquinius, ut ad historiam redeamus, accipiens nouari hanc in urbe, nemini quidquam aperiens, subductus est ab exercitu, assumptis filijs amicorumque fidissimis, agens equos, praeventurus defectionem: sed inueniens portas clausas, plenaque armis propugnacula, redijt iterum ad exercitum quam potuit celerrime, gemens ac dira praeficiens. Contigit autem quoque in exercitu iam res esse corruptas. nam consules celerem eius praesentiam praeventientes, miserunt alijs itineribus literas ad eos qui in castris erant, narrantes flagitia, adhortantesque ut a tyranno deficerent, & quae visa essent ciuibus in urbe pro libertate manifesta eis facientes. has autem literas accipientes hi, qui relictis erant a tyranno in exercitu, Titus Ermenius & M. Horatius, legerunt in concione, sententias exquirentes per centurias, quid opus esset facto. ac postquam omnibus visum est, ut rata ducerent iudicata in urbe, superuenientem Tarquinium non receperunt, isque repulsus, cum paucis fugit ad urbem Gabios, quorum regem designauerat filium Sex. Tarquinium. Ermenius autem & Horatius pactis cum Ardeatibus inducens in annos 15. duxere domum exercitum. Haec est prima aetas & quasi infantia populi Romani, quam habuit sub regibus septem per annos ducentos quadragintatres, quadam factorum industria. Nam quid Romulo ardentius? quid Numa religiosus? deinde Tullus bellatoribus viris artifex necessarius, Ancus aedificator egregius. Iam vero Tarquinij quae ornamenta? & actus a Seruio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosceret respub? Postremo Superbi illius importuna dominatio in tyrannidem versa, per hos viros est dissoluta, olympiade sexta & sexagesima. Anno vltimo regis Baltassar, Cyrus cunctis (vt dictum est) perdomitis, aduersus quos ierat, Babyloniorum urbem caput Assyriorum, obsidere coepit. adertum etiam Darius, si vno tempore a Cyro atque Dario Babylon est capta. Quo minus autem capere posset ciuitatem, Gyndes fluuius impediuit, in quo vnus regionum equorum praecipuum, cum equite transmeandi fiducia persuaso, abreptum vi fluminis, praecipitatumque amisit rex: ex quo iratus, vlcisci in annum statuit, nec in peragendo segnior, totis copijs perpeti anno Gyndem fluuium per magnas concisum ductumque fossas, obfessis non sentientibus, neque aliquid metuentibus, in plurimos alueos comminuit. Simili quoque ingenio Euphratem per mediam Babyloniam fluentem, a proprio aluco deriuauit, ac sic meabilibus vadis siccum, etiam patentibus aluci partibus, iter fecit. Die vero praecedente, antequam fossores vltimum aggerem rupissent, Baltassar obsidentes minime curans, nihilque dubitans, grande conuiuium fecit optimatibus suis mille, curauitque ut afferentur vasa quae abportauerat Nabuchodonosor auus suus de templo Domini: bibebant ex eis cum rege optimates, vxores & concubinæ eius, exultabat autem & gratias agebat dijs suis. In eadem hora apparuit contra eum manus, scribens in pariete in haec verba, MANE, THE-
Manus scribens in pariete.
 TEL, PHARES. cumque rex vidisset manum & scripturam, euauit manus. rex conturbatus, exclamauit ut introducerentur magi Chaldaeorum, & ait ad eos: Qui legerit scripturam hanc, & interpretationem eius dixerit, purpura vestietur, torquem auream habebit in collo, & tertius erit in regno meo. Illi autem non potuerunt ei satisfacere, & ingressa regina, ait ad regem: Est vir in regno tuo qui spiritum deorum habet, quem auus tuus principem magorum constituit: hic vocetur, & omnia dicet tibi. Cumque intrasset Daniel, promisit ei rex praedicta munera. qui respondit: Munera tua sint tibi, scripturam autem legam & exponam. Nosti quod Deus excelsus dederat regnum patri tuo, id est, auo, & non cognouit, propterea scœnum vt bos comedit, donec cognosceret. Tu quoque cum scires haec omnia, aduersus Deum caeli eleuatus es, & vasa eius prophanasti, tradens ea manibus immundis, & bibens in eis, deos laudasti, qui nec viuunt nec sentiunt. Deum vero qui statum tuum in manu sua habet, non glorificasti: propterea ista coram te exarata sunt, MANE, THETEL, PHARES: quod sonat, Numerus, Appensio, Diuisio. & est sensus, Numerauit Deus regnum tuum, id est, compleuit, appensus es in statera, & inuentus es minus habens, id est, iusto Dei iudicio minus viuens: diuisum est regnum tuum, datum est Medis & Persis. & tradidit ei rex purpuram, promissaque donaria caetera. Eadem nocte vada fluuij siccata sunt, & ceperunt, Cyrus atque Darius urbem, quam vel opere humano extruui potuisse,

Cyrus cepit Babylonem.

Dan. 5.

Manus scribens in pariete.

isse, vel virtute humana destrui posse, vtrumque penè incredibile apud mortales est. Ea est Babylonia a Nemroth gigante fundata, a Nino vel Semiramide reparata. haec campi planitie vndique conspicua, natura loci latissima, castrorum facie, mœnibus paribus per quadrum disposita, murorum vix credibilis relatu firmitas, & latitudo cubitorum quinquaginta, altitudo ducentorum. caeterum ambitus eius quadringentis octoginta stadijs circundebatur. murus coëstili latere atque interfusio bitumine compactus. fossa extrinsecus late patens, a fronte murorum centum portarum, habitationes proceritate mirabiles. Magna illa Babylonia, prima post reparationem humani generis condita, sic capta est. rex quoque Baltassar eadem nocte interfectus. Fertur tunc Croesus rex Lydorum, cum ad auxiliandum Babylonij venisset, sollicitus in regnum refugisse suum. De regionis Babylonicæ potentia atque institutis plura leguntur. Memoratu dignum hoc mihi videtur, legem habuerunt Babylonij, auctore Herodoto, ubi virgines effectæ fuerint nubiles, eas congregabant in vnum locum. Tunc surgens praeco, singularim eas vendebat, & primum pulcherrimam quantum poterat maiori precio, deinde secundam plus offerenti vendebat, & sic consequenter vsque ad deformiores. Hoc modo aurum ex speciosis conciebatur, postea deformiores ex precio praedicto quam minimo fieri poterat, locabantur in matrimonium. Ita factum est vt non solum pulchrae maritos consequerentur, sed & foedae ac deformes. Capta vt sic Babylonia, & interfecto Baltassar, successit ei Darius in regnum: nam Cyrus citanquam maiori, honorem in omnibus deferebat.

Puellarum venditio.

GENERATIO LIII.

ANNO a mundi exordio 4683. in Zorobabel alijs Barachia, filio Salatiel, duce populi, per lineam Christi incepit 53. generatio, durauit annis 58. Eodem anno interfecto Baltassare vltimo rege Babyloniorum, translata est re ipsa monarchia Assyriorum ad Persas. durauit autem secundum communiter scribentes, ducentis & decem annis: sed secundum Metasthenem Persam, qui Alexandri fuit temporibus, in lib. annalium seu iudiciorum, (cui in eo quod de suis scribit temporibus & de sua gente, magis credendum est, quem etiam secutus est Philo disertissimus, scribens de temporibus) durauit monarchia Persarum ab interfecto Baltassare vsque ad Alexandrum Magnum, annis vno & nonaginta supra centum, quod ita patebit: Baltassare enim interfecto, regnauerunt simul Cyrus & Darius annis duobus. Inde solus Cyrus duobus & viginti. Filius Darij Priscus Artaxerxes Assuerus annis viginti. vltione interea sumpta de factione Tomyrica, quae per dolum patruum tradiderat Tomyri, huius duos filij Cyrus Artabanes & Darius Longimanus, septem mensibus pro imperio dimicauerunt, & septimo mense Longimano victoria cessit, regnauitque annis 37. eius filius Darius Nothos annis 19. Magnus Artaxerxes, Darius Menon annis 55. Artaxerxes Ochus 26. Nostra aetate, inquit Metasthenes, Arses 4. Darius vltimus 6. Magnus Alexander, qui transfudit imperium in Graecos, 12. alij ponunt annos 6. vt dicitur. Concordat Philo lib. 2. de temporibus, ubi describit pontifices & duces: Iesus, ait, filius Iosedech, magnus pontifex cum Barachia Zorobabele, filio Mesezebelis Salatielis Neri, anno primo Cyri venit Hierosolymam, gessit pontificatum annis 56. ei successit Ioakin annis 56. qui gesta Hester scripsit sub Artaxerxe Assuero, hortante illum per literas Mardocheo, qui 18. annis Isaac superauit, & sic vixit annis duodecentis. Tertius pontifex successit Eliafibus annis 21. hic primus posuit Hierosolymis portam gregis. quartus pontifex Ioiaha gessit pontificatum annis 24. & totidem Ioathan. Vltimus sub Persis fuit sextus pontifex Iaddua annis 10. Porro duces in captiuitatis solutione erant *, iam dictus Zorobabel praefuit annis 58. Resa Mysciolla 66. Iohanna ben Resa 53. Iudas primus cognomine Hyrcanus 14. vsque ad Alexandrum: & haec secundum Metasthenem & Philonem, sed secundum communiter scribentes fuerunt plures reges Persarum monarchiae, ab interfecto scilicet Baltassare vsque ad Alexandrum Magnum. Cyrus fuit primus, qui regnauit annis 10. Cambyses 8. Darius 36. Xerxes 20. Artaxerxes Longimanus 40. Darius Nothos 29. Artaxerxes Menon 40. Artaxerxes Ochus 26. Arses 4. Darius Magnus 6. quem Alexander deuicit, prout in longum dicitur. Soluta captiuitate, Darius rex sumens Danielem qui in Babylone erat, & exterminium urbis praedixerat, duxit eum secum in Mediam, & vnum de tribus satrapis fecit, cogitauitque eum constituere super omne regnum. vnde principes inuidebant ei, & consilium contra eum fecerunt, vt quicumque peteret aliquid a quo-

Tralatio monarchiae Babyloniorum ad Persas.

mortis.

Dan. 6. à quocunq; Deo, nisi à rege, mitteretur in lacum leonum. induxeruntq; regem vt hoc confirmaret seruandum ad 30. dies pro augenda maiestate. Sciebant enim Danielelem non curaturum. nam paulò post ipse ingressus in domum suam, fenestris apertis in coenaculo contra Hierusalē, tribus vicibus in die flectens genua, orabat. Cumq; inuenissent viri isti eum orantem, accusauerunt illum transgressorem esse decreti. hoc audito contristatus est rex, & volebat liberare eum. quod videntes illi, dixerunt: Scito quia lex huius regni est, vt decretum regis non liceat immutare. miserunt ergo Danielelem in lacum leonū, rex autem ob signauit lacum annulo suo & optimatū annulis in introitu. Incœnatus verò rex, totam noctem duxit in somnum. diluculo redijt ad lacum, & flens exclamauit: Daniel serue Dei. qui respondit, Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, quia non est inuenta in me iniquitas. & reductus est in nullo læsus. Dixerunt autem qui accusauerunt eum, non Dei prouidentia factum, sed faturos fuisse leones. tunc rex iussit leonibus multas carnes apponere, eisq; satiatis, accusatores Danielis misit in lacū cum vxoribus & filijs: & antequam peruenirent ad pauimentum, arripiunt eos leones, ossa eorum cōminuentes. Scripsit Darius vniuerso regno suo, dicens: Paucant omnes Deum Danielis. ipse enim est Deus viuens & æternus in secula. Et agrotauit Daniel paululum. cumq; surrexisset, faciebat regi, vt aliqui volunt, mausolæum in Ecbaranis, quod hætenus manet, vt dicit Iosephus, ita mirabile, vt ea die qua conspicitur, putetur constructum. In anno primo Darij filij Assueri, quæ fuisse fertur Danielis visio octaua, inquit enim, ego Daniel intellexi in libris Hieremiæ, vt ad completionem appropinquarent anni 70. & orauit Dominum in ieiunio, cinere & sacco, iustus es Domine, peccauimus, iniquitatem fecimus, auertatur (obsecro) ira tua à ciuitate tua Hierusalem & à mōre sancto tuo. Et adhuc me loquente, ecce vir Gabriel tetigit me, & ait: Ab exordio precū tuarum egressa est liberationis sententia à Deo, ego autem veni vt indicarem ea tibi & quædam alia, quia vir desideriorum es tu. Tunc aperuit ei liberationem spirituales, futuram per Christum, inter cætera dicens: Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem & 72. erunt: intellige hebdomadas annorum, non dierum. His verbis Christi incarnationem designat angelus, qui legem & prophetias impleuit, peccata tulit, iustitiam adduxit, & vnctus est oleo lætitiæ. Abbreviatas verò dicit hebdomadas, vt intelligamus annos lunares, qui breuiores sunt solaribus xj. diebus. Septuaginta hebdomades annorum solarium, faciunt annos 475. lunarium verò annorū, faciūt annos 490. & est sensus, quòd ab exitu sermonis vt reædificetur Hierusalem vsque ad ducem Christum, fluxerunt anni 490. quos annos tamen variè scriptores numerare cœperunt. posset tamen non incongruè dici, ideo sic se habere, quia à primo anno Darij fluxerunt 539. anni vsque ad Christi natiuitatem. Anno primo Darij Daniel intelligens imminere 70. annum captiuitatis, orauit Dominum, vt Darius & Cyrus liberarent populum suum, & data est à Deo sententia de licentia redeundi danda. Ex tunc Darius disponebat de libertate & licentia danda Hebræis, sed præuentus morte, non impleuit. Cyrus autem, cum vniuersum regnum deuolutum esset ad eum, in huius regni anno primo, scilicet quo solus monarchiam obtinuit, aliàs erat tertius regni Babyloniæ, hoc in tempore suscitauit Dominus spiritum eius, vt impleretur verbum Hieremiæ. Deditq; libertatem omnibus Iudæis, qui erant in vniuerso regno suo, & licentiam redeundi in Iudæam. Excitatus autem fuit ex verbis Esaiæ, qui ante 200. & decem annos scripserat de ipso Dominum dicentem: Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, subijciam gentes & regna, ipse reædificabit domum meam in Hierusalem. vnde & Cyrus: Omnia, inquit, regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, credo hunc esse quem gens Israel adorat. hortatus est Iudæos vt ascenderent in Iudæam. Ipsi verò, quia ferè omnes nati erant in Chaldæa, & possessiones ibi habebāt, eligebant remanere. pauci verò qui ascendere disponebant, pigri erant & morosi vsque ad tertium annum Cyri. quod attendens Daniel, vehementius affligebatur dolore quàm prius. orabat Dominum, vt qui prius dederat regibus animum liberandi, daret & populo animum redeundi. Anno igitur tertio Cyri, egressi sunt sub Zorobabele duce, & Iesu filio Iosedech magno sacerdote, adhortatibus eos Zacharia propheta & Aggeo. Erant autem circiter 50000. fuerunt enim de Iudæis 42460. reliqui erant serui & ancillæ, & remisit cum eis Cyrus partem vasorū Domini 540. inter quæ ponit Iosephus refrigeratoria. Ascenderunt etiam quidam cum eis, dicentes se esse de ge-

Daniel seruatus inter leones.

Dan. 9.

Sententia liberationis

Esa. 45.

2. Par. 36. 1. Eld. 1.

de genere sacerdotum propter emolumentum. Cumq; quærent scripturam genealogiæ suæ, & non inuenirent, recepti sunt in Israel, sed eieci à sacerdotio. Er hic est annus 70. transmirationis, de quo prædixerat Hieremias. Hæc opinio verificari potest, si incipiamus annos numerare à quarto anno regni Ioaehim, quo anno Nabuchodonosor transtulit in Babylonem partem vasorum Domini, & multos ex Iudæis, inter quos Ezechielem, Danielē, Ananiam, Azariam, Misaelē adhuc pueros transtulisse legitur. Porro in anno regressions in Iudæam, cōgregatus est populus quasi vir vnus in Hierusalem, & ædificantes altare, collocauerunt illud super bases suas, & obtulerunt super illud holocausta Domino. manè & vespere, feceruntq; solennitatem tabernaculorum. Anno autem secundo, mense secundo, iecerunt fundamenta templi. quod audientes Samaritæ, venerunt ad eos, & dixerunt: Aedificemus vobiscum, quia ita vt vos quærimus Deum vestrum. Dixerunt duces Israel: Commune est nobis & vobis adorare Dominum, sed non ei domum ædificare. hoc enim tantum nobis præcepit rex Cyrus. Cum apparuissent fundamenta super terram, eleuauit populus vocem in iubilationem. Porro quidam seniores qui viderant prius templum, eiulabant voce magna, nec poterat quis cognoscere vocem lætantium & plandum eiulantium. Samaritæ indignati, impediabant manus eorum: & cum per se impedire non possent, dederunt munera principibus regis Persarum, qui erant præpositi: hi pecunijs corrupti, vendiderunt eis impedimenta, Cyro ignorante, & adeò impediuerunt eos, quòd in vita regis Cyri non crexerunt muros templi, nisi vsque ad appodiationem. Quantum autem vixerit Daniel post reditum populi in Iudæam, inuenire non potui. sepultus tamen est in sepulcro regali, & inter sanctos habitus celebratur eius festum 12. Kalen. Augusti. Interim puto describendum bellum Cyri quod cum Croeso gessit, quem ter à Cyro victum scribitur. Primi belli mihi videtur Herodotus meminisse, apud quem de Croeso hæc leguntur: Croesus genere fuit Lydus, patre Alyatte. hic è barbaris quos (inquit ille) cognitos habemus, primus, Græcorum alios ad tributum pendendum coegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, Acoles, & qui sunt in Asia Dores: amicos sibi fecit Lacedæmonios, cum ante eius imperium vniuersi Græci liberi fuissent. Interiectoq; tempore subiectis Phrygijs, Myjs, Mariandynis, Chalybibus, Paphlagonibus, cæterisque qui intra Halym incolunt, contulerunt se Sardis, vbi habitabat Croesus, opibus florentes & cæteri omnes è Græcia sophistæ. Tum etiam Solon Atheniens. (secesserat enim Athenis, vt confirmarentur leges ab eo latæ) illuc peregrinatus est. quòd cum peruenisset, hospitaliter à Croeso in regiam exceptus est, tertioq; aut quarto quàm venerat die, iussu regis ministri circumdlexerunt hominem circa thesauros, omniaq; quæ illic inerant magna atque beata ostentauerunt. Ad quem tum Croesus: Quia, o Solon, multus ad nos rumor de tua sapientia philosophandiq; peritia peruenit, permulta videnti gratia es peregrinatus, ideo mihi nunc cupido incessit sciscitandi te, quæ vidisti iam omnium beatissimum, sperans videri se talem videri. Solon nihil assentatus, respondit Tellum Atheniens. esse beatissimum, quòd illi in patria benè instituta, filij erant honesti & boni, eorumq; singulis liberi, hūcque omnes superstitēs, obitus illi splendidissimus in prælio dum hostes profligasset. Multa de Tello sic referente, excitatus Croesus, interrogat quem secundum ab illo vidisse t. Cleobin, inquit. Croesus conturbatus, inquit: Adeò ne tibi pro nulla cōtemnitur nostra felicitas, vt nec priuatis viris nos æquiparandos ducas? Cui ille: In diuturno tempore multa videtur Croese, quæ nemo vellet videre: & tolerantur multa, quæ nolit quispiam tolerare. Ita igitur omnino calamitosus est homo. verum tu mihi videris diuitijs permultis pollere, & plurimarū gentium rex esse: fortunatus es, sed quòd me interrogasti, nondum appello, prius quàm benè vita defunctum audiero. omnis enim rei oportet inspicere exitum, quoniā multos Deus quibus fortunæ supeditauerat, radicitus euertit. In hæc Solon locutus, dimittitur. visusq; est esse indoctus, qui bonis presentibus prætermisissis, iuberet omnium rerum inspicere exitum. Deinde ingens deorum indignatio Croesum cepit, quòd se omnium hominum beatissimum arbitrabatur. vnde paulò post cum haberet duos filios, quorum alter mutus erat, alter inter aequales omni in re primus, Atys nomine, qui in venatione iaculo, quod in aprum miserat frustrato istu Adrastus, vir pro custodia ei deputatus, perijt occisus: pro qua re idem Adrastus ad sepulcrum Atys, ignoscanti sibi Croeso, sese ipsam nihilominus super bustum transfodit. Croesus filio orbat, ingēri in luctu duos annos egit, quem luctum finiuit Cyrus. rebus enim Persarum augeſcen-

Reditus in Iudæam.

1. Es. 3. & 4.

Danielis mors.

Croesus.

Tellus.

Cleobis.

De felicitate, Solonis sententia.

augescantibus, in solitudinem venit, si qua ratione posset potentiam Persicam, priusquam magna efficeretur, occupare. Sub hanc statim cogitationem tentare statuit vaticinia, poposcit oracula, nunquid aduersus Persas proficiscatur. Oraculorum autem in idem concurrebant sententiae, ferè praedictantes Croeso, fore ut si arma Persis inferret, magnum imperium euerteret. Post hæc potentissimos Græcorum ad Persicum bellum inuitare curauit, cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydos nomine Sandanis, vir sanè circumspectus, hunc in modum consuluit: Aduersus tales paras expeditionem, qui è corio vestem ferunt, non quibus volūt cibus vescuntur, sed quos habent, utpote regionem asperam incolentes, adhæc potu non vini vtuntur, sed aquæ, non ficos ad comedendū, nec aliud quidquam boni habentes, quibus cum nihil sit, quid eripies si viceris? si victus fueris, quot bona amittes? nam vbi gustauerint illi nostra bona, abigi non poterunt. Equidem dijs habeo gratias, qui non induxerunt in animum Persis, ut Lydos inuaderent. hæc loquens, tamen Croeso non persuasit. erat enim in animo Croeso, Cyrum persequi etiam propter Astyagem Cyraxis filium, Medorum regem, affinem suum, quem Cyrus Cambysis filius praelio vicerat. Contractis itaque vndique copijs, Croesus traiecto exercitu venit in Cappadocia locum Pteriam, omnium eius regionis tutissimum, iuxta urbem Sinopen. hic statua habens, prædia Syrorum vastans, cepit cunctas circa vrbes, Syros nihil committos exterminans. Hinc Cyrus coacto exercitu, sumptis omnibus qui in medio incolebant, obuiam pergit, concurrentibusque aciebus, multis interim cadentibus, ad extremum noctis interuentu dirimuntur. Postera die cum Cyrus ipsum superfederet inuadere, regressus est Sardis Croesus, habens in animo Aegyptios vocare ex foedere, accersire etiam Babylonios, cum quibus & ipse foedus percussisset. Hoc destinans Croesus, misit caduceatores, ut ad quintum mensem Sardis conuenirent. exercitum verò qui cum Cyro pugnauerat, interim missum fecit. Cyrus certior factus, Croesum constituisse dispergere copias, habito consilio, quam maturissime mouit exercitum Sardis, & hostem priusquam ille contraheret iterum Lydorum copias, occupauit. Croesus in magnam solitudinem adductus, quod præter expectationem hæc occurrerent, Lydos tumultuariè in prælium producit. nam Lydorum gente in Asia nulla ea tempestate fortior, nec magis strenua fuit. At Cyrus coactis omnibus copijs, præmisit camelos & peditatum, deinde postremò equitarum. camelos contra Croesi equitatum instituit, quod equi camelos reformidant. simul atque in pugnam itum est, equi olfactis protinus conspectisque camelis, retro se auerterunt, vnde spes Croesi perijt. verum Lydi hæc videntes, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis pugnare incipiunt. multis tamen vtrinque cadentibus, tandem vertuntur in fugam. murosque ingressi, à Persis obsidebantur. quam obsidionem firmantibus Persis, Cyrus missis passim equitibus per suas copias, edicit se dona daturum ei qui primus muros conscendisset. ibi Mardus quidam nomine id aggredi ausus à parte arcis, vbi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc urbem capi haud suspectum erat. Ab hac igitur parte arcis Mardus ipse conscendit, & post eum alij Persæ sequentes. ita vrbs Sardis capta est, atque omnis direpta. Erat Croeso filius mutus. captis autem moenibus, quidam Perses in Croesum ignotum sibi incidit, ac confodere pergit. id vbi filius eius mutus adspexit, timens patri, erupit in vocem, inquiens: Homo, ne perimas Croesum. atque postea per omne vitæ tempus vocalis extitit. Persæ & Sardibus potiti sunt, & Croeso viuo, quarto decimo quam obsessæ sunt die. captum regem ducunt ad Cyrum, quem ille vincum compedibus, super ingentem lignorum struem imponit, circa eum bis septem Lydorum filios. Croeso autem super pyram stanti, venit in mentem Solonis verbum, ex viuentibus beatum esse neminem: motusque ex vehemēti defectione animi ingemiscens, Solon Solon, protulit. Interrogatus, quid sibi vellet hæc vox, silentium egit. cum autem cogeretur, responsa Solonis repetit, neminē ante vitæ finem beatum dici debere, fortunatum autem posse esse. Hæc Croeso referente, cum iam pyra incensa esset, Cyrus se quoque hominem esse agnoscens, cum alium qui non se inferior fuisset opibus, viuum rogo traderet, ignem celerrimè extingui iubet, sed præualuit vis: at subitò imber seu fortè seu fato missus, rogam extinxit, Croesumque è pyra Cyrus retraxit. interrogauitque, Dic Croese, quisnam te hominū persuasit, ut inuaderes terram meam, ex amico factus hostis? Cui Croesus: Ego, inquit, rex feci tuo prospero, meo infausto fato, & Græcorum deo auctore, qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Hæc Croesus locutus est, quem Cyrus solutum iuxta se col-

Croesi oraculum.

Sandanis consiliū sanum.

Pteria.

Cyri atque Croesi consiliū.

Capitur Croesus.

Croesus liberatur.

se collocauit, ac in multa obseruantia habuit, his verbis eū affatus: Croese, pete, quidnam muneris à me velis, & obtinebis. Ad quem Croesus: Here, sine me gratum esse erga deum Græcorum, ut missis ad eum his vinculis perconter, nunquid ei fas sit, benè de ipso merentes decipere. reddiditque simul Cyro oracula. Ad quem ridens Cyrus: Et hoc, inquit, Croese à me impetrabis, & quidquid aliud. Vbi hæc audiuit Croesus, Delphos misit legatos, quibus Apollo: Haud rectè Croesus inculcat oraculum, cui prædixi eum esse magnum imperium, si bellum Persis inferret, euersurum. vtrum ipsius imperium diceretur, an Cyri, non considerans interrogans, sibi ipsi acceptum retulit. Quibus auditis, Croesus suam agnouit culpam. Et hæc de prima Croesi subiectione. Cyrus autem cum subiecisset Lydos gentem bellicosissimam, asturè quæsiuit eos redigere in locordiam: tradidit eis solennitates a ludos, ut lusibus & comestationibus vacarent, quasi benevolentiam eis ostendens, & per hunc modum eos enervare curans, ut quos bello non poterat, libidinibus caperet ac in officio teneret. Deinde dicit Iustinus Croesum rebellasse, & ut Orosius dicit, cum Cyrus Babylonem impugnaret, ibi tunc Croesus rex Lydorum ad auxiliandum Babylonij venit, & victus, sollicitus in regnum refugit. Cyrus autem cum Babylonē captam ut rex disposuit, bellum transtulit in Lydiam, vbi contritum iam superiori prælio, nullo negotio fudit Croesum, cepit, captum verò patrimonio donauit. de qua Cyri clementia Iustinus ait, quod non minùs victori quam victo utilis fuit: Quippe ex vniuersa Græcia, cognito quod illatum Croeso bellum erat, auxilia velut ad commune extinguendum incendium cōfluebant. Tantus Croesi amor apud omnes erat, ut passurus Cyrus graue bellum Græciæ fuerit, si quid in Croesum crudelius consulisset. Postea verò vidisse fertur Croesum in somnijs, quod Iouis cum aqua perfunderet, & sol extingeret. quod cum filia suæ manè indicasset, illa respondebat, dicens significari, quod cruce esset affigendus, aqua perfundendus, & sole siccandus. quod ita demum accidit. nam captus postmodum à Cyro, crucifixus est, licet alij aliter scripserint. Nam si quis Herodoto credat, Croesus semel victus, Cyro semper fidelis remansit atque adhæsit.

Cyrus cum exercitum in Massagetæ ducere vellet, progressus vsque ad Araxem, flumen pontibus iungit, ut traiciat exercitum. cui Tomyris regina tum vidua, caduceatorem mittit, ut omisso labore, si vtiq; pace frui non velit, alterum è duobus eligat, traiciat flumen securus, ac secum pugnet: aut eam in regionem suam admittat, idem facturam. hoc in consilium ponente Cyro, placuerat recipi reginam cum exercitu: quam sententiæ Croesus improbat, dicens: Si ò Cyre, hostes in terram nostram volumus excipere, id tibi periculum erit, ne fugatus, omne amittas imperium, victor autem tu non multum vinctus: ita mihi placet, traiectis copijs procedere. Cyrus Cambysi filio relinquens Croesum, traiectis copijs, deinde castrametatus, simulato postera die metu, & quasi refugiens, castra deseruit, vinum de industria affatim, & quæ erant epulis necessaria, dereliquit. Quod cum nuntiatum reginæ esset, adolescentulum filium ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. cumque ventum ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescens, veluti ad epulas, non ad prælium venisset, omnis hostibus, infuetos barbaros seque onerari vino passus est, priusque Scythæ atque Massagetæ ebrietate, quam bello, vincuntur. Cognitis his, Cyrus reuersus, per noctem opprimat socios omnes, reginæ filium capit. amisso tanto exercitu regina, & quod grauius est, filio capto, missò ad Cyrum caduceatore, inquit: Inexplicabilis cruore Cyre, ne te extollas quod veneno filium meum vicisti: dolo, non prælio, superior. abi, reddito mihi filio, fero impunè quod tertiam partem Massagetarū profligasti, quæ nisi feceris, per solem iuro, infatiabilem te cruore satiabo. Hæc verba Cyrus pro nihilo habuit. Filius autem Tomyridis vbi iussu Cyri à vinculis solutus, ac manuum compos factus est, seipsum interfecit. Tomyris autem, vbi Cyrus nō auscultaret, contractis suis copijs, ita confixit cum Cyro acerrima omnium pugna. primò utroque exercitus aiunt sagittis egisse, deinde concurrisse lanceis pugionibusque. ibi aiunt cum permagnam exercitus Persici partem, tum verò Cyrum ipsum occubuisse, cum vnum de xxx. regnasset annos. Cuius cadaver inter occisorum stragem Tomyris exquisitum cum inuenisset, caput in virem misit, quem humano cruore compleuerat, mortuoque insultans, ait: Tu quidem filium meum dolo perdidisti, ego te cruore satiabo. Hic finis Cyri apud Massagetæ, ut Herodorus vult, magis, quam Scythas. Massagetæ verò illic ipse describens: Massagetæ, ait, amictum & victum habent similem Scythico, sagittas & hastas, item pugiones ferunt, in omnibus auro &

Tomyris regina Massagetarum.

Cyri interitus.

Massagetarum ritus.

arevntentes, ferro atque argento carent. Vxoribus communiter vtuntur. terminus vitæ nullus eis est positus. vbi quis admodum senuit, eum cognati immolant, & cum eo aliquot pecudes, quorum carnibus pro epulis vescuntur, quod genus obitus est apud eos beatissimum. languore extinctos non edunt, nihil serunt, pecoribus victitant piscatuque. lac potitant. apud eos esse dicitur arbor, cuius fructus in ignem proiectus, confidentes ebrios reddit, quoad consurgunt ad tripudiandum ac ad cantandum. Cyro itaque vita functo anno Iudaicæ captiuitatis 61. regnum suscepit Cambyfes eius filius, qui apud Eisdram Artaxerxes vel Assuerus dicitur. In historia verò Iudith, propter malitiam suam vocatur Nabuchodonosor, secundum Magistrum in historijs. regnavit annis octo. Cambyfi autem principatum tenenti, qui in Samaria & vicinijs erant, scribebant: Cognoscere te rex oportet, Iudæos qui ad Babyloniam ducti fuerant, ad nos rediisse, & ciuitatem rebellem & maleuolam reedificare, templumque erigere. Scito autem, his perfectis, neque tributa eos reddere, nec obedire, sed etiam regibus resistere. Quare optimum nobis visum est rescribere tibi, vt monumenta parentum tuorum inquiras, in quibus inuenies rebelles Iudæos & regibus inimicos, ideoque ciuitatem eorum fuisse destructam. quod si ea renouata & muris munita fuerit, via tibi claudetur ad inferiorem Syriam & Phœnicas. Postquam Cambyfes hanc legit epistolam, rescripsit in hunc modum: Rex Cambyfes Rathimo accidentia scribenti, & reliquis constitutis in Phœnice & Samaria. Legens missos à vobis apices, iussi parentum meorum inquiri volumina, & inuenta est ciuitas inimica regibus Hierusalem, seditiones & bella habitores eius commouisse, regesque eorum cognouimus potenter tributa inferioris Syriæ exegisse. Igitur præcipio minimè concedi, Iudæos ciuitatem ædificare, ne plius crescat eorum malitia, qua semper contra reges vsi sunt. His literis lectis, Rathimus & ceteri præsidēs statim venerunt Hierosolymam, ducentesque secum multitudinem, ciuitatem & templum ædificare Iudæos verabant. Quæ quidem opera per annos nouem sunt impedita, vsque ad secundum annum Darij. Per idem tempus quidam Arphaxat Medus in Ecbatanis surrexit, & muniuit eam vrbē inexpugnabiliter, & quasdam partes Mediæ sibi concilians. Nabuchodonosor verò rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue, anno xij. regni sui obtinuit Arphaxat in campo * Rogan. hic est Cambyfes, cui adhuc pater viuens Niniuen & regnum Assyriorum concessit, & Nabuchodonosor cognominauit, ac mortuo patre, xij. annum illius regni agebat. nam vt monarcha, non nisi octo annis regnauit, qui, postquam mortuus est pater Cyrus, misit ad omnes qui habitabant in Cilicia & Damasco & Libano & Carmelo, Galilæa & Samaria & Hierusalem, exigens ab eis tributa. qui omnes vno animo contradixerunt. Tunc iratus est, & iurauit per thronum suum quod vindicaret, præcepitque Holoferni principi militiæ, vt contra illos egrederetur, nullique hominum parceret. Qui egressus est cum exercitu maximo, ita vt operirent terram sicut locusta. qui cum vastasset Ciliciam & Mesopotamiam, miserunt ad eum principes prouinciarum, dicentes: Cesset indignatio tua, veni pacificus, & vtere seruitio nostro vt placet. Descendit Holofernes, obtinuitque omnes ciuitates, & destruxit eas, & omnes deos exterminauit, vt dominus eius Nabuchodonosor seu Cambyfes, solus deus haberetur. Audientes hoc filij Israel, timuerunt valde, ne similia faceret in sanctorio Dei, & inceperunt munire angusta viarum, & humiliauerunt se coram Domino ad exhortationem Heliachim sacerdotis filij Iesu, filij Iosedech, vel fortè commissarius erat Iesu sacerdotis. Sacerdotes verò tunc in cinere & cilicio offerebant holocausta, & clamabant ad Dominum. Nunciatarumque est Holoferni, quod filij Israel pararent se ad resistendum, & montium itinerata conclusissent, vocauit duces Ammon & Moab, dicens: Quis est populus iste qui montana obsidet? quæ est virtus eorum? Tunc Achior dux filiorum Ammon, respondit, commemorans quomodo venisset populus iste de Chaldæa primum, & quid Deus in Aegypto pro eis fecisset, subiungens: Qui eorum Deus cum placatus erat eis, nemo poterat resistere: cum verò iritabant eum, flagellabat eos, quia Deus eorum odit iniquitatem. Nuper autem reduxerat eos in Hierusalem de seruitute Babylonica, cui tradiderat eos propter peccata sua, & nunc obtinent montana hæc. Addidit Achior: Perscrutare si Deus eorum offensus est eis, & poteris eos expugnare: alioqui non præualebis eis. Iratus Holofernes, dixit: Vt ostendam tibi quia non est deus nisi Nabuchodonosor, ex hac hora populo illorum sociaberis, vt cum illis pariter pereas. & præcepit seruis, vt ducerent eum in Bethuliam, antequam castrametatus

1. Efd. 4.
3. Efd. 1.

Iudith 1.
* Ragau.

Gentes Cæbyfi tributaria.

Iudith 3.

Iudith 4.

Iudith 5.

Achior.

Iudith 6.

metatus fuerat. Cumque traherent eum, egressi sunt fundibularij aduersus eos. Hi timentes, ligauerunt Achior ad arborem, & recesserunt. fundibularij verò solucentes eum, statuerunt eum in medio seniorum & populi in Bethulia. siquidem erant de Hierusalem eodem missi duo sacerdotes ad principem Osiam. Cumque exposuisset eis Achior, quare transmissus esset ab Holoferne, recepit eum Osias in domum suam. Factum est autem deinde obsessa Bethulia, vt Holofernes interrupto aquæductu, tolleret eis aquas, ita vt ciues furtiuè cogerentur aquas ex fonticulis extra muros quærere. sed Holofernes apposuit fontibus custodes, & defecit aqua de cisternis post xx. dies. Clamauit populus ad eos qui venerunt de Hierusalem, dicens: Melius esset nobis seruire Holoferni, quam siti perire. Dixerunt sacerdotes: Sustineamus adhuc per quinque dies, si fortè faciat Deus misericordiam nobiscum. Erat autem in ciuitate vidua, Iudith nomine, pulchra & casta de tribu Ruben, quæ accitros sacerdotes reprehendit, eo quod tentassent Dominum, & terminum dierum quinque imposuissent. opus se clam illis facturam ait, iubetque vt ad portas stent cum egrederetur ciuitate. Orauit autem Dominum, vt dirigeret manum eius. dein lauit se, vnxit myrto, induit se vestibus iucunditatis suæ, & vocauit Abram, id est, ancillam, imponens ei ascopam vini, vas olei, & polentam & lapathes, id est, cibum oleribus confectum, panem & caseum, & profecta est. At in porta expectabant eam sacerdotes, qui vehementer admirabantur pulchritudinem eius, orantes pro ea. Cumque descenderet montem, tenuerunt eam exploratores, & duxerunt eam in tabernaculum Holofernis, qui statim captus est amore eius. sedebat autem in conopeo, purpura, auro & gemmis contexto. Visa muliere, dixerunt Assyrij: Quis contemnet populum Hebræorum, qui tam pulchras mulieres habet, vt pro his meritò pugnemus? Cumque adorasset Iudith, dixit Holofernes: Cur placuit tibi vt venires ad nos? Quæ respondit: Certum est quod perdetur populus noster: grauius enim offendit Deum, facit quæ lex prohibet. Nam & siti iam inter mortuos computatur, & misit me Dominus hæc ipsa annunciare tibi. Nunc enim reddet eis peccatum suum, & veniens introducet te vsque in Hierusalem. Ait Holofernes: Si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu magna eris in domo Nabuchodonosor, & fecit eam introduci vbi erant thesauri eius. Cumque disponderet conuiuium, ait Iudith: Ex his quæ mecum detuli, manducabo, ne veniat super me ira Dei. Cui Holofernes: Cum defecerint ista, quid faciemus tibi? Quæ respondit: Viuit anima tua, quia nõ expendet omnia ancilla tua, donec faciet Deus in manu mea quæ cogitauit. Petijtque sibi dari copiam egrediendi foras nocte ad adorandum Deum suum, & ira per triduum noctibus exhibat, & baptizabat se in aquis, adorans Deum. Quarto die fecit Holofernes coenam seruis suis, & dixit eunucho: Persuade Hebrææ, vt spontè consentiat mihi, ne illudens, immunis transeat. Ait ad eam Vagao, vt intraret ad dominum suum. Illa placere sibi, quod is velit, inquit. Ornata, stetit ante Holofernem, bibitque is quantum nunquam antè biberat. Vespere facto, reliquerunt serui solam cum domino, qui iacebat sopitus nimia ebrietate. Abra verò expectabat foris. Iudith orabat inuocans Dominum, & stricto pugioe bis percussit ceruicem, amputauit caput ducis, tradens illud Abræ. Veniens ad portam, aperiri iussit, occurrerunt ei omnes. Ipsa proferens caput, confessa est Dominum. Achior adorauit Dominum, viso capite. Caput suspensum est in muris. Manè factus impetus in hostes. Cumque intrasset Vagao suscitaturus Holofernem, exclamauit truncatum esse ducem. Assyrij percussi sunt fugientes. per dies xxx. collecta sunt spolia. Ioachim autem pontifex venit ad visendam Iudith. Ipsa laudans Dominum, prophetauit in primis de die iudicij. Completis 105. annis, mortua est, sepulta cum Manasse viro suo. Porro Cambyfes adiit Aegyptum, vastauit Memphim, Psammetum regno deposuit, cuius misertus tamen, procuratorem eum constituit. Qui dum ad defectionem Aegyptios induxisset, captus, epoto cruore taurino expirauit. Cambyfes Memphi residens, in Aegyptios plures, & in primis sacerdotes, sæuijt. Fratrem hic Smerdim in Persas miserat, videns somnio nunciari sibi Smerdim sedentem in regio solio, cælum contingere vertice: quare metuens ne occuparetur imperium à fratre, mittit illum intercepturum Praxaspen, qui è Susa Smerdim ducit venatum, & clam occidit. At hoc initium scelerum Cambyfis extitit: secundum autem scelus, quia sororem suam in Aegyptum eum secutam atque vxorem, necauit, cum nec Persis mos esset, sorores accipere in matrimonium. At Cambyfes amore ipsius captus, accersiuit eos qui regij iudices nominabantur. Isti autem apud

Iudith 7.

Iudith 8. 9.

10. &c. Cõsilij Iudith pro patriæ liberatione.

Κατωθεν εστιν veli pro culicibus abigendis paratum.

Iudith 13.

Holofernes truncatur.

Psammetus filius Amasis deponitur.

Praxaspes,
aliàs Tra-
xaspes.

Perfas ius dicunt, & legum patriarum sunt interpretes. hos Cambyfes percontatur, num qua lex sit, quæ sinat volentem cum sorore contrahere matrimonium. Iudices & iuste & ingenuè respondentes, negant vllam inuenire se legem, quæ sinat fratri nubere sororem: quandam tamen inuenire se legem, qua liceat regi Perfarum facere quidquid libeat. ita neque legem abrogarunt metu Cambyfis, & ne legem tuentes perirent, inuenerunt occasionem. Itaque Cambyfes sororem duxit. Sed postea occiso fratre Smerde, vt aliquorum est opinio, cum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, eiusque decerptis folijs, Cambysem interrogauit, vtrum decerpta lactuca, an densa pulchrior foret: & cum respondisset, densa: hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, quando Cyri domum denudasti. Ibi Aegyptij dicunt Cambysem ira percitum, insilijse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse. In alios quoque insanisse fertur, veluti in Praxaspem, quæ præcipuo honore prosequeretur, cuius etiam filius Cambyfi vina miscebat, qui honos & ipse non paruus est. Ad hunc Cambyfes fertur dixisse: Quemnam Persæ me esse censent? Praxaspes respondisse: Here, cunctij quidem omnia magnis laudibus ferunt, sed vino te deditum aiunt. Indignatus ille: Siccine, inquit, Persæ bilingues sunt, qui me Cyro patre præstabiliorum dixere? Sed intelliges an vera dixerint. Nam si filio tuo cor sagitta tetigero, constabit nihil esse quod Persæ dicunt: si aberrauero, vera loquuntur. Hæc locutus, intendit arcum, puerumque percussit, atque collapsum discendi ad inspiciendum iussit. Et cum in corde sagitta esset inuenta, lætabundus ad patrem pueri inquit: Nunc facta tibi est fides, non me insanire, sed Persas. Verum nunc mihi dicitis, quemnam ex omnibus hominibus nostri ita ad destinatum mittere sagittas. Praxaspes hominem aduertens vesanum: Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probè percutere. Altero die xij. Persas primores sine causa necauit. Ad hæc Croesus Lydus admonuit, ne similia admitteret, periculum sibi à Persis imminere talia facienti. Ad hunc arcum intendit percussurus Cambyfes, sed Croesus è conspectu illius se propripuit. hic vbi percutere eum non potuit, mandat ministris, vt eum comprehendentibus interimant. Ministri scientes quanto Croesi desiderio viueret, & quod mortè eius ægrè laturus esset, Croesum abdididerunt, hac ratione, vt si Cambyfes facti poenitens requireret eum, lucris afficerentur quod illum seruassent. Atque nec multò post, cum Cambyfes desideraret Croesum, ministri nunciant hominem superesse. Cambyfes exhilaratus est, morte tamen multauit ministros, quod contra mandatum illum seruassent. Inter cætera seueritatis Cambyfis exempla memoratur id à Val. Max. quod mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam, sellæ intendi, in eaque filium eius iudicaturum considerare iussit. Cambyse circa Aegyptum morante ac desipiscente, duo magi fratres, quorum alterum, Patizitem scilicet, reliquit rei domesticæ curatorem, in eum coniurauerunt. Hic enim cognita Smerdis nece, quæ paucis erat nota, rebellandum sibi putauit. Erat frater eius corpore quàm similimus Smerdi Cyri filio, eiusdemque nominis. Hunc fratrem suum magus Patizites instructum, deduxit in regium solium, quæ occultatio regis faciliè fieri poterat in Perside, quia ad regem nullus ferè intrabat præter domesticos. Ad hæc magus iste caduceatores dimittit circūquaque, qui edicerent, vt Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Cambyfi. Quæ cum audisset Cambyfes, vera loqui caduceatores ratus, seque à Praxaspe esse proditum, intuens in eum: Itaque, inquit, rem mihi executus es? Ad quem iste: Ita here vt iussisti, nec vera sunt quæ audis, fratrem tuum rebellare, quem meis peremi manibus. Quod si defuncti rebellant, expecta vt Astryages Medus rebellet. sed voca caduceatorem, inquiramus de quo Smerde loquatur. Placuit consilium Cambyfi. adducitur caduceator, cui Praxaspes: O homo, dicito veritatem, & securus esto, vidisti ne Smerdim talia mandantem? Cui ille: Ego Smerdim filium Cyri non conspexi, sed magus quem Cambyfes rerum suarum procuratorem constituit, mihi mandauit, vt ita Smerdim regnare dicerem. Tum Cambyfes Praxaspi: Quis ergo Smerdis nomine regnum occupat? Ego, inquit Praxaspes, mihi videor intelligere: Patizites, quem tu rerum omnium procuratorem reliquisti, & frater eius Smerdis imperant. Hoc audito, reuoluit Cambyfes somnium per quod ei visus fuerat Smerdis in regio solio. Agnoscit itaque sine causa fratris se interemptorem, quem vbi defleuit, in equum omni clade afflictus insilijt, habens in animo quàm raptissimè Susam versus exercitum ducere. Insilienti vagina gladij excidit, vnde nudatus gladius, perstrinxit eius femur lætaliter. Vicefimo dehinc die accersitis Perfarum qui aderant præstantissimis, ira

ita eos alloquitur: Quod occultum esse volui maximè, Persæ, id cogor apud vos esse ferre. ego enim fratrem meum Smerdim, ne me turbaret aliquando è regno, peremi, securusque vt viuerem, somnio id mihi suadente. sed frustratus euentu rerum, parricida fratris incaustum exiti, & nihilominus regno exutus sum. hoc propterea vobis pandere volui, vt sciretis Smerdim Cyri non superesse, sed magos vobis regnum vendicasse. Hæc locutus, defleuit omnem suam conditionem, vitæque ei crepta est. At Persis qui aderant, magna erat incredulitas, magos rerum potiri, interpretantibus potius quæ de nece Smerdis dixisset, ideo dixisse, vt illi Persas redderet hostes. Itaque pro certo habebant, Smerdim Cyri per rebellionem regnare: sed nec Praxaspi tutum erat post Cambyfis obitum, fateri illum manu sua interemptum. Smerdis itaque magus regnavit securus septem menses, qui reliqui erant ad implendum annum octauum Cambyfis, per quos menses Smerdis omne genus liberalitatis in subditos exhibuit. nam missis ad singulas nationes edictis, immunitatem tributorum & vacationem militiæ in triennium tribuit. octauo autem mense, quifnam esset, compertum est. Siquidem erat Otanes genere primo, cuique Perfarum par. hic Smerdem non esse filium Cyri primus suspicatus est, quod nec ex arce progrediretur, nec Perfarum procerum quempiam ad conspectum suum vocabat. habebat autem Oranes filiam inter concubinas regis vnam, ad quam clam misit nuncium, sciscitans, an Smerdis iste regis Cyri esset filius, quocum aliquando dormiret. illa remisso nuncio, negauit se id scire. Quo accepto responso, admonuit filiam, vt de nocte palparet si rex aures haberet. Nam Smerdim fratrem Patizitæ suspectum duxit, cui quondam Cambyfes offensus mutilauerat aures. Cumque puella depræhendisset eum aures non habere, indicauit hoc patri, qui vocatis ad se sex alijs Perfarum primoribus, detexit fraudem. idcirco coniurauerunt in eum, opportuneque ad regiam cum fiducia pergentes, vbi ad portas affuerunt, custodes reueriti Perfarum primarios, nec aliquid suspicantes, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgressi sunt, eductis gladijs, obuios trucidant, iidemque cursu in conclaue contendunt, offendentes magos ambos. fit tumultus. quid plura? occiduntur simulatores regis vna cum fratre, non tamen incruenta victoria Persis obrigit. Occisus Magis, inquit Iustinus, magna quidem gloria recuperati regni principum fuit, sed multò maior in eo, quod cum de regno ambigerent, concordare inter se non potuerunt. erant enim virtute & nobilitate ita pares, vt difficilis esset electio. Ipsi ergo viam inuenerunt, qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent, pactique inter se sunt, vt die statuta omnes equos ante regiam domum primo manè producerent, & cuius equus ante solis ortum hinnitum primum emitteret, is rex esset. Nam & solem Persæ deum esse credunt, & equos eidem deo consecratos esse ferunt. Erat inter coniuratos vnus, Darius Hytaspis filius, cui de regno sollicitus equi sui custos ait: Si ea res victoriam moraretur, nihil negocij superesse, nisi vt faceret de nocte equum suum misceri equæ in illo loco, quo congregandi erant, ratus ex voluptate Veneris futurum, quod euenit. Quo facto, postera die cum ad statutam horam & locum conuenissent omnes, Darij equus, cognito loco ex desiderio foeminæ statim hinnitum dedit, & signibus alijs, felix auspicium domino primus emisit. Tanta autem moderatio cæteris fuit, vt audito auspicio, confestim equis desilirent, & Darium regem salutarent. tunc cognatio Darij iuncta cum pristinis regibus fuit, moxque in principio regni Cyri filiam in matrimonium accepit. Amyntas ix. Macedonum rex, 37. Iudaicæ capt. anno Macedonibus regnare coepit, regnavit annis 30. Sunt qui Amalthæam Sibyllam ex Cumis Campaniæ, iidem temporibus velint claruisse, & libros nouem Tarquinio vanum obtulisse, vt dictum est. Sibyllam Helleponticam in agro Troiano natam, iidem etiam temporibus fuisse Solinus scribit, quæ de Christo vaticinata, inquit: Nascetur Christus de casta. Iesus Iosedech summi sacerdotis filius in hac generatione floruit. hic cum Zorobabel in Hierusalem venit templi ædificandi gratia. In hac generatione Polycrates Samiorum tyrannus fuit, qui vsque ad inuidiam fortunatus fuit. Omnis enim conatus eius, inquit Helinandus, placido excipiebatur itinere. Spes circumcupitæ rei fructum, apprehendebat ad vota omnia. At Amasis Aegypti rex amicus illi, cum assidue secundiora emergerent, libellum misit in hæc verba: Amasis Polycrati: Feliciter agi cum amico, audio cum voluptate. at displicent prosperitates tuæ, quod inuidium nomen putem. Quod ad me attinet, mallem traduci varia fortuna. itaque age aduersus prosperitates, abijce, quod amissum doleas, nunquam

Cambyfis
mors fatalis

Smerdi pre-
cidit aucti-
las Camby-
fes, apud He-
rodotum Cy-
rus.

* sollicito

Darius rex
Perfarum
salutatur.

Sibylla Cu-
mana.

Harum etiam
superius ge-
neratio. 29.

Polycratis
tyranni fe-
licitas.

Amasis re-
gis epistola

id inuenturus. Quod si prospera non variabuntur, fatorum viam prospice. Polycrates lecta epistola, gemmam signatoriam smaragdum auro inclusam, in pelagus abiecit. domum reuersus, cum ex iactura afficeretur, quinto die piscator grandem piscem, nemine nisi rege dignum, illi affert. quem ministri rescindentes, offendant in eius aluo sigillum. quod ubi Polycrates accepit, in Aegyptum scripsit. Quo lecto, Amasis, vt Polycrates bene moreretur, optauit. missoque Samum caduceatore, dixit se ius cum illo hospitij soluere. quod ideo fecit, ne in tristem aliquem casum incidente Polycrate, animi dolorem velut de hospite contraheret. Sed hunc cuius felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit, Oroetes Darij regis praefectus, in excelsissimo montis vertice cruci affixit, ex quo putres eius artus & rabido cruore membra manantia, Samos amara seruitute aliquandiu pressa, liberis ac laetis oculis adpexit. Verum is Oroetes praefectus fuit Darij regis, qui inuidens felicitati Polycratis, eum interficere parabat. mittit legatos ad Polycratem, foedus & amicitiam eius flagitans. Siquidem sciebat Polycratem maris imperium affectare. Legati ex commissio proponunt, Oroeti pecuniam ingentem esse, Polycrati prudentiam & fortunam, ita vtrunque posse augere imperium. Polycrates ad haec audita, mittit qui opes illius intueantur, quibus Oroetes vasa multa plumbo plena, sed quibus aurei Philippi superpositi erant. illi aurum rati, Polycrati nunciant, ditissimum esse Oroeten, ad quem visendum cum proficisceretur, filia retrahere ab itinere contendeat. illa enim somniauerat se vidisse patrem sublatum, die quidem sudantem, nocte vero rore stillantem, seu vt ait Herodotus, a Ioue lotum, a sole vinctum, quod somnium pestiferum et edebat. sed nihilominus paterit ad Oroeten, quem ille in monte quodam Magnesia cruci affixit. Anno octauo Cambyfis, Pythagoras philosophus clarus habetur, qui apud Graecos primus inuenit, animas immortales esse: dicebat tamen, de alijs corporibus transire ad alia, in quo plurimum errauit. Ad Darium regem Persarum redeo, cui Zorobabel familiaris erat adhuc priuato. nam cum Cambyfes interdixisset reaedificationem templi in Hierusalem, ascendit ad eum Zorobabel adolescens, & per huius interuentum tentauit animum regis immutare, sed non valuit. tunc suasisit Dario secretius, vt votum voueret Deo Israel, quod si eum regem faceret, restaurare vellet templum in Hierusalem, & vniuersa vasa domus Domini, quae adhuc erant apud reges Persarum, remitteret: ita fore vt aliquando regnum obtineret, illi praedixit. Vnde cum audisset Zorobabel Darium suscepisse regnum, fiducialiter accessit ad eum, hortantibus Zacharia & Aggaeo prophetis ad reaedificationem templi. Principes enim Persarum qui erant eis vicini, prohibebant, nec per hoc permittebant prosecutionem operis: ascendit Zorobabel cum nonnullis alijs ad Darium, qui honoratus est ab eo supra quam sperasset. nam in cubiculo regis dormire iussus est. Cum esset apud regem Darium Zorobabel, coenam magnam omnibus magistratibus Mediae & Persidis, omnibus purpuratis & praefectis sub illo, ab India vsque Aethiopiam, centum vigintiseptem prouincijs, parauit. Et cum satiati essent, rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit. tunc illi tres iuuenes corporis sui custodes, dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui praecellat. scribentibusque singulis verbum suum, primus scripsit, Forte est vinum: alter scripsit, Fortior est rex: tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres, Super omnia autem vincit veritas. Cum autem surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi. qui mittens vocauit omnes principes Persarum, & sederunt in concilio. lecta quoque sunt scripta praedicta illis. At rex vocari fecit adolescentes, vt indicarent verba sua. Coepit prior dicere de fortitudine vini, quomodo seducit mentem serui & liberi, pauperis & diuitis, omnem mentem conuertit, inquit, in securitatem, & non meminit tristitiam & debitum, omnia liberè atque gloriose loquitur, non meminit homo cum biberit, amicitiam aut fraternitatem, & post non multum sumit gladios, nec recordatur eorum quae gesta sunt. Deinde secundus: O viri, non praecellunt homines qui terram & mare obtinent: rex autem super omnia dominatur eorum. Zorobabel vero fortiolem vtroque fecit mulierem. Nam & regibus, ait, & omnibus qui vites plantant, mulieres & vitam conferunt & alimoniam, & ad robur vsque perducunt, & vitam pro mulieribus homines non timent. retulit quoque se vidisse concubinam cuiusdam regis, alapas regi dantem, ridenti illi regem arrisisse, & cum indignata ei fuerat, blandiebatur illi donec reconciliaretur. Super haec omnia tamen veritatem dixit

Oroetis fecerunt.

Pythagoras

3. Efd. 3 & 4.

Adolescentum contentio de fortissimis.

xit fortiolem, quae immutabilis est & sempiterna. Cumque omnes iudicassent fortiolem omnibus esse veritatem, dixit rex ad Zorobabel, vt peteret ab eo quod vellet. Tunc postulauit Zorobabel fieri templi reaedificationem in Hierusalem, & vasa Domini remitti illuc. Gaius rex, nam id ipsum meminit se vuisse. vnde scripsit principibus suis per epistolam trans flumen, vt nullatenus impedirent Iudaeos, sed de sumptibus regalibus iuarent eos, dantes eis per singulos dies simlam, vinum & sal, vt offerant ea Deo caeli, & orent pro vita regis & filiorum eius. & addidit, dicens: Qui hanc mutabit iustionem, tollatur lignum de domo eius, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Remisitque rex vasa Domini per manum Zorobabel. qui reditum faciens per Chaldaeam, contribulibus suis mandata regis patefecit, & ascenderunt cum eo multi Hierosolymam. Igitur anno 2. Darij, mense 8. instabant operi, & compleuerunt illud anno 7. Darij, qui erat 46. regni Persarum. Secundum hoc dictum est in euangelio, Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, id est, a prima licentia quam dedit Cyrus, hoc est, primo anno quo factus est rex Persarum. & conuenerunt filij Israel, & dedicauerunt illud mense 12. celebraueruntque phase secundum legem Domini. De arca vero, quomodo aut quando receperint eam, incertum est. sed si verum est quod Epiphanius dicit, vsque ad iudicij diem non esse egressuram de latibulo petrae, dicendum est quod Hebraei fecerunt alteram instar prioris, nam inter manubias quas abstulerunt Romani de Iudaea, translata leguntur arca Domini, candelabrum & mensa. Aggaeus propheta templo completo obiit, & in eo sepultus est. Zacharias quoque iuxta Aggaeum ponitur. eius dies natalis celebratur octauo idus Septembris. Darius Hystaspis filius postquam principatu potitus est, omnium vrbium tam Graecarum quam barbaricarum, Samum primam euerit ob hanc causam: Dum Cambyfes in expeditione aduersus Aegyptios ageret, per multi Graecorum a derant, e quibus fuit Syloson Polycratis iam occisi germanus, ex torris a patria. hic amiculo rutilo apud forum spatiabatur, quem cum vidisset Darius tunc Cambyfis fatelles, vir captus amore amicali, petebat vt sibi venderet. Syloson animaduertens Darium magnopere cupere amiculum, Ego, inquit, amiculum hoc non vendo, sed largior, si modo tuum perpetuo debet esse. Haec approbans Darius, accepit amiculum. Cum autem Darius in regem Persarum surrogatus esset, Syloson certior factus Susam peruenit, ascenditque in regiam, ait se esse qui de rege bene meruisset. Haec audiens ianitor, regi nunciat: ad quem admirandus rex, quis esset e Graecis qui de se bene meritus sit, tamen hominem introduce, inquit. Introductus Syloson, int' erogatur quisnam esset, aut quo facto beneficium in regem extitisset. Ipse rem omnem gestam circa amiculum refert, & quomodo donasset. Ad haec Darius: O, inquit, virorem generosissime, tu ne ille es qui mihi nullam dum potentiam habenti donasti ea, quauis parua, tamen perinde grata, ac si nunc aliquid magni acciperem? qua de re te ita remunerabo, vt nunquam poeniteat te liberalitatis. Cui Syloson: Mihi, inquit, rex nec aurum neque argentum dederis, sed patriam meam Samum, vbi eam liberaueris, quam post necem fratris mei Polycratis ab Oroete interfecti, occupat seruus noster, hanc mihi donato. His Darius auditis, misit exercitum duce Orane, vno e septem viris, iussu vt quae Syloson rogasset, ea effecta redderet. At Sami imperium obtinebat Maendrius, a Polycrate procurator olim constitutus. Oranes vero sine negocio Maendrium pellens, Samum Sylosoni restituit. Maendrius tum e Samo profugiens, Lacedaemonem nauigauit, adducens secum varia auri argenti que vasa. Cleomenes vero Spartae regem, vt aliqua reciperet, rogauit, qui cum pocula respexisset, praed admiratione attonitus, nihil vt vir iustus recipere voluit, sed cum sensit iisdem cines pertentari, aditis Ephoris, hoc est, tribunis, ait fatius esse Sparti hospitem Samium ablegare, ne quem Spartanorum persuadeat fieri malum. Illi obsequentes, Maendrium ablegarunt. Interea Babylonij rebellarunt. Darius contractis aduersus eos omnibus copijs contendit, urbem obsidione cingit, sed illi nihili pendebant obsidione, probraque Darij & exercitui ingessere: tunc, aiunt, nos expugnaueris, cum mulae pepererint. Anno ac septem mensibus in obsidione consumptis, iam vniuersum exercitum & tedere & desperare coepit. vicefimo obsidionis mense, Zopyro qui erat vnus ex septem qui magos sustulerant, hoc contigit portentum, vt quaedam mularum eius pareret. Eo viso, veruit seruos cuiusdam rem aperire, reputans secum praefagia a Babylonij dicta: ex hoc sibi visa est Babylon expugnari posse. Vnde hoc adijt facinus, praecidit sibi nares, auriculas, comamque, deformiter, plagas imposuit, atque ita mutilatus ad Darium

1. Efd. 6.
3. Efd. 6.

Restituitur vasa templi.
Aedificatur templum.

Iohan. 2.

Sylosoni restituitur Samus.

* tedium & desperatio cepit.
Mulae Zopyri parus.
Zopyri facinus.

Darium perrexit, quem ille intuens, virum spectatissimum sic truncatum ad eò graui-
ter tulit, vt exiliens è folio, interrogaret quis mutilasset. Nemo, inquit, rex præter te
hoc potuisset, sed ipse ego, quòd indigno animo fero Assyrios Persis illudere. Cui rex:
O miserime, turpissimo factò pulcherrimum nomen imposuisti, nunquid protinus
hostes deditioem facient? Cui Zopyrus: Si rerum te consciù fecissem, non permis-
ses, nunc autem Babylonem capiemus. ego enim ad muros tanquam transfuga pro-
perans, hoc corporis habitu fidem faciam, me tibi fore inimicum. Instruxit regem de
singulis. ac vbi satis mandauit, ad muros perrexit, respectans tanquam verus profu-
ga. Eo conspecto, mittuntur qui sciscitentur quisnam sit. cumque hic dixisset se Zo-
pyrum esse, ad magistratus ducitur, ante quos itans conditionem suam miserabili-
ter refert, à Dario se passum truncationem, idque ob eam causam, quòd suasisset eum
obsidionem soluere, quoniam nulla via vrbs expugnari posset. At nunc, inquit, ad
vos venio Babylonij, futurus vobis maximo bono, Dario autem & copijs eius maxi-
mo malo. neque enim mutilationem meam ferent impunè, cum explorata mihi eo-
rum consilia sint omnia. Babylonij virum apud Persas spectatissimum habentes, spe-
rantes omnia vera loqui, in ducti sunt ad permittenda ei omnia postulata. Commi-
tuntur ei paulò post copiarum militum, qui excurrens, mille Darianos vt cum rege ordi-
nauerat, missos trucidauit. Eum Babylonij aduertentes consentanea verbis facta præ-
stare, exhilarati nimis fuere. ille rursus ex composito cum delectis Babyloniorum egres-
sus, duo millia Darianorum militum interfecit, ex quo Babylonij laudibus Zopyrum
coeperunt vsque ad cælum tollere & in ore habere. tertio ductu idem patrauit. Vnde
à populo dux exercitus & murorum custos declaratur. vbi verò ex composito Dari-
us copias omnes muris admouit vndique, Zopyrus dolum patefecit. nam cum Baby-
lonij conscens muris copias Darij adorientes arcerent, ipse apertis scissisque portis,
Persas in urbem introducit, & ita Babylon iterum capta est: qua potitus Darius, mu-
ros eius & portas omnes demolitus est. Babyloniorum quoque procerum tria millia
patibulis affixit, data cæteris venia vrbs incolenda: ac Darij iudicio nemo Persarum
Zopyrum præstantia supergressus, neque eorum qui prius, neque qui posterius ex-
titerint, præter vnum Cyrum, quo nullus vnquam Persarum se dignum existima-
uit. Zopyrus autem à Dario egregiè remuneratus est, tum multis alijs, tum tra-
dita Babylone, quo ad viueret, in peculiarem portionem. Post Babylonis expugna-
tionem Darius aduersus Scythas fecit expeditionem, quippe qui priores iniuriam
intulissent, Asia potiti, tum à Medis eiekti, apud illos autem abfuerant 28. annos.
In patriam reuertentes Scythæ, offenderunt non exiguum exercitum contra ipsos
venientes. vxores nanque eorum diuturna virorum absentia ad seruos accesser-
unt, ex quibus Scytharum genita est iuuentus, quæ suorum natalium conditione
cognita, obuiam perrexit his qui reuertebantur à Medis. Et primùm regionem
intersepit ducta lata fossa, quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotim palu-
dem. deinde in his consistens, Scythis repugnabat, sæpe commissa pugna, cum ni-
hil tamen Scythæ proficerent, quidam ex eis, inquit, Quidnam facimus, cum no-
stris seruis dimicantes, qui & cum interficimur, ipsi pauciores officimur, & illos in-
terficiendo, paucioribus deinceps imperabimus? mihi videtur, hastis arcubusque
omissis, sumenda flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eundum.
Nam cum vident nos armâ habentes, arbitrantur se similes nobis: vbi nos pro ar-
mis verbera tenentes viderint, tunc se nostros seruos intelligentes, non perstabunt.
placuit hoc Scythis, qua ex re perculsi illi, pugna immemores, fugam capesserunt. Ita
Scythæ imperio sunt Asia potiti, & rursus à Medis eiekti, ad terram suam hunc in mo-
dum reuersi. Hac de causa Darius vleiscendi cupidus, comparauit exercitum. Su-
sis mouens, peruenit ad Bosphorum Chalcedonis, vbi pons iungebatur. illic con-
scensa nauis, transmisit insulas nomine Cyaneas. Pertentabat autem Darius regem
Scytharum, vt filiam sibi vxorem daret: & cum eius nuptias non obtinuisset, fa-
cto ponte, bellum intulit, armatis septingentis millibus hominum Scythiam in-
gressus, & non facientibus hostibus primùm pugnae copiam, tandem metuens
ne interrupto ponte Istri, reditus sibi intercluderetur, amissis hominum infinitis
copijs, trepidè refugit, quæ iactura abundante multitudine inter damna numera-
ta non est. Inde verò Asiam & Macedoniam domuit, Ionas quoque naualis prælio
superavit. Cognitoque quòd Athenienses Ionibus contra se auxilium tulissent,
omnem impetum belli in eos conuertit. quo audito, Athenienses à Lacedæmonijs auxi-

Babylon fe-
cundò capi-
tur à Dario.

Seruite Scy-
tharum bel-
lum.

Superant
Darium
Scythæ.

auxilium peruenire, productisque copijs, cum viderent Persas quadridui religione te-
neri, naeta occasione, non expectatis Lacedæmonijs, instructis decem millibus ciui-
um, & auxiliarijs Plateensibus mille, aduersus sexcenta millia hostium campis Ma-
rathonijs in bellum egrediuntur. Milciades dux belli erat, & author non expe-
ctandi auxiliij, quòd tanta fiducia ceperat, vt plus præsidij in celeritate quam in fo-
cijijs duceret. Magna igitur in pugna concurrentibus alacritas fuit animorum, ad-
eò vt cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactum sagittarum
ad hostem venerint. nec audaciæ eius euentus defuit. pugnatum est enim tanta vir-
tute, vt hinc viros, inde pecudes putares. victi Persæ, in naues fugerunt, ex qui-
bus multa suppressa, multa capta. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit, vt
cuius laus prima esset, difficile iudicium videretur. inter cæteros tamen Themistoclis
adolescentis gloria emicuit, & Cynigeri quoque militis Athenien. qui post prælij in-
numeras cædes, cum fugientes hostes ad naues egisset, onustam nauem dextra manu
tenuit, nec dimisit donec manum amitteret. Tum quoque amputata dextra, nauem
sinistra comprehendit. quam & ipsam dum amississet, ad postremum morsu nauem
detinuit. ad postremum truncus & veluti fera rabida dentibus pugnavit. ducenta
millia Persæ eo prælio sine nauigio amiserunt. Postquam nuncius pugnae ad
regem Darium allatus est ad Marathonem gesta, cum antea vehementer infensus es-
set Atheniensibus, quòd Sardis inuasissent, longè infensior factus est & propensior ad
bellum Græciæ inferendum, missisque continuo nuncijs ad ciuitates, edixit vt singulè
multò quam antea maiores copias compararent. defecerunt postea & Aegyptij, quo
magis aduersus virosque sumere arma properabat. Interea ingens inter eius libe-
ros de principatu exorta est dissensio, quoniam ex instituto Persarum oportebat ita
demum ire in expeditionem, cum regni successorem declarasset. Erant autem Dario
iam antequam regnasset, liberi tres è priore vxore, & post partum regnum alij qua-
tuor ex Atossa Cyri filia. superiorum maximus natus erat Artabazanes, posteriorum
Xerxes. qui cum ex eadem matre non essent, disceperant. Artabazanes, quòd pri-
mogenitus inter omnes. Xerxes verò, quòd post partum regnum, Darij regis natus
maximus. Demaratus arbiter adhibitus, Spartæ sic vsurpatur, inquit, si cui antequam
regnet, filij nascuntur, deinde regi iam factò alius, huius postea nati successio regni
est. hac à Demarato subiecta ratione vntem Xerxem Darius regem declarauit. ad eò
autem valuit fratrum inter se moderatio, vt nec victor insultauerit, nec victus dolue-
rit, sed ipso litis tempore munera sibi inuicem mittebant, iucunda quoque inter se
non solum solatia, sed & credula conuiuia habebant. Declarato Xerxe rege, cum
Darius conaretur rebus apparatis exire in expeditionem, altero à defectione Aegy-
ptiorum anno, supremum diem obiit, sex & 30. annis regni expletis, haud com-
pos voti, vt Aegyptios & Athenienses vleisceret. Anno 14. huius generationis,
& ab vrbe condita 243. olympiade 68. pulsus regibus, consules. (vt dictum est) con-
stituti sunt bini, scilicet L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. In iustitiae
one vrbs facta, sacrisque hostijs cæsis, primi ipsi iurarunt, ciuibusque cæteris vt
iurarent persuaserunt, non restituros se ab exilio Tarquinium, neque eius filios, ne-
que eos qui ex illis futuri essent, neque regem vrbs aliquem restituros, neque con-
stituire volentibus permissuros, tam pro se quam successoribus. verum Ro. grati nomi-
ni regio, volentes id custodire, elegerunt ex senioribus pontifices & augures diuino-
rum curam habiturum, atque ab omni alio ciuili ministerio vacaturum, regem sacro-
rum nominandū benefici nominis gratia. Creatusque rex sacrificulus primus, est Ma-
mius Papyrius, ex patricijs vir quietis studiosus, deinde leges de contractibus scriptas
à Tullio, humanas eas popularesque visas, omnes renouarunt. Sicque etiam immola-
tiones quas in vrbe & per agros conuenientes communiter populares & contribules
perficiebant, curæ haberi iterum statuere, concionemque eis restituerunt de rebus
maximis ac ferendi suffragij potestate, quæ omnia sub Tarquinio erant sublata. Tar-
quinius interim postquam libertate gratior, Latinorumque insistens spei, vt per illos in
regnum reducendus. Vbi verò bellum vrbi inferre noluerunt, desperans de eis, in He-
truscam profugit urbem, ex qua ei maternum erat genus, persuadensque largitione,
beneficiæque commemorans antecessorum suorum, & quomodo ex magna
excidens felicitate, die vna errabundus cum tribus filijs venisset ad eos, cum la-
chrymis omnia edisserens, obtinuit vt legatos Romam mitterent reconciliatores.
Designa-

Maratho-
nia pugna.

Xerxes rex
declaratur.

crebra

Darij obi-
tus.

Consules.

habitudis.

Legiti He-
trurcorum.

Designatis autem legatis quos ipse voluit, edocet quæcunque essent dicenda aut agenda, datisque eis literis ab exilibus qui cum eo erant, continentes preces ad familiares suos & amicos, ferentes etiam auri aliquid. Hi viri Romam venientes, in senatu postularunt, Tarquinium ut accepta fide venire sine metu liceret, rationemque redditurum de omnibus quæ egerat ex quo principatum accepit: & si nihil dignum exilio egerit, tunc si reddant ei regimen, imperaturum se, quibuscumque; ciues æquis conditionibus diffiniant: si verò malint non amplius gubernari per regem, sed alteram instituire formam regiminis, tunc manere se in vrbe liceat quæ patria est, atque domum habentem propriam, simul cum cæteris ex æquo regi, liberarique exilio. Rogabaturque legati senatum, quòd cum iustum æquumque esset, neminem dictione causæ iudicioque priuari, ut ei viro concederent defensionem, cuius ipsi indices futuri erant. His dictis, assurgens Brutus, ita locutus est: De ingressu Tarquiniorum in vrbem, viri Hetrusci, desinite plura dicere. Iustum est enim iam suffragium, decernens eis perpetuum exilium, perque deos iurauimus omnes, neque esse redicturos nos tyrannos, nec reducentibus permitturos. si verò aliquid modesti rogaturi estis, quod nec iuramento, nec legibus agere prohibeamur, dicere potestis. Ad hæc, deliberatione habita, legati: Inopinatè nobis occurritis, sed postquam vobis sic videtur, de ingressu Tarquiniorum nihil rogamus amplius. aduocamus autem vos in aliud iustum, de quo nobis mandatum dedit patria, ut reddatis regi bona quæ auus suus possedit antea ac pater. sufficit enim ei ferenti sua, aliquo in loco alio beatè viuere, nihil vos conturbantem. Hæc cum dixissent legati, exiit. Consul autem Brutus retinendas consulebat has diuitias, tum quòd in multis reipub. læserat, tum vtilitatis causa, ne facultas ad bellum ei suppetat. Collatinus verò contraria dicebat, non læsisse dicens ciuitatem pecunias, sed corpora, cauereque ipsos censens, ne opinionis improbæ apud omnes potirentur, neve iustam belli causam eis exhiberent tanquam re sua spoliatis, esseque in certum, Tarquinos bellum aduersus ciuitatem gerere. Talia dicentibus consulibus, complures dies deliberans senatus, quandoquidem vtiliora dicere Brutus, iustiora autem Collatinus videretur, tandem populum iudicem faciunt. accipientes calculos curiæ, vno tantum calculo vicerunt qui reddi iubebant bona. Accipientes responsum Hetrusci, laudarunt senatum, nunciaruntque; Tarquinio, ut mitteret recepturos opes suas, ipsique in vrbe permansere sub simulamine, sed reuera præparantes in vrbe quæ mandarat eis tyrannus. dederant enim epistolas ab exilibus ad necessarios missas, & ab illis ad exules ceperant, quibus tractabatur secretò de reductione Tarquiniorum. Non enim deerant in vrbe fautores eorum, vel propter sensus imbecillitatem, aut vitæ inopiam, desideriumve in tyrannidem: nonnullos commodorum spes inuitabat, inter quos & illustres aliqui corrupti, ut duo Brutii filij, & duo fratres vxoris suæ, cum pluribus alijs adolescentibus, qui regnante Tarquinio, soliti erant luxuriosam vitam & dissolutam cum filijs Tarquinij agere. Vnde grauitè tulerunt multum eis ablatum de pristina libertate ad malum, legesque dicebant rem surdam & inexorabilem esse, melioremque inopi quam potentem. Ita tractantes, & cum legatis secretos habentes conuentus, aduertit interim seruorum quidam vini præbitor, cuius nomen erat Vindice: suspicatusque hos viros aliquid moliri prauum, animum attendit, sermonesque eorum accepit, & literas ab omnibus scriptas vidit ad compaginem quandam olij, egrediensque domum multa nocte, veritus est adire consules, qui erant illorum cognati, forsitan celaturos scelus. Veniens itaque ad Publium Valerium, dat ei dextram, & ab eo iniurandum recipit securitatis suæ, & eorum quæ vidit & audiuit, fit index. Quod ut Valerius edidit, sine mora magna clientulorum manu ad ædes Aquiliorum, vbi conuentus erat, irrupit. epistolarum fit dominus, comprehensensque Aquilios, nam alij abierant, ante consules sedit. mirum est. Brutus enim vbi dies affuit, ascendens tribunal, & epistolas coniuratorum recensens, ut inuenit quæ à filijs scriptæ erant, manu & signis cognitæ, legi eas iussit à scriba in publico: deinde iussit filios, si quid vellent, dicere. negare non poterant, præ verecundia vterque flebat. Continens autem se parumper Brutus, deinde silentio indicto, se morti filios condemnare dixit. ad quod omnes reclamarunt, haud dignantes eum supplicium de filijs sumere, condonareque volebant patri animas adolescentium. ille autem neque voces eorum neque vularus admittens, adolescentes complorantes & rogantes, in foro omnibus spectantibus cædi eos virgis iubens, & post in eius conspectu decollari, solus ipse neque

Restituitur
Tarquinio
bona sua.Aquiliorum
& Virellio-
rum dolus.Brutii seue-
ritas in fili-
os.

neque filiorum fatum deslens, neque se ipsum miserans. Occisus autem filijs, congestum euocat collegæ sui tororis filios Aquilios, & epistolas eorum legi iubet. ad tribunal ducti iuuenes, proclerant ad genua auunculi, ut per illum seruari. Cum iussisset Brutus lictores eos ducere ad mortem, dixit licitoribus Collatinus ut differrent. præhendensque Brutum solum, preces fundit, partimque excusans eos per inscitiam ætatis, partim cohortans ut largiretur sibi cognatorum animas, simulque ostendens periculum, si consij omnes occidantur. Vbi verò minimè persuasit, perebat saltem ne morte mulctaret. denegante etiam Bruto, mœrens Collatinus ait: Postquam tetricus & amarus es, ego iuuenes eximo eiusdem cuius tu potestatis dominus. Hinc ex-candescens Brutus, Non tu, inquit, me viuo Collatine proditores patriæ eripies, sed & tu æquas pœnas dabis. His dictis, constituta adolescentibus custodia, populum in concilium aduocauit, omni prodicione detecta, Collatinum in suspicionem primum ducens quasi conficium, reduxit populo ad memoriam, quomodo iurasset se non relicturum aliquem in ciuitate, neque aliquem regnare passurum, vnde periculum esse posset libertati, & addidit se non credere populum Romanum solitam libertatem recuperare, dum regium genus & nomen non solum in ciuitate, sed & in imperio esset. Quo modo egit, ut Collatinus Tarquinius non solum consularui cederet, sed etiam ciuitatem exiret, ut narrat T. Lilius. Nam licet Collatinus clamaret insidiatorem, Brutum denotans, partim calumnias refellens, calculos petiit dari populo Brutus, auferre se magistratum Collatino, & cum in exilium dare pronunciabat. Videns focer Collatini Sp. Lucretius, vir apud populum in honore habitus, negotium quòd pergeret, & quòd populus sententiam Bruti laudare vellet, veniam impetrata, communes habuit apud vtrumque consulem preces: Collatinum quidem admonens, ne repugnaret ciuibus, si quod dederant, reposcerent, sed sua sponte deponeret magistratum, se aliquò transferret in alium locum, donec tuta esset respub. neque in suspicionem maneret. Bruto verò suadens, ne cum pudore collegam eijceret vrbe, cum quo optimè patriæ consuluisset: sed si vellet magistratum spontè deponere, patriæque cedere, res eum omnes suas permitteret componere, munusque aliquod de publico dare in solamen calamitatis. Eum sermonem cunctis collaudantibus, Collatinus magistratum se abdicat. Brutus autem collaudans eum, quòd sibi vtilia patriæque consuluisset, hortabatur ut neque sibi, neque patriæ esset infensus, migrationem hanc esse, non relegationem aut exilium. persuasitque populo, ut dono ei de publico xx. darent talenta, & ipse quinque de suo addidit. Tarquinius itaque Collatinus Lauinium abiit, vbi vita functus est. Brutus autem haud æquum censens imperare se solum, neque suspectus haberi volens, quòd desiderio principatus collegam eiecisset, conuocato populo, collegam sibi in consularu elegit P. Valerium, gratia, laude & admiratione dignum virum: cum hoc collega omnes eos qui de reditu exulum coniurauerant, supplicio affecit, indicemque coniurationis seruum Vindicem, libertatis ciuitatisque fecerunt participem. deinde senatum auxerunt vsque ad trecentorum numerum.

Post hæc bona omnia tyrannorum ferentes in publicum, ciuibus omnibus exposuerunt, agrum eorum his qui nullam haberent sortem, diuiserunt. Vnum tantum excipientes campum, qui inter vrbem & flumen iacet, quem sacrum esse Marti antè decreuerant. atque Romanis qui cum tyranno profugerant, reditum in vrbem sine metu ac recordatione delicti concesserunt, xx. eis dierum tempus præsinientes, intra quod si non redirent, multam eis statuunt exilia perpetua & bonorum publicacionem. Interim Tarquinius ab Hetruscis exercitum congregat, cum Tarquiniorum & Veiorum copijs veniens bellum mouendi causa, cui Romani ire obuiam properant, occurruntque hostibus. pugna atrox committitur, vbi vnus filiorum Tarquinij, Aruns nomine, maganimitate clarissimus, equum propius Romanos agens, in aduersum Brutum contumeliosa iacebat verba, ignauiam timiditatemque ei exprobrans, pollutum cum sanguine filiorum, postremò in certamen singulare prouocans. atque ille haud dignatus impropria sustinere, equum agit ex acie vi raptus. occurrit Aruns, infestis hastis vterque alteri per clypeos & per thoracas vulnera incurabilia infligentes, cadunt, animasque efflantes iacebant. Aliæ autem copiarum vbi collapsos viderunt duces, intrudunt se aduersum cum clamore & armorum strepitu, sitque maximum certamen, ac iam sole inclinante, in sua vtrique castra rediere, nec alteram pugnam postero diebus expectauerunt. Iunius igitur Brutus serò in claritatem veniens, Romanorum omnium clarissimus apparens, tali functus est sine prolem nullam relin-

Tarquinus
Collatinus
consularui se
abdicat.P. Valerius
consul.Ager Mar-
tis.Bruti inter-
itus.

Porfena.

Alijs Sp.
Laerius.Horatij Co-
clitris ma-
gnanimitasMutij Sca-
uolae forti-
tudo.

quens. Post cuius mortem collega eius Valerius, plebi suspectus fit, tanquam sibi re-
gnum comparans: primum, quod non statim collegam sibi elegit: deinde, quia do-
mum in loco inuidioso sibi extruebat, collem eligens quem Veliam vocant. Audiens
autem ab idoneis ille causas, concione facta, designat sibi consulem Sp. Lucretium,
qui paulò post moritur, inque locum eius M. Horatium substituit, domum translu-
lit à colle Velia, infra in humilia, abstulitque à fascibus seures. constituit ut extra
urbem vterentur consules securibus, intus verò tantum fascibus ornarentur. leges-
que posuit humanissimas: vnam, in qua statuit, ut Ro. magistratus à populo acciperet
imperium, capitalem imponens poenam contra facientem, & qui eum occidisset, inson-
tem faciens: aliam autem, si magistratus aliquem Ro. interficere, verberibusve caede-
re aut multare vellet pecunijs, licere à magistratu ad populum prouocare, nihilque
prouocantem interim pati debere. His institutis, in honore habitus est apud plebem,
imponiturque ei Publicola cognomen. Publio autem Valerio Publicola & M. Ho-
ratio consulibus, rex Clusinarum Lartus, cognomine Porfena, confugientibus ad se
Tarquinij, pollicitus est eis duorum alterum se effecturum: aut reconciliaturum
eum cum ciuibus de reditu imperij, aut recipientem se quae ablata erant eis bona red-
diturum. Vbi verò missa legatione Romam neutrum inuenit, causante senatu exec-
rationes & iusturandum habitum, ac distributione bonorum facta, contumelia se
habitum credidit vir arrogans, in diciturque Romanis bellum, quod cum eo suscepit &
Tarquinij gener Octavius Manilius ex Tusculo, Camerinos & Antemnates addu-
cens omnes. Hæc intelligentes Ro. consules, rupem ad Ianiculum trans Tiberim
firmant munitionibus & praesidijs, multa egenis praestantes, ne ad hostes deficerent;
immunes eos esse omnium tributorum communium, pro patria quosque animan-
tes. In campo igitur ante urbem sito sua castra posuerunt. rex autem Porfena exer-
citus adducens, inuasiōe subita Ianiculum occupat, stupefaciens custodes, impo-
nit ei praesidium ex Hetruscis. deinde urbem versus properans, ubi Romanos con-
spexit ante flumen confidentes, apparabat se ad pugnam, tanquam eos multitudine
conculcaturus. utque ventum est ad manus, pugnabant utriusque strenuè, diuque hosti-
bus obstiterunt Romani, multitudine verò longè superati. Per multis autem cadenti-
bus, inuadit timor Romanos. conspexerunt enim Valerium & Lucretium laucios
portari ex acie, deinde etiam in dextro cornu vincentes Tarquinos. fuga fit per pon-
tem, parumque affuit quin urbs pervim caperetur, si irrupissent simul cum fugienti-
bus. Impetum autem hostium ferebant viri tres * Sp. Martius, T. Herminius, P. Hora-
tius Cocles, hi soli post tergum facientes pontem, hostibus obstiterunt, telis ac gla-
dijs percussis, donec exercitus transgressus est. sequuntur duo sensim Martius &
Herminius. Horatius autem Cocles, reuocantibus licet eum ab urbe consulibus,
perstitit. iussit ut pontem rescinderent prope urbem. erat tum ligneus. mandauitque
ubi dissolutus esset, indicarent sibi signis siue voce, de reliquis sibi curæ fore. ita
perstat in ponte, congregientium eum eo alios gladio percutiens, alios clypeo,
omnes repulit irrumpentes ut furibundus, nec erat facile adire eum à dextra læ-
naque habentem flumen, à fronte quoque cadauerum cumulum: sed lanceis, ia-
culis, lapidibus eminus infestabant. itaque vulnèrum telorumque in multis cor-
poris partibus habentem multitudinem, magnis afflictus est doloribus. verum ut
exclamantes audiuit, dissolutum esse pontem, cum armis in flumen salit, tranansque
nihil armorum abiciens, enavit in terram. Hoc ei sanè opus gloriam peperit sem-
piternam, magnificeque est donatus. Post illam pugnam rex Hetruscorum in
monte proximo Ianiculo castrametabatur, regionem omnem trans Tiberim in po-
testate habens, filijque Tarquinij & gener eius ratibus traijcientes, in munito loco
vallum statuunt, Roman. quotidie populabantur agrum. Obstantibus verò hosti-
bus campestria omnia, subita in urbe secuta est victualium penuria, maximaque fa-
mie coeptum est laborare. Erat in urbe vir clarissimus Caius Mutius, hic cogno-
uit duorum alterum euenturum, aut miserabili pereundum esse fato, aut populo
desperandum: adiit consules, detegit consilium, aut sibi moriendum esse, aut Por-
fenam vindicare. Abijt postea, transgressusque flumen, vallum Hetruscorum in-
greditur, deceptis portarum custodibus. ubi ad praetorium venit, videt hominem
purpura indutum, circa eum armatos. regem esse putat, erat autem regis scriba.
ascendit ergo ut inermis tribunal, educit gladium, feritque hominem per caput,
qui & moritur: mox ipse comprehensus, & ad regem ductus, falsus est se ciuem
Ro. &

Ro. & causa interficiendi regem venisse, patriam bello liberare volens, pro aqua-
li habere occidere & occidi. Cum autem rex iuberet eum torqueri, ut ab eo
plus ediceret, extendens spontè in ignem Scauola manum, ibi immobiliter tenuit,
donec ipse rex horrore iuberet eum ab igne amoueri. At ille: Scito, inquit, o rex
quem virum effugeris. trecenti enim coniurati sumus Romani, ut te inuadamus. mea
fors prima fuit, ceterum eodem modo vnusquisque * pro suo tempore, cum oppor-
tunum fuerit, attentabit. Vbi verò rex hæc audiuit, illam abducentes satellites ius-
sit diligenter custodiri, conuocatisque amicis, quidnam agendo posset frustrari ho-
rum insidias, consultat. ad quod vnusquisque ut visum sibi fuit, respondet. filius autem
eius postremò, Aruns dictus, sententiam protulit sua ætate seniore, non spectan-
dum esse regi, quibus custodijs vtendo nihil passurus esset graue, sed quid agendo po-
tius non egeret cautione. admirantibus autem omnibus, & quemadmodum istud
fieri posset postulantibus: Si amicos, inquit, ex hostibus posset efficere tales viros. At rex
præclare eum sentire putans, sed rem dignam consilio statuens, quemadmodum de-
centes facere posset cum Romanis reconciliationes, quos inclusos teneret muris &
ad eò victos. Verum paucis post diebus dispersis per regionem militibus, Roma-
ni dispositis opportuno loco insidijs, multos perdunt, & plures captiuos ducunt.
quam rem grauius ferentes Hetrusci, disputabant per compita, criminando regem de
diuturnitate belli, demigrare ipsi cupientes. hac occasione rex legatos misit, erant-
que eis mandata, se æquum censere Tarquinio opes suas reddi, vel si minus quæcun-
que possibilia, agrorum, ædium, pecorum, frugum æstimationem iustam, sibi autem
dissoluenti bellum septem pagos restitui, regionem Hetruscorum, quam Romani
occupauerant, obsidesque dari. Aduentibus autem legatis Romam, senatus
decreuit, Publicola altero consulum suadente, concedenda esse quæcunque postula-
ret Hetruscus (laborabat enim urbs penuria) quibuscunque æquis conditionibus si-
nem bello imponere, restitutionem autem pecuniarum minimè confirmavit: mitti
verò de his rebus ad Porfenam legatos, qui & obsides, & regionem eum recipere
æquum censerent, de pecunijs autem iudicem ipsum fieri Tarquinio & Romanis, ubi
vtrosque audisset. Abierunt Hetrusci, afferentes hæc ad regem responsa, & cum
eis Romani po. legati, ducentes secum ex primis familijs xx. pueros pro patria obsi-
des, dantibus M. Horatio filium, Pub. verò Valerio filiam nubilem. Aduentibus
autem istis ad exercitum, rex gauisus est, multumque Romanos laudans, pactus est
cum eis in ducias, recepitque causæ iudicationem. dolebant autem Tarquinij, com-
plecti tamen præsentia cogebantur. venientibus deinde ad constitutum diem Roma-
nis, sedens pro tribunali Porfena rex, permisit eis causæ dictionem. qua pendente, ve-
nit nuncius regi fugam virginum obsidum indicans. rogabāt enim virgines custodes,
ut lauare se in flumine permitterent: & cum impetrassent, adhortate ceteras Cloelia,
primaque incipiente, transnatato flumine, abierunt in urbem omnes. quo audito,
Tarquinius peierationem atque perfidiam increpans Romanorum, regemque iri-
tans, ut deceptum à dolosis hominibus, ne eis amplius mentem adhiberet. Excus-
sante autem consule, virgines sine patrum iussu abisse, seque fidem facturum, quod ni-
hil gestum esset à se ex insidijs, persuasus rex, concessit ut virgines reduceret: & dum
pergeret, Tarquinus generq; eius obsident iter ad rapiendas virgines consulemque.
sed præueniens Romanus consul, ducensque puellas, aduenit: & ante portas Hetrus-
ci valliam existens, à persecutoribus occupatur. fit clamor, statim Hetrusci iubente
rege opem ferunt, ac consulem agrè defendunt. quare ex candescens rex, ad concio-
nem Hetruscos vocat, narrans quemadmodum ante finem litis Tarquinus in corpo-
ra legatorum sacra & obsidum, iniqua agere per inducias conatus sit. Vnde Romanos
absoluunt à crimine, cum Tarquinij autem amicitiam dissolunt. prædixit eis quo-
que rex, ut eodem die abirent è castris: ira Tarquinij restitutionis spe ac recuperatio-
ne bonorum fraudati, abierunt è castris cum pudore & odio. Bellum igitur in ma-
gna adducens urbem pericula, talem sortitum est finem. senatus autem post demigra-
tionem Hetruscorum, decreuit solium Porfenæ mittere eburneum, sceptrumque &
coronam auream. Mutium autem ut liberatorem patriæ, regione trans Tiberim dona-
re de publico, Horatium quoque propugnatorem pontis, donarunt quantum cunque
aratro vno die complecti posset. Cloeliæ verò virgini locum statuæ dedere æneæ.
Sexto anno post exactos reges P. Valerius Publicola consul quartum, Titusque
Lucretius collega, sub quibus Sabini statuunt cum Romanis bellum gerere, tan-
quam

* pro se

Inducias
Romanis
dantur.

Cloelia.

Ro. populi
gratitudo.Bellum Sa-
binorum.

quam solutis foederibus, ex quo Tarquinius rex cum quo liberatum erat, exciderat imperio, persuasi ipsi à Sexto Tarquinio, quem & imperatorem eligunt. verum Romani Sabinos primò, secundò, tertio & quartò superant non sine clade suorum. vltima autem clade percussu Sabini, legatos ad consulem misere de amicitia collocuturos. reijciente autem eos ad senatum Cassio consule, tunc multis cum precibus vix imponere reconciliationis bellique dissolutionem potuerunt. Septuagesima autem olympiade, Posthumio Cominio & Tito Largio consulibus, desciuere à Romanorum amicitia Latinorum vrbes, Octauio Manilio Tarquinij genero persuadente, alijs pollicitatione munerum, alijs que multa prece corruptis, vt conferrent exilibus reditum: fitque communis vrbium conuentus praeter urbem Romam, in qua tamen oportebat ex consuetudine vrbes de bello ferre suffragia. Mittunt propterea Romani ad vicinas vrbes, rogantes ne quid molirentur noui. erat legatus M. Valerius vir consularis, qui ad conuentum veniens, postulans dicendi potestatem, se missum dixit ad eas vrbes quae latrocinia iam exercebant, rogaturum eas vt obnoxios sibi traderent, subituros poenas ex lege vt conuenerant: deinceps postulaturum, cauere eas ne amicitiam distraherent, nec licuisset etiam Romanis posthabitis conuentum facere, cum sit scriptum in foederibus, vt assint omnes communibus concilijs ciuitates. Surgit tum Manilius Tarquinij gener. longam habuit aduersus urbem orationem. itemque Aricini, postquam vrbes audiuerunt omnes, soluta esse decreuerunt à Romanis foedera. Interim autem coniuratum est in vrbe per seruos, sed indicio facto, coniurati omnes è scopulis praecipitati sunt. Videntes Manilius atque Tarquinius quae occurrerant discrimina, circa spes externas seditionem excitare moluntur. erat enim iam pars plebis egena, aere alieno oppressa, neque moderatè se gerebant creditores, sed in vincula adducebant corpora obnoxiorum. Hæc sciens Tarquinius, in vrbe perfidos multa egenis pollicitus, seruisque libertatem promittens, aduersus principatum paucorum facit vt coniurationem ineant. Erat autem coniurationis summa, vt principes coniurationis locos munitos vrbis occupent, famuli dominos interficiant, domus locupletum diripiant, tyrannis interea portas aperiant. sed prouidentia diuina consilia eorum detecta sunt. Publius & Marcus ex vrbe Laurento praecipui inter coniuratos, territi per somnia, indices fiunt apud alterum ex consulibus, qui eos laudans, se eis benefacturum, si opera quoque similia verbis demonstrarent, ipondet. aperit deinde senatui coniurationem secretam, & accepta potestate inueniendi coniuratos, nouum excogitauit modum fallendi eos qui res nouas moliebantur. senatores robustissimos munita loca iussit custodire: equitibus, vt circa forum in domibus expectarent. per literas vocauit alterum consulem qui tunc Fidenas obsidebat, vt exercitum nocte reduceret, causam indicans. hisque ordinatis, negocium dat indicibus, vt principes coniuratorum venire in forum circa mediam noctem iubeant, adducentes secum eos quibus fiderent, tanquam ibi quae agere vnumquenque oporteret audituros. Sunt hæc facta, atque vbi congregati sunt coniurationis principes, sociique & complices, circumfusi statim sunt equitibus atque armatis. adest etiam alter consul, adducens copias in campum. aderat dies, iussique per pracones vt ad concionem venirent vniuersi. quibus concurrentibus, coniurationem detegunt consules de reducendis tyrannis. Vbi nemo negare poterat, Senatusconsultum secutum est, indicibus coniurationis ciuitatem dari, & argenti vtrique illorum denas millenas drachmas, agrisque publici vicena iugera: participes coniurationis morti tradi, si idem quoque populo videatur. rata autem faciente populo quae visa erant senatui, coniuratos omnes interficiunt. Postea Fidenæ expugnatae sunt, secutaque bella cum Latinis varia, Tarquinij instigantibus. Interea Romani legiones conscribentes, in magnam inciderunt difficultatem: vitæ enim tenuis homines, & qui æs alienum dissoluere non poterant, vocati ad arma, minimè optemperabant, neque esse cum patricijs participes alicuius operis volebant, sed ex duobus alterum postulabant senatui facere: aut dare eis iam debitæ pecuniæ dimissionem, aut socios habere periculorum desinerent. Ad hæc conuenientes in curia patres, consultant quo pacto turbationem vitarent. M. Valerius Publicolæ filius instabat æs alienum illis dimittendum, Appius Claudius contra, quem pluralitas sequebatur. Sed quia nolentes obsequi, in corpus afficere consules non poterant, obstante lege P. Valerij Publicolæ, quæ verabat ciuem Romanum ante causæ dictionem punire, permittitque ad supplicia ductum prouocare ad populum. Quare cogitabant, hac lege stante minimè illos obtemperaturos. Ne ergo pau-

Seruorum
coniuratio.

Sulpitij
filius
contra
coniura-
tam plebē.

peres aduersarentur, si lex palam abrogaretur, statuit senatus magistratum, qui leges omnes sub se haberet, à quo neliceret quidem prouocare, duraretque magistratus is non plus quam semestre tempus. Abrogatis interim consulibus, hunc Dictatorem vocari volebant, electusque est T. Largius vir popularis ac virtutibus excellens, & quia placuit populo, extitit confirmatus. Titus igitur statim vt magistratum assumpsit, designat Sp. Cassium magistrum equitum. deinde vt populo erat vir peraccepit T. Largius, facile pro temporis necessitate apud plebem obtinuit, vt quiescente interim exactione, debitores sequerentur in hostem. Et cum Tusculani popularentur agrum Romanum, T. Largius mittit in eos copias, ex improvisoque multos interficit, reliquos captiuos ducit, quos tamen refouens ex vulneribus, alijsque completens humanitatibus, simul omnes remisit Tusculum sine precio, legatos quoque cum his, qui hoc perfecerunt, vt Latinorum dissolueretur exercitus, fierentque annuæ vrbis induciæ propter humanitatem viri. Anno sequenti, Aulo Posthumio Titoque Virginio consulibus, elapsæ sunt cum Latinis induciæ, apparatusque in bellum fiebat. Quo in bello M. Valerius hasta percussus cadit, Sex quoque Tarquinius à Romano equitatu circumdatus, non sine cæde multorum moritur sub Posthumio dictatore. Diebus post paucis legati Latinorum reconciliationes quarunt conditionibus æquis, vel saltem Romanis placentibus: obtinentque satis egrè, confutatis antè de perfidia Latinis. Tarquinius autem rex supererat annos natus circiter octoginta, hocque tempore amittens filios, generique domum miserabilem videns, etiam apud hostes senectutem degens, non eum amplius recipientibus Latinorum vrbibus, neque Sabinorum, ad Campaniæ diuertit Cumas, ad Aristodemum vrbis tyrannum, vbi breui post tempore moritur anno xv. postquam regnum amisit. Bello Latino finito, Appio Claudio Sabino, Publicoque Seruilio Prisco consulibus, aduersus Volscos, qui auxilia Latinis contra Romanos praestitere, bellum decernitur. Nunciabantur autem nihilominus illi legiones conscribere, vicinos quoque inuitare, audientes dissentire à patricijs Romanam plebem. Tum edixerant consules omnibus qui in ætate militari essent, vt certo die adessent, sed plebs mandata non attendebat, se non esse validam ad æs alienum dissoluendum. Postquam verò vocata ad sacramentum militare consulibus non obtemperabat, Seruilio videbatur elementari eundem via, & audiendam plebem ad sanandum turbulentiæ seditionis diminutione æris alieni. Sed Appij sententia contra, non esse plebi indulgendum, sed permittendum creditoribus contractuum exactiones. Ad huc autem sedentibus senatoribus, vir senior in foro apparuit, panno indutus vili, barba proluxa, implorans ab hominibus auxilium. Concurrente autem turba ad clamorem eius, se fuisse ait liberum, militasse bellis omnibus, verum tandem coactum eum sumere mutuum soluendorum tributorum necessitate: non habens autem, inquit, vnde æs alienum soluerem, abductus sum à creditore seruus cum duobus filijs. & quia opus, vt volebat, quoddam facile non adimpleui, verbera accepi plurima. hæc dicens, proiecit pannum, ostendens pectus plenum cicatricibus, dorsum verò repletum sanguine, hinc clamore vlulatuque exorto à circumstantibus, per urbem totam erat concursus pauperum, vicem suam deplorantium & opem ferri postulantium. maxima eo tempore fuit rabies populi, quod ne tangere quidem licuisset quenquam debitorum. Appius igitur timens impetum in se multitudinis, quandoquidem auctor erat malorum, fugiens è foro abiit. Seruilius autem purpuream vestem abiiciens, & obuolutus, plebeiorem cuique cum lachrymis vix persuasit, vt ea die se continerent, tanquam curam assumpturo aliquam senatu de eis. euicit tandem vt discederent. Die autem sequenti aderat non vrbana modò turba, sed ex agris popularis multitudo. coacto autem senatu, vt consultarent quid agendum esset, Appius popularem collegam, ducemque dementiae pauperum appellabat, Seruilius illum arrogantem, & praesentium malorum causam. nec finis fiebat sermonibus, cum interim nunciantur hostes magno exercitu confinia vastare. Clamatur properè ad arma. pauperes autem neque arma attingebant, quin gaudebant, audientes bellum, ostendentes catenas & compedes creditorum, dicere quoque audentes, melius seruire Volscis, quam tolerare patriciorum contumelias. Vrbs fletu repletur. quæ videntes senatores, Seruilius, vt opem patriæ ferret, precabantur. isque populo conuocato, ostendens eis praesentis temporis necessitatem, neque negligendam patriam, in qua vxores, liberi, parentes periclitarentur, vt opem ferrent rogabat. Cum verò

Primus di-
ctator Ti.
Largius.
Magister
equitum.

Tarquiniij
Sinteritus.

Plebis & pa-
trij discor-
dia.

Seruiliij ex-
ga populum
clementia.

præfens periculum diffoluiſſent. de optimis remedijs ſalutaribusque plebi cogitan-
dum, neque pauperes deſerendos eſſe à ſenatu dixit. Suæ quoque, in populum beneuo-
lentia mentionem fecit, poſtulans vt ſuſciperent ſecum hanc militia, pollicitem ſibi
ſenatum, ſe quodcunq; conſeſſiſſet plebi, confirmaturum, proclamareq; iuſſit præco-
nem, vt quicumq; militarent ciues, horū ades liceret vendere nemini, neque pignoris
loco ſumere, neq; familiā abducere. Conſeſerunt pauperes, & multa promptitu-
dine ferebantur ad bellum. accipiens exercitum Seruilius, occurrit Volſcis, caſtra eo-
rum diripit, ac prædam diuiſit præclaram. deinde urbem Sueſſam prædiuitem circun-
ſidens, vi capit, interfectis puberibus, Volſcosque humiliauit. Anno 260. poſt vr-
bem conditam, Au. Virginio Montano, & T. Veruſio conſulibus, Sabini deſciſcen-
tes à Romanis, apparant exercitum. audientes hoc patricij, vt cum omni robore exi-
rent, properè parabant. plebeij verò eis minimè obtemperabant, memores deceptæ
ſibi pollicitationis, pauci que collecti, inter ſe iuſturandum dederant, ne ampliùs bel-
lum vllum cum patricijs ſuſciperent. Interea plebeius quidam non obtemperans, à
miniſtris conſulum corripuiſſus eſt. Conuerſi pauperes, abſtulerunt eundem mini-
ſtris, eosque abegerunt. nec equitibus nec patricijs præſentibus abſtinuere quin viola-
rent. fuitque breui vrbs tota inornatus tumultusque plena, ſimulque cum ſeditione
apparatus hoſtium: Volſcis iterum deſicientibus, nunciabantur etiam Sabini proxi-
mi inſtare. Congregato hæc obres ſenatu, rogatus eſt primùm à conſulibus T. Largius
vir omnium clariffimus ſententiam dicere: progrediens is, Patres, inquit, quæ alijs vi-
dentur terribilia, mihi nequaquam, vt hoſtes appropinquare hoc in tempore: ſed ter-
ribiliſſima mihi videntur, quæ negligunt alij, quæ niſi maturè corrigantur, adeſt rerum
euerſionis ſumma: contumacia plebis, ac veſtra erga eorum contumaciā acerbitas.
Puto autem in præſentiarum nihil ſpeculari debere, niſi quemadmodum hæc ex vrbe
euellantur. Deinde facile hoſtibus occurreremus. Hanc ſententiā omnibus laudanti-
bus, P. Virginus vir popularis, rogatus dicere: Quando, inquit, plebs ſuperiore anno
plurimam oſtendit promptitudinem contra Volſcos & Aruncos, puto eos qui tunc
bellorum nobis ſocij fueſſe, ſubleuandos, neque res eorum à creditoribus detineri
debere. Poſt hunc T. Largius, Mihi, inquit, præclarum videtur, patres, populum
ſimul omnem liberum à ſponſionibus & vadimonijs dimitti: hoc enim ſolo con-
cordem faciemus urbem. Tertius progrediens Ap. Claudius, Semper, ait, patres in
ea ſententia ſum, nihil concedendum populo quod petat, neque ego metu, precibus
aut gratiæ cedo, conſiderans quòd omnis corruptio & ciuitatis euerſio, à deciſione
arſis alieni incipit. dictatorem eligit, qui ſenatum populumque cogat ſentire præ-
clara. alia enim nulla erit tanti mali prohibitio. His dictis, aſſentiunt iuniores
plauſu. Surrexit Seruilius contradicturus, & alij ſenatorum quidam, victi verò ſunt à
iunioribus, vique multa vtentibus. vnde ſenatus M. Valerium dictatorem dixit. Suſci-
piens autem imperium, magiſtrum equitum dicit Q. Seruilium. Valerius itaque tri-
bunal aſcendens, ſic dixit: Scimus propè populares, quòd volentibus vobis licet
ſemper aliquos ex genere Valeriorum imperare, ſub quibus liberi redditi eſtis à graui
tyrannide, nec erratis, permittentes vos eis qui populariſſimi omnium videntur. Ideo
non magna cohortatione opus eſt, vt credatis nobis quodcunq; pollicebimur, qui
fallere non didicimus, & quòd inter vos victuri ſumus, poenas ipſi ſubituri, ſi dece-
perimus. Pollicita ſunt vobis multa, nec ad effectum deducta: fatemur hoc, quòd
non iuſtè de me ſuſpicaremini, ex duobus debetis credere, & quòd non me ſenatus
abuteretur ad hoc miniſterium, alios enim habet ad id idoneos: & quòd me vtique
non ornafſet Dictatorio imperio. Sed vos me ſcientem fallere, aut conſultantem
malè agere, omnino ne opinemini. Si enim hæc opinio vobis incidat, me, vt omni-
um hominum improbiſſimo, vtimini vt vultis. iſta verò ſuſpicionem animum libere-
tis, & ad hoſtes iram veſtram tranſferatis, qui urbem vobis adempturi veniunt,
& ex liberis facturi ſeruos. Vbi verò hoſtes vlti erimus, ſpondeo ego vobis, Sena-
tum de contentione arſis alieni & quocunq; alio moderato dignè interceſſurum.
Interim autem res omnis veſtra, omne dimittetur corpus, impignorabiles omnes eri-
tis. Hæc & alia huiusmodi cum dixiſſet, populus omnis lætus quòd non ampli-
ùs decipiendus eſſet, pollicitus eſt ſe belli futurum ſocium, conſcribunturque legi-
ones: ac Volſcorum quidem bellum celerem habuit finem, ſimul etiam Sabini paruo
admodum tēpore ſunt humiles facti. Caſtella quædā capta, ex quibus multa abegere
prædam. Valerius igitur ſuccedente re ad vorū, conſuetum triumphū ducens, ab-
ſoluit

Sabinorum
deſectio.T. Largij
oratio.P. Virginij
ſententia.

ſoluit populum à militia, & poſtulabat à ſenatu, vt promiſſa ab eo populo, adimple-
ret. veruntamen mentem ei Senatus non adhibuit, ſed qui antea aduerſabantur iu-
uenes, ſuperiores multitudinem, tunc quoque multo vrebantur clamore, obijciebant
quòd hoc inſtituto poteſtatem omnem patriciorum delere pararent. Et quia non
proſecit Valerius, iamque ſemefre effluxerat, diſceſſit à curia, ſeiſum deplorans.

Vocato populo, Magnam, inquit, Quirites habens vobis gratiā promptitudinis,
ſuſcipiens bellum, magnum ſtudium adhibebam remunerandi vos, ne fraudaremini
pollicitis de ſenatu. Verùm ea agere prohibeor per illos, qui non optima, ſed gratio-
ſa eligentes, numero & vincunt. Ego verò ſenex ſocios habeo, quorum vis inualida
eſt ad exequendum opus. apud Senatum accuſor, tanquam veſtram multitudinē co-
lens, ſed & apud vos criminationem ſubeo. Inopinata hæc mihi vtraque, ſed decepti
ſumus pariter, magisq; ego quàm vos. exprobrata eſt mihi delectorū in Volſcos emiſ-
ſio, quia agrum bonum & multum nō patricijs aut equitibus ſum largitus, ſed in pau-
peres diuiſi. Nunc verò quando ad repugnandum potens non ſum, imperiū depono,
& in volentium poteſtate corpus meū expono. Si quain re ſe deceptos à me putant,
vt vrantur quoquo modo iuſtum cenſent. Hæc cum dixiſſet Valerius, plebem
omnem ad condolentiam adduxit, comitataque abeuntem è foro vſque in domum,
gratiſſimè diſceſſit. Statim poſt hæc pauperes non occultè, ſed iam palàm coeuntes,
de deſectione à patricijs conſultabant. Senatus autem prohibere intendens, conſuli-
bus mandauit, vt exercitus non dimitteret: verùm milites in vnum coeuntes, Sicinio
inſtigante, à conſulibus deſciſcunt, ſigna rapientes honoratiſſima Ro. montem extra
urbem occupant, qui nunc ex illo caſu Sacer vocatur. Conſulibus autem & centuri-
onibus reuocantibus eos cum precibus & fletu, multa que pollicētibus, reſpondit Si-
cinio: Quam vos, inquit, ſententiam habetis? eos quos patria expellit, ſeruosque
effecitſis ex liberis, nunc reuocatis? qua tandē fide promiſſa firmabitis, qua vos nobis
mentitos ſæpius coarguimini? nobis etiam expulſis omnis terra ſufficiet, in qua liber-
tatem habeamus, & ea patria exiſtimabitur. Vbi verò nunciata ſunt hæc in vrbe,
tumultus multus fletusque fuit, per compita concurſus plebis deſerere parantis vr-
bem, patricijs prohibentibus. multa erat comploratio, & opera hoſtilia fiebāt, vique
plebeia multitudo egrediebatur portas, ac patricijs perturbatio multa incidit, ne cū
hoſtibus hi arreptis armis urbem primi inuaderent. Suntque varij à ſenatoribus ſer-
mones dicti, hi nulla improbitate aiunt factam plebis deſectionem, ſed iuſtis & neces-
ſarijs cauſis, & ob ſponſiones minimè ſeruatas, ira magis quàm conſilio deſciuiſſe à ſe-
natu, ad reconciliationes decentes vocandos eſſe: & licet alijs alia viderentur, pla-
cuit tamen ſenatu legatos mittendos, cum diſſidentibus de amicitia tractaturos.

Electi ſunt maximè idonei cum mandatis, vt quærerent cuius indigerent, & qui-
bus conditionibus reuerti in urbem vellent: ſi enim eſſet moderati aliquid, ſenatum
non eis negaturum, ac nunc deponentibus arma veniam præſtiturum. Ad hæc man-
data, qui in caſtris erant, exandefcentes, ſuperbiam & arrogantiam patricijs expro-
brabant, quòd prætenderent ignorantiam eorum quibus indigerent. Caterùm cum
minarentur plura vehementer, legati nihil contradicentes, demigrarunt. renuncia-
bantque patricijs verba rebellium, & quomodo neceſſaria cibaria reciperent ex pro-
ximis agris, nullaq; alia re infeſtarent regionem. Vbi verò hæc reſponſa accepit ciui-
tas, perturbata eſt, neque aliquem exitum ſenatus inuenire poterat, nec deerāt oblo-
cutiones & accuſationes inuicem, nec plebeia multitudo, quanta adhuc in vrbe ma-
ſcebat, ſimilis ſibi erat, ſed clam à palàm in diuerſa fluctuabat. Placuit ergo conſuli-
bus de plebis reditu tractare, & electus eſt Menenius Agrippa, vir nec arrogātia auſte-
rus, neque plebi quæcunq; vellet admiſſurus, adhortatusque his eſt ille ſenatum ad
reconciliationes: Patres, inquit, vtrum vobis ſit melius, cōuenire cum diſſidentibus,
an bellum gerere, quis non intelligit? Certè nos qui urbē rerum tantarum dominā, in-
uidioſam iam & amaram finitimis nouimus, & quòd ſine plebe facile ſeruari non po-
teſt. Aliam verò plebem adducere, in ambiguo eſt, quibus illi cōtenti ſint, multas ipſi
ſcientes vrbes ab introductis præſidio exercitibus ſeruas redditas. Sed dato, modeſti
ſint, conſuetudinum tamen ac legum noſtrarum inexperti, honorum ac magiſtra-
tuum ex æquo cum patricijs ſe fieri ſocios poſtulabunt, & niſi concedamus, inimicos
habebimus: ſi non conceſſerimus, rempub. euertemus, atq; negata iam plebi noſtræ vr-
bis, conuenis vltro offerremus. ac dicit aliquis arrogantē plebē, quæ iniuſtè agens, non
dignatur ad nos de reconciliatione mittere, nec miſſis noſtris ciuilia reſponſa dare,

Valerij
apud popu-
lum excuſa-
tio.

Sacer mōs.

Menenij
Agrippæ
conſilium.

sed superbit ac minatur. Ego verò plebem credo reconciliationes desiderare, nec aliquid acturam esse ex his quæ minatur, nisi coactam. quòd verò non mittit ad senatum, non est mirum, cum nihil humanum aut moderatum videt, ac deceptum se iri putat, vobis sepe pollicentibus, & nihil peragentibus. Hęc igitur cogitans, puto oportere nos ad plebem mittere legatos ex his quibus confidat, & qui sint absolutæ potestatis ad dissoluendam seditionem quibuscunque conditionibus, nihil idem amplius ad senatum referentibus. Ex hoc qui nunc apparent superbi & graues, ad concordiam erunt multò prouiores. Hęc cum dixisset Menenius, murmur in senatu incidit, alijs pro alijs contrà differentibus. silentio autem secuto, consulum senior M. Valerium eodem modo rogauit sententiam dicere. Assurgens ille, primùm senatum admonuit eorum quæ sæpe prædixerat euentura, nunc in negotio fore, & quòd non sinebant seditionem euelli cum parua erat, postulatæque plebis declarans nõ amplius futura eadem quæ prius, absolutionem scilicet æris alieni, sed auxilium postulatæ fortasse, cautionemque, per quam tuta in reliquum permaneat. esse enim ex quo cœperat dictatorius principatus, solutam legem libertatis suæ, quæ prouocationem ad populum dabat: malas quoque spes habere de securitate sua, quando neque consuli neque dictatori volenti curam agere de ipsis licuerit. Quæ alienam ab optimatibus fieri plebem omnem coegerunt, postremò legationem celerrimè consulebat mittendam, vt dissoluerent quoquo modo possent seditionem, ne hostibus adderentur, & fieret morbus insanabilis. Post hunc rogatus Ap. Claudius dux iuuentutis, vir magnificè de se sentiens, post multam Valerij increpationē subintulit: Nullam ad rebelles legationem mittendam, neque æris alieni remissionē decernendam, neque aliud quicquam faciendū, per quod metus aut opinio imbecillitatis appareat. Quòd si arma deponentes, ad urbem veniant, & vt vos de ipsis consultetis, inquit, se exhibeant, tunc per oclum (vt videbitur) erga eos moderatione vtendū esse, quia demens omnis multitudo solet erga humiles arrogans fieri, erga autem arrogantes humilis. Sic definente Claudio, tumultus in senatu exortus est. qui enim optimates videbantur, & iusta esse prapouenda iniustis putantes, in sententiam ibant Claudij, postulabantque cōsules maiori parti accedere, vim neutri parti afferre, alioqui obuio iuros se omni cum promptitudine. Erat autem cateruā potens, patriciorumque iuuentus huius erat sententiæ: quibus verò pacis inerat desiderium, Menenij & Valerij sententiā laudabant, victi verò clamore iuuentum, lasciuiaque eorū veriti consules, ne fortè manibus non temperarent, in lachrymas & preces ad extremum conuertebantur. Quiescente tumultu, consules sententiam intulere talē: Postquam, inquit, breue est reliquum diei tempus, abite à curia, & cras venite in conciliū moderatiores facti. Postulamus autē vos vnus esse sententiæ, si minùs cedere iuniores senibus vellēt, neque concertare. Scitis ex lege, rerum omnium senatum dominum, præterquam creandorum magistratū, faciendarumque legum, inferendi, belli aut dissoluendi, horū verò trium habere populum potestatem. Nunc autem non de vlllo alio quàm de bello consulta-mus, aut de pace, ita vt sit necessarium sententias nostras confirmare populū. Vocabimus ergo populum. In hoc dimiserunt conciliū. Postero die nunciarunt omnibus qui in agris & qui in prædijs agebant, vt adessent. statuta die inter cæteros patres puerique rebellū cum fletu & precibus aderant, spem bonā expectabant. Venientes in senatū rogat Menenius, suadetque hic aduocatis reconciliationes, & postulat legationē mitti ad desciscientes dominam reconciliationum. Post hunc consules omnes assenserunt, donec ad Claudium est ventum. qui eandem quam prius sententiam dabat, manenti scilicet in vrbe plebi dimittendū æs alienum, & aduersus rebelles bellandū, donec perseuerent in armis. His dictis, siluit. Post quem Sp. Nautius clarissimus iuuenum, incipiens excusationem communem iuuenum, quòd non vti arrogantia aduersus patres, sensere in priori concilio contraria, sed errarunt per ætatem. Postremò fidem se ait huius rei facere, concedereque eis tanquam melius sentiētibus, vt decernerent quodcunque Reipub. foret vtile, ipsis obtemperaturis. His dictis, laudati, & vt in cæteris Reipub. se tales exhiberent, rogati fuere. Senatus itaque decem elegit ex illustrissimis seniorum, quibus mandata dabat, vt agerent quoquo possent modo, vti plebis cum patricijs amicitia componeretur sine dolo, reducerentque exules ad propria. His mandatis acceptis, legati eodem die exiuerunt, quibus exercitus omnis extra vallum obuiam prodijt: vbi Sicinius conuocato populo, iussit legatos dicere de quibus rebus missi aduenissent. Progrediens M. Valerius auo maximus &

Consulium
sententia.

popularissimus, Nihil amplius est, inquit, plebeij quod vos prohibeat redire ad vestra, reconciliarique cum patribus. decreuit enim senatus vobis pulchrum & vtilem reditum, sententiamque protulit, præteritorum non esse in malam partem reminiscendum, ac nos quos nouit esse popularissimos, legatos misit, dominos nos reconciliationis factos: gratias ergo eis agite, quòd ciuitas Ro. tot hominibus imperans, cui mos non est cuiquam aduersario cedere, vobis vltro cedit, priorque legationem mittit. responsa superba non refert ad iram, sed tanquam pij imprudētium filiorum patres, de suo iure decedunt. dicite ergo quorum indigetis, neque lasciuia vtimini, seditionem soluentes, redite læti in eam que vos educavit, urbem. His vt ordinatum erat dictis, progreditur L. Iunius vir turbulentus & acuti sensus, qui à priori Bruto volebat vocari Brutus, talemque habuit orationem: Timor, inquit, humiles nos stupefacit, respondendum tamen est. nos, Valeri, multa alia & necessaria prohibent, deponentes arma, sub vobis esse, tria verò maxima & apertissima: primū quidem, quòd obijcetes nobis tanquam deliquerimus, venitis, & in partem beneficij putatis tradere nobis reditum: deinde nihil declaratis, quibus reconciliationes perficiatis cōditionibus: Postremum, quòd quæcunque pollicemini, eorum firmum est nihil, sed verba datis. si enim vlla in re vos læsimus, nullam poscimus securitatem aut obliuionem: si verò læsi nos à vobis, coacti sumus fortunam tentare, cur non fatemini ipsi vos ipsos mali obliuionis indigere? sed quam petere deberetis, nunc dare dicitis, cōfundentes veritatis naturam. Discite plebis in vos beneficia, & si falsum dicam, redarguite. fuit nobis principio in vrbe dominatus vnus vique, ad septimam generationem sub regibus: vincentes hi vrbes, cum licuisset eis prædæ participem facere neminem, id tamē minimè voluerunt, sed ferebant ipsi in medium, victa Suesia vrbe, emolumenta omnia, ita vt præter mancipia & pecudes & res alias, quinque argenti minas in viros singulos receperimus. Quibus tamen neglectis, postquam tyrannicè vtentur potestate, non in nos illi, sed in vos ægreferentes quæ fiebant, à beneuolētia regum desciuimus, vobisque adhæsimus. Insurgentesque in eos, expulimus: auferētesque ab eis imperiū, vobis apposuimus. Quod quidem cum sæpe nobis licuisset ad eiectos transferre, magnis muneribus inuitati, fidē erga vos fallere non sustinimus, sed multa bella magnaque, & assidua propter vos exhaustimus cum Tarquinij & Veijs, cum Porfena Hetruscorū rege potentissimo, quem amicum abire coegimus, Hetruriamque in duodecim principatus diuisam, dicto audientem vobis facientes: Sabinos quoque, cum quibus vobis semper erat certamen de principatu, humiliuimus. Latinorū vrbes magnificè de se sentientes, vobis seruas reddidimus, & vique in hunc decimū iam & septimum annum contemur, cum omnibus hominibus pugnantes pro communi libertate. Inter hæc multa rerum nostrarū aliqua corrumpere, alia necessariorū consumpsit penuria, alijs priuati sumus à superbis cœnatoribus. Postremò cogimur vestros agellos colere, sodiētes, conferentes, pascentes greges, serui facti, alij catenis nexi, alij compedibus. verbera autem, imperia, flagella & labores, crudelitatem, superbiam & contumeliam quam tolerauimus, sinamus. verum vbi iam principatum in tyrannidē vertistis, tanquam seruis vtentes, alienare à vobis mētes concepimus, mox propè omnia defecere, principibus defectionis Volscis, sequentibus eos Aequis, Hernicis, Sabinis, alijsque pluribus: meministis ne, in quam veneritis de imperio desperationem? quantas tunc preces pollicitationesque feceritis? quidve victi precibus, pollicitisque credentes, fecerimus ipsi? Quæ hic optimus Seruilius tunc consul plebi afferebat, exhibuimus nos vobis, breuique omnia hostilia repressimus, qualem nobis gratiam retulistis? mentiti estis pollicitationes, quas consulem facere pro Reipub. iusseratis, huncque consulem quo abusi eratis, triumphorum expertem fecistis, nullam ob causam aliam, nisi quòd ægreferet eam illusionem. Deinde cum Sabini, Aequique & Volsci in vos insurrexerunt, an non ad nos humiles & inanes, venerabiles ipsi & graues confugere coacti estis, nobis omnia pro salute vestra pollicentes? ac ne nos rursus fallere videremini, velamen fallaciæ M. Valerium popularissimum hunc virum inuenistis, cui nos credentes, Dictatori quidem, vobis etiam hoc bellum inimicosque vicimus, nõ parua sustinentes discrimina. facilem autem finem sortiente bello, sponsonem nullam seruastis, sed iniquè in re eadem tria peregistis: maxima, dignitatem senatus soluentes, & huius præstantissimi viri fidem vitiantes, ac pro meritis infructuosam nobis ac penè inutilem facientes laborum nostrorum gratiam. Hęc dicentes & alia his similia, haud æquum ducimus, nos ad deprecandum conuerri, neque tam grauibus perpetratis sub impunitate

L. Iunij ad-
uersus ingra-
titudinē pa-
trū oratio.

Plebis in ps-
tres benefi-
cia.

reditum

reditum accipere, sed quando de concordia disputaturi convenimus, subtiliter de his conferre omittimus. Qua de causa autem missi estis, cur non aperte dicitis? qua in urbem spe nos redire vos æquum ducitis? nihil enim vos hucusque humanum aut commodum porrigentes audivimus. aut si dixerimus nos, quibus conditionibus reditum fieri æquum censeamus, quis erit sponsor foederum nobis? credemus ne legatorum dignationibus? & nos illi per hos viros antea decipere, an per deos, per iurandum? sed sæpius iam discentes, scimus id tam diu vim habere, quandiu necessitas eorum vincit. Quænam igitur amicitia, in qua coire nos inuicem præter sententiã cogimur, vtrique obseruantes tempora idonea? Bello verò civili nihil infelicius, in quo victi infelicitè, & vincentes iniuste agunt. Ad tales igitur calamitates ne nos patricij aduocate, nec nos vobis parebimus plebeij. Brutus igitur talibus & alijs pluribus dictis, siluit. Adstantibus verò, quæcunq; de iustis dixit, vera esse apparere: nemoque erat tam duro animo, vt non in lachrymas diffunderet. Steterunt legati, dubitantes diu quid oporteret dici. Verùm vbi comploratus multus desijt, progrediens T. Lægius, vnus omnium præclarissimus, partim aliqua creditoribus obijciens, vt crudelia inhumanaque peragentibus, partim quoque attingens pauperes, tanquam iusta non postulantes, vi scilicet magis liberari ære alieno, quàm gratia. Paruam enim partem plebis, ob magnitudinem paupertatis, coactam remissionem petere: maiorem verò intemperantia & contumelia ad voluptuosam vitam deditam, & per raptum alienorū inferuire cupiditatibus: discernendos esse ab his illos: hæc etsi vera essent, sed non omnibus grata fuere. Ob id scimus vos legari, inquit hi: aut dicite quibus conditionibus ipsi nos aduocatis, aut non dicentes abite. non enim vobis faciemus ampliùs dicendi potestatem. Tum Menenius Agrippa significauit se velle loqui de conditionibus, quam orationem conclusit Aescopæo more fabula. Nos, ait, missi sumus à senatu viri plebeij ad vos, non excusaturi eum, nec vos accusaturi. non enim sunt hæc huius temporis, sed vt seditio tollatur, aduenimus. Est ciuitas humano corpori persimilis. Nam compositum est vtrunque ex multis partibus, nec partes vsus pares habent. venerunt membra ad ventrem, conquerentes quòd omnibus operantibus, solus ipse nil ageret, sed omnia absumeret. Cur, inquit, non vsurpamus nobis libertatem, multisque abluemur molestijs? Itaque cum cessaret ab officio suo quodque membrum, intra paucos dies tabe ac fame peribat corpus. hoc modo æstimate de ciuitate, in qua multæ sunt gentes inter se dissimiles, quarum quæque pars propriam præbet reip. vtilitatem, tanquam membrum corpori. alij enim agros colunt, alij certat aduersus hostes, alij mercaturam aut aliquam exercent artem. Si verò omnes isti à senatu qui ex optimis constat, dissident, ac dicant, Tu æquum censes imperare te cæteris, deseremus te, sine duce habitemus: si hæc cogitantes, desistant à consuetis studijs, quid prohibet hanc ciuitatem perdi fame, bello, calamitate omni? Discentes ergo quòd quemadmodum in corporibus nostris improbe obiurgatus venter, nutrit corpus, seruatque; seruat, & est quasi curia quædam cõmunis, administrans omnibus omnia, ita senatus seruat omnia, custoditque & corrigit. desinite igitur inuidiosas in eum iactantes voces. nihil enim in vos acturus est graue, sed vos ipse vocat & rogat, & animas expandens vobis, vnà cum portis excipiet, præsentium malorum causam ita corrigens: debentes quidem pecuniam, neque untesque dissoluere, liberari eos solutione censemus æquum: at si corpora iam detinentur, iudicamus esse libera, damnationesque eorum tollimus, & hoc in præteritum: futuri verò deinceps, quemadmodum vobis senatuique communiter consultantibus videbitur: lege data, ita illi se habeant. an ne ista erant segregata vos à patricijs? quod postulabatis, nunc datur. abite gaudentes in patriam: firmabuntur omnia lege certa. Immo verò scribite decreta, parebitque eis senatus, & nos fideiussores erimus horum, dantes vobis corpora & animas, stirpemque nostram pignora. dabitur iurandum atque fides ab omnibus. nobis autem senatoribus vnica fides sufficit, ne sitis vnquam in nos mali, nihilque indigemus iuramentis neque obsidibus.

Talia dicente Menenio, surgens Brutus: Pulchrè quidem, inquit, cætera habere se quæ senatus pollicebatur, timeri tamē tyrannicos viros, nisi plena securitate potirentur. Interrogante autem Menenio, cuius adhuc indigere existimaret plebem: Concedite, inquit Brutus, nobis magistratus creare corporis nostri aliquot quotannis, qui nullius rei alterius sint domini, quàm vt plebeijs læsis aut vi adhibita, sint auxilio, neque sinant suo iure priuari quenquam. hoc enim rogamus præter cætera, si non verba sunt, sed opera, reconciliationes. Quo audito, plebs clamore multo laudauit virum,

Agrippæ cõ
sulis oratio
fabularis.

virum, hortabaturque legatos, vt hoc etiam sibi concederent. Legati autem discedentes è concione, atque pauca collocuti, rediere. factoque silentio, Menenius dixit: Res hæc quidem magna plenaque suspicionibus, ne fortè ex vna ciuitate duas aliquando faciamus. quantum tamen in nobis est, non aduersabimur. sed permittite vt aliqui ex nobis in senatum eant, & hæc clara atque certa faciant: licet absolutam habeamus potestatem, censemus tamen æquum, id quod præter opinionem omnem postulatis nouumque, in senatu tractare. Ego quidem hic manebo, Valerius autem & cum eo reliqui legationem peragent. Sunt hæc approbata, ascendentesque equos qui ituri erant, profecti sunt in urbem. potestate autem data dicendi in senatu, Valerij sententia erat, concedendi plebi hanc gratiam. Appius, vt antè, contradicebat, clamans & obtestans, quantum malorum feminis iacturi essent in rempub. sed non multis persuasit. Fitque senatusconsultum, hoc quoque plebi permitti. id in castris declaratum est, admonenteque Menenio, mittitur Iunius Brutus iste, & cum eo M. Decius, & Sp. Sicius. dimidia etiam pars legatorum simul in senatum pergit. Die verò sequenti diuisa plebs in quatuor curias, magistratus in annum creat, L. Iunium Brutum, C. Sicium Bellutum, C. Licinium, P. Licinium, & C. Iulium Ringanum. hi quinq; viri potestatem tribuniciam acceperunt quarto ante Idus Decembres. Brutus deinde concione vocata, plebi consulit, vti sacrum inuolabilemque sancirent hunc magistratum, lege iureque firmantes. Scribitur ergo ab eo & collegis lex talis: Tribunum inquit nemo vllum cogito agere, neque verberato, neque alteri vt verberet imperato, neque occidito, neque occidi iubeto. Si quis autem horum aliquid fecerit, impius execrabilisque esto, bona eius publicantur ad sacra Cereris. si illū quis occiderit, expiatus esto; ac ne fiat potestas populo deinceps abrogandi hanc legem, sit statutum, Romanos omnes iurare per sacra, hæc se lege ipsos & eorum posteros vsuros esse perpetui. Ex hisque constitutus est Rom. mos, sacrosancta esse tribunorum corpora. hoc quoque impetrarunt, vt possent binos quoque viros quotannis creare subministrantes tribunis. quo à senatu concesso, viros duos creare, qui postea sacrorum locorum curatores vocati sunt, eisque sunt permissa multa & magna. At vbi antiquum ornatum iterum resumpsit ciuitas, Volscos vicisci defectionis statuit. Sp. Cassius curam vrbs suscipit, Posthumus verò Cominius alter consul exercitum eduxit, urbem Volcorum Longulam inuasionem occupat. Igitur cum Romani domini vrbs essent facti, consul res omnes militibus diripiendas dedit. imponensque præsidium, eduxit copias ad Polum eadem die, huius quoque vrbs domini facti. Consul defectionis auctores secum percussit, reliquos multas armis ablatis, dehinc esse Romanis subiectos coegit. Die postero Coriolos metropolim Volcorum aggreditur, quibus succurrunt Antiates; suntque duo eodem die certamina. At Gneus Martius vir cõtinens, sensusque plenus, patriciorum generis, nec parentum ignobilium, cum post multam pugnam acies se Romanorum declinaret per decliua, cum paucis perstitit, excipitque hostium cæteruas, plures deiciens, infecutusque est eos qui ad urbem fugerant, suosque fidere & se sequi iubet. Illi autem erubescens, se rursus conuertunt, in oppositos feruntur ferientes. Inter hæc Martius ad portas ipsas accedens, irumpit intra muros vnà cum fugientibus: sequuntur eum socij, sit cædes vtrunque magna, auxiliabanturque in eo-
lis foemina è rectis, sed tandem coacti sunt ciues se dedere victoribus. In hac pugna Martius clarissimus omnium Rom. clarior in secundo certamine aduersus Antiates apparuit, vbi grauius vulneratus, sed non minus victoriæ præcipuus author indubitatusque fuit. Vnde postero die Posthumus conuocans exercitum, laudationem Martij percurrit, coronis eum victoriæ exornans, donauit eum equo bellico decemque captiuis, & argento quantum efferre posset. Progrediens autem Martius, se habere gratias dixit consuli: equum solū & vnum captiuum qui ei hospes fuerat, recepit. Et ex hoc ipso egregio facinore Coriolanus decætero est vocatus. Ista sunt quoque eo in tempore cum vrbs Latinorum noua foedera, per iurandum de pace, de amicitia. erant autem scripta talia: Romanis atque Latinis omnibus vrbs inter se pax esto, donec calum terraque eundem habebunt statum, nec inter se bellum ipsi gerunto, neque bellum aliunde inducunto, neque bellum inferentibus vllis transituros præbent; bellumque gerentibus opem ipsi ferunto, spoliatorum & prædæ communiter vtrique æquam sortiuntur partem, iudicia priuatorum contractuum intra dies perficiantur decem. hæc inter se Romani Latini que iurantes; per sacra sanxere. Interea Menenius Agrippa moritur, atque eius funus publicis sumpti-

Tribunorū
plebis crea-
tio.

Sacrosancta
tribunorum
corpora.

Gn. Marti.

Postero die
Posthumus
conuocans
exercitum

Foedera cõ
Latinis.

sumptibus est decoratum. Tito autem Greganio, Pub. que Minutio consulibus, frumenti inopia vehemens urbem occupavit, sumens ex plebis secessionem in initium terra enim tum manebat inculta. Ex urbibus autem Hetruriae frumentatores missi, milium & far ementes, ea in urbem fluuialibus ratibus aduexerunt, isque commensus tempus breue Romanos aluit, nec erat vllum necessarii cibi genus. Accidit & non paucis alijs quidem infirma esse corpora, alijs verò ob inopiã mori. Deinde cum fieret iam acrior penuria, clamabat ad tribunos plebs, à quibus quidem congregata concione, progrediens Sicinius simul & Brutus percurrunt sermone, quemadmodum providentia locupletum & per insidias fieret penuria, eo quòd per secessionem inuitis eis libertatem inuenerit, locupletibus esse cibaria in occulto reposita, & pecunias quibus emant, plebeijs verò vtraque hæc per exilia deesse. subiunxit Brutus, si vellent ei obtemperare, cogeret quamprimum eos qui accenderant, malum extinguere. Postera die consules adulationem hanc tribunorum erga plebem, in magnum malum vergerè æstimantes, populum in concionem aduocabant, conabanturque dicere quæ visa sibi essent in senatu. obstitabant eis tribuni. fit contentio inter consules ac tribunos. inter quæ Brutus: Agè, inquit, meministis quòd dissolutibus nobis seditionem, à vobis hoc ius sit concessum, ne cum plebem congregarent tribuni, quacunque causa interesset liceret patricios aut conturbare? Meminimus, inquit Greganius, infert Brutus, Quid igitur, inquit, non permittis tribunos quæ volunt, dicere? respondit Greganius, quia non illi plebem ad concionem vocauerunt, sed consules. Subiecit Brutus: Vicimus, inquit, plebeij, abite igitur nunc. cras autem polliceor vobis clarum me facturum, quantam habeat potestatem magistratus vester. Nemine autem respondente, soluta concio est. Sequenti verò die Brutus conuocata plebe, calculisque positus, promulgauit legem in hæc verba: Concionanti apud populum tribuno, nemo aliquid dicit, nec dicentem interpellato. si quis autem præter hæc fecerit, dato * petitus vades: aliter bona eius sacra sunt. Post hæc multæ fiunt inter tribunos & consules altercationes: neque enim populus quacunque senatus decerneret, firma arbitrabatur: neque eorum quæ populus cognosceret, quidquam gratum erat senatui. His malis auersantibus, consulibus visum est, permittente senatu, conscribendum esse exercitum, educendasque copias, sumentes causam quòd incurfionibus & populationibus assiduis regio affligeretur, emissionem putantes vtilem extra fines, vt & tenentes arma ab hostibus alerentur, & laxiori annona reliqui possent viuere, quiesceretque interim seditio. Sed nõ eis auscultabat multitudo, neque occurrebat descriptioni. ita nihil actum est. Sequenti anno M. Minutius Augurinus, Aulusque Sempronius consules facti, multa vti providentia ad replendam urbem frumento, redieruntque missi nuper in Siciliam legati, multas naues adducentes onerarias, in quibus adduxerunt frumentum quinquaginta modiorum millia: quorum erat dimidia pars paruo admodum empra precio, reliquum tyrannus miserat dans gratis, & impensis adducens proprijs. Vbi verò nunciatum est de frumentaria classe, incidit de distributione patricijs deliberatio. Studiosi enim populi, suadebant vt tyranni munus plebeijs omnibus diuideretur, & id frumentum quòd publicè erat emptum pecunijs, paruo eis venderetur precio. Arrogantiores autem, omni machinamento affligere plebem æstimabant, consulebantque hoc vno maximè exhibendam arctiorem eis annonam, vt fierent ex necessitate modestiores. Exijs vnus erat Martius Coriolanus. palam ille atque ferociter dicebat, non necessitate aut inopia plebem secessisse, sed praua spe subuertendi reip. statum, vique extorsisse magistratus, neque tamen permanere in conditionibus quibus inuenit reditum: non enim ad offendendum senatum, sed ne ab eo læderetur, tribunitiam potestatem petiuisse. Vnde suavit eis, tollendam esse potestatem, qua abusi iam pridem fuissent: esse autem tempus opportunum, in quo pars eorum plurima confecta fame esset. Custodite igitur annonam, inquit, deque precio rerum venalium nihil minuite, sed quanti vnquam antea, tanti & nunc venire eam decernite, iustas habentes causas plebis oblationem. Audientes hoc tribuni, quia illi senatui aderat à consulibus vocati, exclamabant, atque Martium violatorem ciuitatis exitumque appellabant, & nisi coercerent patricij, morte aut exilio multantes, ipsi se id facturos prædicebant. Ad hæc Martius: Immo verò nisi desistitis vos ciuitatem turbantes, ductantesque multitudinem, non verbis amplius, sed operibus contra vos contendam. mox tribuni è curia se proripiunt, clamantes, ac deos per quos iurauerant euocantes, vocantesque plebem, declarabant

Fames plebis.

Lex pro tribunis.

* petitus

Coriolani sententia de venditione frugum.

rabant ei Martij sermones. Sequenti die vocabant Martium ad defensionem causæ, vbi verò non attendit eos Martius, sed & iniurijs prosequens viatores, à quibus vocabatur, indignati magis tribuni, assumptis secum ædilibus, alijsque pluribus, impetum in eum fecerunt, ædilibus mandantes, vt ipsum manu caperent. Patricij verò rem acerbam iudicantes, ante causæ dictionem viduci patriciorum aliquem, aduersus tribunos Martium sunt tutati. interueniunt consules, atque ea die nihil est in re memorabile actum. Postero autem die descendentes in forum tribuni, conuocauerunt plebem, patriciosque accusabant tanquam transgressos fœdera, & quòd in penuria omnium frumentum non distribuissent: Marrium verò ob diros in plebem sermones, vocatum à populo ad dicendam causam, ædiles venientes ad se repulisse. his dictis, potestatem facere patricijs se, si vellent, excusandi. Ad hæc Minutius: De indigentia frumenti defensio breuis est: sterilitatem enim frugum scitis, distractionem autem frumenti fieri volumus, potestatem verò tribunitiam in eis quæ tunc vobis concessimus, nunc etiam confirmamus. Hæc si aliter fiant, tunc nos accusate: si verò clarè perscrutari volueritis, iustius patricij plebem accusare possumus. discedentes à senatu, sufficere purastis dimissionem æris alieni, & auxilij causa magistratus dari, nõ euertere consulum imperium petistis, aut hunc Martium amatorem ciuitatis, liberaque vsum voce de repub. occidere aut priuare patria. Quòd si placari non potestis ab ipso, largiamini eum nobis & senatui, eritque vrbs vna concors vt antè fuit ab initio. quòd si nobis suadentibus rem honestam non concedetis, profectò clarè scire, quòd nec nos vobis violenter acturis cedemus. Talia dicente Minutio, videntes tribuni modestia & humanitate pollicitationum subduci multitudinem, dolebant, præcipue C. Sicinius fugit, ac se patricijs gratiam habere dixit, si exhiberent similia verbis opera. & his dictis conuertitur ad Martium, assistebat enim consulibus, ac dicit: Tu verò non te apud ciues tuos excusas o generose de his, quæ dixisti in senatu: immo verò cur non oras, vt imponant tibi poenam mitiorem? & silentio facto, visa est plebi ferè omni voluntas absoluendi eum. is verò neque ad preces aut commiserationem conuersus, precari nulla in re iudices ipsos censuit oportere, tanquam nullam habentes legitimam potestatem. Sed si aliquis sub consulibus eum accusare vellet, paratus erat iudicium subire, multa denique tribunis exprobrans atque plebi. Ad hæc Sicinius, quòd morti eum condemnaret collegium, contumeliæ in ædiles causa. His dictis, duci eum iussit in collem iuxta præcipitandum, vnde mos erat Romanorum aduersarios dejicere. Ibant igitur tanquam manu capturi ipsum ædiles patricij verò acclamantes altè, conglobati, impetum in eos fecere, dein de plebs in patricios, eratque multus rerum inornatus. desiere illi, irumpentibus in medium consulibus, atque iubentibus liciores sedare turbas: tanta erat adhuc magistratus eius vercundia. Prosequente autem Sicinio, Brutus videns plebem subsistere, accedit & retrahit, quia indemnatum necari ciuium quenquam lex vetuit. his Sicinius nihil videns melius, progrediens dixit: Studium videtis plebeij, operaque patriciorum, qui minoris faciunt vestram multitudinem, quam viri vnus arrogantiam cedamus, nec causam demus perturbationi. abite nunc, statuemus viro dicendæ causæ diem, & sub vobis iudicium faciemus. De frumenti verò precio ac distributione, vt ex iustissimo fiat more, nisi consulibus assit cura, nos diligentiam adhibebimus. & his dictis, secessit populus. Post hæc congregantes senatum consules, speculabantur quænam fieret presentis turbæ dissolutio. Sicinius autem tribunus prædixit diem Martio, vt adesset defensionem. Consulibus deliberantibus, visum est minimè negligendum, fieri dominam tantæ potestatis plebem, inuentaque est ab eis ratio inhibendi iusta, & vocatis in colloquium plebeijs idoneis, morem ostendunt hætenus seruatum, quòd plebs de nemine vnquam nisi antè senatus consuluisset, iudicauit aut tulit suffragia, hoc ius petebant eis integrum esse. Quòd et si tribuni non irent inficias, admonent tamè legis P. Valerij, ex eaque licere, quibus plebeijs vis inferretur à patricijs, prouocare iudicia ad populum. hanc proferentes legem, de his quibus læsos omnes nos esse dicimus ab Martio, vocamus eum ad populum, iubemusque ibi iusta dicere, nec hinc opus præconsulto esse. Titubantibus patricijs, & in longum disputantibus tribunis, petita venia, Martius dixit: Quòd propter meam in vos patres beneuolentiam in hoc periculum venerim, omnes scitis dicant tribuni, quodnam est istud delictum, cuius me sunt accusaturi, & quod nomen inscribunt causæ. Tribuni inter se consultant, adspirare tyrannidi ipsum insimulabant, ex hoc auferre putantes senatus

Minutij consulis pro Coriolano petitio.

Senatus pro Coriolano iudicium.

Plebis cal
cu i aduer-
f. s. Corio-
lanum.

Prima ad
populum
prouocatio
aduersus pa-
triciam.

Coriolanus
apud Vol-
scos prin-
cipem Tul-
lium degit.

auxilium Martio. dixitque Martius, si sum super calumnia ista iudicandus, do me plebeijs, ipsi decretum scribant. placuit idem scitatoribus, quasi facile dissoluturus esset hoc crimen. Statuto autem die, turba ex agris, quanta nunquam antea, in urbem conueniens, forum prima luce tenuit. & post multam disceptationem de calculis ferendis, surgens Minutius: Postquam, inquit, Martium tribuni adspirare tyrannidi detulistis, hoc docere, deque eo fidem facite. Ad hæc tribunorum vnus, omnia quæcunque dixisset in senatu contra plebem Martius, exponens, multa diligentia in constructionem retulit tyrannidis. Sed Martius quod patriæ faueret, militiam suam à prima ætate ostendit, quæ ve pro Repub. passus sit, scindens vestem, pectusque profrens plenum cicatricibus, interrogauit an opera eis viderentur tyrannidem affectantis, eius qui tot ciues seruasset: commouitque plebem, vt clamarent plerique eum esse absoluendum. Videntibus hoc tribunis, asurgit Lucius, dicens: Postquam plebeij, dictorum superborum à Martio in senatu, crimine absoluunt eum, patricij quid respondent de eo, aut Martius ipse, qui nuper in agris Antiatum multa præda conquisita, nihil rerum quæstori demonstrauit contra legem, neque vendens ipse intulit pecuniam in publicum, sed gratificans amicis, diuisit prædam omnem, plurimos sibi concilians de publicis futuræ tyrannidis ministros? Fatetur Martius prædam se diuisisse socijs, non tamen ad struendam tyrannidem, restem adducens senatum, quia dissidente plebe à patricijs, incursiones fiebant crebræ in regionem ab hostibus, & cum ex plebeijs exire vellet nullus, ipse consulibus permittentibus & laudantibus, ducatum assumpsit, vna cum socijs ac amicis irumpens hostilem regionem improuisus, multis refertam bonis, suo periculo prædam tulerit, eamque pro qualitate meritorum militibus diuisit optima mente, existimans se nec legem soluisse vllam, neque tyrannidis opera fecisse. His auditis, licet distributio spoliatorum non ad struendam tyrannidem visa esset, plebs tamen clamore & tumultu forum replet, popularitatem dicens, corruptionemque tyrannicam. Postquam autem nemo aliter defendebat, dederunt tribuni curijs ferenda suffragia, pœnam liti inscribentes, exilium perpetuum. vbi verò tulere omnes suffragia, dinumeratis calculis, duobus est superatus atque damnatus: ab eo quoque tempore populi consuetudo stetit vocandi quoscunque subituros iudicium populi. hinc & plebs elata est, & optimatum principatus multum amisit pristinae dignitatis. Finem igitur capiente iudicio, plebs gloriabunda recessit, patricijque moesti & humiles, miserantes comitantesque Martium. Martius verò neque desicens casus suos, nec execrans, neque aliud quicquam faciens magnanimitate sua indignum, adhuc magis declarauit constantiam suam. Nam cum domum veniens, uxorem vidit & matrem dilacerantes pepla, pectusque ferientes, nihil ipse perturbatus est, sed salutans eos tantummodo, & cohortans ad ferendum generose calamitates, filiosque eis commendans, erant enim filij illi, inter quos senior xj. annos natus, aliud nihil dicens, mature pergit ad portas, nemini aperiens ad quem locum esset demigraturus. Et volens pœnas de inimicis sumere, cogitauit, si Volsci permitterent sibi ducatum belli, (equas enim habebant vires Romanis) facile vindictam faceret: perturbabat autem ipsum conscientia, quod aduersum eos sepius in prælio graua egisset, multasque eis vrbes ademisset, nec tamen abstulit, & ire in ipsa pericula cogitabat. Obseruata itaque nocte, pergit Antium, Volscorum urbem illustris, transitque in domum Accij Tullij viri illustrissimi, & bellicis rebus probati. fit ei supplex, atque enarrans detinentes se necessitates, ob quas sustinerit ad inimicos confugere, postulabat vt moderatè sentiret de viro supplice, nec inimicum duceret, qui potestatis suæ esset, neque vim suam in infelices demonstraret, memor instabilitatis fortunæ. Potes, inquit, hoc ex me cognoscere, qui in vrbe maxima præclarus aliquando præcellere visus sum, nunc desertus & vrbe eiectus sum. Polliceor autem tibi me tantum boni esse facturum, quantum mali antè: sin aliter fecerim, vtere me vt vis. Adhuc autem dicente eo, offerens dextram Tullius, confidere eum iubet. Volscosque ei amicos pollicitus est se facturum, & omnia ita perfecit. Interim consultantibus inter se Martio & Tullio, visum est mouendum bellum Romanis, verum Martius putabat causam belli prius oportere piam iustamque institui, erant enim Romanis & Volscis induciæ ad biennium factæ. Si ergo, inquit, o Tulli, Volsci bellum inferant, soluendi foedera tu auctor eris: si verò expectas donec illi hoc faciunt, repugnare videberis. Modus autem in promptu est: sacrificia & certamina peracturi sunt Romani, illic ergo vade & tu, & duc quos potes Volscorum,

rum, atque cum in vrbe fueris, iube aliquem necessariorum tuorum ire ad consules, & dicere eis secretò, esse noctu inuasuros urbem Volscos. quod audientes, omnes vos vrbe eiecient, & exhibebunt vobis iustæ iræ causam. Hæc vt audiuit Tullius, lætaturus est admodum, omniaque ita sunt peracta. nocte enim Volscos abire iubent Romani, prout Martius præflagibat. At Tullius egressus, tardiores expectat, & concione facta, multa vsus inclamatione aduersus Rom. demonstrans grandem contumeliam, qua affecti essent omnes expulsi vrbe, hæc in suis vrbibus dicere iubet quenque, & ea agere, vt contumeliæ pœnas Romani dent. Demigrantes quique in patriam, contumeliam prædicarunt. fit conuentus. bellum decernunt omnes. De modo autem belli Tullius consuluit vocandum esse Martium, percontandumque quonam modo solui possent Romanorum vires. Sunt hæc approbata. vocatur Martius. qui habita longa oratione, qua sibi fidem faceret, modum & vias ostendit, quibus illi potiri Roma possent. Volsci verò adhuc eo dicente, laudabant virum, & ipsi Martio decernunt consilij ius in omni vrbe esse, magistratusque gerere vbiunque ei licere. Eius suasionem missi sunt Romam legati, & in senatum introducti, dixere Volscos magnificere, se Romanos infestos habere, & futuram demonstrabant fidem amicitia, si agrum suum reciperent & vrbes, quæ sibi à Romanis ademptæ erant: aliter enim neque pacem, neque amicitiam inter eos firmam fore. Quibus, deliberatione habita, Romani ita respondent: Decentem, vt videmus, vultis capere prætextu belli. quæ enim petitis, clarè scitis non esse nos daturos. Quæsitus enim bello amplius domini non estis, & iniuste agitis aliena repetentes: bellum vos gerere non cogimus, nec volentes deprecamur. si in ceperitis, repugnabimus. Hæc responsa accipientes legati, retulere Volscis. mox de communi gentis consensu decreuerunt Romanis bellum, duces belli eligunt Tullium & Martium. Bello indicto, Tullius in Latinum agrum, Martius in Romanum excurrit, & vt malo inexpectato accidente colonis, maximam cepit prædam hominum, iumentorum & aliarum pecudum, bonorumque omnium Martius, igne & ferro omnia vastans plebeiorum prædia, patriciorum verò seruabat illæsa. His visis, defecere à Romanis primum Aequi, & nonnulli alij sociorum clam adhærebant Volscis. Facta est intra non longum tempus tanta vis Volscorum, quantam nunquam antea habuerant, quam ductans Martius, rursum agri Romani populabatur eam partem quam prius oneriserat, prædam inde educens maximam. At Volsci magnitudinem videntes prædæ, deque ignauia audientes Romanorum, qui antea prædari aliena soliti fuerant, in spe maxima constituuntur, magnanimitatem & fortunam Martij admirantes. Dux autem vbi alacritatem confirmavit Volscorum, in socios Romanorum duxit exercitum, & statim paratis omnibus, ad obsidionem in Tolerinos pergit, breuique vi capit, & urbem diripiendam militibus concessit. Post hanc urbem directam, in Bolanos ductus, magna antè stragè facta, fit vrbis dominus. capit postea Labicanos, urbem Pedanorum, Corbio & Corioli sese dedunt, Bolas vi cepit. At cum Lauinium Martius obsidione cinxisset, Romani captarum vrbium excidium audientes, legationibus sociorum onerati, & Lauinij circunvallationem horrentes, ne ad se venturum esset bellum periculosissimum, vnam esse putabant rerum omnium dissolutionem, si Martio reditum decernerent, quæ erat plebis sententia. Audiens à transfugis hæc Martius, vt ira tulit, properè assumens copias Romam duxit, circa fossas Ciuilias vocatas, castra posuit. Romanis verò præsentiam eius audientibus, tantus tumultus incidit, tanquam statim muros ascenderet. Currunt per muros iniussi, alij feruntur ad portas, alij arma capientes, munitos vrbis locos occupant: mulieres verò solutis crinibus ad delubra & sacella decurrunt complorantes. Manè factò patricij legatos decernunt mittendos ad Martium quinque æuo maximos, quos ille maximè venerabatur, de dissolutione belli & amicitia locuturos: qui vbi appropinquauere Martio, sedenti cum primoribus Volscorum in loco, vnde multitudo auditura esset quæ tractarentur: tum Minutius vnus ex legatis, qui consulatus sui tempore pro Martio valde enisus fuit, dicere cœpit talia: Quod non iusta à plebe patiens, turpiter expulsus es Marti patria, omnes scimus, nec mirum putamus, si indignaris hunc casum. quod verò non temperanter te vlsceris, in eodem ponens fontes & infontes, istud mirati sumus, & venimus legati missi, postulantes te cum plebe inimicitiam deponere, nunciantes quod senatus omnis statuit tibi reditum decernere, estque paratus populus lege te solum perpetuò restituere. Et post longam orationem, Hæc, inquit, tu cogitans Marti, mutam,

Volscorum
bellum cum
Romanis,
Coriolano
duce.

Coriolani
virtus belli-
ca.

Supplicatur
Corio-
lano.

mentem, desine fœnire in patriam, abi gaudens ad propria, matris complexus gratissimos, & vxoris comitates suauissimas, filiorumque dulcissimas salutationes, & te ipsum reddens patriæ quæ te genuit. His à Minutio dictis, Martius respondit longa oratione, repetens bona & mala à senatu ac plebe accepta, & qua fide à Volscis exul recollectus sit, quibus dux belli constitutus, non dominus, ab eis petendæ sint siue induciæ siue reconciliaiones. Id tamen eis volentibus propter vos legatos, inquit, ipsamque patriam respondeo, si quidem reddant Romani Volscis regionem quantam eis abstulerunt, & amicitiam cum eis contrahant in perpetuum, æquam & ciuilitatem concedant, conuenta faciam & bellum dissoluam: habetis responsa, quibus plus nihil à me inuenietis, sed abite, & videte quid agendum sit vobis in tanto discrimine constitutis. Redeuntes post constitutum, alij mittuntur decem legari, qui sua foria verba multa percurrunt, & vt exercitus abduceretur petunt, paratos se post hæc æquis conditionibus finem bello imponere. Martius nihil aliud quam prius respondit, & vt deliberarent melius, tres dies induciarum dedit. Volentibus autem legatis aliquid etiam ad ista dicere, non permisit, sed abire iussit e castris celerim. Si entes illi statim abierunt. Discentes à legatis senatores arrogantia responsa Martij atque minas, & videntes vndique se conclusos, decernunt vt pontifices & augures circa diuina ministrantes, cum sacris & insignibus irent ad vallum hostium, verba eadem afferentes quæ primi. Qui viri vbi aduenere, exposueruntque madata, ne ijs quidem responsum dedit, sed consuluit vt iussa facerent, vterque eos vterius disputare. Vbi verò tentato hoc etiam exciderunt Romani, desperata spe omni reconciliaionis, præualidos viros pro fossa & ad portas statuentes, vrbs tota in armis fuit, & fit ploratus atque vlulatus indefessus. Erat tum matrona quædam Valeria, genere & dignitate præcellens. hæc aduocans matronas præcipuas in templum, consolabatur eas, & postulat secum pergant ad domum Veturiæ matris Martij, eiflagitaturas vt peritura vrbi succurreret. Sequuntur eam matronæ omnes. Videns autem aduenientes Volumnia vxor Martij, focruæ assistens, mirata est ac dixit: Cuius rei indigentes matronæ aduenistis tot in domum miseram? dixitque Valeria, In vltimis ipsæ periculis confugimus ad te Veturia, à te petentes auxilium, vt miserarum patriæ: roges pro nobis ipsis puerulisque his miseris, ne decidamus in contumeliam inimicorum. assumens tecum Volumniam probam fœminam, filiosque eius, & nos supplices omnes puerulos hos ferentes, suade & supplica Martio, vt cum ciuibus suis in gratiam veniat. persuadebis, certum habeo: neque enim ille te negliget proiectam ad pedes suos, eris autem gloriam possidens immortalē. His ac pluribus alijsque dictis, Valeria effundens lachrymas, siluit. Parumper autem cunctata Veturia, lachrymans dixit: Ad debilem tenuemque spem confugitis Valeria: Martius, ex quo illam amaram de eo tulit plebs sententiam, odit domum totam simul cum patria. hoc ab ipso habemus: quando enim ille abiit, stans sine lachrymis, Discedit, inquit, à vobis Martius, o mater simul & tu Volumnia, expulsus à ciuibus: sed vos vt probas decet fœminas, ita ferte calamitatem, nihil indecorum facientes: & hos pueros habentes solatium, educate, & valere. His dictis, nos infelices vlulantes & lachrymantes posthabitas dereliquit, nihil nec administrans ipse, nec mandans. Quartus hic est annus, ex quo patria exulans, alienas nos omnes existimans, nihil scribens neque mandans, neque quemadmodum res nostræ se habeant, scire volens. Apud hunc igitur talem animum quam vim Valeria habituræ sunt preces nostræ, quibus nec amplexus dedit, neque oscula? His & alijs dictis, Valeria preces ingeminat, vincitque tandem, cessereque Veturia atque Volumnia, pollicitæ legationem de patria. Illæ autem lætæ factæ, sequuntur Veturiam atque Volumniam, assumptis Martij filijs & ex ciuibus qui vellent. nunciata sunt consulibus quæ gesta essent. hi industria earum laudata, conuocato senatu, de exitu fœminarum & paruulorum consultantes, in dubium maximum vertunt. vicit sententia fœminarum, vnde ad portas illas senatus conducens, imprecat bona & fausta. Vbi verò procedentes mulieres, ad conspectum è longinquo in castris apparuere, emittit equites aliquot Martius, scitu-ros quænam hæc turba esset. discens autem adesse Romanas fœminas adducentes infantes, præcedereque matrem & vxorem & filios, primum quidem miratus est mulierum audaciam, quòd ausæ essent ad vallum hostium venire tot ingenuæ mulieres cum infantibus Romanis. Surgit itaque & procedit eis obuiam, insignia magistratus deponens vt priuatus, matrem amplexatur, vxorem simul & filios omnes

Sacerdotes
legari ad
Coriolanum.

Valeria
Publicolæ
soror.

omnes lachrymantes deducens intrò, & ponè sedere iussit, sciscitaturque cuius rei indigentes venissent ipsi atque matronæ istæ. Ad hæc Veturia mater primum quidem diu fleuit, terram intuens, præsentium omnium (erat enim in publico) commouit commiserationem: posteaque se recipiens, dixit: Hæ fœminæ, Marti filii, cogitantes contumelias aliasque calamitates euenturas eis, si sub hostibus vrbs nostra fiat, postquam viris earum petentibus dissolutionem belli superba duraque dedisti responsa, confugerunt ad me matrem tuam & Volumniam vxorem, rogantes ne se negligeremus. Adhuc autem dicentem eam interpellans Martius: Atqui, inquit, impossibilia rogans mater aduenisti, me prodere expulsores postulas susceprores meos: deos enim colens per quos iuravi, erubescens homines quibus fidem dedi, bellum ipse cum Romanis vsque ad finem geram. Si verò reddant Volscis regionem quam vi obtinent, & amicos eos faciant, participantem ipsi æqua cum eis omnia, dissoluam bellum, aliter verò minimè. Vos igitur matronæ abite, persuade- dete hæc viris, ne cupiant per iniuriam inhærere alienis: si verò illi perstant seruantes arrogantiam, malorum venturosum ipsos accusate, non Martium neque Volscos. Te verò mater ego filius rursus precor, ne me ad impias & iniustas prouoces adiones: sed ad me veniens, fruere mea gloria, vtere meis bonis tu & vxor vnà cum filijs, vt dignum est, luctumque deponite, quandoquidem mihi bona spe meliora euenere. De mente autem eo, expectans parumper Veturia, dixit: Atqui ego si Marti neque fieri te Volscorum proditorem volo, qui te exulem suscipientes, etiam ducatum tibi suum credidere, neque sine consensu eorum dissoluere te inimitiam pero, sed de communi sententia abistere te bello postulo, & persuadeas Volscis moderari reconciliaiones, ac honestam vtriusque gentibus fieri & decentem pacem. hoc autem fiet, si abducto nunc exercitu, pactis inducijs, tu interim veram perfeceris amicitiam. Et hoc clarè scias, quòd Romani quòdcunque non sit impossibile, nec prohiber dedecus, sustinebunt à te rogati: coacti verò nihil largientur vobis, vt ex multis bellis te scire licet, neque Volscis id graue erit, nec ingratus eis, teneberis: retulisti sanè illis multas ac magnas remuneratioes. Quot urbium facti tuo ductu sunt domini? an non à Romanis omnibus exegisti poenas, tot peractis cadibus, tanta ferro & igni vastata regione, tot urbibus à fundamento euersis? transeo quot spolijs vrbes Volscorum exornaueris, quantasque militantibus tecum largitus sis diuitias. Eos igitur tantos factos per te & ad tantam felicitatem euectos, an non gauisuros putas eis bonis quæ habent, quos dominos suorum esse certos effecisti? Sed iam spectato, vtrum melius sit eis Romanum imperium dissoluere, an participes eius esse, ex æquo cum illis constituere rempub. perpetuamque pacem firmare. Si verò illi tibi aduersentur, nec sermones tuos recipiant, arrogantes & elati per te facti, ducatu palam eorum abstine, neque proditor eorum fies, qui tibi sua crediderunt, neque hostis necessariorum tuorum. Est enim eorum vtrunq; impium. hæc ego rogo, non vt tu ais, impossibilia, sed omnis iniustæ conscientie expertia. an non satis ab eis qui te contumelia affecerunt, iam poenarum exegisti, vastum reddens agrum eorum optimum, vrbesque vastans, quas multis laboribus ciuitas obtinuit, & iam tertium annum includens eam in multam penuriam, nisi etiam ad seruitutem vrbs ac euersionem properaueris? neque missos à senatu reueritus es legatos, afferentes tibi redditum honestissimum: neque sacerdotes deorum cultores, sed & illos abegisti, arrogantia dans & tyrannica responsa. Ego verò hæc vt laudem non inuenio, esse te aduersus patriam, aduersus parentes ac sacra numina implacabilem & inexorabilem. Rectè igitur feceris, patriæ dimittens obiecta poenitentia, ne deos vltro offendas. aut igitur primum me immoles furijs matrem tua manu, aut matricidij pollutionem erubescens, cede tuæ ipsius matri. Hæc & multa in hanc sententiam dicens, seipsam proiecit humi, pedes illius deosculata est. cadente ea, matronæ cæteræ exclamauerunt omnes vlulatu alto & longo: qui verò in consilio erant Volscorum, auerterunt ad spectum. Ipse verò matrem erexit, multasque effundens lachrymas, dixit: Vincis mater non * felicem victoria, neque tibi, neque mihi seruasti patriam, & his dictis, abiit, deliberans cum matre cæterisque, & stetit eius sententia, neque senatum de reditu eius decernere, priusquam Volscis prospectum esset de fœdere, deque dissolutione belli, postulare se ab eis qui sibi exercitum permis- serant, vt pro bello amicitiam susciperent, fœderaque iusta facerent, & quòd nulla fraus fieret conuentionibus. Quòd si Volsci non susciperent reconciliaiones æquas,

Veturie
oratio ad
filium Co-
riolanum.

Veturie al-
tera oratio.

Finis orati-
onis & belli

*felicis

Fortunæ
muliebris
æder.

Martij in-
teritus.

tunc abſistere ipſum imperio. & in hæc dimiſſæ ſunt matronæ. Martius autem concionem aduocans, cauſas edidit adſtantibus, ob quas bellum diſſoluturus erat: multumque precatus eſt milites, vt vbi rediſſent domum, memores beneficiorum acceptorum, propugnatores ſibi eſſent, ne quid intolerabile pateretur. ſequenti que die caſtra mouit, & abiit. Vbi verò circa occaſum ſolis redierunt Romam matronæ, venerunt eis obuiam extra urbem Romani. vt autem ſenſere ſibi ſublaturum periculum, vehementer gaudebant, oſtendentes qualiter ex magnis periculis in non expectatam felicitatem tranſlati ſint. Verum non deſuit mulieribus huius beneficii gratia ſuis honos. nam decreto ſenatus eo in loco vbi erat mollita Martij ira, extructum eſt templum Fortunæ muliebris. ſunt & qui purpuræ uſum atque auri tum eis permiſſum tradant. Martius verò circa primam lucem exurgens, exercitum adducit. vbi verò in terra Volſcorum fuit, prædam omnem militibus donauit, exercitumque dimiſit. Qui igitur focij fuerant militiæ, domum graues opibus reuertentes, virum venia dignum putabant, miſerationem matris precesque reuerentium: qui verò in urbibus manſerant, exaſperati aduerſus ducem erant. Accendebat autem eorum animos Tullius. congregans enim manum non exiguam, ducem accuſat, arguensque, ex veris falſa, iubebat eum deponere magiſtratum, & rationem imperij reddere. Martius neutri eorum contradicens, cenſebat tamen prius geſtorum à ſe in bello rationem reddendam: poſtea ſi Volſcis omnibus videretur, magiſtratum deponere. Tullius probè ſciens, quòd vir acer ac multorum pulchrorum operum rationem reddens, facilè populo perſuaderet, cum clariffimus ac honoratiſſimus haberetur, fore etiam vti bellum quibus vellent conditionibus componeret, & dominus omnium fieret, eratque diu certamen inter eos in concionibus & in foro: vbi verò nullus fuit contentioniſ terminus, prædicit diem Tullius, qua venire iubebat Martium deſtiturum imperium, & ſubiturum iudicium de proditione. Staturo die Tullius ſubornatis ſpe præmiorum viris, aſcendit in foro pulpitu. multa uſus eſt in Martium accuſatione, & niſi ſpontè vellent imperium deponere, hortabatur populum vim facere. Aſcendente autè Martio ad deſenſionem, clamor multus exortus eſt à factione Tullij, Martiusque obrutus lapidibus, eſt interfectus. Talè igitur exitum potitus eſt Martius, vir bello omnium illius ætatis optimus, ad benè agendum natura diſpoſitus, altiſſimus idem & munificus, nec metu aut neceſſitate à vero recedens, & alios ad iuſta cogens, ſed non in vno poſſibile eſt omnes virtutes eſſe: erat enim ille acerbus ſemper & difficilis, iuxta cuſtodiam legum vehemens, nihil clementiæ tribuens. Martium igitur nihil aliud è patria expulit, bonaque ei cætera inutilia reddidit, quam vehemens & ſummum iuſtum. plebi enim moderata concedere noluit, ſed contradicens omnibus, contraxit odium. Cumque eiliceret, ſe Volſcorum ducatu liberare ſimul cum diſſolutione belli, transferreque aliquòd, donec in patriam rediret, ſe exhibuit his, qui ſibi imperium crediderant, rationemque reddidit eorum quæ in magiſtratu geſſerat, vt ſi quid iniuſtè egiſſet, ſubiret poenam ex lege. ſummæ iuſtitie mercedè nequaquam pulchram recepit. Obiter addendum puto, quòd ſecundum Philonem, mortuo Cyro, poſtquam regnauit 24. annis in hac generatione, ſucceſſit illi filius Darij Priſcus Artaxerxes Aſſuerus, qui regnauit annis 20. & coepit regnare in hac generatione anno 25. regnauit 22. annis in ſequenti generatione.

GENERATIO LIIII.

ANNO 4741. ab origine mundi, Philone auctore, ab vrbe condita 298. 74. olympiadis anno primo, mortuo Zorobabel, ſucceſſit ei in linea Chriſti filius ſuus Abiud, in quo cepit initium 54. generatio, durauit annis 60. Princeps ſacerdotum erat Ioakin, cognomento Iofedech, filius Ieſu. Sunt & qui Ioachin vocant Iudam, qui genuit Eliaſib, qui genuit Ioiada, qui genuit Iohannem. Erat autem, vt dictum eſt, tunc in Iudæa ſumma rerum penès ſacerdotes, quæ prius ſub regibus & iudicibus fuerat. Iſte Ioakin Iudith & Heſter geſta conſcripſit, hortante Mardocheo, Philone teſte. Anno eodem quo ſuprà, Xerxes Darij regis ex Atofa filius, quintus Perſarum rex, poſt patrem regnare coepit, & regnauit annis 20. hic voluntatis paternæ colendi & honorandi Deum hæres apparuit, vt Iofephus ſcribit. veruntamen in alijs rebus paternæ crudelitatis & ſauitæ ſucceſſor exiit, qui cum eſſet è Lydia moturus, & graue bellum ducturus, à Pythio hoſpiti Lydo rogatus eſt, vt ſibi è quinq; filijs qui ſua ſigna ſequerentur, vnū relinqueret: reſpondit, vt quem vellent eligeret, moxque à patre electum

Ioakin ſeu
Iofedech
pontifex.

Xerxes Per-
ſarum rex.

electum in duas partes ſcindi fecit, partes in vtroque, viæ latere poſuit, atque ita cum hac victima exercitum luſtrauit, quod & alij patri adſcribunt. Xerxes itaque ſuſcepto imperio, illud multis bellis etiam non laceſſitus, fortiſſimè quidem geſtis, & rempub. Immane Xerxis ſu-
cinius.
quafi vſque in finem gubernauit, ſed tandem recepta Aegypto, quæ à patre deſecerat, reſertus omnibus copijs donisque fortunæ, non equitatu, non pedeftribus copijs, non claſſibus, non auro immenſo contentus fuit, niſi & delicijs exquisitis fruereſſet: a deoque eiſdem abundabat, vt præmium proponeret qui nouam voluptatem inueniſſet. Cumque vniuerſa Aſia potiretur, & ei parum eſſet, niſi & Græciæ bellum inferret, ad hoc perficiendum, exercitum per quinquennium inſtruxit. quod vbi primùm didicit Demaratus rex quondam Lacedæmoniorum, qui apud Xerxem exulabat, amici or patriæ poſt beneficia regis qui eum recepit, ne inopinato bello opprimerentur, omnia in tabulis ligneis magiſtratibus perſcripſit, eaſdem cera ſuperinducta delet, ne ſe proderet. ſido deinde ſeruo perferendas tradit, quibus perlatis, admirantur Lacedæmonij, vocatur ſoror regis Leonidæ, quæ conſilium ſcribentis inuenit. Iam Xerxes copias eduxerat, erat claſſis ex Aſia vnus & quinquaginta myriadum virorum in vniuerſum, & ſeptem millia ſexcenti decem. Myrias numerus eſt, decem millia virorum continens: peditatus fuit decies ſepties centena millia, equitatus octoginta millia, præter Arabes & Pœnos reliquosque barbaros, qui currus agitabant. quæ copię claſſariæ & terreſtres in ſummâ redactæ, ſiunt ter & vicies centena, & præterea decem & ſeptè millia ſexcenti & decè, præter ſeruitia quæ ſequēbatur, & eos qui in frumentarijs vehēbatur. Hæc Herodotus. Addit & ex Europa ter centū millia, in quo exercitu cum tot virorum millia eſſent, nemo aut ſpecie aut magnitudine corporis erat, qui cum Xerxe ipſo poſſet contendere, tanquam dignior qui illud imperium obtineret. quòd ſi regem ſpectes, diuitias, non ducem laudes, quarū tāta copia in regno eius fuit, quòd ſi montes in planum deducebat, & conuexa vallium æquabat, & quædam maria pontibus ſternebat, quædam ad nauigationis commodum per compendium ducebat. cuius introitus in Græciam quàm terribilis, tam turpis ac foedus diſceſſus fuit. Erat enim vir primus in fuga, poſtremus in prælio ſemper viſus, in periculis timidus, ſicubi metus abeſſet, inſtans. Xerxes vbi Abydon venit, cupiuit omnem exercitum videre. Itaque in prætorio quod ei Abydeni candido lapide pro regia dignitate conſtruxerant, reſidens, proſpiciebat de alto litus & terreſtres copias & claſſem, & cum intueretur omnem Helleſpontum nauibus obductum, omnia littora atque plana hominibus reſerta, ſibi ſe beatum eſſe iactauit, & poſt hæc lachrymas fudit. quod animaduertens Xerxis fle-
tus.
Artabanus eius patruus, qui diſſuaſerat bellum: Quàm diuerſa, inquit, rex nunc facis? qui te beatum dixerat, nunc lachrymas fundis. Et ille: Reputantem me, inquit, quàm breuis eſſet humana vita, ſubit horum commiſeratio, quorum cum tot ſint, nemo ad centeſimum annum ſupererit. Atqui Artabanus: Alia ſanè cauſa, quàm ſit iſta, viuendo miſerabiliora patimur. ita tam breui vita nullus hominum adeò felix exiit, cui non crebro, nedum ſemel, ſubeat animo moriendi voluntas potiùs quàm viuendi. Nam incidentes calamitates & morbi vitam perturbant, efficiuntque vt cum breuis ſit, tamen perlonga videatur. ita mors opratiſſimum eſt profugium ærumnoſæ vitæ, quam Deus dulci guſtu adſpergens, fecit ne appeteremus illam. At poſteaquam Xerxes Sardibus eſſet, miſere Athenienſes exploratores. qui cum Sardis veniſſent ſpeculando regis exercitum, deprehenſi ſunt, ac torti fatentur cauſam aduerſus, ideo neci Xerxis ſidu-
tia,
ſunt adiudicati. Id vbi Xerxes audiuit, iubet eos adduci ſaluos, mādans ſatellitibus, vt totum illis exercitum oſtenderent, & ſine noxa dimitterent. Hoc Xerxes ea ratione præcepit, quòd cogitabat fore, vt dum ſpeculatores tantas renunciaſſent copias, Athenienſes ſine bello ſe dederent. Hæc eius ſententia cum altera ſatis congruit. Nam cum in Abydo ageret Xerxes, vidit naues curſum tenentes per Helleſpontum, quæ frumentum in Græciam portabant, quas veluti hoſtium, exercitus occupabat. vocatos nauas Xerxes interrogat, quò tenderent, reſpōdit ex Perſis vnus: ad hoſtes. Tunc Xerxes: Nonne eodem quòd iſti, & nos nauigamus? Quid igitur hi officiunt nobis, qui nobis commeatum porrant? ita dimiſſi vectores, ſalui abeunt. Cum autem Leonidas rex Spartanorum, cum quatuor millibus militum anguſtias Thermopylarum occupafſet, Xerxes contempu paucitatis eos pugnā capeſſere iubet, quorū cognati Marathoniam pugnam interfeſſi fuerant, qui dum vlcicci ſuos quærent, principium cladis fue-
Leonidæ cū
Perſis pu-
gna.
re. ſuccedente deinde inutili turba, maior caedes editur. triduo ibi cum dolore & indignatione Perſarum dimicatum eſt. Quarto die cum nunciatum eſſet Leonidæ, à xx. millibus

millibus hostium summum cacumen teneri, tunc hortatur socios, recedant, & ad meliora se referent, sibi cum Spartanis fortunam experiendam. plura patriæ quam vitæ deberi. cæteros ad præsidia Græciæ seruandos. Audito regis imperio, discessere ceteri, soli Lacedæmonij remansere. In initio huius belli sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut vrbi cadendum. Et idcirco cum rex Leonidas in bellum proficisceretur, ita suos firmauerat, vt regē se parato ad moriendū animo scirent. angustias præterea occupauerat, vt cum paucis aut maiore gloria vinceret, aut minori damno reipub. caderet. Dimissis igitur socijs, hortatur Spartanos, meminerint qualiter cunq; præliarentur, cadendū esse. cauerēt, ne fortius mansisse quam dimicasse videantur: nec expectandū vt ab hoste circumuenirentur, sed cum nox occisionem daret, securis & lætis superueniendū: nusquam victores honestius, quàm in castris hostium victuros. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori. statim arma capiunt, & trecenti viri, castra quingentorum millium irrumpunt. statimque regis prætorium petunt, aut cum illo, aut si ipsi oppressi essent, ipsius potissimum sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani postquam regem non inueniunt, per omnia castra victores vagantur, cadunt & sternunt omnia, vt qui sciunt se pugnare non spe victoriæ, sed mortis vitione. prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractum, ad postremum non victi, sed vincendo fatigati, interingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. affirmatque Valerius ad prælium commilitones Leonidam exhortatum, vt pranderent tanquam apud inferos coenaturi. Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit. sed Atheniens. dux Themistocles cum animaduertisset Ionas, propter quos bellum Persarum rex susceperat, in auxiliū regis classe venisse, sollicitare eos in partes suas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberet, quò applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis in fonte iacentibus * proscribi curat: Quæ vos Iones dementia tenet? quod facinus ageratis, bellum inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus? an ideo mœnia vestra condidimus, vt essent qui nostra delerent? cur non ad nostra transitis? aut si hoc parum tutum extat, à bello discedite. Antenaualis belli congressionem miserat Xerxes 4. millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum, quasi non cum Græcis tantum, sed cum dijs immortalibus bellum gereret. quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est. Post hæc Thespias & Plateas & Athenas vacuas hominibus incendit, & quoniam ferro non poterat in homines, in ædificia igne grassatur. nanque Athenienses post pugnam Marathoniam, præmonente Themistocle, victoriam illam de Persis, non finem, sed causam maioris belli fore, ducentas naues fabricauerant. Adueniente igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum, responsum fuerat, salutem muris ligneis tuerentur. Themistocles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, patriam municipes esse, non mœnia, ciuitatemque non in ædificijs, sed in ciuibus positam, melius itaque salutem nauibus, quàm vrbi commissuros, huius sententiæ etiam deum authorem esse. probato consilio, coniuges, liberosque cum preciosissimis rebus abditis insulis, relicta vrbe, demandant. ipsi naues conscendunt, exemplum Atheniensium & aliarum vrbes imitata. Itaque cum adunata omnis sociorum classis & intenta in bellum nauale esset, angustiasque Salaminij freti, ne circumueniri à multitudine possent, occupassent, dissensio inter ciuitatum principes oritur, volentes quosque, deserto bello, ad sua tuenda dilabi. Themistocles timens, ne discessu sociorum vires minuerentur, per seruum fidum Xerxi nunciat, quasi inire volens gratiam, Græcos, si maturet, posse vno in loco omnes facillimè circumducere & profligari. Hoc modo impellit regem, vera nuncians, consilium multitudine, signum pugnae dare. Græci hostium multitudine conclusi, præter opinionem prælium collatis viribus capeffunt. Interea rex velut spectator pugnae cum parte nauium in littore remanet. Artemisia autem regina Halycarnassi, quæ in auxilium regi venerat, inter primos duces bellum acerrimè inibat: & cum anceps prælium esset, Iones iuxta præceptum Themistoclis pugnae se paulatim subtrahunt, quorum defectio animos ceteris fregit. itaque circumspectantes fugam, pelluntur Persæ, & mox prælio victi, in fugam vertuntur, in qua trepidatione multæ submersæ naues, multæ captæ, plures non minus sauitiam regis quàm hostium timentes, domum dilabuntur. Hac clade perculsum & dubium Xerxem, Mardonius qui causa belli fuerat, aggreditur: hortatur in regnum abeat, ne quid seditionis moueat fama aduersi belli: sibi trecentena millia relinquat armatorum lecta, qua manu aut cum gloria eius perdomiturum se Græciam, aut si

Spartanorū
virtus.Themistocle
ad Io-
nas nuncia.

* inscribi

Delphicum
templum.Pugna na-
ualis ad Sa-
laminè com-
missa.

si aliter euentus ferat, sine eiusdem infamia hostibus cessurum. Probato consilio, exercitus traditur Mardonio, reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed Græci audita regis fuga, consilium ineunt pontis irrumpendi, quem ille Abydo velut victor maris fecerat, vt intercluso aditu, aut cum exercitu deleretur, aut desperatione rerum, pacem victus petere cogeretur. Sed Themistocles timens, ne interclusi hostes desperatione in virtutem verterentur, & iter quod aliter non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Græcia remanere dicitans, eundem seruum ad Xerxem mittit, certiorumque consilij facit, & occupare transitum matura fuga iubet. ille percussus nuncio, tradidit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydum contendit. Vbi cum solum pontem hybernis tempestatibus offendit, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectacula digna, ad æstimationem rerum humanæ sortis varietate miranda, in exiguo latere eum nauigio, quem paulò antè vix equor omne capiebat, carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terræ grauis erat. Nec pedestribus copijs quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (nec enim metuentibus vlla quies est) etiam famem accesserat, insuper pestis: & tanta foeditas morientium fuit, vt viæ cadaveribus implerentur. Interim Mardonius Olynthum in Græcia expugnat. Athenienses quoque in spem pacis amicitiamque regis sollicitat. postquam autem nullo precio libertatem vidit his venalem, incendens si qua ceperat loca, in Bœotiam se transfert. eò & Græcorum exercitus, qui centum millium fuit, secutus est, ibique prælium commissum. sed fortuna regis cū duce mutata non est. nam victus Mardonius, veluti ex naufragio cum paucis profugit. castra referta regali opulencia, capta sunt, vnde primū Græcos diuisio auri Persici, diuitiarumque luxuria cepit. Eodem fortè die nauali prælio in Asia malè à Persis dimicatum est. Confecto bello, cum de præmijs ciuitatum ageretur, omnium iudicio, Atheniensium virtus cæteris prælata est: inter duces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ suæ auxit. erat enim bonis disciplinis militarijs, peritia clarus, quibus facillimè adoleſcentiæ vitia obumbrare poterat. Igitur Athenienses aucti & præmijs belli & gloria, urbem ampliari parant. id Lacedæmonijs minimè placuit. mittunt legatos: monent, ne munimenta hostibus & futuri rursus belli causam extruant. Themistocles vt vidit spei vrbis inuideri, nō existimans abruptè agendū, respondit legatos ituros Lacedæmona, eaq; de re consulturos. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos vt opus maturent, deinde in legatione proficiscitur, simulatque nunc infirmitatem, nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi in re nihil possit, ita moram consummando operi quærebat. Cum interim nunciatur Spartanis, opus Atheniensium maturari, propter quod denuo mittunt legatos. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit, Lacedæmoniorum legatos vinciant, pignusque teneant, ne in se grauius agatur. adit deinde concionem Lacedæmoniorum, indicat permunitas Athenas esse, & posse illarum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. grauius deinde castigat eos, quòd non virtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quærerent. atq; sic dimissus est. Themistocles tamen totius Græciæ salus, denique proditiōis falsò accusatus, è ciuitate turpiter eiectus est, qui ad Persarum regem fugiens, summo honore exceptus est. demum post multas persecutiones, veneno epoto, vitam finiuit. erat enim electus contra patriam imperator, vtque se ab ea oppugnata abstineret, tauri sanguinem hausit, quasi impietatis victima cōcidens. Post hæc Spartani ne vires ocio corrumperent, ac vt bis illatum à Persis bellum vlciscerentur, vltro fines eorum depopulantur. duces eligunt Pausaniam, qui pro ducatu regnum Græciæ affectans, proditiōis præmium cum Xerxe nuptias filia eius paciscitur, redditis captiuis, vt fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit præterea Xerxi, quoscunque ad se nuncios misisset interficeret, ne res proderetur. sed dux Atheniensis Aristides belli socius electus, collegæ conatibus obuiam eundo, simul & in rem sapienter consulendo, proditiōis consilia discussit. nec multò post accusatus damnatur. Igitur Xerxes cum proditiōis dolum publicatum videret, ex integro bellum instituit. Græci ducem faciunt Cimonem filium Milciadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est. huius ducis virtus offensa est pietate, qua patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum, ibique defunctum, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit, & in bello Xerxem terrestri & nauali bello superatum, trepidum se recipere in regnum coegit. Xerxes rex Persarum, terror antea gentium, bello in Græcia infeliciter gesto, etiam

Fuga turpis
Xerxis.Mardonius
vincitur.Luduntur
Lacedæmo-
nij.Themisto-
clis in exilio
interitus.

Pausanias,

Xerxis in-
rexitus.Artabani
mors ipso
digna.

Oppia.

Trecenti
Fabij.Comitia tri-
bunitia.Deferentiu
poma.Artaxerxes
rex Persarū.Eliash pō-
tifex.

etiam suis contemptui esse cepit: quippe Artabanus praefectus eius, deficiente quo- tidie regis maiestate, in spem regni adductus, cum septem robustissimis filijs regiam vesperi ingreditur: nam amicitiae iure semper illi patebat. Trucidatoque rege, voto suo oblitus filios eius dolo aggreditur. securior de Artaxerxe puero, fingit regem à Dario, qui erat adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum. impellit Artaxer- xem parricidio vindicare. Cum ventum esset ad domum Darij, dormiens inuentus interficitur. deinde cum ex regis filijs superesse vnū Artabanus videret, me- tueretque de regno certamina principum, assumit in societatem consilij Bacchabaf- sum, qui praesenti statu contentus, prodit Artaxerxi, vt pater eius occisus sit, vt frater falsa parricidij suspicione oppressus, vt denique ipsi pararentur insidiae. His cognitis, Artaxerxes verens Artabani numerum filiorū, in posterum diem paratum esse exerci- tum armatumque iubet, recogniturus & numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaque cum inter ceteros & ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breuiorem loriam habere, iubet Artabanum secum commutare, exuentem se ac nudatum gladio traiecit. tum & filios eius corripit. atque ita egregius ado-lescens & caedem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Artabani vindicauit. Hic Ar- tabanus Hytaspis filius, & Darij frater, atque Xerxis patruus fuit, qui graui oratio- ne eidem bellum in Graecos dissuaserat. Per idem tempus Sp. Cassius consula- ris, affectata tyrannidis damnatus est. ducentes hominem quaestores ad imminens fo- ro praecipitium, spectantibus omnibus, secundum petras eum deiecere. Oppia quo- que virgo Vestalis, ob incestum viua defossa est. Cum vicini hostes Veientes Roma- nis graues essent, familia Fabiorum id bellum gerendum de poposcit, misitque in id tre- centos sex armatos Fabios, qui ad Cremeram ad vnum ab hostibus caesi sunt. Anno vero praecedenti discordia inter plebem senatumque orta est de creandis consulibus. nam hi quidem volebant ambos ex optimatibus ad magistratum deducere, plebs ve- rò ex eis qui sibi grati essent, postremo alteri alteris persuasere, cōsules ex vtraque parte eligi: designatiq; sunt, Ceso Fabius & Sp. Furius. Patricij in arrogantiā despectionēq; plebis conuersi & magistratus illius, proponunt inscriptionem exercitus, poenas adij- cientes in non parentes virgarum. fit ob hoc seditio. deinde P. Volero tribunus ple- bis, in concionem plebem conuocans, legem intulit de comitijs tribunitijs, traducens eā ex suffragij latione per curias ad tribulem. Centuriatas enim suffragiorum latio- nes, oportebat praecedentibus senatusconsultis, multitudineque per curias ferente suffragia, numine nō aduersante, firmas esse: Tribules autē, nec senatusconsulto prius facto, nec sacris perfectas sancientibus, vna in die tantum habere finem. contradicunt his senatores. magnum certamen fit. obieciebat consul tribunis, quod imperium eius dissoluere voluissent: duci consulem in carcerem iubent tribuni, quod intulisset pla- gas corporibus sacris per legem, munivitque plebs deinde cum tribunis Capitolium, consulibus App. Claudio & Quintio. Appius aduersatur ad mortem vsque, Quintius autem concedi plebi moderata censebat. Tandem placet confirmato senatusconsulto legem ferri. ab eo autem tempore ad tribunorum aediliumque comitia, sine auspicijs, sineque omni alia religione ferunt tribules conciones suffragia, eaque fuit dissolu- tio occupantis tunc urbem turbæ. Per hæc tempora Claudius consul cum aduersus Volscos contumacia exercitus malè pugnatum esset, decimum quaque militum si- ste percussit. Nam vbi pugandum fuit aduersus Volscos, noluerunt cum hostibus manum conferere, & nisi subornationem hostes suspicati fuissent, maior Ro. exercitus perdi potuit. Appius accusatur à tribunis, quod prauas diceret aduersus plebē senten- tias, excitauerit in vrbe seditionē, intulissetq; praeter sacras leges tribuno manus: ipse vero neque vestem mutans, neque vultum varians, aut spiritum submittens, plebi contradicens, & paucis diebus cibo abstinens, seipsum interfecit, vir adeo seuerus at- que strenuus. Anno xxj. huius generationis à condita vrbe 288. quarto olympia- dis 78. Artaxerxes, quem Chiromacron, id est, Longimanum cognominant, Artaba- no praedicto obruncato, regnum suscipiens, regnavit Persis annis xl. hic omnium ho- minum pulcherrimus fuit, sed tanta erat ei brachiorum longitudo, vt genua contin- gerent, qui tributa Persis primus instituit, eo quod maximam impensam auri atq; ar- genti in aedificijs constituisset, vbi tributa recondere posset ad bene rei administrandæ finem. Et cum pacis author & conseruator haberetur, idcirco ab omnibus amari pro- meruit. Eliash hoc tempore, Ioakin patre defuncto, ad summum pontificatus apicem promotus, sedit annis ferè xxxij. vir certè tanto principatu dignus, qui sua diligen- tia

tia atque virtute ab Artaxerxe Persarum rege absolutionem ab annonis atque tribu- tis pro ministris & templi sacerdotibus obtinuit, potestatemque praeterea ab eodem impetrauit constituendi & amouendi iudices trans flumen. Ibidem quoque postquam ieiunium & Dei legem filijs Israel, qui ad eū visitationis & eruditionis gratia conuene- rant, praedicasset, cum bona eorum gratia discedens, Hierosolymam tandem perue- nit, vbi diuino intentus cultui, duodecim sacerdotes viros probatissimos delegit, qui vasa Domini ac munera quæ rex honoris gratia templo offerebat, summa cum diligentia obseruarent. In illo etiam tempore Esdras Aaronita, sacerdos & Dei ^{Esdræ eru- ditio.} propheta clarissimus, legem succensam à Chaldæis, sola memoria restaurauit. Nec est mirandum, si per spiritum sanctum libros reparauit, cum plures in diebus no- stris psalterium & libros hymnorum deletos scirent reparare. Addidit etiam quæ- dam de suo, sicut titulos psalmodum, & plura quæ leguntur in pentateucho, nouos quoque apices literarum excogitauit, quo faciliores ad scribendum fierent & ad pro- nunciandum. & propterea velox scriba dictus est. Tradunt etiam quidam, eum modum scribendi à dextra ad sinistram, Iudæis tradidisse, cum prius ad modum aran- tium scriberent, vnde & scriptura exaratio solet dici. scribebant autem à sinistro cor- nu in dextrum, & à dextro redeundo scribebant in sinistram. Porro Esdras inuenit gratiam in oculis Artaxerxis, & petijt ab eo licentiam ascendendi in Hierusalem, vt in lege quam reparauerat, populum erudiret. Dedit ergo rex ei licentiam redeundi, ^{1. Esdr. 7.} tradita epistola ad principes trans flumen, & ad custodes arcæ publicæ, vt traderent ^{3. Esdr. 8.} Esdræ absque mora quæcunque peteret ab eis vsque ad argenti talenta centum, & ad frumenti coros centum, & ad batos olei centum, sal sine mensura, ministros vero templi ab omni vectigali, tributo & annonis absoluit. Dedit quoque Esdræ, sicut & Eliash, potestatem amouendi & constituendi iudices & praesides puniendi malos quo- quo modo. Hanc Epistolam Esdras legit Iudæis in Babylone. exemplum eius misit ^{1. Esdr. 8.} ad eos qui erant ultra montes Caspios, venerunt de eis ad Esdras sacerdotes & Leui- tæ, de Nathinneis 220. & fuerunt cum eo 1700. Egressi sunt de Babylone anno vij. Artaxerxis. cumque venissent ad fluiuium Ahaua, separauit is de sacerdotibus xij. qui- bus comisit vasa Domini & munera regis. Venerunt in Hierusalem mense quinto, & obtulerunt die quarto vasa quæ afferebant. Tunc accesserunt ad Esdras princi- ^{Populi se- paratio.} pes Israel, dicentes: Non est separatus populus à populo terræ: tulerunt enim de filia- bus suis vxores, & in hac transgressione inueniuntur sacerdotes, principes, & sacri- tunc scidit Esdras vestimenta sua, & flens orat in terra vsque ad sacrificium vesperti- num. surgens deinde, adiurauit sacerdotes, principes & Leuitas, vt abijcerent mulie- res alienigenas & natos earum. Et vocati omnes filij transmigrationis, conuenerunt in Hierusalem, quos criminabatur Esdras, quod contra legem fecissent, praecipitq; vt alienigenas abijcerent vxores, & respondit multitudo: Populus multus est, elige tibi principes, & transi per vniuersum Israel, & apud quoscunq; inuenieris alienigenas, eij- ce eas. & in Hierusalem primò apud filios Iesu filij Iosedech & fratres eius inueniæ, eiectæ sunt. & idipsum factum est per vniuersum Israel, & offerebat vnusquisque apud quem inuenta erat hæc transgressio, arietem pro delicto. Anno xx. regis Artaxer- ^{Nehemias.} xis erat pincerna regis Nehemias, qui dum esset in Susis castro, audiuit peregrinos Hebraicè loquentes. ab illis sciscitatus est de statu Iudææ, & accepit urbem esse ^{Nehem. 1.} sine muris, & inhabitare in ea populum in afflictione. nam per dies infestabant hos- tes, ac per noctem intrabant latrunculi, & plateas replebant cadaueribus occiso- rum. fleuit Nehemias, ac cibum desiderabilem non edebat, nocte & die clamans ad Dominum. Cumq; in mensa leuaret vinum regi, apparuit quasi languidus, & ait rex: Quare ita tristaris? & respondit, quia ciuitas sepulcri patrum meorum deserta est, si bonum tibi videtur, mitte me, & reedificabo eam. Ait regina quæ sedebat iuxta re- gem, Quando reuerteris? & constituit tempus. Dedit rex Nehemiæ epistolam ad prin- cipes trans flumen, in qua mandauerat de honore exhibendo Nehemiæ tanquam duci & legato misso à latere suo, & de impendijs vrbs reedificandæ, misitque cum eo principes militum & equites. Transiit autem faciens per Babylonem, multos de filijs captiuitatis secum reduxit, & venit in Hierusalem circiter .5. Artaxerxis annum. vbi cum fuisset diebus tribus, quarto die locutus est Nehemias ad multitudinem: Ve- ^{Nehem. 2.} nite, reedificemus muros: manus enim Dei nobiscū est & verba regis. Surrexerunt sa- cerdotes, edificaueruntq; portas: muros aut inter portas edificauit populus per vices, secundum possibilitatem suam vnusquisque. Porro Nehemias cum seruis suis in- stabat

Nehe. 3. stabat operi, nec somno ac cibo suauiter utebatur, & consummatum est opus per annos duos & quatuor menses, licet in multa angustia. primò enim finitimæ nationes in manu forti aggrediebantur eos. Nehemias verò mediam populi partem armatam statuit extra ciuitatem, altera verò media pars ædificabat, quique vna manu lapidem, altera gladium tenentes. Secundò erat fames, & obligauit se populus debito, sub vsuris agros vineasque & oliueta vendere compulsus, tandem etiam filios & filias. & conuocata multitudine, compulsi Nehemias diuites & magistratus remittere vsuras, & restituere vineas, seruos, filios & agros quos emerant, ipse quoque annonas quæ regi debebantur, condonauit. Præterea principes trans flumen inuidebant ei, corruperuntque quosdam seniorum in Hierusalem muneribus, vt cum morti traderent, quod cum nequirent, varijs eum terrebant rumoribus, dicentes: Multi coniurauerunt aduersum te. vade, & abscondere. rursumque aiebant delarum esse ad regem, quòd vellet rebellare & facere se regem in Hierusalem. cumque multa fingerent, non præualuerunt, quia manus Domini cum eo erat. Postquam ædificatus est murus, quia paucierant in Hierusalem, precepit Nehemias vt clauderentur portæ, nec aperirentur ante calorem solis. Mense septimo conuenerunt filij Israël in Hierusalem quasi vir vnus, & accepit Nehemias quòd non habent ignem de sublimi. traditumque est ei à senioribus, quòd Hieremias in diebus captiuitatis absconderat stipites altaris & prunas in inferioribus terre in valle Iosaphat. Cumque venisset cum eis ad locum, eruderunt puteum, & inuenerunt stipites, prunas & aquam crassam. tollentesque ea super struem lignorum & hostias quæ erant superiecerunt, & erupit ignis. & appellauit Nehemias hunc diem nephtar, quod est purificatio. Porro primò die scenopogorum congregatus populus, dixit Esdras vt afferret librum legis, & legeret coram. Et Esdras super gradum lignum iuxta portam aquarum, id est, portam attrij, & legit de mane vsque ad medium diem. fleuit autem omnis populus die 24. quia audierant in lege Ammonitas & Moabitas ex ecclesia Dei eiciendos, separauerunt à se alienigenas, & in mundationem statuerunt in crastinum generale ieiunium, vt affligerent se homines & iumenta vsque ad pueros septennes, & cõuenerunt octies ad audiendam legem, quater in die, & quater in nocte. Tum Nehemias videns urbem vacuum habitatoribus, rogauit optimates vt habitaret in Hierusalem, & benedixit eis qui se sponte obtulerunt. reliqua verò multitudo misit sortem, & decimum caput fecit habitare in Hierusalem. Postea conuenerunt ad dedicationem muri. Esdras verò præcedebat, Nehemias & optimates cum eo super alteram partem muri incedebant psallentes. reliqua multitudo sequebatur eos super terram, & ducebat choros. His impletis, redijt Nehemias ad regem in Perside anno 32. regni sui, & mortuus est Esdras in senectute bona, & cum multa liberalitate sepultus est in Hierusalem. Malachias post regressum captiuitatis natus est in Iudæa in Sophis, quem, quia vitæ optime fuit & ad specum decorus, populus appellauit angelum. nam Malach angelum significat. mortuus est iuuenis, & sepultus est in agro suo. sunt qui putent eundem Esdran. Porro circa finem dierum suorum redijt Nehemias in Hierusalem ex beneplacito regis, & intellexit mala quæ fiebant in ea. sacerdotes namque in diebus vicis suæ non habitabant in gazophylacijs circa templum, sed in domibus suis cum omni domo sua, & custodiã vasorum Domini posuerant in domibus sequestratis à templo. ædificauit igitur de proprio gazophylacia, in quibus excubabant sacerdotes, & reponebantur vasa. Præterea inuenit populũ calcantem torcularia in sabbato, & inferentem in Hierusalem vinum & vias, ficus & onus omne. Gentes quoque inferebant pisces & venalia, quæ vendebant in sabbatis filijs Iudæ. & obiurgauit optimates, dicēs: Cur prophanatis diem sabbati, & inducitis iram Dei super Israël & super ciuitatem hanc? Et adiurauit eos de custodia sabbati, & precepit claudi portas in sabbato, ne intraret negotiatores, & manserunt extra Hierusalem semel & bis. contestatusque est eos Nehemias, quòd si deinceps venirent, manum mitteret in eos, & recesserunt. & fecit Nehemias in Hierusalem bibliothecam, congregans libros de regibus, libros prophetarum & Dauid, epistolas regum & de donarijs, & pro his omnibus quæ fecerat, orauit Nehemias ad Deum, dicens: Memento mei Deus meus in bonum. Hucusque ex annalibus Hebræorum. Mortuus est autem Nehemias vir benignus, & sepultus iuxta murũ quem ædificauerat. Initio regni Artaxerxis, Græcia omnis in duas diuisa est partes. Lacedæmonij communiã quondam ciuitatum auxilia ad vires suas trahebant. Inde Athenienses & vetustate gentis, & gestis rebus illustres, proprijs viribus confidebant, atque ita duo poten-

potentissimi populi, vt scribit Iustinus, institutis Solonis, & Lycurgi legibus pares, ex amulatione virum in bellum ruebant. Vnde Lacedæmonij omillis Messenijs, cum quibus multa bella feliciter hæctenus gesserat, aduersus Athenienses arma vertunt. diu varia victoria fuit, ad postremum æquo Marte vtrinque discessum. inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorum bellum, ne medium tempus ociosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, vt Bœotiorum imperium his restituerent, quòd tempore Persici belli amiserant, vt illi Atheniensium bella susciperent. Igitur Athenienses aduersus tantam tempestatem belli duos duces deligunt, Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragediarum, qui diuerso exercitu & Spartanorum agrum deuastarunt, & multas Achaïæ ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedæmonij, in annos 30. pacem pepigerunt. sed tam longum ocium non ferentes, inter 15. annos rupto foedere, fines Atticos populantur. & ne prædam potius quàm pugnam expetisse videretur, hostes ad prælium vocant. sed Athenienses consilio Periclis dissimulant. deinde interiectis diebus, naues conscendunt, & nihil sentientibus Lacedæmonijs, totam Spartam deprædantur, multoque plura auferunt quàm amiserant. Clara quidem Periclis expeditio, sed clarior priuati patrimonij contemptus. huius agros in populatione cæterorum intactos hostes reliquerant, sperantes illi acquirere periculum ex inuidia, aut ex suspitione prodicionis infamiam. quòd prospiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad iniuriæ impetum declinandum, agros dono reipub. dederat, atque ita vnde periculum quaesitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post hoc nauali prælio dimicatum est. victi Lacedæmonij, fugerunt. denique post multas pugnas fessi, pacem in annos 30. fecere, quam non nisi sex annos seruauerunt. nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. hinc bellum in Siciliam translatum est. Catanenses enim cum Syracusanos graues paterentur, diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniensibus petiere, qui seu studio maioris imperij, seu metu factæ pridem à Syracusanis classis, ne Lacedæmonijs illæ vires accederet, Lamponium ducem in Siciliam miserunt. haud longè post Catanenses, siue metu Atheniensium, siue radio belli, pacem cum Syracusanis, remissis Atheniensium auxilijs, fecerunt. Interiecto deinde tempore cum fides pacis à Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittunt. adduntur precibus lachrymæ, & ita misericordem populũ supplices mouent, vt decernerent duces Nicias, Alcibiadem & Lamachus, tantisque viribus auxilia mittuntur, vt & terrori essent Catanen. Breui post tempore reuocato ad reatũ Alcibiade, Nicias & Lamachus hostes in vrbe claudunt. quibus rebus fracti Syracusani, auxilium à Lacedæmonijs petierunt. Ab his mittitur Gylippus solus. duobus deinde prælijs victus, congressus tertio, occiso Lamacho & hostes in fugam vertit, & socios obsidione liberauit. Sed dum Athenienses à bello terrestri in nauale se transfulissent, Gylippus classem à Lacedæmone cum auxilijs acceperat. quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt, & quasi Græciæ bellum in Siciliam translatum esset, ita ex vtraque parte summis viribus dimicabatur. nauali certamine vincuntur Athenienses. Castra quoque cum omni publica & priuata pecunia amittunt: super hæc mala cum etiam terrestri pugna victi essent, tunc Demosthenes in Græciam redire statuit. Nicias seu pudore male actæ rei, seu metu destitutæ spei ciuium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium. Eurymedon dux in prima acie cadit, Demosthenes & Nicias etiam ipsi victi, fugam in eunt. Demosthenes, amisso exercitu, gladio & voluntaria morte se vindicat: Nicias autem, ne Demosthenis exemplo, vt sibi confuleret, admonitus, cladem suorum auxilij dedecore captiuitatis. Anno ab vrbe condita 290. qui fuit tertius regis Artaxerxis, grauis pestilentia urbem inuasit, quæ cum magna multitudine consules Ebutium ac Seruilium extinxit olympiade 79. Deinde olympiade 80. cum inter patricos & plebem iam dudum fuisset concertatio de diuisione agrorum, superuenit & alia turbationis causa. ptebat enim plebs ex legibus administrari debere priuata simul & publica. nondum erat Ro. legum neque dicendi æquabilitas, neque iusta scripta omnia, sed antiquitus eorum reges statuebant iudicia, & quod ab eis iustum diceretur, id lex erat: vbi verò illi desiere, transijt in annuos consules iusti cognitio & alia regum officia. Erant & instituta quædam patricijs cognita tantum, pauca in sacris libris reposita. Hanc contentionem introduxit A. Virginius tribunus, sed consules, senatus & alij ciues, ne ex legibus cogere admi-

Periclis munificentia.

Athenien. à Lacedæmonijs vincuntur.

nistrare rempub. machinabantur in aduersum omnia. fit contentio perseverans. consules & senatus dicebant tribunos, qui noua inferrent, authores esse perturbatio- nis: tribuni verò, indignum nihil aut iniustum se agere, volentes legem bonam in- troducere, & dicendi libertatem æquam. Cum verò nihil boni fieret, tribuni con- gregantes multitudinem, polliciti sunt plebi legem se introducturos, cuius capita hæc erant, vt viri decem eligerentur à populo congregato legitime, duo maximi & pru- dentissimi, hosque leges conscribentes de omnibus publicis & priuatis, in plebem efferre, & conscriptas in foro ponere, magistratus annuos creare, qui iuxta has leges iusta decernerent. hac proposita lege, dabatur potestas volentibus eam improbare, assignato ei rei foro tertio. Contra hæc consules potentissimiq; patriciorum, dicebant se non permissuros leges introduci, easque non præconsultas. esse enim leges fœdera ciuitatum communia, & non partis. debere plebem gratiam habere senatui, quòd magistratum accepisset in auxilium. Interea augete discordia, fit rumor qua- si coniuratio facta esset patrum aduersus plebem. Volscos, Caesonem Quintium nuper à plebe damnatum, ducem elegisse aduersus Romanos irrupturum, quibus- dam in vrbe conscijs, vt plebs supprimeretur, quæ omnia feruntur à tribunis facta in odium patriciorum. fit super hoc inter consules & tribunos longa concertatio.

Ap. Herdo-
nius arcem
Capitolinā
occupat.

In tali turbatione vir quidam potens & clarus ex Sabinis Ap. Herdonius, siue Ro- manorum principatum conatus dissoluere, siue magno se nomine dignari volens, cum multis amicorum comunicans, narrat eis modum rei gerendæ. Congrega- uit clientes audacissimos quatuor hominum millia, comæatum & arma in naues coniecit, nauigans per Tiberim appulit, vbi ne stadio quidem distat Capitolium à flumine. nocte media & silenti adiutus, hos viros exposuit, perque non clausas clam portas Carmentales, quæ non claudebantur secundum oraculum, in Capitolium im- mittens has copias, locum occupauit, illicque ad arcem vadens, adhæret enim Ca- pitolio, fit illius dominus. Erat autem consilium eius, postquam accepisset loca op- portunissima, suscipere exules, seruosque ad libertatem vocare, polliceri que pauperi- bus æris alieni dimissionem. sciuit etiam seditionis causas in vrbe, per quam neq; ami- citiam neque societatem vllam putabat amplius fore plebi cum patricijs. Constitue- ratque in defectum horum Sabinos vocare atque Volscos, sed fraudatus est omnibus. postquam enim capta sunt hæc castella, clamore subito exorto, fugaque secuta habi- tantium circa ea loca, quicunque non sunt statim interfecti, ignorantes malum, tan- dem raptis armis concurrebant, alij in excelsa vrbs, alij hinc, alij illinc. Die autem orto postquam & arcem captam, & quis inuasit cognoscitur, procedentes consules in forum, vocabant ad arma ciues. Tribuni verò aduocata plebe, dicebant nihil agendum aduersus patriam: iustum autem censebant, certamen tantum subire, si fidem darent patricij, quòd perfecto hoc bello, concederent legum latores eligere.

Capitolij
recuperatio

Hæc cum audisset Claudius, contradicebat. at alter consul Valerius cedendum esse tempori consulebat, ad externos quidem hostes apponenda esse iusta, ad ciuiles verò, remotiones moderatas. cuius sententia est probata, & procedens in con- cionem, iurauit petita fieri, si plebs promptè bellum susciperet. quod & fecit. Vnde adunati ciues, incurrunt, & per multas cædes captis munitionibus, Herdonius in- credibilem circa se faciens mortuorum cumulum, multitudine telorum obruitur: reliquorum autem pauci capti sunt, viui plures se ipsos interficientes aut præcipitan- tes. hunc finem latronum habuit bellum. In ea pugna multos strenuos viros ami- serunt Romani, optimum verò clarissimumque consulem Valerium, virum popula- rissimum. His itaque peractis, tribuni postulant à superstiti consule pollicitationes quas fecerat Valerius de latrone legum: at Claudius per dissimulationem omnes moras inuenit, diuque à consulibus frustrata plebs est. Interea permittunt senatores plebi enixius petenti potestatem creandi decem tribunos, cum antea non haberent nisi quinque. Author fuit consul Quintius, docens esse pro senatu creati multos ple- bi præidentes: minus enim concordēs eos plures, quam pauciores fore.

Decemviro-
rum creatio

Tan- dem anno ab vrbe condita 301. vt à regibus ad consules, ita à consulibus ad Decem- viros translatum imperium est. dicta est lex, vt viri decem eligerentur illustri- simi: se- natorum, qui ab ipso electionis die imperarent, potestatem super omnes qui in vrbe essent, habentes eam, quam consules habuerunt, & quam prius quoque reges, vo- lebantque illi interim cæteros magistratus dissolui, donec essent in magistratu hi De- cemviri, hosque ex patrijs consuetudinibus & ex Græcis legibus, quas iam legati attu-

attulerant, eligentes optima & Romanæ vrbi vtilia, leges ferre, & quæ Decemviri scripserunt, si senatus ea probasset, confirmassetque populus, firma esse in perpetuum: ac magistratus quicunque deinceps crearentur, ex his legibus priuatos contractus distinguere & publica procurare. Hoc decretum accipientes tribuni, de- tulerunt in concionem, ac legentes populo, multas laudes percurrunt senatus. Vbi verò ferri de conditoribus legum suffragia oportuit, elegerunt primos omnium, ^{Qui primi} creatique sunt centuriatis comitijs App. Claudius, T. Lucius Genutius, Publius Sex- tius, Pub. Posthumius, * Seruilius Sulpitius, Au. Manlius, Titus Romilius, C. Iu- lius, Titus Veturius, & Pub. Horatius, consulares omnes. Tribunorum autem, ædilium & quæstorum, & si qui erant Romanorum alij magistratus, sublati sunt. inde suscipientes res ciuitatis legum latores, talem constituebant administrandi mo- dum: Vnus eorum fasces & reliqua consularis potestatis officia habebat, qui sena- rum conuocabat, confirmabat decreta, & exequebatur quæcunque ad ducem per- tinent. posteaque rursus alius in potestate constituebatur in præfinitum nume- rum dierum: omnes autem à primo die sedentes, dijudicabant plebecios contra- ctus & publicos, & quascunque ex postulationes. Visa est illo anno ciuitas Ro. sub Decemviratu optimè procurata, dictumque est à multis, quòd non esset amplius vr- bi opus plebis præsidibus. Hi itaque decemviri conscriptis legibus ex Græcis, & ex eis quæ apud se erant, non scriptis consuetudinibus, proposuere ea in decem tabulis. ^{Leges decem} postea præconsulto habito senatorum, & populo confirmante, in bases æneas ipsas ^{tabularum in} leges scripserunt. Anno verò finito comitijs habitis, Appium omnis plebeia mul- ^{bases æneas} titudo retinere volebat in magistratu, designaturque iterum & cum eo Q. Fabius ^{inscriptæ.} Figulanus, exque alijs patricijs octo, inter quos ex plebeijs Q. Petilius, Cæso Duillius, & Sp. Oppius. Sunt enim suscepti isti ab Appio adulationis in plebeios gratia. Proba- tus igitur inter omnes Appius, & apparebat esse optimus. Posteriore verò anno accipientes consulari potestatem hi, qui cum Appio erant decemviri, conuen- runt vt in vitam obtinerent imperium, neminemque alium ad res gerendas admitte- rent, equo essent honore, equa potestati. Itaque, senatus aut populi suffragijs rarè vti cœ- perunt. die verò qua iniri erant magistratum, quam sacram Romani ducunt, manè exiuerunt, portantes regie potestatis insignia. metus statim plebem inuasit, existiman- tem amissam esse libertatem, decem pro vno electos reges. Hoc modo terrentes po- pulum decemviri, parabant sibi amicos ferocissimos iuuenes, citoque ex pauperibus plures apparere adultores. ex patricijs verò potentioribus complures inuenti sunt, sustententes simul cum decem principibus patrie libertatem euertere. Hi igitur omni- bus indulgentes voluptatibus, per multam licentiam vrbi imperabant, senatum siue plebem nullius facientes precij, omniumque ipsi legum latores & iudices, multos qui- dem occidentes ciuium, & rem multis iniuste auferentes. maior sanè pars ciuitatis corrupta est, multi abierunt in agros, expectantes finem anni. Cum autem circum- actus est annus, Appius & collegæ reliquas conscribentes leges in duabus tabulis, has alijs adiecere, in quibus etiam hæc lex fuit, non licere patricijs coniungi cum plebeijs connubio, fortè ob hoc, vt non coirent illi in concordiam. Manentes itaque in de- ^{Verfus de-} cemviratu Appius & nouem alij, multam tyrannidem exercentes, cupiebant quique ^{cemviratus} boni illos absoluerunt à magistratu, quorū causa in senatu L. Valerius pulcherrima ora- ^{in tyranni-} tione conatus est populo persuadere dissolutionem decemviratus. & factum fuisset, nisi odium inter patricios & plebem obstidisset: gaudebant enim vtrique mutuis al- terorum malis, plebeij quidem videntes patriciorum spiritus deiectos, nulliusque rei amplius senatum dominum: patricij verò, cernentes libertatem plebeiorum amif- sam, ex quo eis tribunitiam potestatem decemviri ademerant. Accessit autem his omnibus libido Appij, quæ eorum imperio finem attulit. Erat virgo in vrbe speciosis- sima, Virginij militaris viri filia, Icilio claro iuueni desponsata. hanc Appius clam di- uersis artibus stuprare aggressus est, & tandem submisit M. Claudium hominem con- fidentem, qui seruam suam diceret. Vnde ad ludum veniens literarium, puellam ca- pit, vi abducit. fit clamor, superueniunt breui auunculus puellæ Pub. Numitorius & sponfus Icilius, amicos & cognatos multos ducentes. quid sibi velit, mirantur. ille eam seruam suam affirmat, iustitiam fieri proclamat, incipiens hanc fabulam: Est mihi, in- quit, serua paterna, huic prægnanti vxor Virginij familiaris, eidem se adeunti persua- dit, vt si pareret, traderet sibi infantem, eaque seruans promissa, cum enixa esset hanc filiam apud nos, finxit peperisse se abortum, traditque infantem Numitorie vxori Vir- ginij,

ginij, quæ eam sibi subdens educat. latuerunt enim prius hæc me, quæ nunc comperi, habeo quæ huius rei testes multos. ideo ad communem legem confugio, quæ vult feruarum natos sequi dominum. Suscipiens sermonem auunculus, patrem ait esse puellæ Virginium absentem, & militantem pro patria, virginem deponatam Icilio præfenti, nec eam esse abducendam, litem verò de filia defensurum patrem. Adest Appius audita concertatione. cum, inquit, duo vendicant corpus, dominus & pater, si vterque adest, patrem tenere corpus vsque ad iudicium: sed quando ille abest, dominum id abducere iustum puto, vades dantem idoneos. ad hæc manum apponit M. Claudius, cui se inserit Icilius, dicens: Non me viuo, Appi, abducat hanc aliquis. scito clarè, quòd aut magnorum malorum Romanis, aut magnorum bonorum initium mors mea erit. confundis apertè libertatem, & in tyrannidem vadis. Appius autem adstantes omnes magnis copijs exacerbatos videns, vt quiescerent, vocato Claudio & cum eo pauca collocutus, dixit talia: Ego plebeij cautionem de vadatione corporis per Claudium omitto, persuasi huic, vt sinat cognatos virginis vades dare, donec pater eius adsit. Aduocate igitur Virginium, vt cras compareat, libertatem puellæ defensurus. Atque vbi è foro abijt Appius, mœstus mittitur nuncius ad Virginium, vt exercitu dimisso celer veniat, qui habita venia ducis, manè satis adest, & auditis quæ gesta fuere, quasi extra sensum factus, affuit ad tribunal magno comitatu amicorum. assunt & testes, affirmantes puellam è serua Claudij natam, & Virginio subditiciam. & cum minùs conuenientia dicerent, Appius ipse iudex idem se scire affirmavit, dicens vnde causam nouisset, pronunciatque Claudium puellæ dominum, iubet vt eam abduceret quòd vellet, & ne vis ei fieret, veruit. Vbi verò hæc dixit, fit planctus atque viulatus multus. in tali autem malo Virginus opus animo concipit, patri ærumnosum & amarum. petit vt amplecti possit filiam, osculari & colloqui quæ vellet pauca, permittitur. eam tum pater deosculatus est, defluentem & moribundam, arreptumque cultrum per viscera exegit filia, Hoc, dicens, liberam te & honestam, filia, ad manes progenitorum mitto. nam viuenti, neutro horum per tyrannum tibi potiendum erat. Exorto autem clamore, habens cruentatum gladium, totusque perfusus sanguine, currebat per urbem furibundus, vocansque ciues ad libertatem. Hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata, montem Auentinum occupauit. exercitus verò qui parum distabat, hoc audito, qui pro maxima parte fuit de plebe, relicto Algidio monte, vbi erat exercitus contra Aequos, secessit à duobus, confeditque cum alijs in monte Auentino. Sedata autem est ista dissensio, & reconciliatus exercitus patribus, restituta plebi tribunitia potestate, & etiam remissa omni culpa. His igitur consultis, decreuerunt patres, vt Virginus Appium accusaret. accusatus in concione Appius, petit tempus ad defensionem. verum ductus ipse in carcerem, ibi ante diem destinatum iudicio, moritur, vt suspicio fuit, iussu tribunorum: vt verò illi diluere volentes culpam vulgarunt, quòd seipsum laqueo suspenderit. Spurius quoque Oppius omnibus capitur calculis, carcerique traditus, moritur eodem die. reliqui verò ex decem, prius quam eis dies diceretur, se exilio ipsi multarunt, bonaque eorum omnia tam mortuorum quam exulum accipientes quæstores urbani, in publicum retulere. Lex de connubio patrum & plebis, contentione magna patribus repugnantibus, lata est, cui seditioni in monte Ianiculo dux Canuleius tribunus plebis fuit. Tum seditionum frequentia causam dedit, vt censores crearentur. Anno ab vrbe condita 308. fames grauissima Romanos afflixit, vt multi spe victus amissa, ne fame diu cruciarentur, se in Tiberim submerferint. propter quod præfectus annonæ creatus L. Minutius, qui eos qui frumenta absconderant, compulit vendere. Sed eodem tempore Sp. Melius equestris ordinis vir ditissimus, emit frumenta de sua pecunia, & distribuit illud plebi, quæ tanto beneficio, promissit illi consulatum. Ipse verò dicebat illud modicum esse pro tanto beneficio, immo satis parum, si etiam ipsum faceret regem. Ista perueniunt ad senatum, qui statim dictatorem creat L. Quintium Cincinnatum. hic dictator factus, mittit magistrum equitum ad Melium, vt eum vocet ad iudicium. Melius verò intra cateruam suorum se recepit, & cum ab apparitoribus deprehensus esset, ereptus est & fugit, clamando se à patribus opprimi, eo quòd plebi in tanta necessitate subuenisset. sed magister equitum vociferantem insequitur & occidit. Cumque de hoc tumultus magnus oriretur in plebe, dictator vocat plebem, & pronunciat Melium iuste fuisse occisum, quia vocatus ad iudicium, venire contempsit, etiam si innocens fuisset. & sedata est

Perimit filia
Virginus.

* iniuriæ

Appij in-
teritus,

Censores.

Præfecti an-
nonæ.

est turba. Anno ab vrbe condita 323. vt narrat Orosius, sub consulis M. Claudio & T. Valerio, cum omnes maiores ciuitatis morerentur consimili morbo, ancilla quædam Q. Fabio Maximo, promissa sibi prius impunitate, causam indicat, dicens, matronas venena decoquere, & si se vellent sequi consules, hoc deprehendere valeret. Securi ergo, inuenerunt matronas coquentes medicamenta bona, habentes tamen alia recondita: quibus delatis in forum, vocatis matronis vigintiduas, inter quas Cornelia & Seruilia, asseruerunt ea medicamenta esse salubria, quæ cum eæ ad præceptum iudicis bibissent, statim mortuæ sunt. comprehensæ sunt eorum comites quam maximo numero matronarum, quæ indicauerunt quòd similia fecerunt, ex quibus 170. damnatae sunt. Creditum est, magis ex alienatione mentis quam ex scelere hoc fecisse, & dicit Valerius quòd veneficij quæstio & legibus & moribus vsque ad illud tempus ignota fuit. In hac generatione Aristides philosophus floruit, de quo Cicero offi. lib. 3. tradit, quòd cum Themistocles in concione Athenien. dixisset, se habere consilium salutare reipub. sed id scire non opus esse, postulat vt aliquem populum daret cui reuelaret. datus est Aristides, cui ille dixit, posse Lacedæmoniorum classem clam incendi: quo facto, eorum opes frangerentur. quod audiens Aristides, in concionem venit, dixitque vtile esse Themistoclis consilium, sed minimè honestum. Athenienses verò quòd honestum non esset, nec vtile quidem id esse putarunt. huic Aristidi Plato tantum tribuit, vt præ cæteris clarissimis Atheniensibus eum solum laude dignum censuerit. Sophocles Atheniensis poeta tragicus, hoc tempore claruit, qui iam cum propè centesimum attingisset annum, tragœdiam misit in certamen, vbi cum intellexisset se victorem, præ gaudio expirauit. Zeuxis pictor hæc generatione inclytus fuit, qui (vt Plinius ait) peniculum ad magnam gloriam perduxit, opes maximas acquisit. Demum instituit donare operâ sua, eo quòd digno præcio permutari posse non crederet. Pinxit, vt idem Plinius ait, puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolarent aues, processit: iratus operi, dixit vuas melius pinxi, quam puerum. nam si hunc consummassem, aues ipsæ timuissent. idem etiam umbrarum inuentor magnus perhibetur. Parrhasius item pictor Ephesus præclarus: eum transisse cum Zeuxide in certamen Plinius tradit, & cum Zeuxis detulisset vuas tanto successu pictas, vt in scenam aues aduolarent, ipse detulisset linteam auius pictum traditur, ita veritatem repræsentans, vt Zeuxis alitum iudicio timens, flagitaret, tandem remoto velamine, ostendi picturam: atque errore intellecto, palmam ingenio pudore concessit Parrhasio, quoniam ipse aues sefellisset, Parrhasius artificem. Pindarus poeta è conuiuij loco, à Castore & Polluce, spectantibus cæteris conuiuijs, vocatus est, & mox eo egresso, super remanentes triclinium collapsum est. hic cum in gymnasio super gremium pueri, quo vnice delectabatur, quieti se dedisset, placidum finem accepit, secundum Valerium. Euripides poeta cum à cœna regis Archelai, qui eum valde dilexerat, domum redit, à canibus dilaceratus est. Empedocles Atheniensis philosophus, solebat dicere, tria præcipua esse, affluentia contemptum, futura felicitatis appetitum, & mentis illustrationem: quorum primo nihil honestius, secundo nihil vtilius, tertio nihil ad amborum adeptiorem efficacius. Hoc tempore claruerunt Parmenides Eleates philosophus, Cratinus Atheniensis poeta comicus, Herodotus Halycarnasseus historicus, qui scripsit, authore Plinio, anno ab vrbe condita 310. Item Melissus Samius physicus, Gorgias philosophus Siculus, Zeno Citriæus, Stoicæ sectæ princeps. Floruit per idem tempus & Zeno Eleates, cui dialecticæ intuentionem tribuunt. & Thucydides Atheniensis historicus. & Phidias statuarius clarissimus per omnes gentes fuit, qui Plinio teste, eburneam Mineruam Athenis fecit & alia plura. Claruit eodem tempore & Hippocrates Cous, omnium medicorum princeps. nam medicinam longo tempore perditam, Isidoro teste, in lucem reuocauit, vixit annis 95. Socrates Atheniensis philosophus, Archelai discipulus, primus ethicam excoluit, ad acquirendam scientiam vltimis terræ regiones perlustrauit. Solebat autem dicere, hoc vnum se scire quòd nesciret. Demum accusatus impietatis, in carcerem coniectus est, vbi epoto veneno, interijt: sed nec carcer, nec mors, eius vultum seu animum mutare potuerunt. Post mortem eius, vt est apud Augustinum in 8. de ciui. Dei cap. 3. Athenienses penitentia ducti, eius criminatores morti adiudicauerunt. Quin in eius memoriam æream statuam in loco celeberrimo collocauerunt.

Veneficium
punitur.Aristides,
3. Off. 7.

Sophocles.

Zeuxis.

Hoc aliàs
Apelli tri-
buitur car-
mine vulga-
ri: Zeuxis
fallit aues,
at Zeuxin
fallit Apel-
les.
Pindarus.

Euripides.

Empedo-
cles.Hippocra-
tes.

Socrates.

GENERATIO LV.

Eliachim.

ANno 4781. ab origine mundi, ab vrbe condita 327. olympiade 89. in Eliachim filio Abiud 55. exorditur generatio, duravit annis 59. mensibus 9. secundum Philonis annos, duravit tantum annis 37. Anno primo huius generationis, olympiade 89. Xerxes huius nominis secundus, post patrem Persis regnare coepit, regnavit duobus tantum mensibus: post hunc Sogdianus regnavit mensibus 7. de quibus nihil memoria dignum habemus. Darius cognomento Nothus, 89. olympiade Persis regnare coepit, & regnavit 19. annis. Hic Atheniensibus multa damna intulit, Aegyptus ab eo recessit, & regem Amantheum sibi constituit. Interim Alcibiades insularum impietatis, quod sacra Cereris non tacuisset, ab Atheniensibus reuocatus est a bello ad iudicium. Indignitatem rei non ferens, siue consciētiam, tacitus in exilium profectus est, regemque Lacedaemoniorum impellit Atheniensibus bellum inferre, quo facto, Darius rex Persarum memor maiorum suorum in hanc urbem odij, facta cum Lacedaemonijs societate, omnem sumptum belli pollicetur, eo etiam quod timebat, ne victis Atheniensibus Lacedaemonij ad se arma verterent. Nam ab Atheniensibus socij defecerant.

Alcibiadis exilium.

Alcibiades motu aduersus patriam bellum, militis simul & imperatoris opera adinuabat, nempe acceptis quinque nauibus, in Asiam contendit, & tributarias Athenarum ciuitates ad defectionem compulit. Sed apud Lacedaemonios virtus Alcibiadis plus inuidia quam gratia contraxit. itaque cum principes velut aemulum gloriae suae interficiendum insidijs mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Thissaphernem praefectum Darij regis profugit, cui se celeriter officij comitate & obsequendi gratia insinuauit. morum enim vitia sub umbra eloquentiae facile tegebat. Igitur Alcibiades persuadet Thissapherni, ne tanta stipendia Lacedaemonijs praeretur, vocandos esse in portionem muneris Ionios, sed nec auxilijs nimis Lacedaemonios iuandos, quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam instruere: & eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regem Persarum, dissentientibus Graecis, arbitrum pacis & belli fore: & quos suis non possit, ipsorum armis victurum. perfecto autem bello, statim cum victoribus dimicandum, non enim Spartanos quieturos, qui vindices se Graeciae professi sint.

Alcibiades reuocatur ab exilio.

Grata oratio Thissapherni fuit, incipit com meatum maligne praebere, classem regiam non totam mittere, ne daret aut necessitatem deponendi belli, aut totam victoriam. Interca Alcibiades hanc operam ciuibus vendicabat, ad quem cum legati Atheniensium venissent, pollicetur his amicitiam regis, si Respub. eorum a populo translata ad senatum foret, sperans vt aut concordante ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Ad haec Atheniensis, permittente populo, imperium ad senatum transferunt, qui cum crudeliter in plebem consulere, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxque classi constituitur. statim igitur Athenas mittit, se cum exercitu venturum, recepturumque, a quadringentis iura populi, ni sponte redderet. hac denunciatione optimates territi, primo urbem prodere Lacedaemonijs tentauerunt: deinde, cum id nequissent, in exilium profecti sunt. Igitur intestino malo patria liberata, Alcibiades summa cura classem instruit, aduersus Lacedaemonios pergit, & praelio commisso victoria penes Atheniensis fuit. in eo bello maior pars exercitus & omnes ferme hostium duces caesi. naues 80. captae. Interiectis quoque diebus, cum bellum Lacedaemonij in terram transfulissent, iterato vincuntur. His malis fracti, pacem petierunt, quam non acceperunt opera eorum qui questum expectabant. Mox Alcibiades cum classe victrici Asiam vastat, multis locis praelia facit, vbique victor, recipit ciuitates quae defecerant, nonnullas capit & imperio Atheniensium adijcit. His omnibus praелиjs actis, Athenas reuertitur, ducens naues hostium & praedam ingentem, eique effusa omnis multitudo obuiam procedit. Alcibiadem miratur, in hunc suspensa ora conuertit, hunc quasi de caelo missam pro patria laudat. Igitur omnibus non humanis solum, verum etiam diuinis honoribus dignantur: & certant, vtrum contumeliosius eum expulerint, an reuocauerint honoratius. expleant contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. Dum haec aguntur, Lyfander Lacedaemonius classi belloque praeficitur, & in locum Thissaphernis Darius rex Persarum filium suum Cyrum Ioniae Lydiaeque praeposuit, qui Lacedaemonios auxilijs opibusque ad spem erexit. Aucti igitur viribus, Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum, dum agros populatur, & praedae dulcedine sine insidiarum

Atheniensium victoria.

diarum metu sparsos milites haberet, repentino aduentu oppressere: tantaque caedes palantium militum fuit, vt plus vulneris eo praelio Atheniensis acciprent, quam superioribus dederant: & tanta desperatio apud Atheniensis erat, vt in continenti Alcibiadem ducem Conone duce commutarent, arbitantes victos se non fortuna belli, sed fraude imperatoris, apud quem plus prior offensa valuisset, quam recentia beneficia. Alcibiades itaque veritus multitudinis impetum, denuo in voluntarium proficiscitur exilium. verum eorum qui aliquantulum post tyrannidem apud Athenas gerebant, consilio & Lyfandri artificio in Phrygia interfectus est, cum iam domus incendium euasisset, quod ad illum interficiendum fuerat paratum, & eius caput ad Pharnabazum tulerunt. Conon Alcibiadi suffectus, classem maxima industria adornat, sed exercitus deerat, armantur tamen senes aut impuberes, sed non magnam bello moram aras fecit: imbecilles aut caduntur passim, aut fugientes capiuntur, tantaque strages fit, vt Atheniensium delerum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur. Consumpta militari aetate, peregrinis ciuitatem, seruis libertate, damnatis impunitatem donant, eaque colluue hominum, domini antea Graeciae, vix libertatem tuebantur: iterum tamen fortunam experiendam discernunt, sed omnes sunt aut capti, aut occisi: dux Conon cum praelio superfuisset, crudelitatem ciuium metuens, cum octo nauibus ad regem Cyprium contendit. Euagoras autem dux Lacedaemoniorum, rebus feliciter gestis, captiuas naues cum praeda bellica mittit Lacedaemona. Tributarias Atheniensium ciuitates, quas metus retinuerat, voluntarias recepit, nec aliud ditioni Atheniensium praeter urbem ipsam reliquit: quae cum Athenis nunciata essent, omnes relictis domibus discurrunt, alius alium sciscitatur, in foro deinde coeunt, atque per noctem publicam fortunam quaesibus iterant, alij strages aut filios aut parentes desent, alij cognatos, alij amicos, iam ipsam patriam perituram, miserioemque viuentium quam oppressorum fortunam iudicantes. Sic deserta ac propere perditae urbi hostes superueniunt, & obsidione circumdatos fame vrgent: & cum multi delendum Atheniensium nomen, urbemque incendio consumendam censerent, negarunt tamen se Spartani ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos, pacem tandem polliciti, si versus Pyraeum muri brachia deicerent, nauesque quae reliquae forent, traderent, resque publica ex semetipsis 30. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem Lacedaemonij formandam Lyfandro tradiderunt. Rectores dein xxx. constituuntur, qui sunt tyranni, quippe a principio tria millia sibi satelitem statuunt, quantum ex tot cladibus propere nec ciuium superfuisset, & quasi paruum hic ad continendam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites a victoribus accipiunt, ac miseris vrbis reliquias caedibus & rapinis exhauriunt. Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga, repleturque Graecia Atheniensibus exulibus, & cum Lacedaemonij prohibuissent eos recipi, omnes se Argos & Thebas contulere. Erat inter exules Thrafsybulus vir strenuus & domi nobilis, qui adunatis exulibus, castellum quoddam Atticorum occupat. itaque & hos Manias Thebanorum princeps priuatis saltem viribus adiuuabat, & Lyfias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo in auxilium patriae communis eloquentiae misit. Fit itaque asperum praelium, tyranni vincuntur, victi in urbem refugiunt, quam exhaustam caedibus, etiam armis spoliant. dein cum omnes Atheniensis proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex vrbe iubent, & in brachijs muri quae diruta fuere, habitare. Post haec Thrafsybulum corrumpere conantur, vel saltem eius societatem, sed non procedit. Interim auxilia a Lacedaemonijs superueniunt. iterato praeliantur, in eo bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum saeuissimi cadunt. caeteris victis, cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, Thrafsybulus exclamat, cur se victorem fugiant, & non potius vindicem communis libertatis adiuuent? triginta se dominis, non ciuitati, bellum inferre admonet. reddant, exulibus patriam, accipiant libertatem. His vocibus permoti, reuersus in urbem exercitus, triginta tyrannos migrare iubet Eleusina, substitutis decem qui Rempub. regerent. hi nihil exemplo priorum territi, eandem viam crudelitatis ingressi sunt. Dum haec aguntur, nunciatur Lacedaemone in bellum Atheniensis exarsisse: ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur, qui misericordia exulis populi permotus, patriam miseris ciuibus restituit, & decem tyrannos ex vrbe migrare ad caeteros Eleusina iubet. Interiectis autem diebus, tyranni bellum Atheniensibus inferunt, sed ad colloquium progressi, per insidias comprehensi, vt pacis victima trucidantur, atque

Alcibiadis iuritus.

Conon Atheniensium dux

Atheniensis capti.

Thrafsybulus.

Pausanias.

Amnestia.

Ioiada aliàs
Iudas, pon-
tifer.

ita in vnum tandem corpus ciuitas reuocatur, & ne qua dissensio ex antè actis nasceretur, omnes iureiurando obstringuntur, discordiarum obliuionem fore. eam nominarunt illi Amnestian. Eodem ferè tempore Darius rex Persarum moritur. Ioiada quartus Hebræorum pontifex, Eliafili filius, succedit in pontificatu. sedit annos circiter xxv. hunc pontificem multa doctrinæ & sanctitatis virum fuisse constat, ad quem Mardocheus Iudæus ex Sufis ciuitate Persarum literas de obseruatione dedit.

Artaxerxis
& Cyri bel-
lum.

Anno ab vrbe condita 347. Darius rex Persarum moritur, Artaxerxes & Cyro filijs relictis. regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates quarum præfectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria videbatur, itaque occultè aduersus fratrem bellum parabat. quod cum nunciatum Artaxerxi esset, accersitum ad se fratrem & innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit, interfecissetque, nisi mater prohibuisset. Dimissus postea Cyrus, iam non occultè bellum, sed palam parare cœpit, auxilia vndique contrahit. Lacedæmonij memores, Atheniensi bello enixè eius opera adiutos, velut ignorantes contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda. Sed cum in bello fors prælii vtrunquè fratrem pugna obtulisset, postea Artaxerxes à fratre vulneratur: quem cum equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus interficitur. Sic victor Artaxerxes, & præda fraterni belli & exercitu potitur. Atque in eo prælio decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuere, quæ & in cornu in quo steterant, vicerunt, & post mortem Cyri nec armis vinci, neque dolo capi potuerunt, reuertentesque inter tot indomitas nationes, per tanta itineris spatia, virtute se vsque in terminos patriæ defenderunt.

Hester 1.

Artaxerxes aliàs dictus Assuerus, regnavit ab India vsque ad Aethiopiã super 127. prouincias. erat in Sufis ciuitate solum regni eius. hic tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus suis, inclytisque prouinciarum coram se centum & octoginta diebus. post dies conuiuii inuitauit omnem populum qui erat in Sufis, bibebant autem omnes aureis poculis. Vasthi quoque regina fecit conuiuium foeminarum in palatio regis. die autem septimo rex præcepit eunuchis, vt introducerent reginam in decore suo, vt ostenderet omnibus pulchritudinem illius. Quæ venire contempsit. iratus rex quæsiuit à septem sapientibus, cui sententiæ Vasthi subiaceret. Respondit Mamucha, Non læsit te solum Vasthi, sed & omnes viros regni tui. Egrediatnr edictum à rege, vt vltra Vasthi non ingrediatur ad te, sed altera melior regnet pro ea. & exijt edictum huiusmodi in omnes prouincias. Dixerunt pueri regis: Querantur puellæ virgines speciosæ. & placuit sermo regi. Erat tunc in Sufis Iudæus Mardocheus de tribu Iemini. hic erat nutricius filia fratris, & vocabatur Hester, quam orbatam Mardocheus adoptauerat in filiam. hæc inter cæteras tradita est eunuchis regis, nec indicauit populum suum. inuenit gratiam in oculis regis, dedit ei septem puellas, vt eam ornarent & excolerent. Mardocheus autem versabatur in vestibulo domus regis, curam agens salutis filia. instabat dies, & intrabat ad regem anno septimo regni ipsius mense decimo, & inuenit gratiam apud regem. Fecit eam regnare pro Vasthi. Et celebrauit nuptias per mensem. Mardocheus autem qui frequentius morabatur in Babylonia, etiam aduenerat. factum est autem quod duo eunuchi ianitores machinabantur occidere regem. quod cum peruenisset ad Mardocheum, indicauit Hester. illa ex nomine Mardochei detulit ad regem. Quæsitum est & ita inuentum. appensi sunt in patibulo, & traditum est hoc coram rege annalibus. Post hæc Assuerus exaltauit Aman Amalechitem, & adorabant eum serui regis omnes præter Mardocheum, qui propter patrias leges coram eo genu non flectebat. indignatus est Aman, & accipiens eum Hebræum esse, ait: Persæ liberi flectunt genua, hic autem seruus dedignatur? Et disposuit perdere Iudæos qui erant in regno Assueri, veteri motus odio, quia Iudæi deleuerunt Amalechitas.

Hester 2.

Duodecimo igitur anno regni Assueri, missa est fors quo die deberet gens Iudæorum interfici, quæ exiuit mense xij. Tunc ait Aman ad regem: Interest regis seruare pacem, nouerca pacis est dissimilitudo. est gens in regno tuo dissimilis cæteris, nouis vtens legibus, insuper & scita regis contemnens. expedit tibi, vt non insolescat. decerne ergo vt pereat: & ne dispendium sentias in tributis, decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Tulitque rex annulum quo utebatur, & dedit illum Aman, dicens: Argentum tuum tibi sit, & de populo age quod tibi placet. Tunc scripsit Aman ex nomine regis literas annulo regis signatas in omnes prouincias, vt occiderentur Iudæi à paruulo vsque ad senem, & bona eo-

Hester 3.

Aman.

na eorum diriperentur xij. die mensis xij. Statimque in Sufis pependit edictum. quod cum legisset Iudæi, fleuerunt. Sed & Mardocheus indutus sacco, & adpersus cinere, magna voce euulabat pro foribus palatij. quod cum accepisset Hester, consternata misit ei vestem, qua indutus, intraret ad eam: sed noluit accipere, & significauit ei per eunuchum causam fletus, & exemplar edicti misit ei, monens vt intraret ad regem, & supplicaret pro populo suo. Quæ respondit: Intra triginta dies vocata non sum, & decretum est, quod qui non vocatus accesserit regem, moriatur, nisi fortè rex auream virgam ad eum extenderit. At Mardocheus, Quis scit, an idcirco in regnum veneris, vt succurreres? Tunc mandauit Hester Mardocheo, vt Iudæi in Sufis per triduum ieiunarent, & orarent pro ea. Die autem tertia induta regalibus, stetit cõtra basilicam regis cum duabus puellis: vni incumberebat, altera sequens, longitudinem vestis summis digitis deportabat. At rex toruo vultu sedens in folio eam respexit, quod videns ipsa, collapsa est. cumque rex vidisset Hester lapsam, placuit ei, & extendit contra eam auream virgam: quæ confurgens, osculabatur summitatem virgæ. Et ait rex: Quid vis Hester? Quicquid petieris, dabo tibi. Quæ respondit: Obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium. & surgens, venit ad eam, fouens eam gremio, ac dicens: Noli timere, subditis lex data est, tu verò mihi conregnas. Venerunt ambo ad conuiuium reginæ. cumque rex bibisset, ait: Pete quod vis Hester. Quæ respondit: Obsecro venias & cras, & Aman ad conuiuium, & indicabo cor meum. Egressus est itaque Aman lætus, & cum Mardocheus sibi non assurrexisset, conuocans amicos & vxorem, exposuit eis omnem gloriam suam, addens quod eum solum cum rege, Hester vocasset ad conuiuium: veruntamen quod putet se nihil habere, dum viueret Mardocheus. Dixerunt ei: Iube parari trabem quinquaginta cubitorum, & suggere regi vt appendatur Mardocheus. iussitque parari crucem. Noctem illam rex duxit in somnium, & iussit sibi legi annales. ventum est ad locum vbi habebatur, quomodo Mardocheus ei nunciauerat insidias eunuchorum, & ait: Quid honoris consecutus est Mardocheus pro hac fide? Dixerunt illi, nihil. Aderant autem in atrio pueri Aman, & quæsiuit rex qui essent. & dixerunt, pueri Aman. intrauit enim Aman vt suggereret regi de morte Mardochei. Tunc vocauit rex Aman, & dixit ei: Quid debet fieri viro quem rex vult honorare? Qui cogitans pro se dictum esse, respondit: Debet indui stola regia, coronari diademate, & sedere super equum regis, & primus de principibus teneat equum, & per ciuitatem clamet: Sic honorabitur quem rex honorari vult. Dixit ei rex: Festina, & fac sicut locutus es, Mardocheo: caue ne quicquam eorum prætermittas. Fecit Aman Mardocheo, sicut locutus est rex. Mardocheus ita honoratus, redijt ad palatium. Aman verò reuersus est in domum suam lugens. Et ecce nuncij regis vocauerunt eum ad conuiuium. ait rex: Pete quod vis Hester. Quæ respondit: Dona mihi animam & populum meum, ne pereamus. & ait rex: Quis vobis obest? Quæ respondit: Hostis noster est Aman. Rex autem iratus surrexit, & intrauit in hortum. Aman verò supplicabat reginæ pro anima sua. Cumque reuersus esset rex, reperit Aman corruisse super lectulum in quo iacebat Hester, & ait: Etiam reginam vult opprimere me præsentem? Dixit Harbona eunuchus: En lignum quod parauerat Mardocheo, stat in domo Aman. Itaque is in eo suspensus est. deditque rex Hester donum Aman. Confessa est autem regi Mardocheum esse patrum suum. dedit rex annulum Mardocheo. Tum procidit ad pedes regis Hester, ac fletus supplicat, vt literas quas scripserat Aman contra Iudæos, irritaret. Et acquieuit rex. scripsitque Mardocheus literas annulo regis sigillatas ad principes prouinciarum, ne occiderentur Iudæi. factumque est nomen Iudæorum celebre, vt plures de gentibus religioni eorum iungerentur. Porrò in alteris literis excusauit se rex in hunc modum: Ne putetis diuersa nos mandare: Aman insidiatus est Iudæis, cum fuerit animo & genere Amalechita, Mardocheum & reginam omneque Iudæorum genus expetijt ad mortem: viuimus autem fide Mardochei & Dei viuentis beneficio, cuius nutu traditum est patribus nostris regnum & custoditum. Iudæos abfoluimus, & hostem eorum interfici iubemus. Igitur decimatertia die mensis xij. percusserunt Iudæi hostes suos vsque ad septuagintaquinque millia per prouincias. Et suspensi sunt decem filij Aman in Sufis, & de alijs circiter 300. perierunt, receptique sunt à Iudæis hi dies in numero solennitatum suarum, vt memoriam facti nulla deleeret obliuio. Scripsit etiam Mardocheus ad Iudam summum sacerdotem in Hierusalem,

Hester 4.

Hester 6.

Honor Mar-
dochei.

Hester 7.

Aman sus-
penditur.

Hester 8.

Hester 16.

Hester 9.

lem, vt dies isti solennes haberentur in Iudæa in sempiternum. Sed & Assuerns dicitur ductus ad fidem per Hester, vnde Glof. i. Cor. 7. super verbo, Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, exemplum ponit de Assuero & Hester. Lacedæmonij non contenti acceffione Athenienfium, totius Asiæ imperium affectare cœperunt. Itaque Dercyllides dux in hanc militiam electus, cum videret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis Pharnabazum & Thiffaphernem dimicandum, pacificari cum altero statuit: Et aptior visus Thiffaphernes, in colloquium vocatur: & statntis conditionibus, ab armis dimittitur. hanc rem Pharnabazus apud regem criminatur, quod Lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit, sed impennis regijs aluerit. Indignum ait, bellum non perfici, sed redimi hostem precio, non armis submoueri. His vocibus regem Thiffapherni alienatum hortatur, vt in locum eius, naturalis belli ducem eligat Cononem Atheniensem, qui amiffa bello patria, Cypro exulabat. Acceptis igitur quingentis talentis, iussus est Conona classi præficere. His cognitis, Lacedæmonij à rege Aegypti Hercimonem in auxilium per legatos petunt, à quo centum triremes & sexcenta millia modiorum frumenti missa, & à cæteris focijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tantis copijs deerat dignus imperator: itaque postulantibus focijs, Agefilaum tunc regem Lacedæmoniorum pede claudum eligunt, statuentes melius esse incesfù regem, quam imperio regnum claudicare. Magnus igitur apparatus belli, magna vtriusque ducis res gesta, sed Cononem seditio militum inuadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant. Itaque diu Conon, rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit, cuius adspectu & colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per internuncios, & queritur opulentissimi regis bella inopia dilabi, postulat sibi dari ministerium impensæ, quia pluribus id mandare perniciosum sit. dato stipendio, ad classem remittitur, multa fortiter, multa feliciter fecit. agros hostiles vastat, vrbes expugnat, & quasi tempestas cuncta prosternit. Quibus rebus terri Lacedæmonij, ad patriam tutandam Agefilaum reuocant. Interim Lysander ab Agefilao dux patriæ relictus, classe fortunam tentat. Summa igitur non ducum tantum in eo prælio, quam militum æmulatio fuit. Nam Conon non tam Persis, quam patriæ studebat: & sicut afflictis Athenis author amiffæ dominationis fuerat, sic volebat patriam vincendo recuperare, quam victus amiserat: eo speciosius, quod viribus atque periculo regis pugnaturus, victurus præmio patriæ, gloriamque diuersis artibus, quam priores suæ ciuitatis duces cõsecutus. Porro Lysander virtutis æmulator pro se contendebat: sed quanto maius prælium, tanto clarior victoria Cononis. Victi Lacedæmonij, fugam capessunt, præsidia hostium Athenis deducuntur: populo restituta dignitate, conditio seruilis eripitur. multa quoque ciuitates Cononis opera recipiuntur. Hoc initium Atheniënsibus resumendæ potentiæ, & Lacedæmonijs habendæ finis fuit. Nam quasi etiam cum imperio virtutem perdidissent, contemni à finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniënsibus, bellum his intulere. quæ ciuitas virtute Epaminundæ ducis ad spem imperij Græciæ erecta est. Fit itaque terrestre prælium. Lysander interficitur, quo duce, Athenienses victi à Lacedæmonijs fuerant. Paulânias quoque alter dux Lacedæmoniorum, proditionis accusatus, in exilium abiit. Igitur Thebani potiti victoria, vniuersum exercitum ad urbem Lacedæmoniorum ducunt: accersitur Agefilaus ex Asia, cuius quoniam ferus aduentus erat, conscripto exercitu, obuiam hostibus procedunt. Prima igitur congressione funduntur, deletis iam suorum copijs superuenit Agefilaus, qui restituto prælio, non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoriam eripuit, ipse tamen grauiter fauciatur. Quibus rebus cognitis, Athenienses verentes ne iterum à Lacedæmonijs victoribus in seruitutem redigerentur, exercitum contrahunt, eumque in auxilium Bœotiorum Philocratem xx. annos natum, sed magnæ indolis iuuenem, ducere iubent: huius adolescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit, in quo non imperatorie tantum, verum etiã oratorie artes fuere. Conon quoq; audito Agefilai reditu, & ipse reuertitur ad populâdos Lacedæmoniorum agros, atque ita vndiq; belli formidine circumstrepente clausi Spartani, ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastatis hostium terris, Athenas pergit, vbi magno ciuium gaudio acceptus est. Itaque quæ in censa fuerunt, prædaram sumptu & exercitu Persarum restituit: quæ diruta fuerant, reficit. Fatum illud Athenarum fuit, vt antè à Persis cremata, manubijs eorum: & nunc à Lacedæmonijs diruta, ex spolijs Lacedæ-

Dercyllides

Conon Lacedæmonias vincit.

Thebanorum victoria.

Philocrates

Lacedæmoniorum restituerentur: versa quoque vice, nunc haberent focios, quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc patrentur, cum quibus iuncti tunc fuerant. Dum hæc aguntur, Artaxerxes rex Persarum legatos in Græciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum, ciuitatibus libertatem, suaque omnia restituit: quod non Græciæ laboribus assiduisque bellorum inter ciues odijs cõsulens fecit, sed ne occupato sibi Aegypto bello, quod propter auxilia aduersus præfectos suos Lacedæmonijs missa susceperat, exercitus sui in Græcia detinerentur. Fessi igitur bellis tot Græci, cupidè paruere. Thebani paulò post Epaminunda duce, occupandæ vrbis Lacedæmoniorum spem ceperunt, & in principio noctis Lacedæmonia proficiscuntur, quasi ad incautos adgressuri. Sed senes & cætera imbellis ætas aduentum hostium præsentientes, in ipsis portarum angustijs armati occurrunt, & aduersus xv. millia militum, non amplius centum iam effectæ ætatis viri pugna se offerunt. in eo prælio duo duces hostium ceciderunt. Cumque interim Agefilai aduentus nunciaretur, Thebani recesserunt, nec bellum diu dilatatum. siquidem Sparranorum iuuentus senum virtute & gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continenti aciem decerneret. Et Epaminundas dum non ducis tantum, verum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauiter vulneratur. Quo audito, his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor inieitur, atque ita ex placido consensu ex prælio disceditur. Epaminundas relatus in castra semianimis, vocem spiritumque collegit: id à circumstantibus requisitum, num cadenti sibi scutum haberetur, & apportatum osculatus est. Iterum quæsiuit, vtri vicissent, & dum audiret, Thebanos, benè habere se rem dixit. atque ita velut gratulabundus patriæ, expirauit. Cuius morte etiam Atheniensem virtus intercudit: siquidè amissio cui æmulari consueuerant, in segnitiam torporemque resoluti sunt. fuit autem incertum, vir melior an dux esset. nam imperium non sibi, sed patriæ quæsiuit: & pecuniæ ad eum parcus fuit, vt sumptus funeri deessent. philosophiæ doctrina, literarum studia tanta, vt mirabile videretur. hæcenus Iustinus. In hac generatione Dionysius ex Sicilia pulsus Carthaginensibus, occupatoque totius insulæ imperio, graue ocium regno periculo- samque desidiam ratus, copias in Italiam traiecit. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant, fuit. Quibus deuictis, finitimos quosque aggreditur, omnesque Græci nominis Italiam possidentes, hostes iudicat, quæ gentes non partem, sed vniuersam ferme Italiam ea tempestate occupauerant. Denique multæ vrbes adhuc post tantam vetustatem, vestigia Græci moris ostentant: propter quos ea pars Italiæ, maior Græcia appellatur. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallorum, qui ante menses aliquot Romam incenderant, societatem amicitiamque petentes adeunt, gentemque suam inter hostes eius positam esse, magnoque vsui ei futuram, vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in prælium hostibus affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. ita pacta societate & auxilijs Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat. Licet enim illa modò recitari, cum locus postulat, vt de Dionysio dicamus, etsi temporum ratio alia sit. Sed quos ex Sicilia Carthaginenses pulsos eiecerit Dionysius, in genere tangit Iustinus lib. 18. Carthaginenses, inquit, cum diu in Sicilia infeliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, amiffa exercitus maiori parte, victi sunt: propter quod ducem suum Machæum, cuius auspicijs Sicilia partem domuerant, cum parte exercitus exulare iusserunt: qui non multò post Carthaginem cepit, punitisque authoribus exilij sui & sociorum, urbem legibus suis reddidit, interfectis decem senatoribus. ipse verò non multò post affectati regni accusatus, occisus est. Machæo successit Mago imperator, qui primus omnium ordinata disciplina militari, Pœnorum imperium non minus bellandi arte, quam virtute firmavit. Decedens hic, duos filios reliquit, Hasdrubalem & Hamilcharem: his ducibus Sardinia bellum illatum est, vbi Hasdrubal vulneratus occubuit, cui frater eius Hamilchar successit. Quo tempore, vt ait Iustinus, legati Darij regis Persarum Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina carne vesci prohibebantur, petentes simul auxilia aduersus Græciam. Sed Carthaginenses auxilia negabant propter finitima bella assidua: cæterum ne per omnia contumaces viderentur, paruere. Interemptus deinde in bello Siciliensi Hamilchar, quum somnio præmonitus esset, nam inter obsidendum videbatur sibi nunciari, quod proxima die in vrbe esset cœnaturus, spe victoriæ exercitum pugna comparauit, atque ita in moenia captiuus est perductus. reliquit filios tres, Himilchonem, Hannonem &

Pax restituitur Græciæ ab Artaxerxe.

Spartanorum senum virtus.

Epaminundæ mors.

Dionysius Siculus.

Maior Græcia.

Machæus.

Mago.

& Gisgonem, tres quoque Hasdrubal, Hannibalem, Hasdrubalem, & Sapho. In locum autem Hamilcharis successit dux belli in Sicilia Himilcho, qui cum nauali terrestrique praelio secunda bella gessisset, repente exercitum pestis absumpsit. Vnde & reuersus Carthaginem cum paucis, ubi maximus luctus omnium ortus est, & ipse Himilcho dolore animi gladio se occidit. deinde Iustinus dicit, Dionysium pulsus Carthaginensibus, imperium Siciliae occupasse. Dionysius vero cum (vt supra dictum est) Italiam infestaret, reuocauit eum aduentus Carthaginensium, qui bellum quod deseruerant, auctis viribus repetebant, duce Hannone. Erat tunc Carthagini vir potentissimus, nomine Suniator, Hannonis inimicus. Quare odio eius, Graecis literis Dionysio aduentum exercitus & segnitiam ducis renunciauit. Quae litera uenerunt ad manus Hannonis, & Suniator proditionis damnatus est, factio senatusconsulto, ne quis postea Carthaginensis aut literis Graecis, aut Graeco sermone studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multo post Dionysius, quem paulo ante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus fractusque, ad postremum insidijs suorum interficitur. De hoc Dionysio Plutarchus in Apophthegmatis ait, accusantibus eum quibusdam, quod hominem improbum in officio constituisset & ad eum molestum, respondiisse, velle eum esse quem magis quam se oderint. Et de eodem, quod Corinthiorum legatis munera quae eis dederat, propter legem patriam non recipientibus, dixerit: Grauius facitis, inquit, qui cum, quod solum boni tyranni habent, non tollitis, docetis etiam beneficium eorum formidandum. In hac etiam generatione anno ab vrbe condita trecentesimo trigesimo sexto, secundum Eutropium, Fidenae a Romanis captae & destructae excisaeque sunt, iam pridem coniuratione seruorum oppressa. Posthumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus. Stipendium ex aerario tum primum militibus datum est. Ea tempestate Veientani rebellauerunt, obsessique sunt a Romanis. In ea obsidione hybernacula militibus facta sunt. ea res cum esset noua, indignationem tribunis plebis mouit, querentibus non dari plebi nec per hyemem militiae requiem. Equites tum primum equis mereri coeperunt. Cum autem ciuitas Veiorum potentissima, vt narrat T. Liuius, prope Romam ad viginti miliaria, obsessa esset a Romanis per decem annos, & in ea obsidione Romani sapissimè malo euentu pugnassent, tandem M. Furius Camillus dictator creatus, belli finem fecit. Nam facta via subterranea usque ad arcem ciuitatis, & militibus immissis, dum ciues circa defensionem murorum occupantur, capitur arx ipsa, deinde ciuitas, vnde ditissima praeda facta est. Furio Camillo ipsi se dediderunt Falisci. Nam cum in obsidione magister ludi Faliscorum, plurimos ac nobilissimos inde pueros velut ambulandi gratia eductos, in castra Romanorum perduxisset, quibus interceptis, sine dubio dedisset se vrbs imperatori, denudatum magistrum, manibus post terga reuinctis, reducendum Faliscos pueris tradidit, virgasque quibus illum caederent. Eam nanque, inquit Florus, Camillus vir sanctus & sapiens sciebat veram esse victoriam, quae salua fide & integra dignitate pararetur: qua iustitia animi eorum sunt capti, quorum moenia expugnari non poterant. Nam Falisci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt, ac sese iubentes ipsi Romano principi dederunt. Valerius Maximus in capite de iustitia libro sexto, censuisse senatum ait, cognita magistri ludi perfidia, vt pueri vincum magistrum virgis caedentes, in patriam remitterentur: Peperit hoc facinus aeternum Furio nomen, ac celebrem memoriam. Captis autem Veientanis, inuenta est in ciuitate statua Iunonis Monetae, quam cum Furius transfere iuberet Romam, vnus ex militibus per iocum interrogauit simulacrum, an vellet ire Romam. Respondisse fertur, volo. sic Plutarchus & Valerius Maximus. Prohiber mihi Liuij sententia videtur, qui ait esse conclamatum ab assistentibus, annuuisse. Posteaquam in urbem redijt Camillus, commota est ei inuidia, quasi non rectè diuisisset praedam. vocatus est igitur ad iudicium plebis à L. Apuleio tribuno plebis, & tanquam peculator, duris sententijs damnatus est. eo quoque tempore filium amiserat. T. Liuius dicit, quod de condemnatione certus, spontè in Ardeam ciuitatem abiit in exilium, & absens condemnatus est in quindecim millibus aëris. Tatum enim aerario deesse aiebant tribuni. Anno deinde ab vrbe condita 364. Galli Senones in Italiam venerunt. His autem Gallis causa in Italiam ueniendi (vt refert Iustinus) sedesque nouas querendi, intestina discordia & assiduae domi dissensiones fuere, quarum taedio cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam,

Suniatorē
sua eruditi-
one perisse.

Res Roma-
nae.

P. Camillus.

Camilli ex-
ilium.

Gallorū Se-
nonū & Sue-
nonū ingres-
sus in Ita-
liam.

am, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Tusci quoque, duce Rheto, auitis sedibus amissis, alpes occupauere, & nomine ducis gentem Rhetiorum condiderunt. Verum T. Liuius vocat eos Gallos Allobroges, sed Gotfredus Viterbiens. ita refert: Anno ab vrbe condita 364, Suci & Senones Galli, id est, Burgundiones, Allobroges, sub duce Brenno Italiam intrant. & subiungit versus:

*Incoluit centum primaeva Sueuia pagos,
Non vrbes, non castra colens, sed rura vel agros.
Metropolim fingit populus cognomine Cambrum,
Quam nec constringunt muris, nec aggere cingunt.
Nulle viros pagus dabat vnus & arma virorum.
Cum super has gentes exercitus ibat eorum,
Brennus ipsorum dux extat & Allobrogorum.
Sed Bisuntinis fuerat tunc rex Siguinus,
Cuius erat Sana fluuius, Rhodanusque marinus.
Insignis fuit vrbs quondam, velut altera Troia.
Nomen Auenza fuit, quae peramena ruit.
Illa super horum viguit ferit ate virorum,
Marte Sueuorum perijt primatus eorum.
Vxor erat Brenni, Siguini filia regis,
Cuius ab auxilijs dux Gallica regna subegit.
Sequana cum Ligeri Brennica signa rehit.
Fecit apud Gallos Senonensem Brennus & vrbem,
Quare residens, hostes per eam bellando perurget.
Cuius & auxilijs tulerat Britannica regna.
Cum loquitur Senones, hoc Sana parit tibi nomen:
Indeque sunt Senones, qui quondam mania Roma
Vicerunt, quorum Brennus erat dominus.
Et post pauca:
Nunc super arma creat Brennus dux ille Veronam,
Quam contra Romam voluit gestare coronam.
Brixia fundatur, Ticina Papija paratur,
Et Mediolanum Brenno sat agente nouatur.
Has vrbes primi domini habuere Sueui.
Sub quibus Allobroges fuerant Senonesque coeui.*

Florus ita historiam narrat: Galli Senones gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus, ad eum omni genere terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum, urbiumque stragem videretur. Hi quondam ingenti agmine profecti, cum iam media vastassent, positus inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiã vagabantur. Tum Clusium oppidum obsidebant. pro socijs ac foederatis populus Ro. interuenit. missi ex more legati. sed quod ius apud barbaros ferocius agunt, mouent exinde certamen. Conuersis igitur à Clusio, Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius consul occurrit. non Cremonae foedior clades. fuso exercitu, iam moenibus vrbs appropinquabant. Erant nulla praesidia: tum igitur aut nunquam aliàs apparuit Romanorum virtus. iam pridem maiores natu amplissimis vti honoribus, in forum coeunt: ibi deuouente pontifice, dijs se manibus consecrant. statimque, in suas quisque aedes ingressi, sicut in trabeis erant & amplissimo cultu, in curulis sellis sese posuerunt, vt cum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices & flamines quicquid religiosum in templis erat, partim in dolijs desossium terra recondunt, partim impositum plaustris, secum auferunt, virgines simul ex sacerdotio Vestae nudo pede fugientia sacra comitantur. eas tum excepisse vnus è plebe fugientes fertur L. Albinus, qui deposta vxore & filijs, virgines in plaustrum recepit. Iuuentus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio arcem Capitolij insedit, obtestata ipsum quasi praesentem Iouem, vt quemadmodum ipsi ad defendendum templum eius concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque urbem cernentes, primò rrepidarunt, quasi subesset dolus. mox ubi solitudinem vident, clamore & impetu inuadunt, parentes passim domos adeunt, ubi sedes in curulis sellis pretextatos senes velut deos geniosque primum venerati. Erat autem se-

A a

nex no.

Capitolij
defensores.

nex nomine M. Papyrius, qui, cum ei Gallus quidam tractaret barbam, indignatus, baculo cum percussit, propter quem Galli commoti, primo Papyrium, deinde alios senatores occiderunt, faces testis iniiciunt, & totam urbem igne & ferro vastant, sex mensibus circa montem contendunt. Cum vero diu Capitolium obsedissent, nocte percepta quadam via, qua ascendi potuit in Capitolium, quanvis cum magna difficultate, inceperunt silenter ascendere vnus post alium. latuit hoc vigilis, sed clamore auferis Manlius Torquatus excitatus est. occurrit ascendentibus, & deiecit ac interfecit plurimos, Capitoliumque tum seruauit, & ut spem hostibus demeret, quanquam in summa fame, tamen ad spem fidutiæ panes ab arce iaculatus est. Quodam etiam die per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit, qui solenne sacrum in Quirinali monte conficeret. Nouissimè cum iam obsidione etiam barbari fatigarentur, mille libras auri pro discessu paciscuntur, non quod apud Gallos parui nominis Roma esset, sed quia illam sic destruxerant, quod amplius tunc non valeret, ut dicit Orosius. Inter has necessitates F. Camillus dictator absens creatus, interpendendum aurum & cum ad iniqua pondera addito gladio Galli victos increparèt, cum exercitu venit, & eos subito à tergo aggressus, adeò cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Eosque infecutus, non solum aurum abstulit, sed & omnia militaria signa quæ ceperant, recuperauit. Deliberabant tum Romani ad Veios migrandum esse propter incensam ac dirutam urbem, quod consilium Camillo auctore discussum est. mouit plurimos vocis quoque omen ex centurione audita, qui cum in forum venisset, manipularijs suis dixit: Sra miles, hinc optime manebimus. Per hæc tempora fuerat res Romana apud Trib. militum, penes quem magistratum eadem quæ apud consules potestas erat. verum hæc dignitas non diu perseuerauit. nam post aliquantulum nullos placuerat fieri, & quadriennium in urbe ita fluxerat. resumpserunt tamen tribuni militares consulari dignitate iterum potestatem, & triennium perseuerare. Tum rursus consules creati. dein L. Genutio, Q. Seruilio cons. pestilentia ciuitas laborauit, eam insignem fecit mors F. Camilli, cui honor post Romulum secundus delatus est, tanquam secundo conditori.

M. Manlius M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum obstructis ære alieno liberaret, crimine affectati regni condemnatus, de saxo deiectus est. In cuius notâ Senarus conf. factum est, ne cui de Manlia gente Capitolino cognomen esset. Seditione facta, ut Florus scribit, ut plebeij etiam magistratus crearentur, Gn. Licinius & L. Sextius Tri. plebis legem promulgarunt, ut consules etiam ex plebe fierent qui ex patribus creabantur: eam legem, cum magna contentione repugnantibus patribus, obtinuerunt, & primus omnium ex plebe consul L. Sextius creatus est. Alia lex lata est, ne cui plus quingentis agri iugeribus liceret possidere. Ad Artaxerxem Persarum regem redeo.

Mors Artaxerxis.

huic ex pellicibus iis. filij fuere, tres tantum iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darius contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater viuis fecit regem. Sed Darius pro remuneratione scelus parricidij in patrem cogitauit, & ad societate facinoris 30. fratres incitauit. Causa verò parricidij, scelerior parricidio fuit. nam rex Artaxerxes Astasiam Cyri fratris sui pellicem in matrimonium susceperat. hanc partem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulat. quod quidem Artaxerxes primo promisit, deinde poenitentia ductus, ut honestè negaret quod temere promiserat, Solis eam sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatu iuuenis, coniurat contra patrem: sed depræhensus, cum socijs deletus est, coniugesque omnes cum liberis interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decessit, rex quam pater felicior: hæreditas regni Ocho filio traditur. In hac generatione Orestes 13. Macedonum rex, 15. regni Darij anno regnare cepit, regnauit annis 3. post quæ regnauit 14. nomine Archelaus annis 4. Isocrates Atheniens. philosophus, vitæ & orationis æqua integritate, discessit ferè centenarius. Xenophon philosophus Atheniens. imperatoris quoque artis non expers. fuere & alij plerique Xenophontes. Archytas Tarentinus philosophus Pythagoricus, Tarentinorum repub. diu rex. Plato philosophus clarissimus omnium, qui paternum genus à Codro rege, maternum verò à Solone philosopho duxit. Obijt autem discumbens in nuptijs, anno ætatis suæ 81. Antisthenes Atheniens. philosophus & orator. Aristippus philosophus Cyrenæus, à quo Cyrenaicorum secta. Epicurus Atheniens. philosophus, qui primus de grammatica obseruationes dedit. Speusippus, Platonis ex sorore nepos.

Viri disciplinis præstantes.

GENE-

GENERATIO LVI.

Anno à mundi exordio 4835. aliàs * 8. ab urbe verò condita 388. olympiade centesima quarta, anno primo Ochi Artaxerxis regis Persarum, in Asor Eliachim filio, per lineam Christi incepit 56. generatio. vixit autem Asor annis 36. Eodem anno post mortem Artaxerxis seu Astueri regis Persarum, Ochus filius quem Artaxerxi Hester peperit, cognominatus Artaxerxes, in regno successit, & regnauit apud Persas annis 26. qui timens coniurationem regiam cognatorum, cæde & strage principum replet regnum, nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotus, scilicet ne innocentiior fratribus parricidis haberetur, atque ita veluti purificato regno, bellum Armenijs infert, secundum Iustinum. Sed & Ioannes his quasi diebus, Iudæ pontificis filius, defuncto patre, pontificium munus obiuit. erat autem frater Ioannis Iesus, qui ad pontificatum adspirabat, & propterea Vagosi, qui præfectus erat à rege vniuersis regionibus trans flumen, familiaritatem sibi comparauit, qua confidentia Iesus altercatus in templo aduersus Ioannem, adeò incitauit fratrem, ut frater eum occideret. Vnde Vagosus indignatus, ascendit in Hierusalem, cumque prohiberet eum Ioannes ab ingressu templi, respondit: Mundior ego sum cadauere quo templum profanasti. itaque imposuit ille iterum ministris templi tributa & annonas anni 7. à quibus per interuentum Efdra absoluti fuerant. Artaxerxes postea Sidonem subuertit, Aegyptum suo subiecit imperio, rege eorum Nectanabo in Aethiopia pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est, Syriamque cunctam deuastauit, & Apodasimo Iudæorum urbe capta, accolos omnes in Hyrcaniâ trãstulit, iuxta mare Caspium locatos. Hic tandem sorore occisa, focru viua defossa, & post multa facinora diuinam non euasit ultionem, quia à suis obruncatus est. Anno verò 5. Artaxerxis Ochi, Philippus filius Amyntæ, pater Alexãdri Magni, Macedonibus regnare cepit, regnauit autem annis 26. de quo Iustinus lib. 6. circa finem: Philippus, inquit, obfes triennio Thebis habitus, Epaminundæ & Pelopidarum virtutibus eruditus, regnum Macedonia, Græciæ & Asiæ ceruicibus veluti iugum imposuit. Verum cum attigimus Macedonum historiam, repetenda hæc est altius. Itaque Macedonia antè à nomine Emathionis regis, Emathia cognominata est. huius sicuti incrementa modica, ita termini perangusti fuere, populus, Pelasgi: & regio, Bœotia dicebatur. in regione Pæonia, quæ nunc portio est Macedonia, regnasse fertur Telegonus pater Astrioeci, cuius Troiano bello inter clarissimos vindices urbis nomen accepimus. Ex alio latere in Europa Aeropos nomine regnum tenuit, sed & Cranaus cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia oraculo iussus est quærere. Cum in Emathiam venisset, urbem Edyffam, non sentientibus oppidanis propter nebulas, gregem caprarum imbrem fugientium secutus, occupauit, ibique regni sedem constituit, & à capris Edyffam Aegæam vocauit. Pulso deinde Midamane quoque, portionem Macedonia tenuit, alijsque regibus pulsus, in locum omnium successit, primusque adunatis gentibus nationum, vnum populum Macedonia fecit. Post hunc Perdicas regnauit, cui successit Argæus filius. Argæus successorem filium Philippum reliquit, qui immatura morte raptus, Aeropum puerum reliquit hæredem. sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyrijs fuere. Igitur Illyrij infantiam regis contemnentibus, bello Macedonas aggrediuntur, qui prælio fusi, rege suo in cunis prolato, & ante pugna aciem posito, acrius certamen repetunt, confertoque prælio magna cæde Illyricos fudere, ostenderuntque hostibus suis priore bello regem Macedonia, non virtutem defuisse. Huic Amyntas succedit, quo tempore Darius rex Persarum Scythica fuga submotus, mittit cum parte copiarum Megabysum ad subigendam Thraciam, cæteraque eius tractus regna. Qui breui momento executo regis imperio, legatis ad Amyntam regem missis, obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulauit. sed legati benignè excepti, ebrietate pressi, rogant Amyntam, ut ad conuiuium vocet vxorem, filios atque filias: id enim apud Persas haberi fœdus hospitij. Quibus, ut venerunt illæ, petulantius eas contrectantibus, filius Amyntæ Alexander rogat patrem abire, pollicitus se hospitum temperaturum iocos. Quo digressio, mulieres quoque paulò è conuiuium euocat cultius ornaturus, in quarum locum matronali exornatos habitu iuuenes supponit, eosque petulantiam legatorum ferro quod veste gerebant, compescere iubet. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabyfus, cum legatis non rediret, mittit eò cum exercitus parte Bubarum, ut cum fœda gente bellaret. Sed Bubaris ante bellum amore filiarum

Afor.

Res Macedonum.

Aegæa.

Aeropos puer.

filix Amynta captus, omisso bello, nuptias facit. Deinde Amyntas rex decedit, cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darij tantum temporibus pacem praestitit, verum etiam Xerxem conciliauit adeo, ut cum Graeciam occupasset, Olympum Aemumque montes, & totius regionis eum imperio donauerit. Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniae ad Amyntam Menelai fratris filium peruenit. hic quoque insignis fuit, qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri Magni patrem, & filiam Euryonem: ex Cygae autem Menelaum, Arideum & Archelaum. Insi dijs autem Eurydices vxoris, quae nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumque adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Tandem Amyntas decessit, regno ex filijs maximo Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyrijs pacta mercede & Philippo fratre dato obside, redemit. Interiecto quoque tempore per eundem obsidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat, quae res Philippo maxima incrementa egregiae indolis tulit. Siquidem triennio Thebis obses habitus, prima pueritiae rudimenta in domo Epaminundae. Dein Alexander insidijs matris Eurydices occubuit, pari fraude Perdicca. Itaque Philippus diu non se regem, sed tutorem pupilli egit. tandem regno praefectus est. Principio regni bella, veluti conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium vno tempore confluebant. At quoniam omnibus par esse non poterat, alia interposita pacatione componit, alia redimit, facillimis aggressis, ut militum trepidos animos firmaret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensium certamen fuit, quibus per insidias victis, cum interficere posset, omnes incolumes sine precio dimisit. Post hos bello in Illyrios translato, multa hostium millia caedit, urbem Larissaeam capit, hinc Thessalos non praedae cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, improuissos expugnat, vnumque corpus equitum pedestriumque fecit. Quibus rebus feliciter actis, Olympiada Neoptolemi regis Molossorum filiam vxorem ducit, conciliante nuptias altore virginis Arisbae rege Molossorum, qui sororem Olympiadis Troadam in matrimonium habebat, quae causa illi exitij malorumque omnium fuit. nam cum regni incrementa affinitate Philippi acquiraturum se sperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio consenuit.

His itaque gestis, Philippus cum Methonam urbem expugnat, iactu sagitte dextrum oculum amittit. nihilominus pacem deprecantibus dedit, mitisque etiam aduersus victos fuit. Philippus rex veluti e specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter & victores subire seruitutem coegit. Causa & origo huius mali Thebani fuerunt, qui cum rerum potirentur, victos armis Lacedaemonios & Phocenses, quasi parua supplicia luissent, apud commune Graeciae concilium accusauerunt. Lacedaemonijs crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent: Phocensibus, quod Boeotiam depopulati essent, quasi post arma & bella locum legibus reliquissent. cum iudicium arbitrorum datur, tanta pecunia damnantur, quanta exolui non posset. Igitur Phocenses cum agris, liberis, coniugibusque priuarentur, desperatis rebus, Philomene duce, templum ipsum Apollinis occupauere, inde auro & pecunia diuites, conducto milite bellum Thebanis intulerunt: factumque Phocensium etsi omnes execrarentur, plus tamen inuidiae Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. Itaque auxilia his ab Atheniensibus & Lacedaemonijs missa. prima igitur congressione Philomenes Thebanos castris exiit, sequenti praelio primus cecidit, in huius locum dux Oenomaus creatur, aduersus quem Thebani Thessalique Philippum Macedoniae regem ducem eligunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij non Thebanorum, vltor esset, omnes milites coronas laureas fumere iubet, atque ita veluti deo duce in praelium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis, fugam capeffunt, poenasque violatae religionis sanguine & caedibus pendunt. Incredibile, quantam ea res Philippo apud omnes nationes gloriam pepererit. itaque dijs proximus habetur, per quem deorum maiestas vindicata sit. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit, quippe veluti timens ne ab hostibus sacrilegij scelere vinceretur, ciuitates quarum paulo antea dux fuerat, hostiliter occupatas diripuit, coniugesque liberosque omnium sub corona vendidit, non deorum templis, non aedibus sacris pepercit. Inde veluti rebus egregie gestis, in Cappadocia trajicit, vbi bello pari perfidia gesto, captisque per dolu & occisis finitimis regibus, vniuersam prouinciam

Amyntas.

Alexander.

* habuit seu
hausit.Philippi ge-
sta.Philippus
altero ocu-
lo priuatur.Phocensium
sacrilegium.

prouinciam imperio Macedoniae adiungit. Deinde ad abolendam inuidiae famam, per regna mittit & opulentissimas ciuitates, & phana ac templa, qui opinionem sererent, regem Philippum magnam pecuniam erogare ad muros per ciuitates & phana ac templa facienda: qui huic rumori credebant, cum in Macedonia venissent, varijs dilationibus frustrati, vim regia maiestatis timentes abeunt. Post haec Olynthios aggreditur, & ciuitatem nobilem excidit: fratres duos ex nouerca genitos, quos illi hospitio susceperant, supplicio tradit, praedaeque ingenti pariter & parricidio fruitur. Inde ne quod ius vel fas inuiolatum praetermitteret, piraticam quoque exercere instituit. Contigit etiam, quod duo reges Thraciae fratres, eum disceptationum suarum iudicem eligerent: sed Philippus ad iudicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu venit, regno vtrunque non iudicis more, sed fraude latronis spoliauit. Dum haec aguntur, legati Atheniensium petentes pacem, ad eum veniunt, quibus auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit, ibique pax facta est: ex caeteris quoque ciuitatibus Graeciae belli metu legationes venere. Crudescete ira Graecorum, Thessali Boeotique orant Philippum, ut aduersus Phocenses ducem se exhibeat, oblitus cladum suarum. Contra Phocensium legati, adhibitis Lacedaemonijs & Atheniensibus, bellum deprecabantur, cuius ab eo ter iam dilationem emerant. Foedum prorsus auditu, Graecos orbis terrarum vindices, discordia eoque redactos, ut in alterius ope spem suam posuisse videantur. Philippus inter haec secretò auditis vtriusque legationibus, his veniam belli pollicetur, iure iurando adactis ne cuiquam prodant illud: illis contra, venturum se, auxiliumque laturum: vtroque vetat parare bellum aut meruere. sic variato responso, securis omnibus, Thermopylarum angustias occupat. Tunc primum Phocenses se captos fraude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma confugiunt: sed neque spatium erat instruendi belli, nec tempus ad contrahendum auxilia, & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute, se dedunt, Caeduntur nihilominus passim, rapiunturque. Vnum tantum miseris solatium fuit, quod cum Philippus portione praedae socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. Et sic quaeque loca ad libidinem suam transfert: miseranda vbique facies & excidio similis erat. alios enim in finibus ipsis hostibus opponit, alios in extremis regni terminis statuit, quosdam bello captos in supplementis urbium diuidit, atque ita ex multis gentibus & nationibus vnum regnum populumque constituit. Compositis itaque rebus Macedoniae, Dardanos caeterosque finitimos fraude captos expugnat. sed nec a proximis manus abstinuit. Siquidem Arisban regem Epiri affinem pellere regno statuit, atque Alexandrum priuignum eius, vxoris Olympiadis fratrem, puerum honeste pulchritudinis, in Macedonia nomine sororis accersit, omnique studio sollicitatum in spem regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue conscientiae pudore, siue regni beneficio. Igitur cum ad 20. annos peruenisset, creptum Arisbae regnum puero tradit, scelestus in vtroque: nam nec in eo ius cognationis seruauit, cui ademit regnum: & eum cui dedit, impudicum fecit antea quam regem. Deinde toti Graeciae bellum inferre statuit, ad quod per commo dum ratus, si Byzantium nobilem & maritimam urbem in potestatem rede gisset, eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Haec namque vrbs condita primum a Pauania rege Spartanorum fuit. itaque longa obsidione exhaustus pirata, captis 170. nauibus mercium, inopiam paululum recreauit. Erat eo tempore rex Scytharum Macheas, qui cum bello Istriarum premeretur, auxilium a Philippo petit, in successionem eum regni Scytharum adoptaturus, cum interim rex Istriarum decedens, & metu belli, & auxiliorum necessitate Scythas soluit. Itaque Macedonibus renunciat, neque auxilium eius petisse, neque adoptionem mandasse. His auditis, Philippus per legatos petit sumptus ad apparatus belli factos. Sed Macheas respondit, nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expleat. quibus derisus Philippus, soluta obsidione Byzantina, Scythica bella aggreditur. ventum est ad pugnam, & cum virtute & animo praestarent Scythae, astutia Philippi vincuntur. viginti millia puerorum & foeminarum capta, pecoris magna vis, auri argenti que nihil. ea primum fides inopiae Scythicae fuit. viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedonia missa. Sed reuertenti Philippo Triballi occurrunt, negant transitum, ni portionem accipiant praedae, hinc iurgium, & mox praelium, in quo ita in femore vulneratus est Philippus, ut occisum putaret, sed coualuit. Eo conualescente, diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert, quorum causa Thebani se iunxerunt;

Olynthiacum
bellum.Philippi
scelerata.Scythae a
Philippo
vincuntur.

Victoria
Philippi co-
era Atheni-
cenis.

Arfanius
rex Persa-
rum.

Jaddus In-
dorum pon-
tifer.

prouocant Græcas ciuitates, quasi contra communem hostem. Prælio commissæ, Athenienses vincuntur, fortiter occumbentes. hic dies vniuersæ Græciæ & gloriam dominationis & libertatem finiuit. Compositis rebus Græciæ, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerum statum euocari Corinthum iubet. Ibi pacis leges vniuersæ Græciæ statuit, consilium veluti senatum ex omnibus vnum elegit. soli Lacedæmonij & legem ac regem contempserunt, seruitutem, non pacem rati. auxilia à singulis ciuitatibus describi iubet, summa auxiliorum 20000. peditum fuere, equitum 15. millia. Ocho Artaxerxe defuncto, vt supra dictum est, Arfanius filius eius successit in regno, regnavit annis 4. Anno primo Arfaniij regis, Jaddus in demortui Ioannis pontificis & patris locum successit, vir bonus & pacis amator, qui cum mores labefactos componere voluisset, multos & maximè Manassæ fratrem inuenit aduersarios. Nam Arfanius rex præfecerat regionibus trans flumen Sanaballam de genere Cuthæorum, ex quibus Samaritæ descenderunt. vnde quia Manassæ contra fratrem Jaddum ad pontificatum adspirauit, Isacham filiam Sanaballæ duxit vxorē. Cumque ministraret in sacerdotio, indignati sunt Hierosolymitæ, iubebantque eum recedere ab vxore, aut non introire sanctuarium. Itaque Manassæ transtulit se cum vxore ad focerum suum, qui pollicitus est quod ædificaret ei templum instar Hierosolymorum super montem Garizin, sed hoc cum licentia regis faciendum erat Darij, scilicet qui Arfania patri in regno successit. Interim autem condidit ei Abigsam, qui est mediterraneus vicus Syriorum & insignis, dedit ei impensas ad victum, illuc se Manassæ cum multis sacerdotibus atque vxoribus eorum transtulit, & sacerdotiū scindere studuit, prout diceret. Mortuo Arfania rege, successit Darius filius eius vltimus, regnavit annis 6. hic bella cum Alexandro gessit, vt dicitur. Philippus rex, cum auxilia à Græcia belli gerendi causa coeunt, in Asiam Persarum iuris mittit Parmenionem, Amyntam, & Attalum, cuius sororem nuper, expulsam Alexandri matre propter stupri suspicionem, in vxorem acceperat. Anno à mundi exordio 4845. qui fuit decimus regni Artaxerxis Ochi, circiter olympiadem 107. ab vrbe condita 398. Alexander Philippi regis Macedonum & Olympiadis vxoris eius filius nascitur. vulgata tamē historia habet, à Nectanabo iam extra regnum pulso, generatum. Nectanabus rex Aegypti inter sapientes excelluisse memoratur, qui regno pulsus ab Artaxerxe Ocho, in Aethiopiā peruenit. de hoc fertur, quod cum bellū sibi instaret, non exercitū vel machinamenta mouebat, sed ingressus aniam, & in eius secretiorem partem accepta pelui, impleuit eam fonte lymphidissimo, & ex cera componebat nauigij similitudinem, effigiesque hominū ibi collocauit, quæ omnia moueri ac viuere videbantur: adhibebat & virgulam ex ligno hebeni, & vocabat precibus deos superos inferosque. Sic laborabat pelui nauiculā submergi, ex quo fiebat, vt simul cū submersione illius ceræ, etiam omnes hostes, si qui adessent, pelago mergerentur. Quodā autem tēpore nuntiarum est ei, multas gentes aduersus eū vna conspiratione confurrexisse, Indos, Arabes, Phœnices, Parthos Orientis barbariē: quo audito, ipse plausum dat manibus: confugiensque ad consuetas artes, intellexit se ab hostibus vincendum, capiendumque, nisi fugæ consuleret: moxque rasam capite & barba, collectisque omnibus quæ preciosa erant, appulsus est in Macedoniam. Illic ergo amictus veste linea, astrologum se professus est. adeoque celebris fama eius facta est, vt nec Olympiadem reginam lateret: enimvero Philippus tunc bello fortè aberat: regina autem coepit peritiam eius consulere, & ille amore ipsius captus est. Cumque acrius vultum reginæ intueretur, quærit illa, Cur me inspicis? Cui ille, Recordor oraculi quod apud Aegyptum à dijs accepi. & statim promit tabulas auro & ebore variatas, vbi visabantur Iupiter in hyacintho, Sol in crytallo, Luna in adamante, Mars in hæmatite, Mercurius in smaragdo, Venus in sapphiro, Saturnus in ophite. Tunc regina admirans stellarum varietatem, & propius sistens, ô, inquit, intuere quæso meam & Philippi congruentiam. Nam multi credunt, quod mihi alteram superinducturus sit, qui explorata constellatione, ait: Vera fama est, sed opitulabor, ne quid diuortio formides. Nam fatale tibi est ex adpectu, misceri te deo, progenituramque filium vltorem omnium, si qua Philippus in te audebit. Tum illa: Cui, inquit, deo? at ille, Hammoni deo Libya. ergo para te vt reginam decet, videbis somnium, & in somnio nuptias cum deo futuras. Magicis itaque artibus fecit illam somniare quod misceretur deo Hammoni, & quod de illo grauida fieret. Quod cum Nectanabo reuelasset, dixit ille venturum ad eam Hammonem in specie draconis. fecit ergo arte de nocte draconem apparere reginæ,

reginæ, ad quem dum inspiceret, Nectanabus coniungitur, & eam cognouit. Vnde conceptus Alexander est. fecit quoque per somnium illud apparere Philippo, vxorem suam Olympiadem deo misceri. Philippus reuersus, grauidam reginam inuenit. coepit primò credere, deinde dubitans, eam duriter increpat. quod sentiens Nectanabus, arte diabolica egit, vt in solenni conuiuio, vbi aderant Philippus & Olympias, appareret draco: & cum omnes expauescerent, extendit Olympias manus, vt edoceta erat, ad draconem, qui mansuescens, caput in sinum eius reclinabat, ei que osculum dedit, & in aquilam conuersus, è medio euolauit. Tunc Philippus iudicatus, asseruit eam concepisse ex deo. Demum parturiente Olympiade, assistebat Nectanabus, astrorum cursus & morus prospectans. tandem nato Alexandro, motus terra sequitur, & tonitruum crepor, & fulgurum coruscatio. Et vt refert Iustinus, eadie duæ aquilæ tota die super culmen domus sederunt, omen duplicis imperij, Europæ & Asiæ, præferentes. Vocauit autem Philippus natum, Alexandrum. Alexander autem factus annorum 12. patri comes fiebat exercitus, & arma videre cupiebat: equis insiliens, cuncta vt prudentissimus miles agebat. Eodem ferè tempore Philippus Delphos misit, consulens de successore, responsumque accepit: Is demum tuo imperio omni que orbe potietur, quemcunque Bucephalus sessorem pateretur. Erat autem Bucephalus, equus forma spectabilis, homines comedebat vt bellum. hunc diu asseruari iussit Philippus sub claustris præferratis. mansit ita indomitus, vt nemo ausus fuerit ne tangere quidem. qua re factū est, vt Philippus eum abijcere mandasset. Alexander verò cum fortè adesset, vt refert Plutarchus, obloquitur, & imperitiam molli-tiemque mangonū criminatur. quod verbum Philippus agrè tulit, quod prudentiores increparet. Tunc ille, Hunc me commodius quam ceteri pertractaturum affirmo. at Philippus: Si id non feceris, quam pro hac insolentia poenam lues? ego, inquit, equi precium soluam. sublato risu, Alexander festinabundus correptum habenis equum contra solem conuersum statuit. animaduertent enim ad vmbra conturbati. inde ipso molliter circumducto, blandè iuba attractata, reiecta sensim chlamyde, equum securus ascendit, laxat habenas, vrget calcibus, fitingens clamor, pater verò præ gaudio illachrymassè traditur, descendensque caput exosculatus, dixisse: Aliud tibi par iam regnum quære, non enim te iam Macedonia capit. Dum Philippus fortè absens est, non solito affectu quo solitus fuerat, Olympiadem diligens, protinus Olympias Nectanabum repetit, eum consulit. Qui dum assidenti sibi Alexandro ex arte illa loqueretur, petijt Alexander vt artem illam eum doceret: cumque iam in illa arte profecisset Alexander non modicum, nocte quadam ad præcipitium fossæ veniens voraginosæ, ibi Nectanabum præcipitem artis experiendæ causa fecit. Cumque ille idu ceruicis lætaliter affigeretur, conquerereturque, cur tam impiè ageret, respondit Alexander: Conquerendum tibi de arte est, quippe qui nesciens quæ tibi impendeant humi, cæli secreta rimari satagas. Ad hæc magus: Nulla mortalium contra fatum fuga est: olim per hanc scientiam noui me à filio interfectum iri. Tunc Alexander: Num ego filius tuus sum? At ille confessus est Aegypti fugam, & qua arte Olympiade potitus sit. & his dictis, animam efflauit. Tunc Alexander imponit eum in humeros, & reuectat, ei que sepulcrum erigit operosissimum, atque patri omnia refert. tunc illa admirata est se tot annis illusam. His temporibus, vt refert Vincentius, Methona ciuitas nunciatur à Philippo descivisse. ad quam Philippus cum exercitu dicitur misisse Alexandrum, quam breui subegit. Rediens, ingreditur regiam, patri victoriam nunciaturus. vidit barbaro habitu homines, percontatur qui sint. cognoscit Darij regis Persarum esse legationem, & quod venissent tributum terræ & aquæ postulare. Miratur Alexander, dicens vni illorum: Hæc ne elementa vendicant Persæ, quæ Deus cunctis in communi largitus est? Igitur ferri iubet à se ad Darium mandata, scilicet vt ab hac petendi consuetudine temperet: sin aliter, sciret se cum Alexandro prælio acrius concertaturum. His dictis, iussit homines abire. Philippus filio Alexandro, vt æquum est, summa beneuolentia vbique affectus fuit. At ex Cleopatra nouerca Olympiadi superinducta, discordia suborta est. causam adhibuit Attalus auunculus Cleopatras, qui cum in nuptijs Macedones exhortaretur, deos orarent, vt ad regni successionem legitimus ex Philippo & Cleopatra crearetur hæres, excandescens Alexander, ô improbum caput, inquit, nos tibi nothi videmur? simulque in eum misit poculum. Insurgens inde Philippus contra Alexander

Alexandri
Parrus.

Bucephalus
equus.

Nectanabi
interitus.

Diffidii in-
ter Alexan-
dram & Phi-
lippum.

De Philippi
morte.Plures Phi-
lippi filij.Alexander
rex saluta-
tur.

xandrum mucrone, sed ictus inanis excidit. tunc Alexander conuicijs adortus Philip-
pum, receptamque Olympiadem in Epirum duxit, sed paulò post Philippus Alexan-
drum multis precibus reuocauit. Inter hæc nuptias Cleopatæ filia Alexandri,
quem fecerat regem Epiri, celebrat Philippus. dies erat pro magnitudine duorum re-
gum, & collocantis filiam, & vxorem ducentis, apparatus insignis. sed nec ludorum
magnificentiæ deerat, ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus medi-
us inter duos Alexandros, filium generumque procederet, Pausanias nobilis ex
Macedonibus, nemini suspectus adolescens, occupatum angustijs Philippum in
transitu obtruncat. hic puer stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat, qui eum
etiam postea tanquam vile scortum libidini conuiuorum subiecit, de quo Philip-
po conquestus, non vindicatus, sed derisus fuit, ideo in eum exarsit. Creditum est
etiam, immisum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrum igna-
rum paternæ cædit extitisse, quippe non minus Olympiadem repudium & prælatam
sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam, doluisse: Alexandrum quoque, regni
ænanulum fratrem ex nouerca susceptum, timuisse. Hæc Iustinus. alij aliter, vt mox di-
cetur. Hanc mortem prædixisse fertur Philippus, interrogatus aliquando à quo-
dam principe suo, quæ mors esset viro forti optanda. cui Philippus, Viro forti & post
multas victorias in pace ac gloria constituto, mors improuisa est, inquit, optanda.
Haud ab simile C. Iulius Cæsar respondisse fertur. De occisione Philippi alij ferunt:
cum Philippus Alexandrum in Armeniam rebellantem misisset, inquit, Pausani-
as, qui Olympiadem vxorem Philippi ardebat, sentiens Alexandrum abesse, con-
iuratione facta Philippum inuasit, multisque vulneribus eum confodiens, ipsius
ciuitate potitus est, festinauitque ad raptum Olympiadis. Alexander tum ex Ar-
menia victor applicuit, offenditque turbas & Philippi vulnera. viso inter hæc Pau-
saniam adhuc præsentem, cum eum iaculo destinaret percutere, retineretur autem
formidine matris vulnerandæ, Olympias sic eum adhortata est: Iaculare, inquit, fi-
li, ne dubites. Alexander autem cum Philippum adhuc spirare comperisset, iussit
Pausaniam illuc adduci, gladium in dextram patris misit, quo manu eius oppeteret.
Ergo iam moriens Philippus, ait: Nihil est quod me contristet. vltus enim authorem
iniuriæ, libens morior. & adiecit, Reminiscor ô Alexander deum matri tuæ præ-
gnanti prædixisse, quia vindicem filium esset paritura. Cum Iustino sic consonat Plu-
tarchus in vita Alexandri, nisi quòd addit, Alexandrum postea morte Pausaniam af-
fecisse. Decessit hoc modo Philippus tertio Arsanij regis Persarum anno. at ha-
bebat ex Larissæa saltatrice filium Arideum, qui post Alexandrum regnauit. Habuit
& multos alios filios ex varijs matrimonijs, qui partim ferro, partim fato periere. fuit
autem Philippus rex armorum quam conuiuiorum studiosior. inter quotidianas rap-
inas semper inops erat. erat in eo misericordia & inuidia pariter, blandus erat pari-
ter & insidiosus. amicitias vtilitate, non fide colebat, eloquentia insignis, nulla apud
eum turpis vincendi ratio. Valer. lib. i. Philippus, inquit, pater Alexandri, Apollinis
oraculo admonitus, vt à quadrigæ violentia salutem suam custodiret, omnes currus
per totum suum regnum disungi iussit. locum etiam qui in Bœotia quadriga cele-
bratur, semper vitauit. sed Pausanias in capulo gladij quo illum occidit, quadrigam
cælata habuit. De hoc Philippo Plutarchus in apophthegmatis refert, quòd ali-
quando Alexandro querenti, quòd Philippus multos ex pluribus mulieribus suscipe-
ret filios, cui Philippus: Quando habes regni æmulos, dato operam vt honestus &
probus fias, quo non mea, sed tua gratia regnum adipiscaris. Idem de eodem:
Cum quendam iudicem capillum tingentem vidisset, eum amouit, inquit: Qui
in pilis fidus non esset, cum nec fidum fore in rebus seruandis. Idem Machetæ
cuiusdam causam iudicans minùs accuratè, illo appellante, iratus Philippus, Ad
quem, inquit, appellas? ille, Ad te ipsum rex, si vigilans attendas. Hunc vbi Philippus
accepit iniuria affectum, sententiam non rescidit, sed æstimationem litis persoluit, ius-
tè quidem & benè. Obtruncato autem (vt dictum est) Philippo, sicut in eius exer-
citu variæ gentes erant, ita diuersi morus animorum fuere. Alij iniusta seruitute op-
pressi, ad spem se libertatis erigebant, alij tædio longinquæ militiæ remissam si-
bi expeditionem gaudebant, amicos quoque tam subita mutatione rerum haud
mediocri metus ceperat, putantes nunc prouocatam Asiam, nunc Europam non-
dum perdomitam, multos fidei dubiæ deficere. His rebus velut medela quædam
interuentus Alexandri fuit, qui pro concione ita vulgus omne consolatus hor-
tatusque

tatusque pro tempore est, vt & metum timentibus demeret, & in spem sui omnes im-
pelleret. Erat hic annos viginti natus, Macedonibus immunitatē cunctarum rerum,
præter militiæ vacationē, dedit. quo factò tantum fauorem omnium conciliat, vt cor-
pus, non regē, mutasse dicerent. prima illi cura paternarū exequiarū fuit, in quibus cæ-
dis paternæ confcios ante tumulum occidi iussit, soli Alexandro Lyncistarum fratri
pepercit. nam ab eo rex primū fuit salutatus. æmulum verò imperij Caranum frat-
rem ex nouerca, interfici iussit. inter initia multas gentes rebellantes compefcuit,
orientes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus, cito gradu in Græ-
ciam contendit, inchoatum proinde bellum à patre Persicum aggreditur, in cuius
apparatu nunciatur, Athenienses, Thebanos & Lacedæmonios ab eo ad Persas de-
fecisse, authoremque eius defectionis, magno auri pondere à Persis corruptū, Demo-
sthenem oratorem extitisse. Quibus motibus occursum, rāta celeritate instructo pa-
ratoque exercitu Græciam oppressit, vt quem venire non senserant, videre se vix cre-
derent. In transitu hortatus Thessalos, beneficiorumque Philippi patris, maternæque
necessitudinis admonuerat. cupidè hæc Thessalis audientibus, exemplo patris dux
vniuersæ gentis creatus erat, & vectigalia omnia redditusque suos ei tradiderant. Sed
Athenienses sicuti primi defecerunt, ita primi pœnitere cœperunt, pueritiam Alexan-
dræ antè spretam, supra virtutem veterum ducū extollentes. Missis itaq; legatis bel-
lum deprecantur. quibus auditis & grauiter increpatis, Alexander bellū remisit. inde
Thebas exercitum conuertit, qui armis, non precibus, vti sunt. Itaque supplicia mi-
serimæ captiuitatis experti sunt: nam licet multum deprecaretur Eleades ex capti-
uis vnus, varias adducens excusationes, potentior fuit ira, quam preces. itaque vrbs di-
ruitur, agri inter victores diuiduntur, captiui sub corona venduntur. Miseranda res
Atheniensibus visa, ideo portas refugijs profugorum contra interdictum regis aperu-
ere. quam rem ita grauiter tulit Alexander, vt secunda legatione denuò bellum de-
precantibus ita demum remiserit, vt oratores & duces, quorum fidutia toties rebel-
lent, sibi dedantur. eò res deducta est, vt retentis oratoribus, duces in exilium ageren-
tur, qui ex continenti ad Dariū regem Persarum profecti sunt. Hæc Iustinus. Cæ-
terum coactis in Isthmo Græcis, & expeditionem in Persas decernentibus, Alexan-
dro plures philosophi & oratores occurrunt. Idem Diogenem facturum existimauit,
qui per id tempus Corinthi versabatur. at is pauci faciens Alexandrum, in cranio di-
uersorium habebat. quò tum pergens Alexander, eum ad solem adspicientem offen-
dit. ille vt tam illustres viros aduentare vidit, paulum sedit, Alexandrum suspiciens. eo-
dem salutato, rogat Alexander, rei ne cuiusquam indigeat. Cui Diogenes, Parumper
ab sole abscedas. qua in re ad eò delectatum Alexandrum ferunt, vt cum amici irride-
rent virum, ille responderet: Ego profectò nisi Alexander essem, Diogenes esse vel-
lem: inuenisse se virum, cui accipere, nihil dare posset. Deinde exercitu naues onè-
rat. vnde conspecta Asia, incredibili ardore mentis incensus, duodecim aras deorum
in belli vota statuit. patrimonium omne suum, quod in Macedonia Europaque habu-
it, amicis diuidit. Absumptis & ferme distributis omnibus, quid tibi rex superest?
Perdiccas inquit. Cui Alexander, spes, ait, Asiam sufficere præfatus. Tum Perdiccas:
Hæc nobis commilitonibus tuis futura communis est. neque enim exercitus eius
alia, quam regis, animorum præsumptio fuit: quippe obliuiscuntur coniugum libe-
rorumque & longinquæ à domo militiæ, Persicum aurum & rotius Orientis opes
iam quasi suam prædam ducebant. Cum delati in continentem essent, primus
Alexander iaculum velut in hostilem terram iecit, armatusque de nauis tripudianti
similis profiluit, atque ita hostias cædit, precatus, ne se regem illæ terræ inuitæ accipi-
ant. Inde petens milites, à populatione Asiæ prohibuit, parcendum suis rebus præfa-
tus, nec perdens ea quæ possessuri venerant. In exercitu eius fuere ex Macedonia 15. Alexandri
millia peditū, auxilia diuersa, octo millia equitum, duo millia indigenarū leuis arma-
tura, Thracum octo millia. vnde hoc numero cum veteri milite congregato, collegit
70. millia septingenta quatuor militantiū. & vt refert Iustinus, non iuuenes robustos
tantum, non primæ ætatis florentes, sed veteranos, plerosque, etiam emeritæ militiæ, qui
cum patre patruique militauerant, elegit, vt non tam milites, quam magistros militiæ
electos putares. ordines quoque; nemo nisi sexagenarius duxit, vt si principia castrorum
cerneres, senatū te prisca alicuius reipub. videre diceres. itaque; nemo in prælio fugam,
sed victoriā cogitauit. Hæc tam parua manu vniuersum orbem terrarū aggredi ausus
fuit. Collecto autem in vnum exercitu, ad Aegypti interiora conscendit, antè ta-
men

Litteræ Darius ad Alexandrum.

Alexandri litteræ ad Darium.

Prima Alexandri cum Dario pugna.

Philippus medicus.

men Darius litteras huiusmodi tenoris dedit: Rex regum Darius, consanguineus deorum, Alexandro famulo meo iubeo, dico, & mando, tibi reueri ad parentes tuos famulos meos, atque in gremio matris cubantem, doceri virile officium: ad quam rem habenam tibi Scythicam misi, & pilam, & loculum cum aureis. Pilam, eo quod eius lusus tua conueniat atatulae. nam hæc opera tibi conueniunt, sciens si omne genus hominum pari conspiratione tecum duxeris, imperium Persarum nequaquam terere poteris. Aureos autem tibi misi, ut si ad reuersionem sumptibus indigeres, habeas quo tibi tuisque necessaria emas. Si iussionibus nostris obtemperare distuleris, protinus mittam qui te vincitum atque contumeliosè verberibus affectum, maiestati nostræ reducant. Hæc scripra primates Alexandri nimium terruerunt. quibus Alexander, Quid tandem dictis barbari perturbamini, quæ arrogantia habent testimonium, non confidentiæ probationem? His dictis, Persarum legatis donat aurum, ac cum his litteras remittit: Alexander rex regum, consanguineus deorum, Dario salutem dicit: Turpe mihi videtur, nimumque abhorrens, tantum regem totque viribus (ut se iactat) * constitum, sub ditone contemptibilium hominum, atque inter eos Alexandro, diu grauius feruiturum. Quæso igitur, quorsum te sententia ducit? dixisti te auri atque argenti opibus abundare, an ut his cognitis, auri sit nobis desiderium, ut obstinatius pugnemus aduersum te? Ad dis misisse te mihi habenam & pilam, loculosque cum aureis, de quibus quanuis ut tibi visum est, dicitaris, ego velut auspiciò cuncta ex te concessa profiteor. Nanque habenam accipi oportet, ut ea in subditos tibi utar: pila verò, tuæ & totius orbis imperium promittit: aurum autem, opum tuarum me dominum testatur. Lectis his litteris, Darius ad satrapas ultra Taurum montem degentes, talia scribit: Fertur quidam adolescens insanire Philippi filius, Asiamque vniuersam incurfare. super quo placet nobis, ut verberibus puerilibus grauius afflictus, indutusque post veste purpurea, nobis tradatur. satrapas eius & classem cum nautis submergite, milites cunctos ad rubri maris vteriora transducite. Prima igitur congressio in campis Adrastris fuit. in acie erant Persarum sexcenta millia militum, quæ non minus arte Alexandri, quam virtute Macedonum superata, terga verterunt. magna itaque cædes Persarum fuit, de exercitu barbarorum 20. millia peditum, duo equitum cecidisse feruntur, cum ex Alexandri exercitu quatuor & triginta caesi tantum inueniantur. Ea pugna magnam ad res Alexandri momentum peperit. Sardis enim imperij maritimi tutamen & propugnaculum cepit, multaque ad eum defecerunt oppida. Solæ contra eum Halycarnassus & Miletus stabant, quas tamen vi occupat. Post hæc Gordium urbem petit, inter Phrygiam maiorem & minorem sitam, cuius urbis potiundæ non tam præda traxerat, quam quod audierat in ea urbe in templo Iouis iugum plaustrum Gordij positum, cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, oracula cecinisse. Plaustrum hoc Gordius in templo posuit Iouis, ex eo quod plaustrum ducens, rex oraculis creatus exiit. Igitur Alexander capta urbe, cum in templum Iouis venisset, iugum plaustrum requisit. quo exhibitò, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, gladio loramenta cedit. atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita inuenit. Nihil, inquit, interest quomodo soluantur. & sic sortem vel illudit, vel impleuit. Hoc illo agente, nunciatur Darii cum ingenti exercitu aduentare. itaque timens angustias, magna celeritate Taurum transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursus fecit. Cum Tarsum venisset, captus Cydni fluminis amœnitate per urbem influentis, proiecitis armis, plenus pulueris atque sudoris, in præfrigidam vndam nudum se proiecit. Tunc repente membra rigor occupauit, ut interclusa voce, non spes modò remedij, sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis, nomine Philippus, quem Parmenionis epistola suspectum fecit, à Cappadocia missa. scripserat enim Alexandro, Philippum medicum ut caueret, corruptum illum à Dario pecunia. verum Alexander ratus pro tempore dubiæ se fidei magis medici committere, quam indubitato morbo perire: Accepto igitur poculo, epistolas medico tradidit, atque ita inter bibendum oculos in vultum legentis intendit. ut securum conspexit, latior factus est, sanitatemque quarta die recepit. Igitur Darius cum trecentis millibus peditum, & centum millibus equitum in aciem procedit. mouebat hæc multitudo hostium Alexandrum: quia tamen aliquando paucioribus victor euasit, rem aggreditur. Itaque cum spes metum vinceret, periculosius bellum differre ratus, ne desperatio suis cresceret, circuectus suos, singulas gentes diuersa oratione alloquitur, Illyrios ac Thraces, Græcos atque Macedones, laborum finem hunc & gloriæ cumulò fore. itaque inter hæc consistere aciem iubet, nec Darii segnis

ope-

opera in ordinanda acie erat: quippe ommissis ducum officijs, ipse omnia circumire, singulos hortari veteris gloriæ Persarum imperijque. Post hæc prælium ingentibus animis committitur. in eo vterque rex vulneratur. tam diu certamen anceps fuit, quoad fugeret Darius. exinde cædes Persarum secuta. caesa sunt peditum 61. millia, equitum decem millia, capta 40. millia: ex Macedonibus cecidere pedestres centum triginta, equites 41. In castris Persarum multum auri cæterarumque opum inuentum, inter captiuos castrorum mater & vxor, foror & filia duæ Darij fuere, ad quas visendas hortandasque cum Alexander venisset, conspectis armatis, inuicem se complexæ, velut statim morituræ, complorationem ediderunt: prouolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem, sed ut Darij corpus sepeliant, dilationem mortis precantur. Morus tanta mulierum pietate Alexander, & Darium viuere dixit, & timentibus metum mortis demit, easque haberi & salutari ut reginas præcepit, nihil cultus & honoris pristini illis ademit. Quod verò gratia regali dignissimum fuit, mulieres ingenuas & captiuas, nullum ex eo turpe vel audisse vel intellexisse contigit. Et profectò Darij coniugem vniuersas decore & forma antecessit reginas, quemadmodum & Darium cunctos & specie & proceritate viros, similimasque parentibus fuisse puellas: quas cum Alexander inspiceret, dicere per iocum solebat, Dolores oculorum Persicæ sunt puellæ. Post hæc opes Darij diuitiarumque apparatus contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxuriosa conuiuia & magnificentiam epularum sectari, tunc Barsanen captiuam diligere propter formæ pulchritudinem cepit, à qua postea puerum susceptum, Herculem vocauit. Memor tamen adhuc Darium viuere, Parmenionem ad occupandam Persicam classem, aliosque amicos ad recipiendas Asiæ ciuitates misit. quæ statim, audita fama victoriæ, præfectis Darij cum auri magno pondere traditis, se in potestatem victorum dederunt. Tunc in Syriam Alexander proficiscitur, vbi obuios cum infulis multos reges Orientis habuit: ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit, alios regno priuauit, suffectis in loca eorum nouis regibus. Tyriorum ciuitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset, gratè munere accepto, ire se Tyrum dixit. quod cum displiceret legatis, ita exarsit, ut urbi excidium minaretur. exercitum mox illò duxit, vbi à Tyrijs bello exceptus est. de his mox infra latius scribemus. Tyriorum gens, ut Iustinus in 18. ait, condita à Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluere. Post multos deinde annos à rege Aiscaloniorum expugnati, nauibus appulsi, Tyrum urbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Ibi Persarum bellis diu vexati, victores fuere: sed attritis viribus, à seruis suis multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt: atque ita potiti urbe, lares dominorum occupant, remp. inuadunt, coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus seruorum fuit, qui dominum suum filiumque seruauit. itaque occisis dominis, seruis de statu reipub. deliberantibus, placet regem de suo corpore creari, eumque potissimum quali dijs acceptissimum, qui solem orientem primus vidisset. seruus ille ad Stratonem dominum suum occultè latentem, rem detulit. Ab eo informatus, quum medio noctis omnes in vnò campum descendissent, cæteris in orientem spectantibus, solus Occidentis regionem intuebatur. Id primum alijs videbatur furor. vbi verò dies aduentare cœpit, editissimisque culminibus urbis sol oriens splendere, expectantibus alijs ut ipsum solem aspicerent, primus omnium fulgorem solis ostendit. non seruilis ingenij ratio visa. requiruntibusque auctorem, dominum confitetur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus præstarent ingenijs. venia seni filioque data est, & velut numen quoddam seruatos arbitantes, regem Stratonem creauerunt. post eius mortem regnum ad posteros transiit. Celebre hoc seruorum facinus, metuendumque exemplo. Itaque Alexander Magnus velut vltor publicæ securitatis, expugnata urbe, omnes qui prælio superfuerant, ob memoriã veteris cædis, crucibus affixit. genus tantum Stratonis inuiolatum seruauit, regnumque restituit, ingenuis & innoxijs insulæ attributis. Hoc modo Tyrj conditi, conualuere. Tunc Sanaballa præfectus Darij, ut supra dictum est, eligens de suis octo millia; in Alexandri profectus est auxilium, dicens se libentius obsequi ei quam Dario. loca sibi credita, tradit Alexandro. præterea impetrat genero Manassæ, ut templum extruat, quia id vtile foret regi, ne scilicet vnanimis Iudæi rebellent.

Con-

Humanitas Alexandri erga Darij vxorē &c.

Alexandri in Syriam profectio.

Tyriorum origo.

Permittit
Alexander
in Samaria
templum
extrui.

Concedente verò Alexandro, ædificauit Sanaballa templum, quod permansit vsque ad destructionem factam per Romanos, & in eo constituit Manassè pontificem.

Porrò dum Alexander erat in obsidione Tyri, scripsit ad principem sacerdotum in Hierusalem, inuitans vt sibi præberet auxilium, & exercitui venalia, redderetque tributa quæ antè Dario dabat. Respondit Iaddus pontifex, se Dario sacramentum dedisse, nec eo viuente posse transgredi. Tunc minatus est ei Alexander, & aggeribus iniectis, Tyrum fecit continentem, quæ vastata est simul & Gaza. Alexander autem capta Gaza, in Hierosolymam contendit. tunc timentes Iudæi, clamauerunt ad Dominum, & immolabant hostias. Iaddus orabat pro gente Iudæorum, cui separato præcepit Deus, vt ornaret ciuitatem, ipseque in pontificalibus, & reliqui induti stolis Alexandro occurrerent. Surgens, visa omnibus indicat. appropinquante verò vrbi Alexandro, processit pontifex cum sacerdotibus & ciuū multitudine ad locum, vnde Hierosolyma & templū videri posset. Et factum est contra spem omnium. Alexander enim intuens pontificem stola insignem, & super cidarim laminam, vbi erat inscriptum nomen Dei tetragrammaton, descendit de equo, adiit cum solus, & nomen adorauit, pontificem veneratus. Obstupuerunt principes exercitus, Iudificatam mentem regis putantes. Solus Parmenio quæsiuit ab eo, cur pontificem Iudæorum adorasset, respondit: Non hunc adorauit, sed Deum, cuius principatum sacerdotij gerit. Nam per somnium in tali habitu Deum conspexi, adhuc in Macedonia constitutus. & cum interrogassem, vtrum Asiam possem obtinere, iussit me confidere: nam semper se futurum exercitum, & principatum Persarū mihi traditurum. Nunc autem vidi in hoc sacerdote ipsius effigiem, & propterea hominem veneratus sum. Ingressus urbem Alexander, in templo sacrificauit Deo secundum sacerdotis ostensionem, & attulerunt ei Danielelem prophetam, in quo scriptum erat, quendam Græcorum perditurum potentiam Persarum. Alexander arbitrans de se scriptum, gauisus est, & in crastinum conuocans populum, iussit petere quæ vellent, & ipsis petentibus, concessit Iudæos vbique patrijs vti legibus, & septimum annum sine tributo esse propter sabbatum terræ. exinde ad alias ciuitates profectus est. Tunc Samaritæ videntes eius munificentiam circa Iudæos, cognatos se dicunt de semine Iudæorum, originem suam trahere ab Ephraim & Manassè. Postulauerunt, vt templum eorum in Garizin honoraret, quod in reditu promissit. cumque peterent ab eo relaxationem septimi anni, quæsiuit qui essent, & dixerunt se esse Hebræos. cumque adderet, vtrum essent Iudæi, negauerunt. quibus ait, Iudæis hoc tantum concessi. Ad Iouem deinde Hammonem Alexander pergit, consulturus & de euentu futurorum, & de origine sua. Cupiens autem originem diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi velit. Ingredientem templum, statim antistites vt Hammonis filium salutant: ille lætus dei adoptione, hoc se patre cenferi iubet. Rogat deinde, an omnes interfectores patris sui sit vltus: respondent, patrem eius nec posse interfici, nec mori, regis Philippi peractam plenè vltionem esse. tertiam interrogationem poscenti, victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum dari respondent. Comitibus quoque suis responsum, vt Alexandrum pro deo, non pro rege colerent. hinc illi aucta insolentia. Aliquando quum sagitta faucibus, dolore collaberetur, Amici, dixit, hunc planè cruorem mortalium, ac non diuinorum vulnera spargunt. Darius interim cum Babylonem perfugisset, Alexandrum per epistolas precatur, vt redimendarum sibi captiuarum potestatem faceret, magnam pecuniam pollicitus. Sed Alexander pro precio regnum omne petit. iterum Darius regni portionem offerens, & filiam in matrimonium dari. Ad hæc Alexander iussit supplicem venire, regni que arbitria victori permittere. Tunc Darius ratus est verè se victum, gratumque sibi esse, cum vincere nequeat, quod à tali potissimum vincatur. scribitque Alexandro gratias agens, quod nihil hostile in suos fecerit. Alexandro inter hæc visum est, vt ipse ad Darium internuncius iret. comitatus proinde solo Eumedo atq; vno satellite, deuenit ad Strangam fluum, ibi Eumedum subsistere iubens, Dario talia factur: En tibi adsum internuncius Alexandri, cuius mandata sunt talia: Ego, inquit, arbitrator eum regem, qui minùs festinanter contendit ad prælium, ipsum suæ ignauitæ & diffidentia testem esse. quapropter responde, quid temporis agendi dederis nobis? Tunc Darius, Nunquid tu ipse ades Alexander, qui nobis adeo confidenter bellū indicis? Negat ille. tunc Darius manum apprehendens, secum duxit in regiam ad cœnam, iussusque est contra Darium discumbere: & quodcunque vas ad bibendū sum-

Danielis de
Alexandro
propheta.

Cōpellatus
Alexander
ab antistite
Hammonis
filius,

psit, exhaustum in sinu recondebat. quod intelligens Darius, furti eum arguendum dicit. Ad hæc Alexander, hunc morem seruari in curia Alexandri, & se putasse idem hic seruari consueisse. Coena facta, vnus ex conuiuantibus, qui aliquando hospitio susceptus fuerat à Philippo, coepit recognoscere Alexandrum. Quod sentiens Alexander, vnà cum poculis profiliens exijt, & mox præforibus vnū ex Persis tenentem equum suum, transofdit gladio. Consenso equo, fugam iniit. Persæ autem insecuti sunt, sed Alexander velocior euasit. Darius autem damno hostis elapsi, nimio mœrore conficitur. Alexander ita maxima cum difficultate fluum transit, & ad suos saluus peruenit. Interea Darius exercitum adducit. cumque ad prælium solus rex dormiens deesset, à Parmenione agrè excitatus, somni causas aperit, magno æstu liberatum se dixit, securitatem victoria sibi darā, statuitque vt nemo de suis fluum transiret. Interim transeunt Persæ, commissoque prælio, facta est vtrique strages magna. tandem Persæ fugiunt. voluit ibi mori Darius cum socios vinci videret, sed à proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam, vt pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur, Non ita salutis suæ velle consultum ait Darius, vt tot millia sociorum hostibus obijciat: debere & alijs fugæ viam patere, quæ pauere sibi. Alexander autem periculosissima quæque aggreditur, & vbi conferrißimos hostes acerrimè pugnare conspexisset, eò se semper ingerebat, periculaque sua esse, non militum volebat. raro etiam vilo prælio tantum sanguinis effusum est. Tunc Darius spe omni amissa, ingressus regiam suam, humi se prosternit, lamentatione nimia fatigatus. Tandem respirans, scribit Alexandro: Domino meo Alexandro Darius salutem: Compentius feceris, si miseratione vincas illos, quos tibi fortuna subiugauit. Quæso itaque, vt materis, coniugis ac filiarum nostrarum (vt te dignum est) meminisse digneris, mihi que remittas eas: & tuæ beneuolentiæ vicissitudinem spondeo, thesauros omnes quoscunque reges ac patres mei reliquerunt, ipse tibi tradam, maioremque partem regni vsque ad Euphratem fluum, & alteram filiam vxorem. Ad hæc Alexander, Neque mundum posse duobus solibus regi, nec orbem duobus regibus. obtulit postea, omnia regna velle sibi donare. Alexander, se non recipere, sed dare cui vellet, renunciat. Tunc Darius Porò regi scripsit, vt ei auxiliaretur contra Alexandrum, multa ei promittens, & id Alexandrum non latuit. Accelerat propterea Darium præuenire, antequam in Caspias portas intraret. expugnat Persipolim caput Persici regni, urbem illustrissimam, refertam orbis terrarum spolijs, deinde 37. diebus prædam percensuit. Inter hæc octingenti Græci occurrebant Alexandro, quos Darius captiuos tenuerat, truncata corporis parte. quibus cum dedisset Alexander redeundi copiam, maluerunt ibi mori, quam foedum suum conspectum reportare. Aderant autem Dario duo satrapæ Bessus & Nabarzanes. hi in gratiam Alexandri cupientes venire, Darium solitarium inuenientes opprimunt, & lætialiter vulnerant. post hæc idem Darius in gratiam victoris, à cognatis suis aureis compedibus catenisque in vico Parthorum Tania vincitur. Alexander quoque citato cursu postera die superuenit, ibique cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. iussit itaque exercitū subsequi, cum septem millibus equitum fugientem insequitur. in itinere multa & periculosa prælia fecit. Deinde cum nullum Darium indicium reperisset, respirandi equis data facultate, vnus ex militibus dum ad fontem proximum pergit, in vehiculo Darium multis vulneribus confossum, sed spirantem adhuc, inuenit. Qui applicito captiuo, cum ciuem ex voce cognouisset, id saltem præsentis fortunæ solatium se habere dixit, quod apud intellecturum verba facere posset. orat agi Alexandro gratias de beneficijs matri ac liberis suis impensis.

Sunt & qui scribant, Alexandrum adhuc spirantem inuenisse Darium, dixisseque morientem, En mihi in tali fortuna constituto magnum adest mortis meæ solatium, quod in tuis manibus, o Alexander regum fortissime, spiritum effundam. Quæso ne inuideas mihi sepulturam, quam mihi cum Persis tui Macedones exequantur. rogo, matrem meam & vxorem commendatas habeto. filiam verò Roxanen vt coniugio tuo dignam censeas, præcor. His dictis, exhalauit spiritum. Alexander, fufus lachrymis, Darium ritu Persarum iuxta regiam dignitatem sepeliri iussit. Igitur secundum Hieronymum, anno 6. regni sui, anno secundo olympiadis 12, Alexander interfecto Dario, Babylonem obtinuit, in quo regnum Persarum destructum est, quod stetit annis ducentis xxxij. per reges quatuordecim. Refert autem Orofius, quod tribus his prælijs quinquaginta milia hominum centena peditum equi-

Tertia Da-
rianorum
strages.

Darij pre-
ces.

Darij mors.

Bessus & Nabarza-
nes crucifi-
guntur.

Alexander
Epirota.

Dionysius
Siculus ty-
sannus.

Locrensis
votum.

equitumque millia consumpta sunt. Alexander cupiens scire, qui Darium regem interfecissent, in publico ita ait: Gaudeo nunc me hostem maximum superasse Darium, & licet ipse executus non sim, habeo gratiam condignam rependere his, qui beneuolentia mea eum interfecerunt. Iuro equidem per maiestatem meam, sublimes me illos & notissimos, ubi cognouero, facturum. Quo audito, Bessus & Nabarza-nes se produnt: quos Alexander in altissimo loco fecit crucifigi. Tunc etiam Alexander in Bactrianis & Sogdianis duodecim ciuitates condidit, quas suo nomine Alexandrias vocauit. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatri à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Sophryonis præfecti eius in Scythia, continebantur. Post enim profectio- nem Alexandri, Græcia ferè omnis in occasione recuperandæ libertatis ad arma concurrerat, Lacedæmones secuta, qui Philippi Alexandriæ pacem soli spreuerant, & leges respuerant. Dux huius belli Agis fuit rex Lacedæmoniorum, quem motum Antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit, Agide rege succum- bente. Porro Alexander rex Epiri, in Italiam Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecantibus, ita cupidè profectus fuerat, ac si in diuisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio Oriens, & sibi Occidens forte contigisset, non minorem rerum materiam habens in Italia, Africa, Sicilia, quàm ille in Asia & in Persis. gessit bellum cum Brutijs Lucanisque. multas vrbes cepit, tum & cum Metapontinis, Rurulis & Romanis foedus amicitiamque fecit, sed apud Brutios perijt. Sophryon quoque præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, adunato exercitu triginta millium militum, Scythias bellum intulit, & cæsus cum omnibus copijs, poenas belli innoxia genti illati luit. Cætera de Alexandro postea referemus loco commodiore. In hac quoque generatione Dionysius filius primi Dionysij, in Sicilia extincto parte, à militibus suffectus est. hic Dionysius inter initia regni auunculos fratrum suorum veluti æmulos imperij sui hortatoresque puerorum fratrum, sci- licet ad diuisionem regni, tollere gestiebat. quare prius conciliat sibi populum, ne- xorum enim tria millia è carcere dimittit, tributa populo per triennium condonat, & alijs delinimentis animos omnium sollicitat. Tunc ad destinatum facinus conuer- sus, non cognatos fratrum tantum, sed etiam ipsos fratres interficit. Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, ex nimia luxuria oculorum lippitudinem contraxit, pro- pter quæ cum contemni se videret, sæuitia grassatur, nec vt pater carcerem nexis, sed cædibus ciuitatem replet, ob quæ inuisior fit omnibus. itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperium deponeret, an resisteret. Sed à militibus prædam sperantibus descendit in prælium victor. cum iteratò non felici- tatis fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum ty- rannidem, si mitterent ad eum cum quibus de pace conueniret. In quam rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus nil metuentibus, exercitum ad delendam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa vrbe anceps prælium. oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur. Cumque obsidionem arcis timeret, absque omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. exul à Locrensis socijs re- ceptus, velut iure regnaret, arcem eorum occupat, solitamque ibi sæuitiam exercet, coniuges principum ad stuprum rapi iubebat, virgines ante nuptias abducebat, stu- pratasque procis reddebat, locupletissimos quoque aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum inuadebat. Deinde callido commento ciuitatem cir- cunuenit: cum Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, vouerunt vt si victores forent, die festo Veneris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, cum aduersa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionysius vocat, hortatur vt vxores filiasque suas in templum Veneris, quàm possint ornatissi- mas mittant, ex quibus sorte centum ductæ, voto publico fungantur, religionisque gratia vno stent in lupanari mense, omnibus autem iuratis viris, nequis vllam attami- net. quæ res ne virginibus voto ciuitatem soluentibus fraudi esset, decretum face- rent, nequa virgo nuberet prius, quàm illæ maritis traderentur. probato consilio, quo & superstitioni & pudicitia virginum consulebatur, certatim omnes feminae im- pensius ornatae, in templum Veneris conueniunt, quas omnes Dionysius inmissis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in prædam suam vertit. Quarundam viros ditiores interficit, quasdam ad prodendas virorum pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, Locrorum conspiratione vrbe pellitur. Diony-

Dionysius, in Siciliam redit. ibi Syracusas, securis omnibus, post longam intercape- dinem pacis, per conditionem recipit. paulò post cum grauior crudeliorque ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. tunc deposito imperio, arcem cum exercitu Sy- racusanis tradit: receptoque priuato instituto, Corinthum in exilium proficiscitur. ibi humilima quæque tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit, non contentus in publico vagari, sed potare, nec conspici, sed in popinis lupanaribus- que totis diebus residere, pannosus & squalidus incedere, risum libentius præbere, quàm captare, apud ædiles aduersus lenones iurgari, omniaque ita facere, vt contem- nendus magis quàm metuendus videretur. Nouissimè se ludimagistrum profes- sus, pueros in triuo docebat, vt aut à timentibus semper in publico videretur, aut à non timentibus facilius contemneretur. Nam licet tyrannus vitijs abundaret, tamen simulatio hæc non naturæ erat: magisque hæc arte, quàm amisso regali pudore facie- bat, expertus quàm inuisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. Inter has tamen dissimulationum artes, ter insimulatus est affectatæ tyrannidis, nec aliter quàm dum contemnitur, liberatus est. Id confirmat Valer. lib. 6. Dionysius, dicens, cum à patre totius Siciliae principatum accepisset, tandem propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit. Huius Dionysij cum omnes Syracusani interitum opta- rent, quædam anus sola quotidie deos orabat, vt incolumis ac sibi superstes esset. au- diens Dionysius, admiratur, causam quærit. at illa: Puella, inquit, cum essem, & gra- uem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam, successit illi grauior. illo etiam cum carere cuperem, tertium re impotentiorem excepimus. timens ergo deterioremi ti- bi succedere, caput meum pro tua salute deuoueo. Tam facerem audaciam Dionysi- us erubuit. Huius Dionysij fuit Plato magister, vt refert Tullius. Porro aded honorifi- cè suscepit Platonem Dionysius, vt ei iret obuiam cum ingenti multitudine & nau- ibus velis adornatis. Interrogatus aliquando Dionysius, quo pacto factum sit, vt cum eius pater pauper Syracusanos in ditionem vendicasset, ipse & rex & regis filius amississet: Pater, inquit, suam mihi tyrannidem reliquit, non fortunam. Idem Tullius quoque scribit de eo, quod aded suspiciosus & meticulosus erat, sciens se ab omnibus odio haberi, quod sub motis amicis, in eorum locum ferocissimos barbaros, quibus latera sua committeret, substituit, & etiam tonforum metu filias suas tondere do- uit: quibus adultis non est ausus ferrum committere, sed instituit, vt candentium glandium etiam nucum putaminibus barba sibi & capillus adureretur. nec securi- orem maritum egit quàm patrem. Duarum enim simul, scilicet Aristomaches & Doridis Locrensis, matrimonijs illigatus, neutrius vnquam nisi excussa comple- xum petijt. lectum quoque, quasi castra, lata fossa cinxit, in quem se ligneo pòte recepit.

Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Aphrica princeps Carthaginensiu Hanno, opes suas quibus reipub. superabat vires, ad occupandum dominationem intendit, regnumque inuadere interfecto senatu conatus est. Cui sceleri solennem nuptiarum diem filia suæ legit, vt religione votorum nefanda committerentur. Itaque plebi pu- blicè epulas, senatui in domo sua parauit, poculis veneno infectis, vt secretius se- natum interficeret. Qua re magistratibus per ministros prodita, scelus declinatum, non vindicatum est. Hoc consilio præuentus, iterum seruitia concitat, statutaque rur- sum cædium die, cum denuo se proditum videret, timens iudicium, munitum quoddam castellum cum viginti millibus seruorum armatis occupat. Ibi dum Afros regemque Mauritanorum concitat, capitur: virgisque cæsus, effossis oculis, & manibus cruri- busque fractis, velut à singulis membris poenæ exigenter, in conspectu populi occi- ditur. Filij quoque ac cognati omnes etiam innoxij, supplicio traduntur, ne quis aut ad imitandum facinus, aut ad mortem vindicandam ex tam nefaria domo superesset.

Anno ab vrbe condita 390. afflicta est vrbs magna peste, & in medio eius aperta est terra magno hiatu, ex cuius abyssu exhalabat foetor multos inficiens. Cumque à dijs suis Romani postularent remedium, responsum est, quod si Romani vellent Repub- licanam suam perpetuam esse, illud in quo plus excelleret, deuouerēt illi hiatui. Cur- tius ergo interpretatus viribus & armis alios excellere, præcipitem se in illud antrum armatus, & equo insidens dedit, super quem ciues omnes honoris gratia frumenta iniecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperabat. Interim terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem fluuium ad quartum lapidem ab vrbe conse- dit, vbi T. Manlius adolefcens nobilissimus, prouocatum ad singulare certamen Gallum, progressus occidit, & sublato torque aureo, colloque suo imposito, in

perpetuum sibi ac posteris Torquati cognomen accepit. Is est qui cum audisset diem patri dictam à Pomp. tribuno plebis, nocte urbem petijt, secretum colloquium à tribuno impetrauit, & gladio stricto, dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Alio quoque tempore quidam ex Gallis aliquem ex Rom. qui optimus esset, ad singulare certamen prouocabat. Tum M. Valerius tribunus militum se obtulit, & cum processisset armatus, coruus ei super dextrum brachium sedit, moxque commissa pugna, idem coruus alis & unguibus oculos Galli verberauit, vt in directum prospicere non valeret. & ita Valerius Gallum peremit, victoriam & nomen Coruini obtinuit, & propter hoc meritum 23. annos natus, consul est creatus. Quo tempore acris pugna Ro. fuit cum Gallis, sed vrbi Romanæ gloriosa. vicerat enim, pulsus ex agro Romano Gallis. Per idem tempus Latini cum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatum, conditionem tulerunt, vt si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. quod cum esset negatum, bellum contra eos susceptum est, & ingenti pugna superati sunt, & de his perdomitis triumphatum est. Per eadem ferè tempora cum Decius consul esset cum Manlio Torquato in bello contra Latinos, nocte per visionem apparuit quidam Decio angusto habitu, dicens, quod ex vna parte caderet imperator in illo bello, & ex alia parte exercitus: imperator verò qui se deuoueret dijs infernalibus, illius exercitus vinceret. Cum igitur prælio postera die commisso, sinistrum cornu cui Decius præerat, cederet hostibus, deuouit se Decius & hostium exercitum morti & dijs, his verbis: Iane, Iupiter, Mars pater, Quirini, Bellona, Lares, diui Nouensiles, dii indigetes, vos precor, veneror, veniamque peto, cupio vt victoriam populo Ro. prosperetis, hostesque terrore morteque afficiatis, sicut verbis nuncupauit, ita meipsum deuoueo. His dictis, equum insiliens, se in medios hostes immisit, visusque angustior. statim terror hostes inuasit, & Decio interfecto, cecidit exercitus Latinorum. De Decio filio illius narrat T. Lilius, quod cum bellum gereretur contra Tuscos, contra quos in auxilium venerant Galli, & ipse iam quartò consul videret exercitum suum cedere, reducens ad memoriam factum patris sui, se simili modo deuouit dijs, & ipso interfecto, vicit exercitus Romanorum: qui tamen, cum consul esset dux exercitus, alium quam seipsum potuit morti obijcere. Circa annum 412. ab vrbe condita, cum bellum esset inter Romanos & Samnites, M. Curio existente consule Romanorū, ad eum vt pauperrimum venerunt nuncij Samnitum, & inuenientes in scamno iuxta focum sedentem, in catino ligneo coenantem, magnum auri pondus obtulerunt. Quibus respondet, vt narrent Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem. De eodem narrat Valerius, quod decretis à senatu septem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, modum noluit excedere, parum idoneum Republicæ ciuem arbitrans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset. Ait T. Lilius libro nono, quod cum esset bellum inter Romanos & Samnites, dux Pontius Samnitum exercitum habuit iuxta Furculas Caudinas, misitque Pontius decem milites in habitu pastoralis, qui pecora passim pascerent iuxta viam qua Romani ituri erant, committens, quod interrogati à Romanis de exercitu Samnitum, responderent quod iuissent ad Luceriam obfidendam. Romani aduenientes, his auditis, decreuerunt ire ad liberandam Luceriam. sed erat duplex via, vna iuxta mare, sed longior: alia iuxta Furculas Caudinas, & breuior, quam elegerunt. Clauditur autem via ista ex vtraque parte montibus: vnde intra claustra venientes, viderunt præsidium armatorum in monte, & in tantam ducti necessitatem, miserunt ad Samnites, vel pace rationabili vel bello opus esse dicentes. respondit Samnites, iam debellatum esse. promissa est tandem pax sub his conditionibus Romanis, vt omnia arma redderent, omnem suppellectilem, retentis tantum singulis vestimentis: sicque omnes sub iugum transferunt, & inprimis consules, postea alij magistratus, demum cætera multitudo. in signum enim subiectionis, tria ligna quasi furca tendebantur, & per medium ibant separati. sexcentos etiã milites retinuerunt Samnites, vt essent obsides. Ultra prædicta pactum, quod agri Samnitū, qui iam occupati erant à Romanis, restituerentur, & vterque deinde populus, Samniticus & Romanus, suis legibus viuere permetteretur. Sponderunt itaque legati & quætores & tribuni militum, pacem sub his conditionibus futuram. Cum igitur Romani consules venirent ad exercitum, displicuit populo sponso: & habito consilio, deliberauerunt quomodo se à dictis pactis liberarent. tandem Sp. Posthumius consul dedit consilium, vt consules & omnes qui sponderant, per fœciales cum duobus

Valerius
Coruinus.

Campani.

Deci' pater

Decius filio.

M. Curius.

Pontij fa-
cinus.Romani
sub iugum
mittuntur.

tribunis plebis & omnibus qui deforme fœdus sponderunt, Pontio traderentur: cuius consilio ab omnibus approbato, remissi sunt Pontio, qui vehementer Romanorum infidelitatem arguens, dixit Spurium Posthumium egisse quantum esset in seipso, quod debuit: sed populū Romanū non propter hoc à sponso absolute, quia debebat non solum sponsores remittere, sed totum exercitum quem dimiserat. Restituatur ego exercitus, inquit, in eum locū, vbi sponso facta est, & ipse exercitui arma restituere paratus sum: alio modo dicebat nolle se sponsores in deditionem accipere.

Romani verò, quanuis rationabilia videretur petere, non acquieuerunt. statimque contra Samnites exercitū fortiorē mittunt, qui exercitus Samnites debellauit, occisis ex eis viginti quatuor millibus & rege eorū, & capta ciuitate Samnitū, ipsam funditus euerterunt. Erat autē ciuitas illa multum opulenta, habens arma aurea & argentea, inter Campaniam & Apuliam, cuius patriæ ciuitas principalis fuisse dicitur Capua, nobilissima quasi altera Roma magna. Dicit autem Eutropius, quod si fidem Romani seruassent, quam à subiectis frequenter exoptulant, Romani aut omnino non essent, aut Samnitibus seruiret. Siquidē nullus fuit hostis ciuitati Romanæ crudelior Samnitibus. Durauit istud bellum cōtra eos annos circiter septem & quadraginta. In hoc exercitu Lucius Papyrius consul aduersus Samnites designatus fuit, strenuus vir admodum & constans senator, in disciplina militari probatus, adeo vt quum diceretur Alexander Magnus in Italiam transfughi, Romani inter cæteros viros bellicosissimos hunc elegerint ducem, qui Alexandri vehementissimos impetus sustineret. Papyrius iste quum puer esset, vt refert Macrobius in Saturnalibus, ductus est à patre in senatum, quoniam mos erat senatoribus, cum prætextatis filijs plerumque in curiā introire: deinde reuersus domum, inquirenti matri quidnam esset in senatu actum, respondit puer, secretum illud esse ac obticendum. Tum matre perquirente violentius, dixit, vt euaderet illius minas, tractatum esse, vtrum expediret magis, vnum virum habere duas vxores, an vnam mulierem duos viros. Quamobrem hæsitans mulier consilio, re perpensa, cæteris rem exponit. Itaque mulieres congregatæ, senatum vnā accesserunt, postulantes potius statui, vt vna mulier duos haberet maritos. Mirantur patres, quidnam id sit turbæ, aut vnde orta hæc mulieribus libidinis suæ quæstio. Puer causam explicat. Tum statutum est, ne quispiam adolescentium præter Papyrium in consilium intromitteretur. In hac generatione dilatam noctem in plurimam diei partem ferunt. Timoleon Corinthus, vir omnium iudicio clarissimus, Corinthiorū imperator electus, mox cum pauca militum manu ad defensionem Syracusanorum profectus, intra xl. dies Syracusanam arcem, quam Dionysius tyrannus occupauerat, in suam potestatem redegit: ibique Dionysio pulso, omnem tyrannidem deleuit. Inde contra Carthaginenses, qui cum 70. millibus militum & ducentis triremibus ac mille nauibus in Libyam contra Corinthios traiecerant, cum tribus millibus congressus, decem millia eorum interfecit, quæ res magnam Carthagini infixit calamitatem, vt nunquam antea sustinuerit maiorum. Quamobrem, vt Cornelius Nepos ait, huic vni contigit, quod nescio an vlli, vt & patriam in qua erat natus, oppressam à tyranno liberaret, & à Syracusis cui auxilio erat, inueteratam depelleret seruitutem. Artemisiam imperij Halycarnassæorum reginam, viduitatis exemplum integerrimum, ad eò dilexisse maritum ferunt, quod cineres iam mortui mariti Mausoli bibere voluit, non in vrna reponere. Hæc vidua facta, ingentia peregit, viro insigne sepulcrum erexit, opus admirabile, & dignatum inter septem mundi spectacula numerari, quod opus de mariti nomine Mausolæum appellauit. multis etiam triumphis mulier hæc nomen suum exornauit. Demosthenes Atheniensis orator summus tunc floruit. huius eloquentiam orator Aeschines æmulus commendans, dixit magnam Demosthenis partem abesse, cum legitur potius quam cum auditur. De isto narratur, quod cum Philippus Macedo Athenienses obsideret, ab Atheniensibus postulauit sibi decem oratores dari ab obsidione recessuro. Demosthenes hoc audito, in consilio fabulam narrat, dicens: Lupi suaserunt pastoribus aliquando, vt secum amicitiam contraherent. quod cum pastoribus placeret, petierunt lupi, vt pro vice securitatis traderent eis canes, qui videbantur occasio iurgij. annuerunt pastores, tradentes canes. tunc lupi formidine dempta, gregem vt libebat inuasere. sic & Philippus, inquit, sublatis oratoribus. Idem aliquando Phocioni Atheniensi, qui nec ridere nec lachrymari vnquam visus est ob seueritatem, dicebat: Encabunt te Athenienses, si insania eos ceperit: Ita, inquit Phocion, & te, si sanitas. Aristoteles Stagirita, ad-

Samnites
vincuntur.L. Papyrij
indoles.

Timoleon.

Artemisia.

Mausolæū.
Demosthe-
nes.

Aristoteles.

Iscentia luxuriosè acta, ad philosophandum se contulit, philosophorum princeps claruit, discipulus Platonis, & Alexandri Magni magister. dictum ab eo fertur, Sapientior est qui quod nouit abscondit, quàm qui propalat quod nescit. vixit annis 63. in Chalcide obiit. Carneades Atheniensis philosophus adeò studiosus, vt cum ad mensam federet, cogitationibus inhærens, manum ori apponere obliuisceretur. quare vxor eius dextram suam necessarijs vsibus coaptabat. inter sophistas à Philostrato relatus, qui ait cum philosophi sententiam, ac oratoris vehementiam retinuisse. Xenocrates Chalcedonius philosophus Platonis auditor, primùm ingenio tardissimus. Heroftratus natione Græcus, famæ gratia templum Dianæ Ephesæ, vnum de septem mirabilibus mundi, incendit. quo audito, senatus decretum tulit, ne quis vnquam eius nomen literis mandaret. dignum planè supplicium, sed minimè obseruatum. Nota quòd Philo de temporib. lib. 2. digere annos 164. ab Alexandro Magno vsque ad Iudam Machabæum, primò per pontifices, quorum primus Onias Priscus præfuit annis 27. Simon Priscus 12. Eleazarus, Antiochi qui cognominabatur Theos, inimicus, 20. Manasses, Seleuco Gallinico amicus, 27. Simon Iustus, honoratus Magno Antiocho, 28. Onias huius filius, à Seleuco templo spoliatus, 39. Hunc sequitur Iudas Afmonai. Duces verò de domo Dauid, fuere Iosephus primus, annis 7. Abner Semei, 11. Elih Mathathias 12. Afar Maat 9. Nagidartaxat 10. Agar Helli 8. Massor Naum septem, Amos Syrach 14. Mathathias Siloa 10. Iosephus iunior Arses, honoratus à Ptolemæo, 60. Ianneus secundus Hyrcanus præfuit annis sexdecim. Duces istos enumerat Lucas euangelista.

GENERATIO LVII.

Hæc monarchia secundum veram traditionem Metasthenis & Philonis, incepit anno ab exordio mundi 3531. sed secundum Septuaginta, anno 4864. Deinde ab Alexandro ad Iudam Machabæum anni 164. à Machabæo ad Christum 161. & sic ab Alexandro ad Christum anni 325.

ANno 4874. à mundi exordio, ab vrbe verò condita 425. olympiade 113. in Sadoch Asor filio incepit per lineam Christi LVII. generatio, durauit circiter annos quadraginta sex. Alexander Magnus hoc anno post mortem Darij, destructo iam Persarum imperio, monarchiam orbis occupauit, & eam sex annis tenuit, moxque habitum regum Persarum & diadema, insolitum antea regibus Macedonicis, veluti in leges eorum quos vicerat, transferebat, assumit. Quæ insolentia ne in se vno conspiceretur, amicos quoque longam vestem auratam purpureamque assumere iubet. Inter pellicum regiarum gregem electæ pulchritudinis nobilitatisque, noctium vices diuidit, ingentem epularum apparatus adijcit, conuiuiaque ludis exornat, immemor profus præteritorum. Coepit & in suos sæuire hostili odio, indignans se carpi sermonibus, eum Philippi patris mores subuertisse. Propter quæ crimina Parmenion senex dignitati regis proximus, cum Philota filio interficitur. quadam die in solenni conuiuio orto sermone inter ebrios, coepit Alexander seipsum patri præferre, assentate maiore conuiuiarum parte. Clytus autem fiducia amicitie regis Philippi memoriã tuebatur. iratus rex, telo à satellite rapto eundem in conuiuio trucidauit. quo facto, exultat. Postea verò intellecto facinore, interficere se voluit. flens ergo eum amplectebatur, vulnera tractabat, & dementiam confitebatur. interfecissetque se, nisi amici interuenissent. recordabatur enim quòd tot amicos interfecit, Parmenionem, Philotã, Amyntam confobrinum, nouercã suam & fratres suos, Attalumque & Eurylochum & Paulaniam, aliosque Macedoniae principes, simul & nunc Clytum. Quatuor pro eo diebus non comedit, nec comedere voluit, donec precibus exercitus vinceretur. In quo multum profuit Callisthenes philosophus, Aristoteli familiaris, quæ tamè postea truncatis crudeliter omnibus eius mēbris, abscissis auribus, naso & labijs, deforme & miserandum spectaculum reddidit, ex causâ, quia Alexandrum qui se adorari mandabat, nec adorare voluit, sed & acerrimè increpauit: tardè Aristotelis monita sequens, qui euntem ad Alexandrum monuit, vti ei quàm rarissimè aut quàm iucundissimè loqueretur, vt silentio tutior, aut sermone gratior esset. Quin Callisthenem in cauea cum cane saucium claudi iussit, & ad metum cæterorum circumferri. Quo facto, Lyfimachus Callisthenis auditor, misertus tanti viri, non culpæ, sed libertatis pœnas pendens, venenum ei in remedium calamitatis dedit. Quo audito, Alexander Lyfimachum objeci leoni iubet. sed cum ad conspectum eius conciratus leo, impetum fecisset,

set, manum amiculo inuolutã Lyfimachus in os leonis immerfit, abreptaque lingua feram exanimauit. Quod cum nunciatũ regi esset, admiratio in satisfactionem celsit, charioremque eum propter constantiam habuit. Lyfimachus quoque animo magno regis veluti parentis contumeliam tulit. multi autem principes Macedonum, qui Alexandrum adorare volebant, ab eo sub specie insidiarum interfecti sunt. retentus tamen est ab Macedonibus modus salutandi, explosa adoratione. Omnibus verò post Darij mortem reditum in patriam expectantibus, vt essent coniuges & liberos suos visuri, ad concionem exercitum vocat Alexander: Nil actum tot egregijs prælijs ait, si incolumis orientalis barbaries relinquatur, nec se corpus, sed regnum Darij petisse, persequendosque esse eos qui à regno defecerant. Hac oratione velut ex integro inciratis militum animis, Hyrcaniam Mardosque subegit. ibi ei occurrit Talestris siue Minithyia Amazonum regina cum 300. mulieribus, 25. dierum inter confertissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quaesitura. Eius conspectus admirationi fuit, & propter insolitum foeminae habitum, & propter appetitum concubinum. ob hoc diebus ocio datis, vt visa est vterum implese, discessit. Parthis deinde domitis, præfectus his statuitur ex nobilissimis Persarum Andrageras, vnde postea originẽ Parthorum reges habuere. Inde Thracas, Euergetas, Parimas, Parapamēnos, Hydaspios, cæterosque populos qui in radice Caucafi morabantur, subegit. Cùm autem venisset Alexander ad montes Caspios, vt dicitur in histo. Scholastica, miserunt filij captiuitatis X. tribuum, postulantes ab eo egrediendi licentiam. ex dicto enim non poterant exire. Cumque quaesiuisset causam captiuitatis, accepit eos aperte recessisse à Deo Israel vitulis aureis immolando, & per prophetas esse prædictũ, eos à captiuitate non redituros esse. Tunc respondit Alexander, eos dignos qui arctius recluderentur. & cùm angusta viarum obstrueret molibus bituminatis, & videret laborem humanum ad hoc non sufficere, orauit Dominum Deum Israel, vt opus illud compleret. & accesserunt ad se inuicem prærupta montium, ex quo liquidè apparet, non esse voluntatem Dei vt exeant. Egre dientur tamen circa finem mundi, magnam stragem hominum facturi. Vnde Iosephus, Quid, ait, facturus est pro fidelibus Deus, qui tanta fecit pro infidelibus? Post hæc Alexander Indiam petit, quæ est principium Orientis. In India autem, vt dicit Martianus, singulis annis æstates duæ, & bis fruges metuntur. mundi pars tertia creditur. Ingresso autem Alexandro Indiam, obuiam ei legatos miserat Porus Indorum rex. Porus cum his literis: Incursum infestanti que hos fines tibi suadeo, vt cum te hominem memineris, nil ad deos moliaris: potes quidem nosse qui ego sum, & quòd nulli licet aduersus nos fortunæ quidquam. Quare iubeo tibi hinc ad tuam Græciã cõtentum redire. neque enim, si Græcia nobis opus esset, non olim subacta Indis foret. sed quoniam inutilis est nobis, nihilque dignum opibus nostris habet, neque quaesita est, neque quaeretur. Sed hæc literæ nihil terruerunt Alexandrum. Ingressus autem Indiam, ait Iustinus, phaleras equorum & arma militum argento inclusit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspidēs appellauit. Cumque ad urbem Nyssan venisset, oppidanis non repugnantibus fiducia Liberi patris, à quo vrbs condita erat, parci iussit. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, qui vbi ad montem accessit, repente furere coepit, & in vularus Liberi cum stupore regis, sine mora discurrere. Inde montes Dædalos, regnaque Cleopidis reginæ petit: quæ cùm se dedisset ei, concubitu redemptum regnum ab Alexandro suscepit, illecebris consecuta, quod vi non potuit: filiumque inde genitum, Alexandrum nominauit, qui regnauit Indis. Peragrata India, cùm ad saxum miræ magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi confugerat, venit, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræ moru prohibutum. Captus itaque cupidine Herculis acta superare, cum summo labore & periculo potius saxo, eius loci omnes gentes in deditionem accepit. Porus autem Macedones aggredi statuens, regem Alexandrum priuatum sibi hostem deposcit. nec Alexander moram fecit. Aiunt in prima congressione equum Alexandri Bucephalum dextra Pori ictum, occubuisse. id Macedonibus adeò incommo dum fuit. Alexander equo deiectus, concursu satellitum liberatus est. Neglecto omni bello, Alexander equum exanimem cauda compræhensum, abstulit hostibus, atque ita decem dierum spatium vtrique datur vel sanandi equos, vel sepeliendi mortuos. In illis diebus iniit Alexander consilium, vt Porum ad singulare certamẽ prouocaret. quod & Poro placuit, consideranti exiguitatem corporis Alexandri, cùm ipse quinque cubitorum, Alexander tantum trium esset. Interea Alexander deposito cultu regio, & sumpto habitu

habitu militari, peruenit in castellum Pori, quasi quidam carnis & vini empturus annonam. quem sciscitatus est Porus, quidnam faceret Alexander, cuius ætatis esset. Cui Alexander respondit: Tanquam homo senior, dux noster in tabernaculo suo se accenso igne reficit. tunc ille gaudens, quod cum homine decrepito præliari haberet, Quid ergo, Porus inquit, non respicit ætatem suam? Tunc Alexander dixit se esse gregarium militem Macedonum, & ignorare quid faceret. Cui Porus tradidit epistolam minis plenam. Alexander iuravit epistolam se præsentaturum. Igitur cum dies pariter & locus institisset certaminis, fieretque pugna diu anceps, tandem Porus ex quadam tumultuatione suorum conuersus, tunc protinus Alexander inguina eius gladio transfodit, eumque prostravit. Quo viso, Indi in Alexandrum insurgere conabantur. Alexander autem manu silentium poscens, tumultum repressit. sed Iustinus refert, Porum ab Alexandro multis vulneribus obrutum & captum fuisse, qui se captum adeo vehementer doluit, ut cum veniam ab hoste cepisset, nec cibum sumere voluerit, nec vulnera curari passus sit. Quem tamen Alexander ob honorem virtutis in regnum suum remisit. duas vrbes ibi condidit, Niceam & Bucephalam. Capti sunt in ea pugna elephanti 400. qui turres gestabant, auri & argenti supra quam credi potest, in castris repertum est. Quibus omnibus Alexander in potestatem suam redactis, aureis laminis totum agmen inclusit, fecitque signa & vexilla aurea. & tanta erat auri præda, ut vix eam milites ferre possent. Post hæc Alexander, ut ait Iustinus, * Pharrasios & Gangaridas expugnat, deinde ad amnem Acesinen pergit, per hunc in Oceanum deuchitur, ubi Gesonas Sobosque, quos Hercules condidit, in ditionem accepit. hinc & * Sycambros adit, quæ gentes eum susceperunt cum 80. millibus armatorum peditum, & 60. millibus equitum. Cum prælio victor esset, ad urbem eorum exercitum ducit, quam desertam a defensoribus ratus, murum ascendit, & inde in vrbe planitiem sine villo satellite desiliit. Itaque cum eum hostes solum conspexissent, clamore edito vndique concurrunt, si possent in vno capite orbis bella finire. Alexander constanter restitit, in ea pugna sagitta sub mamma traiectus est, vnus tot millium vim sustinens, donec sui succurrissent. Curatio vulneris illius, grauior ipso vulnere fuit, & ut ait Seneca, huius vulneris dolore dum anxietur, dicebat, Omnes me iurant filium Iouis esse, hoc verò vulnus me hominem esse clamat. Antehac, ut narrat Iustinus, Alexandri omnis exercitus non minus victoriarum numero, quam laboribus fessus, lachrymis eum deprecabatur, ut finem tandem belli faceret, aliquando patriæ reditusque meminisset, respiceret militum annos, quibus vix ætas ad reditum sufficeret, offendere alius canicem, alius vulnera, alius corpus cicatricibus exhaustum, solos esse qui regem Philippi Alexandrique continuam militiam pertulerint: tandem orare, ut reliquias saltem suas paternis sepulcris reddat, atque sibi ipsi parcat. Motus his tam iustis precibus, velut in finem victoriæ, castra solito magnificentiora fieri iussit, quorum molitionibus & hostis terretur, & posteris admirationem sui relinqueret. nullum opus milites lætius fecere. Itaque Alexander manu lætissima nauibus conscensis, Oceani littora peragrat. Interea comprehensus est Diomedes archipirata, qui ab Alexandro interrogatur, cur mare infestum habeat: respondit, Quid tibi quod orbem terrarum infestas? sed quia hoc ego paruo nauigio facio, latro vocor: tu, quia magna classe, imperator diceris. Per idem tempus Candax regina, audiens famam Alexandri, misit pictorem, ut imaginem ipsius depingeret. iam enim Alexander miserat ei literas amicas, quæ rescripsit amicitiam placere, & ut perpetuo perseueret optare. misitque munera, preciosos lapides ac animalia mirabilia. Accessit eam Alexander in habitu transformato, sub nomine Antigoni amici Alexandri. Cui regina ostendit diuitias suas. Intuita verò eum, dixit: Verè Alexander es. Negante illo, ostendit ei imaginem suam. Ad hæc frendens Alexander, querebatur se non habere gladium suum. Cui regina: Depone, inquit, hunc metum. nam fidem quam filio meo seruasti, semper tibi seruabo: paulò antè enim quum filio regine vxor fuit ablata à quodam regulo, Alexander missis pluribus, eam sibi restituit. Alter autem filius Candacis regine, qui filiam Pori habebat vxorem, volebat occidere Alexandrum, sed illud mater admittere noluit. Alexander cum vltimum littus Oceani lustraret, ac Brachmanum insulam debellare pararet, illi epistolam hanc ad eum misere: Audiuius inuictissime rex prælia tua & felicitatē. Sed quid erit homini satis, cui non sufficit orbis? diuitias non habemus, quarum cupiditate nos expugnes. bona nobis omnia sunt communia. esca nobis pro diuitijs est. pro cultu, auro & gēnis, vilis & rara vestis. foemina nostræ non ornata, quæ ornamentorum cultum oneri potius, quam

quam honori deputant. antra nobis duplicem usum præbent, tegumentum in vita, & in morte sepulturam. regem habemus non pro iustitia, sed nobilitate seruanda. His verbis morus Alexander, dimisit eos in pace. Extant multæ epistolæ regis eorum ad Alexandrum, & Alexandri ad illum, quas alibi poteris videre. Apud Alexandrum duos fuisse Brachmanas, multis historijs compertum habemus. Reuertenti autem Alexandro Babylonem, ut ait Iustinus, nunciantur legationes Carthaginensium, cæterarumque Africæ ciuitatum, sed & Hispaniarum, Siciliae, Galliae, Sardiniae, & quarundam ex Italia, quæ aduentum eius opperiebantur. Carthaginenses ad speculandos animos Alexandri miserant Hamilcarem quempiam, virum solertia facundiaque insignem. Augebat enim metum Tyrus vrbs, author originis suæ, capta. Igitur Hamilcar audientia regis obtenta, profugisse se ad regem tãquam patria pulsus fingit, militemque se expeditionis offert: atque ita exploratis eius consilijs, in tabellis ligneis vacua desuper cera inducta, ciuibus suis omnia prescribit. Eum Carthaginenses post mortem regis reuersum in patriam, quasi urbem regi vendicasset, non ingrato tantum, verum etiam crudeli animo necauerunt. Igitur cum tantarum legationum causa Alexandro Babyloniam festinanti, velut conuentum terrarum orbis acturo, quidam ex Magis prædixit, ne urbem introiret, testatus hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Babylonia, in Byrsiam cõcessit. ibi ab Anaxarcho philosopho cõpulsus est magos contemnere, & eorum dicta ut falsa & incerta. Reuersus igitur Babyloniã, multis diebus ocio deditus, intermissa olim conuiuia solenniter instituit, totusque in lætitiã fufus, dies noctesque coniunxit. Et cum esset Babyloniæ, multæ deuictæ gentes præfectos suos accusauerunt, quos mox Alexander sine aliquo respectu amicitiae in conspectu legatorum necari iussit. Post hæc filiam Darij Rhoxanen in matrimonium accepit, & optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit. hinc ad concionem exercitum vocat, & omnium as alienum persolui curauit. Post hæc dimissis veteranis, exercitum de iunioribus supplet, qui discessum veteranorum ægreferentes, missionem & ipsi flagitant, nec hoc iam precibus, sed conuicio agebant, dicentes eum solum cum patre suo Ammone bella inire. Ad quorum correptionem cum Alexander verbis nil proficeret, è tribunali inermis ipse desiliit, & nemine prohibente, xij. defectionis authores manu sua peremit. Iampridem verò rescripserat Alexandro mater de similitudinibus Antipatri, unde Alexander euocauit Antipatrum de Macedonia. Antipater autem iratus, in ipso itinere venenum efficacissimum procurauit Alexandro propinandum, eo quod charissimos amicos videret interfectos, Alexandrum generum suum occisum, se magnis rebus in Græcia gestis, non tam gratum apud regem quam inuidiosum, etiam ab Olympiade varijs se criminationibus vexatum. huc accedebant cogitanti ante paucos dies supplicia in præfectos diuersarum nationum, se quoque ad poenam vocatum. Igitur ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat, cuius veneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri nisi in vngula equi poterit, pramonito filio, ne alijs quam Thessalo medico & fratribus crederet. Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum conuiuium est. Philippus & Iollas prægustare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatam iam potioni submerferunt. accepto poculo, Alexander media portione velut telo confixus ingemuit. Amici causas morbi, intemperiem ebrietatis disseminauerunt. Elatus est igitur à conuiuio semianimis & excruciatas ita, ut ferrum in remedium exposceret. Quarto die indubiam mortem sentiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait, nam plerosque Aeacidarum intra 30. annum defunctos. Tumultuantes deinde milites, insidijs perire regem suspicantes, ipse sedauit, eosque omnes cum perlatus in editissimum vrbe locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam porrexit. Cum lachrymarentur omnes, ipse non sine lachrymis tantum, verum etiam sine villo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit, quibusdam mandata ad parentes eorum dederit. adeo sicut in hostem, ita & in mortem inuidus animus fuit. ad postremum, corpus suum in Ammonis templo cõdi iubet. Quærentibus amicis, quem imperij hæredem faceret: respondit, dignissimum. non nominauit Herculem filium, non fratrem Arideum, sed & Rhoxanen prægnantem reliquit, quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere. hac voce, ait Iustinus, veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmu-

Porus vincitur.

Nicea. Bucephala.

* Parrhasios

Ambri. Sycambri.

Alexandri vulnus.

Diomedes Pirata.

Candax regina.

Brachmanes Indiae populi.

Hamilcar Carthaginens. legat*.

Rhoxanæ filiæ Darij ducit Alexander.

Alexandri interitus.

Lucius gen-
tium propter
Alexandri.

in æmulationem confurgunt. Sexto die præclusa voce, exemptum digito annulum Perdiccæ tradidit, quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. nam et si non voce nuncupatus hæres, indicio tamen electus esse videbatur. Decessit ergo anno ætatis suæ 32. mense vno, qui duodecim annis ferro sub se orbem trementem pressit, sed sex postremi eius anni, quibus destructo Persarum imperio monarchiam tenuit orbis, in Græcorum monarchia numerantur. Extincto in ipso ætatis ac victo-
riarum flore Alexandro, triste apud omnes per totam Babyloniam silentium fuit. sed nec deuictæ gentes fidem nuncio habuere, quod ut inuictum regem, ita & immortalem crediderunt. Vt verò mortis eius fides affuit, omnes barbaræ gentes paulò antè ab eo deuictæ, non ut hostem eum, sed ut parentem luxerunt. Mater quoque Darij regis, quam amisso filio à fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem redactam, indulgentia victoris, in eam diem vitæ non poenituerat, audita morte Alexandri, mortem sibi ipsa præ dolore consciuit, non quod hostem filio præferret, sed quod pietatem filij in eo, quem hostem timuerat, experta esset. Contrà Macedones versa vice, non ut ciuem ac tantæ maiestatis regem, verum veluti hostem amisissent, gaudebant, seueritatem nimiam & assidua belli pericula execrantes. Hactenus de Alexandri gestis sermo fuit, quæ non minora sunt Herculeis, cuius virtutem pueri indoles indicabat, quam acerrimo literarum studio prædicant. Deinde exacta pueritia, per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto, omnium philosophorum principe creuit. tum accepto imperio, regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit: tantamque fiduciam suis militibus fecit, ut illo præsentem, nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaque cum nullo hostium vnquam congressus est, quem non vicerit: nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Victus denique est ad extremum non virtute hostili, sed insidijs suorum & fraude ciuili. Cæterum occiso Alexandro, ut refert Iustinus, non ut lati Macedones, ita & securi fuerunt, omnibus in vnum locum competentibus, nec minus milites inter se timebant. Armati itaque ducentes in regiam coeunt, ad formandum rerum præsentium statum. Perdiccas censet Rhoxanis expectari partum, si puerum peperisset, hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, cum iam genitis uti liceret, esse Pergami filium Alexandri ex Barsane nomine Herculem, seu mallent habere fratrem Alexandri Arideum, Rhoxanen esse originis Persicæ, nec fas ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituantur. Ptolemæus recusat regem Arideum, ex Larissæo scorto natum. vicit Perdiccæ sententia ex consensu vniuersorum. Placuit itaque Rhoxanis expectari partum. cum equites idem laudassent, pedites indignati nullas sibi consilij partes relictas, Arideum regem appellant. Tandem Perdicca illos oratione mouit, ut probato consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Seruata est portio regis Alexandri filio, si natus esset. deinde inter principes prouincias diuisit regendas. Comestor verò ait, Alexandrum, cum vsu linguæ amississet, voluntatem suam scripto expressisse. Noluit, inquit, monarchiam in aliquem transferre, ne aliquis par ei in potentia apud posteros legeretur: sed duodecim quos ab adolescentia socios habuit, regni successores instituit. Hæc autem institutio non stetit. nam quatuor ex eis tantum, abiectis alijs, regnauere, sicut hoc in visione quinta Danielis comprehensum est, videlicet de hirco caprarum, qui signat Alexandrum, percutientem arietem, i. Darium, ex quo hirco oriebantur quatuor cornua, i. quatuor reges, qui inter se monarchiam diuiserunt. Itaque Ptolemæus rex Aegypti factus, Seleucus super Syrios, Philippus qui & Arideus, super Macedones, Antigonus super Asianos, Lydos & Thraces: sed ab initio cæteri quique loca sibi distributa habuere. Sed diuersas fortiti prouincias, mutuis se bellis consumpserunt. Mox inter Perdiccam & Antigonum bellum oritur grauissimum, multisque prouincijs diu dilaceratis, nouissimè Perdicca Aegyptum petijt cum ingenti exercitu, cui Ptolemæus occurrit, ibi tandem Perdicca bello congressus, amissis copijs, ipse quoque interfectus est. Olympias mater Alexandri, per Cassandrum interficitur hoc modo: Eurydice vxor Aridei regis, ut Polyperconta à Græcia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo accersitam Olympiadem, muliebri æmulatione scribit regis nomine Polyperconti, ut Cassandro exercitum tradat, in quem regni administrationem rex transtulerit. eadem & in Asiam Antigono nunciat. Quo beneficio deuictus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. Deinde profectus in Græciam,

Macedonum
dissensio;

Monarchie
diuisio.

Perdiccæ
mors.

Græciam, multis ciuitatibus bellum infert, quarum excidio territi Spartani, urbem quam semper armis, non muris defenderant, murorum præsidio includunt. Dum hæc aguntur, Cassandrum à Græcia turbatus Macedoniae statum domum reuocauit. Nanque Olympias mater Alexandri cum ab Epiro in Macedoniam, prosequente Aecida rege Molossorum, veniret, prohiberi que finibus ab Eurydice & Arideo rege coepisset, indignitate moti Macedones, ad Olympiadem transiere, cuius iussu & Eurydice & rex occiditur, sex annis post Alexandri mortem. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cum in cruorem tam nobilium quam plebeciorum Macedonum debaccharetur, fauorem suum in odium vertit. Itaque audito Cassandri aduentu, diffisa Macedonibus, cum nuru Rhoxane & nepote Hercule Pictuam urbem concessit. Proficiscenti Deidamia Aecidæ regis filia, & Thessalonice priuigna, & ipsa clara Philippi patris nomine, multaque aliarum principum matronarum, speciosus magis quam utilis grex, fuere comites. Hæc cum nunciata Cassandro essent, statim citato cursu Pictuam venit, & urbem obsidione cinxit. Cum fame ferroque vrgeretur Olympias, longæ obsidionis tædio pacta salute, victori se tradit. Sed cum Cassander conuocato ad concionem populo, sciscitaturus esset quid de Olympiade faceret, subornat parentes interfectorum, qui sumpta lugubri veste, crudelitatem mulieris accusarent. Quibus accensi Macedones, sine respectu pristinae maiestatis occidendam decernunt. Sed Olympias ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali duabus ancillis innixa, vltro obuiam procedit. qua visa, percussores attoniti substiterunt, donec à Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium nec vulnera, aut muliebriter vociferantem, sed virorum fortium more pro gloria veteris profapiae morti succumbentem, ut Alexandrum posses etiam moriente matre conspiceret. Insuper expirans, capillis & veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Post hæc Cassander Thessalonice regis Aridei filiam, vxorem ducit, filium verò Alexandri cum matre, in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit. Deinde ne Hercules Alexandri filius, qui annos xiiij. excessit, fauore paterni nominis in regnum Macedoniae vocaretur, occidi eum tacite cum matre Barsane iubet, corporaque eorum obrui, ne cædes sepultura proderetur, & quasi parum facinoris in ipso primùm rege, mox in matre eius Olympiade ac filio admisisset, alterum quoque filium cum matre Rhoxane pari fraude interfecit, quasi regnum quod affectabat, aliter consequi, quam scelere, non posset. Hæc Iustinus. Perdica & fratre eius Alcera, cum Phytone Illyrio, ab Eumene occisis Ptolemæi fauore, Eumenes postea ab Antigono opprimitur, cæterisque ducibus diuersæ partis occisis, repente inter ipsos victores nata discordia est, postulatibus Ptolemæo, Cassandro & Lyfimacho, ut pecunia in præda capta, prouinciarumque diuideretur. Antigonus negauit se in eius belli prædâ socios admitturum, in cuius periculum solus descenderat: & ut honestum aduersus socios bellum suscipere videretur, diuulgar se Olympiadis mortem vlcisci velle, & Alexandri regis filium. His cognitis, Ptolemæus & Cassander, inita cum Lyfimacho & Seleuco societate, bellum instruebant. Tenebat Ptolemæus Aegyptum cum Aphricæ parte maiore, & Cypro & Phœnice. Cassandro parebat Macedonia cum Græcia. Asiam & partem Orientis occupabat Antigonus, cuius filius Demetrius prima congressione à Ptolemæo apud Calamam vincitur, in quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, quam ipsius victoria fuit. siquidem & amicos Demetrii non solum cum suis rebus dimisit, verum etiam muneribus honorauit. Ipsi Demetrio tabernaculum suum & familiam reddidit, adiecto honore verborum, non se propter prædam, sed propter dignitatem inisse bellum, indignatus quod Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus, victoriæ communis præmia corripuisset. Deinde Ptolemæus cum Demetrio nauali prælio iterum congregitur, & amissa classe, hostique concessa victoria in Aegyptum refugit. Demetrium filium Ptolemæi Leuticum, & fratrem Menelaum, amicosque eius, cum priuati instrumenti ministerio, prouocatus pari antea munere, in Aegyptum remittit, & ut appareret eos non odij, sed dignitatis gloria accensos, donis inter ipsa bella contendebant. Hæc victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari à populo iubet. Ptolemæus quoque, ne minoris authoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Quibus auditis, Cassander & Lyfimachus & ipsi regiam sibi maiestatem vendicauerunt. Huius honoris ornamentis tam diu abstinerunt, quam diu filij regis sui superesse potuerunt. Sed Ptolemæus & Cassander, cæterique factionis alterius duces, cum carpi se singulos ab Antigono viderent, per epistolas seipos

Olympia-
dis fortis
interitus.

Demetrii &
Ptolemæi
congressus
apud Zamā
sive Calamam.

Reges se no-
minant suc-
cessores A-
lexandri.

seiplos confirmantes, tempus locumque coeundi condicunt, bellumque communi-
bus viribus instruunt. Cui cum Cassander interesse non posset, Lyfimachus cum in-
gentibus copijs in auxilium socijs mittit. Erat hic & genere & ingenij bonitate il-
lustris, quem Alexander, vt prae dictum est, leoni obijci iussit propter Callisthenem.
Accessit & his Seleucus ex Asia belli socius, qui multa in Oriente post diuisionem in-
ter socios regni Macedonici bella gessit. principio Babyloniam cepit, inde Bactrianos
expugnauit, transitum deinde in Indiam fecit, compositisque rebus in Oriente, in bel-
lum Antigoni descendit. Adunatis igitur sociorum copijs, praelium committitur,
in eo Antigonus occiditur, Demetrius filius eius in fugam vertitur. Sed socij profli-
gato hostili bello, denuo in semetipsos arma vertunt, & cum de praeda non conueni-
unt, iterum in duas factiones diducuntur: Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lyfima-
cho iungitur. Cassandro defuncto, Philippus filius succedit. Post Cassandri regis, fi-
lijque eius Philippi continuas mortes, Theſſalonice regina vxor Cassandri, nō longo
post tempore ab Antipatro filio, cum vitam etiam per vbera materna deprecaretur,
occiditur. Causa parricidij fuit, quod post mortem mariti in diuisione inter fratres re-
gni, propensior fuisse Alexandro videbatur, quod facinus eo grauius omnibus visum
est, quod nullum maternae fraudis vestigium fuit. Ob hæc igitur Alexander in vlti-
onem maternae necis, gesturus cum fratre bellum, auxilium à Demetrio petit, nec

Demetrius
à Macedo-
nib* rex ap-
pellatur.

Demetrius spe inuadendae Macedoniae moram fecit, cuius aduentum veritus Ly-
fimachus, persuadet genero suo Antipatro, vt malit cum fratre in gratiam reuer-
ti, quam paternum hostem in Macedoniae admittere. Inchoatam igitur inter fra-
tres reconciliationem cum praesensisset Demetrius, per insidias Alexandrum in-
terfecit, occupatoque Macedoniae regno, caedem apud exercitum excusaturus,
eum in concionem vocat. Ibi priorem se petitem ab Alexandro allegat, nec fe-
cisse se, sed occupasse insidias. Regem autem se Macedoniae vel atatis experimen-
tis, vel causis iustiorum esse. patrem enim suum Philippo regi & Alexandro Magno
socium in omni militia fuisse, liberorum deinde Alexandri ministrum, & ad per-
sequendos defectores ducem extitisse contra Antipatrum auum horum adole-
scentium. Cassandrum vero patrem, extinctorem regiae domus, non foeminis, non
pueris pepercisse, nec cessasse quoad omnem stirpem regiae sobolis deleteret. horum
scelerum vltionem quia nequisset & ab ipso Cassandro exigere, ad eius liberis tranſ-
latam. per hæc mitigato populo, rex Macedoniae appellatur. Lyfimachus quoque, cum
bello Doricetis regis Thracum premeretur, ne eodem tempore & aduersus Deme-
trium dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniae, quae Antipatro
eius genero euenerat, pacem cum eo fecit. Igitur Demetrius totis Macedoniae vi-
ribus instructus, cum Asiam occupare statuisset, iterato Ptolemæus, Seleucus & Lyfi-
machus societatem ineunt, adunatisque exercitibus, bellum aduersus Demetrium
transferunt in Europam. his comitem se & belli socium iungit Pyrrhus rex Epiri.

Demetrii
deditio.

Dum hæc aguntur, Lyfimachus generum suum, regnum sibi adeptum conque-
rentem, interfecit, filiamque suam Eurydicen querelarum sociam in custodia tradit,
atque ita vniuersa Cassandri domus, Alexandro Magno seu necis ipsius, seu stirpis ex-
tinctae poenas, partim caede, partim supplicio luit. Demetrius quoque à tot exercitibus
circunuentus, cum posset honestè mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Lyfima-
chus autem qui Helleſpontum regebat, post interfectionem generi & necem filij eius,
assiduus parricidij cruentatus, à militibus proprijs deseritur, qui ad Seleucum tranſe-
ntes, hortati sunt eum, vt Lyfimacho bellum inferret. res foedissimi spectaculi erat:
duo quippe reges, quorum Lyfimachus annorum erat 74, Seleucus autem 77, re-
gnandi cupidine concurrebant armis. Vltimum quidem hoc bellum Alexandri
commilitonum fuit, quod ad exemplum humanae miseriae fuit reseruatam, quippe
cum orbem terrarum extinctis iam 24. Alexandri ducibus, quasi soli possiderent, an-
gustos esse imperio suo totius mundi terminos arbitrarentur. Seleucus quippe capto
iam antè Demetrio in Sicilia, regnum Asiae destruxit, & ex duobus vnū fecit. In hoc
autem bello Lyfimachus, amissis vel interfectis prius xv. liberis ante hanc pugnam,
postremus occisus est. sicque Lyfimachus solutio pugnae Macedoniae fuit. Sed nec
Seleucus de tanta victoria impunè lætatus est, quippe post menses septem à Ptolemæo,
cuius sororem Lyfimachus in matrimonium habuit, per insidias circunuentus occi-
ditur, regnumque Macedoniae quod Lyfimacho eripuerat, cum vita pariter amittit.
iste tamen videtur Ptolemæus Philadelphus fuisse. Hæc sunt inter parentes, filios,
fratres

Cilicia,

Seleuci ca-
sus.

fratres ac socios, consanguinitatis societatisque commercia, quibus orbem ab Ale-
xandro celeriter acquisitum dilaniauerunt, & veluti opimam praedam à magno leo-
ne prostratam, auidi caruli discerperunt. seque ipsos consumpserunt. Anno igitur
ab vrbe condita 431. Olympiade 114. mortuo Alexandro, Ptolemæus Lagi filius regnavit
Alexandriae, id est, in Aegypto primus, annis xl. hic Lagi gregarij militis filius fuit, qui
sua virtute patris humilitatem excedens, ex patricijs vnus Alexandro factus est, post
cuius mortem Aegyptum Aphricamque ac magnam Arabiae partem successoribus
reliquit suis, à quo & sequentes Aegyptij reges, Ptolemæi dicti sunt. hic primum Epi-
rotarum regem populo Romano inimicum, quod Samnitibus opem tulerat, con-
tra eos in regnum suum restituit, vnde à Romanis fuerat expulsus. denique De-
metrio Antigoni filio, Asiae minoris rege, portionem regni Syriae Seleuco restituit,
quam Antigonus abstulerat. ac per legatos Alexandrinos à se missos, sibi Romano-
rum amicitiam impetrauit, regno quoque suo Syriam atque Iudaeam adiecit. De
quo Iosephus sic ait: Nanque hic etiam Hierosolymis depugnauit fraudibus & do-
lis, ciuitatem die sabbatorum ingressus, sub specie sacrificij, nequaquam Iudæis re-
sistentibus: qui cum sine labore ciuitatem apprehendisset, crudeliter eis dominaba-
tur. Testis est Ouidius Sabatarcides, qui successorum Alexandri gesta describens, su-
perstitionem nostram, pro qua libertatem amisimus, exprobrauit, dicens: Est gens
quae Iudæa dicitur, ciuitatem munitam ac magnam Hierosolymam detinens, quae
contemptiura sub Ptolemæo constituta, dumque arma capere deuitasset, propter
superfluam superstitionem seuisimum dominum pertulit habere. Ptolemæus ve-
rò multos captiuos à montanis Iudæae, à Samaria & Garizi trahens, in Aegyptum
commigravit. Sed cum cognouisset, eos firmos iurifurandi vel fidei cultores existe-
re, cum Alexandro legationem ad eos mittenti sic respondissent, Dario viuentem con-
tra eum arma nequaquam sumenda: post Darij expugnationem multos ad castel-
la depugnauit, & pares cum Macedonibus Alexandriae ciues statuit, fidemque ab ipsis
recepit, vt nepotibus suis societatem custodirent, cum & alij non pauci Iudæi spon-
tè in Aegyptum venissent, opulencia locorum Ptolemæique munificencia inuitati,
quorum nepotes seditiones contra Samaritas, dum suae gentis patriam oblationem
seruare festinarent, excitabant, eamque Hierosolymitae defendebant, dicentes suum
templum sanctum existere. Legitur tamen alibi Ptolemæus captos & abductos Iu-
dæos in Aegyptum venditioni exposuisse, sicque à negociatoribus diuersarum na-
tionum per varios mundi angulos dispersi sunt, & ex his fuere illi, de quibus dicitur
in Actis Apostolorum, quod conuenerant in Hierusalem viri religiosi ex omni na-
tione quae sub caelo est, secundum Magistrum in historijs. Anno secundo regni Pro-
lemæi, Onias Iaddi pontificis filius, patri in pontificatu successit, sedit annis xvij. cuius
sanctitate leges apud Iudæos ritè custodiebantur, quapropter etiam gentium re-
ges ipsam ciuitatem & templum maximis muneribus ornauerunt. In hac gene-
ratione Agathocles Siculus post Dionysium apud Siciliam tyrannidem exercuit.
Is, vt Plutarchus & Iustinus volunt, ex humili sordidoque genere natus, patre vide-
licet figulo, non honestiorem pueritiam quam originem habuit, quia cum forma
corporis egregius esset, diu sui corporis stuprum sustinuit. pubertate verò exacta, ad
foeminas impudicas se tranſtulit, inde vitam etiam latrocinij inscit. Interiecto dein-
de tempore Syracusas concedens, gregariam militiam fortitus est, qua nec minus in
omne facinus promptissimus fuit, eo quod manu strenuus & ore facundissimus ha-
beretur. Breui postea ex centurione tribunus militum factus, contra hostes pugnans,
magna suae virtutis dedit Syracusanis experimenta, a deo vt in locum demortui ducis
suffectus sit, cuius vxorem primò adulterio cognitam, post viri mortem accepit in
coniugem, nec contentus quod de inope repente diues factus esset, sed etiam pira-
ticam aduersus patriam exercuit. Bis enim quam Syracusanum imperium occupare
tentasset, in exilium actus est, cui non multò post non modò pax à populo data, sed
etiam praetor fuit constitutus. Qui potentissimos quosque vrbes nobiles & omnem
senatum interfecit: societatem enim cum Hamilcare duce Poenorum iniit, & ab eo
acceptis quinque millibus Afrorum, atque ita veluti Reipub. statum formaturus, po-
pulum in theatrum vocat: sic compositis rebus, immixtis militibus populum obsi-
det, senatum trucidat, cuius peracta caede, ex plebe locupletissimos & peritissimos
quosque interfecit. His ita gestis, militem legit, exercitumque conscribit, quo in-
structus, finitimas ciuitates nihil hostile metuentes improuise aggreditur. cōtra Car-
tha-

Ptolemæus
Lagi filius.

Subiecit fi-
bi Iudæos
Ptolemæus.

Iudæorum
dispersio.

Act. 2.

Agathoclis
natales &
mores.

Agathoclis
exitus.Tarentino-
rum cū Ro-
bellum.Pyrrhus Ta-
rentinorū
dux.Colloquū
inter Cineā
& Pyrrhum.Auxilia
Pyrrhi.

thaginenses diuissimè bellauit, & infinitos prostrauit. Ad postremum verò in Italiā spe ampliandi regni traiecit, sed reuerſi paucis diebus interiectis vis morbi coegit: quo toto corpore compræhensus, velut intestino singulorum membrorū bello impugnabatur, ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque ortū, eius regnū iam quasi mortui vendicantes, occiso filio, regnū nepos occupauit. Igitur cū morbi cura grauior esset, desperatis rebus, vxorem suam Theogenam, duosque ex ea paruulos cum omni pecunia & regali instrumento nauibus impositos, in Aegyptū, vnde vxorem acceperat, remittit, timens eis, quanquam vxor diu, ne ab ægro diucleretur, deprecata est. Et cū vtique sententia staret, discedentes paruuli stebili vultu amplexi patrem, ex altera parte vxor maritum non ampliùs visura, fatigabat, nec minùs senis lachrymæ miserabiles erant. Inter hæc regia omnis, assistentium stertibus tam crudelis dissidij impleta. Tandem lachrymis finem necessitas profectioem imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc agitur, Carthaginenses occasionem sibi occupandæ insulæ datam rati, magnis viribus eò trajiciunt, multasque ciuitates subigunt. Anno Ptolemæi Lagi xvij. Simon cognomento iustus, Oniæ pontificis filius, mortuo patre, pontificatum suscipiens, sedit annis xvj. hic propter pium cultum & iustum regimen, pronamque in suos ciues clementiam, iustus est cognominatus. Anno deinde Ptolemæi xxxv. mortuo Simone, & Oniæ fratris filio adhuc paruulo, Eleazarus pontificatum suscipit. sedit annis xvij. de quo aliquid sub Ptolemæo Philadelpho. In hac generatione anno ab vrbe cōdita 464. vt refert Orosius, Tarentini cū viderent classem Romanorum in mari prætereuntem, eam hostiliter inuaserunt, & quinque tantum nauibus per fugam elapsis, alias naues captas ad portum suum trahunt, interficientes omnes illos, qui ad bellū vtiles esse possent, alios vendiderunt. Missi ergo sunt legati à Romanis Tarentum, qui de iniuria conquirerentur, sed repulsi sunt & etiam iniuriati, & vt dicit Valerius, vnus eorum resperſus est vrina. His de causis ingens bellum exortum est atque indictum. Samnites mox defecerunt aduersus Romanos, Lucani similiter & Messapij. Vnde Romani considerantes, qui & quanti essent hostes, vltima necessitate coacti, proletarios, id est, eos qui prolis procreandæ causa vacationem habebant, ad sumenda arma coegerunt. Qui enim pauperes erant in plebe, nec ampliùs quàm mille quingenta æris impendebant, proletarij sunt appellati. Tarentini, videntes se bellum vix sustinere posse, Pyrrhum Epirotarum regem in ducem vocare statuerunt. Decreto igitur sumato, oratores cum donis ad Pyrrhum transmittuntur, non solum Tarentinorum, verum etiam Italicorum, qui dicerent se duce indigere: nam copias satis ingentes sibi in Italia affuturas, equitum enim viginti, peditum 365. millia habiturum. Hæc non solum ipsum iam Pyrrhum exulcerunt, sed etiam Epirotas ad militiam promptiores fecerunt. P. rimus Aemilius consul cum copijs suis impetum fecit in fines Tarentinorum, igne & ferro omnia vastans. Plurima etiam oppida occupat. Erat quidam in Thessalia Cineas, vir magni ingenij, qui auditor Demosthenis fuerat. hic apud Pyrrhum magnam auctoritatem habebat, de quo Pyrrhus dicere solebat, plures à Cineâ oratione, quàm à se, armis vrbes esset partas. Hic Cineas Pyrrhum ad Italiam inclinatum cernens, occasionem dicendi nactus: Egregij quidem, inquit, bello Romani esse dicuntur, multisque bellicosjs gentibus imperare. quòd si eos superare, dij nobis dederint, quid tunc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus, De re haudquamquam obscura, inquit, ò Cineâ percontaris: neque barbara enim nobis, neque Græca ciuitas illic resistere valeret, Romanis superatis, sed haberemus confestim Italiam totam. Parumper commoratus Cineas, Enimuero cū Italiam ceperimus, quid tunc agemus? Et Pyrrhus: Proxima dehinc Sicilia est, insula felix & populosa, capi facilis ob seditiones & discordias intestinas. Rectè dicis, inquit Cineas, sed an finis militiæ nobis erit Siciliam cepisse? Deus modò nobis victoriam præstet, ait ille rursus: nam his veluti præludijs vtetur. quis enim se à Libya abstineat & Carthagine, quam nuper Agathocles, clam ex Syraculis profectus, propè ceperat? His autem deuictis, ait Cineas, nullus nobis resisteret hostis? Ita est, inquit Pyrrhus. Tunc Cineas: constat enim quòd & Macedoniam recuperare, & totam Græciam cum potentia licebit capere. Sed victis omnibus his ac subactis, quid faciemus tandem? Pyrrhus ridens, Ocium, inquit, agemus, mutuo sermone lætitiæque perfruemur. At quid vetat, inquit Cineas, ò rex, quo minùs nunc ista lætitiæ & festiuitate & ocio perfruemur? Adest quippe nobis sine labore facultas eorum, ad quæ per sanguinè & multas molestias

lestias peruenire conamur. His Cineas verbis turbauit potius regem, quàm ab incepto retraxit. Hæc Plutarchus. Tarentinis aduersus Romanos laturus auxiliū Pyrrhus, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuo petit, ab Antiocho pecuniam, à Ptolemæo Macedonum militum auxilia, qui quinque millia peditū, equitum quatuor, elephantes quinquaginta non ampliùs quàm in biennij vsu dedit. Ob hoc Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit. Sed quoniam, vt Iustinus ait, ad Epiri mentionem ventum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molosorum primū in ea regione regnum fuit, post Pyrrhus Achilles filius, amissò per absentiam Troianis temporibus paterno regno, in his locis confedit. Successor huic Ptoles filius fuit, per ordinem deinde regnum ad Arisbam descendit, huius filius Neoptolemus fuit, ex quo nata est Olympias mater Alexandri Magni. Et Alexander qui post eum regnum Epiri tenuit, & in Italia bello in Brutijs perijt, post eius mortem frater Acacides regno successit, qui propter assidua bella in exilium actus est. Qui Pyrrhum filium admodum paruulum in regno reliquit, & cū ob odium patris ad necem quæreretur, subtractus in Illyrios defertur, traditusque est Beræ Glauci regis vxori nutriendus, quæ eiusdem generis erat. ibi eum seu misericordia, seu infantilibus blandimentis inductus rex, aduersum Cassandrum Macedoniæ regem, qui eum belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis officio: quibus rebus moti Epirotæ, odio in misericordiam verso, annorum vndecim eum in regnum reuocarunt. Fuerunt autem in Pyrrho tremèdi magis quàm moderati principis adspèctus: nec plures habuit dentes, sed vnum atque integrum os, desuper quasi leuibz rimulis in dentium figuram distinebatur. Splene laborantibus mederi videbatur, si supinos illos premeret pede dextro. siquidem ferunt infuisse digito maiori eius pedis vim diuinam. Cū enim mortui reliquum corpus crematum esset, digitus ille integer illæsusque, ab igne permansit. Post adoleſcētē multa bella gessit. feruntque Antigonum interrogatum, quis ducum sibi optimus videretur, respòdisse, Pyrrhum, si senesceret. sed postea Hannibal omnium omnino ducum primum peritia & sagacitate fuisse dixit Pyrrhum. tantus itaque rerum successu coepus est haberi, vt Tarentinos solum aduersus Ro. tueri posse videretur. Igitur Pyrrhus non tam supplicum precibus, quàm spe inuadendi imperij Italiæ inductus, relicto custode regni filio Ptolemæo, annos xv. nato, Alexandro & Heleno paruulis filijs in solatia longinquæ secum expeditionis abductis, quasi cognatam Græciæ ciuitatem vindexaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ atque Macedoniæ, elephantos etiam vsque ad id tempus Romanis inuisos, numero xx. in Italiam aduexit. Hic cū Delphici Apollinis consulisset oraculum, ambiguum dedit responsum:

Ratio re Accida Romanos vincere posse.

Tunc primū Romani cum transmarino hoste dimicauerūt. Pyrrhus cū primū Tarentum intrauit, videns populum sua sponte nec seruare seipsum, nec seruari posse, sed tanquam illo propugnaturus, domi federe, balneis conuiujsque indulgentem, clausit deambulatoria, in quibus verbis militabant, potus verò & lascitiæ intempestiuas inhibuit: delectum habuit ita acrem, vt multi imperium ferre insueti, ex vrbe migrarent, seruitutem vocantes, non viuere ad voluptatem. Missus est autē contra Pyrrhum consul P. Valer. Leuinus, qui cū exploratores Pyrrhi cepisset, eos iussit per castra duci, omnemque exercitum ostendi, sicque dimitti, vt renunciarent Pyrrho quæ vidissent. Commissa itaque pugna, consumpta est dies grauissimo certamine, omnibus vtrinque mori paratis, fugere nescijs. Introductos autem inter currentia agmina elephantos, forma truces, odore graues, mole terribiles, vt viderūt Rom. nouo pugnandi genere circunuenti & territi, maximeque pauitantibus equis, diffugerunt. Finis pugnæ noctis beneficio impositus est. Leuinus tamen per noctem fugit. Romanos victos fuisse, turpis fuga prodidit. Dionysius non multò pauciores xvj. millibus ab Rom. cecidisse scribit, ex his autem qui cum Pyrrho erant, 13. millia. Romanorum castra Pyrrhus cepit, & vrbes sociorum ac regionem multam depopulatus est. Ex Rom. mille & 80. viros cepit, quos tamen summo honore tractauit, occisos sepeliuit, quos cū aduerso vultu trucique adspèctū etiam mortuos iacere vidisset, tulit manus in cælum, dicens, se totius orbis dominum esse potuisse, si tales milites sibi contigisset habere, cuius victoriæ titulū affigens templo Tarentini Iouis, ita scripsit in eo: Qui inuicti antè fuerant, pater optime Olympi, hos ego pugna vici, victusque sum ab eisdem. quem cū sui increparent, cur se victum diceret, responsum dedit:

Cc 2

Si

Epirotarum
regnum.Rom. cades
& fuga.

Cineas Pyr-
rhi legatus.
7e &Ap. Claudij
oratio.Fabricij cō-
stantia.De medico
Pyrri.Pyrrius in
Siciliam ac-
cessit.

Si iterum eodem modo vicero, sine milite reuertar in Epirum. Supplemento igitur habito, nulla mentio pacis à Ro. facta est, quæ res Pyrrhum in admirationem conuertit. Visum est ergo Pyrrho, vt prior ad eos mitteret, experireturque an pacem velent non enim esse præsentis potentia, Romam capere posse, ratus pacem gloriosam sibi post victoriam iam paratam fore. Missus itaque Cineas à rege, qui cum primoribus ciuitatis locutus est, dona ipsis & vxoribus eorum afferens. accepit autem nemo, sed responderunt omnes viri mulieresque, si pax publica fieret, * & sua omnia regi offerre. In senatu verò multa præclare & humaniter dicta sunt à Cineas, cum & liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendam Italiam Pyrrhus offerret, ac pro his nihil aliud quàm amicitiam sibi, Tarentinis securitatem postularet. Et constabat senatum ad pacem inclinari, victum iam semel magno prælio, & ob addita Pyrrho ex his, qui à Rom. modò defecerant, supplementa. Tum Appius Claudius vir amplissimus, senectute & cæcitate iam à senatu dimissus, hæc audiens, fecit se in senatum lectica duci. quo introducto, factum est silentium. ille autem vbi suo loco constitit, ita dicere orsus est: Antea P. C. hanc meam orbitatem oculorum molestè ferebam, nunc autem doleo quòd non surdus etiam sum, ne turpes cõditiones pacis, quæ gloriam vrbs subuertunt, audirem. Vbi est illa iactantia qua audire solebam, si Magnus Alexander in Italiam veniens, nobiscum manum cõseruisset, nequaquam vt inuictus gloriam habuisset, sed vel fuga, vel morte, maius huic vrbi nomen reliquisset? Pyrrhū formidatis, qui nunc non magis Tarentinis auxilium ferens, quàm hostes domi fugiens, in Italia versatur, ausus profiteri principatum in Italia cum hac potentia, quæ ad paruum Macedoniæ partem conseruandam sufficere non valuit. Non autem hunc remouebitis, si amicum feceritis, sed alios inuitabitis, si non pœnam eorū quæ contra nos fecit, luens, sed mercede accepta abibit. Hæc Claudij verba redixerunt senatum, remandatumque est Pyrrho à senatu, eum cum Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Eo autem recedente, tunc si vellet, de amicitia verba faceret. Cineas ad Pyrrhum reuersus, quaesitus qualem Romam comperisset, Cineas dixit videri sibi senatū regum confessum, scilicet tales illic ferè omnes esse, qualis vnus Pyrrhus apud Epirotas. Cineam verò admirabili vi memoria præcipuè commendant, quòd & senatorum nomina vno die percensere didicisset. Post hæc legati ad Pyrrhum pro redimendis captiuis missi sunt, inter quos C. Fabricius fuit, quem Cineas dixit maximum apud Romanos nomen habere, pauperem tamen esse. Hunc igitur rex seorsum, vt acciperet pecuniam, rogabat, non ob aliquam turpem causam, sed hospitalitatis & amicitia causa. Reuente autem Fabricio, non destitit. altero autem die iussit, dum simul loquerentur, maximum elephantum post aulae constitui, atque tum subitò aulæis sublatis, elephas ex improviso conspectus, proboscidem super caput Fabricij extulit, & terribilem vocem emisit. At Fabricius leniter subridens, inquit: Nec heri aurum, nec me hodie bestia permouit. In cœna autem apud regem cum de Epicuri opinionibus differeret Cineas, more ingenij sui, non esse scilicet dijs mortalium curam, atque multa ferè huiusmodi, Fabricius, Vtinam, inquit, hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint, quandiu aduersus nos bellum gerunt. sic itaque virum rex admiratus, magis ac magis optabat pacem: priuatim Fabricium rogauit, vt facta pace, vnà secum regnare vellet. Ad hæc Fabricius submissa voce respondisse: At ne hoc quidem tibi ò rex conducit. illi enim qui te nunc admirantur & colunt, si me experiantur, à me potius quàm à te regi oprabunt. Pyrrhus non superbè verba Fabricij suscepit, magnitudinem animi ipsius ad amicos protulit. Secunda pugna inter Ro. & Pyrrhum facta est in Apuliæ finibus, P. Sulpitio & Decio consulibus, in qua pugna Pyrrhus brachio confixus, saucius prior è bello secessit, elephantum capti, viginti millia hostium cæsa, & ex Romanis tantum quatuor millia. Pyrrhus Tarentum fugatus est. Interiecto anno, contra Pyrrhum Fabricius missus est. tum in vicina parte castra ipse & rex Pyrrhus habuere. medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittens veneno se Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur. Hæc Pyrrho perscribuntur à Cofs. suntque vera inuenta quaestione. Eius beneficij gratia captiuos omnes sine precio Romam misit. tunc Rom. iusserunt omnes captiuos quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, quòd armati capi potuissent, nec antè eos ad vterem statum reuerti, quàm si notorum hostium occisorum spolia retulissent. Inter has difficultates legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduus Carthaginensium bellis vexabatur. Itaque relicto Alexandro

dro filio, firmatisque ciuitatibus valido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit. iam enim Agathocles excesserat rebus humanis. Cumque Syracusas venisset, multasque ciuitates subegisset, rex Sicilia, sicut & Epiri, appellabatur: quarum rerum felicitate lætus, Heleno filio Siciliae velut auitum, (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem Italiae regnum destinat. post hæc multa secunda prælia cõtra Carthaginenses fecit. Interiecto deinde tempore, legati ab Italicis socijs venire, nunciantes Romanis resisti non posse, deditioemque futuram, nisi subueniat. anxius tam ambiguo periculo, incertusque quid ageret, vel quibus primùm subueniret, in vtrunque pronus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, inde Romanis, periculosum videbatur, exercitū in Italiam non trajcere: periculosius, à Sicilia deducere, ne aut illi lata non ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum rucissimus portus consiliorum visus est, omnibus viribus decernere in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, victorem exercitum transponere in Italiam. Itaque confecto prælio, cum superior fuisset, quoniam tamen à Sicilia abiret, pro victo fugere visus est, ac propterea socij ab eo defecerunt, & imperiū Siciliae tam citò amisit, quàm facillè quaeserat. Sed nec in Italia meliore felicitate vsus est. veniens in Italiam, omnibus copijs bifariam diuisis, & partim in Lucaniam missis, vt alterum consulem demoraretur, ipse contra M. Curium apud Beneuentum castra habentem, exercitum duxit. Curius collega aduentum expectabat, sed properabat Pyrrhus antè eum opprimere. necessitate ergo cogente, Curius castra egressus, primos inuadit, eosque in fugam vertens, omnes contriuit, & quidam ex elephantis capiuntur, quæ res victoriam Romanis tradidit. Pyrrhus sex annorū tempore in illis absumpto, & rebus quidem attenuatis, ex illo bello tractus est, reuertiturque in Epirum cum octo millibus peditum & quingentis equitibus. Admirabilis vtriusque rei casus. nam sicut antè secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italiae Siciliaeque imperium & tot de Romanis victorias attraxerat, ita nūc aduersa, velut in ostentationem fragilitatis humanae, destruens quæ accumulauerat, Siciliensi ruinæ naufragium maris & foedā aduersus Romanos pugnam, turpemque ab Italia discessum adiecit. Post profectionem à Sicilia Pyrrhi, magistratus Hiero creatur, cuius tanta moderatio fuit, vt consentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginenses primùm, mox rex crearetur. genitus erat patre Hieroclyto nobili viro, cuius origo à Gelo antiquo Siciliae tyranno manabat, sed ex ancilla natus, & propterea à patre expositus fuit, sed paruulum apes congesto circa iacentem melle, multis diebus aluere, vt humanæ opis indigentem. Ob quam causam pater paruulū recolligit, omnique studio ad spem maiestatis instituit. prima bella ineunti aquila in clypeo, noctua in hasta confedit: quod & consilio cautum, & manu promptum ostendit. pulchritudo illi corporis insignis, vires quoque admirabiles fuere. in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus prorsus. Ad Pyrrhum redeo. reuersus in Epirum, statim fines Macedoniæ inuadit, cui Antigonus cum exercitu occurrit, & vincitur, in fugamque conuertitur. Macedoniam Pyrrhus in deditioem accepit. Antigonus autem cum paucis Thesalonicam se recepit, vt inde conducta Gallorum manu, bellum repararet. Et rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus est. Pyrrhus in tanto fastigio collocatus, Græciæ Asiæque regna meditatatur. primū bellum aduersus Spartanos fuit. ibi Ptolemæum filium amisit. repulsus à Spartanis, Argos petit, intra quam urbem prorumpens, inter confertissimos violentissimè pugnans, saxo iactato occiditur. Plutarchus refert, saxum animum pauperem è domo in Pyrrhum tuendi filij causa misisse. mortuo Pyrrho, caput illius Antigono refertur, qui victoria moderatè vsus, filium Pyrrhi Helenum cum Epirotis sibi deditum, in regnum dimisit, eique insepulti patris ossa in patriam referenda tradidit. Satis enim constat inter omnes authores, nec eius nec superioris ætatis vllum regem comparandum Pyrrho fuisse, aut vitæ sanctioris aut iustitiæ probatoris visum fuisse: scientiam certè rei militaris in illo tantam fuisse, vt cum Lyfimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gesserit, inuictusque semper extiterit: Illyriorum quoque & Siculorum, Romanorum & Carthaginensium bellis nunquam inferior, plerumque etiam victor extiterit, qui patriam certè suam angustā ignobilemque, fama rerum gestarum & claritate nominis sui illustrem reddiderit.

In hac etiam generatione Brennus ductor Gallorū, & vrbs Romæ expugnator, occubuisse fertur. nam, vt Iustinus refert, conditis in Italia vrbbibus, de quibus supra dictum est, dimissa Italia, cum multo milite Asiam intrauit, illamque velut examen

apum impleuit. Præcessit autem cum Gallorum portio, qui duce Belgio nationes omnes inuasert, tantusque terror Gallici nominis ibi fuit, ut læcessiti reges, pacem ingenti pecunia mercarentur. Ptolemæus verò Macedoniae rex ausus illi occurrere, victus est, & multum saucius, captus est, cuius caput amputatum, ad terrorem hostium circumlatum fuit tota acie lancea infixum. Nec multo post, nemine prohibente, vniuersam Macedoniae vastare, antè enim domitis Pannonijs, cum finitimis per multos annos varia bella gessere. Sed tandem superueniente Brenno, audita victoria suorum, qui Belgio duce Macedonas vicerant, & ipse irrumpit. Tunc spoliatis hominibus, etiam deorum templa Galli aggressi sunt. sed dum Apollinis ædem apud Delphos spoliare cœpissent, partim terræ motu obruti, partim grandine & frigore dissipati, reliqui ab accolis vsque ad internecionem cæsi sunt. Brennus autè eo in prælio vulneratus, cum dolorem ferre non posset, pugione virâ finiuit. quo mortuo, Gallorum reliquiæ nonnulla Asianorum loca postmodum occuparunt. vnde ab ipsis Gallis Galatia & Gallogræcia dicebatur. de hoc & alijs Brenni gestis Gotfrid. Viterbiensis quoque scribit. tempora tamen victæ à se Romæ ac mortis suæ, non benè consonant. In hac quoque generatione, prout dictum est, post Alexandri fata quatuor regna esse cœperunt: Alexandriae seu Aegypti, Syriae, Macedoniae, & Asiae, quod tamen mox in Demetrio Antigoni filio defecit. In regno Alexandriae primus post Alexandrum, qui Alexandriam condidit, regnavit Ptolemæus Lagi filius, qui & Soter, à quo sequentes reges Aegypti, Ptolemæi dicti sunt: secundus Ptolemæus Philadelphus, prioris Ptolemæi filius, cui tertio loco successit Ptolemæus Evergetes frater Philadelphi, huic quarto successit Ptolemæus Philopator, deinde successit Ptolemæus Epiphanes, cui successit Ptolemæus Philometor, cui successit Ptolemæus Evergetes, huic Ptolemæus Philcon, qui & Soter: hic pulsus est regno, quia filium fratris occidit. deinde Ptolemæus Alexander frater Soteris regnavit, hic regno pellitur, quia matrem occidit. post hunc Ptolemæus Philcon, qui regnavit secundò. post illum Ptolemæus Dionysius, hic sororem Cleopatram vxorem habuit, qui & Pompeium occidit, naufragio ipse periit. Cleopatra soror & vxor Ptolemæi, post M. Antonio nupta, à serpente periit, & sic regnum Ptolemæorum defecit. In Syria post mortem Alexandri primus regnavit Seleucus. hunc refert Appianus Græcus, Alexandrum inter pedites secutum, & cum ex labore deficeret, apprehensa equi cauda insequi perseveravit. At cum fortè telo Alexandri vulnus accepisset, effusoque sanguine, ferunt diademate proprio Alexandrum obligasse vulnus, & diadema ex cruore fœdaturum esse: ob hæc Alexandrum dixisse, regem illum futurum, verum cum maximo labore regnaturum. quod & verissimum fuit. Nam post regnum adeptum & multas in eo pugnas, octogenarius per insidias occisus est. Hic condidisse dicitur Seleuciam, Antiochiam, Laodicæam, Apameam, Edessam, Berenicen & Pellam. post eum regnavit filius eius Antiochus Soter, ab illo omnes Syriae reges cognominati sunt Antiochi. tertius illi successit Antiochus Theos, quartus Seleucus Callinicus cum fratre Antiocho. post hunc regnare Antiochus Magnus & frater eius Seleucus Ceraunus filij Seleuci. deinde Seleucus Philopator filius magni Antiochi, post patrem regnavit. post hunc Antiochus Epiphanes frater. successit illi Antiochus Eupator filius. hunc occidit Demetrius filius Seleuci, & post eum regnavit. hunc occidit Alexander filius Antiochi, & regnavit. hunc Ptolemæus Philometor rex Aegypti occidit. Demetrius filius Demetrii post illum regnavit. post hunc Antiochus filius Alexandri, hunc occidit Trypho. Alexander filius Antiochi post illum regnavit, hunc occidit dux. deinde Antiochus Pius filius Demetrii regnavit, & in Parthia occiditur. post hunc Antiochus Sedetes filius regnavit, hic de regno fugatur. Demetrius frater Antiochi post hunc regnavit, hunc Alexander rex Syriae & Asiae occidit. Tandem res ad Antiochum, qui Eusebius cognominabatur, devenit. hunc vicit Pompeius, regnoque pepulit. atque is est Seleucidum imperio finis, quod ferè per ducentos septuaginta annos duravit. Macedoniae regnum post Alexandrum Magnum obtinuit Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, regnavit annis 7. Post hunc Cassander regnavit annis 19. Post eum Antigonus & Alexander filij regnaverunt annis 4. Post illum Demetrius regnavit annis 6. post illum Lysimachus annis 6. regnavit. post eum Ptolemæus Ceraunus, Meleager, Antipater, sicut & Pyrrhus, mēsis certis regnare. Sosthenes regnavit annis 2. post hunc Antigonus regnavit annis 36. hic Pyrrhū superavit. Demetrius regnavit post illum annis 10. post hunc Antigonus

Brenni mors

Regnum
Aegypti.3. bel. ciu. 72
4. bel. ci. 23.Regnum
Syriae.Macedoniae
Regnum

mus regnavit circiter 15. postea Philippus reg. annis 42. * Perseus filius Philippi reg. Macedoniae annis 10. hic vnà cum regno in Romanorum potestatem devenit 153. olympiade. Asiae regnum Antigonus accepit, reg. annis 19. huic successit Demetrius eius filius, reg. annis 17. hic superatus in bello, Seleuco se dedit, qui regnum Asiae destruxit, & ex duobus Asiae & Syriae, vnum imperium fecit. Floruerunt in hac generatione viri celebres, Hyperides vnus è decem oratoribus, Demosthenis æmulus. plura apud Plutarchum in eius vita leges. Demades orator Atheniensis. Alexandro restitit, cum aduersus Athenas contenderet. Huic dicebat Antipater, cum in luxu senuisset, nihil sibi præter linguam & ventrem superesse. Theophrastus Lesbios scholæ Aristotelis successor, Euphrastus primùm, deinde Theophrastus ob eloquentiæ laudem vocatus: eius opera quoque extant nonnulla hodie. scripsit enim penè innumera. Menander Atheniensis poeta comicus. cuius nil præter versiculos quosdam sparsum extat. scripsit autem & soluta oratione. Philemon Syracusanus poeta comicus risu periit. nam cum ei ficus ad cibum parata in conspectu forent, asello eas comedente, puerum aduocavit ut asinam abigeret. sed is tardius cum superuicisset, comestasque omnes videret, vrbanius ait: Et nunc da merum asello. quo audito, risu diffuens periit.

GENERATIO LVIII.

ANNO 4920. ab exordio mundi, ab vrbe verò condita 470. olympiade autem 114. mortuo Sado, successit illi Achim filius per lineam Christi, in quo numeratur 58. generatio. duravit annis 47. Eodem anno Eleazaro pontifice Iudæorum, Ptolemæus Philadelphus Lagi filius minimus, contra ius gentium regnare cœpit. Cuius non minor in accipiendo regno fauor, quam patris in tradendo fuit. Inter cætera (vt Justinus tradit) patris & filij mutuæ pietatis exempla, etiam ea res amore populi iuveni conciliavit, quòd pater regno publicè ei tradito, priuatus officium regi inter satellites fecerat: omnique regno pulchrius, regis se esse patrem, duxerat. regnavit autem Alexandriae annis 38. Hic omnium scientiarum doctissimus, Stratonem philosophum præceptorem habuit. bibliothecam instituit, super quam Demetrius Phalereus, apud Græcos orator & philosophus, constitutus erat: qui dum studeret omnia per vniuersum terrarū orbem inuenta cōgregare volumina, interrogatus à rege, quot millia librorum haberet, respondit, Viginti millia, sed scito ad quinquaginta millia posse peruenire: dicensque nunciatum esse sibi apud Iudæos multa haberi bibliotheca regali digna, persuasit regi, adnitente Aristeo quodam regis amico, vt ad Eleazarum pontificem Hierosolymam mitteret, rogans vt sibi viros legem scientes destinaret, qui eam in Græcam linguam transferrent. Et interpellatus pontifex, regi 70. viros in lege doctissimos transmisit. illi verò Alexandriam ducti, & à rege benignè suscepti, Demetrio sunt commendati. qui duxit eos in domunculas secretas, vbi per 72. dies omnem legem disertissimè transfulerunt. Quibus diebus transactis, congregavit omnes Iudæos Demetrius, & presentibus interpretibus legit. Cumque multitudine interpretationem laudasset, gauisus est rex voluntatem suam esse perfectam, & relectis legibus, sensum & sapientiam earum obstupescens, dixit ad Demetrium, admirari se quòd nemo historiographus nec poeta Græcus eiusdem legis meminisset. Cui Demetrius respondit, neminem ausum fuisse conscriptionem eius tangere, eo quòd diuina esset, addēs quòd Theopompus volēs in historia aliquid de his scribere, mente sit turbatus plus quam xxx. diebus, donec inde sibi dementia factam suspicatus esset somnio admonitus, quòd hoc ei accidisset, quia leges diuinas scrutatus, ad impuros homines eas ferre voluisset. cumque scribere quicuisset, recepit sensum. Referebat etiam de Theotecto tragœdiarum poeta, qui cum nisus fuisset in aliquo earū meminisse, obscuratis oculis, recognouit causam suæ cæcitatatis, & ita liberatus est à passione, Deo veniam largiente. His auditis exhilaratus rex, remisit eosdem seniores cum honore, donās vnicuique eorum stolas optimas & auri talenta duo, & calicem vnus talenti. principia autem sacerdotum Eleazaro destinavit lectos decem cum argenteis pedibus, & conuenientem eis supellecilem, & calicem talentorum 30. & stolas decem, & purpuram, & coronam decoram, & lineas de bysso centum, præterea & pateras, & trullam, & libatoria, & crateras aureas duas deuonēdas. Omnes in super Iudæos quos in Aegypto captiuos inuenit, liberos esse permisit, ac à dominis sua impēsa redemit. Abeuntes autem interpretes, & à rege Asiae honorati sunt. nam Seleucus Nicanor

Perfes
Regnum
Asiae.Ptolemæus
Philadelphus.Bibliotheca
Alexandriæ.Septuaginta
interpretes.

Ptolemæus
Arsinoen
sororem du-
cit vxorem.

nor in ciuitatibus quas per Asiam ædificauerat, & in inferiore Syria, & in ipsa metro-
poli Antiochia, repub. sua dignos eos fecit, & æquum eis honorem cum habitatori-
bus Macedonibus & Græcis deputauit. De hoc Ptolemæo refert Iustinus: Cùm Se-
leucus, vt supra dictum est, solus de Alexandri Magni milite superesset, post menses se-
ptem ab hoc Ptolemæo per insidias circumuentus occiditur, regnumque Macedo-
niæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita amisit. post hæc Ptolemæus Lysimachi filios
conciliare statuit, nuptiasque Arsinoæ sororis suæ, matris eorum, petit, puerorum ad-
optione promissa, vt cùm in locum eorum successisset, nihil ei moliri vel verecun-
dia matris, vel appellatione patris auderent. Timebat tamen quia Antiochus Theos,
Antiochi Soteris filius, bellum contra eum habuit, & totis Babylonis atque Orientis
viribus dimicauit. quare volens molestum certamen finire, cùm ipse tamen habet
ret magnas copias, filiam suam Berenicen Antiocho dedit vxorem, qui de viuente ad-
huc vxore Laodice duos habebat filios, Seleucum qui cognominabatur Callinicus,
& Antiochum. Antiochus autem dicebat Berenicen se velle vxorem habere & re-
gni consortem, Laodicen verò concubinæ loco. Ptolemæus itaq; metu deposito,
impium & facinorosum animum ad domestica scelera conuertit, insidiasque Arsinoæ
sorori suæ struit, quibus & filijs illius vitam, & ipsi Cassandram urbem tollit. primus ei
dolus fuit, simulato amore sororem in matrimonium ducere. Quid plura? induxit
Arsinoen præstita fide sibi & filijs omnibus, vt maritum & patrem deceret, adesset:
nuptiæ deinde magno apparatu celebrantur. Capiti sororis rex diadema imponit,
reginamque eam appellat: quo nomine in latitiam effusa Arsinoe, virum in urbem
suam Cassandram inuitat, ibique filios suos Lysimachum 16. annos natum, Philip-
pum triennio minorem, vtrunque forma insigni, occurrere iubet, quos Ptolemæus
amplexus, osculis diu fatigat. vbi verò ad portam ventum est, occupare arcem iubet,
pueros interfici. qui cùm ad matrem confugissent, in gremio eius trucidantur. Arsi-
noe pro filijs se sæpe opposuit. ad postremum spoliata etiam funeribus filiorum, scis-
sa veste & crinibus sparsis, ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abiit, eo mi-
serior, quòd mori cum filijs ei non licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt:
quippe breui post Galli duce Belgio legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem,
si emere velit. Sed Ptolemæus belli metu pacem Gallos petere gloriatum est, nec
minus ferociter se legatis, quàm inter amicos iactauit, aliter se pacem daturum ne-
gando, nisi principes suos Galli ei obsides dederint, & arma tradiderint: qua legatio-
ne renuntiata, rursus Galli vndique acclamantes. Interiectis paucis diebus, prælium
conferitur. victi Macedones cæduntur, Ptolemæus multis vulneribus saucius capitur,
caput eius lancea fixum circumfertur, vt & supra dictum est. Antiochus verò Theos
post multum temporis superatus amore, Laodicen cum liberis suis reduxit in re-
gnum. quæ metuens ambiguum viri animum, ne Berenicen reduceret, virum per mi-
nistros veneno interfecit. quo mortuo, cùm in locum eius Seleucus successisset, hor-
tante matre Laodice, Berenicen nouercam suam cum paruulo fratre ex ea suscepto
interficat. Mortuo verò Ptolemæo Philadelpho, Ptolemæus Evergetes filius succes-
sit, regnauit Alexandriæ annis 26. sub hoc Iesus filius Sirach librū suum scripsit. Everge-
tes cùm Syriam & Asiæ partem peruastaret, reuexit deos Aegyptiorum à Persis, quos
Cambyses inter spolia transtulerat. Quo etiam tempore mortuo Eleazarum summo
pontifice, successit in pontificatu Onias filius Simonis Iusti, licet aliqui velint post Elea-
zarum pontificatū tenuisse Manassen fratrem Iaddi. Ad Evergetem redeo, hic post
mortem patris Philadelphii, pro vltione occisæ sororis, cum magno exercitu intra-
uit prouinciam regis Seleuci Callinici, qui cum matre Laodice regnauit, & cepit Sy-
riam & Siciliam, & superiores partes trans Euphraten, & omnem penè Asiam. Seleu-
cus desperans, ad Antiochum fratrem mittit, & auxilium implorat. Antiochus autem
annos 14. natus, supra atatem regni audus, latronis more totum fratri eripere cu-
piens, virilem sumit audaciam, vnde Gallorum mercenario exercitu fratrem inuadit.
Quo victo, & in Antiochum verterunt arma Galli, quippe qui fidem atque perfidiam
iuxta æstimabant, sed ab his se auro redemit Antiochus velut à prædonibus. Inter-
ea Eumenes Bithyniæ rex Asiam inuadit, à quo victus Antiochus, ad Ptolemæum
hostem, cuius fidem tutiorem quàm fratris aut soceri putabat, profugit, vbi à Ptole-
mæo arctissima custodia seruatus est. Hinc quoque Antiochus opera cuiusdam me-
retrici adiutus, deceptis custodibus, labitur, fugiensque à latronibus interficitur.
Seleucus quoque eisdem ferme diebus amisso regno, equo præcipitatus moritur.

Seleucus &
Antiochus
fratres.

Interimunt
Ptolemæum
Galli.

Antiochi
mors.

fratres quasi & germanis casibus exules ambo post regna, scelerum suorum pœnas
lucrunt. Anno ab vrbe condita 477. obscura & dira prodigia vel visa Romæ, vel
audita sunt: lupi tres ante lucem ingressi urbem, semesum cadauer intulerunt, Orosio
auctore. Anno ab vrbe condita 477. vt Eutropius ait, cùm iam clarum vrbs Ro-
mæ nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerunt. Vt igitur cognosceret-
ur quæ copiarum Romanis essent, census est habitus, & inuenta sunt ciuium capita, 272.
millia, trecenta 34. Semina belli Punici prima Tarentini iecerunt. Nam audita mor-
te Pyrrhi regis, petierunt auxilium à Carthagenensibus & habuerunt. Quo facto, ab his fœ-
dus inter eos violatum est. deinde Romani Ap. Claudium consulem Mamertinis au-
xilia poscentibus contra Hieronem Syracusanorum regem & Pœnorum copias, quas
rex ipse cõduxerat, in Siciliam miserunt, qui tam celeriter eos vicit, vt ipse rex magnitudi-
ne perterritus, antè se victum, quàm cõgressum fuisset, prodidit: & cum omni nobi-
litate Syracusanorum pacem à Romanis impetrauit, deditque argenti talenta ducenta,
Eutropio auctore. Hannibal verò senior, dux Pœnorum, in Agrigento ciuitate
Siciliæ obsidione cinctus à Romanis, ad summam egestatem perductus esset, nisi Han-
no nouus imperator Carthagenensibus mille quingentis equitibus, & 30000. peditum &
30. elephantis superueniens, expugnationem ciuitatis paulisper distulisset, sed con-
tinuò capta est, Pœnique victi & fugati sunt. Hannibal cum paucis euasit, vnde ele-
phanti capti, in Agrigento omnes sub corona sunt venditi. post hæc C. Aquilio Floro
& L. Cornelio Scipione consulibus, Carthagenenses Hannonem in locum Hanniba-
lis subrogarunt. qui à Scipione victus, confertissimis hostibus se immiscuit, ibique in-
terfectus est. Scipio Sardiniam vastauit, & multa millia inde captiuorum abduxit.
Hannibal tum iterum classi præpositus est, infeliciterque cum Ro. congressus, naua-
li prælio victus, ab exercitu suo seditione orta, lapidibus coopertus interiit. Et de hac
victoria reor Eutropium mentionem fecisse, cùm dicit quòd C. Duillius consul, com-
missio prælio, Carthagenensibus decem vicit, triginta & vnā nauem cepit, 14. mersæ, 7.
millia hostium cepit, tria millia occidit, neque vlla victoria Romanis gratior fuit, quòd
inuiti terra, iam etiam mari plurimum valerent. Anno ab vrbe condita 482. L.
Manlio Volgone, M. Attilio Regulo consulibus, bellum in Aphricam translatum
est, cõtra Amilcarem & Hannonem Carthagenensium duces in mari pugnatum est.
victi illi. Nam cùm in Aphricam transissent Romani, primùm Clupeam ciuitatem in
deditionem acceperunt consules, & vsque ad Carthaginem processerunt. multis va-
statis, Manlius victor Romam rediit, & 27. millia virorum captiuorum reduxit. Attilius
Regulus in Africa remansit. is contra tres Carthagenensium duces dimicans,
victor fuit, decem & octo millia hostium cecidit, quinque millia cepit, elephantes 18.
Inter hæc apud fluuium Bagradam Regulus serpentem miræ magnitudinis occidit,
cuius corium 120. pedum longitudinis habens, Romam delatum fuit. Tunc victi
Carthagenenses, pacem à Ro. petierunt, quam cùm Regulus nollet nisi durissimis
conditionibus dare, Aphrici auxilium à Lacedæmonijs petierunt, & duce Xanthippo,
Ro. dux Regulus victus est vltima pernicie. Nam duo millia tantum ex omni Ro-
mano exercitu refugerunt, quingenti cum cõsule Regulo capti sunt, 30. millia occisa.
Regulus ipse in catenas coniectus, decimo tandem belli anno nobilem triumphum
Carthagenensibus dedit. Xanthippus autem audacis facti conscius, rerum instabi-
lium mutationem timens, ilico ex Aphricamigravit in Græciam. Post hanc cla-
dem M. Aemilius Paulus, Seruius Fuluius consules ad Aphricam profecti sunt cum
trecentarum nauium classe. primò Aphros nauali certamine superat Aemilius con-
sul, centum & quatuor nauibus hostium demersis, triginta cum pugnatoribus ce-
pit, milites suos ingenti præda ditauit: Et subacta Africa tunc fuisset, nisi tanta fa-
mes fuisset, vt diutius exercitus expectare non posset. consules classe redeuntes, cir-
ca Siciliam naufragium passi sunt. tanta erat tempestas, vt ex 460. nauibus, 80. vix
reseruari potuerint. Hoc tempore argenteus nummus primùm in vrbe figuratus est.

Hiero pacē
cum Rom.
firmat.

Xanthippi
victoria.

Nūmus ar-
genteus Ro.

Deinde C. Seruilius Cæpio, & Gn. Sempronius consules, cum ducentis 60. nauibus
ad Aphricam profecti sunt. aliquot ciuitates acceperunt. prædam ingentem re-
ducentes, naufragium passi sunt. Itaque cùm continuus calamitibus Romani pre-
merentur, decreuit senatus, vt à maritimis prælijs recederetur, & tantum 60. naues ad
præsidium Italiæ saluæ essent. Deinde L. Cæcilius Metellus & Q. Furius (aliàs Curius)
veniunt in Africam, & Metellus in Sicilia Afrorum ducem cum centum 30. ele-
phantis & magnis copijs venientem superauit, xx. millia hominum cecidit, 26. ele-
phantos

phantos cepit, Romamque duxit. Post hæc mala Carthaginenses Regulum ducem quem ceperant, petierunt ut Romam proficisceretur, & pacem à Ro. obtineret, & permutationem captiuorum faceret. Ille iureiurando dimissus, Romam cum venisset, inductus in senatum, nihil quasi Romanus egit, dixitque se ex illa die qua in potestatem Aphrorum venisset, Romanum esse desisse: itaque uxorem à complexu remouit, & Ro. suavit, ne pax cum Pœnis fieret: Illis enim fractis tot casibus, spem nullam adesse. Et cum senatus inclinaretur ad permutationem oblatam faciendam ex affectu, ut liberarent Regulum, suavit ipse senatui, ut nullo modo fieret: se tanti non esse, ut tot millia captiuorum Aphrorum & robustorum, propter se senem aliosque paucos permutarent. Offerentibus autem Ro. ut eum Romæ tenerent, non acquieuit, sed seruare iuramentum statuit, negans se in ea vrbe manere, in qua dignitatem honesti ciuis habere non posset. Regressum igitur ipsum ad Africam, Carthaginenses circuncisis palpebris in dolio supinum collocant, ut vsque ad mortem intolerabili cruciatu ac dolore vigilaret: demum in his omnibus supplicijs extinctus est. Deinde Claudius Appius Pulcher & C. Iunius Coss. infeliciter pugnant, & anno sequenti classis Punica in Italiam transit, eiusque plurimas partes longè lateque vastauit. Itaque circiter annum 22. belli Punici primi, Q. Luctatio Catulo, & Au. Posthumio Albino consulibus, à Catulo contra Aphros bellum susceptum est, profectusque is est cum trecentis nauibus in Siciliam, Aphri contra ipsum 400. naues parauerunt. Nūquam in mari tantis copijs pugnatum est. Luctatius consul nauem æger ascendit. vulneratus enim erat. pugnatum est ingenti virtute Romanorum. nam septuagintatres Carthaginensium naues captæ sunt, vigintiquinque demersæ, trigintaduo millia hostium capta, quatuor millia occisa, infinitum auri argentique in potestatem Romanorum redactum est, ex classe Romanorum duodecim naues demersæ. Statim pacem Carthaginenses petiere, tributaque est eis pax sub his conditionibus, ut à Sicilia Sardiniaque discederent, & per xx. continuos annos tria milia talentorum puri auri Romanis persoluerent. captiui Romanis redditi sunt. etiam Carthaginenses petierunt, ut redimi eis captiuos liceret. senatus iussit sine precio dari. sicque finitum est primum bellum Punicum, per 23. annos protractum. Hæc Eutropius. L. Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco consulibus, Hiero rex Siciliae Romam venit ad ludos, & ducenta millia modiorum tritici populo dono exhibuit. Idem quoque consules primi trans Padum Romanas duxere legiones. pugnatum est ibi cum Insularibus & Liguribus, quorum interfecta sunt 23. millia, quinque millia capta. Deinde pace facta omnibus locis, per anni spatium sine bellis quieuerunt Romani. Eodem anno Iani porta clausa est, quod ab vrbis conditione sub Numa Pompilio tantum contigit, postea verò per annos quadringentos & quinquaginta non euenit. Anno regni Ptolemæi Philadelphi 37. primus Parthorum rex Arsaces fuit, à quo postea Parthorum reges Arsacidae dicti sunt, sicut Romanorum imperatores Augusti. Est autem Parthia regio maxima, & olim orientalis Scythiæ pars fuit. Originem autem Arsacis Iustinus incertam esse dicit. hic nanque ex latrocinijs viuere solitus, accepta occasione, cum prædonum manu Parthiam ingressus est, & ibidem præfecto regionis oppresso, ipsum imperium inuasit, & dominio aliquantarum ciuitatum potitus est, paratoque grandi exercitu, ab aduersarijs se tutatur. Quibus omnibus sublati, libertatem gentis conquisiuit, atque formam viuendi vniuerso regno dedit, magistratus constituit, qui belli & pacis vniuersi regni acta gererent: ordinatoque regno, in senectute bona decessit. Arsaces illius filius in regno successit, qui aduersus Antiochum Seleuci filium, cum centum peditum millibus & viginti millibus equitum, tanta virtute pugnavit, quod (ut Iustinus ait) ad extremum in societatem eius deprecatoriè reciperetur. Pampharius tertius, & ipse Arsaces dictus. Is actis in regno xij. annis decessit, relictis duobus filijs, Mithridate iuniore & Pharnace seniore. hic reges regni Mardos domuit, deinde decessit relictis filijs multis, ac fratre in regnum amore virtutis constituto. hic Medos ac Elymaeos bello vicit, imperiumque à Caucaaso vsque ad Euphratem protulit. Mithridati filius Phraates succedit, is qui à Scythis occisus est, huic Artabanus, deinde Mithridates Artabani filius, qui ob rerum gestarum gloriam Magnus est appellatus, ob crudelitatem à Parthico senatu regno motus. Post eum occupat regnum Orodes, qui fratrem ad Babyloniam vsque persecutus, M. Crassum cum filio ac exercitu delenit, à filio Phraate occisus. cæteri suo ordine referentur. Pharus turris, à Ptolemæo Philadelpho super quatuor cancos vitreos apud Alexandriam in mari condita

Attilij Regu
li constantia.

Attilij mors

Luctatij vi-
ctoria.

Finis Punici
belli primi.

Regnum
Parthorum.

condita est, toto orbe permaxima, ut scilicet nauigantibus lumen exhibeat, quæ tam insignis habita fuit, ut inter septem mundi spectacula connumerata sit. Zenon Stoicus isdem temporibus fuit. Chrysippus Stoicus floruit. Polemon, qui acta prima adolescentia luxuriosè, Xenocratis monitis melior est factus. nam & illi in schola successit. Aratus Macedonicus poeta clarissimus, cuius phænomena tralata sunt. Straton philosophus eloquentissimus, Philadelphi regis præceptor. Fuere & plerique alij. Stilpon Megarensis philosophus. eius meminit M. Cicero, dicens quàm pertinaci studio adolescentiæ libidinem vicerit. Crates Atheniensis, poeta comicus, Polemonis auditor. Crates Thebanus, philosophus Cynicus, qui ut liberè philosopharetur, amouit à se bona sua. Erosistratus Atheniensis medicus. Lycon philosophus è Troade, Stratonis discipulus è Theophrasti schola. Timon Appolloniates Nicenus, Ptolemæo Philadelpho adprimè gratus ob eloquentiæ & philosophiæ studium. In hac generatione Demetrius Macedonum rex, Antigoni filius, tertio Euergetæ anno regnare cepit, regnavit annis x. hic penè puer cum pater contra Spartanos victoriam obtinuisset, & postea Athenien. bellum mouens, ab Alexandro Pyrrhi regis Epirotarum filio superatus esset, & regnum amisisset, Demetrius sumptis vrbis non solum amisam Macedoniam recepit, verum etiam ipsum Alexandrum Epiri regem regno spoliavit. Tanta enim tunc erat militum nobilitas, ut reges vicissim nunc exules, nunc reges haberentur. posteaquam decessit Demetrius, Philippo filio paruulo relicto, huic Antigonus dedit tutorem. Antigonus Macedonum rex tertio decimo anno Euergetæ regnum suscepit, de quo in sequenti generatione.

Viri illu-
stres.

GENERATIO LIX.

Anno à mundi exordio 4967. ab vrbe verò condita 517. olympiade 135. Achim de-
functo, successit filius eius Eliud, in quo per lineam Christi incipit 39. generatio.
duravit annis 49. erat is annus decimus Ptolemæi Euergetæ. Onias pontifex Simonis Iusti filius, paruulus mente & auarus existens, ut ait Iosephus, tributa negauit Euergetæ, vestigal scilicet quod patres eius ex proprijs dabant, i. xx. talenta pecuniarum non reddens, ad iram Ptolemæum commouit, quare per legatos admonitus est fidei maiorum suorum. Sed verba regis Oniam non flectebant, unde & Iudæi turbabantur. Quod audiens Iosephus vir nobilis, Tobia ex Oniæ sorore filius, inuito Onia, ex consensu Iudæorum ad Ptolemæum accessit, qui non pacem modò cum eodem reparauit, sed etiam propter eius ingentes virtutes atque obsequia, dux Iudææ & finitimarum regionum constituitur. huic Iosepho filius Hyrcanus successit, cuius, dum puer esset, probauit pater, prudentiam, tum multis alijs, tum hoc inprimis, quod tradens ei 300. iuga bouum sine loris, præcipiebatur ut seminaret, & cum lora deessent, interfecit aliquot boues, & de corijs fecit lora, & seminavit terram, de quo Iosephus. Anno huius generationis primo Hamilcar dux Pœnorum, Hannibalis Carthaginens. ducis filius, & pater Magni Hannibalis, ab Hispanis bello interfectus est, cum iam aliud bellum aduersus Romanos pararet. hic Hamilcar sæpe occasione data Romanos lacessiuit, semperque superior decessit. Quàm vehemens autem in Ro. odium haberet, ostendit hoc modo: cum quatuor puerilis ætatis filios intueretur, totidem catulos leoninos in perniciem imperij Romani alere se prædicabat, & postea Hannibalem nouem annorum puerum, ad aras iurare fecit, ut cum primùm posset per etatè, contra Romanos pugnaret. Quin Hannibal significare cupiens, quãto inter se odio Carthago & Roma dissideret, in flitò in terram pede, suscitatoque pulvere, tunc inter eas finem belli fore dixit, cum puluis in habitum priorem rediret. Hæc Valerius. Hamilcare occiso, Hasdrubal gener ei (ut Plutarchus refert) successit, qui plura cõsilio quàm viribus gessit. hic ut alij voluit, foedus cum populo Ro. reuocauit, & vtriusque imperij Iberum fluuium terminum statuit, Saguntinos in Hispania medios inter imperia libertate vtique decreuit. Posthumio & Fulvio Coss. bellum contra Illyrios gestum, & multis ciuitatibus captis, etiam reges in deditionem accepti sunt. Aemilio consule, ingentes Gallorum copie Alpes trãserunt, sed pro Romanis tota Italia consensit, traditumque est à Fabio, qui ei bello interfuit, 800. millia hominum parata ad id bellum fuisse. & xl. millia Gallorum cæsa sunt, capta septem millia. Experimento, ait Eutropius, deprehensum est, quòd virtus Gallorum sicut primo impetu maior quàm virorum est, ita sequens minor quàm foeminarum. Hi Britomaro duce, non prius posituros se baltea iurauerunt, quàm Capitolium incendissent. factumque est, nam victos

Eliud aliàs
Melchi.

Gallorum
cædes.

Bricomarus
alius Viri-
domarus

victos eos Aemilius in Capitolio extinxit. aliquot deinde annis M. Claudio Marcello, C. Cor. Scipione consulibus, cum imprudens Marcellus in manus Gallorum incidisset, nec qua via euadere posset, haberet, in hostem irupit, regem eorum Viridomarus occidit, & euadit. postea Marcellus cum collega ingentes copias Gallorum interemit, Mediolanum expugnauit, spolia Ioui Ferretio opima suspendit * tertius.

Pro. Philo-
pator.

Minutio Ruffo, P. Cornelio consulibus, Istris bellum illatum est, quia latrocinati nauibus Ro. fuerant, ac multo sanguine Romano perdomiti sunt. Anno ab vrbe condita 533. propè vniuersi orbis imperia noua regum successione mutata sunt. nam in Macedonia Philippus, mortuo Antigono tutore & vitrico, xiiij. annorum regnum suscepit, & in Asia interfecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociae regnum quoque Ariaracti puero admodum pater ipse tradidit. Aegyptum, patre & matre interfectis, occupauit Ptolemæus Philopator cognomento ex facinore contrario. Spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum, & apud Carthaginem ætate adhuc immatura dux Annibal constituitur, non penuria Pœnorum, sed odio Romanorum. Hoc anno Ptolemæus Philopator regnare cœpit, regnauit annis xvij. hic ut ait Iustinus, regno Aegypti parricidio obtento, & ad necem vtriusque parentis cæde etiam fratris adiuncta, veluti rebus feliciter gestis, luxuriæ sese tradidit, regisque mores omnis est secuta regio. Erant tum duo filij Seleuco Callinico, Seleucus Ceraunus & Antiochus, qui postea dictus est Magnus. Nam post fugam & necem Seleuci Callinici, quem interfecit Evergetes pater huius Philopatoris, duo filij Seleuci eiusdem, Seleucus Ceraunus & Antiochus, prouocati spe victoriæ & in vltionem patris, exercitu magno congregato, aduersus Ptolemæum Philopatorem arma corripunt. Cum que Seleucus maior frater, tertio imperij sui anno occisus esset in Phrygia per dolum Nicanoris, exercitus qui erat in Syria, fratrem eius Antiochum Magnum de Babylone vocauit ad regnum Syriæ, quod tenebatur à Ptolemæo Philopatore. Quibus rebus cognitis, Antiochus pugnavit aduersus duces Ptolemæi: eumque proditione Theodoti cuiusdam obtinuisse Syriam, in tantam venit audaciam, ut vltro Aegyptijs bellum inferret. Philopator autem amissa Syria, congregauit multitudinem plurimam aduersus Antiochum, in quoque certamine, Antiochus omnem amisit exercitum, & per deserta fugiens, penè captus est. spoliassetque tunc regno Philopator Antiochum, si fortuna virtutem iuuisset. contentus recuperatione vrbium Ptolemæus quas amiserat, ad extremum pace facta quibusdam pactioibus, bellum est finitum. Simon Oniæ pontificis filius, pontificatum suscipit. nam Onias pater eius magnam Antiochi seuitiam perhorrescens, se in Aegyptum transtulit. Erat autem Simon vir quidem bonus, qui multa digna laude gessit opera, quod Iesus filius Sirach in Ecclesiastico cap. 50. testatur, dicens: Simon sacerdos magnus fuit, qui in vita sua suffulit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Templi enim altitudo ab ipso fundata est. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam, & liberauit eam. fedit annis xij. Anno ab vrbe condita D. xxxiiij. inchoatum est bellum Punicum secundum inter Rom. & Carthaginenses. hoc autem bellum præceserunt multa prodigia in diuersis partibus, secundum Orosium & Valer. Maximum. Inter initia enim bellorum Romæ bos mugitum suum in humanum sermonem conuertit, carnes quoque in modum niuis dissipatæ ceciderunt, maiorem partem aues diripuerunt, reliquum humi per aliquot dies neque odore graui, neque ad speciem deformi iacuit. Fertur quoque in Piceno lapides pluuisse. In Gallia lupum vigili gladium è vagina abstulisse, in Sicilia quoque duo scuta sanguinem sudasse, & metentes cruentas spicas reperisse, & Gn. Domitij bouem dixisse, Caue tibi Roma: infantem semestrem de vtero matris, ut ait Augu. de ciui. Dei, lib. iij. cap. 31. Ioui triumphum clamasse. Et refert Eutropius, quod in Sagunto cum mulier penè enixa esset, infans in vterum regressus, ciuitatis Sagunti excidium significauit. serpentes volasse refert Augustinus ibidem. foeminas ex * gal-
lis factas, & mulieres in masculinum sexum fuisse conuersas. Quin aiunt bello Punico secundo Spoleti ex muliere virum factum. Causam belli scribens Plutarchus: Erat, inquit, Hannibali indignatio aduersus Rom. ob Siciliam Sardiniamque amissam. pudebat etiam nobilem populum dare tributa quæ iubere consueuerat: accedebat & priuatum odium, & quasi hæreditarium à patre acceptum Hamilcare, quo nemo alter ex Carthaginen. ducibus nomini Romano fuit infestior. Traditur enim Hamilcar iureiurando adstrinxisse Hannibalem, cum primum per ætatem liceret, populo

Simon pã-
tifex.Belli Punici
secundi in-
dicia & pro-
digia.

Rom.

Rom. fore inimicum. Hæ tum publicæ, tum priuata causæ mouebant, ut ferox iuuenis occasionem quæreret rerum nouandarum. Erant in Hispania per id tempus Saguntini quasi medij inter Ro. & Carthaginens. fines, iure foederis in libertate relicti. Hi postea se totos Romanis addixerant. Quare Hannibal constituit animo, nihil opportunius esse ad concitandum Rom. quàm Saguntinos armis laceffere. sed prius Olcadas inuadit, & alias vicinas Saguntinis vrbes capit. Carpentani postea socijs in arma vocatis, Pœno occurrunt, (erant aut supra centum millia) quos Hannibal arte superauit. post eam victoriam cuncti trans Iberum populi deditionem faciunt præter Saguntinos, quos ilico obsidione cinxit. quod vbi Rom. nuntiatum est, decreuerunt ut P. Vale. Flaccus & Q. Fabius * Pamphilus ad Hannibalem mitterentur, ut à Sagunto recederet. qui si non pareret, Carthaginem ire iussi sunt, ad ducem ipsum pro violato foedere poscendum. Legatos hos Hannibal nec admittere, nec audire voluit, auctore Liuio. ab alijs vana respondisse traditur, se bellicis rebus intentum dicens contra hostes non posse audire eos. Profecti igitur legati Carthaginem, mandata patrum exponunt. sed despecti, re infecta, Romam redierunt. Erant tum in senatu Carthaginensi factiones duæ, quarum altera Hannibalem sequebatur, altera verò principem habebat Hannonem, virum toga magis quàm armis egregium. Is ea tempestate foedus cum populo Ro. seruandum censuit, monuitque, ut ab eo cauere bello, quod extremam erat Carthaginensibus perniciem allaturum: sed non est benè consulendo auditus. Dum sic aut redeunt legati, Saguntum oppugnatur. Ciues verò antequam ciuitas caperetur, tanta cruciabatùr fame, quòd suorum cadaueribus pascebantur. & cum miles quidam Hannibalis, amicus Saguntinorù, volens saltem saluare ciuium vitam, promitteret eis vitam & locū aliū, vbi possent ciuitatem construere, bona omnia Hannibali traderent: ipsi tempore deliberationis accepto, rogum maximum in medio ciuitatis accendunt, & primum in eundem aurum & argentum cum omni supellectili, postea cæsis vxoribus & liberis, se in igne nobiliores proiecerunt, atque eo terrore ciuitas est capta. Postquam excidium Saguntinorum Romæ est renunciatum, mittuntur legati Carthaginem, & huius tantæ cladis auctor Hannibal poscitur, sed dura acceperunt responsa. Tergiuersantibus aut Pœnis, dux Romanorum Fabius, que, inquit, mora est? In hoc ego sinu pacem bellumque porto, vtrum eligitis? Succlamantibus quodnam daret, Bellū, inquit, accipite. & excussio in media curia roge gremio nõ sine horrore, quasi pleno sinu bellum ferret, effudit. Tum P. Cor. Scipio ad Hispaniam profectus est cum exercitu, bellum Carthaginensibus indictum est. Hannibal relicto in Hispania fratre Asdrubale, à Carthagine mouens, per maritimam oram ad Iberū ducitur. scribit Valerius, quiescenti Annibali nocte iuuenē admirabili specie visum, hortatē ut se ducem sequeretur in Italiā, & dum respiceret, animaduertit serpentem miræ magnitudinis omne quicquid obuiam venerat, proterentem: secuto magno fragore attonitus, quid monstri esset, aut quid portenderet, interrogans, audiuit: Italiæ vides, inquit, vastitatem, cætera per mitte fati. Annibal deinde superatis Pyrenæis iugis, conciliatisque sibi donis Gallorum animis, ad Rhodanū venit, ac per multas difficultates pugnasque tandem regionem Allobrogum ingreditur, alpes petit. In superandis vero alpihus varia perpeffus est incōmoda, ut præter pugnas cum incolis, in quibusdam locis per ingentia saxa igni acetoque putrefacta, sibi aperuerit iter. Quintodecimo die superatis alpihus, in agrum Taurinum descendit. Traditur ad Italiam 80. millia. peditum, decem millia equitum, viginti elephantos adduxisse. Interea multi Ligures & Galli Annibali se coniunxerunt. T. Sempronius, cognito ad Italiam Annibalis aduentu, ex Sicilia exercitum ad Ariminum trajicit. P. Cornelius Scipio Annibali apud Ticinum primus occurrit, commissoque prælio equestri, fugatis suis paululum, ipse à filio Scipione liberatus, saucius in castra redijt. pugnatum est deinde eodem consule ad Trebiam fluuium, iterumque Ro. superati sunt. Deinde Sempronius Gracchus & ipse conflagit apud eundem amnem, amissoque exercitu, penè solus euasit. tunc se Annibali multi Itali dididere. nam post hanc pugnam omnia ferro & igne vastabat, non nulla oppida cepit, ipse vulneratus, aliquandiu bello abstinuit. Vere primo maturius quàm tempus poscebat, ex hybernis mouens, cum in Hetruriam tenderet, & prope Apœnini iuga seua tempestate repulsus, exercitum in agrum Placentinum reduxit, breuique interiecto tempore, mouit rursum castra: superatisque Apœnini iugis, per Ligures in Hetruriam descendit. Arnus fluuius tum vehemēter excreuerat, ibi ingentem hominum atque iumentorum iacturam fecit. Ipse quoque dux & si elephanto qui

Hannonis
consilium.Saguntum
oppugnatur.Annibal at-
pes tranijt.

Oculū An-
nibal amittit

vnus super fuerat, veheretur, aeris tamen intemperie confectus, alterum amisit oculum. Inter hæc C. Flaminius consul, exercitū à Sempronio accepto, Arctium venerat inconsulto senatu ægreque ferente: quippe relicto collega Scruilio, virum hunc constabat nihil acturum consulte, omnia præcipiti audacia. quod vbi Annibal comperit, conatur omnibus modis, vt antequam collegæ iungeretur, pugna fieret. Itaque per agrum Fesulanum vagatur, ferro & igne omnia vastando. ad Trasimenum lacum peruenit. ibi loci opportunitatem contemplatus, equitatum atque peditatum arte locat. Flaminius sequitur, quem Annibal opportunè suscipit, ipsumque consulem interficit. vbi Romanorum xv. millia cæsa sunt, cæteri diffugerunt, sex millia peditum in potestatem victoris venerunt. Annibal hac victoria parta, multos captiuos sine precio dimitti iussit. Vbi verò Romam, Flaminius consulem cæsum ac victum, nuntiatum est, repente luctus ciuitatem inuasit. vnde placuit extraordinarium imperium quæri, dictatoremque creari. Itaque Q. Fabium, cui postea Maximo fuit cognomen, dictatorem, & M. Minutium magistrum equitum dicunt patres. Iam Annibal Trasimeno lacu relicto, Spoletum profectus, atque inde per Marsos & Pelignos in Apuliam cõtendit, dictator hostem secutus, haud procul à castris Punicis confedit, cunctando semper & morando bellum trahens. Interim Annibal omnem agrum populatur. nihilominus Fabius suos in castris continebat. hæc cunctatione iniquo Annibal animo tulit. Fabius enim occasionem rei benè gerendæ quærens, vt in eum locum deduceretur Annibal, vbi cõmeatum non haberet, ne iniquo loco certaret. Sed Annibal vbi præsensit, imperat militibus suis, vt ex præda serè duo millia bouum ad se deducant. horum cornua facibus vinciri iubet, deinde quosdam deligit, qui sub primam vigiliam facibus incensis, ad iummos montes beluas concitent. Itaque agitati boues, ardentibus facibus summa montium petunt. copiæ paulatim sequuntur. Romani qui antè validis præsidij saltus occupauerant, re noua perterriti, & insidias rati, subito ex opportunis locis discessere. Fabius Punicam fraudem suspectam habens, suos continuit. Pœnus interim transgressus, in agrum Albanū cum omnibus copijs peruenit, ac in Apuliam rursum contendit, quem è vestigio dictator sequitur in agro Larinati. Inde Reip. causa accersitus, magistro equitum denunciat, ne absente se manum cum hoste conferat. Sed post decessum eius M. Minutius præceptorum inmemor, hostes ab Annibale missos frumentatū, cum multa cæde profligauit. mox Romam id perlatum, aueta fama, quasi vincere sciret. quo factū est, vt multitudine imperitorū repente ex magistro equitum, quod ante nūquam contrigit, cum Fabio æquum haberet imperium. At M. Minutius ex hoc tantam sibi arrogatiam assumpserat, vt ausus sit, inconsulto collega, cum hoste certamē inire. Ac cum in eum locū copias suas perduxisset, vbi Punicis insidij circumuētus, faciliè cædi potuit, Fabius publice salutis memor, legionibus facultatē præstitit, vt sese in locum tutum reciperēt. Maxima eo prælio Fabij virtus apparuit & apud hostes, & apud suos. nam Annibalem dixisse ferunt, eo prælio Minutiū à se superatū esse, se verò à Fabio. Minutius deposito magistratu, in castra Fabij venit, patrē Fabium salutat, milites Fabij patronos. Fabium, si quando argueretur, dixisse aiunt, timidiorē videri qui canilla metueret, quàm qui hostes fugeret. Anno D. XL. ab vrbe condita L. Aemilius Paulus, & M. Terentius Varro, Fabio succedunt, qui Fabius ambos consules monuit, vt Annibalem callidum & impatientem ducem, non aliter vincerent, quàm prælium differendo. verum quum impatientia Varronis, contradicente altero consule Aemilio Paulo, apud vicum Cannas in Apulia pugnatum esset, ambo consules ab Annibale vincuntur. nam cum comperisset Annibal Ausidum amnem iagentes auras manè proflare, quæ arenarum & pulueris vortices ageret, sic direxit aciem, vt tota vis suis à tergo, Romanis in ora & oculos incederet. ea ex re Ro. exercitum strauit. In ea pugna tria millia Afrorum perierūt, magna pars de exercitu Annibalis sauciatur. Nullo Punico bello Romani grauius vulnus acceperunt. perijt in eo consul Aemilius Paulus, qui dum faucibus in quodam saxo sedisset, ferente ei Gn. Cor. Lenrulo equum quo fugeret, noluit, atque perfedit donec ab hostibus peremptus est. perierunt ibi trib. militum consulares & prætorij viri xx. senatores capti aut occisi 80. nobiles viri 300. peditum quadraginta millia, equitum tria millia & quingenti. Varro consul cum quibusdā Venusiam fugit, nec dubium est, vltimū istum diem Romani status futurum fuisse, si Annibal mox post victoriam ad peruadendam urbem contendisset. Varro Romam redijt, gratiaque ei à populo & senatu acta sunt, quòd Romanam rempub. non desperasset. non autem vitæ cupiditate, sed Reipub. amore se superfuisset reliquo

Flamini
calus.

Fabij mora

Clades Cā-
nenis.

reliquo ætatis suæ tēpore approbavit. Nam barbā capillumque, submisit, & postea nuquam recubās cibum accepit. honoribus quoque, cum deferrentur à populo, renūciauit, dicens, felicioribus magistratibus Reipub. opus esse. vsque adeo autem vltimā desperatio Reipub. apud residuos Romanos fuit, vt de relinquenda Italia sedibusque nouis quærendis consilium ineundū putarent, quod etiam auctore Marcello confirmatum esset, nisi Cornelius tribunus militum, qui postea dictus est Africanus, obstisset. Is enim vt T. Liuius refert, stricto gladio super capita deliberantium iurauit, pro hoste se habiturum eum, qui in verba sua non iurasset. effecitque, vt omnes minimè relictum iri à se Italiam iureiurando adstringerentur. Post eam cladem patricij suis bonis ærarium publicum tot malis exhaustum, locupletarunt. Decius Iunius dictator creatus, accuratissimum habuit delectum, prætextatis & seruis qui publicè empti sunt, legionibus adscriptis. Verum hac victoria potitus Annibal, Romanis obtulit vt captiuos redimerēt. Responsum est à senatu, eos ciues nō necessarios, qui cum armati essent, capi potuissent. Ille omnes postea varijs supplicijs interfecit. Interim Mago Annibalis frater Carthaginem missus, felicissimum victoriae nuntium suis ciuibus detulit. Resque ab Annibale gestas magnificentissimè in senatu exposuit, & ad faciendam fidem orationi suæ, effundi iussit in curia annulos, Litijs aureos prodit, Romanis equitibus ademptos, numero trium modiorum. simulque, petit supplementum, quod concessum est, & perseverandum in armis censet senatus, vnò tantum repugnante Hannone, cuius salutare consilium erat, vt pacis mentio fieret. Interim Annibal victor in reficiendo exercitu tempus terens, spatium victis dedit ad respirandum, & vt Valerius ait, elatus tanto successu, nec admisit quenquam ciuium suorum in castris, nec responsum vlli nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam præfectum equitum, ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, prospexisse se quonam modo paucis diebus Romæ in Capitolio cœnaret, aspernatus est. Cuius: Vincere scis Annibal, victoria verò vti nescis. Huius postea tarditatis sæpe pertæsum Annibalem tradunt, palamque conquestum, quòd quieti militum magis quàm consilio Maharbalis æquiuuisset. Cæterum post hoc prælium ad Cannas commissum, Atellani, Calatini, Samnites, Brutij præterea atque Lucani, atque permulti Italię populi, fama ingentis victoriae moti, ad Annibalem defecerunt. Capua quoque, quod multò antè concupiuit Annibal, se ei coniunxit. Erat Capua post Romam omnium Italię ciuitatum florentissima. venientem verò Annibalem Capuam, ingens multitudo obtiā studio visendi celeberrimū ducem suscepit, deduciturque, in domum Pacuuij familiaris, potentia atque æstimatione faciliè principis Campanorum. Annibal deinde ad urbem Nolam exercitum educit. oblata sibi spe per voluntariam deditioem huius oppidi potiundi. nec eum fefellisset opinio, nisi Marcellus prætor concitatam multitudinem subito aduentu repressisset, succedentemque in castris hostem, tribus portis eruptione facta, cum magna cæde in castra adegisset. Hic est Marcellus vir bello insignis, qui primus Annibalem docuit posse vinci. Interea in Hispania vbi frater Annibalis Hasdrubal remanserat, cum magno exercitu à duobus Scipionibus vincitur. Perdit in ea pugna 35. millia hominum, ex his capiuntur decem millia. mittuntur quoque, ei à Carthaginensibus, in supplementum xl. millia peditum, quatuor millia equitū, elephanti xx. Centenius Penula cæturio decerni sibi vltro bellum aduersus Annibalem petijt, à quo cum octo millibus militum cæsus est. Accessit tunc ad hoc incōmodum, vt Annibal in Apuliam proficiscens, alium exercitum Romanum, cui præerat Fuluius prætor, insidij circumuentum profligaret, deleteretque. nam ex xx. millibus hominū vix duo millia superfuerunt. Maiore deinde conatu Annibal Casilinum aggressus, ad nocendum Capuanis opportunum, obsidione cinxit: quod ira fame vexatum est, vt lora & pelles scutis detractas, item mures comederent: & nucibus per Vulturū amnem à Ro. missis vixerunt. Tandem exiguam partem copiarum Hannibal in obsidione reliquit, ipse reliquum exercitum in hyberna deducit. Capuam autem statiuus delegit, urbem amœnam & omni genere deliciarum abundantem. ibi miles assuetus sub dio frigus, famem, sitimque tolerare, breui ex strenuo ignauus, ex forti timidus, ex solerti iners mollisque euasit, & tum magis Campanæ deliciae, quàm alpium iuga, quàm armati Romani, Pœnis obfuerunt. Quo tempore rex Macedonum Philippus ad Annibalem legatos misit, mittens auxilia contra Romanos sub hac conditione, vt deletis Romanis, ipse quoque contra Græcos ab Annibale auxilia reciperet. Captis igitur legatis à Romanis, & re cognita, Romani in Macedoniam M. Valerium Letinum ire iusserunt, in Sardiniam

Scipionis
audacia.Maharbalis
monita.Hasdrubal
vincitur.

Manlium Torquatium. Ita vno in tempore quatuor in locis pugnatur à Romanis, in Italia contra Annibalem, in Hispania cōtra fratrem eius Hasdrubalem, in Macedonia contra Philippum, in Sardinia contra Sardos & alterum Hasdrubalem Carthaginensium. qui à T. Manlio proconsule viuis est captus, occisus cum eo xij. millia, capti mille quingenti, & à Romanis Sardinia subacta. Hiero per hæc tempora Syracusanorum rex, cuius pater amicus populi Romani fuerat, ad Carthaginenses defecit, & propter superbiam crudelitatemque à suis interfectus est. Deinde Annibal apud Nolam in ista acie cum Marcello congressus, victus est: & perierunt ad duo millia Pœnorum. Annibal Nolæ oppugnatione omisâ, Apuliam petens, militem in hyberna deduxit. his factum est, vt veluti ex graui morbo respirantes Romani, summis viribus contenderent aduersus Pœnum, vt etiam aliena aggredi auderent. Mox, victis Romanis apud Cannas, defecerunt Campani à Romanis. Quare ad obsidendos eos pergunt illi. Verum Campani delicti sui conficij, vocant Annibalem. Is nulla mora facta, ex Apulia profectus, in Campaniam venit, & castris Romanorum super Capuam positus, imminentem distulit pestem prohibere Campanis. crebris tamen incurfionibus per agrum Neapolitanum vagatur, configens cum Marcello semper inferior. Annibal non sine magno detrimento copijs in castra deductis, paulò post in agrum Tarentinum exercitum ducit: nam spem Tarenti recipiendi acceperat. Erat autem ex maritimis vrbibus nulla alia Tarento cōmodior ad auxilia ex Græcia transportanda. verum & si repugnantibus Romanis res in longum protracta sit, tamen non prius ab incepto desistit, quam authores defectionis prodiderunt vrbem, arce solùm à Romanis retēta, quam tamen ingenio & arte etiam obtinuit. Hoc facto, Romani ad Capuam duxerunt legiones. quam obrem illuc Pœnus cum omnibus copijs contendit. Primo aduentu castra Romanorum inuadit, monitis antea Campanis, vt eodem tempore eruptionem faciant. Romani, partitis copijs, Campanos mox in vrbem redire compellunt. durior verò dimicatio aduersus Pœnū fuit. Annibal, tentatis omnibus, cum videret nullam facultatem sibi reliquam, qua duces Romanos à Capua remoueret, pro sociorū periculo anxius, confugit ad iam multo tempore cogitatū consilium: castra mouet, & quam maximo silentio infestis signis Romanam petit, ratus hac via solui tam pertinacem obsidionem. Quod cum Romā renunciatum est, tātus terror inualit vrbem, vt nunquam intra mœnia vehementius sit trepidatū. Igitur placuit vt Fuluius Flaccus, alter ex ducibus à Capua accersitus, & consules noui Sulpitius Galba & Cornelius Centimalus, extra vrbem haberent castra, C. Calfurnius prætor valido præsidio Capitolium tueretur. Annibal continuò ad Anienem tria millia passuum ab vrbe posuit castra. Paulò post cum duobus millibus equitum ita appropinquat vrbi, vt à porta Collina vsque ad templum Herculis obequitans, situm mœniaque tam amplæ ciuitatis ociosè perspexerit. quem mox Fuluius Flaccus abire coegit. Sequenti die Annibal exercitum ex castris educit, aciem instruit, idem Romani faciunt. Etenim Carthaginenses pro imperio orbis terræ, Romani pro patria, pro libertate, pro bonis omnibus dimicaturi progrediuntur. Sed accidit res memoratu digna. Nam cum stant parati in armis, & signum dimicandi expectant, repente superuenit imber frequentibus procellis, cuius tanta vis & asperitas fuit, vt cogeret quique militem in castra reducere. Proximo quoque die, in quem pugna dilata videbatur, in aciem vtriusque exeuntibus, similis tempestas exoritur, quæ vtriusque ita afflixit, vt instantis dimicationis oblitus, de salute tantum & fuga cogitarent. Hæc animaduertens Annibal, exclamasse fertur, modò sibi mentem potiundæ vrbis, modò facultatem non dari: & siue animo reputans, quantæ molis esset expugnare Romam, siue inopiam frumenti metuens, castra mouere constituit, in Brutios & Lucanos contendit. Quod vbi Capuani cognouere, desperantes de summa rerum, dederunt vrbem Romanis, Qu. Fuluius & Appio Claudio consulibus. principes Capuani, vt refertur, veneno sibi conscuerunt mortem. Et cum senatus Capuanorum ligatus esset ad palos, vt securi percuteretur, literas à senatu missas, quibus iubebatur parcere, Qu. Fuluius consul antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi iussit, & supplicium peregit. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit, in eo tumultu vrbis captæ Archimedes geometra, qui diu arte sua vrbem defenderat, intentus adeò formis quas in puluere descriperat, vt vrbem capi non senserit, interfectus est. Hic primus, vt Cicero ait, sphaeræ fabricator fuit. In Hispaniam missi Scipiones Gn. & Pub. spem totam Pœnis eripuerunt, tot & tantis rebus feliciter gestis insignes, tristem hac tempestate exitum tulerunt. Insidijs enim Punicæ fraudis

Marcellus
Annibalem
vincit.

Occupat
Tarentum
Hanno.

Capua ca-
pitur.

Archime-
des.

fraudis oppressi sunt. Alter enim ferro, alter cum euassisset in turrem, cinctus facibus peremptus est, anno viij. postquam in Hispaniam ierant. Cæsus fuisset totus exercitus, amissaque eius prouinciæ possessio foret, nisi L. Martius eques Romanæ virtutis industria contractis exercituum reliquijs, bina castra hostiū expugnasset, vbi ad xxvij. millia cæsa, & mille octingenti capti, præda ingens abducta est. Igitur in vltionem patris ac patrui missus cum exercitu Scipio, cui tam grande ab Africa nomen fata decreuerant, qui desperantes aliquando post Cannensem pugnam in verba sua iurare coegerat, bellatricem illam viris armisque nobilem Hispaniam, incredibile dictu, totam à Pyrenæis montibus in Herculis vsque columnas & Oceanum, recuperauit. nescias, citius an facilius: quam velociter, quatuor anni fatētur: quam facilè, vel vna ciuitas Carthago probat. eodē quippe die quo obsessa est, capitur. Certum est tamen, maxime profuisse profligandæ prouinciæ singularem ducis sanctitatem: quippe qui captiuos pueros atque puellas præcipua pulchritudinis, barbaris restituerit, ne in conspectum quidē suum passus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem vel oculis videretur. Cum enim quædam adulta flore virgo pulcherrima ab eo comprehensa fuisset, concessit parentibus vt eam redimerent, preciumque dotis nomine sponso eiusdem contulit. pro quibus factis, maxime adnitente puellæ sponso, eiusque parentibus, omnes ferè Hispani ad eum transferunt. Capta autem Carthagine, omnè argentum atque aurum & belli apparatus Aphrorum in ea reperit, obsidesque nouissimos, quos iisdem Afri ab Hispanis acceperant, inuentos parentibus restituit. Magonem fratrem Hannibalis ibidem capit, quem Romam cum alijs mittit. Romæ ingens lætitia post hunc nuncium fuit, post quæ omnia Hasdrubalem victum fugat. M. Leuius in Macedonia cum rege Philippo & multis Græciæ populis, & rege Asiæ Attalo amicitiam facit: & ad Siciliam profectus, Hannonem quendam Aphrorum ducem apud Agrigentum ciuitatem cum ipso oppido cepit, eumque Romam cum captiuis nobilissimis misit, defectionis authores securi percussit, 40. ciuitates in deditionem accepit, 26. expugnauit. ita omnis Sicilia recepta est. Per idem tempus Fuluius proconsul apud Herdoneam sedebat, & cum neminem metueret, concessit in agrum Brutium, quem Hannibal circumuentum profligauit, & dux ipse cum magna parte copiarum occiditur. Marcellus consul audita clade imprudētia ducis accepta, refarcire detrimentum cupiens, in agrum Lucanum exercitū ducit, vbi sibi Hannibal occurrit. æquis propè viribus pugnatum est vsque ad occasum solis. postero die Romanis iterum in aciem exeuntibus, Hannibal suos intra vallū tenuit, & sequenti nocte profectus in Apuliam venit. Marcellus quoque per vestigia secutus Pœnum, sed hyeme instantē, nihil agere potuit. At principio veris partim literis Fabij noui consulis, partim naturā incitatus, ex hybernis aduersus Pœnum, qui tum ad Cannusum consedit, duxit exercitum. ibi paucis diebus ter collatis signis pugnatum est. primo die cum pari spe vsque ad noctem, secundo die superior Pœnus, millibus duobus penè ac septingentis cæsis. tertio die Romani Marcello duce occurrunt. Tum Annibal dixisse fertur, rem cum eo hoste sibi esse gerendam, qui nec victor, nec victus quiescere possit. pugnatum est acriter, Hannibal tandem discedere coactus est. Sub idem tempus simili propè modo, quo amissum fuerat, Fabius Maximus Tarentum recepit. quod vbi Pœno nunciatum est, dixisse fertur, Et Romani suum Annibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati consules, omnibus viribus duos consulares exercitus ducunt. Annibal diffidens copijs, superare dolis aggreditur. syluestris erat tumultus medius penè inter castra, sub quo Numidas clam collocat. Consules hunc tumultum præoccupare cupientes, ex castris exeunt cum paucis equitibus, speculantes quo pacto occupari possit, in præparatas insidias incidunt. momento temporis circumuenti, necessitate magis quam consilio prælium ineunt, in quo Marcellus egregiè pugnans occiditur, & Crispinus vulneratus, vix elapsus est. M. Marcello perempto, Hannibal collem occupat, ibi inuentum Marcelli corpus honorificentissimè sepeliri iussit. Hannibal cum literis signatis annulo Marcelli, mox Salapiam mittit Marcelli nomine, significantem eum aduenire. Sed præmoniti à Crispino, ne crederent annulo, vt pore perempto Marcello, literas recipiunt, aduenientemque Hannibalem salunt. præmissos enim ad sexcentos recipiunt, mox portis clausis trucidant. rei pertæsus Hannibal, abiit. Tertio verò anno quo Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, regem Hispanorum magno prælio victum, in amicitiam accipit, & primus omnium à victo obsides non poposcit. Hannibal desperans Hispanias contra Scipionem diutius

Scipionis
Africani vi-
ctoria.

Leuius Si-
ciliā capit.

Fuluij casus

Marcelli in-
teritus & se-
pultura.

posse retineri, fratrem suum Hasdrubalem ad Italiam cum omnibus copijs euocauit. Erant tum creati consules noui, M. Liuius & Claudius Nero. Claudius in Salentinis, Liuius in Galliam contendit aduersus Hasdrubalem, qui superatis iam alpijs, fratri se iungere parabat. Accidit per illud tempus, vt Hannibal magnis afficeretur incommo dis à Claudio, primùm in Lucanis, deinde in Apulia prope Venusiam, vbi copias postea ab Hannone accepit, & Venusiam repetit. Claudius non longè à Venusia habebat castra, & receptis literis, cum Hasdrubalem appropinquare cognouisset, dies noctesque, sub legati custodia castris relictis, cum parte exercitus magnis itineribus in Picenum profectus, sexto die Senam peruenit. ibi consules ambo iunctis copijs, prope Metaurum flumen Hasdrubalem adorti, feliciter cõsixerunt. victus est Hasdrubal, ad 56. hostium millia eo die caesa dicuntur. At Claudius non minus celeriter quàm venerat, cum victoria Venusiam repetens, caput Hasdrubalis prope castra hostium poni, captiuos dimitti iussit, qui tantæ calamitatis nunciũ ad Pœnum deferrent. Verùm Annibal hoc tam ingenti non solum publico, sed etiam priuato percussus vulnere, recessit, in agrum Brutium se recepit, non minus tamen omnibus viribus iunctis, inuictò animo bellum sustinuit, & quod mirũ est, exercitum ex Hispanis, Aphris, Gallis atque alijs gentibus mixtum, sic concordem siue autoritate siue prudentia tenuit, vt ne minima quidem seditio militaris in castris sit audita. Nec iam Romani Sicilia, Sardinia, Hispaniaque receptis, hunc hostem aut in Italia delere, aut ex Italia deducere prius potuerunt, quàm in Africam P. Cor. Scipionem mitterent. omnes ciuitates quæ in Brutijs ab Annibale tenebantur, paulò post Romanis se tradiderunt. P. Cor. Scipio dum graui morbo implicitus esset, seditionem in parte exercitus moram, confirmatus discussit, rebellantesque Hispania populos coegit in deditioem venire. amicitia facta est cum Masinissa rege Numidarum, qui illi quidem auxilium, si in Aphricam traiecisset, pollicebatur. Cumque vniuersam Hispaniam à Pyrenæo vsque ad Oceanum Scipio subegisset, reuocatus à Romanis, cum ingenti gloria Romam venit, & 14. anno postquam Annibal in Italiam venit, cum Licinio Craffo consul creatus est, & in Africam missus. Scipio Aphricam aggressus, hyberna Pœnorum & mapalia Numidarum, quæ haud longè aberant ab Vtica, nocte fecit incendi. Pœni trepidi, cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum cucurrerunt, qua de re facile ab armatis oppressi sunt. in vtriusque castris 40. millia hominum igni ferroque consumpta sunt, quinque millia capta, duces ipsi miserabiliter ambuti, ægrè diffugerunt. Asdrubal dux Carthaginem profugus venit. Mox Scipio Hannonem ducem Aphrorum, cum exercitu interficit, secundo prelio castra cepit, cum quatuor & 500. militibus occisis. Syphacem Numidia regem, qui se Aphris coniunxerat, capit, & castra eius inuadit. Syphax cum nobilissimis Numidis & infinitis spolijs Romam à Scipione mittitur, qui cum in custodia Tiburti moritur, sumptu publico iussit senatus eum honorificè sepeliri. qua re audita, omnis ferè Italia Annibalem deserit. T. Liuius ita scribit: In Africa Scipio Carthaginem & Syphacem Numidarum regem, Hasdrubalemque pluribus prelijs vicit, adiuuante Masinissa, binaque hostium castra expugnauit, in quibus 40. millia hominum ferro igneque cõsumpta sunt, prout supra dictum est. Masinissa hic rex Massyliorum, dum pro Carthagine in Hispania militaret, amisso patre Gala, de regno excidit, quo per bellum sæpe repetito, aliquot prelijs à Syphace rege victus, & in totum priuatus est. Tunc cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit, & cum eo Hannonem Amilcaris filium interemit. ideo postea huic bello interfuit. Effectum itaq; est multis Scipionis victorijs, vt Carthaginens. desperatione acti, in auxilium publicæ salutis Annibalem ex Italia reuocarent, vnde post 16. Punici belli annum Italiam reliquit, multum prius de senatu Carthaginens. multum de seipso questus: de senatu, quod commoranti diu in hostili terra parum supplementi & pecuniæ suppeditasset: de se verò, quod toties Romanis legionibus suis cæsisque, moram semper post victoriam trahens, spatium respirandi hosti dedisset: ferturq; priusquam classem cõscendisset, seuisse quod Italiam cogere tur relinquere. Legati interim Carthaginensiu pacè à Scipione petentes, ad senatum missi sunt, & ex arbitrio Scipionis acceperunt. sed veniente Annibale Carthaginem, pax turbata est, multaq; hostilia ab Aphris facta sunt. legati eorum ex vrbe venientes, à Romanis capti sunt, & iubente Scipione dimissi. Annibal quoque frequentibus prelijs victus à Scipione, etiam ipse petere cœpit colloquium. vbi cum se, attoniti diu admiratione mutua, duo clarissimi duces conspexissent in patenti campo, singulisque

Hasdrubal
occiditur.

Vincitur à
Scipione
Hanno &
Syphax.

Masinissa.

Annibal re-
uocatur.

lisque interpretibus, diuersis sententijs de pace & bello contulissent, Annibal ad pacem animum intendere, (videbat enim rem Carthaginensium deteriore indies fieri, Sardiniam, Siciliam, Hispanias esse amissas, bellum ex Italia in Africam translatum, Syphacem potentissimum regem deletum) sed Scipio, cum in magna spe esset conficiendi belli, ab pacis consilijs abhorreere videbatur. Itaque post longũ sermone re infecta, ex colloquio discesserunt. nec multò post, prælium istud memorabile apud Zamam conferuerunt, in quo primo concursu elephanti Carthaginenses in suos conuersi, equitatum Annibalis perturbarunt. pugnatum est tamen à pedestri acie diu atque acriter, cum Pœni in dextris suis Aphricæ salutem collocatam putarent. Romanis non mediocre momentum ad victoriam fuit, quod Lælius & Masinissa pauorem hosti iniecerant: eorum enim aduentu celeriter factum est, vt Pœni ardorem remittentes pugna, fuga remedium quærerent: supra 20. millia hostium eo die à Romanis caesa sunt, rotidem propè capta. ipse Annibal ad vltimum è media cæde cum paucis aufugit. Itaque Annibal senatui Carthaginensi suavit, vt cum imperatore Ro. qua ratione possent, de pace agerent. Missi sunt decem legati. cum autem pacis conditiones duras Carthaginem retulissent, ferunt Gisgonem pacem dissuadentem, ab Annibale ex superiore loco deturbatum. & cum hoc audax factum libera ciuitate indignum videbatur, excusat se Annibal, quod tot annis in armis versatus, vrbanas consuetudines ignoraret. Post hæc de conditionibus pacis ira prudenter dissertit, vt mox Carthaginenses eas leges, quas victor & necessitas censeret, accipiendas non recusarent. fuerunt conditiones duræ, & quas victores victis in extremis consuecuerunt imponere. præter cætera Carthaginen. annum stipendium populo Ro. vsque ad certum tempus soluere tenebantur, naues plus quàm quingentæ in altum ductæ, in conspectu ciuitatis exustæ sunt, pax per Scipionem voluntate S. P. Q. Romani Carthaginensibus concessa. Re gesta tam feliciter, amplius triumpho Scipio est vrbe ingressus, eius currum Terentius culco secutus est pileatus, libertatis suæ auctori gratas. Ipse Scipio primus à denicta terra nomen accipiens, siue militari fauore, siue aura populari, Africanus est appellatus. Igitur ab vrbe condita circiter annum 551. bellum Punicum secundum finitum est, post annum 19. quàm cœpit. Referunt aliqui Annibalem veritum, ne petenti Scipioni dederetur, in Africam profugisse. sed T. Liuius ait Annibalem frustra in Africa bellum post aliquod tempus molitum, & ob hoc Romanis per epistolas aduersæ factionis delatum, propter metum Romanorum qui legatos ad Carthaginem. senatum ob id miserunt, profugum ad Antiochum regem Syriæ se contulisse, bellum contra Ro. parantem. Idem T. Liuius ait, post pacem Carthaginensibus datam, paucis mensibus porta Iani clausa est. Post Carthaginem, vt ait Florus, vni ceminem puduit. secutæ sunt statim Aphricam gentes multæ, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraque omnia quodam quasi æstu & torrente fortuna. Sic primi omnium Macedones, affectator quondam imperij populus. itaque quanuis tunc Philippus regno præsideret, Ro. tamè dimicare sibi cum Alexandro videbantur. Macedonicum bellum cœpit à foedere Philippi, quo rex Bellum Ma-
cedonicum
Postea causa creuit, implorantibus Athenis auxilium cõtra regis iniurias etiam in sacra & sepulcra eorum: & quod Antiocho Magno contra Ptolemaum Epiphanem in tutela Rom. existentem, adhæserat. Ideo Q. Flaminius contra Philippum missus est. Ionium itaque mare ingressus, anno ab vrbe condita 551. tota Græciæ littora veluti triumphanti classe peragravit, inter quæ prodigium occurrebat: laurea in puppi prætoria fertur nata. Aderat in auxilium Attalus rex Pergamorum, aderant Rhodij nauticus populus. bis victus rex, bis exutus & fugatus castris, cum tamen nihil terribilius Macedonibus fuerit. ingentibus enim pilis vltra modum pugnabant. Tandem tamen rex pacem petere compellitur. deinde cum expositæ conditiones pacis à Romanis essent, repetere sua & Attalus & Rhodij & Achæi & Aetoli cœpere. Contra Philippus, adduci se posse vt Romanis pareat, ceterum indignum esse, Græcos à Philippo & Alexandro maioribus suis victos, velut victores, leges pacis sibi dicere. ad postremum tamen eo petente, induciæ duorum mensium sunt datæ. Interim à senatu repudiata pace, Philippus in societatem belli Nabin tyrannum sollicitat. pugna facta est. concurrunt milites, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes: sed Macedonas Romana vicit fortuna, fractusque bello Philippus, pace à Flaminiò consule petita, nomen quidem regum

Colloquium
Scipionis &
Annibalis.

Pugna apud
Zamam.

Finis belli
Punici se-
cundi.

Scipionis
triumphus.

Pro. Philo-
patoris lu-
xus.

Ptolemæus
Epiphanes
Philopato-
ris filius.

Antiochi &
Ptol. fedus.

Annibal fu-
git Antioch.

Suadet An-
tiocho bel-
lum Anni-
bal.

gium retinuit, sed omnibus Thraciæ urbibus, veluti regni membris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit. Mox, ne quid esset hostile, Flaminius Thebas, Eubœam, & grassantem sub Nabide suo Lacedæmona compefcuit. Græciæ verò veterem statum ac libertatem reddidit, vt legibus viuere suis, & auita libertate frueretur: ex quo vociferationes & magna Græcis gaudia sunt exorta. Anno ab vrbe condita quingentesimo quinquagesimo primo, Ptolemæus Philopator moritur. nuper enim pace facta cum Antiocho, vt dictum est, quietem auidè securus, denuoque in luxuriam prouolutus, occisa Eurydice vxore, eademque sorore sua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur ad eò, vt nec quisquam in regno suo minus posset, quàm ipse rex. Agathocles lateri regis iunctus, ciuitatem regebat, ducatus & præfecturas mulieres ordinabant. Cùm interim, relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mors eius à perditissimis diu occultata fuit. re tamen cognita, concursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in vltionem Eurydices, patibulis suffiguntur, morte regis supplicioque meretricum velut expiata regni infamia. Anno igitur eodem Alexandri ad Rom. miserunt, orantes vt tutelam pupilli fusciperent, tuerenturque regnum Aegypti, quod iam Philippum & Antiochum pactione diuississe dicebant. Grata legatio Rom. fuit, causam belli quærentibus aduersus Philippum, qui insidiatus eis tempore bellis Punici fuerat. mittuntur igitur legati, qui Philippo & Antiocho, vt à regno Aegypti abstineant, nuncient. mittitur & M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Ptolemæus igitur Epiphanes, filius Ptolemæi Philopatoris, anno ab vrbe condita 551. regnare cepit Alexandria, regnavit annis vngtiquatuor. huius patre Philopatore defuncto, Antiochus Magnus rupto foedere quod cum patre fecerat, exercitum de superioribus Babylonis partibus congregauit. Factaque pace cum Philippo Macedonum rege, contra hunc Epiphanem puerum exercitum mouit. Pugnantis autem inter se Antiocho & ducibus Ptolemæi pueri, Iudæa in medio posita, multa mala perpessa, in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus. Cumque Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas dux partium Ptolemæi, aduersus Antiochum dimicans, cepit Iudæam, sed post modicum Antiochus Scopam vicit, iuxta fontem Jordanis multos sternens. Postea verò Antiocho capiente Samariam & ciuitates Syriæ, quas Scopas tenuerat, gens Iudæorum spontè ad eum veniens, eius exercitum in ciuitatem suscepit, & prono animo auxilium præbuit. vnde & ipse eis multa beneficia contulit, quæ Iosephus scribit. Volens autem Antiochus non solum Syriam, Ciliciam & Lyciam, & alias prouincias quæ erant partium Ptolemæi, possidere, sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, facta pace cum Ptolemæo, Cleopatram filiam suam septimo anno adolescentiæ despondit ei, & decimotertio anno tradidit, data ei dotis nomine omni humili Syria & Iudæa. nec tamen obtinere potuit Aegyptum, quia Ptolemæus Epiphanes & duces eius sentientes dolum, cautiùs egerunt, & Cleopatra magis viri quàm parentis fouit partes. Antiochus itaque dum Phœnicen cæterasque Syriæ quidem, sed iuris Aegyptij ciuitates inuasisset, legatos ad eum misit senatus Rom. qui denunciarent ei, abstinere à regno pupilli: Quibus spretis, interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ ommissa pupilli persona, ciuitates iure belli factas populi Rom. in integrum restitui iubebat, abnuenti bellum denunciatur. Quod ille facillè susceptum, infeliciter gessit. Terribile autem Antiochi bellum, Annibalis nomen faciebat, quem æmuli eius cum Antiocho inijsse societatem apud Rom. criminabantur. Denique senatus metu percussus, ad speculandos actus Annibalis, legatum in Africam Scrtullium mittit, eique tacitis mandatis præcipit, vt si possit, eum per æmulos eius interficeret, metuque populū Rom. liberaret. sed res Annibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cauendaque pericula peritum. Igitur cùm Carthagine in oculis legatorum obuideretur, appropinquante vespere illius diei, equum conscendit, & in rus vrbantum quod prope littus habebat, ignaris serui, contendit. habebat ibi paratam pecuniam & naues. Clam lecta seruorum iuuentute, nauem conscendit, & ad Antiochum cursum dirigit. legatus verò Rom. hoc intellecto, quasi bellum iam illatum esset ab Annibale, tacitus Romanum reuertitur, trepidūque nuncium affert. Annibal cùm ad Antiochū venisset, velut deorum munus excipitur: tantusque eius aduentu ardor animis regis accessit, vt nō tam de bello, quàm de præmijs victoriæ cogitaret. sed Annibal, cui nota Romana virtus

virtus erat, negabat opprimi Ro. nisi in Italia posse, ad hoc sibi centum naues & decem millia peditum & mille equites poscebat, promittens hac manu non minus bellum quàm gessisset, Italiæ restauraturum, & in Asia regi sedenti aut victoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & Hispanis bello flagrantibus, ducem tantum deesse, & Italiam notiozem sibi nunc quàm pridem fuisse, sed nec Carthaginem quieturam, sociamque ei se sine mora præbituram. Cùm regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem vnus è comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur, Annibalemque cum copijs affuturum nunciet, nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensium deesse, Asiam & vires belli & sumptum præbituram. Hæc cùm relata Carthaginensibus essent, nuncius ipse ab inimicis Annibalis compræhenditur, & perductus in senatū, cùm interrogaretur ad quem missus esset, Punico ingenio respondit, se ad vniuersum senatum missum: nec enim hoc opus singulorum, sed vniuersorum esse. dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa nauis, ad Annibalem reuertitur. quo cognito, Carthaginenses statim Romam legatum deferunt. Romani tum legatos ad Antiochum misere, qui sub specie legationis, & regis apparatus specularentur, & Annibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum regi facerent. Itaque legati cùm Ephesum venissent ad Antiochum, mandata ei senatus tradunt. Dum responsum expectant, omnibus diebus assidui cum Annibale fuerunt, dicentes, timidè eum à patria recessisse, cùm pacem Romani non tam cum repub. quàm cum eo factam, summa fide custodiant, bella eum Romanorum magis odio quàm patriæ amore gessisse, Plutarcho auctore. Inter alia Scipionē quæsiuissè ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem crederet: illum respondisse, Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque vltimas oras quas visere supra fidem humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde, quem secundum poneret, inquit, Pyrrhum, eo quod castrametari docuisset, ad hæc, neminem maiore prudentia loca cepisse, præsidia disposuisse. Quærenti, quem tertium diceret, semet, dixit. ridens Scipio, Quidnam tu diceres, si me visses? tunc verò, inquit, me & ante Alexandrū, & ante Pyrrhū, & ante alios posuissè.

Hæc & alia sine causa sæpius cupidiusque cum legatis colloquitur, ignarus, pro familiaritate Romana odiū oriri sibi apud regem. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio conciliatam cum Ro. gratiam existimans, ab adulatoribus inductus, nil ad eū, sicut solebat, referre, expertemque totius consilij, & veluti hostem proditoremque suum odissè cepit. quæ res tantum apparatus belli, cessante imperatoria arte, corripit. Romani senatus mandata fuerant, vt contentus terminis Antiochus Asia esset: quibus spretis, non accipere bellum, sed inferre statuit. Cùm igitur frequenter de bello rex consilium habuisset, remoto Annibale, tandem eum vocari iussit, non vt ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum spreuissè videretur. omnibusque rogatis, postremò interrogatur. Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, nō quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum: tamen & odio Rom. & amore regis, apud quem solum sibi tutum exilium relictum sit, se viam gerendi belli edisseriturum. Sedem belli Italiam placere, quippe Romanos vinci non nisi armis suis posse: siquidem diuersum cæteris mortalibus esse illud & belligenus, & hominum. quamobrem si quis eos in Italia laceffat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut ipse fecerit. Sin verò quis illis Italia, velut fonte cesserit virium, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordijs deriuare, sed concretis iam aquarum molibus, auertere vel exiccare velit: hoc censuisse, vt scirent omnes rationem cum Romanis gerendi belli, eosque foris inuictos, domi fragiles esse: prius enim eos vrbe, quàm imperio: prius Italia, quàm prouincijs exui posse. Quippe & à Gallis capros, & à se propè deletos esse: neque se vnquam victum prius, quàm terris eorum cesserit: reuerso Carthaginem, statim cum loco fortunam, belli mutaram. Huius sententiæ obrectatores, amici regis erant, verentes ne probato consilio, primum apud regem locū occuparet. At Antiocho non tam consilium, quàm author displicebat, ne gloria victoriæ, Annibalis, non sua, esset. Rex igitur per hyemem in luxuriam lapsus, nouis quotidie nuptijs deditus erat. Contra Attilium Glabrio Romanorū consul, copias, arma, cæteraque bello necessaria summa industria parabat, ciuitates socias cōfirmabat, dubias illiciebat. itaq; prima belli congreffione cùm cedētes suos rex cerneret, nō laborantibus auxiliū tulit, sed fugiētibus

Consilium
Annibalis
de gerendo
bello.

Attilij con-
sulis dilige-
tia.

se ducem præbuit, castraque ditia victoribus reliquit. Deinde cum in Asiam, præda Romanis occupatis, fugiendo peruenisset, poenitere neglecti consilij cepit. De eodem Florus: Non aliud, ait, formidolosius fama bellum fuit. hic enim fauentis Asia sui numinis timor erat: nec sanè viri, opibus, armisque quicquam copiosius Syria: sed in manibus tam ignaui regis inciderat, ut nihil fuerit in Antiocho speciosius, quam quòd à Romanis victus sit. Impulere regem in id bellum, illinc Thoas Aetoliae princeps, hinc Annibal: sed rex suis opibus & nomine regio fretus, satis habuit bellum mouere. Europa iam procul dubio iure ad Romanos pertinebat. hinc Lyliamachiam urbem in littore Thracio positam à maioribus suis, Antiochus ut hæreditario iure repetebat. Hoc veluti sidere Asiatici belli mota tempestas: occupatis statim insulis, Græcisque littoribus, ocia & luxuriam tanquam victor agitabat. Eubœam insulam in continenti adhaerentem tenui fretu Euripus abscedit. hic ille postis aureis fericisque tentorijs, sub ipso freti murmure, cum inter fluenta tibijs fidibusque concineretur, virginum puerorumque delectus habebat. Talem ergo regem iam sua luxuria debellatum, pop. Rom. Artilio consule in insula aggressus, in ipso initio coegit ab insula fugere. iam præcipitem apud Thermopylas affectus locum, & ibi fugam inijt atque abscessit. Deinde populo Rom. in amicitiam reuocato, omnia ex sententia eius agere se velle dicit. interim nunciatur ei, Aemilium Regillum cum octoginta nauibus aduentare, quæ res illi restituendæ fortunæ spem dedit. Itaque prius quam sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptam, noua posse victoria aboleri. primus omnium autem Romanorum ducum in Asiam traiecit Aemilius. Annibali igitur tradita classe, prælium committitur. sed nec Asiani milites Romanis, neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere. minor tamen clades ducis solertia fuit. Romam nondum opinio victoriæ venerat, & idcirco aduersus Annibalem ducem, cum vincere Pœnos opus sit Scipionum, creatur consul L. Scipio, ei que datur legatus frater Africanus, qui se ad hoc obtulerat, ut intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale victo, quam Romanos in victore Scipione habere. Traijcientibus in Asiam Scipionibus, victum Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inueniunt. Antiochus igitur primo aduentu eorum, legatos pacem petentes ad eos mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium, quem rex paruo nauigio traijcientem ceperat. Sed Africanus priuata beneficia rebus publicis segregata dixit, aliaque esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantum, immo & vitæ præponantur. proinde gratum se munus accipere, priuatoque impendio munificentia regis responsum, sed neque de redimendo filio tractauit: sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur, ut Asia Romanis cederet, Antiochus contentus Syria regno esset, naues vniuersas, captiuos & transfugas traderet, sumptumque omnem belli Romanis restitueret. quæ cum nunciata Antiocho essent, nondum ita se victum respondit, ut spoliari se regno pateretur. Igitur cum ab utroque bellum pararetur, ingressi Asiam Romani, Ilium veniunt. mutua gratulatio tum Romanorum & Ilienstium fuit, Ilienstibus Aeneam ceterosque duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Profectis ab Ilio Romanis, Eumenes rex cum auxilijs occurrit Romanis. Tum rex Antiochus incredibile dictu, quibus auxilijs, quibus copijs confederat. trecenta millia peditum, equitum falcatorumque curruum non minor numerus, elephantis ad hoc immensæ magnitudinis auro, purpura, argento & suo ebore fulgentibus, aciem vtriusque vallauerant. sed hæc omnia præpedita magnitudine sua, ut refert Florus, ad hoc imbre, qui subito superfusus, mirâ felicitate Persicos arcus corruerat. primùm trepidatio. Nam cum in dexteriore cornu pulsa legio Romana ad castra fugeret, M. Aemilius tribunus 30. millibus ad tutelam castrorum relictis, strictis gladijs, nisi in prælium reuertantur, minari, infestioraque sua quam hostium castra inuenturos. attonita tanto periculo legio, in prælium reuertitur, magnaque cæde edita, initium victoriæ fuit. Cæsa hostium quinquaginta millia, capta vndecim millia. reliqui fuga elapsi sunt. Antiocho itaque pacem petente, nihil ad superiores condiciones additur, Africano prædicante, neque Romanos, si vincantur, animis minui, neque si vincant, secundis rebus inolefcere. Obsidibus datis 20. inter quos filium cognomento Nobilem Antiochum, Romanis tradidit. Captas ciuitates, inter socios diuisere, munerum Roman. aptiorem Asi-

Antiochi fuga.

Naualis Aemilij Regilli victoria.

Pacis conditio Antiocho oblata.

Actis pugna inter Romanos & Antiochum.

am, quam possessiones voluntarias indicantes: quippe victoriæ gloriam Romano nomini vendicandam, opum luxuriam socijs relinquendam. L. Cor. Scipio, cognomine fratri coæquatus, Asiaticus appellatus est. Annibal ita post pacem Antiocho datam, ne se, ut pactum erat, Romanis dederet, ad Prusiam Bithyniæ regem elapsus est. Paulo post Scipio Africanus die ei dicta, ut quidam aiunt, à Petilijs trib. plebis, quòd præda Antiocho capto ærarium fraudasset, euocatus in rostra, Hac die, inquit, Quirites Carthaginem vici, æquum est vos ire mecum in Capitolium supplicatum. Hac audita voce, secutus est eum & senatus & populus. Deinde superior Scipio in voluntarium exilium in Apuliam abiit, antè in hæc verba præfatus: Neque enim, inquit, puto eò malignitatis ventum, ut de mea innocentia querendum sit. nam cum Africam totam potestati vestrae subiecerim, nihil ex ea quod meum dicitur, præter cognomen detuli. Atque frater etiam inuidia quam pecunia locupletior est. & fertur, moriens apud Linternum vile oppidum, sepulcro inscripsisse: Ingrata patria, nec ossa mea habes. Scipio Asiaticus frater ipsius, eodem peculatus crimine accusatus est, damnatusque: ac ne in vincula & carcerem duceretur, T. Sempronius Gracchus tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit, ob quod beneficium Africani filiam duxit: & cum populus quæstores in bona eius publicè possidenda misisset, non modò nullum vestigium regiæ pecuniæ apparuit, sed nec tantum in ærarium reductum, quantæ summæ erat damnatus. Annibal ad Prusiam regem, post pacem Antiocho à Romanis datam, profugerat. eo tunc inter Prusiam regem & Eumenum bellum ortum est, quòd Prusias, Annibalis fiducia rupto fœdere, prior intulit. namque Annibal, cum ab Antiocho Romani inter ceteras conditiones pacis deditionem eius deposcerent, admonitus à rege, in fugam versus, Cretam primùm defertur. vbi cum diu quietam vitam egisset, inuidiosumque se propter nimias opes videret, amphoras plumbæ repletas, in templo Dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit. atque ita nihil de illo sollicita ciuitate, ad Prusiam contendit, auro suo in statuis quas secum portabat infuso, ne conspectæ opes, vitæ suæ nocerent. Deinde cum Prusias terrestri prælio ab Eumene victus esset, præliumque in mare transfulisset, Annibal nouo commento author victoriæ fuit. nam omne serpentium genus in fictiles lagenas conijci iussit, medioque prælio in naues hostium mittit. id primùm Ponticis ridiculum visum, fictilibus dimicare qui ferro nequeant: sed vbi serpentibus repletae naues, accipiti periculo circumuenti, hosti victoriam dedere. quæ vbi Romæ nunciata sunt, missi à senatu sunt legati, qui vtrunque regem in pacem cogere, Annibalemque deposcerent. sed Annibal re cognita, sumpto veneno, legationem morte præuenit. insignis hic annus mortibus Annibalis & Scipionis Africani maximorum imperatorum fuit. Ex his constat, Annibalem, nec quum Italia cum Romano imperio tonatam contremuit, nec quum reuersus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus sextario vini indulgisse: pudicitiamque eum tantam inter tot captiuas habuisse, ut in Africa natum quibus negaret. moderationis certè eius fuit, ut cum diuersarum gentium exercitus rexerit, neque insidijs suorum militum sit petitus vñquã, neque fraude proditus, cum vtrunque hostes sæpe tentassent. Interea in Syria rex Antiochus quum graui tributo pacis Romanæ premeretur, & victus oneratusque esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia sollicitus, quia sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatum, sacrilegia commissurum, dolo inductus sacerdotum, adhibito exercitu, nocte templum Dodonæi Iouis in Perside aggreditur. qua re prodita, concursu incolarum cum omni militia interficitur. Hæc Iustinus. Alij interfectum dicunt sacerdotibus. Per hæc etiam tempora Romam multæ Græciæ ciuitates questum de iniurijs Philippi regis Macedonum venerunt, vbi cum disceptationes in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat, & legatos ciuitatum essent, turba querulantium confusus adolefcens, repente obtinuit. tunc senatus verecundia eius motus, quia priuatus etiam antea cum Romæ obses esset, charus omnibus fuerat, patrem à causa absoluit: quæ res Demetrio non gratiam legationis, sed odium obrectationis comparauit. Nam apud fratrem Perseum æmulatio illi inuidiam contraxit, & apud patrem nota absolutionis, causa offensæ fuit, indignante Philippo, plus momenti apud senatum personam filij, quam authoritatem patris ac dignitatem regiæ maiestatis habuisse. Igitur Perseus perspecta patris agritudine, quotidie absentem Demetrium criminari, & primò inuisam, post etiam suspectum reddere, nunc amicitiam

Annibal apud Prusiam degit.

Annibalis interitus.

Laus Annibalis.

2. Mac. 8. 2. Mac. 9. Antiochi sacrilegium & mors.

Perseus Macedo.

tiam Romanorum, nunc prodicionem ei patris obiectare. Ad postremum insidias sibi ab eo paratas cōfingit, ad cuius rei probationem immittit iudices, testes subornat. Quibus rebus patre compulso ad parricidium, funestam omnem regiam facit. Occiso Demetrio, sublatoque aemulo, contumacior Perseus in patrem erat, nec heredem regni, sed regem se gerebat. His rebus offensus Philippus, impatientius indies mortem Demetrii dolebat: tunc & insidijs se circumuentum suspicari, testes iudicesque torquere, atque ira cognita fraude, non minus scelere Persei, quam innoxia Demetrii morte cruciabatur. peregrissetque vltionem, sed breui post morbo decessit cōtracto. Hæc partim per anticipationem dicta sunt. nam Philippus in generatione sequenti sub Seleuco Syria rege mortuus est. Redeo ad Antigonum Macedonum regem, Philippi tutorem, cuius gesta paulò superius erant narranda. Posteaquam enim regnum accepisset 13. anno Euergetæ, pupilli matrem vxorem duxit, regnavitque annos 15. Regno seditio maxima orta est. processit itaque in publicum, & diademate in vulgus proiecto, illud alteri dari rogat, qui aut illis imperet, aut ipsi pareant: se autem adhuc regnum inuidiosum, non quidem voluptatibus, sed laboribus plenum sentire. postea verò, populo beneficia oblata à se & collata cōmemorat, quomodo Dardanos Thesalosque nimium exultantes de morte Demetrii, compescuerit. Quibus verbis permotus populus, pudore regnum recipere iubet. sed tam diu illud recipere recusauit, donec de seditiosis sumptum est supplicium. sumptoque regno, confestim Spartanis bellum intulit, qui non solum pro libertate, sed pro salute contra certabant, nō vti que Spartani tantum, verum & coniuges liberi que magno animo fortunam tulere. nemo quippe eorum in acie salutis suæ pepercit, nulla amissum coniugem fleuit, quin & filiorum mortes scnes laudabant. Inter hæc Cleomenes Spartanorum rex post multas hostium cædes, cum sibi tantum quatuor millia superessent, ductis secum coniuge ac filijs, in Aegyptum ad Prolemæum Euergeten concessit, à quo honorificè susceptus est. Quo mortuo, ob Philopatoris insidias seipsum cum filijs interemit. Antigonus autem, Spartanis cæsis, ab vrbis direptione milites prohibuit. veniamque his qui supererant, dedit, dicens se bellum cum Cleomene, non cum Spartanis, suscepisse, cuius fuga finita esset ira. Nec multò post & ipse decessit, regno Philippo tradito. Cleomenes, cum ex ciuibus quidam diceret, oportere regem mitissimum esse: Ita, inquit, quoad contemptui non sit. Colossus Solis ingens à Chare Lyndio statuario fabricatus Rhodijs, terræ motu corruit, 6. & quinquagesimo anno, quàm fuerat constructus. Erat, vt Plinius refert, statua altitudinis cubitorum septuaginta, turribus æquiparanda, cuius aere nongentos ferunt camelos oncratos ab Aegypti rege Sultano, quod in Alexandriam transmittibat. Philopœmenes Megalopolitanus imperator, postremus Græcorum dictus est, quasi Græcia nullum amplitudine virtutū laudatum virum post Philopœmenen ediderit, qui multis clarus historijs, à Dinocrate Messenio veneno morti traditur, cum in prælio corruens esset captus. Poetica coli à Romanis cœpta est, quo tempore cum Pœnis pax erat facta, siue vt alijs placet, bello Punico 2. vt è versibus illis patet:

*Punico bello secundo musa pennato gradu
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.*

Fabulas primus dedit in vrbe Liuius Andronicus epicus poeta. eius meminere & Liuius & Val. Maximus. Plautus poeta comicus, ex Umbria Sarinas, Romam perductus, ingenio fuit perurbano & maximè festiuo. Ennius poeta epicus Tarētinus, à Catone quæstore Romā translatus, habitauit in colle Auentino, sumptu paruo & vni-
us ancillæ ministerio contentus. Animas immortales asseruit, ideo cecinisse legitur:

*Adspicere ò ciues senis Ennij imaginis vnam.
Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.
Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? voluto viuus per ora virum.*

Septuagenarius, articulari morbo interijt. Neuius Comicus Campanus, anno secundo regni Epiphanijs moritur Vtica, Roma pulsus, quòd nobilium & præcipuè Metelli factionem sectaretur. Panetius Rhodius philosophus, Scipionis Africani præceptor, Athenis decessit. Possidonius Rhodius, philosophus Stoicus, Panetij successor, Romā venit Marcelli tempore. Staius Cæcilius Mediolanensis, Romæ vixit, prælatus ferè omnibus comicis, mortuus est sequenti anno post obitum Q. Ennij. Philo Iudæus ex sacerdotum genere, floruit Alexandria, scripsit lingua Græca librū Sapien-

Spartanos
vincit Anti-
gonus.

Colossus
solis.

Pœtæ La-
tini quan-
do primum.

Sapiētici. M. Porcius Caro genere Tusculanus, à Val. Flacco Romam sollicitatus, magnus orator Romæ habitus est. In prætura Sardiniam subegit, vbi ab Ennio literis Græcis est institutus. Secundum Philonem de temporibus, per pontifices & duces Dauidici generis, colliguntur anni 164. à monarchia Alexandri Magni vsque ad Iudam Machabæum, prout supra circa monarchiam Alexandri recitauimus. Deinde à Iuda Machabæo incipiens, numerat annos vsque ad legitimum principatum Herodis, 161. & intelligit legitimum principatum, quando in regno confirmatus fuit à Cæsare Augusto, quod factum est anno imperij Octauiani Augusti 42. regnavit enim Herodes annis 37. tyrannico scilicet principatu annis 31. & sex legitimo. quare primus annus, quo legitime sceptrum de Iuda sustulit Herodes, annus fuit Octauiani Augusti in imperio 42. quo anno natus est Christus. ita prophetauit qui dixit, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Notandum tamen est, quòd Philo non numerat duces Dauidicos à Iuda Machabæo & deinceps. nam hi duces tunc depressi erant, nec erant contenti. Philo autem studuit tempora per duces notiores exprimere, dicens: Mox secuti Asmonai, simul cum pontificatu etiam ducatum à domo Dauid subriperunt. Iudas Machabæus, correptis armis contra Antiochum Illustrum & filium eius Eupatorem atque Demetrium, præfuit annis 5. Ionathas eius frater 19. Simon, ab Antiocho Sedete immunitate donatus, præfuit annis 8. Iohannes Hyrcanus Prifcus ex Asmonai, annis 26. Aristobulus vno, Ianneus Alexander 27. eius vxor Alexandra 9. vltimus Hyrcanus 34. qui captus à Parthis, relicta vxore ac filia & eius fratre Aristobulo. Mox Herodes, iubente senatu Romano, inuitis Hebræis, regnum tyrannicum iniit, sumpta sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis, & declarato filio eiusdem Hyrcani Aristobulo pontifice, vt Iudæorū animos ad se inclinaret. Sustulit autem ex filia Hyrcani vxore filios duos. sed cum anno 26. tyrannici regni sui Herodes reuersum socerum Hyrcanum, aduerteret more prisco regis saluari ab Hebræis, illum sibi focerum, socrumque atque filiam sibi vxorem, & duos ex ea susceptos liberos, & Aristobulum interemit, biennioque post Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno verò 30. principatus sui tyrannici, Zanedrim ex domo Dauid deleuit, & Annaleum quendam atque Zanedrim ex profelytis suffecit, qui nimium in lege videbantur eruditi. Et scias quòd secundū Thalmudistas, Zanedrim interpretatur col-
legium sceptri publicæque potestatis totius regni. erant enim 70. seniores, inter quos vnus tanquam rex præerat, & hi Romana lingua seniores dicuntur. Author est Iohan. Annius Viterbien. in commentario hoc subiungit Philo de Herode: Tum & Salomen sororem suam, & virum eius de tribu Iuda, item proprium filium quem ex vxore eiusdem tribus suscepit, interfecit, quòd diceretur iam, in lege promissus, Christus natus. Felli tandem Hebræi, vltro sibi ac eius posteris regnum obrulerunt, iurantes in fide ipsius ac posterorum sese permanenturos. regnavit autem tyrannico principatu annis 30. Sequenti anno confirmatur ab Augusto, quo anno natus est Christus. Supputatione igitur facta, à Iuda Machabæo ad Christum, reperiuntur anni 161. quo verò ad duces Dauidici generis, clarè patet in Marthæo & Luca euangelistis, potissimè in Luca, qui ait, Ianneo successisse Melchi, & Melchi successisse Leui, patrem Mathan & aum Heli siue Ioakin, quæ nomina quidam Iudæi in primitiua ecclesia transmutauerunt, vt obscurarent genealogiam Christi. Contra quos Hieronymus de ortu beate virginis Mariæ scribens: Quid, inquit, Pantheris & Barpantheris fraterni seminis suscitatione opus fuit ad genealogiam Mariæ, quæ clara est, sicut Philo & Lucas clarissimè descripserunt? Quin etiam * & vbi Lucas tempora non colligit, & Philo definit, ipsi clarissimè inferunt, dicentes: Vixit autem Melchi filius Iannei, annis 25. & genuit Leui, qui quadragenarius genuit Mathan. hic agens annum 36. genuit Ioakin, qui & * Elih, patrem quidem naturalem Mariæ, & legalem Ioseph. Anno autem 46. na-
tura sterilis genuit Mariam, quæ & ipsa 14. ætatis anno peperit saluatorem. Hæc Hieronymus. vnde si tu numeras à Melchi ad 14. annum B. Mariæ virginis, equidem annos centum sexaginta vnum supputabis, & totū à Iuda Machabæo: quare in eorum collectione diligens esto.

GENERATIO LX.

Anno 5016. à mundi exordio, ab vrbe condita 566. olympiade 148. Eliud defun-
cto, successit filius eius Eleazar per lineam Christi, in quo 60. incepit generatio,
& durauit annis penè 56. Eodem anno Seleucus, qui Philometor, filius Magni Anti-
ochi

E e

ochi

Gen. 49.

Philis sup-
putatio à
Machabæo.

Zanedrim,
70. seniores

Herodes.

* Heli,

Seleucus
Philometor

Onias.

1. Mach. 3.

Heliodorus
spoliatus
templum, a
Domino
conripitur.Ptolemæus
Philometor
Aegypti
rex.

ochi iam perempti, in Asia & Syria regnare cœpit. regnavit annis vndecim. erat quidem ingenio hebes & iniquus. Eodem tempore Onias magnus Simonis pontificis filius, pontificatum gerebat, ad quem Arius Lacedæmoniorum rex, legationem & epistolas misit, dicens se quasdam scripturas inuenisse, quæ afferebant Iudæos & Lacedæmonios ex vno genere extitisse, & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse, & fœdera renouari petebat. Sub eodem Onia sancta ciuitas Hierusalem habitabatur in omni pace, & leges optimè custodiebantur, propter Summæ pontificis dispositionem & pietatem, fiebatque vt ipsum reges ac principes summò honore dignum ducerent, templumque maximis muneribus illustrarent. Tunc Simon de tribu Benjamin præpositus templi contendebat, obistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid moliri: & cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium ducem Syriæ humilis, & nunciauit ei, pecunijs innumerabilibus plenum esse arariû Hierosolymis, & immensas copias esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum, esse autem possibile sub potestate regis cadere vniuersa. Cumque retulisset ad regem Seleucum Apollonius, ille accitum Heliodorum misit cum mandatis, vt dictam pecuniâ transportaret. Heliodorus ergo cum venisset Hierosolymâ, & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset acceptus, narrauit de pecunia, & eius rei causâ se adesse. Tunc Onias ostendit deposita esse hæc, & vidualia esse viduarum & pupillorum: decipi autem eos, qui credidissent loco & templo pecunias, omnino impossibile esse: At ille, se missum à rege vt tolleret. Constituta autem ad hoc die & publicatione facta, non modica per vniuersam ciuitatem erat trepidatio: sacerdotes ante altare se iactauerunt, inuocantes de cælo eum qui de depositis legem posuit. Iam verò qui videbat Oniæ vultum, mente consternabatur: circumfusa erat viro moestitia, horror & dolor cordis in facie apparens: accinctæ mulieres cilicij pectus, per plateas confluebant. sed & virgines reclusæ procurrebant ad Oniam. Erat misera omnium expectatio.

Heliodorus autem quod decreuerat, persiciebat, cum satellitibus ad ararium præfens. sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis eminentiam. apparuit enim equus, terribilem habens infessorem, optimis operimentis adornatus, isque impetu Heliodoro priores calces elisit, qui autem insidebat, videbatur habere arma aurea. alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, speciosi amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, quem multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. iacebat autem mutus atque omni spe priuatus, nullo sibi auxilium ferente. Tunc quidam ex amicis Heliodori rogabant Oniam, vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu constitutus erat. Considerans autem summus sacerdos, ne fortè suspicaretur rex malitiam aliquam, obrulit pro salute viri hostiam salutarem. orante illo, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti, adstantes Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age, nam propter eum tibi Dominus vitam donauit. & disparuerunt. Heliodorus autem hostia oblata, & votis magnis promissis, gratias agens Oniæ, recepto exercitu redijt ad regem. testabatur autem omnia quæ expertus erat. cum autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus Hierosolymam mitti, ait: Si quem habes hostem, mitte illuc, & flagellatû eum recipies, si tamè euaserit, eo quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & cum inimicitia intantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent, considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, ad regem se contulit, non vt ciuium aecusator, sed vt communis vtilitatis causâ. videbat enim, sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem cessare à stultitia sua. Sub Seleuco Ptolemæus

Philometor sextus Aegyptiorum rex, Olympiade 150. vel paulò citra, regnare cœpit, regnavit annis 35. segnis admodum vir & insensatus, ac luxuria marcidus, cuius pater Ptolemæus Epiphanes dictus, & mater Cleopatra soror Seleuci & Antiochi Epiphanis. habuit & Philometor fratrem minorè natu, cui Phiscon erat nomen. Per idem tempus audiens Antiochus Epiphanes, i. nobilis, qui Romæ obses erat, patrem iam dudum mortuum, sciensque fratris inertiam, de regno Syriæ habendo præsumens, elàm Roma egressus est, quanuis quidam asserant eum conuiuentia senatorû rediisse. veniensque in Syriam, benignum se omnibus primùm & munificum exposuit. Quo tempore moritur frater Seleucus, relicto filio Demetrio puero, quem Epiphanes pri-

uauit

uauit regno. quare Demetrius ascendit Romam in accusationem patrum, vt ait Comestor. Incepit igitur regnare Antiochus in Syria anno 4. Philometoris, anno 137. Antiochus Epiphanes Syriæ rex. regni Græcorum, prout in libris Machab. habetur, & quomodo computentur anni, vide Nicolaum de Lyra ibidem, quia à morte Alexandri, à quo incepit regnum Græcorum, alia computatione vsque ad Epiphanem Antiochum sunt anni 49. ad minus. Antiochus autem Epiphanes regnavit in Syria 12. annis, cuius sororem Cleopatram habuit uxorem Ptolemæus Epiphanes, de qua duos filios genuit, quos moriens paruulos reliquit, quorum maior Philometor, vt supra dixi, alter Phiscon dicebatur. Antiochus autem suo regno non contentus, exercitum duxit in Aegyptum, tractus desiderio regni & contemnens filios sororis suæ, quasi debiles. Perueniens igitur ad Pelusium cum magna virtute, doloque circumueniens Philometorem, occupauit Aegyptum: & cum adisset loca Memphiticæ ciuitatis, cepit eam. Deinde contra Alexandriam, vt obsideret Ptolemæum, cuius erat auunculus, tetendit: sed per duces Ptolemæi pulsus est non solum Alexandria, verum etiam tota Aegypto. Inde reuersus, ad Hierosolymam ciuitatem duxit exercitum. Quò perueniens, cepit eam sine conflictatione alicuius, aperientibus ei portis his, qui voluntatis eius essent conscij: ingressusque ciuitatem, multos interfecit sibi contraria sentientes. sed & ipsos qui sibi ciuitatem aperuerunt, propter diuitias templi occidit. Ambiebat autem Iafon frater Oniæ summum sacerdotium, adito rege, promittens maximam pecuniam etiam reddendum, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam ibi constituere, & eos qui in Hierosolymis essent, Antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset, vt obtineret principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferri fecit. etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quoque epheborum in lupanari ponere. Erat hoc impium atque nefarium scelus, quod fecit, vt sacerdotes iam non solum non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificijs, festinarent participes fieri Græcorum palæstræ. Et cum quinquennalis agone in Tyro celebraretur, & rex præfens esset, misit Iafon facinorosos viros ab Hierosolymis, portantes argentum in sacrificium Herculis, quod datum fuit in fabricam nauium triremium. Antiochus postea venit Hierosolymam, & magnificè ab Iafone ac ciuitate susceptus est, cum facularum luminibus & laudibus. vnde in Phœnicen exercitum conuertit, & post triennij tempus misit Iafon Menelaum supra dicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negocijs necessarijs responsa perlaturum. At ille commendatus regi, in semetipsum retorfit summum sacerdotium, superponens Iafoni (id est, plus dans quàm Iafon) argenti trecenta talèta. acceptisque à rege mandatis, venit nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos verò crudelis tyranni gerebat. Et Iafon quidem, qui proprium fratrem Oniam ceperat, iam antea & ipse deceptus, profugus in Ammonitem expulsus est regionem. Vnde dicit Augustinus, quòd tunc cum Iafon & Menelaus emerunt sacerdotium, in detestationem Simonis extinctus est ignis altaris templi, qui vixerat sub aquis tempore captiuitatis Babylonicae, de quo 1. q. 1. Sicut. Menelaus autem principatum obtinuit hoc modo. De pecunijs verò regi promissis, nihil agebat cum exactionem faceret Sostratus, qui tum arci erat præpositus. quam ob causam vtrique ad regem sunt vocati. & quia Menelaus culpabilis erat, amotus est sacerdotio, succedente Lyfimacho fratre suo. Cum autem Antiochus de Antiochia abiret, reliquit ibi præfectum Andronicum. Rarus se Menelaus inuenisse tempus opportunum, aurea quædam vasa è templo furatus, donauit Andronico, alia vendiderat in Tyro. Confugerat autem illuc Onias, flans in asylo: & cum hoc cognouisset, arguebat Menelaum. vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat eum vt Oniam interficeret, ne proderentur vnà. qui cum venisset ad Oniam, suauis ei, cum iureiurando securitatem promittens, de asylo procedere, & statim exeuntem peremit, non veritus iustitiam, ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam gentes indignabantur de nece viri iusti. vnde regressum regem adierunt Iudæi simul & Græci, conuerentes de iniqua nece Oniæ. Contristatus animo Antiochus, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam: & Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatē iubet circumduci, & in eodem loco in quo Oniam peremerat, fecit vita priuari. Multis autem sacrilegjs in templo à Lyfimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lyfimachum, multo iam auro exportato. Turbis verò insurgentibus, Lyfimachus armatis ferè tribus millibus vri cœpit:

Ee 2 sed

sed alij lapides, alij fustes validos arripuere, quidam verò cinerem in Lyfimachum iecere, multi vulnerati, quidam in fugam versi, ipsum sacrilegum secus ararium interfecerunt. De his verò coepit iudicium aduersus Menelaum agitari, & cum venisset rex Tyrum, ad ipsum negocium detulerunt missi de senioribus tres viri. Menelaus autem promisit cuidam magnam pecuniam, vt promoueret eum apud regem, ille adiit regem, & duxit eum à sententia, & Menelaum vniuersa malitiæ reum, criminibus absoluit rex: miseros autem, qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit, & sic Menelaus propter eorum qui in potentia erant, auaritiâ permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium suorum. De morte Menelai infra. Eodem tempore secundam profectiorem Antiochus parauit in Aegyptum. vnde Ptolemæus in Alexandriam fugit, quam is obsedit. quare Romani Ptolemæo auxilium tulere, legato Popilio, qui cum diutius negligeret, iussit Antiochum circumscriptum spatio quodam, respondere, priusquam exiret, mandato senatus populiq; Ro. Tum Antiochus paruit, curiam præsentem existimans. Eodem tempore contigit per vniuersam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus 40. per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes & hastas, quasi cohortes armatas, cursus equorum, telorum iactus, & galeatorum multitudinem, gladijs districtis omnisque generis loricatoris. quapropter omnes territi, rogabant in bonum monstra conuerti. Interea cum exisset falsus rumor de morte Antiochi, Iason sumptis secum mille viris, aggressus est ciuitatem, & Menelaus fugit in arcem. facta autem magna cæde, Iason principatum non obtinere potuit, vt quærebat, sed profugus in Ammoniten, postea in Aegyptum, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, refuga legum & execrabilis vt patriæ & ciuium hostis, apud Lacedæmonios tandem interfecus, illamentatus moritur & insepultus. His autem gestis, suspicatus rex Antiochus societatem suam deserturos Iudæos, profectus ex Aegypto, peruenit Hierosolymam, iubens suis nemini parcere, sed occurrentes eis occidere. ex quo factum est, vt in triduo 80. millia hominum essent interfecus, seniorum, virorum, iuuenum, mulierum ac virginum, xl. millia vincti, non minus autem vnuñdati. Ausus est etiam intrare templum, Menelao ductore, & scelestis manibus sumpsit sancta vasa: quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, ea abstulit, ac etiam mille octingentis talentis argenti de templo exportatis, reuersus est Antiochiam. Reliquitque præpositos ad affligendam gentem, Hierosolymis Philippum genere Phrygem, moribus se crudeliorem: in Garizim autem, Andronicum & Menelaum. Narratur autem in primo Machab. lib. cap. 1. quòd Antiochus intrans sanctificationem, acceperit altare aureum & candelabrum & vniuersa vasa, mensam propositionis & libatoria, phialas, mortariola aurea & velum, coronas, ornamentumque aureum quod in facie templi erat, & comminutis omnibus abierit. Post duos annos misit principem tributorum odiosum Apollonium, cum exercitu viginti & duorum millium, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cum venisset Hierosolymam, loquutus est ad eos verba pacifica in dolo, credideruntque ei. quieuit autem ad diem sanctum sabbathi. & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit, omnesque simul qui ad spectaculum procellerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrrens, ingentem multitudinem peremit, accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo, turribusque firmarunt, & facta est illis in arcem, posueruntque illic gentem peccatricem, arma & escas ad insidias sanctificationis. Scripsit Antiochus omni regno suo, vt esset populus vnus, & misit libros in Hierusalem & in omnem Iudæam, vt sequerentur leges gentium. iussit coinquinari sancta, prohibuit sacrificia in templo Dei fieri. Iussit autem ædificari aras, templa & idola, immolarique carnes suillas & pecora communia, & relinquere filios suos incircuncisos mandabat. Præposuit principes populo qui hæc fieri cogeret, & congregati sunt multi de populo ad eos, & dereliquerunt legem Dei. sed & libros legis combusserunt, & apud quemcunque inueniebantur, trucidabant eum. Sacrificabant autem super aram idolorum, & mulieres quæ circuncidebant pueros, trucidabant secundum iussum regis. nam quascunq; circuncidisse pueros suos reperissent, suspendebant, & paruulos ad colla earum. Tunc duæ mulieres delatæ sunt, quas, infantibus ad vbera suspensis, cum publicè per ciuitatem circunduxissent carnifices, per viros præcipitauerunt. Inter has angustias cum compellerentur Iudæi à patrijs se & Dei legibus

Popilius ad Antiochum legatus.

Prodigia.

Iasonis interitus.

Cædes Iudæorum.

Lege sua Iudæi prohibentur.

2. Mach. 6.

legibus transferre, Eleazarus vnus de primoribus scribarum, & vir ætate prouectus, compellebatur inter cæteros suillas carnes sacrificij manducare. At ipse simulationem quoque renuens, aiebat præmitti se velle citius in infernum. Non enim ætate nostra dignum est fingere, vt multi adolescentes, arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem decipiantur, & per id maculam meæ senectuti conquiram. Quamobrè fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem forte exemplum relinquam, si pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis, confestim ad supplicium trahebatur: & cum perimeretur, ingemuit dicens: Domine, qui habes sanctam scientiam, tu scis quia cum à morte possem liberari, duos corporis sustineo labores. & iste quidem hoc modo vita deceffit, exemplum virtutis cunctis relinquens.

Contigit autem & septem fratres vnâ cum matre compræhensos, compelli à rege ad esum porcine carnis. quibus præsentibus, iussit rex sartagine & ollas succendi, primogenitoque linguam amputari, cuius cute capitis abstracta, & summitate manuum & pedum præcisa, coram matre & fratribus, missus in sartagine, torquebatur. In eum modum singuli fratrum secundum ordinem genituræ torquebantur, præmissa tamen vnicuique exhortatione, vt regi obediret & viueret. Supremò dum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, singulos hortabatur, patria voce dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: nec enim ego vobis spiritum & animam donauit, nec vitam aut membra, sed qui formauit vos, spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam. Cumque adhuc adolescentior superesset, suadebat rex matri, vt adolescenti fieret in salutem. Cumque promississet se suasuram filio, inclinata ad illum, patria voce dixit: Fili, miserere mei, dignus fratribus tuis effectus. suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Tunc indignè rex ferè se derisum, in hunc crudelius super omnes defauit. nouissimè & mater trucidata est. Pro hac tanti prærogatiua martyrij, asserunt plurimi hos septem fratres ecclesiam solennizare: eorumque ossa apud Coloniam in templo, Ad Machabæos, vulgariter appellato, etiamnum religiosè asseruantur. Inter hæc multi Iudæorum, spontè aut timore iussa regis secuti sunt: probati verò, patrijs legibus adhæserunt. In diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis, filij Simonis, filij Asmonai, de vice * Ioarim, i. vnus illorum xxiiij. sacerdotum, quos Dauid elegit. Erat autè de vico Modin, habens quinque filios, Iohannem, Simonem, Iudam, Eleazarum & Ionathan. Hi videntes mala, induti sunt cilicij, planxerunt. & venerunt emissarij à rege in Modin, statuantes idola in loco, & dixerunt Mathathia: Princeps es in ciuitate hac, & prior iussa regis imple. Qui clamauit, & si omnes obediant regi, ego & filij mei & fratres obediemus legi Dei cæli, non sacrificabimus. Tunc quidam ex Iudæis immolauit in medio. consurgens Mathathias cum suis, trucidauit eum super aram, & nuncios regis interemit, aram quoque vastans, clamauit: Qui Dei est, sequatur me. & cum omni tribu sua abiit in solitudinem, omnia derelinquens, multiq; cum filijs & vxoribus ad solitudines confugerunt, quos iudices regis prius verbis flectere conabantur, qui noluerunt eos audire. Tunc emissarij regis aggressi sunt eos in diebus sabbathorum, quibus nefas erat eis arma mouere, & percusserunt multos, alios in speluncis globis fumiferis suffocantes, & perierunt ex eis tria millia. cognouit Mathathias & amici eius, dicentes: Si omnes ita fecerimus, nec pugnauerimus aduersus gètes in die sabbathi, citius disperdent nos à terra. concluderuntque in illa die, dicentes: Omnis homo qui venerit ad nos in bello die sabbathorum, pugnemus aduersus eum, & non moriemur. Tunc congregata est ad eos synagoga Iudæorum fortis, omnis voluntarius in lege, & facti sunt illis in firmamentum, & collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, virosque iniquos, & fugere eos fecerunt ad nationes vt euaderent. Circumiuit Mathathias & amici eius potenter destruentes aras, & circunciderunt pueros incircuncisos, persecuti que sunt hostes eorum, & prosperatum est opus in manibus eorum: obtinueruntque legem de manibus regum & gentium. Appropinquauerunt dies Mathathia moriendi, & dixit filijs suis: Nunc ergo, o filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum. ego decretam proficiscor viam. commendo vobis patrias leges, vt pro eis grata mente moriamini. nam corpora mortalia sunt, sancti autem immortalitatem consequentur. & ita cogitate per singulas generationes, quia omnes qui sperant in Deum, non infirmabuntur, sed gloriosi erunt. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir consilij est, ipse erit vobis pater. Et Iudas

Eleazari constantia.

2. Mach. 7.

Septem fratrum crudelis interitus.

* Ioarib

1. Mach. 2.

Vindex legis Mathathias.

Iudas Machabæus.
1. Mach. 3.
Apollonij clades.

Seronis interitus.

*Dorymini

Lysia, Gorgias & Timothei gesta.
1. Mach. 4.

1. Mach. 4.

Machabæus fortis viribus, sit vobis princeps militiæ, & adducetis ad vos omnes factores legis, vindicaturque vindictam populi vestri. & mortuus est Mathathias, cum anno vno gessisset magistratum, & sepultus est in Modin. planxitque cum Israel planctu magno. Et surrexit Iudas Machabæus pro eo, præliabaturque cum lætitia, perambulabat ciuitates Iudæ, & perdidit impios ex eis. Tunc Apollonius dux Samariæ, in virtute magna egressus est contra Iudam. Iudas autem occurrit ei, & percussit eum, multosque cum eo, & reliqui fugerunt, tulitque spolia multa & gladium Apollonij, pugnans eo omnibus diebus vitæ suæ. Seron autem dux inferioris Syriæ, audiens Iudam roboratum, tulit sub se constitutos, volens sibi facere nomen, assumptis etiam Iudæis transgressoribus, castrametatus est in Bethoron. Occurrit ei Iudas, & videns suos propter paucitatem & etiam ieiunium desides, hortabatur eos non in multitudine, sed in pietate confidere. & configens cum Syris, duce eorum interfecto, persequabatur fugientes in descensu montis Bethoron vsque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri. Iosephus dicit octo millia. reliqui fugerunt. ceciditque timor Iudæ super omnes gentes. Audiens hoc Antiochus, congregauit omnem virtutem, & multos ab insulis mercede conduxit. Cumque militibus stipendia distribueret, & videret thesauros deficere, deliberabat ire in Persidem, & recipere tributa regionum, reliquitque Lyfiam de genere regali super negociam regni ab Euphrate vsque ad fines inferioris Asiæ, & vt nutriret Antiochum filium eius donec rediret, & tradidit abiturus ei medietatem exercitus & elephantem, præcipiens vt vastaret Iudæam, euerteretque Hierusalem, & genus Iudæorum extirparet. Lyfias igitur elegit Ptolemæum filium * Dorymenis, & Nicanorem Gorgiamque viros potentes ex amicis regis. Machabæus verò persequabatur gentes, & fama ipsius vbique diffundebatur. Videns autem Philippus qui erat Hierosolymis, paulatim virum ad profectum venire, scripsit ad Ptolemæum ducem Coelefyræ & Phœnicis, vt auxilium ferret regijs negocijs. At ille velociter misit Nicanorem, datis ei de gentibus armatis 20000. vt omne Iudæorum genus deleret, iuncto ei Gorgia, bellicis in rebus experientissimo. Constituit autem Nicanor regi, vt tributum quod Romæ erat dandum duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum suppleretur. statimque ad maritimas ciuitates scribens, conuocat ad coemptionem Iudæorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum. Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum & equites mille electos, & qui in arce præsidio erant, duces fuerunt. Venit Gorgias in castra Iudæ nocte, & neminem inuenit, & putabat Iudæos fugere: sed illucescente die, apparuit Iudas cum tribus millibus, & pugna facta, ceciderunt ex gentibus tria millia, reliqui fugerunt. Postea Nicanor apparuit in campestribus, & cecidit timor super Iudæos. Iudas autem cum septem millibus incedens, fratribus ducibus exercitus constitutis, inuasit exercitum Nicanoris, & interfecta sunt supra nouem millia hominum, maior autem exercitus pars fugere coacta est. hi itaque mercatoribus pecunia ablata, ipsos vsquequaque persecuti sunt, & acceperunt aurum multum & argentum, hyacinthum, purpuram & opes magnas: & conuersi, hymnum canebant Domino Deo suo. His itaque gestis, ex his qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contententes, supra xx. millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt, & postea prædam diuiserunt, æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Residua verò spolia Hierosolymam detulerunt, facinorosissimus verò Nicanor, qui mille negociantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus, deposita veste gloriæ, per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus: & qui promiserat pro Ro. se tributum restituere, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos. Sequenti anno congregauit Lyfias electorum virorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, & venerunt in Iudæam, & castra posuerunt sub Bethoron. Et occurrit illis Iudas cum decem millibus. Videns autem exercitum fortem, orauit. commissoque prælio, ceciderunt de exercitu Lyfiæ quinq; millia virorum. Videns autem Lyfias suorum fugam, & Iudæorum audaciam, quod parati sunt aut viuere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursus venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas fratribus suis: Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc & sancta mundemus. & ascenderunt in montem Sion, & viderunt omnia prophanata, & in atrijs virgulta nata, sciderunt vestimenta sua. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent

rent aduersus eos qui erant in arce, donec emundaret sancta. Emundauitque templum Iudas, & introduxit vasa noua, candelabrum & mensam, aram quoque, ex auro factam, posuitque, vela in ingressu. Et facta sunt encænia in templo xxv. die Decembris. & statuerunt tunc Iudam summum sacerdotem. construxit & Iudas murum in circuitu ciuitatis, & edificauit turre, sed & Bethsuram inuinit, arcem tamen præsidij non obtinuit.

Porro gentes in circuitu agræ ferebant reparationem Hierusalem, persequabantur Iudæos, quas Iudas viriliter debellauit. Percussit Idumæos plaga magna, & pugnauit contra Timotheum ducem filiorum Ammon, & fugauit eum. Congregatae sunt gentes quæ erant in Galaad, aduersus confines eorum. qui fugientes, miserunt ad Iudam, vt ferret eis auxilium. Cumque adhuc legerentur epistolæ, superuenerunt nuncij à Galilæa, indicantes congregari eos qui erant in Ptolemaide, Tyro & Sidone, aduersus Iudæos. Misit ergo Iudas Simonem fratrem suum cum tribus millibus in Galilæam. Ipse verò cum Ionatha fratre & octo millibus exiit in Galaaditidem, relinquens in Iudæa Iosephum & Azariam duces, vt custodirent Iudæam interim, mandans ne cū hoste bellaret, & venit Simon in Galilæam, & contritæ sunt gentes ab eo, & tulit spolia eorum. Iudas verò & Ionathas transibant Iordanem per desertum viam trium dierum, & occurrerunt eis Nabuthæi, narrantes quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quomodo in munitione tenerentur inclusi. Iudas verò prius incendit Bosfor & spoliavit. & surgens nocte, cum venisset ad obsidionem, vidit portantes scalas & machinas, incurrit tribus ordinibus, & sonuerunt tubæ, & castra Timothei cognouerunt quia Iudas esset, fugerunt, cecideruntque, ex eis ferè 8. millia, & vastauit Iudas ciuitates gentium. Post hæc congregauit Timotheus exercitum alium, & sedit secus torrentem. Iudas verò abiit obuiam illis, & ait Timotheus principibus suis: Si transierit Iudas ad nos, præualebit nobis: si verò timuerit transire, transeamus ad eum, & præualebimus. Et transiit Iudas torrentem, & contritæ gentes, fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. Iudas verò succendit phanum cum omnibus qui erant in eo. tunc congregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide, vxores & paruulos, vt venirent in terram Iudæ. Cumque venissent in Ephron, petierunt à ciuibus transitum, & noluerunt eis aperire. Eradicauit ergo Iudas Ephron, & per eam transiit super interfectos. Deinde traiecit Iordanem, ascenderunt in montem Sion, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset. redierunt eodem die & Iudas, & de Galilæa Simon. Interim verò dum aberant Iosephus & Azarias, volentes sibi facere nomen, congressi sunt cum Gorgia: & fugerunt, & ceciderunt de populo duo millia, quia pugnant contra mandatum Iudæ. & vastauit Iudas Idumæos & Philistæos, & pertransiens Samariam, declinauit in Azotum, & combussit aras & deos eorum, & cum spolijs rediit in Iudæam. Cum hæc fierent in Iudæa, perambulabat Antiochus superiores regiones, & audiuit Elymaidem in Perside ciuitatem esse opulentam, & templum locuples, in quo erant velamina aurea & lorice & scuta quæ reliquerat Alexander, & quærebat prædari ea, sed non poterat. nam ciues Elymaidos fugauerunt eum ignominiosè, & nunciarum est ei quoque, quomodo fracti erant principes eius in Iudæa. Reuersus furor, iussit agitari currus sine intermissione, superbè intonans Hierosolymam se venturum, & facturum eam sepulturam Iudæorum. & statim apprehendit eum dirus dolor viscerum, & contigit eum impetu euntem de curru cadere, & elisus est. & manifestauit Deus in eo virtutem suam, vt qui sibi videbatur etiam sanctibus maris imperare, in gestatorio portaretur. & ebullierunt vermes de carnibus eius, & viuentes effluebant, & foetore illius grauabatur exercitus. Cumque nec ipse foetorem suum tolerare posset, ductus est ad agnitionem sui, & ait: Iustum est mortalem subditum esse Deo, & paria ei non sentire. orabat autem hic scelestus Deum, à quo non erat misericordiam consecuturus. Vouebat enim se liberatum Iudæos, & patres Atheniensibus facturum: pollicebatur quoque se futurum Iudæum, & in omni loco prædicaturum Dei potestatem. & desperans, scripsit omnia hæc ad Iudæos, orans vt fideliter adhererent Antiocho filio eius. Cumque profitebatur se pati hæc propter templi violationem, & morbus increbresceret, tunc vocauit Philippum amicum, & constituit eum tutorem regni, dans ei diadema, stolam & annulum, vt ferret ea ad Antiochum filium suum, & poneret eum super solium regni. & mortuus est peregre miserabiliter in montibus. transferebat autem corpus eius Philippus, qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Aegyptum abiit. Polybius verò scribit periisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ in Perside deuastare, de quo Iosephus mi-

Iohan. 10.
Iudas Machabæus encænia curat.

Machabæi successus.

1. Mach. 5.

1. Mach. 6.

Antiochi grauis interitus.

Perseus ali-
as Perseus
Macedonum
rex.

Bellū Mac-
donicum 2.

Aemilij tri-
umphus.

Triumphū
magnificen-
tia.

ratur, quia scripta Antiochi de præmissis habebantur. Anno primo Antiochi Epi-
phanis, qui fuit annus ab vrbe condita 377. Perseus vltimus Macedonum rex regnare
cœpit olympiade 151. regnavit annis x. hic itaque patrem Philippum & fratrem De-
metrium per insidias malè tractavit, prout circa finem præcedentis generationis di-
ctum est. Hic Perseus defuncto patre, multas gentes contra Rom. in societatem belli
contraxerat. Inflatu nempe thesaurorum multitudine, & paratis à patre sumptibus
in decennium, & cum potentiam Ro. formidaret, misisse fertur ad Carthagenenses le-
gationem, quæ ab his nocte audita est, sed & alias Græciæ ciuitates sollicitabat. Pau-
lò pòst Eumenes Asiæ rex, in senatu de Perseo conquestus est, cuius iniuriæ in popu-
lum Ro. referebantur. ob hoc bello ei indicto, P. Licinius Crassus consul, cui Macedo-
nia decreta erat, in Macedoniam mittebatur, leuibusque expeditionibus equestri-
bus prælijs in Thessalia cum Perseo feliciter pugnauit. In Thracia autem Perseus Ro.
fatis afflixit. vnde Plutarchus refert, quòd cum Perseus rex Macedonum multis prælijs
Ro. exercitum profligasset, maximamque Ro. multitudinem partim occidisset, partim
sub corona vendidisset, & partim secum in Macedoniam deduxisset, miserri populi
sui patres, Paulum Aemilium miserunt, qui consulatus officium, licet senex, contra
Perseum suscepit: primoque prælio congressus, xx. millia peditum ex Macedonibus
interfecit. Tandem etiam Perseus in potestatem ipsius peruenit, deferentibus eum
amicis. quem consul, vt Eutropius scribit, ad pedes cadere volentem non permisit. sed
iuxta se in sella collocavit, illoque capto, Aemilius 70. ciuitates, quæ in Aegypto Rom.
rebellaerant, cepit. Macedonibus autem & Illyricis has leges dedit, vt liberi omnino
essent, & dimidium tributorum Romanis præstarent, eorum scilicet quæ regibus suis
præstitissent: & hoc, vt appareret populum Ro. pro æquitate magis, quam pro auaritia
dimicare. Aemilius itaque anno ætatis suæ sexagesimo Perseum cum duobus filijs ac
filia captum, cum vniuersis Macedonum regū thesauris, Romam deduxit, cui & sena-
tus triumphum hoc modo parari iussit: Primò pontifex Rom. adstitit nitidis vestibus
ornatus, in equestribus theatris, quos arcus appellant, incedens: omnia vrbs tem-
pla erant aperta, & fertis vaporibusque repleta suauibus, multitudoque ministrorum
aderat baculos gestantium. transmissio in tres dies diuisa erat. Prima vix signis, ta-
bulis, colossisque transmittendis suffecit, quæ vehiculis 250. portabantur. Secunda
die ornatissima Macedonum arma, multis curribus delata fuere, splendentia ære &
ferro absterfo, atque ita disposita, vt cecidisse de cælo viderentur, galeæ, scuta, thora-
ces, ocreæ, peltæ, * thraciæ gerræ, pharetræ, & equorum frenæ. enses nudi per hæc ia-
centes. post hæc armorum currus, tria virorum sequebantur millia, qui numismata
ferebant argentea in vasis trecentis quinquaginta: quatuor viri singula vasa porta-
bant, alij crateres argenteos, phialas & calices ornatissimos. Tertia verò die, prima lu-
ce tubicines non mite nec suaue, sed bellicum sonantes, primi ibant: post hos centum
20. boues albi cornibus deauratis ducebantur, vitris & fertis ornati ad immolandum.
pòst ductores sequebantur, qui aurea numismata deferebant, & auream phialam,
item antigonea, seleucia & theridia: Persei vasa aurea quoque portabantur: post
hæc Persei currus, arma & diadema super armis positum: deinde modico pòst nati
regij ducebantur, & cum ipsis alumnorum, pædagogorum & ministrorū lachrymans
turba, qui & ipsi manus tendebant ad ciues, & pueros eadem facere & deprecari iube-
bant. Erant masculi duo, Darius & Alexander, & vna puella, præ ætate non satis in-
fortunium suum intelligentes, quæ res multum ad misericordiam concitabat homi-
nes, multi que ad eorum adspæctum lachrymas miserunt. Ipse autem Perseus post fili-
os fusca veste trepidans ibat & perturbatus: post eum ibat amicorum & familiarium
mœsta turba, vt etiam plerique ex Ro. lachrymari cõpellerentur: post eum deferebantur
aureæ coronæ, quibus Aemiliū virtutis gratia ciuitates Græcæ donauerāt. erat nume-
rus coronarum quater centum. deinde Aemilius ipse sequebatur ornatissimo curru
inuestus, purpurâ auro contextâ indutus, & lauri ramū dextra gerens. cohortes legio-
num sequentes, partim carmina patria salibus permixta & risu, partim laudes Aemilij
canentes, quæ intuebantur & admirabantur omnes, nec quicquam ex his quæ sibi
optanda forent, deesse arbitrabantur. pro Perseo autem omni studio Aemilij eni-
xus est, sed nihil obtinere potuit, vt scilicet ex carcere in latiorē traderetur locum,
vbi custoditus, mœrore animi tandem confectus est. Macedonia itaque prouincia,
quæ à Cranao rege primo vsq; ad Perseū istum, trigintanouem habuit reges per annos
144. ita defecit. quo tempore & iunior Persei filius, ob inopiam Romæ fabricam æra-
riam

Antiochus
Eupator.

* Mach. 5.

Pugnatores
quinque ce-
lestes.

Timothei
in exercitu.

Ioppitarū
dolos.

* Carnion

Carnion.

riam discens, victum quæsiuit. Anno ab vrbe condita 390. mortuo Antiocho No-
bili, Lysias constituit regnare filium eius Antiochum, quem nutriuit ab adolescente,
& vocauit nomen eius Eupatorem. Hic suscepto regno, constituit super negocia re-
gni Lysiam, regnavit annis duobus. Gorgias autē cum antea esset dux constitutus, af-
sumptis aduenis, frequenter debellabat Iudæos. hi autem qui erant cum Machabæo,
impetum fecerunt in munitiones Idumæorum, multa que loca obtinuerunt, occur-
rentes interemerunt, ac omnes simul non minus 25. millibus trucidauerunt. Quidam
autem cum fugissent in duas turres validè munitas, Machabæus ad eorum expugnati-
onem relicto Simone, Iosepho & Zachæo, ipse aduersus alios pugnans conuertitur.
Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate ducti, pecunia accepta, dimiserunt quos-
dam effugere. quo cognito, Machabæus principibus congregatis, accusauit illos
quòd pro pecunia fratres vendidissent, aduersarijs eorum dimissis. hos igitur prodito-
res factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. armis autem & manu omnia
prosperè agendo, in duabus munitionibus plus quam 20. millia peremit. Timothe-
us autem qui prius à Iudæis fuit superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudi-
nis, & equitatu Assiano, aduenit quasi armis Iudæam capturus. Machabæus autem &
qui cum ipso erant, orabant Dominum, caput terra adspargentes, & cilicij præcincti
ad altare prosternuntur. post orationem sumptis armis, longius de ciuitate proceden-
tes, & proximè hostibus effecti, prælio commisso, cum vehemens pugna esset, apparu-
erunt aduersarijs de cælo viri quinque in equis, frenis aureis decorati, ducatum Iudæis
præstantes, ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum
incolumem conseruabant, in aduersarijs autem tela & fulmina iaciebant. ex quo &
cæcitate confusi interfecti sunt 20. millia & quingenti, equitesque sexcenti. Timo-
theus verò confugit in Gazaram præsidium munitū. Machabæus autem obsedit præ-
sidium diebus quatuor, & illucescente quinta die, 20. iuuenes audientes blasphemias
obfessorū, viriliter accesserunt ad murū, & cum impetu ascenderūt: sed alij insequen-
tes, turres portasque succenderunt, & ipsos maledicos viuos concremare conati sunt,
& vastato præsidio, Timotheum latitantem peremerunt. Sed paruo pòst tempore
Lysias curator regis grauius ferens quæ acciderant, congregatis 80000. & equitatu
vniuerso, veniebat aduersum Iudæos, adducens octo elephantes. Ingressus autem in
Iudæam, & appropinquans Bethsuræ, loco ab Hierosolyma quinque stadiorum, illud
præsidium expugnabat. Vt autem hoc Machabæus cognouit, cum fletu & lachrymis
rogabat Dominum, & qui cum illo erant, vt auxilium præstare dignaretur. Sumptis
igitur armis, exierunt Hierosolymis. Tunc apparuit præcedens eos eques in veste
candida, armis aureis hastam vibrans. quo viso, omnes benedixerunt misericordem
Dominum. Ibat igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, & leonum more
irruunt in hostem. prostrauerunt ex eis xj. millia peditum, & equitum mille sexcen-
tos, vniuersos autem in fugam verterunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens, euasit:
& quia non erat insensatus, intelligens inuictos esse Hebræos, misit ad eos, pro-
misitque iustis consensurum, & regem compulsurum amicum fieri. & quæ Machabæ-
us scripsit, rex concessit. actum anno 148. regni Græcorum. His factis pactionibus,
Lysias pergebat ad regem. Iudæi autem agriculturæ operam dabant. sed hi qui in cir-
cuiu erant, Timotheus alter, Apollonius, Hieronymus, Nicanor, Demophoon, non
sinebant eos quietè agere. Ioppitaræ verò rogauerunt Iudæos cum vxoribus & filijs
ascendere scaphas tempore pacis: & cum in altum processissent, submerferunt ferè
200. Eam iniquitatem Iudas ægrefereus, intersectorū portum succendit, scaphasque ex-
ussit. pari modo Iamnis fecit. Dositheus & Sosipater peremerunt à Timotheo reli-
ctos 10000. viros. Machabæus aduersus Timotheum processit, stipatum centum
viginti millibus peditum, equitum duobus millibus quingentis, magno terrore. Co-
gnito autem Iudæ aduentu, Timotheus præmisit mulieres, pueros & reliquum appa-
ratum in præsidium quod * Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile. cumque co-
hors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est ex præsentia Dei, & in fu-
gam versi sunt, alius ab alio deiectus. instabat Iudas, & ex eis prostravit 30. millia vi-
rorum. Timotheus verò incidit in partes Dosithei & Sosipatris, & multis precibus
postulauit vt viuos dimitteretur, eo quòd multos ex Iudæis captiuos haberet. &
cum fidem dedisset, restitutum se eos secundum constitutum, illæsum eum dimi-
serunt. Iudas autem regressus est à * Carnion, interfectis 25. millibus. post horum
fugam & necem mouit exercitum ad Ephron ciuitatē munitam, in qua diuersæ gen-
tes

tes habitabant, & robusti iuuenes pro muris fortiter pugnabant. sed inuocato omnipotenti Deo, ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant, 25. millia prostrauerunt. Deinde ad ciuitatem Scytharum abierunt, & quia Scythopolitæ Iudæos apud se manentes, tempore infelicitatis benignè tractauerant, in pace eos dimiserunt, redeuntes Hierusalem. Deinde pugnauerunt contra Gorgiã, ibi Dositheus lætali ter vulneratus est, & Gorgiæ milites fugati sunt. multi tamen ex Iudæis occisi sunt. Et cum uenisset Iudas, vt corpora prostratorum tolleret ac sepeliret, inuenit sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quæ apud Iamniam fuerant, à quibus lex prohibet Iudæos. Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. benedixerunt itaque iustū Dei iudiciū. At verò Iudas hortabatur populū, conseruare se sine peccato, & facta collatione, 12. millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri ea pro peccatis mortuorum, iuste & rectè de resurrectione cogitans. Anno verò 149. regni Græcorum, cogitauit Iudas disperdere eos qui in arce erant, & obsedit eos. Exierunt quidam ex eis, & adiuncti sunt illis aliqui impij ex Israel, & abierunt ad regem, & dixerunt: Cur non vindicas fratres nostros? nos decruimus feruire patri tuo, ideo sumus nostris odiosi, & non ad nos tantum extendunt Machabæus & adherentes sibi manum, sed in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt ad arcem occupare eam, & munierunt Bethsuram. Iratus est rex vt audiuit, & conuocauit omnes principes exercitus sui, sed & de regnis alijs & insulis conuenerunt ad eum exercitus conductij, & erat numerus exercitus centum millia peditum, & 20. millia equitum, & elephanti 32. docti ad prælium, & applicuerunt ad Hierusalem. Commisit autem se illis Menelaus. & cum fallacia deprecabatur Antiochum, sperans se constitui principem. sed suggerente Lysia, hunc esse causam omnium malorum, iussit Antiochus eum in eodem loco necari. Erat turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cinerem, inde in cineres præcipitari iussit sacrilegum. & taliter contigit Menelaum mori, nec dari terræ præuaricatorem legis. Sed rex mente effrenata venit, nequiores se patre ostensus Iudæis. quibus cognitis, Iudas præcepit populo, vt die ac nocte Dominum inuocarent: omnibus id simul facientibus, ac per triduum ieiuantibus, ipse cum senioribus cogitauit occurrere regi, iuuenibus fortissimis electis, nocteque aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros 14. millia & maximum elephantorum: rebusque prosperè gestis, turbatis hostibus, abiit Iudas. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat, & Bethsuræ quæ erat Iudæorum præsidium munitum, castra admouebat, & vt in primo Machabæo lib. legitur, admouit Iudas castra iuxta castra regis. ordinauit rex diluculo exercitum, & ostenderunt elephantis sanguinem vix & mori, ad acuendos eos in prælium. adstiterunt singulis elephantis mille pedites ad custodiam loricati, & equites quingenti, turres lignæ erant super singulos, & in * turri trigintaduo viri pugnantes desuper, & intus magister bestiarum. Et distenta est pars exercitus regis super montes, alij per loca ibant humilia. Et respexit sol in clypeos aureos, & apparuit Iudas in prælio cum suis, & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Vidit autem Eleazarus frater Iudæ vnam de bestijs cæteris eminentiorem, & arbitrans regem esse in ea, cucurrit per hostes, & subijt elephantem, & effodit eum in umbilico. cadens elephas, oppressit eum. Tunc diuerterunt Iudæi à prælio, & ascendit rex post eos, & capta Bethsuræ, positisque in ea custodibus, obsedit Hierusalem, & statuit illic balistas & machinas & ignis iacula, scorpiones & fundibula. Inter hæc audiuit Lysias rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negocia. mente consternatus est, vnde suggestit regi, Deficimus quotidie, esca nobis modica est, locus est benè munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, stantibus vt ambulent in legibus suis, & seruiant nobis. propter legitima enim ipsorum quæ despeximus, irati sunt. & placuit sermo regi & principibus, & misit ad eos pacem facere. Iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. In 2. Machabæorum libro dicitur, quod rex honorauerit templum, & Machabæum amplexatus fuerit, feceritque ducem à Ptolemaide vsque ad Gerrenos. Vt autem venit Ptolemaida, grauiter ferebant ciues amicitiam conuentionem. tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit. sed in 1. Machabæo lib. cap. 6. dicitur, quod intrauerit post iusurandum rex montem Sion, & vidit munitionem loci, & rupit iuramentum, & mandauit destruere murum in gyro. postea discessit festinanter. reuersus Antiochiam, inuenit Philippum dominantem

Scythopolis.

Cades Iudæorum propter spolia idolorum.

2. Mach. 12.

2. Mach. 13.

Menelaus mors.

1. Mach. 6.

* turribus

Obsident Hierosolyma ab Antiocho.

2. Mach. 13. Pax Iudæorum.

tem ciuitati, & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem. Eo tempore, anno 141. regni Græcorum, anno 18. regni Philometoris, exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitates maritimas, & regnauit illic annis 12. Venit autem, vt habetur Machab. 2. cap. 14. cum multitudine valida & nauibus per portum Tripolis, & obtinuit regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. Compræhendit enim, vt in 1. Machab. cap. 7. dicitur, exercitus Antiochum & Lysiam, vt adduceret eos ad Seleucum. & res ei innotuit, vnde ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum. & occidit eos exercitus. Tunc sedit Demetrius super solium patris sui, Syriæ & Asiæ rex, Seleuci filius. & venerunt ad eum impij ex Israel, & Alchimus Aaronita dux eorum, qui volebat fieri sacerdos. accusauerunt Iudam, dicentes: Perdidit Iudas omnes amicos suos, & nos disperdidit de terra nostra. mitte ergo virum cui credis, qui videat exterminium, & iudicet nos. & constituit rex Alchimum principem sacerdotum, misitque cum exercitu Bacchidem in Iudæam. qui misit nuncios ad Iudam & fratres eius, in dolo loquentes de pace, & non credidit Iudas verbis eius. Multi verò de populo crediderunt eis, dicentes: Homo sacerdos ex semine Aaron venit, non decipiet nos. & egressi sunt ad Bacchidem, occiditque ex eis 60. viros vno die: alij fugerunt ab eo, dicentes: Non est ei veritas & iudicium. Tunc recessit Bacchides ab Hierusalem, & applicuit in Bezecha, multosque ex eis qui ad se refugerant, occidit, proiecitque in puteum, & commisit regionem Alchimo, relinquens ei adiutores: ipse autem reuersus est in Antiochiam ad regem. Tunc Alchimus seducebat omnes verbis, ad libitum cuique loquens, ac subito manu valida transfugarum circumseptus est, fecitque mala in Hierusalem plus quam omnes gentes. quod cum vidisset Iudas, exijt in omnes fines Iudææ, fecitque vindictam in viros desertores. Videns autem Alchimus quod non posset Iudam sustinere, redijt ad regem, accusans eum in multis. Et misit rex Nicanorem, qui cum eo fuerat Romæ, in Iudæam, mandans ei euertere populum Israel. Venit Nicanor in Hierusalem cum exercitu magno, & locutus est ad Iudam in dolo verbis pacificis, salutaueruntque se inuicem. Sed cum Iudas intellexisset insidias sibi paratas, exiijt, refugitque ad suos, postea congressi sunt iuxta vicum quendam: & victus Iudas, fugit in ciuitate David. Hæc Comestor. Sed in primo Machab. cap. 7. habetur, quod ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè 3000. fugerantque in ciuitatem David, & postea ascendit Nicanor in montem Sion. de hoc tamen scribitur in 2. Machab. lib. cap. 14. quod Nicanor misit ad Iudam legatos de pace facienda. itaque diem constituunt, qua secretò inter se agerent. positæ sunt singulis sellæ. præcepit autem Iudas armatos esse in locis opportunis, vt congruum colloquium tenerent. Morabatur autem Nicanor Hierosolymis pacifice, & habebat Iudam charum ex animo, rogauitque eum ducere vxorem filiosque pro creare. nuptias fecit, communiterque vivebant. Alchimus autem videns charitatem illorum ad inuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, dicens Nicanorem rebus alienis assentire. Itaque rex exasperatus, scripsit Nicanori, dicens grauius se audire amicitiam eorum, iubere Machabæum citius vincium mittere in Antiochiam. Quibus Nicanor consternatus, grauiter ferebat ea quæ conuenerant, irrita facere, nihil læsus à viro. sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem querebat, qua præceptum adimpleret. At Machabæus austerius videns secum agere virum, intelligens non ex bono fieri, paucis suorum sumptis, occultauit se. Nicanor hoc audiens, venit ad templum, & sacerdotibus iussit sibi tradi virum. quibus iurantibus nescire vbinam esset, ille iurauit, manumque ad templum extendens, dixit: Nisi Iudam mihi vincium tradideritis, templum hoc in planitiem deducam, & Libero patri consecrabo. Iudæi verò qui illum propter necessitatem sequebantur, dicebant: Ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribue ei qui vniuersa conspicit. at ille interrogauit, Si est potens in cælo qui sabbatum imperauit? respondit, Est Deus viuens in cælo qui hæc iussit. tunc ait, Et ego potens sum super terram imperata regis perficere. eratque mæror & luctus omnium. Machabæus autem semper confidens auxiliū sibi à Domino affuturū, allocutus est suos de lege & prophetis, admonēs & certaminū peractorū feliciter. Et ita animis eorū erectis, exposuit illis somnium, per quod vniuersos lætificauit: Erat ei visus Onias pontifex, vir optimus, orare pro omni populo Iudæorū. post hoc apparuisse aliū virū ætate & gloria mirabilē circa illū, respondentē verò Oniã, dixisse: Hic est amator populi Israel. hic est qui multum orat pro vniuersa ciuitate Hierusalē. Hieremias ipse erat. Extendisse etiam Hieremiã dextram, & dedisse Iudæ gladiū aureum, dicentem: Accipe sanctum

Demetrius rex Syriæ.

Alchimus pontifex.

Nicanor.

2. Mach. 13.

Machabæi somnium.

Nicanoris
interitus.

Et cum gladium munus à Deo, in quo deicietis aduersarios populi mei Israel. Exhortatis his & confirmatis, exiit Iudas cum 300. post Nicanorem, commiseruntque praelium, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus, fugitque exercitus eius. Egressique sunt de castellis Iudæ in circuitu, & percusserunt eos, cæsaque sunt non minus 35000. aduersariorum, presentia Dei miraculose delectati. Caput verò Nicanoris amputantes & dextram, quam superbe extenderat contra Hierusalē, linguam eius minutatim concissam dederunt auibus ad comedendum, dextram & caput suspendentes, statueruntque diem illam solennem. Tunc audiuit Iudas nomen Romanorum & virtutes eorum, & quod quos volebant, priuabant ac extollebant regno, & cum amicis optime seruabant amicitiam, & in omnibus nemo sibi postulabat diadema, feceruntque sibi curiam 320. consulum. misit Romam Eupolemium & Iasonem, qui intrantes curiam, dixerunt: Iudas Machabæus & fratres eius populusque Iudæorum, petunt vobiscum statuere societatem. placuit id Ro. scripseruntque foederis formam, & in tabulis æneis miserunt in Hierusalem in hunc modum: Bene sit Romanis gentique Iudæorum in mari & terra, & pax in æternum. quod si institerit bellum Romanis, auxiliū feret gens Iudæorum, non accipient stipendia à Romanis. id ipsum facient Romani Iudæis. Tunc scripserunt Romani ad Demetrium: Quare grauasti iugum super amicos nostros Iudæos? Si ergo iterum adierint nos, aduersum te faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum terra & mari. Inter hæc eum audisset Demetrius, quia cecidit Nicanor cum suis, misit rursus in Iudæam Bacchidem & Alchimum, dextrumque cornu cum illis. & applicuerunt exercitum ad Hierusalem, surrexeruntque & abierunt in Berea 20000. pedites, & 2000. equites. Et Iudas posuit castra in Laifa, 3000. pedites habens. & videntes multitudinem hostium, timuerunt valde, & subtraxerunt se de castris. nec remanserunt cum Iuda nisi octingenti viri. sed & Iudas corde dissolutus est, quia perurgebat eum bellum, nec habebat tempus congregandi exercitum, & locuti sunt ad eum qui residui erant: Non poterimus contra eos, sed reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos. Qui respondit, Absit vt fugiamus ab eis, & superinducamus opprobrium gloriæ nostræ, sed moriamur in virtute propter fratres nostros. Et congressi sunt cum hostibus, & expugnabant cornu dextrum. qui autem in sinistro cornu erant, venerunt eis à tergo. & ingratum est praelium, ceciditque Iudas, cæteri que fugerunt. Simon autem & Ionathas fratres eius, redimentes corpus ab hostibus, sepelierunt illud in Modin sepulcro patrum suorum, planxitque eum populus terræ planctu magno, & facta est fama magna, tradiditque se Bacchidi omnis regio. Et surrexit Ionathas loco fratris sui, & quærebat Bacchides eum occidere. tunc Ionathas fugit in desertum Thecuæ, & misit fratrem suum Ioannem ad Nabuthæos amicos suos, vt commodarent ei apparatus suum. Et exeuntes filij Iambri, percusserunt Ioannem, & tulerunt omnia quæ habebat. nunciarum est hoc Ionathæ & Simoni fratribus suis, quod filij Iambri fecerunt nuptias, & ducerent sponsam. insurrexeruntque ex insidijs, & percusserunt multos in vindictam fratris. Audiuit Bacchides, & venit die sabbatorum in virtute magna, & dixit Ionathas ad suos: Ecce bellum exaduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde & paludes. Clamate ergo in cælum, & pugnabimus. & commissum est praelium, cecideruntque ex parte Bacchidis mille viri, & versus est ipse in fugam. & reuersus in Hierusalem, ædificauit in Iudæa ciuitates munitas, accepitque filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Hierusalem in custodia. Tunc præcepit Alchimus destrui muros domus sanctæ interioris: & quum hoc cœpisset, percussus est paralyti, mortuusque est cum tormento magno. Tunc redijt Bacchides ad regem, & siluit terra Iuda duobus annis. post quos viri iniqui in Israel reduxerunt Bacchidem in Iudæam, qui voluit comprehendere Ionathan occulte, sed innotuit consilium eius Ionathæ. qui comprehendens 50. viros insidiatores, occidit eos. Et secessit in Bethbessen, quæ est in deserto, & firmavit eam. ascenditque Bacchides virtute magna, & obsedit Bethbessen. & egressus Ionathas, reliquit Simonem in ciuitate, percutiebatque per noctem multos in tabernaculis. Simon verò egressus de ciuitate, succendit machinas. & pugnauerunt hostes quoque, & contritus est Bacchides ab eis. Et iratus Bacchides contra viros qui reduxerant eum in Iudæam, multos ex eis occidit. Quod audiens Ionathas, misit ad eum legatos pacem componere cum eo. qui libenter accepit, & iurauit se nihil mali facturum Ionathæ omnibus diebus vitæ suæ, & reddidit ei captiuitatem quam prædatus erat in terra, redijtque in regionem suam, cessauitque gladius ex Israel, & sedit Ionathas in Machmis, iudicans ibi populum, & extermi-

Fœdus Iudæorum & Romanorum

1. Mach. 9.

Mors Machabæi.

Ionathas dux populi.

Alchimi interitus.

1. Mach. 9.

minans impios ex Israel. Demetrius autem, vt ait Iustinus, occupato regno Syriæ, ampliare regni fines statuit. itaque Ariaracti regi Cappadociæ propter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrem eius Holofernem per iniuriam regno pulsum, supplicem recepit, datumque sibi honestum belli titulum gratulatus, eum in regnum restituere statuit. sed Holofernes ingrato animo, inita cum Antiochenis pactio, offensus tunc à Demetrio, pelleret ipsum regno à quo restituebatur, consilium accepit. quo cognito, Demetrius quidem vitæ eius, ne Ariaractes metu fraterni belli liberaretur, pepercit: ipsum autem comprehendens, vinctum Seleuciæ custodi iuberet. Nec Antiocheni indicio territi, à defectione destiterunt. itaque adiuuantibus Ptolemæo rege Aegypti, & Attalo rege Asiæ, & Ariaracte rege Cappadociæ, bello à Demetrio la-

cessitis, subornant Prompalum quendam fortis extremæ iuuenem, qui Syriæ velut pat-

ternum regnum armis repeteret, & ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusque ab Antiocho Epiphane prædicatur. libri tamen Machabæorum, similiter & Iosephus, hunc Alexandrum verè dicunt Epiphani filium. Vt cunque sit, id historiam non variat. Igitur Alexander occupauit Ptolemaidem, regnauitque in ea. Quod audiens Demetrius, congregauit exercitum, & misit ad Ionathan vt secum faceret pacem, & non cum Alexandro. insuper dedit ei potestatem congregandi exercitum, & obsides qui in arce erant, iussit ei reddi. venitque Ionathas in Hierusalem, & cœpit renouare ciuitatem & montem Sion in circuitu, & fugerunt custodes quos posuit Bacchides in Iudæa, tamen in Bethsura aliqui remanserunt. Et audiuit Alexander promissam quæ fecerat Demetrius Ionathæ, & prælia virtutesque eius, scripsitque ad Ionathan, dicens: Audiuius quod vir potens es & aptus, vt sis amicus noster, & nunc constituimus te summum sacerdotem gentis tuæ, & vt amicus regis voceris. & misit ei purpuram & coronam auream, induitque se Ionathas stola sancta in die solenni scenopegiarum, congregauit exercitus, & fecit arma copiosa. Quod audiens Demetrius, contristatus est, & misit ad Ionathan in hæc verba: Manete in amicitia nostra, & nunc absoluo omnes Iudæos à tributis, & potestatem arcis quæ est in Hierusalem, sacerdoti do summo, & omnem animam Iudæorum captiuam, relinquam liberam gratis, & quod omnes dies solennes sint dies immunitatis, & tres antè, tresque post. Ptolemaida & duas ciuitates vicinas do summo sacerdoti ad necessarios sumptus sanctorum, & singulis annis 15. millia siclorum argenti ad instauranda opera sanctorum & muros. Ionathas autem & populus non crediderunt ei, & complacuit illis in Alexandro, cui ferebant auxiliū omnibus diebus. tunc congregauit Alexander exercitum, mouitque castra contra Demetrium, & fugit exercitus Demetrii, & ipse inter confertissimos hostes fortissimè dimicans, cecidit. reliquit autem duos filios, Demetrium sibi æquiuocum, & Antiochum qui dictus est Sedetes. Alexander itaque filius Antiochi Illustris, frater Eupatoris, occiso Demetrio, regnauit in Syria annis quatuor. incepit autem regnare anno ab vrbe condita 602. Misit autem Alexander ad Ptolemæum regem Aegypti, duxitque filiam eius Cleopatram in uxorem, traduxitque illam Ptolemæus Alexandro in Ptolemaida, & fecerunt nuptias in magna gloria. Tunc Alexander vocauit Ionathan, & abiit Ptolemaida. inuenit gratiam in conspectu duorum regum, & venerunt quidam pestilentes ex Israel post eum, & accusabatur. Sed non attendit ad eos rex, magnificabat Ionathan, induit eum purpura, scripsitque eum inter primos amicos, & reuersus est Ionathas in Hierusalem cum gloria. Post tres annos venit Demetrii filius à Creta. Demetrius enim hic, occiso patre, fugit ad Cretenses parentes maternos. & resumptis viribus, venit in maritima Philistæorum & in Cœlesyriam, regnauit annis 5. tunc captus est à rege Parthorum. Hic constituit Apollonium ducem exercitus, qui prouocauit Ionathan, qui assumptis decem millibus, egressus est de Hierusalem, & veniens Ioppen, expulit inde Apollonium. Et ibat Apollonius in Azotum, inscurus est eum Ionathas, & fugerunt equites Apollonij in Azotum, intraueruntque phanum Dagon vt se tuerentur. & succendit Ionathas ciuitatem ac phanum, & fuerunt de occisis in campo & succensis, ferè octo millia. Et transfuit Ionathas in Ascalonem, receptus est cum gloria, deinde redijt in Hierusalem. Et audiuit rex Alexander virtutem eius, addidit ad huc glorificare eum, misitque ei auream fibulam, quæ solet dari cognatis regum, & dedit ei Accaron & eius fines. Tunc ascendit Alexander in superiores partes Ciliciæ, interim commendabat socero suo regnum. Igitur socer eius rex Aegypti Philometor, in virtute magna quærebat obtinere regnum Alexandri in dolo, & ei aperiebantur

Demetrius
laccessitur.

Prompalus.

Alexander
rex Syriæ.Demetrii
mors.Demetrius
junior.

Procl. Philo-
pator re-
gnum Syriæ
inuadit.

bantur ciuitates, occurrebantque ei sicut mandauit Alexander. Et ut appropinquaret Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum, dicebantque ei: Sic fecit Ionathas. & tacuit rex, occurritque Ptolemæo Ionathas in Ioppen, & salutauerunt se. Abijt & Ionathas cum rege vsque ad flumen Eleutherum, postea redijt Hierusalem. Cùm autem Ptolemæus nunc obtinuisset ciuitates vsque ad Seleuciam maritimam, misit ad Demetrium, dicens: Pœniter me quòd dederim filiam meam Alexandro. veni, componamus pactum, & dabo tibi filiam meam. Recessit ergo ab Alexandro, & dedit filiam suam Demetrio. intrauitque Ptolemæus Antiochiam, & imposuit sibi duo diademata, Aegypti & Asiæ. Tunc Alexander reuersus contra Ptolemæum, & commisso prælio, victus est, fugitque in Arabiam ad parentes maternos cum Antiocho filio suo. Rex autem Arabum timens potentiam Ptolemæi, occidit Alexandrum, & referuauit filium, misitque caput Alexandri Ptolemæo. & gauisus est, ut aliqui scribant eum præ nimio gaudio intra tertium diem exspirasse. alij verò dicunt ex vulnere mortuum. successit illi filius Euergetes secundus. aliqui volunt fuisse fratrem qui Cytænæ regnabat. In diebus illis expugnauit Ionathas arcem quæ erat in Hierusalem, & nunciauerunt hoc Demetrio, qui nunc sedet in folio patris sui. ex hoc iratus, venit Ptolemaidem, & scripsit Ionathæ quòd occurreret ei festinanter. & elegit Ionathas de senioribus Israel, dedit se periculo, accepit pecuniam multam & vestes. abijt ad regem, dans ei munera, & inuenit gratiam, magnificauitque eum rex in conspectu, & statuit ei principatum sacerdotij, & quæcunque habuerat prius. Vidit autem Demetrius quia siluit terra, dimisit exercitum in loca sua, retinens secum exercitum peregrinum. tantumque apud omnes inertia, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Tryphon autem erat quidam partium Alexandri, qui videns quòd omnis exercitus murmurabat contra Demetrium, iuit in Arabiam, ut reduceret inde Antiochum filium Alexandri in terram patris sui. Eo tempore dum Demetrius esset offensus suis, misit ad eum Ionathas, ut eijceret eos qui erant in arce in Hierusalem, & qui in præsidij erant, quia impugnabant Israel. & rescripsit Demetrius, dicens: Hæc & maiora faciam tibi cùm fuerit opportunum: nunc autem rogo, mitte mihi viros in auxilium, quia recessit exercitus meus à me. & misit ei Ionathas tria millia electorum in Antiochiam. Surrexerunt autem Antiocheni centum viginti millia, & volebant interficere regem. & fugit rex in aulam, & misit Iudæos per ciuitatem, occideruntque centum millia hominum, & liberauerunt regem. residui verò ciuium dederunt dextras regi, & fecerunt pacem, & glorificati sunt Iudæi, & redierunt in Hierusalem. Mentitus est autem Demetrius omnia quæ dixerat Ionathæ. recessit enim ab eo, & vexabat eum valde. Eo tempore reuersus est Tryphon de Arabia, reducens Antiochum adolescentem Alexandri filium, cui imposuit diadema. Et congregati sunt ad eos exercitus, quos disperferat Demetrius, & pugnauerunt contra Demetrium, & obtinuerunt Antiochus & Tryphon Antiochiam, fugitque Demetrius. Scripsit Antiochus Ionathæ, constituitque sibi summum sacerdotium, & constituit super quatuor ciuitates, & quòd esset amicus regis, dans ei etiam potestatem bibendi in auro, & misit ei yasa aurea, & quòd esset in purpura, & haberet fibulam auream. Simonem fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines Aegypti. Exijt autem Ionathas, & perambulabat ciuitates, venitque Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè ciues. Azotenses verò prius resistentes ei, postea dederunt ei dextras, & accepit obides ex eis, misitque eos in Hierusalem, & perambulabat regiones vsque in Damascum, agens regni negocia. Et audiuit Ionathas, quia principes Demetrii cum exercitu magno volebant eum amouere à negotio regni, occurritque illis, relinquens fratrem suum Simonem in prouincia. Congressus est cum eis, & fugerunt omnes qui erant cum Ionathæ præter duos, sciditque Ionathas vestimenta sua, & orauit: aggressusque hostes, conuertit eos in fugam, & redierunt ad eum qui recefferant ab eo, insecutusque est hostes vsque ad castra eorum quæ erant in Cades, & ceciderunt ex eis 3000. redijtque Ionathas in Hierusalem. Misit Romam renouare amicitiam, Spartiatisque scripsit, dicens: Prius scripsit nobis Arius rex vester sub Onia summo sacerdote, quia de genere Abrahamæ estis, fecimus vobiscum fraternitatem, illam ex nunc renouamus. Et audiuit Ionathas quòd iterum egressi sunt principes Demetrii cum exercitu maiori quàm prius, occurritque eis, qui cùm audissent aduentum eius, nocte fugerunt, relinquentes facies in castris. Insecutus est eos Ionathas, & non comprehendit. transierant enim flumen. & diuertit Ionathas ad Arabes, percussitque eos. Simon autem in

Tryphon
alias Dio-
dotus.

in Ioppen declinauit. audierat enim quòd vellent præsidium tradere Demetrio. quare posuit ibi custodes. Redijt autem Ionathas in Hierusalem, & innouauit muros in ea, & muniuit eam valde inter arcem & ciuitatem, ut esset ciuitas singularis in terra, ut ciues nec emant, nec vendant, id est, non indigentes bonis aliorum. Anno ab vrbe condita 610. Ptolemæus Euergetes Philometoris filius, frater Cleopatraz, in Aegypto regnare coepit olympiade 139. regnauit annis 29. vir quidem pessimus atque sæuissimus, ut infra scribetur. Eo tempore cogitauit Tryphon occidere Antiochum adolescentem, & imponere sibi ipsi diadema, sed timuit Ionathan, cogitauitque eum prius occidere, scripsitque Ionathæ, ut sibi occurreret in Bethsan. venit confidenter ad eum Ionathas cum 40. millibus virorum, vidensque Tryphon quòd non posset manus extendere in eum, honorauit eum, dans ei munera, & præcipiens exercitibus suis, ut obedirent ei sicut sibi, & ait Ionathæ: Ut quid vexasti populum? elige tibi paucos, & veni mecum Ptolemaidam, tradam eam tibi & reliqua præsidia, exercitumque & vniuersos ministeriales regni, & redibo. Credidit ei Ionathas, remisit in Iudæam exercitum, retinens tantum tria millia, ex quibus dimisit in Galilæam duo millia, & sic erant mille cum eo. Cùmque intrassent Ptolemaidem, ligauerunt eum ciues, & omnes qui erant cum eo, interfecerunt. planxit omnis Iuda Ionathan, æstimans occisum esse. congregauitque Tryphon exercitum, intrat Iudæam ut atterreret eam. Ad hæc expauescens populus, ascendit in Hierusalem, & elegit ducem Simonem: accelerauit Simon consummare muros Hierusalem, misitque exercitum in Ioppen. Cognoscens autem Tryphon quòd surrexit Simon, misit ad eum legatos, dicens: Pro argento quod debebat Ionathas frater tuus in ratione regis, detinimus eum: & nunc mitte argenti talenta centum & duos filios eius obides, & remittemus eum. Misit Simon argentum & pueros. mentitus Tryphon, intrauit regionem cum exercitu. & cùm appropinquauit Baschama, videns quòd non proficeret, Ionathan occidit & filios eius, & redijt in terram suam. sepeliuitque Simon fratrem & filios eius in Modin, statuens 7. pyramides, circumposuit columnas, quibus arma circumposuit in perpetuum rei memoriam. Tryphon tutor Antiochi, qui Theos nominabatur, dolo interemit adolescentem quarto imperij sui anno. amicos autem & familiares suos ad milites transfinit, & muneribus regem se fecit in Asia. Simon hoc tempore ædificauit præsidia in Iudæa, & misit ad Demetrium, ut faceret pacem cum eo. scripsit Demetrius, dicens: Munera tua suscepimus, & pacem facimus vobiscum magnam, remittentes ignorantias & peccata vsque in hodiernum, & nunc absolimus vos ab omni tributo. & ex tunc coepit populus scribere in tabulis & gestis publicis annotationes temporis, in hunc modum: Anno primo sub Simone sacerdote summo, magno duce & principe Iudæorum. Tunc descendit Simon in Gazam, & obsedit eam, eiecitque idololatrias & idola de ciuitate, & obsedit eos qui erant in arce Hierusalem. qui clamauerunt ad Simonem, ut acciperent dextras, & dedit illis, & eiecit eos inde, & mandauit arcem à contaminationibus, & intrauit cum musicis instrumentis, hymnis & ramis palmarum, statuens ut omni anno ageretur hæc dies lætitiæ. Et videns Simon Iohannem filium suum, quòd vir erat prælij, constituit eum ducem, & dedit ei Gazam ad habitandum, Tunc congregauit rex Demetrius exercitum, intrauitque Mediam ad contrahenda auxilia contra Tryphonem. Iustinus refert, Demetrium ad abolendam segnitiam maculam, bellum Parthis intulisse, cuius aduentum non inuiti Orientis populi viderunt, propter Arsacidæ regis Parthorum crudelitatem. Itaque cùm & Persarum & Elamitarum Bactrianorumque auxilijs iuuaretur, multis prælijs Parthos fudit: ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, captus: traductusque per ora ciuitatum, populis qui defecerant, in ludibrium fauoris ostenditur. missus deinde in Hyrcaniam, benignè tractatur, ipsique rex Arsacides filiam in matrimonium dedit, regnumque Syriæ quod Trypho occupauerat, restitutum promittit. Post Arsacidis autem mortem Demetrius priuatam etsi opulentam vitam pertæsus, fugam meditatur. Hortator illi & comes Callimander amicus erat, sed fugientem Phraates, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate retraxit. Et Callimandro non tantum veniam, sed & fidei præmium dedit rex. Demetrium verò cafigarum, ad coniugem in Hyrcaniam remittit, & arctioribus custodijs obseruari iubet. Interiecto tempore, cùm fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite, repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni deprehenditur, & perductus ad regem, ut inuisus à conspectu submouetur. Tunc quoque vxori & li-

Ptolemæus
Euergetes.

Ionathæ
captio.

Simon dux.

Ionathæ
mors.

Pax in Is-
rael.

Demetrius
à Parthis
captus.

beris donatus, in Hyrcaniam pœnalem sibi ciuitatem donatam remittitur, talisq; aureis ad exprobrationem puerilis leuitatis donatur. sed hanc tam mitem Parthorum in Demetrium clementiam, non misericordia gentis, nec respectus cognationis faciebat, sed quòd Syriæ regnũ affestabant, vsuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem Sederen, qui regno Syriæ imminabat. Capto enim à Parthis Demetrio, & Tryphone, postquam peremit dominum suum, regno imminenti, Antiochus Sederes frater Demetrii, non filius, vt aliqui scribunt, regnare cœpit in Syria, & regnavit annis quindecim, vt aliqui volunt, Simone Iudæorum principe existente. Hic Antiochus veniens in regnum patrum suorum, scripsit Simoni & genti Iudæorum, dicens: Statuo vobis omnia quæcunque remiserunt vobis reges ante me, & permitto vobis facere percussuram proprii numismatis in regione vestra. cumq; obtinuerit regnum, magnificabo gentem vestram & templum in gloria magna. Porro conuenerit ad Antiochum omnis exercitus, ita vt pauci essent cum Tryphone, qui fugit Antiochum per maritima, recepit se in Doran, & insecutus est cum Antiochus, obseditq; ciuitatem terra & mari. Eo tempore Lucius consul Romanorum scripsit regibus & regionibus in Oriente, ne inferrent mala Iudæis amicis suis, nec opem ferrent inferentibus, sed si qui pestilentes ex Iudæis confugerent ad eos, traderent eos Simoni principi sacerdotum, vt vindicaret in eos secundum legem suam. Renouauit enim Simon amicitiam cum Romanis, & misit illuc clypeum aureum mmarum mille. renouauit & fraternitatē cum Spartiatis. Antiochus autem rex obsedit Doran denuo, & includit Tryphonem. illuc misit ei Simon duo millia virorum in auxilium, argentum & aurum, vasq; copia. qui noluit ea accipere, sed fregit pactum quod fecerat cum eo, & misit ad eum Athenobium, mandans ei vt redderet ei arcem quæ est in Hierusalem, & Ioppen & Gazaram, & tributa locorum quibus dominatus fuerat, alioqui veniret & expugnaret eum. Vidit Athenobius in Hierusalem gloriam Simonis, & apparatus copiosum, & affluentiam in auro argentoque, & obstupuit. Respondit Simon: Terram alienam non sumpsimus, sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ iniuste ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. redijtque Athenobius ad regem, & renunciauit ei verba Simonis & gloriam eius. Iratus est rex ira magna, & edificauit Cendebæus Cedronem, collocans in ea milites, vt vastarent fines Iudææ. quod cum accepisset Simon, vocauit duos filios suos Iudam & Iohannem, & ait illis: Ego & fratres mei expugnauimus hostes Israel vsque in hunc diem, nunc autem fenui: sed pugnate vos loco meo. & dedit illis 20. millia pugnatorum & equites. & profecti sunt aduersus Cendebæum, & erat fluuius torrens inter eos, & timuit populus transire, transiuitque Iohannes primus, & secuti sunt eum omnes, & insonuerunt sacris tubis, conuersusque est in fugam Cendebæus & castra eius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati. vulneratus est & Iudas frater Iohannis, & insecutus est hostes Iohannes vsque ad Cedronem, cecideruntque ex eis duo millia virorum, & redierunt filij Simonis in pace.

Porro Ptolemæus filius Abobi, constitutus erat dux in campo Hiericho. Erat enim gener summi sacerdotis & diues, & eleuatum est cor eius, volebatque obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem & filios eius, vt tolleret eos. Simon autem perambulabat ciuitates regionis, gerens sollicitudinem earum, & descendit Hiericho cū Iuda & Mathathia filijs eius. Et suscepit eos Ptolemæus in munitionem, quam edificauerat in dolo. Fecit eis conuiuium magnum, & abscondit ibi viros, intravitque conuiuium cum armatis, & occidit Simonem & duos filios, reddiditque mala pro bonis. nam & uxorem Simonis cum duobus filijs eius minoribus iugulauit. Scripsit & Antiocho regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, ciuitatesque ac tributa: misit quoque nuncios ad tributarios, vt venirent ad se, vt daret eis argentum & aurum & dona. alios ad capiendam Hierusalem misit, alios in Gazaram, vt interficerent Iohannem. Quod accipiens Iohannes, celeriter festinauit occupare Hierusalem, & occidit eos qui venerant eum perdere, & factus est princeps sacerdotum post patrem suum, anno ab vrbe condita 618. & finit generatio anno Ptolemæi Evergetis nono, & Antiochi quarto. In hac generatione circiter annum ab vrbe condita sexcentessimum, tertij belli Punici semina iacta fuere. cum enim inter Carthagenenses & Masinissam regem Numidarum de agro esset lis, missi sunt legati à Romanis illuc, qui redeuntes, nunciauerunt vim naualis materiæ se Carthagine depræhendisse. dicebatur etiam in finibus eorum maximus exercitus Numidarum, duce Ariobarzane Syphacis nepote,

Antiochus Sederes.

Pocite Antiochus à Iudæis tributa.

i. Mach. 15.

Simon cum filijs à Ptolemæo dolo occiditur.

Belli Punici tertij semina.

pote, congregari. Eapropter, vt ait T. Liuius, suasisit M. Porcius Cato, vt Carthagenensibus qui exercitum specie contra Masinissam regem, sed reuera contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur: sed contradixit Scipio Nasica. Inter hæc placuit senatui legatos mittere Carthagenem, qui specularentur quid ageretur. legati illuc venientes, castigato senatu Carthagenensium, quòd contra foedus exercitum & nauales materias haberent, pacem inter Masinissam & eos facere voluerunt. Masinissa agro de quo lis erat, cedere voluit, sed Gisgo Amilcaris filius, homo seuditiosus, qui tunc in magistratu erat, cum senatus acturum se ex iudicio legatorum dixisset, ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit, vt legatis, quo minus violarentur, fuga salutem dederit. Legati redeuntes, infestum iam senatum Carthagenensibus, infestiores fecerunt, id nunciantes. ad hæc Gulussa Masinissæ filius, denunciavit Carthagini delectus haberi, classem comparari, & haud dubium bellum strui. Tum in senatu Cato suadebat, vt his bellum indiceretur, Pub. Cor. Nasica dicente nil temere faciundū. vnde placuit decem mitti legatos exploratū. L. Licinius Lucullus, Au. Posthumius Albinus consules tum in carcerem coniecti sunt ob delectus acerbiteratem. Cum autem legati ex Africa cum Carthagenensium oratoribus & Gulussa Masinissæ filio redijissent, dicerentque & exercitum & classem Carthagini se depræhendisse, tunc Cato & nonnulli principes senatus suadebant, confestim vt transportaretur exercitus in Africam. Cornelius verò Nasica dicebat, nondum sibi iustam causam belli videri. placuit vt à bello abstineretur, si fortè Carthagenenses classem exurent, & exercitum dimitterent: si minus, proximum consules de bello referrent. Paulò post Carthagenenses, cum aduersum foedus Masinissæ bellum intulerunt, victi ab eo sunt, nonagesimum secundum annum habente, bellumque Romanum meruerunt.

Pœnorum perfidia.

Anno igitur altero & sexcentesimo ab vrbe condita, inter M. Porcium Catonem & Scipionem Nasicam, quorum alterum sapientissimum virum in ciuitate Rom. habebant, alter vir optimus à senatu iudicatus est, diuersis certatum est sententijs, Catone suadente, vt omnino deleteretur Carthago, propter perpetuam securitatem vrbs Romana, Nasica dissuadente propter virtutis curam perpetuam, vt haberent æmulam, ne ex securitate vigor belli ocio solueretur, & ne metu ablato æmulæ vrbs, luxuriari felicitas Romana inciperet. Medium senatus elegit. placuit enim eo quòd Carthagenenses contra foedus naues haberent, quòd exercitus extra fines duxissent, quòd socio populi Ro. & amico Masinissæ arma intulissent, & quòd filium eius Gulussam, qui cum legatis Ro. erat, in oppidum non recepissent, bellū his iudici aut vrbs loco moueri: nihil enim speciosius videbatur esse, quàm Carthaginē quæ non timeretur. Igitur Manlio Censorinoque consulibus, populus Rom. aggressus Carthagenem, spe pacis iniecta, traditā à volentibus classem, sub ipso ore vrbs cremauit. deinde euocatis principibus, si salui esse vellent, vt arma & naues traderent. nec sunt morati. tanta vis armorum repente tradita est, vt facilè tota ex his Africa armari potuisset. De hoc T. Liuius ita scribit: Carthagenenses, antequam Romani exercitum eduxissent, misisse legatos xxx. Romam, per quos Carthagenenses se dedebant. sed Catonis sententia peruicit, vt decreto perstaretur, vtque consules proficiscerentur ad bellum. Qui vbi in Africam transierunt, acceptis quos imperauerunt, trecentis obsidibus & armis, omnibusque instrumentis belli, si qua Carthagine erant: tunc verò, cum ex autoritate patrum iussi sunt migrare à finibus, & vt in alio loco procū à mari decem millia passuum, nec minus remotè oppidū facerent, indignitate rei ad bellandum Carthagenenses compulerunt. Comploratum igitur publicè statim est, & conclamatum ad arma, seditque sententia, quocunq; modo rebellandum, non quia spes vlla iam superesset, sed quia patriam suam mallent hostium, quàm suis, manibus euerti. Qui rebellantium fuerit furor, vel hinc intelligi potest, quòd in vsum nouæ classis, tecta domosque resciderunt, & in armorum officinis aurum & argentum pro ære ferroque conflatum est, in tormentorum vincula matronæ crines suos contulerunt.

Catonis & Nasicæ discretio.

Carthago itaque à L. Mancino & M. Manlio consulibus obsideri oppugnarique cœpta est, ipsi verò Carthagenenses, duos sibi duces creauerunt Hasdrubales. consules verò vrbs terra & mari cingunt. Eius situs huiusmodi fuisse dicitur: Vigintiduo millia passuum muro amplexa, tota mari penè cingebatur, absque faucibus quæ 30. millia passuum aperiebantur. is locus murum 30. pedes latum habuit saxo quadrato in altitudine cubitorum quadraginta. arx, cui Byrsæ nomen erat, paulò amplius quàm duo millia passuum tenebat. ex vna parte murus communis erat vrbi & Byrsæ, immi-

Carthago obsidetur.

Carthagenis defectio.

Pugnaintra
muros Car-
thaginēses.

nens mari, quod mare stagnum vocabāt, quoniam obiectu protentæ linguæ tranqui-
latur. Consules igitur cū aliquantulam muri partem diruissent, & neglectos ab
vna parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, à Carthaginensibus
victi sunt atque repulsi. quos fugientes Scipio tunc tribunus militum, repulso intra
muros hoste, defendit, per quem etiam & castellum Romanorum, quod nocte expu-
gnauerant, paucis equitibus iuuantibus, liberatum est. liberavit & castra, quæ Cartha-
ginenses omnibus copijs pariter aggressi, oppugnabant, quod ei præcipuam gloriam
peperit. præterea cū ab irrita oppugnatione vrbs consul alter exercitum ducere
aduersus Asdrubalem vellet, suavit primo consuli, ne tam iniquo loco confingeret,
contra quod consul saltum ingressus est, vbi confederat Asdrubal. Cumque sicut
prædixerat Scipio, fufus fugatusque esset Romanus exercitus, & duæ cohortes ab ho-
ste obsiderentur, cum exigua equitum turma in saltum conuersus, liberavit eos, & in-
columes reduxit. Eius igitur apud omnes ingens metus & reuerentia erat, neque
quicquam magis vel Asdrubal, vel Phameas equitum Carthaginensium præfectus,
vir strenuus, vitabant, quàm contra eam partem prælium committere, vbi Scipio di-
micabat. Quam virtutem eius & Cato, vir promptioris multò ad vituperandum lin-
guæ, in senatu sic profecutus est, vt diceret reliquos qui in Aphrica militarent, vni-
bris militare, Scipionem vigore. Per idem tempus Masinissa rex Numidarum, per
annos ferè 40. amicus populi Romani mortuus est anno vitæ suæ 97. valentissimo
semper corpore. hic plerunque in imbre vel maximo caput iuum detexit aut frige-
re, & tam diu in vno stetit vestigio, vt prius iuuenes lassitudine excederent. si stetitset,
ne membrum quidem tota die mouebat. si iter ingressus est eques, non descendebat:
si pedes, non ascendebat. solebatque equitans in exercitu nocti diem sæpissime con-
iungere, & sui custodiam tutelamque sæuissimis canibus committebat, post octoge-
simum sextum annum genuit filium, cui nomen Methuma. nihil quod iuuenis fecit,
æuo vltimo prætermisit. Moriens igitur, quadraginta quatuor filios reliquit, vt scri-
bit Eutropius, inter quos diuisorem regni esse Scipionem iussit, qui postquam inter
eos Numidiæ regnum diuisit, Carthaginem reuersus est. Quatuor itaque annis de-
fensa est ciuitas contra Romanos. Inter hæc Scipio Phameæ præfecto equitum Car-
thaginensium, viro forti & cuius opera præcipua Pœni utebantur, suavit, ait Liuius, vt
cum equitatu suo ad Romanos transiret. Carthaginenses etiam Asdrubalem Masinif-
sæ nepotem, quem prætorem habebant, proditiōnis suspectū, in curia interemerunt:
eo quod propinquus erat Guluffe, auxilijs Romanos iuantis, & subfellijs obrutus est.

Masiniffæ
Numidarū
regis mors.

Byrsa.

Cum iam primus & secundus murus esset nudatus, & tantum Byrsa altera penè ci-
uitas resistebat, quanuis profligato vrbs excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipio-
num videbatur. Scipio magni Scipionis nepos, consul extra sortem factus, Africæque
ei decreta est, vt quam vrbs concusserat auus, nepos euerteret: sed vt quàm maxi-
mè mortiferi esse morsus solent morientiū bestiarum, sic plus negocij fuit cum semi-
ruta ciuitate, quàm integra. compulsi in vnâ arcem ciuibus, portū quoque maris Ro-
manus obsederat. Illi alterum ibi portum ab alia vrbs parte foderūt, nec vt fugerent,
quia nemo illos nec euadere posse credebat: inde quasi enata subito classis, ait Florus,
erupit. tum interim iam diebus iam noctibus noua aliqua moles, noua machina, no-
ua perditorum hominum manus, quasi ex obruto incendio subita de cineribus flam-
ma, prodibat. Deploratis nouissimè rebus, Carthaginenses deditiōnē faciunt, pe-
tentes vt quos belli clades reliquos fecerat, saltē seruire liceret. atque ira primum
agmen mulierum satis miserabile, post virorum turba descendit. nam fuisse mulierum
25. millia, virorum 30. millia, memoriæ traditū est. Rex Asdrubal se vltro dedit. trans-
fugæ, qui Aesculapij templū occupauerāt, voluntario præcipitio dati, igni consumpti
sunt. vxor verò Asdrubalis, vbi ardentem Carthaginem adspexit, viro suo cum duobus
filijs occurrit, eique dixit: Viue tu qui superstes Carthagini esse potes. & volentibus fi-
lijs, in medium se coniecit incendium, eo modo exitum faciens extrema regina, quo
quondam fecerat prima. Quos verò transfugas Romanos Scipio compræhendere
potuit, crucibus affixit, Latinos securi percussit. ipsa verò ciuitas 17. continuis die-
bus arsit, miserumque spectaculum de varietate conditionis humanæ victoribus præ-
buit, dirutaque est, omni murali lapide in puluerem conuerso, septingentesimo
postquam condita est anno. Multitudo omnis captiuorum, exceptis paucis prin-
cipibus, vānundata est. Scipio autem & ipse cognomen illud celebre meruit, vt
Aphricanus iunior vocaretur. Orosius verò dicit, se nunquam vidisse tertij bel-
li Pu-

Dedunt se
Scipioni
Carthagi-
nenses.

Aeneid. 4.
Carthagi-
nis concre-
mario.

li Puni certam causam ex parte Romanorum, & hoc sensisse videtur Scipio Nafica.
Nimirū secuta sunt mala in vrbe, quæ Scipio Nafica meruebat futura. nam postquam
Carthago deleta est, & Roma securitate potita, secuta sunt bella intestina, quæ per-
dixerunt Romanum imperium ferè ad exitum, vt dicitur. Hoc tempore tres ce-
leberimi triumphi simul Romæ fuerūt, Africani ex Africa, ante cuius currum ductus
est Asdrubal: Metelli ex Macedonia, cuius currum præcessit Andricus, qui & Pseu-
dophilippus, rex Macedonia: Mumij ex Corintho, ante quem signa aenea & pictæ
tabulæ, & alia vrbs clarissima ornamenta. De Africano quidem patuit, sed de Ma-
cedonico sic res se habet: regnum enim pariter & bellum vir vltimæ sortis Andricus
inuaserat, Philippum se vocari volens, ac regis Persei filium. hic cū ab vrbe Roma,
quò illum Demetrius Syriæ rex miserat ob hoc ipsum mendacium, clam profugisset,
multis ad falsam eius famam, velut ad veram coeuntibus, contracto exercitu, totam
Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupauit. Finxit enim ex pellice
se & Perseo rege ortum, traditū educandum Cyrtese cuidam. Perseo mortuo, vsque
ad 12. annum educatum ignarū generis sui. educatorē, dum propè ad finem vitæ ve-
nisset, detexisse sibi originē suam, libello dato signato regis Persei signo, prout rex ius-
sisset: quo intellecto, venisse se ait ad Demetrium Syriæ regem, ac fidem, qualis esset,
fecisse. Itaq; populus Romanus hominis obscuri fortunas contemnens, etsi iam Ma-
cedoniam teneret, Iuuentium prætorem aduersus eum misere, quē ad internecionem
vsque deleuit, & regno occupato, regnavit anno vno. Sed à Cæcilio Metello consule
postea victus, Macedoniaque iterum in Rom. potestatem venit. vbi haud paulò post
ibidē alter quoq; Pseudophilippus, collectis seruitijs rebellauit, ac cū iam sexdecim
millia armatorum haberet, à L. Tremelio questore, sicut Liuius refert, superatus est.
de priori triumphatum est. Mox securum est bellum Achaicum, de quo Iustini ver-
ba subjiciam: Quærentibus Romanis causas belli contra Achæos, quorum caput est
Corinthus, querelas Spartanorū fortuna obtulit, quorum agros Achæi propter mu-
tuum odium populabantur. missi sunt legati, quibus occultè mandata dant Romani,
vt corpus Achæorum dissoluerent, singulasque vrbes proprii iuris facerent, quo faci-
lius ad obsequia cogerentur. Igitur legati, omnium ciuitatum principibus Corinthum
euocatis, decretum senatus recitant, Expédire omnibus, vt singulæ ciuitates leges su-
as habeant. quod vbi omnibus innotuit, velut in furorē versū, vniuersum peregrinum
populum trucidant: legatos quoque violassent, nisi audito tumultu trepidi fugissent.

Bellum Ma-
cedonicum
tertium.

Andricus à
Metello vi-
ctus.

Achaicum
bellum.

Mumio consuli Achaicum bellum decernitur, qui mox exercitu deportato, pu-
gnandi copiam hostibus fecit. sed Achæi velut nihil negocij Romano bello suscepif-
sent, ita apud eos neglecta omnia ac soluta fuere. itaque prædam, non prælium cogi-
tantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & coniuges liberosque suos
ad spectanda certamina in montibus posuerunt. Sed prælio commisso, ante oculos su-
orum cæsi, lugubre his spectaculum sui, & grauem luctus memoriam reliquerunt.
Coniuges quoq; & liberi eorum captiui, præda hostium fuere. vrbs Corinthus destru-
itū, populus omnis sub corona venditur, & cū propter multitudinē & varietatem
statuarum ac simulacrorum in tantæ ciuitatis incendio, permixta in vnum auri ac ar-
genti atq; æris metalla fuissent, nouū genus metalli factum est, vnde vsque hodie vasa
Corinthia dicuntur. In hac quoq; generatione Prusias rex Bithyniæ Romā venit, vt
senatui gratias ageret ob victoriā ex Macedonia partam, & Nicomedem filium sena-
tui commendauit. Hic Prusias postea consilium cepit interficiendi Nicomedis, dum
cōsulere studet minoribus filijs, quos ex nouerca susceperat, & Romæ habebat. Sed
res adolescenti proditur. hortatur ab his qui facinus susceperant, vt crudelitate patris
prouocatus, occupet insidias. nec difficilis persuasio fuit. igitur cū accitus in patris
regnum venisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus, etiā à seruis deseritur.
vitorum enim amator erat. cū in latebris ageret, non minori scelere, quàm filiū oc-
cidi iusserat, à filio occiditur, adiuuante Attalo rege Pergami. Habebat autem alium
filium, qui pro superiore ordine dentium, enatum vnum habuit os. Miserat senatus le-
gatos ad pacem inter Prusiam & filium componendam. cumque vnus ex his, multis ci-
atricibus sparsum caput haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors ha-
beretur, dixit Cato legationem nec caput habere, nec pedes, nec cor. Attalus Per-
gami ciuitatis Asiæ rex, iisdem temporibus moriens, populum Romanum regni hæ-
redem instituit. de hoc Iustinus scribit, quod florentissimum ab Eumene patruo acce-
ptum regnū, cædibus amicorum & cognatorū supplicijs fœdabat, nunc matrē animum,

æris Corin-
thij nobili-
tas.

Nicomedes
Prusie filius

Caronis so-
cus.

nunc Berenicen sponsam maleficijs eorum necatas consingens. Post hanc scelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit, barbam capillumque in modum eorum submittit, non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora conuiuia inire, vel aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorum videretur. Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxijs permiscebat, eaque omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio, ærariæ artis fabricæ se tradidit, cetrisque fingendis & ære fundendo procudendoque oblectatur. Matri deinde sepulcrum facturus morbū contraxit, & septima die decessit. huius testamēto heres populus Ro. instituitur. sed erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharista filia genitus, qui post mortem Attali velut paternū regnum inuasit Asiam. cum multa prælia secunda aduersus ciuitates, quæ metu Romanorum se tradere ei volebant, fecisset, iustusque rex iam videretur, Asia Licinio Craſſo cōsuli decernitur, qui intentior Attalicæ prædæ quàm bello, cum extremo anni tēpore inordinata acie prælium conseruisset, pœnas inconsultæ auaritiæ sanguine dedit. In huius locum missus Perpenna consul, prima congressione Aristonicū superatum, in potestatem suam redegit, Attalicasque gazas hæreditarias po. Rom. nauibus impositas, Romam deportauit. Quod ægrè ferens successor eius M. Aquilius cōsul, sed contentione mors Perpennæ diremit. sic Asia facta est Rom. quæ cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit. Post hæc regibus qui aduersus Aristonicum auxilia contulerant, præmia persoluta: Mithridati Pontico Syria minor, filijs Ariaractis regis Capadociæ, qui eodem bello ceciderat, Lycaonia & Cilicia data, fideliorque populus Ro. in socij filios, quàm mater in liberos fuit. Nam Lao dice relicta Ariaractis, ex numero sex filiorū, timens ne diutina regni administratione, adultis quibusdam, potiretur, quinque parricidiali veneno necauit. vnum paruulū, sceleri matris cognatorum custodia eripuit, qui post necem Laodices, quia propter crudelitatem eam populus extinxerat, solus regno potitus est. Mithridates quoque morte interceptus, filium, qui & ipse Mithridates dictus, reliquit, qui omnes reges bello superauit, & bellū cum populo Romano per 46. annos gessit, vt in sequenti dicitur generatione. Tempore belli Punici tertij, vel paulò antè, cum Messala & Cassius censores theatrum in vrbe construi primū iussissent, Scipio Nasica grauissima dehortatione obstitit, dicens inimicissimum fore populo Ro. bellatori, hoc ad nutriendam desidiā * lasciuiaque commentum. quæ oratio ad eō cōmouit senatum, vt non solum omnia teatro comparata vendi iusserit, sed etiam subsellia in ludis poni prohibuerit, & vt neque vrbani, neque qui foris mille passibus aessent, sedentes ludos spectarent, ne fortitudo eorū mollesceret. Illo quoque tempore Tucia virgo Vestalis, cum argueretur incesti, purgare se argumentis dedignata mortalibus, ad Tiberim detulit cribrum, idque submergens, prece addita, inquit: O Vesta, si pia sum, si virgo sum, hanc è Tiberi aquam ad templū tuum deferam. & pertulit. In hac generatione Genua maritima vrbs, Ligurumque caput, ex senatus populique Romani iussu, Liniō testante, Cornelio consule, à Lucretio viro nobilissimo instauratur, quæ à Magone Annibalis duce fuit euersa. Pacuuius, quem è Brundisio narum ferunt, tragœdiarum scriptor, Ennij ex filia nepos, floruit, Tarentique nonagenarius obiit. Pub. Terentius Carthaginensis poeta Romæ claruit, eō in tenera ætate perductus, à Terentio patrono ob ingenij gratiam manumissus. In hac quoque generatione sub consulibus Munio & Metello, Viriatus in Hispania, genere Lusitanus, homo pastoralis & latro, pri mū infestando vias, deinde vastando prouincias, postremò exercitus prætorū & consulum *. Siquidem Iberum & Tagum flumina peruaganti, M. Vetilius prætor occurrens, cēditur ad internecionē, prætor ipse vix cum paucis euasit. deinde C. Plautium prætorem idem Viriatus prælijs fractum fugauit. post etiam Claudius Vnimanus maximo apparatu belli instructus, auxit infamiam. nam congressus cum Viriato, vniuersas maximasque copias amisit. Tunc Viriatus trabeas, fasces, cæteraque insignia Romana, in montibus suis trophæa præfixit. Eodē tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quodam saltu pugnarunt, in qua pugna septuaginta Lusitani, Romanorū verò 320. ceciderūt. Claudius refert, quòd cum vnus ex Lusitanis ab alijs segregatus, postea inuaderetur circūfus equitibus, ille vni secuit caput, metuq; ceteros cōpulit vt liber abiret. Igitur Q. Fabius Maximus consul cōtra Lusitanos atq; Viriatū dimicās, Bacciā oppidū obsidione liberauit, in deditionē oppidū cū pluribus alijs castellis recepit. fecit

Attali gesta

Perpenna.

Mithridates.

Tucia virgo Vestalis.

Pacuuius. Terentius.

Viriatus.

* fundendo Romanos grauius afflixit.

fecit tamen facinus execrabile, secundum Orosum. quingentis enim principibus eorum, quos in deditionem acceperat, manus præciderat. Viriatus autem cum per 14. annos Romanos exercitus protriuisset, tandem insidijs suorum interfectus est, in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quòd percussores eius indignos premio iudicant. consilio enim Serulij Cæpionis interemptus est.

GENERATIO LXI.

Anno 5066. à mundi exordio, ab vrbe verò condita 619. olympiade 161. in Mathan Elcazari filio 61. incepit generatio, durauit annis 44. anno Ptolemæi Euergetis secundi decimo, sub rege Syriæ Sedete Antiocho. Eodem anno Simon vltimus quinque filiorū Mathathiæ Asmonai, dux & sacerdos fuerat in Iudæa: successit ei filius eius Iohannes, cognomine Hyrcani à deuidis Hyrcanis: quē Iosephus in tribus commendat, in religione facerdotij, in strenuitate ducatus, & quia vir propheta erat: qui statim in proditorem patris Ptolemæum inuectus est, qui patrem eius dolo interfecerat, matremque eius cum duobus paruulis tenebat in vinculis, cum confugisset ad oppidum & vltra Hierichunta, quod Dagon vocabatur. Obsessio quidem oppido, cum Iohannes acrius insistebat, Ptolemæus matrem Iohannis & fratres supra muros vsque ad sanguinis effusionem cædebat: ad quod fractus pietate, ab impugnatione se temperabat, matre tamen semper clamante, ne pro se sineret scelus Ptolemæi inultum, ipsa mortem vindicaret immortalitate. ob hoc diutius tracta obsidione, septimus aduenit annus Iudæis feriatas, recessit tum ab obsidione. Ptolemæus verò matre ipsius & fratribus occisis, confugit ad Zenonem Philadelphix regem, qui Cotila cognominabatur. Post hoc Antiochus Ponticus, aliàs Sedetes, rex Syriæ, obsidebat Hierusalem: quam obrem aperuit Hyrcanus duos de octo loculis circūstantibus sepulcrum David, & sustulit inde plus quàm tria millia talētorum, deditque trecenta talēta Antiocho, vt ab obsidione recederet. Quod & fecit. & vt placaret murmur populi, de reliqua pecunia primus instituit xenodochia pauperū in Hierusalem. Deinde Samariam captam, solo æquauit, quam post Herodes instaurās, Sebasten vocauit. deinde fortunatissimè vixit. Tandem Antiochus duxit Cleopatram sororem Ptolemæi Euergetis, vxorem Demetrii fratris, quam ante Demetrium Alexander (vt dictū est) coniugem duxerat: hæc Cleopatra habuit filium ex Alexandro Antiochū, quem Tryphon dolo occidit, vt supra dictum est. Suscepit & filium ex hoc Antiocho Sedete, qui dictus est Cyzicenus, ex Demetrio quoque filium habuit Antiochū Gryphum.

Antiochus itaque Sedetes exercitum, quem multis finitimorum bellis in durauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ nō minor apparatus fuit, quàm militiæ: quippe octo millia armatorum, secuta sunt trecenta millia lixarum, ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque maior numerus fuit. argenti certè & auri tantum, vt etiam gregarij milites caligas auro fingerent, procularentque materiā, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuerunt, prorsus quasi ad epulas, non ad bella, pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere, tradentes se regnaque sua, cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus prælijs victor, cum Babyloniam occupasset, magnus haberi cœpit. Itaque omnibus ad eum deficientibus populis, nihil Parthis relictum præter patrios fines fuit. Tunc Phraates Demetrium fratrem Antiochi ad occupandā Syriam cum Parthico præsidio mittit, quo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthis reuocaretur, qui cum viribus nō poterat, insidijs Antiochum vbique tentabat. At propter multitudinem hominum, omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat, quæ res exitij causa fuit. nam cum grauari se copiarum præbitione & iniurijs militum ciuitates viderent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho essent, auxiliū proximis laturus, cum ea manu quæ secum hycmabat, progreditur. In itinere obuium regem Parthorū habuit, aduersus quem fortius quàm exercitus eius dimicauit: ad postremum metu suorū desertus, occiditur. Cui Phraates exequias more regio fecit, filiamque Demetrii, quam secū Antiochus aduexerat, captus amore virginis, vxorē duxit. Pœnitere autē dimissi Demetrii cœpit, ad quē retrahendum cum turmas equitum festinanter misisset, Demetriū hoc ipsum metuētē, iam in regno missi inuenerunt, frustra que omnia conati, ad regē suū reuersi sunt. Demetrius obsidione Parthorum liberatus, delecto que fratre, restitutus in regnū, abinde regna-

Hyrcanus Iudæorum pontifex.

Loculi circa sepulcrū David aperti.

Antiochi in Parthos expeditio.

Antiochi Sedetis interitus.

derognauit annis 12. Interca verò Ptolemæus Euergetes, cuius memini in præcedenti generatione, in suos grassatus est. Cœpit enim, vt prædixi, regnare anno ab vrbe condita 610. vir quidem pessimus atque turpissimus, ob cuius sæuitiam frater eius & Cleopatra soror sibi timentes, cum reges essent, regnum ei per legatos obtulerunt. Lætus igitur quod sine certamine fratrum regnum recepisset, & cum postea suspicaretur subornari sibi à sorore Cleopatra & fauore principum fratris filii, infestus omnibus, statim vbi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidari iussit. Postea sororis torum ascendit, filiumque sororis die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recepit, inter apparatus epularum & solennia religionum in complexu matris interfecit, atque ita torum sororis cæde filij eius cruentus ascendit. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuit: siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manabant, ipsamque sororem, virgine eius filia per vim stuprata, & in matrimonium adscita, repudiât. Quibus rebus territus populus, in diuersa labitur, patriamque metu mortis exul reliquit, solus igitur in tanta vrbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hominum, sed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos sollicitat, quibus confluentibus obuius legatis Rom. Scipioni Africano, Sp. Mumio, & L. Merello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. Sed quàm cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. erat enim & vultu deformis, & statura breuis, & sagina ventris non homini, sed beluæ similis: quam foeditatem nimia subtilitas & perlucida vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda erant.

Ptolemæi
exilium.

Post discessum deinde legatorum, quorum Aphricanus, dum adspicit urbem, spectaculo Alexandrinis fuit, Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus, cum filio quem ex sorore susceperat, & cum vxore matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur, contractoque mercenario exercitu, bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde à Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit, quod factum studio sororis item & vxoris existimans, filium, quem ex ea ipsa vxore quondam susceperat, interficit, corpusque in membra diuisum, & in cista imposi-

tnm, matri die natali eius inter epulas offerri iussit. Quæ res non reginæ tantum, verum etiam vniuersæ ciuitati luctuosa fuit. tantumque mœrorem conuiuio festiuo intulit, vt regia omnis repentino luctu incederetur. Finito luctu orbitatis, Cleopatra, quum vrgeri se bello Ptolemæi videret, auxilium à Demetrio petit Syriæ rege, iam in regnum restituto. & videtur Iustinus velle, quod Cleopatra fuerit socrus Demetrii. vnde pollicebatur ipsa precium auxilij Aegypti regnum. Demetrius igitur statuit bellum inferre Aegypto, sed dum aliena affectat, vt assolet fieri, propria per defectionem amittit. Siquidem Antiochenes primi duce Tryphone, exercentes superbiam regis, quæ conuersatione Parthica crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apamenij, cæterarumque ciuitates illorum exemplum sequuntur, propter absentiam regis Demetrii, ab eo defecere. Ptolemæus verò rex Aegypti, bello ab eo

Cleopatra
filius lan-
tius offertur.

petitus, quum cognouisset Cleopatram sororem suam ac vxorem, opibus Aegypti nauibus impositis, ad filiam & Demetrium generum in Syriam profugisse, immittit iuuenem quendam Aegyptium, Protarchi negociatoris filium, qui regnum Syriæ armis ac fraude peteret, excogitata scilicet fabula per adoptionem Antiochi regis receptum esse in familiam regiam, tum Syris etiam non aspernantibus quemlibet regem, ne Demetrii parerent superbiam ac malevolentiam. Nomen iuueni, Alexander, imponitur. auxilia ei ingentia ab Aegypto copiis quàm plurimis mittuntur. Itaque Demetrius ab Alexandro denictus, quum vndique grauissimis quibusque malis circumstantibus premeretur, ad postremum etiam ab vxore, filijs & omni familia, omnidemum regio comitatu deseritur. Derelictus igitur cum paucis Tyrum petens, interfectus est iussu præfecti, cum esset egressus nauim. Itaque rex Demetrius qua fraude vtrunque regnum quæsierat, quodque dolo tenuerat, suis malis periit. Demetrius ex Cleopatra duos filios reliquerat, Seleucum & Gryphum, vtrunque matris crudelitate ac sæuitia corruptum. Nam Seleucus, quoniam neglecta matris autoritate, suo ipsius honore sumplerat diadema, ab eadem est interfectus. Alter è filijs Gryphus, rex ab matre constitutus est, vt nomen regis penès filii, omnis autem imperij summa penès matrem esset: hac iuuenem lege, scelestissima mulier, neglecta matris pietate, in regni nomen tantum misit. Sed Alexander fictus, occupato Syriæ regno, tumès ex

Alexander
Syriam in-
uadit.

successu

successu rerum, spernere iam ipsum etiam Ptolemæum, à quo fuerat subornatus, insolentia cœpit. Quare Ptolemæus reconciliata sorore, destruere Alexandri regnum summis opibus instituit. mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, eique filiam Gryphinam dedit vxorem, vt populum sibi reconciliaret & affinitate & iocierate belli: necres frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instructum Aegyptijs viribus viderent, paulatim ab Alexandro defecerunt: Fit deinde inter eos prælium: quo victus Alexander, Antiochiam profugit: ibi inops pecuniæ, cum stipendia militibus defessent, in templo Iouis solidum ex auro victoriae signum tolli iubet, faceret iocis sacrilegium circumscribens: nam victoriam commodatam sibi à Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cum ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite euelli iussisset, depræhensusque in sacrilegio, concursu multitudinis in fugam versus, magna vi tempestatis oppressus, ac desertus à suis, à latronibus capitur: perductusque ad Gryphum interficitur. Gryphus porrò Demetrii filius, recuperato patrio regno, externisque periculis liberatus, insidijs matris appetitur: quæ cum cupiditate dominationis, prodito marito Demetrio, & altero filio interfecto, huiusque victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret, venienti ab exercitatione veneni poculum obtulit. Sed Gryphus, prædictis antè iam insidijs, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat, postremò eam arguit, ipsam solam defensionem sceleris superesse affirmans, si bibat quod filio obtulit: sic victa regina scelere, in se verso veneno quod alij parauerat, extinguitur. Parta igitur securitate, Gryphus octo annis quietem ipse habuit & regno suo præstitit. natus deinde illi amulus regni, frater ipsius Antiochus Cyzicenus eadem matre, sed patre Antiocho Sedete genitus fuit, quem cum veneno tollere voluisset, ad arma concitauit. Inter has regni Syriæ parricidiales discordias, moritur rex Aegypti Ptolemæus Euergetes, relictis duobus filijs, Ptolemæo qui Phiscon siue Soter est appellatus, Alexandro, & tribus filiabus, Gryphina, quæ nupta fuerat Grypho, Cleopatra & Seleuce. Reliquit autem Euergetes regnum Cleopatram vxori & alteri filio quem illa elegisset. Igitur cum prior in minorem filium esset, à populo compellitur maiorem eligere, cui prius quàm regnum daret, vxorem ademittit Cleopatram sororem, quam sibi charissimam coactus est repudiare, & minorem sororem Seleucem ducere. Cœpit regnare Phiscon anno ab vrbe condita 639. regnauit annis 17. Cleopatra repudiata ab eo, Antiocho Cyziceno in Syria nubuit, eique ne nudum nomen vxoris ferrer, exercitum Cypri sollicitatum velut dotalem ad maritum duxit. Par igitur iam viribus Cyzicenus, prælium cum Antiocho Grypho committit. victus, in fugam conuertitur, & Antiochiam venit. Tunc Gryphus Antiochiam, in qua erat Cleopatra, obsedit: qua vrbe capta, Gryphina vxor Gryphi Cleopatram sororem requiri iussit, non vt captiuæ opem ferret, sed ne effugeret, quæ sui æmulatione in hoc potissimum regnum inuasisset, hostique sororis nubendo, hostem se eius effecerit: tunc peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam à fratre, contra matris voluntatem extra Aegyptum nuptam accusat. Contra orabat Gryphus, ne tam foedum facinus facere cogatur, à nullo vnquam Maiorum suorum inter tot domestica bella, tot externa, post victoriam in foeminas sæuitum, & cum sit soror, deinde communium liberorum matertera. Adiecit his superstitionem templi quod profugerit. sed quanto Gryphus abnuuit, tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata non misericordiam hæc verba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit qui sororem confoderent. qui vt in templum intrauerunt, cum euellere eam non possent, manus amplexantes deæ simulacrum præciderunt. Paulò post repetita prælij congressione, victor Cyzicenus Gryphinam vxorem Gryphi, quæ paulò antè sororem interfecerat, capit, eiusque supplicio, vxoris Manibus parentauit. At in Aegypto Cleopatra cum grauaretur socio regni filio Ptolemæo, populum in eum incitat, abductaque ei Seleuce, ex qua duos filios habebat, exulare cogit. Accersito minore filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto, nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulantem persequitur. eo inde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod viuum eum è manibus emisisset, quanquam Ptolemæus verecundia materni belli, non viribus minor, ab insula recessisset. Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam vitam anteponens. Cleopatra verò timens, ne maior filius Ptolemæus ab Cyziceno ad recuperandam Aegyptum auxilio iuuaretur, ingentia Grypho auxilia, & Seleucem

Gryphus re-
gnū eripit
Alexandro.

Cleopatra
suis insidija
perit.

Ptol. Aegy-
pti rex.

Cleopatra
iunior à fi-
lio occidi-
tur.

Phison re-
uocatur.

Herotimus
rex Arabū.

Tigranes
Armeni⁹ in
Syriam rex
vocalur.

Finis regni
Syriae.

* Gallicia
* Gallicia

Bellum Nu-
mantinum.

Mancinus
Numanti-
nis deditur.

Seleucen uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit, Alexandrumque filium per legatos in regnum reuocat. Cui cum occultis insidijs exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fatis, sed parricidio dedit, digna prorsus hac mortis infamia, quae etiam matrem toro expulit, & duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit, filio alteri in exilium acto bellum intulit, alteri erepto regno exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexandro caedes tam nefanda inulta fuit, nam ubi primum compertum est, per scelus filij matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur, reuocatoque Ptolemæo regnum redditur, qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec à fratre armis repetere quod prior possedisset, regnat postea annis octo. Dum hæc aguntur, frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, hæredes de populo Rom. instituto, decessit, iam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna, non contenta Italia terminis, coeperat. itaque & ea pars Libyæ prouincia facta est. postea Creta, Ciliciaque piratico bello perdomita, in formam prouinciæ rediguntur. Quo facto, & Syriæ & Aegypti regna, vicinitate Romana arcata, & quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem suam conuerterunt, adeo vt assiduis prælijs consumpti, in contemptum finitimorum venerint, prædæque Arabum genti imbelli antea fuerint, quorum rex Herotimus fiducia sexcentorum filiorum, quos ex pellicibus susceperat, diuisis exercitibus nunc Aegyptum, nunc Syriam infestabat, magnumque nomen Arabum, viribus finitimorum exanguibus, fecerat. Mutis fratrum Gryphi & Cyziceni, mox filiorum inimicitijs parentum succedentibus, cum inexpiabili bello & reges regnumque consumptum esset, ad externa populis auxilia cucurrit, peregrinosque sibi reges circumspicere coepit. Itaque cum pars Mithridatem Ponticum, pars Ptolemæum ab Aegypto aut Phisonem arcessendum censeret, & Mithridates bello Ro. implicatus esset, Ptolemæus quoque hostis Syriæ semper fuisset, omnes, vt Iustinus ait, in Tigranem regem Armeniae consenserunt, instructum præter domesticas vires, Parthica societate & Mithridatis affinitate. Igitur accitus in regnum Syriæ, per 18. annos tranquillissimo regno potitus est, qui fuit septimus annus Ptolemæi Dionysij, ab vrbe condita 678. Tigrane regnante in Syria, terramotum 170. millia hominum in regno, & multæ vrbes perierunt, quod prodigij mutationem rerum portendere aruspices responderunt. Igitur Tigrane à Lucullo victo, rex Syriæ Antiochus Cyziceni filius, ab eodem Lucullo in regnum vocatur: sed quod Lucullus dederat, postea ademit Pompeius, qui Antiocho poscenti regnum respondit, ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti regem daturum se, qui 18. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit: victo autem eodem Tigrahe à Ro. alieni operis præmia postulet: igitur vt habenti regnum non ademerit, ita quo cesserit Tigrani, non daturum quod tueri nesciat, ne rursus Syria Iudæorum & Arabum latrocinij infestam reddat, atque ita Syriam in prouinciæ formam redegit. Hæc Iustinus. Alij tradunt Philippum vltimum fuisse Syriæ regem, regnasse annis duobus, quo regnante, Antiochus eius patruus in Parthos fugiens, Pompeio se tradidit, post quem statim Philippus hic à Gabinio consule captus, regnum eius in ditionem Ro. cessit, & tunc Syriæ regnum finem habuit, quod per ducentos viginti annos sub 17. regibus durauit. vnde per anticipationem aliqua sunt dicta, quæ erant paulò post dicenda. Anno ab vrbe condita 620. Scipio Africanus consensu omnium ex tribuno consul creatus, ad expugnandam Numantiam cum exercitu missus est. Numantia, citerioris Hispaniæ vrbs, haud procul à Vacceijs in capite * Gallatiæ, hæc per annos 14. cum solis quatuor millibus Celtiberorum, xl. millia Ro. vicit, pudendisque eos foederibus affecit. Antè enim malè pugnaverant Ro. nam M. Popilius siue Pompeius, vt apud Florum legitur, à Numantinis suis fuga tusque, pacem foedam fecit. C. verò Hostilius Mancinus, postquam à Popilio accepit exercitum, apud Numantiam adeo infeliciter prælia gessit, atque in id supræmæ desperatione perductus, vt turpissimum foedus cum Numantinis facere cogeretur, quanuis & Popilius iam aliud æquè infame foedus cum eisdem paulò antè pepigisset. Vnde senatus dissoluit foedus, & Mancinum tradi præcepit Numantinis, qui nudato corpore, manibus post tergum reuinctis, ante portas Numantinorum est expositus, ibique vsque ad noctem manens, à suis desertus, ab hostibus autem non est receptus. Exclamat hæc Orosius contra Ro. qui Mancinum, cum ne perderet totum exercitum, iusta ex causa foedera percussit, eadem senatus soluit. Quid quòd Numantini per legatos suos aut inuiolatam pacem solam, aut omnes

omnes quos pignore pacis accepto, viuos dimiserant, reposesbant? si displicuit foedus, cur obses non est redditus? Acciderunt autem Mancino consuli aliqua prodigia in Hispaniam ituro. Nam cum à portu Herculis nauem conscendit, talis vox sine vilo auctore audita est, Mancine mane. & cum scapham esset ingressus, anguis eximia magnitudinis visus subito disparuit. Per eadem ferè tempora Romæ ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Aetna vastos ignes erudauit. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. secutum est seruire bellum in Sicilia. Interea cum Macedonum legati conquestum venissent de Iulio Syllano prætorè, quòd acceptis pecunijs prouinciam spoliasset, & senatus de querelis vellet cognoscere, T. Manlius Torquatus Syllani pater, petijt impetrauitque, vt sibi huiusmodi cognitio mandaretur, & domi causa cognita filium condemnauit, abdicauitque: ac ne funeri quidem eius, cum suspensio vitam finisset, interfuit: sedensque domi, potestatem consultantibus ex instituto fecit. C. Macienus accusatus est apud tribun. plebis, quòd exercitum in Hispania deseruisset. damnatus sub furca diu virgis cæsus est, & sestertio nummo vnijs.

At Cor. Scipio Hispaniam ingressus, non statim aggressus est Numantinos, sed antea corruptum licentia luxuriaque exercitum, ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit. omnia enim deliciarum instrumenta recidit, duo millia scortorum è castris eiecit, militem omni die in operè habuit: quem militem extra ordinem depræhendit, virgis eiecit. Iumenta omnia, ne exoneraret milites, vèdidit: multoties contra hostium eruptionem feliciter pugnavit. Tum Vacceij obselli, liberis & coniugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Interim Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ, cum celare alijs imperatoribus regum munera mos esset, accepturus, publicè omnia referri quæstorij in publicas tabulas iussit. Igitur cum partem ætatis, partemque hyemis transgressisset, parum propè profecit hac industria. nam ubi copia pugnandi facta est, exercitus Romanus impetu Numantinorum solito oppressus, terga vertit, sed increpatione & minis consulis, manuque retinentis tandem indignatus, in hostem redijt: & quem fugiebat, fugere compulit. Itaque urbem obsidione Scipio conclusit, fossa circumdedit, cuius latitudo pedum decem, altitudo viginti fuit, ipsumque deinde aggerem sudibus præstructum, crebris turribus præmuniuit. Ad hoc bellum Micipsa rex Numidarum, in auxilium Scipioni Iugurtham misit, ubi gloriam acquisiuit. Refert Liuius, cum vndique Scipio Numantiam obsidione clausisset, & oppressos fame videret, cædi hostes noluit, citius absumpturos frumentum quod haberent, si plures fuissent. Igitur Numantini diu conclusi & fame trucidati, cum facultatem pugnae sæpe deposcerent, vt eis mori tãquam viris liceret, nec impetrassent, nouissimè duabus subito portis eruperunt, larga prius portione vsi, nò vini, cuius locus ferax non est, sed succo tritici per artem confecto, quem celiam vocant. Hac portione recalescentes, subito super Romanos irruerunt. atrox diu certamen, & vsque ad periculum Romanis fuit, iterumque se Romani aduersum Numantinos pugnando subtraxissent, nisi sub Scipione pugnaissent. Numantini interfectis suorum fortissimis, bello cedunt, compositis tamen ordinibus, nec sicut fugientes in urbem reuertuntur: corpora intersectorum ad sepulturam oblata, recipere noluerunt. Nouissimum desperatione omnes in mortem destinati, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno atque igni consumpti sunt. Romani nihil ex his victis penitus habuere, nisi securitatem: neque enim vicisse se magis, quam euasisse dixerunt. vnum Numantinum victoris catena non tenuit, vnde triumphum dederit: quicquid supellestilis fuit, ignis consumpsit. Tunc Scipio Tiresum quendam Celticum principem interrogauit, qua de causa Numantia prius inuicta durasset, & post euerfa fuisset: Respondit, Concordia victoriam, discordia excidium præbuit. Inter hæc in Sicilia bellum seruire ortum est: nam septuaginta milia seruorum tum in arma conspirantium fuisse referuntur, excepta vrbe Messana, quæ seruos liberaliter habitos in pace continuit. Quis crederet Siciliam multò cruentius seruili, quàm Punico bello esse vastatam? Inde materia bello, quòd ad cultum agri frequentia ergastula, catenatique cultores habebantur. Syrus quidam nomine Eunus, phanatico furore simulato, dum Syriæ deæ caeremonias iactat, ad libertatem & arma seruos quasi numinum imperio concitauit. idque vt diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulfure & igne stipauerat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. hoc miraculo primum duo millia ex obuijs, mox iure

belli refractis ergastulis, lx. amplius millium fecit exercitum. Rex factus, castella, oppida, vicosque miserabili direptione vastauit. id quoque dedecus, capta sunt praetorum castra Manilij, Lentuli, Pisonis, Hipsei. Itaque qui per fugitios distrahi debuissent, praetorios duces profugos praetio ipsi sequebantur. Tandem Perpenna imperatore, supplicium de eis sumptum est. hic enim cum victos & apud Ennam nouissimè obsessos, fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latronum comedibus carenisque religauit, crucibusque affixit. Vixdum respirauerat insula, cum statim à seruis & à Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam, sub signis ordinat, ipse veste purpurea argenteoque baculo & regio more redimitus, non minorem quam ille prior conflatur exercitum: acrisque multò, quasi illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos iam seruos, infestius quam in transfugas sauebat. Ab hoc quoque praetoris exercitus cæsi, capta Seruili castra, capta Luculli. sed Aquilius Perpennæ vsus exemplo, interclusum hostem commeatibus, ad extrema compulit, communitasque copias armis, fame facile deleuit. dedidissentque se, nisi suppliciorum metu voluntariam mortem prætulissent. ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quanuis in manus venerit. nam inter rixantium manus, dum eum multitudo comprehendere contendit, præda lacerata est. Ea verò tempestate cum Numantia euertetur, apud Romam Gracchorum seditiones agitabantur. Carthagine quippe Numantiaque deletis, oritur apud Roman. vtilis de prouisione collatio, sed infamis de ambitione contentio. Tiberij Gracchus itaque tribunus pleb. iratus nobilitati, cur eum inter authores Numantini foederis, quod per Mancinũ consulẽ turpiter factum est, notaret, agrũ publicum populo diuidere statuit. Gn. Octauio tribuno obsistente ademit imperiũ, se, fratrem Gracchum, & Ap. Claudium socerum, triumuiros ad diuidendum agrum creauit. His causis senatum ira, populum superbia inuasit. Inter hæc quoque Attalus rex Asiæ Eumenis filius moritur, qui pop. Rom. hæredem scriptum reliquerat, & ita Rom. imperio regnum Asiæ per testamentum accessit. Gracchus populi gratiam precio appetens, cum non esset agrorum satis, legem tulit, vt pecunia quæ Attali fuisset, populo distribueretur. Obsistente Scipione Nasica, etiam Pompeius spondit, se Gracchum, cum primũ magistratu abiret, accusaturum. Gracchus autem annitebatur, vt ipse tribunus plebis sequenti anno permaneret, & cum comitiorum die seditiones populi accenderentur, authore Nasica nobilitas inflammata, fragmentis subfelliorum plebem fugauit. Gracchus per gradus qui sunt super Calurniũ fornicem detracto amiculo fugiens, ictus fragmento subfellij corruit: rursusque affurgens, alio ictu clauæ cerebro impactæ, exanimatus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti sunt, eorumque corpora in Tiberim proiecta, ipsius quoque Gracchi cadauer inhumatum contrahuit. quæ tota victoria in Scipionem Nasicam referenda est, authore Valerio. Anno dehinc secundo, P. Scipionem Africanũ pridie in concione de periculo salutis suæ contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denunciari cognouisset, alio die manẽ exanimem repertum inter maxima sua Romani mala censuerunt, præsertim cum tantum in vrbe illa Africani vigor & modestia valeret, vt facile illo viuo, neque sociale neque ciuile bellum existere posse crederetur. Hunc quidam necatum ferunt dolo vxoris suæ Sempronie, quæ soror erat Gracchorum, ne scelerata (vt credo) familia, ac ad perniciem patriæ suæ nata, intra impias seditiones virorum, non etiam sceleribus mulierum esset immanior. Causa verò interitus eius, hæc fuit: Caius Carbo tribunus plebis, cupiens necem vindicare Gracchanam, & excitare seditionem sopitam, Pub. Scipionem Africanum eruta Numantia reuertentẽ, interrogauit quid de Gracchi morte sentiret. cui Aphricanus ait, iure occisum sibi videri. Post hæc C. Gracchus, Gracchi illius qui iam in seditione occisus fuerat, frater, tribunus plebis per tumultum creatus, magna Reipub. perniciēs fuit. nam cum sæpe populum Rom. largitionibus promissisque nimis in acerbissimas seditiones excitasset, tandem à tribunatu, Minutio successore, decessit, qui Minutius cum decessoris sui Gracchi statura conuulsisset, legesque abrogasset, C. Gracchus cum Fulvio Flacco ingenti stipatus agmine, Capitolium vbi concio agitabatur, ascendit, ibique cum Fulvio duobusque filijs eius armatis maximum tumultum excitauit. sed contra Decius Brutus vir consularis, ingenti certamine insistit, ibi Flaccus diutissimè pugnavit. Gracchus verò in templum Mineræ secedens, gladio incumbere voluit, sed interuentu licoris retentus est. Cumque diu

anceps

anceps bellum ageretur, tandem sagittarij ab Opimio missi, confertam multitudinem disturbauerant. Duo Flacci, pater & filius, cum per adẽm Lunæ in priuatam domum desiluissent, foresque obiecissent, rescisso cratitio pariete, confossi sunt. Gracchus diu pro se pugnantibus, amicis ac pereuntibus, agrè ad pontem Sublicium peruenit, ibique ne viuis caperetur, ceruicem seruo suo Philocrati præbuit, cuius caput abscissum consuli allatum est, corpus ad Corneliam matrem Misenum oppidum deuectum est. Hæc autem Cornelia, maioris Africani filia fuit, quæ post prioris filij Gracchi mortem, Misenum secessit. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi ducenti & quinquaginta in Auentino monte cæsi fuisse referuntur. Opimius autem consul sicut in bello fortis, ita in quaestione fuit crudelis. nam amplius quam tria millia hominum supplicijs necati sunt, ex quibus plurimi, ne dicta quidem causa, innocentes occisi sunt. Hæc Gracchorum seditio ita fuit. Itaque licet Salustius ambos Gracchos laudet, vt zelatores libertatis plebis, alij tamen reprehendunt eos vt viros seditiones. Anno ab vrbe condita 635. secundum Orosium, Pub. Scipione Nasica, & L. Calpurnio consulibus, Iugurthæ Numidarum regi, senatus Rom. consentiente populo, bellum indixit. occasio erat: Micipsa rex Numidarum moriens, regnum tribus filijs reliquit, Atherbali, Hiempali, & Iugurthæ fratris filio, quem in filium adoptauerat. Post Iugurtha Hiempalem fratrem bello petit, quem victum interemit, Atherbalem bello victum Africa expulit. Calpurnium inde consulem aduersus se missum, pecunia corrupit. nam, vt T. Liuius ait, Atherbal bello petitus à Iugurtha, & in oppido Cirtha obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum est. Id Calpurnius Bestia gerere iussus, pacem cum Iugurtha iniussu Romanorum fecit, quod senatus ratum habere noluit. Iugurtha fide publica euocatus, ad indicandum consiliorum suorum authores, quod multos in senatu corruerat, Romam venit, & interrogatus, respondere subterfugit. Interea Masinissam de genere regum, quod Numidarum regnum ad se pertinere dicebat, per insidias occidi procurat: ideo causam capitis iussus dicere, cum periclitaretur, clam profugit, & recedens ab vrbe, fertur dixisse, O vrben venalem & citò perituram, si emptorem inuenierit. deinde Aulum Posthumium, Posthumij consulis fratrem, contra se missum, apud Calamam thesauris regijs inhiantem, bello oppressit, cui victo ignominiosissimum foedus exegit. Vniuersam penè Africam à Romanis deficientem, regno suo iunxit, postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus, duobus quoque prælijs victus, vidit præsentem se & vastari Numidiam, & non posse defendi. Igitur legatos ad Metellum mittit, qui tantum ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia data populo Rom. Metellus singulatim legatos tentat, si opportunè Iugurtham sibi viuum traderent aut necarent. quos electos ad prodicionem, domum dimisit, regi pacem quam postulabat, neque abnuere neque polliceri volens. Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis composuit, armis certare statuit. Prælia varia commissa sunt, nunc cum Metello, nunc cum C. Mario legato, qui equitibus præerat, aliquando cum vtroque. Metellus quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos parat. Bomilcarem regis amicum corrupit. Is vbi tempus opportunum venit, monet lachrymis Iugurtham, sibi & suis prouideat, inducitque ad deditionem. mittuntur ad imperatorem legati, qui sine vlla pactione sese regnumque suum, in illius fidem tradere, & imperata facturum dicerent. Metellus consilio habito, per legatos Iugurthæ imperat argenti pondo ducenta millia, elephantem omnes, equorum & armorum aliquantum. quæ sine mora facta sunt. deinde iubet omnes perfugas victos adduci. Inter hæc Iugurtha incertus, in pace improbos nõ prohibet excursus. Cum Metellus finem bello imponere statuisset, successor ei datur C. Marius non benè gratus, cuius consulis astutia Romanisque viribus fractus est, maximè postquam Marius vrben Capfam ab Hercule Phœnice conditam, regijs thesauris confertam, dolo circunuenit & cepit. diffidens deinde proprijs rebus & viribus Iugurtha, societatem cum Boccho rege Maurorum fecit, cuius equitatu in immensum auctus, Marianum exercitum crebris incurSIONibus fatigauit. Postremò apud Cirtham vrben aduersum Rom. expugnationem eius parantes, lx. millibus equitum instructus occurrit. nunquam vlla Romano militi multuofior pugna & terribior fuit, adeò vt puluis calum subduxerit. Tantus telorum nimbus, vt nulla pars corporis esset ab ictu ruta. Ita coacti in vnum equites,

Gg 2

in

Perpenna.

Athenio.

Tiberij
Gracchi
conatus.Tiberij
Gracchi
interitus.Scipio Afri-
canus dolo
interfectus.Cædes C.
Gracchi &
Ful. Flacci.Bellum Iu-
gurthinum.Vrbs venæ-
lis.

Metellus.

Marius astu-
tia.Bocchus
rex Mauro-
rum.

in vnum pedites densabantur. tantis periculis nox finem dedit. Eadem postera die & belli & periculi facies, eadem & tertia die. Tandem Marius consul cum vniuerso simul agmine prorupit è vallo. Pugna atrox, solis erat intolerantia. Superuenit imber via insperatæ salutis: siquidem refrigerium Romanis præbuit, & Numidis hastilia telorum lubrica & inutilia reddidit. Idem repentino pondere ad eò scuta granabat, ne commodè possent tractari. Ita ex insperato Bocchus & Iugurtha fugerunt. post hoc quinquaginta millia armatorum ab eisdem regibus Rom. obiecta, quæ vsque ad interneccionem cæsa referuntur. Ex eo Bocchus spem abiciens, pacem petiuit, atque in precium pacis Iugurtham dolo captum, catenisque obrutum, per Syllam legatum misit ad Marium. sic fraudulentissimus regum, ait Florus, fraude Bocchi foci proditus est, de quo duo triumphi habitusunt. Primus per Metellum, secundus per Marium. ante currum tamen Marij Iugurtha cum duobus filijs ductus est catenatus, & mox iussu consulis in carcere strangulatus est. Anno 637. L. Cæcilio Metello, & Q. Tito Flaminio consulibus, Carthago in Africa restituta, deductis ciuium Romanorum familijs, quæ eam incolerent, impleta est, magno antè prodigio præcedente. Nam cum mentores ad limitandum Carthaginensem agrum missi, stipites terminorum indices fixos, nocte à lupis reuulsos mordicus, corrososque reperissent, aliquandiu hæsitatū est, vtrum Romanis expediret Carthaginem reformari. Ego credo factum anno 626. ab vrbe condita, hoc est, circa vigesimum secundum annum postquam euerfa est. In Maurorum manibus est, & Tunetium vocatur. Illis Iugurthini belli temporibus L. Cassius in Gallia Tigurinus vsque ad Oceanum persecutus, ab eisdem insidijs circumuentus est & occisus, ac Piso vir consularis legatus Cassij interfectus. C. Publius alter legatus, ne residua exercitus portio quæ confugerat in castra, deleretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo foedere dedit, qui Romam reuersus, à Cælio tribuno plebis die dicta, eo quod obsides dederat, in exilium profugit. Anno ab vrbe condita 642. Cimbri, Teutoni atque Tigurini, ab extremis Galliarum profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quærebant, exclusique è Gallia & Hispania, vt refert Florus, cum in Italiam migrarent, miserunt legatos ad M. Liuium Syllanum COS. à senatu petentes, vt aliquid sibi terræ daret quasi stipendium, cæterum vt vellet, manibus atque armis suis vteretur. Repulsi à senatu, quod nequiuérant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum impetum Syllanus, nec secundum Manilius, (Florus Manilium vocat) nec tertium Cæpio sustinere potuit. Fugatur Syllanus. Aurelius autem Scaurus legatus, à Cimbris fuso exercitu captus est, & cum in consilium ab ijs vocatus deterreret eos, ne alpes transirent, Italiam petituri, Romanos enim vinci non posse, à Bolo eorum rege feroci iuvene occisus est. C. deinde Manilius & Q. Cæpio proconsules, dum inter se disceptant, circa Rhodanum victi prælio, castris binis exuti sunt, M. Aemilius consularis ibi captus atque interfectus est, duo filij consulis cæsi, lxxx. millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata sunt, lx. millia calonum atque lixarum interfecta Antias scribit. Ita ex omni exercitu decem tantummodo homines superfuisset feruntur. Hostes ingenti præda potiti, noua execratione cuncta pessundederunt, discindunt vestes, aurum & argentum in flumen proijciunt, phalaræ loricæque trita, equi gurgitibus immerfi, homines laqueis ex arboribus suspensi, ita vt nihil prædæ victor, & nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tunc Romæ non solum luctus, verum etiam metus fuit, ne confestim Cimbri alpes transgrederentur, Italiamque delerent. At secundum populi Romani iussionem, Cæpio, cuius temeritate clades accepta erat, damnatur, bonaque eius publicantur. Actum erat, nisi Marius illo seculo contigisset. Eo tum quartum consule facto, bellum contra Cimbro & Teutonas decretum est. Marius non ausus congregi statim, militem tenuit in castris, donec inuicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, confesceret. Verum tanta erat hostibus fiducia capiendæ vrbis, vt Romanis dicerent, si quid ad vxores suas mandarent. Nec segniùs quam minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est, claustra Italiæ, ferebantur. Mira tum velocitate occupatis compendijs alpium, præuenit hostem Marius, prioresque Teutonas sub ipsis alpium radicibus affecutus, in loco quem Aquas Sextias vocant, prælio oppressit. vallem fluuiumque hostes tenebant, Marius colles. Certè necessitate acta virtus, causa victoriæ fuit. nam petente aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis? En illic habetis.

Capitur Iugurtha.

Carthago restituitur.

Tunetium

Cassij bel. Gal. 7. & 11.

Cimbri, Tigurini.

Bellum Cimbricum.

Bolo rex.

Romani Germanica virtute fracti.

betis. Itaque tanto ardore pugnatum est, vt victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam sanguinis. Barbarorum rex Teutobocchus, equum vix conscendens, proximo in saltu comprehensus, insigne spectaculum fuit, vir proceritatis eximie. ducenta millia armatorum eo bello occisa sunt, 80. millia capta referuntur. Dux Teutobocchus interfectus, vix tria millia fugisse referuntur. Sublatis Teutonibus, in Cimbro conuertitur Marius. hi repulsi ab alpibus fugatoque Carulo proconsule, qui fauces alpium obfederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque: tum Cimbri virtute sua explicata, fugientem proconsulem exercitumque persecuti, in Italiam traiecerunt. Hic iam (quis crederet) per hyemem Tridentinis iugis in Italiam prouoluti descenderant. Athesim flumen non ponte, nec nauibus, sed ingesta obrutum sylua transilire, & si statim infesto agmine vrbe petiuissent, grande discrimen fuisset, sed in Venetia (quo ferè tractu Italia molliissima est) ipsa soli calique clementia robur elanguit. Ad hoc paus vsu, carnis coctæ dulcedine & vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugna à Mario petierunt quem dedit. In patenti campo quem Claudium vocant, procurunt. Marius quintum iam consul & Catulus aduersus eos missi, Annibalem secuti, in nebula dispoferunt pugnam, in sole pugnaverunt. Prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod hostis inopinatus occurreret. Cumque sol cum vento ortus emicuisset, visus eorum puluis oppleuit, tum acie conuersa in Orientem splendor hebetavit. Ita factum est, vt tanta & tam terribilis multitudo, minima Romanorum clade caderetur. Centum xl. millia eorum tunc in bello cæsa, xl. millia capta dicuntur. Mulieres penè grauiorem excitauerunt pugnam, quæ plaustris in modum castrorum circumstructis, ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulere Ro. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur, abscissis enim cum crine verticibus inhonesto satis vulnere turpes relinquebantur, ferro quod in hostem sumperant, in se suosque verterunt. nanque aliæ concursu mutuo iugulata, aliæ appetentis inde faucibus inuicem strangulata, aliæ funibus per equorum crura confertis distractæ, aliæ laqueo de subiectis plaustrorum remonibus pependerunt: inuenta est etiam, quæ duos filios per colla eorum laqueis ad suos pedes vinxerit, eos ita secum trahens ad suspendium. Florus refert, quod missa antea ad Marium legatione, mulieres cum libertatem & sacerdotium impetrassent, sibi (vt dictum est) manus conseruerunt. In hac pugna Cimbrorum Beleus rex in acie dimicans impigre, nec inultus occubuit. Tertia verò Tigurinorum manus, quæ quasi subsidium Noricos insederat alpium tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrocinijs euanuit. Hunc tam lætum, tamque felicem libertatis Italiæ nuncium, non per homines, vt solebat, populus accepit. Quippe eodem die quo gesta res est, visi pro aede Castoris & Pollucis iuuenes laureati prætori literas dare, frequensque in spectaculo rumor victoriæ Cimbricæ felicitis dixit. Quo quid admirabilius? quid insignius fieri potest? nam quasi Roma spectaculo interfuisset, vno eodemque tempore quo in acie Cimbri occumberent, populus in vrbe plaudebat. de hac victoria populus tertium Romæ conditorem Marium appellabat, quod non à minori discrimine tunc Romam seruasset, quam cum est exactus Gallorum furor. Itaque læti omnes Romanorum cum filijs atque vxoribus Mario & dijs domi libabant. noluit tamen Marius solus triumphare, Catulum enim honore priuare noluit. Circiter annum ab vrbe condita 649. annumque xij. Ptolemæi Phisconis, mortuus est Iohannes Hircanus dictus, quod Hyrcaniam deuicerat. reliquit quinque filios, Aristobulum primogenitum & Antigonum cum tribus alijs. Cumque nullus ad regendum populum sufficeret, vxorem suam disertissimam præfecit Iudææ & filijs. Aristobulus impatiens dominij materni, matrem cum tribus fratribus minoribus, consilio (vt aliqui tradunt) Antigoni in vincula coniecit & carcerem. Antigonum quem diligebat, secundum à se constituit. hic Aristobulus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit, primusque sibi diadema imposuit, & restituit regnum Iudææ. Fluxerunt autem à Sedechia vltimo rege anni 475. & menses tres, vnde sæpe legitur intermissum regnum vsque ad Hyrcanum & Aristobulum, id est, ad Aristobulum Hyrcani. Is restituit regnum Iudææ anno ab exordio mundi 5096. abinde 103. anno nascitur Christus. Regnavit Aristobulus annum vnum. Patriæ plurimum profuit, nam subegit Ituræos, & prouinciam eorum pro maiori parte subiecit, compulit habitantes in ea, vt si vellent in prouincia manere, circunciderentur secundum legem Moyfis.

Teutobocchus Germanorum dux cum suis cæsus.

Cimbrorum & Teutonum strages.

Mulierum Teutonicarum facinus.

Marius tertius Romæ reipub. conditor.

Iudæorum regnum restituit Aristobulus.

Rex Aristobulus cum matrem fame atque vinculis oppressisset, addidit huic violentiae Antigonum, quem videbatur amare, & communis regni consortem habere, accusationibus alienatus ab eo, quibus primum, ut refert Iosephus, non credebatur. Sed cum Antigonus clarus ab expeditione venisset, contigit Aristobulum morbo teneri.

Tum Antigonus agens dies festos, ad templum ascendit splendidissime ornatus cum suis armis, & multum pro salute fratris oravit. malevoli vero cupientes eorum labefactare concordiam, & maxime vxor fratris, quae oculos in eum iniecerat, sed ipse ei assensum non praebebat, accusabant eum, dicentes Aristobulo: Frater tuus audiens te aegrotantem, in manu forti & armata intravit, ut te perimat & regnet. Aristobulus autem accusationibus inuitus credebatur, timens ne in fratris suspicionem incideret: sed malevoli addunt, iubent Antigonum venire ad se, ut fides eis haberetur, si venisset in armis. Posuit ergo ad suggestionem vxoris Aristobulus armatos in subterraneo specu, locus hic Pyrgus Stratonis dicebatur, per quem Antigonus transitum facturus erat, qui si veniret armatus, eum interficerent. Aduocans fratrem Aristobulus, praecipit nuncio ut diceret ei, ne veniret armatus: sed regina corrupta nuncium muneribus, ut diceret ei quod cum armis veniret, qualem cuperet rex videre in armorum splendore. Ea crudelitate periturum Antigonum praedixerat vates quispiam ex Essaeorum secta, sectatoribus suis in Pyrgo Stratonis, vnde is sexcentis stadiis aberat. Itaque cum fatali die gloriantem in armis videret, fata morari timens exclamauit, melius esse sibi ut moreretur, quam mentiri mortem principis. Interim ad fratrem ingressurus in Pyrgo Stratonis, qui locus maritimo cognominis erat, a satellitibus obruitur, velut erat senis varicinium. Audiens autem rex mortem fratris, poenitentia fraternae caedis eum stetusque possedit, aegritudo mentem eius dolore inuasit, adeoque morbus inualuit, ut sanguinem laceratis visceribus vomeret. Quem vnus de seruulis foras efferens, vbi Antigonus recenter occisus erat, casu effudit. Id videns populus, assererat nunc Deum in occisi vitionem, sanguinem esse libatum occisoris. Cumque causam clamoris rex sciscitaretur, nullusque ei auderet dicere, tandem minis extorsit veritatem. Quo audito, ingemiscens fertur dixisse, Fas non erat ut Dei oculos scelera mea laterent. vsquequo o improbum corpus, caede matris fratrisque contaminatum, animam damnatam retinebis? Vtinam non paulatim eis sanguinem meum libem, sed totum simul accipiant. Quae cum dixisset, spiritum efflauit. Hic Aristobulus ab externis scriptoribus laudatus est, tanquam moderatae vir naturae, ingenui pudoris, *φιλάνθρωπος*, id est, Graecorum amator dictus est. Anno ab vrbe condita 650. Alexander qui & Ianneus, Aristobuli frater, pontificatum & regnum suscipiens, regnavit annis vigintiseptem.

Defuncto enim Aristobulo, vxor eius Alexandra sobolem non habens, soluit fratres Aristobuli. Ianneum qui & Alexander dicebatur, regem constituit aetate maiorem, qui nunquam ad faciem patris Hyrcani peruenit. Causa erat, cum diligeret pater priores filios Aristobulum & Antigonum, apparuit ei Deus in somnijs, vbi interroganti quis filiorum ei succedere deberet, ostendisse fertur vultum Alexandri, de quo contristatus, in Galilaea eum nutriti fecit. Suscepto regno, Alexander vnum e fratribus suis, nitentem regnum praesumere, interfecit: alterum vero, volentem innocenter viuere, honorabiliter tractauit. Duxit autem vxorem nomine Alexandram. Postea Alexander Ptolemaida obsedit. nam Antiochus Cyzicenus cum fratre certabat, ita ut neuter Ptolemaidi opem ferre potuerit. Sed tandem inuitabant Ptolemaeum Aegypti regem, a Cleopatra matre expulsus, qui Alexandrum pugna vicit, & ex Iudaeis triginta millia occidit. Tunc Ptolemaeus parta victoria Iudaeam vastans, inuentas in villis mulieres ac infantes laniari iussit, membraque eorum in cacabis decoqui, per simulationem tamen, ut qui fugerant a pugna, putarent hostes suos carnibus humanis vesci, qua fraude ingentem Iudaeorum animis crudelitatis metum incussit. Alexander suis inuisus factus, cum in festis tabernaculorum super aram stare immolaturus, super eum virgis cedrinis quas ex more portabant, iaculabantur: nec eo contenti, cum ingressi fuissent templum, dicebant eum honore sacrificij indignum, quia de captiua genitum. Iratus ergo, sex millia eorum occidit. Cumque Arabas, Moabitas & Galaaditas vicisset, tributorum incrementum eis imposuit, & Amathunta expugnauit. Deinde cum conseruisset pugnam cum Abida rege Arabum, incidit ex insidijs in altissimam vallem. Inde cum fugeret Hierosolymam,

Pyrgus Stratonis.

Antigoni & Aristobuli interitus.

Alexander seu Ianneus Iudaeorum rex.

Alexandri ignominia.

nam, habuit etiam Iudaeorum gentem inimicam, contra quos annis sex pugnans, interfecit 50. milla seniorum, qui facta eius detestabantur. Cumque offensus erat populo, munivit sibi palatium in turri quae Baris dicebatur: quam cum deinde Titus vidisset, miratum aiunt quod eam Iudaei deseruissent, cum a duobus defendi potuisset ab omni viuenti. Rogabat Alexander aliquando Iudaeos, ut odium quod erga eum haberent, soluerent: nec profecit. Percontanti autem, quonam pacto eos sedare posset, responderunt, si moreretur: ob hoc in plateis Hierusalem suspendit octingentos viros vxoratos, vxoresque eorum & liberos necauit. Post multa bella cum Ptolemaeo, cum Antiochis, Arabiae populis Iudaeisque gesta, crapula multum indulgens, in valetudinem malam incidit, & tribus annis quartana febris laborans, nec sic ab expeditione quieuit, donec in laboribus expiraret in monte Gerasensorum, Rabagam castellum obsidens. Eum cum vidisset regina propinquare laeto, deplorat futuram sui ac liberorum desolationem. Ille vero suauiter vxori, ut mortem suam milites celaret, donec castellum caperet, dehinc ut Hierosolymam victrix rediret, Phariseis potestatem datura quid vellent agere, eos honoraret: nam posse hos multum apud Iudaeos dicebat, & laedere si quem abominarentur, & prodesse cui fideles existerent, cum nimium eis crederet populus, seque offendisse multitudinem, quod Phariseos aliquando contristasset. Tu igitur cum Hierosolymam veneris, conuocatis militibus, meum corpus ostende & permitte, qualiter velint vti meo caduere, siue contumeliosè velint insepultum relinquere, aut in id scire aliter. Neque sine Phariseorum consilio aliquid in regno decernas. hoc facto, dignior ero funere, & firmum tibi conficies principatum. hoc dicto, decessit.

Alexandra itaque cum castellum cepisset, Phariseos alloquitur, & illorum potestati mariti corpus & regni gubernationem commendat, & ita iram eorum, quam in Alexandrum habebat, extinxit, fidosque sibi amicos eos parauit. Hi populum secundo conuocantes, ad reconciliationem res ab Alexandro egregie gestas exposuere, regem se iustum dicentes & magnum perdidisse, tantumque populo luctum ac moestitiam laudibus regis intulerunt, ut exequias ei celebriores quam caeteris regibus exhiberet. Alexander autem liberos reliquit Hyrcanum & Aristobulum, vxori Alexandrae regnum tradens. De his plura infra, nec enim huc omnia haec pertinent, considerata temporum serie.

Per eadem ferè tempora Apuleius Saturninus Gracchanas leges asserere non destitit. Tantum animorum viro Marius dabat, qui nobilitati inimicus, consulatu suo praeterea confusus, occiso palam comitibus Annio competitore tribunatus, subrogare conatus est in eius locum C. Gracchum hominem sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiam ipse se adoptabat, cum tot tantisque ludibrijs exultaret impune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut senatum cogeret in verba iurare, cum abnuentibus aqua & igni interdictionum se minaretur. Vnus tamen extitit qui mallet exilium. Itaque L. Apuleius Saturninus, Q. Metello Numidico acerrimus inimicus, qui eum censorem creatum, protractum domo, atque in Capitolium fugientem, armata multitudine obsedit, vnde equitum Ro. indignatione deiectus est, plurima ante Capitolium caede facta. Subsequenti anno Marius sextum consul, Glaucia praetor, & Saturninus tribunus plebis conspirauerunt Metellum Numidicum in exilium vi agere. Die dicta a suppositis eidem factioni, innocens Metellus damnatus, in exilium cum totius urbis dolore discessit. Idem Saturninus Memmii virum integrum fieri consulem timens, orta seditione, per satellitem interfecit. Quibus rebus concitato plurimum senatu ac populo Ro. Marius homo varij consilij & mirabilis, cum Saturninum tueri minimè posset, accommodato ad tempus ingenio, consensui bonorum se miscuit, plebem commotam leni oratione sedauit. Saturninus infamibus concionibus turbam coegerat, atque in domo ab alijs rex, ab alijs imperator est appellatus. Marius alterum consulem cum praesidijs in colle disposuit, ipse portas communivit. In foro praedium commissum est. Saturninus foro pulsus, in Capitolium confugit. bellum in aditu Capitolij actum est horridum, multi caesi, Saturnino palam clamitate Marium authorem esse omnium molitionum. At cum Saturninus in curiam confugisset, per equites Rom. effractis foribus occisus est. C. Glaucia extractus è domo Claudij, trucidatur. Furius tribunus bona omnium publicanda decreuit. Ita authoribus seditionis occisus, quies populo fuit. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius ciuitatis fauore reductus est. Interim enim apud Rhodum legendo atque audien-

Alexandri interitus.

Alexandrae regni Iudaeorum cedit.

Seditio Apuleiana.

Metelli Numidici exilium.

Saturnini interitus.

do magnos viros aduocauerat. Rutilius vir integerrimus accusatus, maleuolentia iudicum condemnatus, Smyrnam commigrans, literarum studijs contentus senuit.

Anno ab vrbe 659. Sexto Iulio Cæsare, & L. Martio Philippo consulibus, L. Drusus non tribunatus modò viribus, sed ipse etiam senatus auctoritate, totiusque Italiae consensu Gracchanas leges asserere conatus est. Equites enim Ro. tanta potestate subnixi, interceptis vectigalibus, peculabantur suo iure Rempub. Quinetiam ab equitibus senatus dissidebat iudiciorum causa, quare eos coniungere communi lege tentauit Drusus, iudicia ad utrosque deferre conatus: siquidem ad senatum commodè traducere non potuerat, legit ex equestri ordine numero pares senatoribus, qui ob dissensiones creuerant, vt essent penè trecenti. Senarui, cum hos sibi iunctos ægreferret, se Drusus adiunxit, plebem largitionibus in sententiam suam traxit. Et vt maioribus viribus causam senatus susceptam rueretur, socios, id est, Italicos populos, spe ciuitatis Romanæ illectos, excitauit. Drusus iste homo superbus primò in fauorem senatus legem tulit, vt aqua parte iudicia penès senatum & equestrem ordinem essent: vt autem senatum contra equestrem ordinem tueretur, hortabatur populum, vt senatui fauorem præstaret. Ita plebem Gracchanis legibus, eisdem socios (id est, Italicos) ad plebem spe ciuitatis crexit. Aderat promulgandi dies, cum subito tanta vis hominum vndique apparuit, vt hostium aduentu obsessa ciuitas videretur. Tunc L. Philippus consul interpellauit eum, dicens, alio senatu sibi opus esse. qua re indignatus Drusus, non licentem, sed clientem suum misit, vt Philippum comprehenderet. Qui cliens Philippum apprehensum non antè dimisit, quam sanguis & in ora & in oculos redundaret. Postea eundem egit in carcerem. Deinde cum promissa Drusus socijs ciuitatibus præstare non potuit, irati Italici, defectionem coeperunt agitare, & in expugnationem vrbs se armare, ex quo Drusus etiam senatui inuisus factus, velut socialis belli author, domi suæ, incertum quo auctore, occisus est. Hic Drusus tanta fuit temeritatis, vt cum aliquando senatus mississet ad eum, vt veniret ad curiam: quæsiuerit, quare non ipse veniret ad eum: cui responso, auctore Valerio, paruit senatus. At his sociorum conatibus, illaque clade quid tristius, quid calamitosius, cum omne Latium atque Picenum, Hetruria omnis atque Campania, postremò Italia contra matrem atque parentem suam vrbs confurgeret? Quò accessit, vt moestam vrbs prodigia dira terreret. Nam sub ortu Solis, globus ignis à septentrione cum maximo cæli fragore emicuit. Apud Aretinos, cum panes per conuiuia frangerentur, cruor è medijs panibus tanquam è vulneribus corporum fluxit. Præterea per septem continuos dies grando lapidum, immixtis testarum fragmentis, terram verberauit. In Samnitibus vastissimo hiatu terra flamma prorupit, & vsque in cælum extendi visa est. Tunc etiam omnium generum animalia, quæ inter homines viuere solita erant, relictis stabulis, ad syluas montesque fugerunt. Canes quoque lachrymosis vluatibus vagi luporum ritu oberrant. Hæc dira socialia ciuiumque bella sunt secuta. Igitur Picentes, Marfi, Peligni, Vestini, Marrucini, Samnites & Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Seruium prætorem legatum ad semissum, apud Asculum occiderunt, statimque clausa ciuitate, omnes ciues Romanos indicta cæde iugularunt. Præcessit tamen, vt Florus scribit, belli in Albano monte consilium, vt in festiua die Latinarum Iulius Cæsar & Philippus consules, intra sacra & aras immolarentur. sed id proditiōne discussum est. Inde iam passim ab omni parte Italiæ diuersa per populos & vrbes signa cecidere. Nec Annibalis nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. en Pompeius prætor cum Picentibus iussu senatus bellum gerens, victus est. Iulius Cæsar Samnitum pugna victus. Rutilij copiam fusæ, ipse consul cæsus, octo millia Romanorum interfecta. Marius, raptis continuo copijs, victores insperatus oppressit, octo millia & ipse Marforum interfecit. Cæpio à Vestinis & Marfijs cum exercitu trucidatus est. Iulius Cæsar postquam Eferniam victus aufugerat, contractis vndique copijs, aduersus Samnites & Lucanos dimicans, multa millia interfecit. Marius deinde sex millia Marforum interfecit, vij. millia armis exiit. Sylla cum xxiiij. cohortibus Eferniam missus, vbi arctissima obsidione Romani ciues & milites premebantur, maxima cæde vrbs sociosque seruauit. Gn. Pompeius Picentes graui prælio fudit, qua victoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia recepit, cum togas tantummodo de victoria Cæsaris primum respirante sumpsisset. Porcius Cato prætor & Plotius legatus, Hetruscos & Umbros plurimo sanguine impenso difficilimo labore vicerunt. Pompeius diu obsedit Asculum, nec

Drusi feditio.

Origo belli socialis.

Prodigia.

Infelix Romanorum successus.

Marij primæ victoria.

expugnauisset, nisi populum in campum prorumpentem grauissima oppressione vicisset. decem & octo millia Marforum in ea pugna cum Franco suo imperatore cæsa sunt, capta tria millia: quatuor millia autem Italicorum ex ea cæde profugorum, iugum montis conscenderant, vbi exanimati niuibus, miserabili morte rigerunt, viuentium in modum perstantes. Eadem die Picentes victi sunt, quorum dux Iudacilius, conuocatis principibus suis, post magnificas epulas largaque pocula cunctos ad exemplum sui prouocans, hausto veneno consumptus est. nemo tamen eum sequebatur. Anno ab vrbe condita 661. cum ad obsidendos Samnites Pompeius & Romanus iuisset exercitus, Posthumius Albinus vir consularis, L. Syllæ legatus, postquam intolerabili superbia animos omnium in militum odia suscitasset, lapidibus occisus est. Sylla consul ciuilem cruorem non nisi sanguine hostili expiari posse testatus est, cuius rei conscientia permotus exercitus, ita pugnam adortus est, vt sibi unusquisque pereundum videret, nisi vicisset. decem & octo Samnitum millia eo prælio cæsa sunt, Iuuentium quoque Italicum ducem maximum persecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens, cum aliquanta strenuè peregisset, gloriatus est C. Marium non maiora fecisse: & ob hoc cum ad lacum * Sucinum bellum gereret, à * Fucinum filio C. Marij in tumultu belli quasi ab incerto auctore, prostratus est. Marrucini & Vestini à Sulpitio legato Pompeij vastati sunt. Popedius & Obsidius imperatores Italici, ab eodem Sulpitio oppressi & occisi sunt. Pompeius Asculum ingressus, præfectos & centuriones cunctosque principes eorum, securi percussit, seruos prædamque omnem sub hasta vendidit, reliquos nudos abire præcepit. Et cum de hac præda opulationem aliquam in vsum stipendij publici senatus fore speraret, nihil tamen ex ea Pompeius arario contulit. nam eo tempore cum exhaustum esset ararium, & ad stipendium frumenti deesset impensa, loca publica quæ in circuitu Capitolij pontificibus, auguribus, decemuiris & flaminibus in possessionem tradita erant, cogente inopia, vendita sunt: & sufficiens pecuniæ modus acceptus est. Equidem in sinum tunc ipsius ciuitatis, euerfarum omnium vrbiū nudatarumque terrarum abraha vndique opes congregabantur, cum ipsa Roma, turpi adigente inopia, præcipuas sui partes audionabatur. Spartacus hinc sequitur bellum, de quo Florus scribens: Nescio, inquit, quo nomine appellem, cum serui militauerint, gladiatores imperauerint. Gladiatores 64. Capuæ è fracto ludo, quem ibi Lentulus celebravit, statim constitutis tribus ducibus, scilicet Spartaco & duobus Gallis, scilicet Criso & Oenomaio, montem Vesuuium occupauerunt. inde verò erumpentes, castra Clodij prætoris, qui eos in monte obfederat, expugnarunt: ipso fugato, omnia rapuerunt. Oenomaus verò vnus ducum in ea pugna cecidit. Alij duo breui tempore agmina ingentia collegerunt, ita vt Crisus haberet decem millia, Spartacus Thrax haberet 30. millia. Deinde quum cædibus, incendijs, rapinis & stupris omnia implerent, ita vt mulieres aliquæ violatæ seipsas occiderent, missi sunt contra eos Gellius & Lentulus consules Romani. Gellius Crisum acerrimè pugnantem oppressit, Lentulus verò superatus à Spartaco, fugit, postmodum ambo consules contra Spartacum pugnaverunt: & accepta graui clade, fugerunt. Deinde Spartacus C. Cassium proconsulem occidit. Tantus verò metus vrbs inuasit, quantus sub Annibale erat. Senatus tandem Crassum consulem cum legionibus & nouo supplemento misit, qui mox vt fugitiuorum pugnam iniit, sex millia eorum occidit, & nongentos cepit. Sed postquam Spartacum bello aggredere, auxiliares eius Gallos & Germanos superauit, occisis eorū ducibus & 30. millibus militum. Nouissimè cum contra Spartacum disposita acie pugnaret, sexaginta millia de suis occidit, & sex millia cepit, Spartaco interfecto. cæteri verò qui fugerant, diligenter à diuersis ducibus quæsti, occisi sunt. Durauit hoc bellum cum calamitatibus Italiæ annis tribus, finem accepit in Apulia. quod bellum Orofius vocat fugitiuorum, Augustinus seruile. In hac generatione locustarum multitudo in Aphrica fuit, quæ non solum segetes, sed & folia atque cortices corroserunt. vento deinde in pelagus dimeris, & per littora putrefactæ, pestiferum fetorem exhalarunt, vt ferè omnes aues pecudesque morerentur. Aphrorum ducenta millia, Romanorum verò militum, qui in præsidium missi erant, 30. millia extincta referuntur.

Francus Marforum dux.

Syllæ victoria.

Aerarij Romani inopia.

Spartacus.

Crassus interimit Spartacum.

GENERATIO LXII.

Ab exordio mundi anno 510. ab vrbe verò condita 662. olympiade 173. sub Alexandro Ianneo rege Iudæorū & pontifice summo, anno eius 14. anno Ptolemæi Alexandri

Alexandri regis Aegyptiorum nono, in Iacob filio Mathan 62. incepit generatio, duravit annis 47. Iam enim, ut in præcedenti generatione dictum est, Syria regnum deserat, & regnum Alexandriae valde nutabat. anno enim mox sequenti rursum Ptolemæus Philcon, qui eiectus fuerat à matre, regressus de fuga, regnum recepit, quoniam Alexandrum fratrem, qui eo pulso 9. annis regnauerat, ob interfecionem matris eius ciues expulerunt. regnavit autem hic Philcon postea 8. annis. Anno deinde nono huius generationis, defuncto Ptolemæo Philcone, qui & Soter est dictus, successit ei in regno Ptolemæus Dionysius, Auletes dictus. fuit homo omnium flagitiosissimus. nam illum propter flagitia Alexandrini eiecerunt. cui cum tres filie erant, vnam natu grandiore loco patris reginam constituerunt, & alias infantes regno eiecerunt. regina autem Archelaus quendam, Archelai Mithridatis filium, accersitum matrimonio copulatum, regem declaravit. Interea Auletes Romam profectus, à Pompeio suscipitur, & senatui commendatur, necnon & de reductione eius agitur. de iniuria expulsionis ultio suscipitur. Ptolemæus itaque Auletes senatus decreto per Gabinium in regnum reductus est, qui statim Archelaum & filiam interemit. sed non multò post, dum regnasset annis triginta, morbo absumptus est, relictis duobus filiis & totidem filiabus, de quibus infra dicitur. Anno Ptolemæi Dionysij quinto, mortuus est Alexander pontifex & rex Iudæorum, ut supra per anticipationem dictum est, relinquens duos filios, sciensque filios pro patre Iudæis odiosos, regnum reliquit uxori, quæ sibi populi benevolentiam sæpius comparauerat, tyrannidi ipsius semper resistens. Hæc Alexandra, alias Saloma dicta, regnum Iudæorum per nouem annos obtinuit. cumque duos haberet filios ab Alexandro generatos, Hyrcanum natu maiorem declaravit pontificem, eum futurum regem indicans, quia modestus erat: Aristobulum autem minorem, quia feruentioris erat ingenij, priuatum viuere voluit. Mulier à populo diligebatur, eo quod videbatur contristari de quibus maritus eius peccasset, Phariseis omnia facere permittens, nomen regium ipsa solum tenebat, omnem verò potestatem Pharisei possidebant. pacem omnis habebat prouincia præter Phariseos. nam hi rempub. cõturbabant, reginam flectere molientes, ut occideret consiliarios Alexandri, qui eum hortati essent octingentos occidere: ex illis ipsi vnũ interfecerunt Diogenem, & post ipsum alios multos, vsquequo potentissimi eorum palatium intrabant, cum Aristobulo molestiam conquerentes, admonentes reginam, quanta fecissent per quæ firmam fidẽ suo domino seruassent, & petebant ne omnino spem eorum euerteret. Dicebãt etiam, si cõtenti essent aduersarij mortuorũ interitu, propter mortuorum fidem se patienter ea quæ cõtigerunt, perferre: si verò in eisdem Pharisei essent permansuri, petebãt sibi dari licẽtiam recedendi: opprobrium autem reginæ esse, si neglecti socij, mariti eius aduersarijs traderentur. Multa talia cum dicerent, ac ad misericordiam periclitantium vmbas Alexandri inuocarent, omnes qui assistebant, lacrymis completi sunt: sed amplius Aristobulus, qui multa contra matrem locutus est: sed illi calamitatis causæ fuere, dum ambitiosè furenti mulieri præter constituta regni cõmitterent moderamina. Hæc dum nesciret, quid ageret, ad postulationem eorum custodiam castellorum illis credidit, præter Hyrcaniam, Alexandriam & Machærunta. Interiecto tempore Alexandra regina cum in grauem valetudinem incidisset, Aristobulus per noctem cum vno famulo egressus ad castella perrexit, vbi paterni amici degebant, quibus de matre conquerebatur. Cumque primũ venisset in Gabatha, vbi Galestis erat, à quo etiam suscipitur. post eum diem regina cum Aristobuli fugam sensisset, & venirent qui nunciarent illum rebellionem moliri, & aliqua castella occupasse, tunc cuncta gens Iudæorum cum regina in maximis cœpit esse terroribus, timebatque etiam, ne vltionem susciperet de illatis sibi contumelijs. placuit igitur, vxorẽ cum genere in superiori custodia templi constitui. Cum autem multi nunciassent, Aristobulum regio circumdatum ornatu, multa loca occupasse, & militiam congregare, seniores & Hyrcanus ad reginam intrantes, petebant ut sententiam ferret de rebus instantibus: inhonestum enim putabant, quanuis ægritudine laboraret, ociari. Cumque illa præcepisset eis agere quæ existimarent prodesse, habere se gentem validam, exercitum potentissimum, copiam pecuniarum. Pauco post tempore cum regina discessisset, bellum contra Hyrcanum Aristobulus præparauit, pugnaque facta prope Hierichunta, multi milites Hyrcani ad fratrem eius fugerunt. quo facto, Hyrcanus ad arcem, vbi Aristobuli vxor & filij à matre eius erant conclusi, confugit. Cui Aristobulus de reconciliatione verba faciens, inimicitias

Ptolemæus
Dionysius
Aegypti rex

Archelaus.

Alexandra
Iudæorum
regina.

7

Phariseorũ
tyrannis.

Aristobuli
moltio.

Reginæ in-
teritus.

Aristobulus
rex Iudæorũ

citias deposuit, ut ipse quidem regnum teneret, frater autem priuatus viueret, sua possessione contentus. Cumque hæc disposuissent in templo, & iusiurandum dextrisque dedissent, omni populo vidente, discesserunt, illi quidem in aulam regiam, Hyrcanus verò ut priuatus, in Aristobuli domum. Erat partium Hyrcani tunc Antipater Idumæus, prius Antipas appellatus, quem Alexander & post eum vxor eius ducem totius Idumææ ordinauerat, quod amicitias multorum acquiserat. eius prudentiam & strenuitatem timens Aristobulus, calumnias ei intendebat. hoc ille sentiens, persuasit Hyrcano, ut se dolo circumuentum quereretur, ad Aretam regem Arabum confugeret, cuius auxilio posset redire in regnum. His Hyrcanus verbis minimè credebat, dum natura bonus esset, & accusationem fratris non facillè admitteret. sed cum Antipater vidisset verba non attendere Hyrcanum, non cessauit sibi singulis diebus accusationes fictas de Aristobulo proferre, tanquam eum interficere pararet. Sic eum vix impulit ad Aretam regem confugere. præmittit ergo Antipatrum ad Arabum regem, fidem ab eo accepturum, quod refugientem ad se non traderet inimicis. fide facta, paulò post Hyrcanus noctu egreditur cum Antipatro, & ad Petram ciuitatem, vbi palatium Aretæ erat, perueniunt. Antipater flectit Aretam, multa promittens. Quin Hyrcanus pollicitus est, si restitueretur in regnum, omnem terram & decem ciuitates, quas pater suus Alexander ab Arabibus acceperat, reddere. His promissis rex cõtra Aristobulum exercitum quinquaginta millium equitum & peditum produxit, sed cum in prælio vicisset, & multi post victoriam ad Hyrcanum refugissent, desolatus Aristobulus, ad Hierosolymam secessit. Arabum rex omnem exercitum applicans ad templum, Aristobulum obsidebat: Hyrcano pariter obsidentẽ, soli sacerdotes cum Aristobulo permansere. hæc cum in paschate fierent, probatissimi Iudæorum in Aegyptum recesserunt. Tum Onias vir iustus, qui oratione tempore siccitatis à Deo pluuiam impetrauerat, petitus est ut oraret contra Aristobuli milites, ut soluerentur sicut soluta est pluuia. cumque recusaret, compulsus est. Stetit igitur in medio, dicens: Deus omnium rex, quoniam hi qui mecum consistunt, tuus existit populus, & qui obsidentur, tui sacerdotes sunt, peto ut neque istos exaudias contra illos petentes, neque illos contra hos orantes. Cum ita orasset, maleuoli Iudæi interfecerunt eum, quod tamen inultum non remansit. perierunt enim fructus, ita ut modius tritici drachmis xj. emeretur. Interea Pompeius dum in Armenia Tigranen debellaret, Scaurum ad Syriam destinavit præsidem: qui cum audisset discordiam fratrum in Iudæa, ratus tempus esse, facillè ut Iudæam poneret sub tributo, in manu valida fines intrauit Iudææ, ad quem legati mox à fratribus vtrinque venerunt, auxilium petentes. Corruptus autem Scaurus quadringentis talentis missis, ab Aristobulo, ad Arabes legatos mittit Romanorum & Pompeij, qui mandarent obsidionem solui. Quare Areta ab obsidione recedens, Hyrcanum & Antipatrum Philadelphicè collocauit, qui frustrati spe Arabum, in aduersarios spem contulerunt. cum enim Pompeius Damascum venisset, cum multis muneribus venerunt ad eum, orantes ut violentiam Aristobuli dignam odio iudicaret, & Hyrcanum regno restitueret. sed & Aristobulus sibi non defuit: corruptione Scauri fretus, aut eam misit coronam quingentorum talentorum, cuius mentionem facit etiam Strabo Cappadox. Cum autem Pompeius Aristobulo honorem regium non exhibuisset, indignatus Pompeio insalutato recessit, & recepit se in Alexandria propter inexpugnabilem oppidi munitiõnem. quem Pompeius, collecto exercitu Romanorũ Syrorũque, inscetus est, iussitque, ut de oppido ad se descenderet. Is verò decreuerat potius periclitari, quàm parere: consilio tamen suorum descendens, relictis ibi custodibus præcepit, ut non nisi manu sua scriptis epistolis obtemperarent, abiitque Hierosolymam. Cumque Pompeius sequeretur, teritus Aristobulus, occurrit ei, pecuniam pollicens quæ erat in Alexandria, seque decætero Rom. imperio pariturum. sed nihil horum effectum est. missum enim Gabinium ad recipendam pecuniam, custodes nec in oppidum receperunt. His commotus Pompeius, Aristobulum in custodia collocauit. Cum autem obsidisset Hierosolymam, orta est dissensio in vrbe: nam fautores Aristobuli vrbenam rutari, fautores Hyrcani eam tradere Romanis contendebant. Sed victa pars Aristobuli, in templũ cessit: receptusque in vrbe Pompeius, templum expugnauit. Cumque septentrionalem vallem, qua parte munitũ erat turribus templũ, aggeribus impleret, labor fuisset imperfectus, nisi obseruatis septem diebus, quibus operari Iudæis fas non est, aggerem fieri præcepisset. Vnde potest nostra, inquit Iosephus, pietas erga Deũ cognosci, legisque custodia, quod

Aretæ rex
Arabum.

Onias sacer-
dotis pre-
ces.

Scaurus Ari-
stobulũ ob-
sidioe liberat

Pompeius
Iudæã adit.

quod nihil timore obsidionis negligebatur. nam capta ciuitate, hostes templum ingressi sunt, cunctos peremerunt, qui sacrificijs occupati, nihil omiserunt: & melius esse mori existimabant, quam sacrificia imperfecta relinquere. testes eius rei citat Iosephus Strabonem & Nicolaum. Primus irrupit templum Cornelius Faustus Syllae filius. tunc omnia caede Iudaeorum complebantur. erant qui seipsos occidebant aut precipites dabant. Cumque prostrati 22. millia Iudaeorum fuissent, capitur etiam Aicalon sacer Aristobuli. Tunc ea quae priori tempore inaccessa erant, Pompeius adiit, cum quo videre plurimi, quae intueri non nisi sacerdotibus liceret. templum prophanatum est, equi in porticibus eius stabulati. Inuenta autem in templo mensa aurea, candelabra vel libatoria non pauca, admiratus est Pompeius situm, ornatum & religionem templi, nihilque penitus inde tulit, sed aeditis praecipit ut a foridibus templum purgarent, dignum opus virtute tanti principis, nisi & in apertum prodidisset, quae sacerdotibus solis licebat spectare. sed malis fortunae successibus compensatum est. Cum imposuisset Hierosolymis tributum, Hyrcano pontifice declarato, Aristobulum captiuum duxit, duosque filios eius Alexandrum & Antigonum cum totidem filiabus, Romanam per Ciliciam properabat, Syriae & Iudaeae administratione Scauro commissa. Hic finis fuit Iudaicae libertatis. Alexander filius Aristobuli ex itinere fugit, qui magna manu collecta, Iudaeam populabatur, & Hyrcano imminerebat. Obtinuit munitissima loca, Alexandriam, Hyrcaniam & Machaerunta. missus est tunc in Syriam Gabinius, ut Scauro succederet, sub quo M. Antonius militabat: qui cum in Alexandria (sunt qui Alexandrium nominent) obsidisset Alexandrum, consilio matris se castrumque ei dedit, quod Gabinius mulieris consilio euertit, velut belli fomenta. Palpabat enim mulier Gabinium obsequijs, viro suo & ceteris captiuis qui fuerant abducti Romanam, metuens. Post haec Gabinius cura templi mandata Hyrcano, gentem Iudaeorum in quinque curias diuisit, quasi per pentarchiam Iudaeae volens frangere superbiam. Eo tempore factus est Antipater amicissimus Gabinio & M. Antonio, adeoque claruit, quod data est ei vxor neptis regis Arabum, Cypris nomine, ex qua sustulit quatuor filios & filiam: primogenitus fuit Phaelus, secundus Herodes, qui post dictus est Ascalonita, tertius Iosippus, quartus Pheroras: filia dicta est Saloma. Post haec casu elapsus est Roma Aristobulus, qui magna Iudaeorum manu conflata, Alexandriam muro cingebat, ad quem debellandum Gabinius misit Antonium, captusque iterum Aristobulus, cum filiis Romanam reductus est. illum autem in custodiam senatus coercuit, filios in Iudaeam remisit, quia Gabinius id se scripserat spondidisse vxori Aristobuli pro castelli traditione. Post haec cum Gabinius detineretur apud Aegyptum, Alexander Iudaeos iterum ad disensionem reduxit: sed rediens Gabinius, pacem fecit, & Hyrcani pontificatum confirmauit. Mortuo Gabinio, missus est praeses Syriae Crassus, ut etiam Parthos reprimeret. Crassus autem cum contra Parthos exercitum duceret, ad Iudaeam peruenit, & pecunias templi quas Pompeius non tetigerat, abstulit: tulit etiam trabem aur eam versatilem, quam tradiderat ei custos, templi Eleazarus, pacto iurato, ut alia templi ornamenta intacta relinqueret. Crassus tamen id transgressus, omne templi aurum abstulit. Sed quoniam de expeditione Crassi diximus, altius res repetenda videtur. Erat M. Crassus patre insigni genitus, authore Plutarcho, parca tamen educatus. constat autem, omnes virtutes quas plurimas habebat, vnus auaritia sordibus obscuratas fuisse. contendebat cum Pompeio non nihil de primatu. Postquam enim esset vniuersa ciuitas Romana in tres partes diuisa, quarum vna Caesaris, altera Pompeij, tertia Crassi appellabatur: nam Cato magis iustitiae & bonitatis opinione valebat quam potentia: cumque omnes qui optimi ac sapientes habebantur, Pompeij partes sequerentur: turbulenti vero & qui maximam in ciuitate licentiam habere cupiebant, Caesaris opibus fauebant, Crassus inter utrosque medium sese gerebat, amorem simul & odium apud quoslibet permutabat. Vnde & Sincinius multa in quoscunque probra iacere consuetus, aliquando rogatus, cur soli Crasso in conuicijs parceret, foenum, inquit, in cornu gerit. mos enim erat Romanorum, bobus cornu petis foenum ligare inter cornua, ut obuiam procedentes, sibi ab illis cauerent. Subiungit Plutarchus, Crassum imperatorem contra Spartacum missum, finem gladiatorio bello imposuisse: deinde ait, cum Caesar a provincia reuersus, consulatum petere statuisset, animaduertissetque, Crassum & Pompeium inuicem consulatus gratia certaturos, ipse ne alteri fauens, alterum offenderet, concordare eos conatus est, admonens nihil aliud eos inter se dissentientes efficere, quam ut Ciceronis

Pompeio
aperta sacraAristobulus
capitur.Alexander
filius Aristobuli.Crassi im-
pieras.Crassi inge-
nium.Sincini mor-
dicitas.

nis, Catuli & Caronis vires auerent, quorum opes nullum pondus habiturae sint, si ipsi inter se concordiam animo Rempublicam gubernare velint. His rationibus permoti, in gratiam atque concordiam rediere. ita horum trium veluti quadam conspiratione facta, in expugnabilis constituta est potentia, quae senatus populique Romae comminuit vires atque perfregit. statim Caesar utriusque consensu creatus est consul. postmodum aliquanto cum Caesar a Gallia venisset, Pompeius atque Crassus ad eum venire: & remotis arbitris, multa collocuti, ut omnem in se Romani imperij potentiam transferrent, quod ita se consequi arbitrabantur, si Caesar quidem cum imperio in armis permaneret, Crassus atque Pompeius quicquid superesset exercituum & reliquas provincias inter se partirentur. Deinde pauco tempore Pompeius & Crassus consules, Catone extra concionem eiectione, Caesaris imperium in lustrum alterum prorogauere: sibi vero Syriam & Hispaniam provincias decreuerunt, quas demum inter se partiti, Syria quidem Crasso, Pompeio vero Hispania obtigit. Crassus in Syriam properans, in Parthos ducit exercitum, spoliato ante templo. Erat apud Parthos qui diuitijs genere atque gloria secundus a rege habebatur, hic contra Crassum terentit. * Hyrodes vero rex Parthorum, quem paulo ante Surinas eiectione eo qui regnum per fraudem occupauerat, restituit in regnum, regi Armeniae Artuasi occurrere parabat. Tadem post varios conflictus Surinas Crassum spe pacis in colloquium prouocat, ubi & occisus est Crassus. Surinas Crassi caput & dextram ad Hyrodem, qui tunc bellum in Armenia gerebat, misit. sunt qui eum alijs perijisse modis scribunt. Atque immanitatis Hyrodes & perfidiae Surinas debitas poenas dedere. namque Hyrodes Surinae gloriae inuidens, eum dolo peremit. ipse cum filium Pacorum expulisset, quod bello a Romae fuerat superatus, in morbum incidit hydropticum, cui filius alter Phraates insidias machinatus, venenum quasi medicamentum ad leuandum morbum tradidit, & cum non praeualeret, propria manu illum suffocauit. hanc historiam & in sequentia tempora digeri volumus.

Anno urbis conditae 662. post bella socialia primum Romae bellum ciuile commotum, & sic primo anno praesentis generationis. Eodem anno etiam Mithridaticum contra Romae exoritur, & quia ciuili bello causam praestitit, expeditum Mithridaticum ad finem, deinde bellum inter Marium & Syllam narrabitur. Mithridates rex Pontis, filius Mithridatis, ut scribit Iustinus, bella cum Romae per 44. annos varia victoria gessit, demum non vi hostili victus, sed voluntaria morte in auito regno senex, haere de filio, decessit. huius futuram magnitudinem etiam caelestia ostenta praedixerant. nam & quogenitus est anno, & eo quo regnare primum coepit, stella cometes per vtrumque tempus 70. diebus ita luxit, ut caelum omne conflagrare videretur, magnitudine sua quartam partem caeli occupans, fulgore solis nitorem penes vincens: & cum oriretur occumberetque, quatuor horarum spatium consumebat. Mithridates puer adhuc, tutorum insidias tulit, qui eum ferro equo impostum, equitare iacularique cogebant. hic conatus cum eos sefellisset, Mithridatem venenis appetere. Quorum vim admirabili vi antidoti superabat: siquidem eum medicae rei & remediorum id genus solertem fuisse, scribitur. extat enim & antidotus, quam Mithridation vocant. Timens deinde, ne inimici quod veneno non potuerant, ferro peragerent, venandi studium finxit: per quatuor annos neque vrbs, neque ruris tecto vsus, vagabatur per sylvas & montana: ignarisque omnibus quibus esset locis, feras strauit ac fugauit: quibus rebus & insidias vitauit, & corpus ad virtutis patientiam indurauit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo regno cogitauit. itaque Scythas inuictos antea, ingenti felicitate perdomuit. auctus igitur viribus, Cappadociam occupauit, & cum Ponto tenuit. cum de Asia tractaret cum quibusdam amicis, tacitus a regno profectus, nemine sciente peruagatus eam, omnium vrbiu sitis ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcendit, & quasi iam dominus Asiae, opportuna quaque victoriae suae metatus est. Demum in regnum, cum iam perisse crederetur, reuersus est, inuento paruulo filio, quem per absentiam eius Laodice soror vxor, que enixa fuerat: sed inter gratulationem post longam peregrinationem aduentus sui & filij geniti, veneno periclitatus est: siquidem Laodice soror cum perisse eum crederet, in concubitus amicorum proiecta, quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset, venenum aduenienti parauit. quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in auctores vindicauit, sororem neci dedit. Hyeme imminente, non in conuiuio, sed in campo & exercitationibus: nec inter sodales, sed inter aequales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Exercitum quoque suum ad patientiam la-

Diuisio im-
perij.Hyrodes
rex Partho-
rum, alias
Orodes.Crassi in-
teritus.Bellum Mi-
thridaticum.Mithridatis
adolescencia.Laodice
vxor & so-
ror Mithri-
datis.

Nicomedis
& Mithrida-
tes factus.

borum quotidiana exercitatione indurabat, atque ita inuictus ipse, inexpugnabilem exercitum fecerat. Inita deinde cum Nicomede societate, Paphlagoniam inuadit, viciniamque cum socio diuidit: quam cum teneri a regibus senatui Rom. renunciatum esset, legatos ad utrumque misit, quod eam gentem restituere in pristinam libertatem iuberent. Mithridates cum se parem Romanis crederet, superbo responso hereditarium patri suo regnum obuenisse respondit: nec territus minis, Galatiam quoque occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure non poterat, iusto regi se redditurum respondit: atque ita filium suum, mutato nomine, Philomenem Paphlagonum regum nomine appellat, & quasi stirpi regiae reddidisset regnum, falso nomine tenet. sic ludibrio habiti legati, Romam reuertuntur. Mithridates post necem uxoris & sororis, alterius Laodices filios tollendos statuit, quod regni cupiditate flagrabat, cum prius patrem eorum Ariaractem regem Cappadociae, per insidias Gordij occiderat. Igitur dum in his occupationibus versatur, interim Nicomedes rex Bithyniae vacuum morte regis Cappadociae inuadit. quod cum nunciatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilium sorori adpellentium Cappadociae Nicomedem mittit. sed iam Laodice per pactioem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. quod aegre ferens Mithridates, praesidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumque sororis filio restituit, egregium prorsus factum, nisi subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus simulat se Gordium, quo ministro vsus in Ariaracte interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans si obstitisset adolescens, causas belli futuras: aut si permitteret, per eundem tolli posse filium, per quem interfecerat patrem. Quod ubi Ariaractes iunior moliri cognouit, indignè ferens interfectorem patris, per auunculum potissimè ab exilio reuocari, ingentè exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum 80. millia, equitum decem millia, currus falcatos 600. nec Ariaracti, auxiliantibus finitimis regibus, minores copiae essent, consilia belli ad insidias transfert, sollicitatoque iuvene ad colloquium, spectante utroque exercitu, eum interfecit. Regnum Cappadociae octo annorum filio, imposito Ariaractis nomine, additoque ei rectore Gordio, tradit. sed cappadoces crudelitate & libidine vexati, à Mithridate deficiunt, fratremque regis & ipsum Ariaractem nomine, ab Asia, ubi educabatur, reuocant: cum quo Mithridates bellum renouat, viciumque Cappadociae regno expellit, nec multo post ex aegritudine adolescens decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociae, etiam Bithyniam finitimam inuaderet, subornat puerum eximia pulchritudinis, quasi Ariaractes tres filios genuisset, qui à senatu Ro. paternum regnum peteret, uxorem quoque Laodicen Romam mittit testem trium filiorum. quod ubi Mithridates cognouit, & ipse pari impudentia Gordium Romam mittit, qui senatui assereret id esse verum. senatus studia regum intelligens, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniam ademit. ac ne contumelia regum foret, si illis ademptum, alijs daretur, uterque populus libertate donatus est. Cappadoces verò munus libertatis abnuentes, negant viuere gentem sine rege posse, ideo

Cur Nico-
medi Pa-
phlagonia
Mithridati
Cappado-
cia ablata.

Origobe III
Mithridati-
ci.

Mithridatis
munificètia

rex illis à senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex Armeniae. hunc Mithridates ad societatem Romani belli pellicere cupiebat. Nihiligitur de offensa Romanorum sentientem, per Gordium impellit, ut Ariobarzani regni admodum bellum inferat, & ne quis dolus subesse videretur, filiam suam Cleopatram ei in matrimonium tradit. Primo itaque aduentu Tigranis Ariobarzanes Romanam contendit, atque ita per Tigranem rursus Cappadocia esse Mithridatis coepit. Eodem etiam tempore mortuo Nicomede, etiam filius eius Nicomedes regno à Mithridate pellitur, qui cum supplex Romam venisset, decernitur in senatu, ut uterque in regnum suum restitueretur, in quod missi, Aquilius Manlius & Malthinius, legati. Mithridates cognitis his, societatem cum Tigriane aduersus Romanos iungit, patrique inter se sunt, ut vrbes agrisque Mithridati, homines verò & quaecunque auferri possent, Tigriani cederent. Post hæc Mithridates intelligens quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbricos, ad Gallogræcos & Sarmatas Bastarnasque auxilia petiunt mittit. nam omnes has gentes cum Romanum meditentur bellum, varijs beneficiorum muneribus iam antè illexerat. A Scythia quoque exercitum venire iubet, omnemque Orientem aduersus Romanos armat. non igitur magno labore Aquilium & Malthinium Asiatico exercitu instructos vicit, quibus simul cum Nicomede pulsus, ingenti fauore ciuitatum excipitur. multum ibi auri argentiq; studio veterum regum, magni quoque belli apparatus inuenit. Quibus instructus, debita ciuitatibus publica & priuata remittit, & vacationem

Mithridatis
oratio contra
Romanos.

Gallogræci.

Pœtice gen-
tes.

Mithridatis
crudelitas.

Sylla felici-
ter Archelaum
vicit.

Archelai
miseria,

Flaccus cor-
à Fimbria
interficietur.

cationem quinquenio concedit. Cappadocia & Bithynia occupatis, ad concionem milites vocauit, varijs eos rationibus ad bella Romana siue Asiatica incitans, oprandū sibi dicens, ut de eo liceret consulere, bellum ne sit cum Romanis, an pax habenda. sed cum quiescere non liceat, consulendum qua ratione coepta bella sustineantur, esse sibi fidutiā victoriæ, si illis sit animus: Romanos quoque vinci posse, cognitum non sibi magis, quam ipsis militibus, qui & in Bithynia Aquiliū, & Malthinium in Cappadocia fuderint: ac si quidē aliena magis exempla, quam sua experimenta moueant, audire se, à Pyrrho rege Epiri, non amplius quam quinque millibus Macedonum instructo, susos tribus praelijs Romanos: audire, Annibalem 16. annos Italiae victorē immoratum, & quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires obstitisse, sed domesticæ æmulationis atque inuidiæ studium: audire, populos transalpinæ Galliae Italiam ingressos, magnis eam plurimisque urbibus possidere: nec victam solum dici Romam à Gallis, sed etiam captam, ita ut vnus montis tantum cacumen relinqueretur, nec bello hostem, sed precio remotum. Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in partem virium suarum se habere. nam hos qui Asiam incolunt Gallos, ab illis qui Italiam occupauerunt, sedibus tantum distare, originem ac virtutem genusque pugnae idem habere: iam ipsam Italiam audire se nunquam, ut Roma condita sit, satis illi pacatam esse, sed assidue per omnes annos pro libertate alios, contra quosdā etiam pro iure imperij perseuerare: his & multis alijs rationibus Mithridates, ut narrat Iustinus, excitatis militibus, in Romana bella tractus est. De bello Mithridatico ita scribit Florus: Ponticæ gentes ad septentrionem in mare sinistrum iacent, à Pontico cognominata mari. harum gentium atque regionum rex antiquissimus Atheas, post Artabazes à 7. Persis oriundus, inde Mithridates omnium longè maximus. Quippe cum quatuor Pyrrho, 17. anni Annibali suffecerint, ille per 40. annos restitit, donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeij confunderetur. Causam quidē illius belli prænderat apud Cassium legatum, attrictari terminos suos à Nicomede Bithynio: ceterū elatus animus, Asia & (si posset) Europæ cupiditate flagrabat, spem atque fidutiā dabant vitia Romanorum. Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit, Asia inde pari terrore correpta est. adeo sauitia pro virtute vtuebatur, ut vno die octo omnes qui in Asia forent Romanæ ciuitatis homines, interfici iusserit vno die. Tum quidem domus, templa, humana omnia atque diuina iura violata sunt, Valerio teste. nam vna epistola Mithridates 80. millia civium Romanorum in Asia per vrbes negociandi causa dispersa, interemit. quis gemitus, ait Orosius, occidentium pariter & occidendorum fuit, cum singuli quique aut prodere innocentes hospites & amicos, aut ipsi periclitari poena hospitum cogentur? Sed hic terror Asia, Europam quoque regi aperiebat. Itaque missis Archelao Neoptolemoque praefectis, excepta Rhodo, quæ pro Ro. firmiter steterit, cæterum Cyclades, Delos, Euboea, & ipsum Græciæ decus Athenæ tenebantur, Italiam iam ipsamque urbem Romanam regius terror afflabat. Interea Marius & Sylla omnia turbabant, de quibus dicitur. Inter hæc etiam Methone ciuitas Achaia, ab Aristione Atheniensi Mithridati tradita est. miserat enim iam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem suum cum centum viginti millibus equitum, per quem etiam reliqua Græcia occupata est. Sylla cui bellum Mithridaticum obuenerat, vir armis optimus, superuenit: Archelaum apud Pyraeum non longè ab Athenis, quas ille occupauerat, circumfedit, & cum maximo labore urbem expugnauit, libertatem civibus reddidit. Postea commissio praelio contra Archelaum, ita eum vicit, ut ex centum viginti millibus, vix decem millia Archelao superessent. Ex Syllæ exercitu cum xiiii. tantum homines desiderarentur, duo vesperi rediere. Hac pugna Mithridates cognita, lxx. millia electissima ex Asia Archelao misit, contra quem Sylla iterum praelia commisit. primo praelio xv. millia hostium interfecta sunt, & filius Archelai Diogenes. Secundo omnes Archelai copiae extinctæ sunt, & Archelaus triduo nudus in paludibus latuit. Orosius scribit, in hoc praelio xx. millia militum in paludem pulsa, necata esse, & reliquos passim fuisse trucidatos. Porro Mithridates in Asia tunc nobilissimarum urbium principes occidere, bonaque eorum publicare intenderat. Cumque iam 1600. interfecisset, Ephesij exemplum verentes, excluso praesidio, ei portas obiecerunt. similiter Smyrnae, Sardi, Colophonij, Trallianique fecerunt. Peridem tempus in æmulationem Syllæ, Vale. Flaccus consul collega Cinnæ, missus est ut Syllæ succederet. Hic propter auaritiā inuictus exercitui suo, à C. Fimbria legato ipsius, vltima audaciæ homine, occisus est, & imperium

rum ad Fimbriam translatum, qui Fimbria in Asia fuis aliquot copijs Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obfessumque regis filiū non abfuit multum vt caperet: urbem Ilium, quæ se potestati Syllæ referuabat, expugnauit ac deleuit, magnamque partem Asiæ recepit. Interim Sylla Dardanos, Sordiscos, Dalmates & Mesos partim vicit, alios in fidem accepit, intelligens quod L. Cinna, & C. Papyrius Carbo à seipſis confules in biennium creati, bellum contra se pararent. Quo etiam tempore Vale. Flaccus princeps senatus, orationem in senatu habuit, vt legati ad Syllam pro pace mitterentur. quod & factum est, nonnulli etiam dominationem Cinnae & Carbonis fugientes, ad Syllæ castra venere. Superuenit & Metella vxor, nuncios domū & villas ab inimicis incensas. Ad hæc opportunè legati à Mithridate, qui pacem peterent, missi sunt. id adeo Syllæ complacitū est, vt & ipse ad Archelai colloquia venerit, cum quo nō aliter se daturum Sylla pacem, nisi rex relictis ijs locis quæ occupauerat, ad regnum suum redisset, tractauit. postea ad colloquium ambo venerunt. pax inter eos ordinata est, vt Sylla ad bellum ciuile festinans, à tergo periculum non haberet. Mithridates itaque nauibus lxx. traditis, sagittarijsque quingentis, in Pontum enauigauit. Anno vrbs conditæ 676. L. Licinio Lucullo & M. Aurelio Cotta consulibus, mortuus est Nicomedes rex Bithyniæ, & testamento populum Rom. heredem reliquit. Mithridates pace rupta, Bithyniam & Asiam rursus voluit inuadere. aduersus eum ambo confules missi, vt scribit Eutropius, non eandem habebant fortunam. Cotta apud Chalcedonem victus ab eo, in oppidum coactus & obfessus est. Inter hæc Mithridates foedere cum Sertorio isto, in magnam spem peruenit, & cum se Cyzicum transtulisset, vt eo capto Asiam inuaderet, Lucullus ei occurrit, ac dum Mithridates in obsidione Cyzicena moratur, ipse eum à tergo obfedit, fameque, consumpsit, & multis prælijs vicit. Postremo Byzantium, quæ nunc Constantinopolis est, fugauit. nauali quoque prælio duces eius Lucullus oppressit. Ita vna hyeme & estate à Lucullo ad centum ferè millia regis extincta sunt. Anno vrbs Romæ 678. Macedoniam prouinciam M. Lucullus frater accepit, & in Italia bellum commotum est gladiatorum, duce Spartaço, de quo supra dictum est. Lucullus verò post pugnam Cyzicenam & naualem, quibus vicerat Mithridatem, persecutus est eum. Paphlagoniam, Bithyniam & regnum eius inuasit, Sinopen & Amifon ciuitates Ponti nobilissimas cepit. Secundo prælio apud Cabynam ciuitatem, quò ingentes copias ex omni genere adduxerat Mithridates, cum 30. millia lectissima regis, à quinque millibus Romanorum vastata essent, Mithridates fugatus & castra eius direpta sunt. Armenia quoque minor eidem sublata est. Suscepit tamen Mithridates post fugam à Tigraue Armeniæ rege, qui tum ingenti gloria imperabat, Persas sæpe vicerat, Mesopotamiam occupauerat, & Syriam ac Phoenices partem. Ergo Lucullus reperens hostem, fugauit eum, & regnum Tigranis ingressus, Tigranocertam ciuitatem regiam militi diripiendā tradidit. Postquam vna pugna duos potentissimos reges vicit, paruo admodum exercitu ea pugna centum millia hostium & amplius, auctore Plutarcho, cæsa sunt. Inde Sybin profectus, eam quoque ciuitatem cum regis fratre Gura cepit. Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitus parte, vt regiones euictas tuerentur, negligenter & auarè agentes, occasionem iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt, atque ita bellum renouatum est. Lucullo paranti, capta Sybi, contra Persas expeditionem, successor est missus: longè tamen antè Machares filius Mithridatis, Bosphori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus fuit. Lucullum itaque, ne persequeretur Mithridatem & Tigranem reges, summamque victoriæ imponeret, seditio militum tenuit, inquit Liuius, qui sequei nolebant. Laudatus est Lucullus, quod duos florentissimos potentissimosque reges, duabus maximè contrarijs rebus, mora scilicet ac celeritate, vicisset. Demum, quia nullam vacationis spem militibus dabat, de auaritia & ambitione infimulatus, odia eorum contraxit: quæ cum in senatu relata essent, placuit abrogari Lucullo imperium, militesque Pompeium super omnes duces expectabant. Propter quod Lucullus indignatus, spontè ab re publica sese abdicauit, & reliquum vitæ suæ tempus ad literaturam quietemque contulit: opes quas bello quaesierat, parum vtiliter consumpsit, etsi multa literarum librorumque curæ impenderet, nimis tamen delicis inhiabat, quod conijci potest è cõiuiuo Pompeio & Ciceroni ex improviso tanta epularum abundantia instructo, vt mirarentur. Hic Lucullus, vt B. Hieronymus ad Marcellam testatur, cerasum fructum primus ex Ponto Romam detulit, mox totam Italiam repleuit: quin iuuenis Græcis ac Latinis literis operam dabat, ita vt in vtrisque

Pacem Mithridates petiit.

Luculli successus.

Lucullus Mithridatē & Tigranem fugat.

Machares.

Luculli occisum.

Cerasa.

vtrisque posset ornate dicere. scripsit autem Græca oratione Maricum bellum. cætera Plutarchus. Gn. Pompeius ad gerendū bellum aduersus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit, equestri prælio Mithridatem vicit. nam in minori Armenia iuxta montem Distracum, castra regis obsidione conclusit. Rex cum omnibus copijs eruptione per noctem facta, insuper persequentes bello repellere statuit. Pompeius fugientes persequi intendit. Itaque bellum nocte commissum est, luna tunc orta, à tergo Romanis erat, regij longitudine umbrarum proximitatem hostium rati, cuncta in irritum tela fuderunt. Romani veluti inermes postea aggressi, sine labore vicerunt. nanque de exercitu Mithridatis xl. millia cæsa vel capta sunt. Romani vulnerati mille, vix autem xl. interfecti. Rex inter tumultus belli fugapompēius Mithridatē fugat. lapsus, adiutus etiam beneficio subluſtris noctis, euasit: relictusque ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerum vel carminum, ac medicis, solus per deuia equum manu trahens, atque ad omnes nocturnos strepitus trepidans, in quoddam castellum diuertit, atque inde in Armeniam perrexit. Pompeius regem insecutus, inter duo flumina quæ ab vno monte diuersis specubus exoriuntur, hoc est, Euphratem & Araxem, urbem Nicopolim senibus lassus & agris volentibus condidit. Tigrani inde Pompeius bellum intulit, & ille se ei dedit, & in castra Pompeij, xvj. millia ab Artaxata venit. diadema suum cum procubisset ad genua Pompeij, illi tradidit, qui hoc sibi reposuit, & honorificè habitum, regni parte multauit & grãdi pecunia, adempta ei Syria, Phoenice, Sophene, quia bellum sine causa Romanis commouisset. Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit, & eorum regem vicit. postremò per epistolas ac munera rogatus, veniam ei & pacem dedit. Iberiæ quoque regem Artacem vicit acie, & in deditioem accepit, Armeniam minorem Deioraro Galatiæ regi donauit, quia socius belli Mithridatici fuit, Attalo Paphlagoniam reddidit, Aristarchum Colchidi regem imposuit. mox Ituræos & Arabes vicit, & cum venisset in Syriam, Seleuciam vicinam Antiochiæ ciuitatem, libertate donauit, quod Tigranem non recepit. Inde Pompeij ad Iudæam transgressus, Hierosolymam caput gentis obfedit, quam vix tertio mense expugnauit. discordante in ea populo, xiiij. millia Iudæorum occisa sunt, muros eueritiæque solo imperauit, cuius circuitus quatuor millium passuum fertur fuisse. Cumque aliquantos principes Iudæorum securi percussisset, Hyrcano sacerdotium restituit, Aristobulum captiuum cum duobus filijs abduxit. de hoc in principio generationis. Interea Mithridates cum fugeret, non multò post suis grauis fuit, & cum in plures amicos, necnon Exipodrum ac Macharem filios sequeisset crudeliter, Pharnaces alter filius exemplo fratrum territus, exercitum patris ad persequendū sese missum, sibi conciliauit, qui ad patrem ductus, eum in regia obfedit, vbi Mithridates diu filiū ex altissimo muro deprecatus frustra, vbi inexorabilè vidit, ita ferrus exclamasse: Quoniam Pharnaces, inquit, mori me iubet, vos si estis dii patrij, precor vt quandoque hanc vocem ipse audiat à liberis suis. Statimque descendens ad vxorem, pellices & filias, suas, venenum omnibus dedit, quod cum ipse nouissimus hausisset, nec tamè propter remedia quibus se præmunierat, veneno confici posset, Gallum quendam militem inuitauit, eique iugulum præbuit, & sic periit apud Bosphorum, vir ingentis animi. Regnauit annis lx. vixit 72. contra Romanos bella habuit circiter annos xl. Ferunt hunc duas & viginti linguas, tot enim nationibus imperauit, notas habuisse, vt qua quisque lingua cum postulasset, eadem sibi ius redderet. sanguinolētus erat. nam matrem, fratrem & tres impuberes filios, totidemque filias interfecit. statura ingenti fuit, firmaque semper ac optima valetudine, & cum literis Græcis instructus esset, musicæ operam dabat: sobrietate eximia, laborumque patientissimus, solis mulierum illecebris tantus vir fuit fractus. Pompeius mortem Mithridatis dum apud Hierosolymam ageret, percipiens, cum iam in Oriente cum xxij. regibus, quorum omnium victor existens pugnasset, reuersus est Romam, & cum ingenti gloria triumphatus, in quo quidem triumpho translata fuit primum statua argentea Pharnacis Ponti regis, & Mithridatis patri, necnon & currus aurei & argentei: in eo quoque triumpho tulit Pompeius alueum aureum cum gemmis duabus, & lunam auream pondo xxx. lectos trilineares tres, vasa ex auro & gemmis abacorum nouem, signa aurea tria, myrrhina tria, coronas ex margaritis 33. montem aureum quadratum cum ceruis, leonibus & pomis omnis generis, & menſas ex margaritis. Hæc omnia Pompeij victoria in urbem aduexit. Fuerunt etiã in eo triumpho regiones, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia, & hi qui circa Phœnicen

Phœnicen & Palæstinam incolunt, Iudæi quoque & Arabes, & cæteri quotquot terra marivæ ab ipso debellati fuerant. Inter hæc notabantur castella mille capta, civitates ferme nongentæ. In eo quoque triumpho captivi ducti sunt post piratarum principes, Tigranis filius cum vxore filiaque, rex Iudæorum Aristobulus, Mithridatis soror cum quinque filijs, Scytharum multæ mulieres, Albanorum & Iberorum ac regis Comagenorum obsides ducti. Gesta sunt hæc, Junio Syllano & L. Muræna consulis, anno ab vrbe condita 690. Sic Pompeio duce, inquit Florus, populus Ro. totam qua latissima est, Asiam peruagatus, contra xxij. orientis reges feliciter pugna, quam extremam imperij habebat provinciam, mediam fecit: exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, & Indis qui adhuc nos non nouerant, omnis Asia inter mare rubrum & Caspium & Oceanum Pompeianis domita vel oppressa signis tenebatur. cætera in posteriora tempora referas, hæc enim multa quoque anticipatione narrata sunt. Hoc decrat vnum populi Ro. malis, iam vt ipse intra se parricidiale bellum domi stringeret, & medio foro quasi in arena concurreret. quod tribus, vt sic dixerim, inquit Florus, sideribus agitatum est: primo & leui, tumulto maiore quam bello, mox atrocius per totius viscera senatus grassante victoria, vltimum nõ ciuicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est. Initium & causa belli, inexplabilis honorũ Marij fames, dum decretam Syllæ provinciam Sulpitia lege sollicitat. Anno sanè ab vrbe condita 662. in principio huius generationis, cum Pub. Sulpitius tribunus plebis, authore C. Mario perniciosas leges promulgasset, vt exules reuocarentur, & noui ciues libertiniquæ distribuerentur in Tribus, secundum Liuium, vt Marius aduersus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, & aduersantibus consulis Pompeio & L. Syllæ vim intulisset, occisoque Pompeij consulis filio genero Syllæ, L. Syllæ cui antea decreta provincia erat, impatiens iniuriæ, statim legiones circumegit, & dilato Mithridarico, ciuilibus belli initium fecit. Constat autem, Marium obscuro genere fuisse natum: patrem ac matrem mechanicos habuit. In villa Arpinati educatus, ab vrbis moribus alienus, in urbem proficiscens aliquando, studia illius degustauit. Fertur neque literas Græcas didicisse, neque Græcis præceptoribus vti voluisse, tanquam ridiculum esset literis, quarum magistri alij seruirent, operam impendere. primum in Hispania militabat, nam durum & bellicosum animum illi natura effinxerat. Scipione Africano Numantiã obsidente, hostem bellicosum ante ora imperatoris interfecit. Is cum egregia forma virum apud se recepit, & corruptum ob delicias, rei militaris cura emendauit. Et quum post cenã sermo de imperatoribus haberetur, quidam vel serio vel ioco Scipionem interrogat, quem post se populus Romanus ducem habiturus esset, ille leuiter percussio Marij humero, hunc, inquit, virum sanè præstantem: qua voce ferunt Marium in magnam spem erectũ, & tribunatum post cura Metelli fuisse sortitũ. Ipse enim & pater eius in domo Cæcilij Metelli ministri fuerat. Inde prætor factus, & post præturam vltiorem Hispaniam sorte affectam, prædonibus liberavit. erat eloquens, affabilis, & plebi acceptus, ex quo breui clarissimas sibi nuptias comparauit. Postquam autem Cæcilij Metelli aduersus Iugurtham factus est consul, prætorum Marium in Libyam legatũ adduxit, vbi nullum laborem fugiens, breui sibi à militibus multum beneuolentiæ comparauit. Et factum est quod repente nomen eius & gloria per Libyam Romamque discurreret. nunciabant enim milites Ro. nunquam finem habitura bella contra barbaros, nisi C. Marium consulem crearent. qua re vehementer angebatur Metellus. sed eo etiam ægrefere, successor Metelli est declaratus. Iugurtham vicit, & de eo triumphauit. Quemadmodum verò Cimbro & Teutonas profligauerit, & quoties consulatum gesserit, dictum est. Vnde quinquies consul factus, sextum exoptauit, suscepitque, obsequijs populi beneuolentiam captans. nam populus Ro. eum postquam Cimbro vicit, Marium Romanæ vrbis tertium conditorem appellauit. Ab eo tempore omnibus optimatibus sese opposuit, & multa minùs æqua faciebat. Tandem pro ætate minùs idoneus, magistratum deposuit: sed per factiosos homines & maximè Sulpitium, præter omnium opinionem, pro consul contra Mithridatem declaratus est, ex quo populus in duas partes diuisus, pars Syllam, pars Marium sequebatur. L. Sylla patricia procreatus est familia, haud diues erat ab initio. de eo scribit Valerius, quod vsque ad questuræ suæ comitia vitam libidine, vino, ludicræ artis amore inquinatam perduxerit. Quapropter C. Marius consul contra Iugurtham factus, molestè tulisse fertur, quod sibi asperrium in Africa bellum gerenti, tam delicatus quæstor obuenerat. Subiungit, quod eiusdem

Horũ cõsulũ annũ incediã fecit
est cõsulatũ
Cicerõis. fu
itque lx. an
te Christi
nauitatem.

Bellũ ciuile
Marianum.

Marij ortus
& ingeniũ.

Syllæ descen
ptio.

eiusdem virtus, quasi ruptis nequitia claustris, catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compefcuit, socialis belli iustus repressit, Cinnæ dominationem fregit, eumque qui se in Africa fastidierat, illam provinciam proscriptum petere coegit. Quæstor in Africa non solum spectatum se exercitui præbuit, verum etiam Bocchum regem Numidarum integra amicitia sibi deuinxit. Ipsius nanque legatos à latronibus interceptos liberavit, & eos comætu adiutos remisit. Paulò post Iugurtha ferè profligatus, cum ad Bocchum regem fœderum confugeret, ille diffusus rebus suis, precium fœderis ac amicitia Iugurtham facere cogitauit, admonitumque Syllam facit: ea re Mario communicata, Sylla parua militum manu discrimen adiit, fidem Boccho adhibens, qui Iugurtham vinctum Syllæ tradidit, ex quo negotio Marius triumphum egit. quare cum Syllæ tam præclari facinoris gloria diminueretur, Sylla in annulo insculptam rei gestæ imaginem circumtulit. Erat autem sculptus Bocchus qui Iugurtham traderet, Sylla qui susciperet. Hæc Mario tristitiam afferebant. nihilominus Marius secundo consulatu obstrenuitatem Syllam legatum habuit, tertio consulatu tribunum militum fecit. multa præclara facinora egisset, nisi odium Marij declinasset. Aliquando ingruente comætu inopia, Sylla curam suscipiens, Syllæ gesta. progrediens tantam copiam comparauit, vt milites Catuli abundantia agitarentur, & insuper Marianis exhiberent, qua re Marium maximè affecit. omitto quæ in sociali bello Sylla fortiter egerit. In Cappadociam verò missus, cum nullum antea Romani & Parthi commercium habuissent, Parthi amicitiam petentes, ad ipsum tanquam Romanum principem, congressum habuerunt. Ibi Chalcedonensis quidam vultum Syllæ contemplatus, dixisse fertur: Necessè est hunc maximum fieri virum, & cunctorum facile primum. Vnde aucta est viri fama. Ipse Mithridaticum postea bellum decretum. Igitur factus consul, contra Mithridatem in Asiam, vt antea disposuerat, profecturus, audita Sulpitij atque Marij audacia commotus, cum exercitum adhuc teneret in Campania, copias ad urbem duxit, antequæ urbem cum quatuor legionibus consedit, legatum Marij Gratidium quasi primam victimam belli ciuilibus occidit, mox urbem cum exercitu irrupit, & contra Marium ac Sulpitium dimicans, Sulpitium occidit, facem ad inflammandam urbem poposcit. Omnibus metu abditis, per sacram viam cito agmine in forum venit. Marius cum permouere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem deinde ordinem perarmare aduersus Syllam frustra tentasset, postremò seruis libertatis & prædæ ad arma sollicitatis, nequicquam repugnare ausus, tandem in Capitolium concessit. Sed eum eò Syllanæ cohortes irrupissent, magna suorum cæde diffugit. Ibi Sulpitius, ait Orosius, Marij collega, seruo suo prode, prostratus est. consules autem seruum ipsum, quod hostem indicauerat, manumitti: quod verò dominum prodiderat, saxo Tarpeio deijci decreuerunt. Marius fugiens, cum persequentium instantia circumseptus esset, in Minturnensium paludibus sese abdidit, de quibus luto oblitus ignominiosè protractus, turpi spectaculo Minturnas deductus, contrusus est in carcerem: & cum ad occidentum eum missus Gallus esset, maiestate tanti viri perterritus recessit. Recedente Sylla ab vrbe, L. Cornelius Cinna cum perniciosas leges de reuocatione exulũ per vim ferret, expulsus est vrbe ab Octauiõ collega, imperium ei abrogatum, exercitũ Claudivij ipse in potestatem suam redegit. Vrbi bellum intulit, accersito ex Africa C. Mario, cui tres legiones datæ sunt, copiarum pars Carboni, pars Sertorio cessit, reliquæ Cinnam sequebantur. Pompeius à senatu cum exercitu accersitus, Octauiõ consuli se iunxit, cum Sertorio infeliciter confixit, sexcenti ab vtraque parte milites trucidati sunt. Postero die cum permixta corpora ad sepulturam deferrentur, miles Pompeianus fratris sui quem ipse interfecerat, corpus agnouit in furore minimè cognitum. Itaque victor victo infelicior, vbi fratris corpus agnouit, ilico pectus suum gladio transuerberans, simulque lachrymas & sanguinem fundens, in caduere fratris periit. Interim Marius Ostiam coloniam ingreditur. tum xj. millia de castris Pompeij absumpsit pestis. Marius Antium & Arriam hostiliter irrupit. Tandem Cinna & Marius urbem ingressi, ea m cædibus & rapinis vastabant. hæc dum manus Octauij cõsulis depulsa Ianiculo est, statim ad principũ cædem signo dato, aliquanto sauius, ait Florus, quam aut in Punica, aut in Cimbrica vrbe sæuitur. Octauij consulis caput pro rostris, id est, in foro exponitur: Antonij consularis viri, in Marij ipsius mensa offertur. Cæsar & Fimbria in penatibus domorum suarum trucidantur: Crassi, pater & filius, in mutuo alter alterius adpectu. Bebiũ atque Numitorij per mediũ

Syllæ frater
ptio in vrbe
bem.

Territ⁹ ma
iestate Ma
rij Gallus.

Cinnæ co
natus.

Fratris cæ
des, sui nec
vindicta.

forum vnci traxere carnificum. Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit. Merulea flamen dialis in Capitolio Iouis ipsius oculos venarum cruore resperfit. Arquarius, ipso vidente Mario, confossus est, quia manum non porregerat salutanti. Igitur Marius cum interfectorum civium capita illata conuiujs, oblata capitolio, collocata pro rostris ad spectaculum ornatumque congereret, septimum consulatum cum Cinna peruasit. Iam Sylla cum Mithridatem ad Euxinum Pontum fugere compulisset, Romam repetebat. huiusmodi nouis exagratatus est adeo Marius, ut dolore obijisse putetur, duos de lxx. annos natus, in exordio septimi consulatus. Cinna bonorum neces, malorum caede suppleuit. nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis praedandi esset, nullamque partem authoribus praedae consulis ministraret, in forum quasi stipendij causa sollicitata, militibusque circumdata, inermis extincta est. caesa sunt illa die in foro urbis octo millia fugitiuorum. Paulò post Cinna ab exercitu suo, quem inuitum coegit nauces conscendere, & aduersus Syllam proficisci, interemptus est. consulatum tum Carbo solus gessit.

Marij & Cinnae interitus.

Interea residui senatorum, qui potentiam Cinnae, Marij crudelitatem, insaniam Fimbriae, Sertorijque audaciam fuga euaserant, transfuetti in Graeciam, coegere precibus Syllam, ut periclitanti, immo iam penè perditae patriae opem ferret. aderat & vxor & filius, qui domo Syllae à Marianis euerfa, vix fuga salutem quaesierant. Fuerunt autem tres Marij, C. Marius pater, C. Marius filius eiusdem, & M. Marius. De primo dictum est, de duobus in sequentibus dicitur. Sylla igitur cum esset rogatus à senatu, quòd ad saluandam patriam reuenteretur propter tyrannidem istam, fururum se aiebat in potestate senatus, si ciues restituti, à Cinna pulsi, ad se confugiant. Quae conditio cum iusta senatui videretur, propter Carbonem factionemque eius, cui bellum videbatur vtilius, ne conuenirent, effectum est. Idem Carbo cum ab omnibus oppidis Italiae obsides exigere vellet, ut fidem illorum contra Syllam obligaret, consensu senatus prohibitus est. Igitur Sylla mox ut Campanum litus attigit, Norbanum consulem collegam C. Marij iunioris praelio oppressit. septem millia tunc Romanorum Romani interfecerunt, sex millia capta sunt, 124. solum de Syllanis ceciderunt.

Marij.

Carbo consul.

Fuluius Adrianus feruili perfidia fautor.

Fuluius verò Adrianus, cui imperium pro praetore erat, regnum Africae eodem tempore feruorum manu affectans, à dominis apud Vticam, congestis sarcamentis, cum omni familia incensus est. Damasippus praetor, incensore Mario consule, in vrbe Q. Scaeuolam, C. Carbonem, L. Domitium, & Pub. Antistium in curiam quasi ad consultandum vocatos, crudelissime occidit: corpora interfectorum per carnifices vncò tracta, in Tiberim missa sunt. T. Liuius scribit, cum à Marianis vrbs adhuc teneretur, Damasippus praetor ex voluntate C. Marij consulis, omnem quae in vrbe erat, nobilitatem trucidauit. Sylla deinde ad Scipionem Marianae partis conuersus, id egit, ut pacem secum faceret, nec potuit. Cum autem castra ipsius oppugnaturus esset, vniuersus exercitus consulis, scilicet Scipionis, sollicitatus per emissos per Syllam milites, signa ad Syllam transtulit, & Scipio cum interim potuit, dimissus est. Gn. Pompeius Gnei filius, eius qui Asculum cepit, conscripto quidem voluntario exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserere vrbe, ad castra veniret. Ad haec Sylla cum Italicis populis, ne timeretur ab his, velut erepturus ciuitatem, foedus percussit. Inter haec Damasippus nobilitatem in vrbe trucidauit. Sylla ad vrbe contra Marium iuniorem, filium Marij defuncti, dimicauit, & xv. millibus occisis, quadringentos de suis perdidit. Deinde ad portam Collinam signa contulit, & 80000. occidit, recuperataque Repub. pulcherrimam victoriam crudelitate quantam in nullo vnquam homine fuit, inquinauit. mox enim vrbe ingressus, tria millia hominum contra fidem inermes peremit. Orofius scribit, quòd Sylla ingrediens vrbe victor, tria millia hominum qui se per legatos dederant, contra fas contraque fidem datam inermes peremit. Plurimi tunc, non solum innocentes, sed etiam Syllanae partis, occisi sunt, quos fuisse plus quam nouem millia ferunt: ita liberè per vrbe caedes, percussoribus passim vagantibus, ut quenque vel ira vel praeda sollicitabat, agitabantur. Cumque magna crudelitate aduersus fontes infantesque fauaret, Q. Catulus palam Syllae dixit: Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tunc Sylla, auctore L. Furfidio, primus infamem istam tabulam proscRIPTIONIS induxit. Prima proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quatuor viri consulares erant, Carbo, Marius, Norbanus & Scipio

Nobilitas apud Syllam.

pio. Inter eos Sertorius tunc maxime pertimescendus. Item alia proscritio cum quingentis nominibus proposita, quam cum Lolius nihil sibi conscius legeret, vbi suum nomen offendit, trepidus se ad aperto capite foro dum subtrahit, interfectus est. Sed ne in ipsis quidem tabulis fides ac finis malorum videbatur. Nanque aliquos quos non scripserant, iugulabant: alios autem postquam iugulauerant, proscribebant: nec ipsius mortis erat via simplex aut vna conditio, ut in nece civium saltem ius hostium seruaretur, qui nihil à victis praeter vitam exigunt. M. Marium de caprili casa extractum, vinciri Sylla iussit, ductumque trans Tiberim, effossis oculis membrisque contractis, trucidari mandauit. Post huc Pub. Lectorius senator & Venuleius triumphator occisi, M. Marij caput Praeneste est missum: quo viso, C. Marius vltima desperatione correptus, vbi à Lucretio obsidebatur, ne incideret in manus inimicorum, cum Tefesino fugae comite stricto vtrinque gladio occurrit, quem cum Marius occidisset, saucius à seruo impetrauit ut se occideret. Carinatem praetorem Romanum Sylla iugulari iussit. Interea Pompeius partium Syllae, Carbonem volentem de Corcyra fugere in Aegyptum, ad se in Siciliam retraxit, vbi cum pluribus occidit. Narrat Valerius, quòd Sylla crudeliter totam vrbe & omnes Italiae partes sanguine civili inundauit: quatuor enim legiones contrariae partis, fidem suam secutas, id est, confidentes de impunitate quam eis promiserat, frustra misericordiam implorantes, occidi iussit, & lacerata corpora in Tiberim sunt proiecta. Quingue millia Praenestinarum spe salutis eis data, extra moenia municipij euocata, cum se abiectis armis humi prostrauissent, interfici & eorum corpora per agros spargi mandauit. Causa huius fuit, quia in Praenestina ciuitate tenuit se Marius iunior contra Syllam. Duae etiam ciuitates in Hispania per Syllanos destructae sunt, quia fauerant Marianis. Florus etiam narrat de Sulmone ciuitate antiqua, quòd eius ciuibus interfectis, iusserit ciuitatem deleri. Sylla inter haec dictator factus est, & quod nemo quidem vnquam fecerat, cum fascibus 24. processit, rebusque nouis statum Reipub. confirmauit. Tribunorum plebis potestatem minuit, & omne ius legum ferendarum eis ademit, pontificum augurumque collegium ampliauit, ut essent xv. Senatuum ex equestri ordine suppleuit, proscritorum liberis ius petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit, ex quibus primò multa rapuit, redactum est sestertium ter milles quingentesque. Lucretium Offellam consulatum contra voluntatem suam petere ausum, iussit interim in foro, & cum indignè ferret populus Rom. concione vocata, se iussisse dixit. Deinde Gn. Norbanus proscritus, cum comprehenderetur, seipsum interemit. Metellus ex proscritis vnus, clam capite ad aperto ad posticum adis vxoris, Bastiae dictae, cum accessisset, admissus minimè est, quòd se proscritum diceret. Itaque se transfodit, & sanguine suo fores resperfit. Pompeius in Africam transgressus, eruptione circa Vticam facta, decem & nouem millia hominum interfecit. Domitius dux Marianus, dum inter primores pugnat, occisus est. Satis concordat Orofius: Hunc finem habuerunt duo bella funestissima: Italicum, quod & sociale dictum est, & ciuile: quae ambo tracta sunt per annos decem. Consumpsere autem vltra centum quinquaginta virorum millia, consulares 23. praetores septem, aediles sexaginta, senatores ferè ducentos. Sylla verò cum diu grassatus esset, necis atque vitae exercens potestatem, auferebat conferebatque regna, & quid collibuisse, faciebat: seque Cornelium Syllam Felicem scribebat. Tandem mirabile dictu, non gestis, sed felicitati fidem praestabat, & post tot ab eo peremptos, cum rerum innouatio ac permutatio in vrbe fieret, sese magistratu abdicauit, & consularibus comitijs in populi potestate constitutis, nec ipse prorsus accessit, volentibus corpus exposuit, & vti priuatus medio versabatur in foro, ipse quoque ex vniuersis fortunis Herculi decimam sacrificabat. opipara conuiuia populo fecit, ac spectacula edidit. Praeterea Sylla non modò suum prauidit interitum, verum etiam quodammodo cum scriptis commendauit. Nam 22. commentariorum libro biduo antequam mortuus est, scribendi finem fecit, vbi Chaldaeos sibi praedixisse affirmat, quòd ei cum beatè vixisset, in ipso felicitatis vigore moriendum esset. De eius verò morte scribit Valerius lib. ix. Cum pecunia à decurionibus ad refectioem Capitolij Puteolis promissa, cunctatius daretur, animi concitatione nimia & immoderato vocis impetu cruori commixtum spiritum euomuit. Dubium igitur est, Syllae ne prior, an iracundia Syllae, extincta sit. Orofius nihil aliud scribit, quam quòd creatus Pub. Scruillio & * Oppio Claudio consulibus, L. Sylla est priuatus. quod intelligo, ut dictum est,

Tabulae Syllae proscritorum.

C. Marij iunioris mors

Carbo.

Sylla dictator.

Mors Syllae.

Ciuile bellum sub Lepido.

Sertorij indoles.

Sertorij victoriz.

*Calagurā,

Sertorij incertus.

est, decessit. itaque & honos eia senatu habitus est, vt in campo Martio vbi reges duntaxat funerari confueuerunt, sepeliretur. Defuncto Sylla, M. Lepido & Q. Catulo consulibus, ciuile bellum penè extinctum reaccenditur. cupidus nanque nouarum rerum (inquit Florus) consul Lepidus, acta Syllæ rescindere parabat, sed non potuit sine magna clade reipublicæ fieri. Cùm damnatorum bona ciuium, licèt malè, aurore Sylla, capta essent, tamen repetitio eorum proculdubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi agræ sauciaque reipub. requiescere quomodocunq; ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. ergo cùm turbidis concionibus ciuitatem terruisset, profectus in Hetruriam, arma inde & exercitum vrbi admoerat. sed iam Milulum pontem collemque Ianiculum Lutatius Catulus eius collega, necnon Pompeius alio exercitu infederant, à quibus impetu primo retro pulsus, hostis à senatu est iudicatus: Sardiniam, amissa Italia, fugit, vbi morbo interiit. Scipio ipse Lepidi filius, captus atque occisus fuit. Brutus verò Lepidi socius, in cisalpinam Galliam fugiens, persequente Pompeio, non longè à Mutina vrbe interfectus est. ita bellum hoc euanuit. Cæterum, inquit Plutarchus, Sertorius qui tum Hispaniam tenebat, Lepido dissimilis ac timendus Romano pop. hostis erigitur. Fuit Sertorius patricius Romanus, ex Miria Sabinorum vrbe ortus, in ciuili bello Marianis partibus fauit, & Syllam fugiens ex Africa dilapsus, Hispaniam contra Romanos excitauit. prima eius militia sub Cæpione contra Cimbros fuit, vbi cùm à Romanis malè pugnatum esset, equo amisso, vulneratus etiam Rhodanum fluuium cum thorace & scuto per aduersos fluctus natādo traiecit. Tandem in militia alterum amisit oculum, de quo etiam gloriari solebat, quasi suæ virtutis testimonia semper secum ferret, cùm alij torques, hastas & coronas domi relinquerēt. Demum cùm Sylla rerum potitus esset, & ex Africa Sertorius fugisset in Hispaniam, aliās Iberiam; Paccianus quidam à Sylla eò mittitur cum exercitu, quem Sertorius non solum necauit, verum etiam omnem eius exercitum cepit, Tigenamque oppidum expugnauit. Fertur Sertorius neque voluntate, neque metu vnquam potuisse superari, eo quòd fortissimus in aduersis, & modestus in secundis semper extiterit. In improuisis verò casibus ira constans & audax, vt omnes sui temporis duces anteiret: in cunctis verò quæ vel ingenio vel astu conficiuntur, profundissimus artifex fuit. Quibus rebus præstans, à Lusitanis dux eligitur: & cum septem millibus ac quingentis, aduersus quatuor Romanos duces bellum gessit, quos omnes Sertorius partim occidit, partim profligauit. Metellum virum amplissimum, qui tunc ob senectæ grauitatem pigrius pugnandi occasionem cōosequebatur, insidijs ac incursionibus inquietabat. Vnde Pompeius cùm adhuc quæstor esset, cum imperio consulari aduersus eum missus est, quo tempore Sertorius aliquas vrbes expugnauit, plurimasque ciuitates in potestatem suam redegit. Pompeius cum Sertorio dubio euentu pugnauit, qui deinde Metellum & Pompeium cum duobus exercitibus prælio fudit. Obsessus deinde Sertorius apud * Calagurā, assiduis eruptionibus non leuiores damna obsidentibus tulit. paulò post crudeliter in suos agens, plurimos amicorum & secum proscriptorum crimine prodicionis insimulatos interemit. Tandem Metellum ac Pompeium commeatu prohibens, vndique regionem depopulatus est. præterea quòd mari esset potentior, vtrunque coegit ea parte Hispaniæ quam obtinebat, excedere, & diuersas regiones petere, Metellum vltiorem Hispaniam, Pompeium Galliam. Verum vt primùm spes magna affulsit, metusque abscessit, inuidia aduersus illum suorum inuasit animos. Ante omnes Perpenna nobilitate familiæ & ingenij varietate principatum affectans, Quis, inquit, dæmon suavit, ne dominanti Syllæ domi manentes pareremus, cùm huc profecti voluntariè seruiamus, & Sertorij exilij participes nos faciamus? Induxit nonnullos alios Sertorio infensos. igitur à M. Antonio Perpenna & alijs coniuratis in conuiuio Sertorius interfectus est, decimo ducatus sui anno, magnus dux & aduersus duos imperatores sæpe par, aut frequentius victor, ad vltimum desertus & proditus periit. Magnanimitatis verò Sertorij id fuit, quòd pulsos ex vrbe senatorios viros, qui penes eum degebant, senatum nuncupabat, duces & quæstos ex eis legebat, patrijsque legibus cuncta administrabat, magistratus omnes ex Romanis creabat, quasi non Iberos contra populum Rom. aueret, sed libertatem populi Rom. afferere vellet. Etenim, vt Plutarchus ait, Sertorius erat patriæ amator, affectusque ad reditum, sed in aduersis durisq; temporibus fortem se præstabat, in victorijs ad Pompeiū Metellumque mittebat, se paratum offerens, depositis armis, priuatum in vrbe redire velle,

velle, si permittatur: malle enim se Romæ ignobilissimum ciuem, quàm exulē, omnium aliarum ciuitatum imperatorem appellari. Occiso Sertorio, maxima Iberiæ pars Pompeio atque Metello sese tradidit, eos qui manserunt, Perpenna suscipiens, aduersus inimicos bellum gerere adortus est, in quo statim suā experientiam dedit, vt viri nec ad parendum, nec ad imperandum apti. Nam frater Sertorij apparatibus, aduersus Pompeium congressus, breui superatus est & captus. Is cùm haberet Sertorij literas, Pompeio promisit virosum consularium & qui plurimum Romæ poterant, epistolas propria manu scriptas, per quas Sertoriū in Italiam vocabant, ostensurum. Sed Pompeius vri prudens, literas nec legere voluit, nec legi cuiquam permisit, sed ipsas omnes in vnum collectas cremauit. Quo facto, multos ciues periculo, & magnis malis patriam liberauit. Perpennam insuper statim occidit, veritus ne vulgaris quorundam nominibus, turbationes & scandala orirentur. Reliquorum verò qui Sertorianæ necis conscij erant, alij ad Pompeium deducti maectati sunt, alij in Libya interfecti, nec quisquam euasit præter vnum Aufidium, qui in villa quadam Barbariæ inuisus consenuit. Republicam Romanam L. Catilina inuadere statuit olympiade 579. anno 18. regni Ptolemæi Dionysij. erat is nobilis genere, magna animi & corporis vi, sed ingenio prauo, cui ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordiæ ciuiles, gratissimæ fuere: ibi iuuenturem suam exercere studuit, cùm esset animo audax, subdolos, varius, cuiuslibet simulator ac dissimulator, & omnium facinosissimorum dux. Quibus frater, ad opprimendam remp. consilium cepit, si consularum assequeretur. erat autem deuinctus amore Aureliæ Orestillæ. cùm verò vnum impedimētum videret, quo minùs ea sibi nuptijs iungeretur, filium suum proprium, quem & solum ætate puberem habebat, veneno sustulit. Cùm ergo viriosis esset moribus, & multo ære alieno grauatius, dominandi eum tanta libido inuasit, quòd nihil nefas esse putauit dum assequeretur intentum. vnde facta coniuratio est multorum, quos ditare promiserat ex cæde & rapinis. L. Catilina bis repulsam in petitione consularatus passus, cum Lentulo prætor, Cethego & pluribus, coniurauit de cæde consulum & senatus, incendijs vrbs & opprimenda repub. Erat & occasio, quòd in extremis finibus mundi Rom. arma peregrinabantur. socij erant senatorij ordinis, P. Lentulus Sura, P. Antonius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. Seruius, Syllæ Seruij filius, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius. præterea ex equestri ordine M. Fuluius, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius, ad hæc multi ex municipijs domi nobiles. additum est pignus coniurationis sanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere ausi fuere. Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniuratio in Ciceronem & Antonium consules incidisset, quorum alter industria rem perfecit, alter manu oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emerit vilissimum scortum. Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans, ad præstitutum. à Catilina diem, in vrbe tota * vires, faces, tela disposuit: nec ciuili conspiratione contentus, legatos Allobrogum qui tum fortè aderant, in arma sollicitat: & isset vltra alpes furor, nisi altera prodicione Vulturij literæ interceptæ fuissent. statim tunc Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus, palam prætor Lentulus conuincitur in senatu. de supplicio agentibus, Cæsar parcendum dignitati, Cato animaduertendum pro scelere censebat, quā sententiā secutis omnibus, in carcere parricidæ strangulantur. Quauis autem parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina non destitit, sed infestis ab Hetruria signis patriam petens, obuio Antonij exercitu opprimitur. quàm atrociter dimicatum sit, exitu patet, quòd nemo hostium bello superuit, quem quis in pugnando ceperat locum, amissa anima tenebat. Catilina longè à suis inter hostium cadauera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset. Hanc historiam Salustius elegantissimè descripsit. Iam penè toto orbe pacato, maius erat imperium, quàm vt vllis externis viribus extinguī possēt. Post Syllanas autem & Marianas in Italia tempestates, Cæsaris atque Pompeij furor vrbe, Italiam, gentes, nationes, totum denique Rom. imperium corripuit, adeò vt non tantum ciuile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, immo potiùs commune quoddam ex omnibus, plùs quàm bellum. Quippe si duces eius inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc xj. legiones, inde 18. flos omnis & robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanicique delectus, inde Deiotarus, Ario-

Sertorij in patriam peras. Perpenna.

Pompeij magnifici facinus.

L. Catilina.

* viros.

Catilina cædes.

Belli ciuilis femina.

Ariobarzanes, Tarchon, * Demores Corinthius, omnis Thraciæ, Cappadociæ, Cili-
ciæ, Macedonia, Græciæ, Italiæ, totiusque robur Orientis: si morâ belli, quatuor an-
nis: si locum, intra Italiâ: inde in Galliam & Hispaniam deflexit, rursus ab Occasu to-
tis viribus in Epiro Thessaliâque confedit, hinc in Aegyptum subitò transiit, inde re-
spexit Asiam, Africâque incubuit, postremò in Hispaniam remigravit. Quæ verò
tanti belli seminaria fuerint, tunc intelligemus, cum vtriusque viri genus ac gesta per-
spicimus. Pompeius sanè Pompeij Strabonis filius, qui fulmine ictus est, qui Roma-
nis erat odiosus maximè. Illo verò nemo, ut ait Plutarchus, populi benevolentia aut
citiùs inceptam, aut validiorem in rebus lætis, aut in labentibus diuturniorè, Roma-
norum habuit. aderat Pompeio armorum peritia, linguæ persuasio, morum fides &
conueniendi modestia, vnde absque tristitia neminem rogauit, absque alacritate nul-
li obsecutus est. Cùm iuuenili florere ætate, extemplo mores & verendi & regij elu-
xere, nisi ipsius coma paululum protensa, oculorum lineamentis ac lenitate, ad si-
mulacra regis Alexandri accedebat, vnde Alexandri nomen plerique ei addiderunt.
Adolescens adhuc sub patre militans, qui aduersus Cinna duxit exercitum, L. Te-
rentium comitem habuit, qui pecunia accepta, Pompeium interfectorus erat, cuius
rei indicium cùm haberet, nil exterritus, sed conuincio expleto, clam se subripuit, &
cum patre accubuit. Terentius ense stricto Pompeij cubiculum intrans, frustra quàm
plures adigit ictus. fit tum ultus maximus propter Pompeium, at Pompeius in mediū
se ingerens, illa chrymâsque, furori finem dedit. Defuncto Strabone patre, postquam
Antistiam Antistij prætoris filiam duxit, ad exercitum Cinna profectus, ex illato sibi
crimine, licet falso, metu actus, clam inde abscessit: & cùm in exercitu non esset, per-
crebuit adolescentem à Cinna esse occisum. Quare qui veteri odio in Cinna æstu-
abant, impetum in eum fecere. diffugiens, captus à quodam, ante genua ipsius perse-
cutoris procubuit, bullamque magni precij obtulit: sed ille insolenter, Non, inquit,
venio fidei iussorem obsignaturus, sed de sceltrato tyranno iudicaturus. moxque
eum trucidauit. Pompeius 23. annum agens, prætor à nullo designatus, in Auximo
ciuitate seipsum in subellia medio foro constituit: parua mora legiones tres com-
parauit, cum quibus ad Syllam contendit. Tum contra Pompeium tres simul du-
ces, simulque hostes insurgunt, Carinnas, Cælius, Brutusque, qui tripartito agmine
Pompeium aggrediuntur. Ipse aduersus Brutum copias ducens, eum in fugam ver-
tit: ob hoc ducibus in seditionem versis, quò fors dedit, abierunt. Deinde cùm Sci-
pio, qui tum erat consul, Pompeium adoriretur, antequam phalanges sub ictum te-
lorum essent, milites Scipionis, Pompeianis salutatis, à duce defecerunt, Scipio ipse
fugam arripuit. Quæ cùm accepisset Sylla, ad Pompeium contendit, cuius milites
videns ad stare, ob victorias elatos hilaresque, ex equo exiliens, & imperator de mo-
re appellatus, Pompeium & ipse imperatorem contra salutauit, præter omnium
spem, ut viro iuueni & nondum in senatum admisso, id nomen à Sylla communi-
cetur, pro quo cum Marijs certauerat. His tamen Pompeius nihil elatus, sed con-
fessum in Cæliberiam mittitur: ibi egregiè se habuit, ac præclaris gestis florere co-
pit. Cùm ergo vicisset Sylla Italiam, ac dictator fuisset appellatus, ceteros præfectos
insignit meritis: Pompeij verò virtutem admiratus, affinitate eum sibi iungere cu-
rauit. Antistia dimissa, Aemiliam priuignam vxorem dedit. hoc repudium cùm An-
tistia mater agnouisset, mortè sibi consciuit. Carbone cum classe instructo, & Do-
mitio Africam irruente, alijsque præclaris viris à Sylla proscriptis, Pompeius ad
eos motus comprimendos missus est, ex quo mox in Sicilia Perpenna cessit. Pom-
peius ciuitates afflictas ad se recepit, easque omnes præter Messanam clementissimè
habuit. Pompeius Carbonem captum, vinctum duxit in medium, virum triplici con-
sulatu insignem, eumque pro tribunali sedens damnauit: deinde procùl abductum,
fientemque muliebriter, interfici mandauit. hic quippe cùm ad eadem duceretur,
locum & horam fertur orasse, quòd onere ventris molestaretur. Dum hæc in Sici-
lia administrat, decretum senatus ac à Sylla literæ datæ sunt, quibus iubebatur in Aphri-
cam trajicere, omni que manu oppugnare Domitium, apud quem omnes exulum
pro Mario erant copia. Extemplo præfectum Sicilia instituens, cum 20. & centum
nauibis longis onerarijsque octingentis profectus est, qui cùm partim ad Vticam,
partim ad Carthaginem applicuissent, septem millia hostium ad Pompeium defe-
cere, qui & ipse sex integras legiones ducebat. postea cum Domitio occurrente pu-
gna facta, Pompeius victor euasit. fertur ex 20. millibus hostiū, tria tantum millia effu-
gisse.

Pompeij
indoles.Pompeius
Alexander
dictus.Cinna in-
teritus.Pompeius à
Sylla impe-
rator salu-
tatus.Carbonis
interitus.

gisse. Pompeius imperator appellatus, noluit honorem hunc suscipere quousque
vallum hostile sterisset. vnde si dignum se tali appellatione putaret milites, vallum de-
ijceret: mox impetu in vallum facto, tandem captum est, perijtque Domitius. Ciuita-
rum alia confestim paruere, alia vi captæ. Hiarbas rex tum cōprehensus est. Prospe-
ra ergo fortuna Pompeius fretus, ac robore militum fissus, Numidiam impetit ac sub-
egit. Annum 4. & 20. agens, reditu in Vticam facto, literas à Sylla accepit, quibus iu-
bebatur exercitum dimittere, & cum vna legione successorem expectare, quibus taci-
tè ipse tristatus, sed & totus exercitus indignatione motus, non parendum Syllæ ty-
ranno voluit. Pompeius iussa perficere fas esse aiebat, & dum exercitui suadere nequi-
uit, moestus illachrymansque cessit è subellijs, sed arreptum milites reponunt.
Tandem non desinentibus illis, iurauit Pompeius se ipsum interfectorum, si vim af-
ferrent, quo pacto vix quieuit multitudo. Cæterum Syllæ nunciatur Pompeius deef-
cisse. sed re certiùs cognita, aduenientem omni benevolentia obuius excepit, dex-
tramque ei iunxit, ac ingenti voce Magnum appellauit. Inde cognomen hoc, quod
erat Pompeio antè ab exercitu inditum, Sylla confirmauit. Pompeius deinde cùm
triumphum peteret, ei se objicit Sylla, quòd consuli aut duci triumphare lege tantum
permitteretur, & cùm nondum in senatum admissus esset, inuidiosum sibi fore etiam
vix dum pubescenti. non tamen ob hoc territus Pompeius, Syllæ subiecit, plures eos
esse qui orientem venerantur solem, quàm occidentem, veluti potètia sua tum cre-
sceret. Admiratus Sylla Pompeij fiduciam, videns etiam in admiratione actos circum-
stantes, bis acclamauit, Ergo triumphato. Et si voluisset tunc, etiam in senatum fuisset
admissus. quod non oprauit. peracto autem triumpho, copiosus plebis numerus
Pompeium inter equestres inuentum, laudibus maioribus ornare coepit. Sylla tunc
tristatur, inspiciens gloriam eius tantum augeri. Paulò post, inuito eo, Pompeius Le-
pidum ad consularum euexit. quo facto, cùm vidisset Sylla Pompeium multitudine
septum: Video te, inquit, adolescens ob victoriam lætari: Catulo viro rum optimo,
Lepidum omnium miserrimum, te suffragante, prælarum. caue ne dormias, validio-
rem enim aduersarium tibi constituisti. quod mox Sylla mortuo, Pompeius intelle-
xit, cùm Lepidum multa in euersionem reipub. molientem, armis insequeretur. Eo
pulsio in Sardiniam, Sertorius erigitur. Pompeius proconsul in Hispaniam mittitur,
vnde non redijt, donec Sertorius est à suis occisus. Perpennam ipse bello victum tru-
cidauit. hæc suprâ de Sertorio. Quibus peractis, Pompeius in Italiâ duxit exercitum.
neminem tum & Hispaniam & Sertorium, alium præter Pompeium vicisse dicebatur.
In hac tamen tam excelsi viri gloria & expectatione suspicio metusque fuit, ne veni-
ret exemplo Syllæ, dominationem armis occupaturus. Sed postquam eam suspicio-
nem ab animis illorum exiit, se aiendo post triumphum velle exercitum deponere,
vnum detrectatoribus solummodo liquit, sese plebi magis quàm senatui dedere.
Decreto autem secundo triumpho ac consularu etiam, Crasso viro omnium ditif-
simo ac maximo roganti adiutor fuit, orans plebis suffragia, asserens se non minus
gratum habiturum Crassum collegam creari, quàm magistratū assequi. Verum cùm
consulatum iniissent, mox contentiones inter ipsos variæ emerere. apud patres po-
tentior erat Crassus, apud plebem Pompeius. tribunatum nanque plebi restituit, iu-
diciaque ad equestres iterum transtulit. Plebi verò iucundissimum fuit, subire censo-
rum sententiam Pompeium. nam mos erat Romæ, cùm per legitimum tempus quif-
quam militasset, equum per medium forum ducere coram duobus cēsoribus, quibus
cùm fidem, sub quo militasset, fecisset, censores iudicabant vel laudem, vel infamiam. Censores.
huic præfeti curæ tum erant Gellius & Lentulus: ad hos inter alios Pompeius alia
secum magistratus insignia asserens, equum manu ducebat. cēsores ad tantæ rei con-
spectum exhilarati, silentium indicunt. deinde alter incipit: Interrogo te Pompei
Magne, militiâs ne omnes iuxta disciplinam absoluisisti? Tum Pompeius, omnes, in-
quit, sub meipso imperatore. ac circumfusa plebs acclamauit. vnde surrexerunt cen-
sores, domumque illum profecti sunt, plaudente ac congratulante plebe. Eodem
tēpore piratæ ingruere coeperunt, per omnia sparsi maria, non tantum intercipientes
nauium commeatus, sed insulas provinciasque vastantes. initium è Cilicia manauit.
bello Mithridatico regijs freti remigijs, impunitate sceleris & auiditate prædæ vulgo
sefe associantes, in immensum augebantur. his aurati erant rudentes, vela purpurea,
remi subargentei, buccinæ, cantus, ebrietates per omnia littora personabant. Contu-
melias Romanis plurimas intulere, prætores duos Sextilium & Belinum, in ipsis præ-
textis

Gesta Pom-
peij in Affri-
ca.Pompeius
Magnus ap-
pellatur.Primus Pō-
peij trium-
phus.Secundus tri-
umphus.

Censores.

Piraticæ bel-
lum.

textis cū ministris ac insignibus abduxere. secuta est annonæ maxima caritas. contra eos mittitur Pompeius, quingentæ naues ei completæ sunt, peditū centum & viginti millia, equitum millia quinque. E senatu legatos 24. ipse elegit, quæstores duo traditi. Pompeius omne interius pelagus in tribus & decem regionibus diuisit, & parti cuique ducem nauesque dedit. vnde piratas insecutus, venatoris exemplo ambinit, ac mira celeritate compressit. omnia enim diebus xl. cōfecit. Postea ipso Romam accedente, omnes vndique à mœnibus vrbis effusi. culmen læritiæ fuit, tantæ victoriæ insperata celeritas, omniumq; cōmeatum copia. Pompeius, deuictis magna celeritate piratis, iteratò contra 22. reges Orientis imperator designatus est, qui contra Luculli acta, cui successor datus fuit, nihil immotum reliquit: hic Lucullum auaritiæ accusat, Lucullus Pompeium ambitionis, postea tamen Lucullus amaro inde animo traiecit, Pompeius verò aduersus Mithridatem contendit, eundē fugauit, reges Romanis subiecit, & de tota Asia triumphauit. Cæterum de reditu Pompeij ex Asia, varij rumores vrbem implere, quòd ducturus esset in vrbem exercitum, & monarchia exemplo incunda. Crassus cum liberis & pecunijs vrbe abiit, seu metu, seu quòd inuidiam illi prouocaret. Pompeius Italiam ingressus, militibus ad cōcionem vocatis, cum eos ornasset laudibus, per ciuitates & municipia disungi iussit, & in propria quenque reuerti, ex quo Romanis suspicio tollitur, metumque paruus apparatus sustulit: ex lege etiam cum cautum esset, neminem ducem ante triumphum ingredi vrbem, ad senatum oratum mittit, vt liceat sibi, vt mos erat, triumphum agere: quod & factum est. Maximum verò & splendidissimum fuit, & quod Romanorum nemini hadenus contigit, quòd trinum è trina vniuersi orbis parte triumphū duxit: primum ex Aphrica, secundum ex Europa, tertium hunc vltimum ex Asia, felix, si tum è vita excessisset: vltior enim ætas felicitatis inuida, clades ei intolerandas attulit. Inter hæc enim Iulius Cæsar militia functus, reip. se ingressit, beneuolentia & studio populi, potentiam per magnam acquisiuit, quibus Pompeium maximè oppressit. sed de hoc postea. nunc de vita & moribus ac gestis Iulij Cæsaris vel pauca perstringamus. C. Iulius Cæsar adolescens haud sanè fuit diues, quanuis de nobilissima stirpe Iuliæ gentis esset ortus, patrem huius L. Iulium fuisse ferunt, qui illo annum ætatis 16. agente, obiit. Accessit ad calamitatem Cæsari quartana febris, & omni febre periculosus Syllæ odium dictatoris, qui ciuili bello Iulium iam inter aduersarios numerabat, vt de illo loquens, sæpe his verbis & Pompeiū ac nobiles admonebat, Malè præcinctum puerum caue. Nam etsi circa ornatum corporis intenderet, fluxè tamen cingebatur: qui mos illa ætate reprehensibilis. Inimicitiarum verò Syllæ & Cæsaris causa, Marij affinitas erat: Iuliam Cæsaris amitam maior habuit Marius. His ille vexatus incommodis, penè quotidie latibula permutabat. diu in hoc statu fuit, donec Mamercus Aemilius & Aurelius Cotta viri nobilissimi & affines eius, Syllæ verò amicissimi, simulque Vestales virgines, quarum summa tunc erat auctoritas, multis ac validis precibus sibi veniam quaesierunt. victus tandem Sylla, ad vltimum exclamauit: Et vincite, ait, & habetote vobis cunctisque nobilibus hoc damnosum donum. prædico autem vobis, qui hunc adeò enixè saluum vultis, fore eum optimarum partibus quandoque exitio. Cæsari enim multi Marij insunt. Militauit postea adolescens in Asia, Græcia, Ciliciaque, fama non ignobili. Audita Syllæ morte, Romam redijt, & ne nil ageret, Corne. Dolabellam consularem virum, repetundarum accusauit, quo iudicio magnam sibi famam eloquentiæ, sed & multum inuidiæ quaesuit, absoluto reo. Rebus verò vndique citra vota fluentibus, in insulam Rhodum, vt operam literis daret, auditorus Apollonium Molonem, ire disposuit: sed dum eò nauigat, à piratis captus, familiaribus omnibus præter tres remissis ad redemptionis suæ pecuniam procurandam, mansit cum prædonibus dies circiter quadraginta, non sine indignatione. Cumque illi eum ex conuictu familiaritate orta percontarentur, quid eis, si in sua potestate essent, faceret: respondit iocanti similis, se illos crucibus affixurum, idque ita fore, iureiurando racito confirmabat. Cùm verò comitibus ac seruis Roma redeuntibus, & 50. talentis persolutis, libertati redditus fuisset, classe ilico cōquisita illos apprehendit, in quibus iam tum securæ lenitatis ac clementiæ gustum dedit. nam cùm & fontes plectere, & iuramentum seruare fixum esset, modum excogitauit quo vtrunque leuiore supplicio compleretur. itaq; iugulari illos primum, post exanimis crucibus iussit affigi. Nec per ocium tunc publicas res neglexit. Mithridate enim Asiam infestante, continentem transgressus, congregatis auxilijs & præfectum regis Asia pepulit, & provin-

* tres
* regiones

Finis belli
piratici.

Reditus P6
peij in vrbe.

C. Iulij Cæsaris indoles.

Apollonius Molo rhetor.

provinciam conseruauit. His actis, Romam redijt, primusque illi honos fuit tribunatus militum, in quo quidem imminutam à Sylla tribunitiâ potestatem restituere summo studio nisus est. Inde quæstor vltiorè Hispaniam sortitus, apud Gades, in templo Herculis fortè Alexandri Macedonis contemplatus imaginem, vehementer indoluit, quòd cum ætate illa quam ipse tunc ageret, in fines terræ famam nominis sui extendisset, & à se nihil adhuc gloria dignum gestum esset. Missionem igitur à senatu petijt, cupiens esse vbi maioris famæ materiam inueniret. Romam reuersus, foedo turbatus est somnio, visus sibi dormiens cum matre concumbere: sed illi vates terrarum orbis imperium significari dixerunt. terram enim esse parentem communem omnium. sic perhibent ad amplissimam spem incitatum. Dehinc ædilis factus est. quo tempore in suspicionem magnam venit, quòd & antè pluries conspirasse crederetur cum viris insignibus, vt totum reipub. statum perturbaret: sed nunc seu poenitentia, seu metu ob mortem conspiratorum, effectu consilium caruisse. In ea ædilitate multa ad ornatum vrbis fecit, quorum omnium ipse author, excluso collega Bibulo, populi gratiam consecutus, speransque nil sibi negatum iri, tentauit extra ordinem Aegyptum prouinciam, sed ab optimatibus impeditur. Vnde in vindictam, C. Marij trophæa de Iugurtha, Cimbris & Teutonis, quæ Sylla deiecerat, reparauit. Perdita spe Aegypti, pontificatum maximum petijt non absq; fluxu munerum ingenti, qua in re alienum non modicum æs contraxit, & cùm in campum candidatus manè descendere, matri se osculanti & flenti, Domum, inquit, nisi pontifex non reuertar, hodie pontificem aut exulem tuum videbis filium. Reuersus autem pontifex, duobus clarissimis competitoribus superatis, inde prætor factus est: quo tempore cùm Catilinæ coniuratio erupisset, & complices scelerum tenerentur, vniuerso senatu supremum in eos supplicium decernente, solus est ausus suadere, non morte illos affici expediens esse. persuasisset fortè, nisi M. Cato vir grauisissimus, oratione contraria pessimam in partem inclinatos animos erexisset. neque tamen coepit abstinuit, donec Romani equites ad præsidium senatus armati, mortem sibi strictis mucronibus minarentur, ita vt eum complexu togæque sinu inuolutum periculo mortis pauci eriperent. Quo permotus, ad tempus curiam intermisit, neq; diu tamen valuit quiescere, quo minis tribunitijs procellis se ingereret. Iraque Cæcilio Metello tunc tribuno plebis, nouis legibus & collegium tribunorum & rempublicam perturbanti, non fauorem modò se præbuit, sed authorem quoque nouarum vbiq; rerum aucupans materiâ, donec ab administratione publica iussu senatus vterque prohiberetur. neque vel sic magistratum gerere & ius reddere destitit, donec in armis essent qui eum cogere parere senatui, tunc dimissis licitoribus, clam discessit, statuitque tantisper pro tempore ac rerum qualitate quiescere. Operam multitudinis quæ ad eum veniebat tuendæ dignitatis causa, seu modestia seu diffidentia recusauit, atque effrenatius instantes sobria oratione coercuit. quæ res eo gratior omnibus, quo ab opinione omni remotior fuit. vnde est effectum, vt senatus ei per illustres viros grates ageret, & in curiam euocato, ac verbis honorificentissimis collaudato, præceptum restitueret magistratum. Non multò post grauiori suspitione laborauit, accusatus apud Nouium Nigrum quæstorem à L. Vectio, quòd fuisset inter complices Catilinæ. In senatu autem à Q. Curio delatus, qui se id à Catilina didicisse, alter chirographum Cæsaris Catilinæ datum ostensurum se assererat. Contumeliam hanc nullatenus perferendam ratus Cæsar, Ciceronem suæ innocentiae testem fecit, & que illi consuli de coniuratione tunc aliqua narrasse monstrauit: atque ita confutatis aduersarijs, decretis præmijs Curius est priuatus, Vectius in carcerem missus. Prætor Hispaniam petijt, sed tanta erat viri illustri inopia, vt à creditoribus profectio eius impediretur. tum ad Crassum confugit, quo interueniente, Cæsar in prouinciam abiit. Rebus autem illic gestis, compositaque prouincia, festinanter successore non expectato, ad consulatum pariter & triumphum redijt. sed cùm legibus vtrunque simul assequi non liceret, omisso in præsens triumpho, consulatum maluit, statimque vrbem ingressus, astutum adoritur consilium, quod præter Catonem vniuersos sefellit homines. animaduertit enim Crassum & Pompeium inuicem consulatus gratia certaturos. (quod & in Crasso supra retulimus, quare tempora diligenter collige lector) Cæsar, ne alteri fauens, alterius in se offensam contraheret, summa contentione illos inter se concordare facere laborauit, admonens nihil aliud ea similitate profecturos, quàm vt Ciceronis & Catuli ac etiam Catonis vires augeantur, quæ nullum pondus habituræ sint, si ipsi inter se concordiam animo

Gemirus
Cæs. apud
Alex. statua

Cæsar pontifex Max.

Curio liberat Cæsare

Cæsar inter coniuratos accusatus.

Cæsaris gesta in Hispania.

atque amicorum adhibitis auxilijs rempub. gubernare voluerint. His illi verissimis rationibus commoti, rursus in concordiam rediere. Itaque horum trium, veluti quadam conspiratione facta, potentia senatus & pop. Ro. vires confregit. Nec tamen Cæsar prius illorum vires confirmare tentavit, quàm eorum opibus sese tutissimum constituit. statim vtriusque consensu creatus consul, magnum in populo nomen & gloriam consecutus est. Nam cum egregiè consulatum gereret, fauorem populi quesivit. comitijs consularibus collegam nactus, non quem voluit, M. Bibulum: quem exorta postmodum quaestione legis agrariæ dissentientem, foro armis eiecit, quare toto tempore consulatus domi metuens latitavit: si quid decernendum erat, per edita Cæsar decrevit, & rempub. solus gubernavit, nemine obstante præter M. Catonem, quem ideo tandem manu licitoris extractū curia, mitti fecit in carcerem: quem cuntem senatus omnis insecutus est non aliter, quàm si tum omnes capti viderentur. sunt qui dicant, vestem quoque velut in luctu publico permutasse. hoc permotus Cæsar, simul & quod plebeios vidit mæstos consequentes, vnum ex tribunis plebis clam obsecrauit, vt Catonem è manibus licitorum auferret. Præterea Cæsar Gn. Pompeium tunc senatui infensum, omni obsequio promereri studuit, filiam suam Iuliā Pompeio coniugem dedit, ipse Calphurniam L. Pisonis successuri sibi in consulatu filiam in matrimonium accepit. Generi itaque, soceri & Crassi suffragijs fultus, ex omnibus prouincijs Gallias atque Illyricum præelegit, amplissimam opum viam atque vberissimam materiam triumphorum, non quod senatus ei transalpinam Galliam liberè daret, sed veritus, ne à se negatum populus largiretur, & quod suū nollent, munus fieret alienum. Consulatu functus, cognitionem de actis superioris anni senatui detulit, quo altercante, in prouinciam abiit: demum postulatus, obtinuit cum reipub. causa abesset, ne reus fieret. Magistratus deinde annuos summopere coluit, vt absentiam suam propugnaret. Et post multa egregia facinora audiens L. Domitium consularem candidatum iactare, quod prætor nequiuisset, consulem effecturū, sibi quæ exercitum erepturum, illius consulatus impediendi viam vnam meditatus Cæsar, nouos amicos Pompeium & Crassum, ad se Lucam iure amicitiae in colloquium vocatos, induxit vt anni instantis consulatum peterent. Erat, auctore Plutarcho, consilij summa, vt in armis Cæsar permaneret, fore vt his sibi Coss. prorogaretur imperium. Facile fieri potuit, vt magistratum vterque adipisceretur studio plebis nonarū rerum cupidae. Crasso & Pompeio Coss. in alterum lustrum dilatum est imperium Cæsari, Crasso Syria decreta, Pompeio Hispania. Interim Cæsar legiones conscribebat ex arbitrio, & indies maiores libidini suæ vires quærebat. Anno igitur ab vrbe condita 693. regni Ptolemæi Dionysij 21. C. Cæsar in Galliam profectus est. decreta enim sibi erat Gallia Cisalpina, Illyricum & Comata, quæ postea est adiecta, cum legionibus decē in quinquentium datis. Tanta autem celeritate itinera tum conficiebat, vt cum primo Roma excessisset, octauo ad vsq; Rhodanum die peruenerit: equo utebatur insigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum vngulis fissis, quem ferunt, neglectis alijs sessoribus, Cæsari libenter paruissè. Cæterum primum Cæsari in Gallijs aduersum Heluetios & Tigurinos bellum fuit. Quare, vt paulò narretur historia commodiùs, regio describenda est. Gallia omnis primò bifariam distinguitur, & nomina à Ro. imposta vel hinc patet, quod eam partem quæ propinquior Romæ est, Cisalpinam dicunt, quæ terminos habuit hinc Apenninum ab occidente & meridie, illinc Alpes à septentrione, ab oriente autem sinum maris Adriatici. hæc nostro tempore non Gallia, sed Italia pars est. dicebatur autem Gallia Cisalpina ex eo, etsi paulò aliter Linius referat: Nam Galli Celtici cum eos non caperet terra sua, trecenta hominum millia ad sedes nouas quærendas accesserunt, & eorum portio in Italia confedit: ibique masculis omnibus interfectis, eorum fœminas duxerunt vxores, è quibus liberos suscipientes, habitu, lingua & moribus patrios ritus imitantes, purissimi effecti sunt Galli, estque pars Cisalpina dicta. Gallia verò transalpina, cuius fines ac spatium fuisse in longum ab alpihus Italiae ad Oceanum Britannicum Pyrenæosque montes, qui Gallos dirimunt ab Hispanis: in latum verò, ab amnibus Rheno ac Rhodano: hæc in Belgicam, Celticam, ac Aquitanicam Galliam subdividitur. Belgica prima est, quæ à Belga ciuitate nomen accepit, & vt refert Bergomenf. Belgicam duplicem putant nonnulli. Hinc Iulius in commentarijs inquit: Belgæ proximi sunt Germanis, qui trans Rhenū incolunt, quibuscum continenter bella gerunt: qua de causa Heluetij quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quòd ferè quotidianis bellis, prælijsque cum Germa-

Cæsaris cōsulatus.

Cato in carcere ducitur

Profectio Cæsaris in Galliam.

Galliae descriptio.

i.bel.Gal.1. Belgica vnde.

i.bel.Gal.1.

nis con-

nis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bella gerunt: eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhodano. vbi hodie Gebenna ad Rheni ripam protensa, ab occasu Iura mons præaltus. Ex hac descriptione videtur, quòd Belgica verticem habeat Rhodanum, dum influit in lacum Lemanum, vbi Gebenna: ab occasu est Iura mons. mihi videtur mons iste esse is, qui Alsatiam determinat à Burgundia hodie & Lotharingia: & sic quicquid est à Gebenna intra Iuram montem & Rhenum vsque ad Argentinam ex Belgis, Heluetiorum gens inhabitabat, & dicitur Belgica superior, habito respectu ad Rhenum. Inferior verò incipit ab Oceano, qui inter arcton & occasum Britannia, nunc Angliæ, ascendendo & à sinistris habendo Rhenum, à dextris Sequanos. quibus hodie in finibus est Flandria, Brabantia, Hollandia, Barauia, Geldria, Colonia Agrippina, Luxembria, Treueris, Lotharingia, per Rheni ripam vsque ad Argentinam. Ea verò tota Belgarum natio, paulatim in nomen Germaniæ linguamque concessit, vt iam se Gallos dici nesciant: si audiant, indignentur. Sunt etiam qui Rhenenses inter Belgas numerant. volunt & alij Heluetios inter Gebennas numerari, Rhenum Basileenses finire, nec Gallos fuisse: sed non multum refert, ad præfens nec contendo, magis autem quæ dixi, correctioni verius sentientium submitto. Celtica Gallia illa dicitur, quæ ob comas longas Comata appellabatur. ea bipartita est: altera enim pars eius, rursus Lugdunensis: altera, Narbonensis est dicta. Lugdunensis triplex est. Prima, cuius caput Lugdunum ciuitas est: in secunda, Rothomagensis metropolis, Normandiæ etiam caput est: in tertia, Turonensis metropolis, & comitatus seu ducatus Andegauensis. Gallia verò Narbonensis & ipsa partitur in Gothiam, cuius Narbona metropolis est, & Burgundiam, in qua sunt vrbes, Arelatum, Burgundiæ regni caput, Vienna, Ebrodunum, Tarantasia, Augustodunum, quam Iulius Cæsar Heduum vocat. sunt & Senones. Aquitania tertia dicitur, eo quòd præ duabus superioribus regionibus, aquis & fluminibus abundet. hanc Ligera fluuius à Celtis diuidit, quæ & Oceanum mare attingit, in qua sunt metropoles, Burdegalis, Auxitana, Bituricensis quædam pars & ducatus Aquitaniæ. Reduendo ad institutum, non multum ante Cæsaris aduentum Allobroges Galli circa Rhodanum ad læuam, quorum (vt Iulius testatur) proximum Heluetijs angulum Genua olim oppidum, nunc Gebenna tenebat, in fidem populi Ro. recepti erant, ex Gallis verò trans Rhodanum habitantibus, aliqui fœderati Romanis erant, quidam sine fœdere suis legibus viuebant. Heluetiorum gens, Cæsare teste, reliquos Gallos virtute antecedit. apud Heluetios autem longè nobilissimus fuit & ditissimus Orgetorix. is regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit, ciuitateque persuasit, vt de finibus suis cum omnibus copijs exirent: per facile esse, cum ipsi virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. His rebus adducti, & quòd pro multitudine hominum angustos fines haberent, autoritate Orgetorigis ad proficiscendum parabantur. Interim Orgetorix affectati regni accusatus, mortitur, neque abest suspicio, vt Heluetij arbitrantur, quin ipse sibi mortem conscuerit. Post eius mortem nihilominus Heluetij oppida sua omnia, vicos, & reliqua priuata ædificia incendunt: persuadent & finitimis, vt eodem vsq; consilio, oppidis suis vicisque exustis, vnà cum his proficiscantur. Boios quoque, qui nunc Bauari vocantur, sibi adfiscunt. omnibus rebus ad proficiscendum paratis, diem dicunt, qua ad Rhodani ripam omnes conueniant. Cæsari cum id renunciatum esset, quàm maxime potuit in Galliam vltiorem contendit, & ad Genuam, hoc est, Gebennam peruenerit. Labienus tum à Cæsare missus, Tigurinos penès Ararim fluuium profugatos attriuit. Cæsari verò exercitum agenti, de improviso Heluetij occurrerunt, quos præueniens, in munitum confugit locum: ibi collectis copijs, vt primum acies inspexit, ei adductus equus est: quo inspecto, hoc, inquit, post victoriam in persequendis vtar hostibus, nunc in eos progrediamur, simulque impetu facto pedibus ire coepit. Animum Cæsaris incendebat & prior clades, qua equitatum suum nuper auerterat. Aliquandiu summa cum difficultate pulsa hostium acie, plurimus circa carros vallumque labor extitit, tandem magno difficilique prælio vicit, & ad deditionem coegit. Fuit multitudo Heluetiorum, Tigurinorum, Rauracorum & Boiorum, cum primùm est progressa, ad centum 57. millia. Ex his 47. millia in prælio ceciderunt, cæteri in terras proprias remissi sunt. & quia omnibus incensis domini nihil erat, Allobrogibus imperavit, vt his frumenti copiam facerent, ipsos oppida & vicos

Celtica.

Aquitania.

i.bel.Gal.6.

i.bel.Gal.1.

i.bel.Gal.2.

Orgetorix dux Heluetiorum.

i.bel.Gal.3.

i.bel.Gal.4.

i.bel.Gal.5.

Bauari.

i.bel.Gal.6.

i.bel.Gal.7.

Labienus.

Ro.victi.

i.bel.Gal.19.

Heluetiorū dedicio.

1. bel. Gal. 20 & vicos restituere iussit, quòd noluit ea loca vacare, ne propter bonitatem agrorum Germani fines Helueticorum, Rhenum transcentes, occuparent. Boios perebant Hedui in finibus suis collocari. In castris verò Helueticorum tabulae repertae sunt, literis Graecis confectae, in quibus nominatim habebatur, quo numero domo essent, pueri, senes & mulieres separatim, & qui arma ferre possent. numerus omnium erat 368. millia. His peractis, ferè ex omnibus Galliae urbibus legationes principum gratulantes ad Caesarem veniunt. dies concilio Galliae peritus praefigitur, ubi cum ad Caesarem principes venissent, sese omnes flentes ad pedes proiecerunt. Et data fide silentij, Diuitiacus nobilis Hedui pro omnibus locutus est, Galliae torius factiones esse duas, harum alterius principatum tenere Heduos, alterius Auernos ac Sequanos. hi cum de principatu multos annos contendissent, factum esse, uti ab Auernis & Sequanis Germani mercede accenserentur: horum primò circiter xv. millia Rhenum transisse, nunc verò esse in Gallia ad centum & xx. millium numerum: cum his Heduos semel atque iterum armis contendisse: victos, omnem nobilitatem, omnem senatum equitatumque amisisse: ijs calamitatibus coactos esse Sequanis obsides dare, & iureiurando ciuitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium à po. Ro. imploratos, sed perpetuò sub illorum imperio futuros. Vnum se ex omni ciuitate Hedui profugisse Romam, ad senatum venisse auxilium postulatum, quòd solus neque iureiurando, neque obsidibus teneretur. sed peius victoribus Sequanis quam Heduis victis accidisse, propterea quòd Ariouistus rex Germanorù in eorum finibus confidisset, tertiam partem agri optimi occupasset, & nunc de altera parte tertia Sequanos discedere iuberet, propterea quòd paucis diebus antè Harudum millia hominum 24. venissent, futurum esse paucis annis, ut ipsi omnes ex Galliae finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenù transirent: Ariouistum hominem esse barbarum, iracundum, temerarium, eos non posse eius imperium diutius sustinere, & nisi in Caesare populoque Ro. sit auxilium, exemplo Helueticorum Gallis domo emigrandum, domicilium à Germanis remotum quaerendum. Quibus dictis, sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt, contententes ne ea quae dixissent, enunciarentur: alioqui fore, nec se dubitare, quin de omnibus obsidibus qui apud Ariouistum haberentur, actum esset. Hac oratione ab Diuitiaco habita, animaduertit Caeser Sequanos nihil loqui, tristes terram intueri. miratus, causam quaesivit sapienter, & nihil respondebant. Idem Diuitiacus tandem, Hoc sunt, inquit, o Caeser, miseres Sequani, quòd soli ne in occulto quidem queri, nec auxilium implorare ausi sunt, absentis Ariouisti crudelitatem horrentes, propterea quòd reliquis vel fugae facultas daretur: his verò qui intra fines eum suos recepissent, & quorum oppida in eius potestate essent, omnes cruciatu superesse. His rebus cognitis, Caeser Gallorum animos verbis confirmavit, pollicitus sibi eam rem curae fore. in hac concilium dimisit, & praeterea multa eò hortabantur, imprimis quòd Heduos fratres consanguineosque saepenumero à senatu appellatos accepisset, quos nunc in seruitute & ditione Germanorum videret: paulatim etiam Germanos consuescere Rhenum transire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, hoc & po. Ro. periculo fore, cum Galliam occupassent, ut antè Cimbri Teutonesque fecerant. Illis rebus maturè occurrendum censebat, quamobrem placuit ei ut ad Ariouistum mitteret, postulareque, ut aliquem locum medium vtriusque colloquio deligeret, velle secù de Repub. & summis vtriusque rebus agere. Cui legationi Ariouistus respondit, mirù sibi videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari aut populo Ro. negocij esset, & si quid à Caesare ipsi opus esset, sese venturum ad eum: si quid ille à se velit, illum ad se venire oportere. Ad haec iterum Caeser legatos misit cum his mandatis, Quoniam tanto suo populiq; Ro. beneficio affectus, quòd in consulatu suo rex atq; amicus appellatus esset, hanc populo Ro. gratiam referret, ut si inuitatus in colloquiū venire grauareretur, haec esse quae ab eo postularer: primùm, ne quam multitudinè hominum amplius trans Rhenù in Galliam transferret: deinde obsides Hedui redderet, ne Heduis socijsque eorù bellum inferret. Si id ita fecisset, populo Ro. cum eo amicitiam futuram: sin aliter, amicos pop. Ro. se defensurum, & iniurias Hedui non neglecturum. Ad haec Ariouistus respondit: ius esse belli, ut qui vicissent, his quos vicissent, imperarent ut vellent. Idem populù Ro. victis facere: si ipse populo Ro. non prescriberet, quæ admodum suo iure vteretur, non oportere se quoque impediri: Heduos à se superatos armis, magnam Caesarem

Superbum
Ariouisti re-
sponsum.

rem iniuriam facere, qui suo aduentu veditigalia sibi deteriora faceret, Heduis se obsides non redditurum, neque his neque eorum socijs iniuria bellum illaturum, si conuenientis starent, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecissent, longè his fratrum nomen populi Ro. abfuturum. Quòd sibi Caeser denunciaret, se Hedui iniurias non neglecturum, neminem secum sine pernicie sua contendisse: cum vellet, congrederetur, intellecturus quid inuicti Germani, exercitissimi in armis, qui intra annos xiiij. testum non subissent, virtute possent. Hac eodem tempore Caesari mandata referebantur, & legati ab Heduis & à Treuiris veniebant: illi, de Harudibus nuper transportatis in Galliam: Treuir, quòd Sueuorum centum pagi Rhenum transire conarentur, conuesti sunt, auxilia Caesaris implorantes. His rumoribus Caeser expectatus, ne coniungendi copias daret hostibus spatia, expeditissimè compositis quae in rem erant, festinanti agmine in Ariouistum proficiscitur. Iam triduo iter exegerat, dum egressum illum finibus, ad nobile Sequanorum oppidum Vefontionem occupandum ingenti cum exercitu properare comperit: noctes diesque ipse maximis itineribus confectis, Vefontionem ante regis aduentum peruenit. oppidum introgressus, praesidijs opportunis firmat. Hic verò exercitum incredibilis tremor peruaferat, audita mole corporum, virtute & experientia Germanorum. Hac cum ad Caesarem relata essent, conuocatis ad concionem militibus, orationem habuit plenam animosis exhortationibus, acerrimisque reprehensionibus. Mirum: vnus viri virtus ac facundia repentinam animorum mutationem fecit: imperatori offenso verbis ac rebus satisfacere studuerunt. Caeser per Diuitiacum itinere praeparato, nocte castra mouit. Quòd ubi Ariouistus agnouit, legatos misit, colloquium cum eis Caeser admisit. ex dicto conueniunt. Post multa Caeser Galliam sanè non tam Ariouisti, quam Romanorum esse, qui ante eum per Q. Fabium Maximum Rutenos & Auernos Gallorum populos domuissent, primique armis possessionem nacti fuissent. Hoc inter vtraque victoriam interesse, quòd libertatem, quam Ariouistus victis abstulerit, Ro. reliquissent, eamque ipsis in perpetuum saluam senatum censuisse. Plura dicturo Caesari nunciatur, equitatum Ariouisti iam tela iactare. Itaque Caeser inexploro sermone digreditur, & suis imperat ne praedium incipiant, ne pulsus hostibus, dici possit, hostem colloquio circumuentum. Post biduum misit iterum Ariouistus ad Caesarem, ut colloquium inceptum perficeretur. Non placuit Caesari, sed legatos mittere decreuit, quos Ariouistus spreuit. Copias interim vtrinque educunt: concurrunt tanto impetu, ut consumpto mox spatio, nullus fuerit pilis usus. Proiectis igitur missilibus, res gladijs acta est. Pugnatum aliquandiu acriter, & magno Romanorum labore. Inter eos enim inuenti sunt, qui se in mediam phalanga immitterent. Tandem fracta pertinacia Germanorum, omnes terga verterunt, disruptisque castris, usque ad Rheni ripam passuum circiter quinque fuga facta: ibi perpauci aut viribus confisi tranare contenderunt, aut lyntribus reperitis, salutem quaerere. In his fuit Ariouistus, qui nauiculam nactus, ea profugit, reliqui interfecti sunt. Duæ fuerunt Ariouisti vxores: vna Sueua natione, quam domo secum duxerat: altera Norica, regis Voccionis soror. vtræque in ea fuga perierunt. Caeser vna ætate duobus maximis bellis confectis, hybernatum in Sequanos deduxit exercitum, quibus Labienum praeposuit, ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus est. Caesorum in eo vltimo praedio 80. millia fuisse perhibent. Fluius Rubicon Galliam citeriorem à reliqua determinat Italia. Ibi Caeser residens, plebis animos ad se perliciebat. Dein potentissimos Gallorum Belgas & tertiam Galliae partem incolentes defecisse audiens, duabus legionibus in citeriori Gallia conscriptis, ad eos immensam celeritate contendit, quos in sociorum Gallorum agris praedas conuectantes adortus, maxima ex parte turpiter dimicantes fudit, ceciditque ita, ut paludes & profunda quaedam flumina per caesorum stragem Romanis transitum praebuerint. Quo facto, ex his qui antè defecerant, cuncti ferme ad Oceanum vergentes, nullo confecto praedio, imperata fecerunt: postea contra ferocissimos Neruios duxit exercitum, qui densissimas incolunt sylvas. Hi locatis filijs supelletilique in syluis procul ab hoste, cum lx. millibus armatorum, duce Boduognato, contra Caesarem faciunt impetum, illum castra locantem offenderunt, & verso in fugam equitatu, se primam ac duodecimam legiones circumuenientes, vniuersos trucidauere centuriones. Quòd nisi Caeser correpto scuto, & his qui coram se praeliabantur de-

1. bel. Gal. 27
Treuir.

Sueui Rhe-
num trans-
eunt.

1. bel. Gal. 28.

1. bel. Gal. 30

Ariouisti &
Caes. con-
gressus.

1. bel. Gal. 36.

1. bel. Gal. 39.

Ariouisti
fuga.

1. bel. G. 40.
Germano-
rù caedes.

Rubicon.

2. bel. G. 10.

2. bel. Gal. 13.

14. 15. 16. 17.

18. 19.

Neruij Ro-
manos cae-
dunt, & cae-

duntur.

rentis, in barbaros irruisset, ac subinde quodam ex tumulo decima legio per hostiles erumpens acies periclitanti succurrisset, neminem euasurum incolumem liquebat. At virtute Cæsaris decertantes, haud tamen Nervios dare terga coegerunt, verum fortiter repugnantes obruncarunt. Ex lx. enim millibus quingentos euasisse traditur, ex consularibus autē viris qui quadringenti erant, tres superfuissent incolumes. Cæsar Gallie rebus optimè dispositis, in Cisalpina hyemauit, adhuc res vrbanas apparatus, vbi ad eum veniunt Lucam Pompeius, Crassus, & Sardinæ prætor Appius, lictores centum & xx. senatorij ordinis circiter ducenti fuerunt. vbi cum Crasso & Pompeio perniciosum Reipub. consilium est tractatum. Reuertens iterum Cæsar ad exercitum in Galliam, ingens bellum offendit. Duo enim maximi Germanorum populi Rhenum metu pellente traiecerant, Vsiptes & Tencatheri, non longè à mari quò Rhenus influit. causa transeundi fuit, quòd à Sueuis plures annos bello premebantur, & agricultura prohibebantur. Sueuorum gens, vt scribit, longè maxima & bellicosissima Germanorum omnium. hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa è finibus educunt. reliqui qui domi manserunt, se atque alios alunt. Hi rursus inuicem anno primo in armis sunt, illi domi remanent. sic neque agricultura, neque ratio vsusve belli intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet, neque multum frumento, sed maxima parte lacte atque pecore viuunt, multumque sunt in venationibus, quòd à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciunt: quæ libertas & vires alit, & immantia corpora efficit: atque in eam consuetudinem venerunt, vt lo cis frigidissimis neque vestitus præter pelles habeant quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, & lauantur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus, magis eo, vt quæ bello ceperint, quibus vendant habeant, quam quò vllam rem ad se importari desiderent. Equestribus prælijs sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus præliantur, eosque eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos celeriter, si vsus est, recipiunt se. Nihil turpius quam ephippijs vti. Vinum ad se omnino importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effoeminari arbitratur. maximam putant esse laudem, quam latissimè à suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non posse. Itaque ex vna parte à Sueuis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt Vbij, quorum fuit ciuitas ampla: paulò hi cæteris sunt Germanis humaniores, propterea quòd Rhenum attingunt, & Gallicis sunt moribus assuefacti. hos cum Sueui multis bellis experti, propter amplitudinem ciuitatis finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt. In eadem causa fuerunt Vsiptes & Tencatheri, quos supra diximus, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuissent, ad extremum iam agris expulsi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum perueniunt, & priusquam Menapij qui Rhenum accolunt, intellexerunt, interfectis præsidijs ac nauibus conscensis, flumen transierunt, & omnibus adificijs occupatis, sese ibidem aluerunt. De Sueuis adhuc in sequenti folio, & in secundo volumine. His de rebus Cæsar certior factus, infirmitatem Gallorum veritus, nihil illis committendum existimauit. Est autem hoc Gallicæ consuetudinis, vt viatorem publicè consistere cogant, quid quisque eorum de quaque re audierit aut cognouerit, quant, & mercatores in oppidis vulgus circumsistat, quibusque ex regionibus veniant, quasque res ibi cognouerint, pronuntiare cogant, vt consilij commoda sit occasio. qua consuetudine cognita, maturiùs Cæsar ad exercitum proficiscitur. Principibus autem Gallie vocatis, eorum animos permulcens confirmansque, equitatu imperato, bellum cum Germanis gerere constituit. Comparata re frumentaria, equitibus delectis, in ea loca contendit, quibus in locis Germanos esse audiebat. A quibus cum paucorum dierum iter abesset, legati ad Cæsarem venerunt, quorum hæc fuit oratio: Germanos neque priores populo Ro. inferre bellum, nec tamen recusare, si laceffantur, quin armis contendant, quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere, neque deprecari: hoc tamen dicere, venisse eiectos domo, si suam gratiam Rom. velint, posse his vtilis esse amicos, vel sibi agros tribuant, vel patiantur eos tenere quos armis possederint, se vnus Sueuis concedere, impares eis esse, quibus ne dij quidem immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.

Ad

Ad hæc quæ visa sunt, Cæsar respondit. Sed exitus fuit orationis, sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remaneret: neque satis mirari, vt qui sua defendere non valerent, inuaderent aliena: neque verò esse agros vllòs in Gallia, qui tantæ multitudini assignari possint sine iniuria possessorum. Esse autem apud se aliarum gentium legatos, in primis Vbiorum amicorum populi Ro. de Sueuorum violentia conquerentes, posse eos cum illis habitare, donec vtrisque consultum sit: se Sueuis imperaturum, vt ab eorum offensionibus abstineant. Ab eunt legati ad suos, relationem facturi & redituri. Sed Cæsar fraudem suspicatus, processit propius, & cum ab hostium castris non amplius passuum xij. millibus abesset, ad eum legati (vt erat constitutum) reuertuntur, orabantque ne longius progredieretur. Cum id non impetrassent, petebant, vt Cæsar ad suos equites, qui præbant, mandaret prælio abstinere, donec legatos ad Vbios mitterent, & foedus cum his contra Sueuos iuxta consilium Cæsaris inirent. Intelligens Cæsar petitionem ad moram trahendam fieri, respondit se non amplius quam quatuor millia passuum progressurum illo die: mandauit equitibus, ne eos inuaderent. Equites iussu ducis accepto, tanquam in pace securi ibant. Id cum hostes aduertissent, impetu in eos ruunt, quatuor & 70. ex eis occidunt, reliquos in fugam vertunt. Cæsar circumuentum se dolis videns, statuit nullam pacis conditionem admittendam. concilio vocato, dum propositum aperit, legati hostium principes gentis & seniores, in quibus erat omnis authoritas, ad Cæsarem in castra perueniunt, excusaturi præteritas fraudes vel nouas molituri, quos Cæsar ilico capi iussit, simulque contra hostes properat. qui ignorantibus si quid legati egissent, celeritate aduentus Cæsaris, neque consilij habendi, neque arma capiendi spatio dato, perturbantur. Quo loco qui arma capere potuerunt, paulisper resistere. at reliqua multitudo cum fugeret ad Mosam & Rhenum, penè omnis cæsa est, aut in flumine submersa. Qui apud Cæsarem manserant in castris, libertate donati sunt. Cæsi feruntur 40000. reliqui ad Sicambros mearunt. Germanico bello confecto, Cæsar Rhenum transire statuit, siue vt Germanos Ro. armis perterret, siue quòd reliqua pars equitatus Vsiptum & Tencatherorum in fines Sicambrorum fugerat, quos illi requisiti à Cæsare tuebantur, Romanis respondentes, populi Ro. imperium Rheno finire. Insuper petebant Vbij aduersus Sueuorum arma se defendi. Mira igitur ratione ponte facto, Rhenum transijt, haud longè vbi Mosam in Rhenum influit. Ibi plures ciuitates pacem ab eo per legatos petiere. Sicambri fuga finibus suis excesserant. quare Cæsar eorum vicis incensis, ad Vbios se recepit. Sueuos postea in syluas migrasse comperit, liberos & vxores ibi abdidisse, eos qui arma ferre possent, in vnum locum conuenisse in medio regionis, ibique Romanorum aduentum expectare. Quod vbi Cæsari innotuit, omnibus his confectis, quarum rerum causa reducere exercitum constituerat, vt Germanis metum inijceret, vt Sicambros vicisceretur, & Vbios obsidione liberaret, diebus omnino decem & octo trans Rhenum consumptis, satis & ad laudem & ad vilitatem profectum arbitratus, se in Galliam recepit ponte rescisso. Inde priusquam exercitum in hybernâ dimittit, in Britanniam nouum orbem trajicere voluit, explorandam insulam, cultores & illorum mores, C. Voluseno mandat. nam è mercatoribus nihil accipere certi potuit. Ipse in Morinos cum copijs proficiscitur. interim plures insulæ ciuitates, accepta noui belli fama, per legatos populi Ro. amicitiam petunt, à quibus obsides recipit, & cum eis Comium, quem Atrebatibus antea regem constituerat, mittit. Huic imperat ciuitates adeat, hortetur vt populi Ro. fidem sequantur, seque celeriter venturum denunciet. Volusenus perspectis regionibus omnibus, quinto die ad Cæsarem reuertitur, quæque ibi perspexisset, renunciat. Cæsar parata classe cum primis nauibus Britanniam attingit, atque ibi in omnibus collibus expositas hostium armatas copias conspexit. At naues propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem armorum onere pressis, de nauibus desiliendum, & in fluctibus pugnandum erat, cum hostes in arido consistentes tela iacerent. Cæteris autem cunctantibus, qui decimæ legionis aquilam ferebat, Desilite, inquit, commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere. Quo dicto, se ex naui proiecit, atque in hostes ferre aquilam coepit, quem cæteri secuti sunt: pugna acerrima facta, hostes prælio superati, fugaque facta, statim ad Cæsarem legatos mittunt de pace, obsides daturi, & quicquid imperasset facturi. Comius Atrebatū rex, quæ antè legatū Cæsaris in custodia tenebant, remissus arbiterque pacis factus est, partim datis, partim promissis obsidibus.

In

Nobile Sce-
u facinus.

In hac congressione M. Scaua miles, qui cimba cum quatuor tantum militibus ad insulam scopuloso littore transuectus, contra barbarorum copias in acie stetit, & consumptis focijs, stricto obuios mucrone, vnumquenque vt se primus obtulerat, nunc scuto, nunc gladio excipiens, diu vtrique partium admirabile praebuit spectaculum, cum iam non vt in armatum virum, sed vt turrim munitam, omnium nisus, ira, pudorque hostium in furorem versus incumberet: transfixus telo, clypeo & galea vi disiectis, gladioque ad extremum fracto, duabus loriceis onustus, se in vndas iniectit, ac reuersus ad suos, vnde gloriam merebatur, veniam postulauit. Nempè cum Caesar è inspeisset, Parce, inquit, optime imperator, arma perdidisti: & ille cuius sub oculis res gesta erat, summos ei honores impendit. Acceptis inde obsidibus, agrè ad Callicum littus peruenere. vbi cum naues tempestate disiectae ac concussae essent, nec ad reparandum materia suppetebat, frumentum quoque inopia exercitus laboraret, Britannici principes rebellare coeperunt: coniuratione facta, Romanos frumento commeatuque prohibere. Iterato autem victi, deditioem fecerunt, quibus Caesar propter perfidiam obsides duplicauit, eosque in Gallias duci iussit, quod ipse navigatione prospera est reuersus. Postea iterum rebellionem molientes, omnisque domesticis bellis, in Ro. versi sunt, Cassiuellano bellicoso viro summam imperij permittentes, insulae totius ducatum contulerunt, qui quatuor Britanniae regulos partes extremas insulae regentes, per legatos ad soli natalis auxilium inuitat. parent illi. cumque in castra venissent, Caesar iam classe aduectus erupit, & multis occisis, damnoque non paruo suorum, tandem ducem ad deditioem coegit, acceptisque obsidibus & tributis, ex insula remeauit.

4. bel. G. 17.

Britanni
victi.
5. bel. gal. 7.Cassiuella-
nus Britan-
nus victus.

Iuliae mors.

Cum nauem solueret, literae illi à Roma mittuntur, quibus de morte filiae certior factus est, quae Pompeio nupta, pariens moritur, nec infans nisi paucos dies vixerat, quae res & Pompeium & Caesarem magnis affecit cladibus. Caesar copias in diuersa partitus hyberna, in Italiam reuertitur. Cum interim Galli magnis irumpentes exercitibus, vndique Romanos milites in ipsis trucidant hybernis. Princeps eorum qui defecerant, Ambiorix erat vir callidissimus, cum quo plurimi & fortissimi milites, qui Cottam & Titurium cum exercitu obruncarunt: Ciceronis legionem sexaginta millia hominum circumuenientes obsederunt, contra à Ro. summa virtute pugnatum est. haec cum procul absenti nunciata sunt Caesari, septem millibus hominum in vnum coactis, statim rediens Ciceronem obsidione liberare contendit, obsidentes variè tentans, tandem dispersos fudit, & magna ex parte interfecit. Haec victoria multas Gallorum rebelliones sedauit. Confestim quoque ex Italia ad caesorum supplementum tres ad eum legiones venere, duas ex suis mutuante Pompeio. Inter haec gentes multae descierant, ex quibus longè praestantiores Auerni Carnutesque. summa administratio Vercingetorigi demandata. Huius patrem olim regnum affectantem ne cauere Galli, de hoc tamen Iulius vltimo loco scribit; ideo hic supersedeo, tamen Plutarchus hunc ordinem secutus sit. Sed nec narrare inpraesentiarum intendo, quoniam Gallorum proceres atque ciuitates, nunc seorsum aliqua, nunc adunatae, deficientes atque coniuratione facta, exercitum Caesaris turbauerint: quoties & haec deditioem fecerint, profligatae grauitè. sunt enim & in promptu integrae historiae aliorum.

5. bel. G. 15.
16. &c.
5. bel. G. 18.
19. &c.

6. bel. Gal. 1.

Vercingetorix.

6. bel. G. 6.

Caesar secū-
dò Rhenum
superat.

Caesar post varias de Gallis victorias, Menapijs sua vi, Treuiris verò per Labienum victis, duabus de causis iterum transire Rhenum constituit, quod Germani auxilia contra Ro. Treuiris miserant, & ne ad eos Ambiorix, qui Gallos in Caesarem prouocare tentauerat, receptum haberet. paululumque supra eum locum, quo antè exercitum traduxerat, facere pontem instituit, quod & breui perfecit, firmo in Treuiris praesidio ad pontem relicto, reliquas copias equitatumque traducit. Vbi qui antè obsides dederant, purgandi sui causa legatos mittunt, ne odio Germanorum poenas ipsi innocentes penderent. Cognita Caesar causa, reperit à Suenis auxilia missa esse, itaque Vbiorum satisfactionem accepit, aditus viasque in Suenos perquiri. Interim paucis post diebus fit ab Vbijs certior, Suenos omnes in vnum locum copias cogere, atque nationibus quae sub eis sunt, auxilia equitatus peditatusque nunciare. mandat Caesar Vbijs, vt crebros exploratores in Suenos mittant, atque eorum consilia perquirant. Illi imperata faciunt, & paucis post diebus referunt, Suenos cum omnibus copijs penitus ad extremos fines se recepisse, sylvam esse ibi infinitam magnitudinis quae appellatur Bacenis, quae Suenos ab Cheruscis separata, ad eius initium Suenos expectare aduentum Romanorum. At quoniam ad hunc locum peruentum est, non erit, inquit Caesar, alienum de Galliae Germanorumque moribus,

Bacenis syl-
ua.

6. bel. G. 7.

bus, & in quo differant, proponere. In Gallia non solum in omnibus ciuitatibus pagisque, sed penè in singulis domibus factiones sunt, earumque principes sunt, quorum ad arbitrium summa omnium rerum redeat. Antiquitus itaque institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorum auxilium egeret. suos enim quisque opprimi & circumueniri non patitur. Haec ratio est in omni Gallia, namque omnes ciuitates in partes diuisae sunt duas. cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Hedui, alterius Sequani. In omni Gallia eorum hominum qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo: nam plebs penè seruorum habetur loco. plerique cum aut aere alieno & magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus. in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in seruis. Sed de his quidem duobus generibus alterum est Druidum, alterum est equitum. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrat, magnoque hi apud eos sunt honore. Nam serè de omnibus controuersijs publicis priuatisque constituunt, & si quod admissum est facinus, si caedes facta, si de hereditate aut de finibus controuersia est, discernunt illi, praemia & poenas constituunt. Si autem publicus aut priuatus decreto eorum non stetit, sacrificijs interdicitur: & quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur: eis omnes decedunt, aditum sermonemque diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi recipiant, neque his petentibus ius redditur, neque honor vllus communicatur. His autem omnibus Druidibus vni praest, qui summam inter eos habet auctoritatem: nonnunquam etiam hoc mortuo armis contendunt de principatu, si sint plures pares suffragio. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, confident in loco consecrato: huc omnes controuersias habentes, conueniunt, eorum decretis iudicijque parent. Disciplina reperta in Britannia, atque inde translata in Galliam existimatur: & nunc qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illud dicendi causa profisciscuntur. Druides à bello abesse consueuerunt, neque tributa cum reliquis pendunt, omnium rerum habent immunitatem. Multi in disciplinam coeunt, magnum versuum numerum ediscunt, ea literis mandare nefas putant. in alijs, Graecis literis vruntur. Annos xx. in disciplina permanent, venerabile apud eos memoriae exercitium. Inprimis hoc persuadere volunt, non interire animas, sed ab alijs transire ad alios, atque hoc ad virtutem maximè excitari putant, in metu mortis neglegendo: multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant. Alterum genus est equitum: hi cum est usus atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur. Natio omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quique in praелиjs periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolatos vouent. ministris ad ea sacrificia Druidibus vtuntur, quod pro vita hominis non nisi vita hominis reddatur, aliter non posse deos placari. alij immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra, viuis hominibus complent, quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur homines. supplicia improborum dijs gratiora arbitrantur: sed cum eis horum copia deficiat, ad innocentium supplicia descendunt. Mercurium maximè colunt. huius sunt plurima simulacra. hunc omnium inuentorem artium ferunt. post hunc, Apollinem & Martem, Iouem & Mineruam, opinionem habentes, Apollinem morbos depellere, Mineruam artificiorum initia tradere, Iouem imperium caelestium tenere, Martem bellum gerere: ea quae praelio ceperunt, plerumque deuouent. Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant. id ab Druidibus proditum dicunt. ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt. noctem enim dies sequitur. hoc serè à reliquis differunt, quod suos liberos non, nisi cum adoleuerint, vt munus militiae sustinere possint, palam ad se adire patiuntur. Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperint, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant. Viri in vxores, sicut in liberos, vitae necisque habent potestatem. funera sunt pro cultu Gallorum magnifica. omnia quae viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt etiam animalia, & paulò supra hanc memoriam, serui & clientes vna cremabantur. Quae ciuitas commodius suam Rempub. administrare aestimatur, legibus sanctum habet, si quis quid de repub. à fini-

Gallorum
descriptio.6. bel. gal. 8.
& 9.
Druides
sacerdotes
Gallorum.E Britannia
Druides.Graecarum
literarum vltis
apud Drui-
des.Druides
quodammodo
Pythagoram se-
cutores esse.Immanis
gallorum im-
molatio.Homines
immolari,
gallorum dij.Galli patre
Dite pro-
gnati.

à finitimis rumore aut fama acceperit, vti ad magistratum deferat. Germani multum ab hac consuetudine differunt. nam neque Druides habent, neque sacrificio student. deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum aperte operibus iuantur, Solem & Vulcanum ac Lunam. reliquos ne quidem fama acceperunt. vita omnis in venationibus atque in studijs rei militaris consistit, à paruulis duritiæ atque labori student. Qui diutissimè impuberes permanserunt, maximã inter suos ferunt laudem. hoc alij staturam, alij nervos viresque confirmari putant. intra verò annum vigesimum foeminae notitiam habuisse, in turpissimis rebus habent. promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis renum tegumentis vtuntur, magna parte corporis nuda. Agricultura non student, maior pars victus in lacte, caseo & carne consistit. neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus in annos singulos per cognationes hominum qui vna coierint, quantum visum est, agri modum attribuunt, atque anno post aliò transire cogunt, ne assidua consuetudine capti, studium belli gerendi agricultura commutent, ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessione pellant, ne accuratius edificent, atque oriatur pecunie cupiditas. Ciuitatis maxima laus est, quàm latissimè circa se vastatis finibus, solitudines habere. Hoc propriae virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quenquam propè audere consistere: simul hoc se fore rutiliores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato. Cùm bellum ciuitas aut illatum defendit aut infert, magistratus qui ei bello praesint, vt vitæ necisque habeant potestatem, deligunt. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersias minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiunt, atque ea iuuentutis exercendæ causâ fieri praedicant. vbi quis se dixerit ducem fore, qui sequi velint, profiteantur: consurgunt hi qui & causam & hominem probant, auxilium pollicentur, atque à multitudine collaudantur. qui ex his secuti non sunt, in desertorum & proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant, qui quaque de causâ ad eos venerit, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisque domus omnium patent, victusque communicatur. At Galli quondam Germanos virtutes superantes, propter populî multitudinẽ & agri inopiã trans Rhenû colonias miserunt. itaque fertilissima Germaniæ loca circû Hercyniam syluã occupauerunt, quæ gens ad hoc tempus ibi se cõtinet, summã habens iustitiæ & bellicæ laudis opinionem. Gallis autem prouinciarû propinquitas, & transinarinarû rerum notitia, multa ad copiam atque vsus largitur, ac paulatim assuefacti superari, multisque victi prælijs, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant. huius autem Hercyniæ syluæ latitudo, nouem dierum iter expedito patet, in longum finem neminem attigisse compertum est. Sed ad institutum. Cæsar postquam per Vbios exploratores comperit Sueuos se in syluas recepisse, inopiam frumenti veritus, constituit non progredi longius: sed ne omnino metum reditus tolleret barbaris, reducto exercitu, partem vltimam pontis quæ ripas Vbiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit, atque in extremo ponte turrim tabulatum quatuor constituit, praesidiumque cohortium 12. pontis tuendi causâ ponit. ipse ad bellum Ambiorigis profectus est. Cæterum qui Sueuos à Cæsare superatos scribunt, dissentire ab ipso videntur Cæsare. Cæsar aduersus Ambiorigem proficiscens, per Arduennam syluam maximam, quæ est inter Treuiros & Neruios, millibusque amplius quingentis passuum in longum, in latum verò vnius diei iter extenditur. L. Basilius praemissus, Ambiorigem improuisum subito inuenit. sic fortuna vna hora circa vnum hominem vim suam exercuit, vt incautus opprimeretur, oppressus euaderet. Cæterum vbi è manibus Ro. vix euasit, suis quos à tergo liquerat, per nuncios fugiens mandauit, vt quomodo posset sibi quisque consuleret. Catauoleus eod die dux Eburonum mortem sibi consciiuit. territæ ducum copia, pacem à Cæsare impetrarunt. Cæsar Ambiorigem sequitur, castra Ciceroni committit, mandatque vt interea nullum egredi portis sinat. Inter hæc Sicambri gens Germana prædæ auida, collectis duobus millibus equitum, Rhenum nauigio transcunt, Eburonum fines inuadunt, iam hominum pecudumque magnam vim collegerant, prædandi finem non faciebant. sic euntibus, captiuorum vnus ait, Quid huic prædæ laboriosæ & inopi tanto studio inhiatis, cùm summas opes faciliè inuenietis? trium horarum spatium ad Vatuccam vos perducet, ibi Romanus exercitus opes suas fortunasque reposuit, Cæsar longè abest, sine negocio expugnabit. placet consilium

6. bel. gal. 10
Germanorum mores.

Latrocinia Germanis non esse infamia.

Ius hospitij apud Germanos.

6. bel. gal. 12

Arduenna sylua.

6. bel. gal. 13

Sicambri rebelles. 6. bel. gal. 15

silium Sicambri. Cicero cui loci custodia commissa erat, vt totis septem diebus exercitum intra vallum retineret, tædio ductus, aliquos frumentatum misit. Tum inuadunt Sicambri praesidia Ciceronis, sed fortiter repelluntur: quare desperantes castra capi posse, ad prædas quas in syluis occultauerant, atque inde ad patriam, sunt reuersi. Tandem Cæsar fugitiuos sequi, & difficile sibi videns, & inglorium, omnibus in circuitu vastatis, in Rhemorum fines redijt. ibi concilium Galliarum indicit, & de coniuratione rebellium, Senonum ante alios & Carnurum, quaestionem habuit. de Accone principe coniurationis, Romano more supplicium exegit. aqua & igni contumacibus interdictum est. Sic compositis rebus, decem legiones ita partitus est, vt duæ in finibus Treuiorum, duæ in Lingonum, sex aliæ in Senonum finibus hybernarent. Cæsar vt ex Gallia discessit, noui vndique motus, nouæ rebelliones, vbiq; conuentus, vbiq; consilia, non in vrbibus modò, sed in syluis locisque abditis. multos odium antiquum incitabat, multos paor, & mors Acconis concusserat. accedebat commiseratio communis patriæ & indignatio gloriae. At Vercingetorix, de quo mentio habita est, potentissimus, quod voluit, faciliè persuasit arma omnes capiunt, & ad bella se præparant. Iam enim, vt Plutarchus ait, Romæ contra Cæsarem conspirantibus aduersarijs, vniuersæ ciuitates Galliarum bellum meditabantur. sed Cæsar inuictus semper, copijs suis in Galliam rediens, agros vastat, vicos diripit, oppida quadam funditus euertit. vniuersis dehinc receptis in fidem quos facti pigeret, haud destitit quoad Heduum gentem bello deuicit. ea enim tempestate focios se defectionis facientes, Cæsaris exercitum vehementer afflixerant. Inde castra mouit in Lingonum fines, vt ad Sequanos amicos tunc se reciperet. ibi hostes eum adorti sunt multis armatorum millibus, quibus congressus, victor euasit. Iraque post maximam stragem hostium, plurimi cum duce Vercingetorige fugientes, in Alexiam se vrbem maximam receperunt. Eam obsidenti Cæsari, cùm capi posse desperaretur, maius discrimen extrinsecus incubuit. trecenta enim armatorum millia Alexiam adueniebant, cùm intra vrbem haud pauciora 100. ac 70. bellatorum millibus versarentur. quam obrem Cæsar geminos objicere muros compulsus est, alterum contra vrbem, alterum contra hostis aduentum. si enim vtrinque copia iuncta fuisset, de Cæsare actum fuisset. præcipua admiratione perfequendum id, latuisse oppidanos, quum Cæsar cum tot millibus exterius Marte collato palmam reportaret. nec etiam victoriam prius intellexisse Ro. qui obiectum vrbis murum pro statione tenebant, quàm oppidanorum luctum, quum altera ex muri parte pedites auro & argento clypeos resperfos cruore, thoracas & Gallica tentoria à Romanis in castra deferri cernerent. adeo maturè tantus exercitus euauit profligatus, & maxima ex parte pugnando deletus. Afedulus dux & princeps Rhemorum occiditur. Vercasuellanus Auernus viuis in fuga comprehensus, signa militaria 74. ad Cæsarem referuntur. Qui Alexiam tenebant, post multa sibi Cæsarique illata detrimenta, tandem sese dederunt. Cæsar iubet arma tradi, principes produci. ipse in munitione pro castris confedit, eò duces producuntur. Vercingetorigis pulcherrima indutus arma, equo desiliit, deiectisque armis ad Cæsarem veniens, ad eius pedes tacitus sedit, donec triumpho destinatus, custodiae traditus est. His rebus confectis, in Heduos profectus, ciuitatem recepit. deinde obsidibus imperatis, per Galliam legiones distributas hyemare iussit. Hi sunt multorum annorum labores, quos Cæsar subiit in Gallia. hæc difficultates, hæc pericula magno imperio, nedum vni viro multa satis & graui, quorû summã complexus est Suetonius Tranquillus his verbis: Gestit 9. annis quibus in imperio fuit, hæc: omnè ferè Gallia, quæ à saltu Pyrenæo alpiibusque & Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano cõtinetur, patetque circuitu bis & tricies cõtina millia passuum, præter socias ac benemeritas ciuitates in prouinciæ formam redegit, eiq; in singulos annos stipendijs nomẽ imposuit. Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorû ponte factò aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus & Britannos ignotos antea, superatisque pecunias & obsides imperauit. Per tot successus ter nec amplius aduersum casum expertus, in Britania classe vi tẽpestatis propè absumpta, in Gallia ad Gergoniã legione fusa, & in Germanorû finibus Titurio & Arunculeio legatis per insidias cæsis. Digna virtus tot dierû supplicationibus, quæ decretæ sunt Romæ, cognitæ per literas tantis rebus. Contra hos successus, vt solet, inuidia grassabatur. quare priuatæ cum Pompeio similtates, publicæ fragi materiam præbuere. cum eo vno iam res erat, cum quo antè imperij partem diuiserat. Cæsar enim cui tertia pars obuenerat, apud Parthos perierat. Pompeius etsi formidare

6. bel. gal. 16

6. bel. gal. 19

Noui Galliarum motus.

7. bel. gal. 1.

7. bel. gal. 2.

7. bel. gal. 17

21. 27. 31.

7. bel. gal. 35

36. 37. 38. & c.

Alexia vrbis

Vercingetorigis deditio.

7. bel. gal. 47

Quibus re-
bus cōpara-
ta Cæsari
gratia.

videretur Cæsarem, tamen ad eò habuit despectum, quasi non arduum opus esset quem ad tantum extulisset fastigium, denuo in stragem pernicemque detrahere. Cæsar verò eò fiducia euectus, ut iam pridem nihil crederet sibi impossibile, legiones novas auctoritate sua conscripserat, & nihil quod ei in animum venisset, aggredi verrebatur. quas ob res aliqui eum culpa non absoluant. forum maximis impensis è manubijs cœpit extruere, quæ non suæ erant, sed populi Ro. disciplinam militarem publicè solitam doceri, ad se reduxit, ut priuatim suo doceretur arbitrio. fuit hoc contra morem ac instituta maiorum. Romanis legionibus in omne tempus stipendiū duplicauit, quod eum militibus gratissimū ac charissimum fecit. sumptuosissimum tamen hoc Reip. fuit. apud cæteros verò reges gentesque præter licentiã senatus ac populi, miras exercuit liberalitates, non ut dux pop. Ro. sed ut dominus & rex, neq; solum in Gallia, Italia, Hispaniãve, sed in Asia etiam & Græcia, vrbes præclarissimis operibus exornauit, quæ omnia aliter quàm mos patrius exigebat, facta fuere. Crescebat his rebus inuidia. Erat sanè tempus, ut qui honores principatusque petebant, omni abiecta verecundia, epulū largitionesq; distribuere in populū. quapropter corruptū mercede populū ad comitia descendente, cerneret non suffragijs, sed armis pro largitore decertantem, & tribunalia sæpenumero sanguine cœdantē, cum interim ciuitas amisso rectore, sicuti nauis relicto clauo fluctuans agitaretur. Idcirco qui animo & ratione valebant, satis fore existimabant, si ex ea hominum insania emergerent. Erant qui asseuerare publicè audebant, nullo pacto nisi delato ad vnū principatu, curari remp. posse: ei verò medelam ex benignissimo medico adhiberi oportere, Pompeium inuantes. at ille verbis repudiatis, re autem saragebat ut dictator crearetur. duas enim rum obtinebat Hispanias & vniuersam Aphricam, quam per legatos administrabat, ad alendos præterea exercitus mille quotannis talenta ex ærario sumebat. Tum Cæsar qui consulatum pro eo peterent, & suarum quoque prouinciarum tempus dilatandum impetrarent, misit. Initio quidem tacente Pompeio, Marcellus & Lentulus consules Cæsarem odio insectantes, aduersari cœperunt. Marcellus enim frequenti senatu testatus de salute reipub. se acturum diffiniuit, ut cum bellum in Gallia finitum esset, dimitteretur exercitus, & successor Cæsari daretur, quanquam ante tempus foret, qui in pace prouinciam gubernaret, ipse verò Cæsar sine imperio rediret. addidit, ne absentis ratio comitijs consularibus haberetur, & non contentus ea iniuria Cæsaris, his quoque quos Cæsar ciuitate donauerat, ac Communum deduxerat, adimendam eam iudicauit, ambitiosam concessionem & immodicam asseuerans. cumque ex his decurio quidam Romæ versaretur, eum Marcellus virgis pulsauit: adiecit, ut se ciuem Romanum nequaquam esse intelligeret. Quibus turbatus Cæsar, Gallorum diuitias hauriendas dimittens, Curionem trib. plebis, Paulum Aemilium consulem muneribus sibi obstrinxit. intelligens hæc Pompeius, iam palam cum amicis, ut Cæsari succederetur, efficiebat, & legiones duas quas in bellum Gallicum ei commodaauerat, repetijt. eos milites misit Cæsar, ducentis & quinquaginta viritum donatos dtachmis. Qui hos ad Pompeium deducendos acceperant, malignas in vulgum de Cæsare voces sparserant, Cæsarem multitudine præliorum suis odio esse, & plurimam familia. Has ob res permollitus Pompeius, perinde ac nihil pertimesceret de comparandis exercitibus, negligentius agebat, oratione & sententia in Cæsarem inuehebatur. Quæ Cæsar nihili pendisse traditur: quin missus ab eo centurio, cum a senatu imperium Cæsari prorogari minimè intellexisset, conculso manu gladij capulo, Hic prorogabit, inquit. Verum Cæsaris postulatio clarissimam præ se ferebat æquitatem, se enim arma depositurū, idem faciente Pompeio, asseuerabat: at indignum esse, ut tractis sibi copijs, Pompeio vires confirmarentur. Hæc Curio pro Cæsare obtestatus populo. Postea feruntur à Cæsare literæ, quas trib. plebis extulit, & per Consules recitauit. socer Pompeij Scipio sententiã dixit in senatu, ut nisi Cæsar ad diem certum arma deposuisset, hostis à senatu pronunciaretur. Rogantibus sententiã consulibus, nunquid exercitum à Pompeio dimitti oportere censeretur: subinde, nunquid à Cæsare, illi quidem voci pauci admodum, huic quasi cuncti assensere. deprecanti insuper Antonio, ut magistratū vterque deponeret, planè vniuersi concessere. At violentius agente Scipione, & vociferante Lentulo consule, aduersus latronem non suffragijs, sed armis opus esse. Dehinc aliæ à Cæsare delatæ sunt literæ, quandoquidem priora non processere, petebat ut omnis cæteris, cisalpina tantum Gallia Illyricumque sibi cum duabus legionibus, vsque ad secundi petitionem consulatus concederetur. Cicero

Ciuilis bel-
li femina.

8. bel. gal. 3.

Cæsaronis
audacia.

1. bel. ci. 1.

Cæsar reuo-
catur.

Cicero quidem orator, vtriusque amicos concilians, Pompeium mitigare non destitit: qui cum cætera concederet, exercitus denegabat. Cicero quoque Cæsaris amicos induxit, ut prædictis contenti prouincijs, sex tantummodo millibus militum, in pacem amicitiamque reconciliarentur. Inclinate Pompeio, qui cum consule Lentulo conspirabant, nequaquam assensere, sed Antonium & Curionem è curia pulsantes, vrbe eiecerunt. quæ res Cæsari bellissimum prætextū attulit, unde suorum militum animos accenderet, cum clarissimos viros atq; principes ostenderet feruili veste meritoria rheda coactos fugere. Marcellus Pompeiū in foro aggressus, senatu subsequente, Iubeo te, inquit, Pompei patriã defendere, fruiq; præparatis copijs, & aliarū delectum habere. eadem dixit Lentulus, in alterum annum consul designatus. Interea sollicitatur à Pompeianis Labienus, qui Cæsari semper adhaeserat, & quem tunc Cisalpinæ Gallia præfecerat, vt eo alienato, Cæsar parte exercitus priuaretur, de quo Cæsar multa audiens, nil credebat, cuius factū excusare licet & reprehendere. nam si Cæsar iniuste contra patriã arma vertebat, iuste deserui poruit: alioqui ingrati infamia non carebit, qui tam charo duci aliū prætulit. de hoc Labieno Cicero ad Atticū: Labienus, inquit, vir mea sententia magnus, Theanū venit, ibi Pompeium consulesq; conuenit. & paulò post, Labienū Pompeius secum habet, non dubitantem de imbecillitate copiarum Cæsaris. In alio tamen loco Cicero de Labieno scribens, in Labieno, inquit, parum dignitatis, illū iam sui transfugij poenitere. At Cæsar cum obstinatū ad negandum cerneret senatum, & suis inimicis iam designatos consules, tribunos qui sibi aderant, nil posse, immo quosdam expulsos, non amplius differendum ratus, ne aut sui periclitarentur, aut ipse cunctatione vilesceret, dispositis more solito per hyberna legionibus, ex Gallijs in Italiam trāsijt. Quò cum venisset, inuenit duas illas legiones sub obtentu belli Parthici sibi ereptas, in Italia detentas, & Pompeio assignatas, quod ad euidentem Cæsaris iniuriam pertinere nemo non sensit. adhuc tamen tacitus pro celsis, conuentibusq; peractis, Rauennam venit vrbe suæ prouinciæ. Et hoc quidem belli ciuilis initium fuit, quanuis & Gn. Pompeius diceret Cæsarem ideo turbare omnia voluisse, quòd non posset opera incepta perficere, neq; de se populi expectationē adimplere. Fuere qui timuisse illum dicerent, ne eorum quæ primo cōsulatu gesserat contra leges, rationē redderet, cum M. Cato palam dixisset ac iuraret, se Cæsaris nomen mox vt priuatus esset, inter reos delaturū. vnde in vulgus effusum erat, fore vt ex vinculis causam diceret. alijs visum est, eum sola cupiditate regnandi inductū, & videtur fuisse Ciceronis opinio, qui in libris officiorum semper Cæsarem in ore habuisse ait illud Euripidis: Si violandum est ius, regnandi gratia violandum est: alijs in rebus pietatem colas. Non multum tamen refert, quid de eo sensit Pompeius vel Cicero, cum rarò quisquam de hoste benè sentiat. nam & Cicero de Pompeio suo scribit, cum quo magis elegit ruere, quàm sine illo consistere. Ille sic ad Atticū: Gn. Pompeius non id egit, vt beata ciuitas esset: nec verò ille vrbem reliquit, quòd eā tueri non posset: nec Italiam, quòd ea pelleretur: sed cogitauit omnes terras, omnia maria mouere, reges barbaros incitare, gentes in Italiam armatas ducere. Item, Coniungo me cū homine magis ad vastandam Italiam, quàm ad vincendum parato. Et in eadem epistola: Non me igitur is ducit, sed sermo hominū. & rursus, cum dixisset Gneum Syllani regni similitudinem cōcupiuisse, & postea, beneficiū, inquit, sequor, non causam. Et alibi: Si vincit, inquit, Syllano more ex emploque vincit. & statim: Mea autem causa alia est, qui beneficio victus, ingratus esse non possum. Cæsar dum Rauennæ substitisset, audiens tribunos qui partes suas fouissent, contemptui habitos, aliquos vi pulsos, Romæ omnia sui odio humana & diuina moueri, euocatis legionibus vbicunque essent, confestim clam cohortibus præmissis, ne qua suspicio oriretur, spectaculo publico ipse interfuit, ex consuetudine conuiuio se frequenti dedit. Deinde post solis occasum parato vehiculo, occultissimum iter modico comitatu ingressus est, & luminibus extinctis, diu errabundus, tandem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, constitit, ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos: En etiam nunc, inquit, regredi licet. quòd si transferimus, omnia armis agenda sunt. Cunctanti quidam eximia magnitudine & forma repente apparuit, arundine canens: ad quem audiendum cum præter pastores plurimi etiam milites concurrissent, interque eos & æneatores, rapta ab vno tuba, prosilijt ad flumen, & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæsar: Eat, inquit, quò deorum ostenta & inimicorum

Ciceronis
honestum
consilium.

1. bel. ci. 5.

8. bel. Gal. 32.

Labienus à
Cæsare deficiit.

lib. 7. epi. 12.

lib. 8. epi. 2.

1. bel. ci. 5.

Catonis &
Cæsaris or-
dium.

1. Offic. 9.

iniquitas vocat. iacta alea esto. Hæc dicens, transijt ac traduxit exercitum, Ariminumq; vrbem proximã pace tranquillam, attigit, & parentibus portis introgressus, tribunis plebis qui eius odio pulli erant, obuiam venientibus. lapis in medio foro erat, ibi concionatus est ad exercitũ, scissa veste cū lachrymis, ad suam dignitatem contra inuidiam inimicorũ conseruandam, fidem militũ implorabat, & ingētia promittebat. Eo- rum Lucius Cæsar adolescens venit, cuius pater Cæsaris erat legatus. is explicitis pro quibus venisset, cõmissa sibi à Pompeio quãdã refert, excusare se Pompeium Cæsari, & poscere ne ea quæ pro reip. amore gesserit, ad iniuriã suam trahat, charũ enim sibi esse Cæsarem, sed reip. rebus omnibus chariorẽ: Similiter & Cæsari curã esse debere, vt priuatas suas inimicitias reip. remittat, ne, dũ hostibus vult nocere, patriam offendant.

His Cæsar respondens, exponit iniurias pro multis in reip. meritis sibi illatas, paratum se omnia reip. condonare, ita tamen, vt discedant omnes ab armis, & ad ciuilitatem solitã reuertantur. delectus enim aduersus Parthos fictos, legiones & ciuitatẽ esse armatas. Proficiscatur ergo Pompeius in prouinciã suã, dimittatur exercitus, omnes per Italiam arma deponant, sit togata ciuitas, non armata: se quoque æquissimo animo quieturum, iniuriasque omnes obliturum. Ad hæc sarcinda & iureiurando firmanda, petijt vt Pompeius propius accederet, velse accedi pateretur: sperare enim se colloquio & conspectu mutuo omnes controuersias finituros. Ad hæc responsio in scriptis reddita, vt Cæsar quã primũ in Galliã reuertatur, exercitumq; dimittat: quo factõ, iturũ in Hispaniam Pompeiũ, alioqui de delectibus nihil obmissuros consules, Pompeiumque. Iniqua responsio visa est Cæsari, quod se facere iuberet, ipse nihil nisi promittere se facturum vellet, nec diem promissis diceret, nec colloquio tempus daret. Cæsar cognito aduersariorum animo, Arimino cedens, Auximum proficiscitur, M. Antonium cum quinque cohortibus præmittit. erat in Auximo Accius Varus, quem decuriones adeunt. dicunt notum sibi Cæsaris aduentum, neque sui aut ciuium suorum propositi esse, imperatorem populi Ro. & virum de imperio benemeritum, mœnibus arceri, orant vt discrimini dum tempus est, consulat. His permotus Varus, fugam arripuit, prælio commisso, à suis militibus desertus est. Eos Cæsar collaudatos benignè suscepit. L. Puppium centurionem partis aduersæ, ad ductũ ilico dimisit, Auximatis gratias egit, seque illorum facti memorem fore pollicetur. His Romæ cognitis, tantus pavor omnium mentes inuasit, vt ferè vrbem omnes excederent. Pompeium alioqui attonitum, alij alijs sermonibus perturbant, eum pœnas dare qui contra se ac reip. Cæsaris vires aliquando auxisset: alij acrius increpabant, quod cum Cæsar honestas condiciones pacis offerret, Lentulum per insolentiã resistere permisisset. Tum Fauonius eum terram pedibus pulsare iubebat, qui antè admonitus, iactauerat se solo pedis pulsu plenam exercituum Italiam reddere. nihilominus eo tempore maiores Pompeio quàm Cæsari copiæ aderant, sed virũ vti suis consilijs nemo sinebat. Itaq; cum falsi vndique rumores ac metus ingruerent, perinde ac instãte & iam omnia occupante Cæsare, vrbe decedens, senatui se cõsequi iussit. ita consules se fuga subripere, nonnulli Cæsarianorũ animi consternatione cõpulsũ, vnã efferebantur, ex qua vrbe cum miserabilis commigratio fieret, fugam tamen & exiliũ, præsentẽ Pompeio, patrios lares & commune domicilium æstimabãt, Romam verò tanquam Cæsaris castra relinquebant. Cæsar Picenum omne, cuius olim Aesculum, hodie Ancon est caput, nullo contradicente, peruagatur. sequebantur vndique deditiones, & si quis præfectorum cõtradiceret, capiebatur aut pellebatur. captus Gn. Magius, cum adductus ad Cæsarem esset & supplicium formidaret, Cæsar eum placido animo dimisit: Vade, dicens, ad Pompeium, ei que nuncia, quãdo ad hunc diem non fuerit nobis oportunitas colloquendi, cum Brundisium, quod illum iuisse audio, profecturus sum, colloquemur expediens publicæ salutis, cuius curã gerere maximè nostrum est. Occupato sine cæde Piceno, Corphinium progreditur. ibi contentionis plusculum fuit. pendente tamen obsidione, Lentulus Spinter muris egressus, veniam sibi atque ciuibus petens, ad quem Cæsar, non se vt cuiquam malefaceret, venisse, sed vt se ab iniurijs inimicorum tueretur, & tribunos sui odio in exilium actos, in suam, reponeret dignitatem. Qui oppido præerat L. Domitius, vir magni animi, desperatis rebus, à suo medico venenum deposcit, quod ille nec dare volens, nec negare ausus, poculum somniferum pro veneno obtulit, ita soporatus quieuit. experrectus postmodum, vix à medico manus abstinentes, cum multis nobilibus ad Cæsarem ducitur: ille, ne quis captorum offenderetur, vetuit. Questus deinde breuiter, quod pro suis ingentibus

& in

& in illos & in reip. meritis, referre sibi debitam gratiam neglexissent, contumelias intulissent, cunctos dimisit in columas. quin & pecunias Domitij ab oppidanis sibi oblatas, quanuis & publica esset pecunia, & in stipendium data, Domitio restituit. Nihil præterea ex hac victoria vel prædæ vel vltionis acceperit, nisi quod Domitij milites sacramento ad egit non inuitos, vt arbitratur. Vulgatis sanè quæ acta erant, multum metu omnibus demptum, & multum spei additum, cognoscentibus Cæsarem nihil bello nisi victoriam petere. vnde & Tuscorum populi, & omnis Umbria, pulsus inde præfidijs, ad Cæsarem transiere. Hæc cum accepisset Pompeius, Brundisium petijt, vt in vltimo Italię littore prætorior esset ad transitũ: decreuerat enim, relicta Italia, trãsmarina tẽtare siue metu, siue (vt antè dictũ est) quod cogitaret omnes terras, omnia maria mouere in finẽ, vt solus possent regnare. Exactis septem diebus, Cæsar moris castris, in Apuliã perrexit, reconciliandi se (vt videtur) Pompeio causa. extant literæ ad Oppiũ Cornelium sic: Tentemus reconciliari, enimuerò Syllã imitaturus nõ sum &c. Cæsar cum Apuliã attigisset, mox Brundisium adiit. ad murũ castra posuit, & timens hostis fugam, famosissimũ illum portum saxis obstruere nisus est. Catoni quoq; eos portus præclusit. sed neq; sic detinere valuit Pompeium, quin mari Adriatico Dyrrachiũ nauigaret. Cæsar hoste digressõ, Brundisium intrat. cum hostẽ sequi non posset, concionem habet, qua iustitiam suã aperit. quo factõ, vrbem versus iter arripuit, toto belli Gallici decennio non visam. Romę, cuius pacatorẽ, quàm sperauerat, statũ inuenerat, multi obuerfabantur senatores, quos populari habita oratione de mittendis ad Pompeiũ legatis pro pace exhortatus est. Quibus monitis cum nemo pareret, egrescens morã, æriũ reclusit. obstitit illi L. Metellus trib. plebis, leges afferens, cui nõ plura, nisi aliud esse armorũ, aliud legũ tempus, respondit: cum peractis foederibus, arma deposuerimus, tunc rediens te plebis patronũ ages. apparentibus nusquam clauibus, effringere æriũ iubet. Metellus iterum obstare parat. Cui Cæsar, Nonne scis adolescens, longè mihi difficilius esse dicere quàm facere? quo dicto perterritus Metellus, abiit. dehinc diebus 60. nullo cruore perfuso, cunctam in potestatẽ rededit Italiã. Senatũ Romæ ex his patribus qui domi substiterãt, habuit: ibi perpetuã dictaturã sibi sua autoritate arripuit, ærarium populi Rom. quod tot victoriã, tot secula cõpleuerant, vno die exhausit cupiditate largiendi. Nihil enim sibi retinuit præter dispensandi potestatem. Compositis rebus vrbanis, animũ ad externa conuertit, in primis Sicilia atq; Sardiniam duo horrea populi Ro. per legatos administrare disposuit, de Gallia nihil sollicitus, quam in summa pace reliquerat. Solã repexit Hispaniã, ne insequendo Pompeiũ, à tergo quid formidabile relinqueret, decreuit ad Occidentẽ proficisci, vbi Pompeij copię ingētes erant sub legatis tribus, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone, de quibus tã cõtempnim sentiebat, vt diceret, Vado ad exercitũ sine duce, mox reuertar ad ducẽ sine exercitu. In Hispaniam venit, ibi à Petreio & Afranio bellũ incipit, quos post multas incursiones tandem in arido monte quodã deprehensos obsedit, atq; ita, vt nullus ad fugam pate- ret exitus. Qua desperatione pulsus, cum essent à Sicoris aquatione exclusi, sepe erumpere & mori voluerũt, quibus Cæsar contra morẽ suum copiã nõ fecit. sperabat enim ad extrema perductos, sine prælio vinci posse, nolens suos periculis exponere: maluit etiã aduersarios vincere q̃ occidere, nec sefellit eũ opinio. Tandem rerũ omnium inopes, multis se excusantes, quod pro fide Pompeij restitissent, deditionẽ fecerunt. Quibus Cæsar increpatis veniã dedit, atq; supplicia remisit: Ite igitur, inquit Afranio atque Petreio, in pace, sed exercitus dimittite, nõ vt mei sint, sed ne cõtra me militent, quo nihil lætius milites audire potuissent. Sic Hispania citeriore in potestatem redacta, vltior nullo negotio cõsecuta est, quæ sub M. Varrone tenebatur. sic cõpositis rebus, Romã redijt. Iam Pompeius Epirũ occupauerat idoneã bello sedẽ. ratus eõ Cæsar insequen- dum hostẽ, quanuis adhuc in ops nauũ, quãuis aduersa hyeme per medias pelagi procellas tumultuarĩa classẽ trãsfrerauit, neq; tum à proposito petendæ pacis destitit. Erat inter præfectos Pompeij L. Iubilius Rufus, iam bis dimissus, ad Corfiniũ & in Hispania. hunc idoneũ ratus, ad Pompeiũ misit, satis iam bellorũ reip. illatum asserens, decere vtrunq; pertinaciã omiffa, ab armis discedere, idoneũ nunc pacis tẽpus, cum status sit anceps, æquis quãsi læcibus: si præponderare pars altera inciperet, æquis cõditionibus non staturam: & quoniam de conditionibus pacis ambigeretur, eas à senatu & pop. Ro. peti oportere. Interim principium pacis esse, si vterque iurauerit, se eodem ipso triduo exercitum dimissurum. Iubilius cum longius nunciare rem distulisset, Cæsar vrbes atque oppida quẽdam accepit. inde cum conuentus esset à nuncio Pompeius,

Kk 3

illi-

illius sermonem interrumpens, exclamasse fertur: Et quid mihi vel vita, vel ciuitas profutura est, quam beneficio Caesaris assecutus videbor? Responsum hoc Caesar non permouit, sed aliud iter habenda pacis ingressus, iam cum parte exercitus transfretauit.

3. bel. ci. 17.

Erat inter castra ducū amnis exiguus, Thapsus nomine. ibi milites inter se quotidiana colloquia serere soliti erant sine vlllo telorū periculo. Illuc Caesar P. Vatinius ex legatis suis ire iubet, & quaecunq; putauerit ad pacē conferre, mandata: multa quoque humilia verba committit, qua timentis videri potuissent, nisi a Caesare dicta forent. pareret ille, ad ripam amnis pergit, mandata ducis exequitur, & ab vtraque parte silentio facto, auditus est, responsumq; ab aduerso, quod Aulus Varro die proxima ad colloquium veniret: Legati autem & tuto venire possent, & quę vellent loqui. Die dicta, Vatinius redeunte, turba ingens vtrinq; conuenerat. Labienus prodijt, & cum Vatino loqui cœpit atq; contendere, tela tandē vtrinque missa. Vatiniū armis milites protexerunt, multi vulnerati sunt, & Labienus: Pax, inquit, nisi trunco & oblato nobis capite Caesaris, nunquam erit. Venerat in Epirū Caesar, rebus in Italia pro tempore dispositis, relicto ad Brundisium Antonio cū parte exercitus, quam trajcere nequiverat defectu nauium, vt ad epta nauigatione, ipse quoq; sequeretur. Et cum eos saepe frustra tamen literis euocauerat, impatientia expectandi tumidū ventis mare piscatoria cymba solus intempesta nocte trajcere non timuit, & procellis increbrescentibus ita, vt nauicula gubernator desperatus, retrocedere voluisset, Caesar apprhēsa dextra gubernatoris, Perge, inquit, nec extimesce, Caesarem vehis eiusq; fortunā. quo exhilaratus vector, remis impetū fluminis superare contendit.

Labienus Vatiniū legato fidem frangit.

3. bel. ci. 22.

Interim Antonius, trāsmissis ex Brundisio copijs, aderat: redeunte simul Caesare, cōpositis rebus, Dyrrachium applicat, & ad motis ad hostem castris instabat, nunc aciem explicando, nunc hostes ad prælium iritando, nunc Dyrrachium oppugnando, perosus moras, cupiens vt quicumque esset exitus belli, statim esset. sed omnia frustra: nam & Dyrrachium inexpugnabile, & Pompeius pugnae copiam non faciens, siue propter inopiam rei frumentariae quae Caesarem premebat, siue quod tædio ac expectatione virtus animosū ducis senesceret. Sic cum illi cunctatio, huic celeritas grata erat, statuit, quos non poterat prælio vincere Caesar, obsidione cingere: mirum dictū, XV. millium passuum fossam circumduxit, vallis impositis & turribus, pauciores obsidere plures incipiunt: sed nec obsidio dici poterat, cum obsessis maria paterent, rerumque omnium copia suppeteret. Erant ibi crebrae obsessorum eruptiones, dimicatum est vno tempore pluribus locis. prælijs sex factis, tribus ad Dyrrachium, tribus ad munitiones. cum horū ratio haberetur, ad duorum * millia numero ex Pōpeianis cecidisse reperiebantur, euocati & manipulares & centuriones alijque complures præclari. ex Caesarianis non amplius viginti desiderati.

Dyrrachium oppugnatur.

3. bel. ci. 31.

32. 34. 35. 36.

His congressibus virtus apparuit Tullij Volcatij, qui cum tribus cohortibus Pompeianam legionem pertulit, repulitque, necnon & quorundam Germanorum, qui munitionibus erumpentes, multis hostibus caesis, sospites rediere. In castello autem quodam quod Pompeius inuaserat, tantus fuit imber sagittarum, vt sine vulnere defensorum nullus euaserit. Clara hinc Sceua centurionis admirabilis virtus, cuius scutum relatum Caesari, persosum centum & xx. ictibus inuentum est. hic cedentibus comitibus, contra omnem Pompeij exercitum solus stetit, mirisque ac incredibilibus rebus gestis occubuit, post eximias pugnas illo die & antè in Gallia Britanniaque editas.

Sceua centurio.

3. bel. ci. 38.

Sic se rebus habentibus, Caesar nihilominus de pace cogitabat. Itaque cum audisset Scipionem Pompeij socerum, in Macedoniam ex Epiro venisse, Clodium vnum de suis qui per familiaris Scipioni fuerat, misit, scribit omnia se pacis gratia probasse, nilque profecisse, credere non Pompeij vitio, sed nunciorum accidisse. Ipse verò cum & autoritate apud generum & potentia tanta esset, vt liberè Pompeium alloqui possit, & errantem non modò repræhendere, sed quodammodo cogere, vt æquæ paci animum adhibeat, vices suas petit interponat: id si fecerit, rebus eum fessis & maius in malum pronis, quietem, imperio ac Italiae pacem prouincijsque allaturum. Cum his Clodius ad Scipionem mandatis venit, qui primum quidem lætus visus est, postmodum muratus, infecto negotio, Clodius est reuersus. Caesar interea maxima premebatur necessariorum inopia, ita vt milites quandam radicem (sunt qui charan vocent) euellerent, & commixta lacti vescerentur. Interdum ex ea re panes, inter hostium stationes prætercurrentes iniiciebant, addebantque, se quoad huiusmodi radices terra produceret, obsidionem Pompeij non derelicturos. eos autem panes & sermones Pompeius in vulgus proferri vetuit, ne suorum animos mouerent.

Caesar pacem querit.

3. bel. ci. 35.

Panis herbacus.

Circa

Circa Pompeij vallum quotidie siebant pugnae, cunctis Caesar victor intererat, vna duntaxat excepta, in qua fulis magna ex parte suis, summo cum periculo propè totum amisit exercitum. erat enim eruptio violentissima, contra quam nullus perstare valuit, repleta caelis fossa, nonnulli circa vallum & castra passim fugientes cadebantur. Quibus occurrentes Caesar, fugam in hostem conuertere frustra conatus est, duo & xxx. in hostium potestatem signa venerunt, ipse ne interficeretur parum abfuit. Caesara sunt, auctore Orosio, 24. millia militum Caesaris, centuriones 32. equitesque Romanos complures. nocte verò interueniente, ait Eutropius, Pompeius sequi noluit, vnde Caesarem dixisse ferunt, Pompeium nescire vincere, hodie enim se potuisse superari. In ea clade cum aquilifer quispiam spectatae virtutis homo, lætali vulnere moriturum se sentiret, versus ad comites, porrigensque aquilam, quam tunc ægrè sustentabat: O commilitones, ait, vitens hanc aquilam multis annis & multa cura seruauit, nunc moriens eandem pari fide restituo: vos autem per communis imperatoris amorem oro ac obtestor, caute dedecus Caesaris castris insolitum, ne fortè in hostium manus veniat tanti ducis signum. Hæc dicens, corruisse fertur, centumque alij primæ cohortis principes. Labienus in Caesare, sub quo olim militat, inexpressibili odio accensus; à Pompeio captiuos sibi dono dari petijt. quod impetratum cum esset, productos omnes contumelioseque increpitos, fortè sceleri immani transfugio suo fidem quærens, in conspectu omnium interfecit. hac etiam victoria tantum spei Pompeianis accreuerat, vt non de bello amplius, sed de victoria cogitarent. Caesar concione aduocata, post mortuissimam quam egit noctem, milites consolatus est, hortatus ne deficerent, prælium hoc in faustum multis felicibus esse compensandum, & fortunæ gratiam habendam, quod Romam, Italiam, Hispaniam vtranque sine sanguine quasi diuinitus recepissent. Nō posse, præsertim in bello, prospera omnia euenire, verum tristia lætis compensanda, & hæc ad exercitum. Quosdam verò signiferos, quorum culpa clades accepta erat, notatos è gradu militiæ mouit. exercitum reliquum tantus pudor & tantus dolor inuaserat, tantumq; desiderium ignominia abolenda, vt pugnam ferè omnes proclamarent: qui & legati, oratione & pudore imperatoris tacti, persistendum & cladem hostibus refundendam mox censerent. Solus Caesar contraria erat in sententia, differendum ratus, ilico sociorum ac ægotantium cura congrua suscepta, noctuque impedimentis omnibus præmissis, Apollonium profectus est, qua drimestri obsidione derelicta. Hinc in Thessaliā cōmigravit. Refert Plutarchus, quod Caesar tanta inopia ac præsentium grauitate distractus, contra Scipionem quem in Macedoniam iter agere cognouerat, castra mouerit, ita sperans Pompeium elicere, vbi maritimo pariter destitutus cōmeatu pugnam cōmitteret, aut desolatam Scipionem opprimere. Pompeij verò exercitū victoria reliquosque præfectos ad eum exiuit, vt perinde ac victū fugientemq; Caesare sequerentur. Pompeius contra rebus suis optimè dispositis, vires hostium breui debilitari suis incōmodis censebat, cum Caesari neq; pecuniæ, neq; cibaria satis adessent: tum etiam, quod pestilens quidam morbus ab immanissimo victu natus, Caesaris castra vexare tradebatur. hæc res à pugna Pompeium retraxerunt, quod Catoni probabatur, vt ciuibus parceretur. vt enim is audiuit tantum hostium numerum perisse, obuoluto capite lachrymans secessit. cæteri detrectantem pugna Pompeium maledictis incesserunt. hisce maledictis compulsus ad dimicandum Pompeius, Caesarem inuitus persequi statuit. Interea verò Caesar oppidum Thessaliæ Gomphos cepit, vbi non modò exercitum aluit, verum etiam ab ægritudine liberatū reddidit. Ingressi postmodum ambo Pharsaliam, castra locant, vbi Pompeius ad pristinum rursus consiliū mentem reflexit, bellū trahere cunctando. Caesar dilationē odebat, nec sperabat tamen Pompeium vlllo ingenio ad pugnantū induci posse. hac de re aliud belli genus elegit, vt motis castris in perpetuo motu esset, nec vnquam amplius quàm vnū diem vno ageret in loco: nouerat exercitū suum fortè duratumque, Pompeianū verò molliorē versatū in vrbibus: se facilius mutatione locorum, quod frumenta iam in agris essent, victurum, hostemque obuenturum ea ratione citiūs. Itaque dum castra morurus signa dedisset itineris, & iam tentoria vellerentur, ecce iam mota Pompeij castra conspiciunt: qui victus maledictis suorū, aliena consilia sequebatur, & adsumpta (vt fit) multorū hortatibus fiducia, etsi paulò ante eū diem in consilio dixisset, euenturū vt ante cōgressum exercitus Caesaris vinceretur, quibusdamq; miratibus addiderat, cū equitarū abundaret, circūueniri omnes copias Caesaris esse per facile. Ad hæc Labienus Pōpeij sententiā atq; potentiā laudibus ad celū ferēs, & Caesaris imbecillitatem

3. bel. ci. 47.

Fuga & strages Caesarianorum.

Labieni crudelitas.

3. bel. ci. 47.

Caesaris ad milites oratio.

3. bel. ci. 48.

Catonis pietas.

3. bel. ci. 52. Gomphi.

3. bel. ci. 56.

Cōsilia Pōpeianorum.

3. bel. ci. 57.

litatem oratione deprimens insolenti, nec adesse milites quibus Galliam Germaniamque Cæsar perdomuerit. His dictis, iuravit se nisi victorem nunquam è prælio reuersurum, cæterosque ad idem iurandum induxit. Excitatus ea suorum fiducia Pompeius, paucos post dies in aciem est digressus, quem ut Cæsar castra mouens aduerit in eum locum descendisse, ubi æquo Marte certari posset, substitit: & conuersus ad suos, Non est, inquit, modò amplius de itinere, sed de prælio laborandum. Adest ecce nobis occasio, quam semper optauimus, finem laboribus imponendi. Hæc dicens, instruere acies cœpit, suosque admonere, ne se multitudine hostium circumueniri sinerent, omnibus iubens, ne iniussu suo inciperent, se in tempore quid agendum esset, signo indicaturum. Circumire inde acies, & accendere commemoratione erga illos semper optimæ voluntatis. Inter alia non omisit, se omnibus modis pacem quæsiuisse, & humilius fortè etiam quàm deceret, nõ metu aliquo, sed pietate, ut ciuili sanguini parceretur. Ex aduerso autem, quàm superbè petitiones suæ repulsæ fuerint. Triplicem componens aciem, media quidem acie Caluinum Domitium, sinistro cornu Antonium, dextro se constituit, in decima legione prælium initurus. Contracollocatos cernens hostium equites, Pompeius dextrum cornu, sinistrum habebat Domitius, medio socr præerat Scipio. totum verò pondus equitum ad sinistrum fluxerat cornu, ut dextro hostium circumuento, circa ducem fugam ac stragè efficerent. nulla enim arma oblectari posse, quin omnia oppugnantes cõtererent, cum tantus equitum ingrueret impetus. & cum vtrinque concurrenti signa danda essent, Pompeius suis præcepit, ut stantes & densa manentes serie, hostilem incursum aciactus, donec intra pili iactum essent, exciperent. Quia in re Cæsar Pompeium errasse afferit, ignarum quemadmodum feriendo, & ita initio confligendo, magis vires impetu & cursibus adjici, & perinde ac flatibus excitatos, omni ex parte accendi. Cæsar cum aciem producturus esset, fidissimam centurionem emeritum ac sacramento solutum, & qui amicitia iure euocatus erat, Crastinum, hortari ad strenuè dimicandum cernit: quo nomine compellato, Quid o Craistine spei? quid audemus? Tum Crastinus dextram prætendens, magno clamore, clarissimè, Vincemus o Cæsar, ait. me enim hodie vel viuum vel mortuum collaudabis. Hæc dicens, primum in hostes impetum fecit, eumque delecti milites circiter centum viginti voluntariè prosecuti sunt. Fuit, ut aliqui tradunt, in ipso pugnae principio pius torpor, qui strictos iam gladios contineret, nempe cum frater fratrem, pater filios, filij parentes aduersa acie videret, donec Crastinus præcipitanti rabie vocem tolleret & impetum faceret. ita prælium inceptum est. Concursum est in campis Theffaliæ, quos Philippos vocant. de numero copiarum variè narrant authores, in magnitudine periculi omnes consonant. Summam rei breuissimè complexus Florus, ait, nunquam villo loco tantum virium Romani potant dignitatis fortuna vidit, trecentena amplius millia hinc & illinc, præter auxilia regum & senatus: nunquam imminenti ruinae manifestiora prodigia, nunquam acrior neque alacrior exercitus fuit, nec minus mirabilis belli exitus. Nam cum aliquandiu æquis viribus hinc inde dimicaretur, Pompeius multitudine sifus, ad circumueniendum Cæsarem, equitatum aduocat. ad eò enim equitum copia abundabat, ut facillè circumuenturus sibi Cæsarem videretur. sed circumuentus ipse est. Nam cum iussu Pompeij sifus à cornu erupisset equitatus, repente hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum in effifos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. hanc stragem fugientis equitatus, leuis armaturæ ruina comitata est. tunc terrore latius dato, turbantibus inuicem copijs, reliqua strages quasi vna manu facta est. Cæsar ipse vbique præfens, vtrunque simul exhibens, fortissimi militis & summi ducis officium. Duæ eius voces ab omnibus notatæ: vna, exhortans: Miles, faciem feri. cernebat enim iuuenes & primo flore nitentes, parum bello assuetos, tales maximè plagas deuitturos, nec decepit eum opinio. simul enim ut vultibus parceretur, capita velabât. Altera verò vox Cæsaris: Miles, parce ciuibus. hæc, iam victis & effifis in fugâ hostibus, vifus est. Pompeius, turbatis ac territis suorum ordinibus, ut militum animos timor peruaferat, tantè ruine molem nec sufferre valens, nec attollere, abiecit pòdus imperij, seque fugè tradidit, nõ tam viuere quàm mori paratus, documentum magnum, non semper prælium esse victoriam. Cæsar parta victoria, cum Pompeij castra cepisset, & aliqui hostium in montem effugissent, studiosè egit cum militibus, ne in prædam intenti, tempus labi sinerent, dumque fugientes in monte circumuallare disposuit, hostes à monte abiere diffidentes. Cæsar itaque trifariam partitius est copias, ut pars in suis,

3. bel. ci. 56.
Congressus
apud Pharsaliam.

3. bel. ci. 61.

3. bel. ci. 60.

Crafini cõ-
tutõis vir-
tus.

3. bel. ci. 63.

Germani.

Capiuntur
Pompeij
castra.

suis, pars in Pompeij castris ad custodiam resideret. pars expeditior secum perrexit in hostes, qui alium præoccupabant montem: quos Cæsar obsedit, & dum resistere dubitarent territi, deditonem per nuncios petiere, aliquot senatorij ordinis fuga per noctem dilapsis. Diluculo Cæsar hostes descendere è monte iubet, qui armis omnes abiectis, pedibus se Cæsaris prouoluunt, & veniam petunt. Eos Cæsar iussit consurgere, & nihil metuere. postea lassitudini militum compassus, ut quiescerent, iubet. ubi reditum est in castra, facta cæforum ratione, depræhensum est de legionibus atque equitatu Pompeij xv. millia cecidisse, nam exterarum gentium, quæ de toto Oriente conuenerant, innumerabilis strages fuit. eorum qui deditone in potestatem Cæsaris venerunt, numerum amplius xxiiij. millium fuisse compertum est. capta quoque signa militaria centum lxxx. & lix. aquilæ. L. Domitius è castris in montem refugiens, cum vires eius lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus. De parte Cæsaris non nisi ducenti milites sunt amissi, centuriones circiter xxx. viri excellentes. Cæsar cum in castris scinia Pompeianarum epistolâ reperisset, nec illas legi, nec aperiri scinia passus, bona fide sicut erant obfignata & intacta combussit. Sati- us duxit, iræ, ne ad se accedere posset, occurrere, & opponere illi ignoratiam offensarum, quàm præsentem ratione moderari. Pulsus ergo Pompeius, per Theffalicas syluas vno equo, per Aegæum pelagus vna naui fugiebat, Ro. imperij pudor Lesbion insulam adiit, ubi Cornelia coniunx fuit: receptoque charissimo pignore illic deposito, à tergo sibi metuens, mox discessit, dubitans an in Aphricam, an in Aegyptum, an in Parthiam nauigaret. tandem consilij suorum victus, in Aegyptum flexit. Quæ sententia deterior nulla fuit. nempe cum ab eo rege, cui tutor à senatu datus, regnum summa fide seruauerat, & paterna pietate restituerat, sui in illum meriti auxilium petiturus, ad littus Aegyptium appulisset, cognito tanti viri solitario aduentu, rex impubes Ptolemæus è suorum consilij & inprimis Photini, Pompeium accersit, ac mutata cum fortunis fide, principem Septimio & Achillæ præfecto, qui eum exciperent, obruncandum commendat. illi exceptum in scapham, haud procul à con- ingis nauis peremerunt. Corpus eius in vndas eiectum, caput seruatum pio victori munus impium. nauis in qua vxor erat & filius, fuga euasit. captus & Lentulus ac perductus ad regem, & in custodia enecatus. hic Pompeij quidem, sed non belli ciuiliis exitus fuit. De hoc Ptolemæo ita se res habet: Dionysius Auletes Ptolemæus rex Aegypti, de quo supra mentio habita est, morbo absumptus, reliquit duos filios & totidem filias, Cleopatram natu grandiozem, & fratrem Ptolemæum grandiozem. Illos Alexandrini regno præfecerant ex testamento. Pompeius ex senatusconsulto tutendos susceperat. sed hi qui cum puero erant, seditione moti, Cleopatram eiecerunt, quæ statim cum sorore in Syriam secessit. Interea cum Cæsar, ut dictum est, in Aegyptum peruenisset, adolescens Pompeium interfecit. Nam Cæsar post victoriam Pompeij vestigijs insifens, cogitansque id quod erat, Pompeium in Aegyptum ire, cum paucis Rhodij nauibus, & non nisi 800. equitibus insifcutus, Alexandriam venit, & de Pompeij morte certior factus, aliquantisper hæsit in littore. Interea Theodorus præceptor regis, Pompeij caput atque annulum offert Cæsari, ad quod altius ingemiscens, lachrymas fudisse fertur, tanti viri casum miseratus, simul & illud intelligens, cæde illa non sibi regem gratificari voluisse, sed fortunæ, in se idem, si fors tulisset, ausurum. Dehinc Alexandriam ingressus, exceptus est tumultu & clamore militum graui, quos illi vbi rex præsidij gratia dimiserat. Mox Cæsar noua calamitate perterritus, dum aliorum seditiones componere studet, legiones conscripsit, haud ferè aliquod tempus egit periculofus. Achilles regius præfectus, hausto Pompeij sanguine, iam Cæsaris sanguinem sitiebat, collectoque exercitu xxij. millium armatorum, victori moliebarur insifdias, urbem irrupit, ubi vires erat agenda. Cæsar cum pugna longius procederet, proximas domos accendi iussit, ut ea vi ignis hostis pelleretur. Hoc igne bibliotheca illa nobiliffima, quam Philadelphus condidit, est absumpta. Postea Cæsar insulam, ubi Pharus est, cepit. eò Achilles cum Gabinianis militibus venit, ingens pugna commiffa est, magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompeij interfecti sunt. Admirabilis apparuit Cæsaris virtus in ea clade, quam acceperat Romanus circa oppugnationem pontis. Nam vi insifentium hostium pressus, scapham ascendit: qua mox pondere subsequenrium grauata ac mersa, per ducentos passus ad nauim proximam vna manu eleuata, qua chartas tenebat, natando peruenit: mox nauali

3. bel. ci. 68.

3. bel. ci. 72.

Pompeij
interitus.

Ptolemæus
Aegypti rex.

3. bel. ci. 75.
76. 77. 78.

Achillas Cæ-
sarè inuadit.

Bibliotheca
concrema-
tur.

3. bel. ci. 79.

nauali certamine pulſatus, magna felicitate claſſem regiam aut depreſſit, aut cepit. Alexandrinis petentibus regem reddidit, monitum vt magis amicitiam Romanam quàm arma experiri ſtuderet. Ille velut ferox belua, totis mox regni viribus contra Cæſarem conſpirauit, ſed continuo cum toto exercitu ſuo & ipſe deletus eſt. Nam & xx. millia hominum in eo bello referuntur caſa, xij. millia cum lxx. longis nauibus dedita, quingenti ex victoribus cecidiſſe dicuntur. Rex ipſe è caſtris effugiens, in ſcapam coniectus, & vrgentibus qui euadere ſimul feſtinabant, in mare deiectus, nõ ad ſuos, ſed ad piſces & fundum abiit, atque impuſum fluctibus cadauer, inuentum in ripa, & lorica aurea indicio cognitum. ſic puerilis fraus in ipſo flore nequitiae extincta, & Cæſar generi vltor effectus eſt. Cæſar lorica Alexandriam præmiſſa, omnes Alexandrinos ad deditiõnem deſperatione compulſit, regnumque Aegypti Cleopatram dedit, cuius blanda tunc conſuetudine tenebatur, & cui iure etiam debebatur, necnon & minori eius ſorori ſceptum dedit, minorẽ verò filiam Ariſinoen regno eduxit, ne fortè rebus adhuc infirmis, prætextu puellæ noui motus orirentur. Cleopatra itaque ſoror Ptolemæi anno ab vrbe condita 700. regnare cœpit, & regnauit annis 22. vt Iordanus epiſcopus dicit, ſed Tertullianus ſcribit quòd regnauerit annis tantum xx. vrcunquẽ ſit, ipſa Aegypti regnum habuit vſque ad xv. Octauiani annum, qui eſt annus ab vrbe condita 725. vt inferius patebit clariùs. Hanc Cæſaris victoriã Iudæi ſummoperè adiuuarunt, qui antea quoque Pompeium ad Phariſiam ſub Antipatro ſecuti erant. quare mihi illorum quoque res percenſendæ ſunt. Cæſar poſt ſenatus & Pompeij fugam, trans mare Ionium rebus omnibus Romaque potius, vt dictum eſt, ſolutum Ariſtobulum, qui tunc Romæ tenebatur, cum duabus cohortibus in Syriam miſit, facile per hunc ſibi Iudæam poſſe ſubijci ratus. Verùm ſpe Cæſar fruftratus eſt. nam à ſtudioſis Pompeij veneno periit Ariſtobulus, occiditurque filius eius Alexander, Antiochiæ à Scipione ſecuri percuffus, ſecundum Pompeij literas, accuſatione pro tribunali priùs habita ſuper his, quæ in Romanos admiſerat. Solus autem ſuperſtes Antigonus cum duabus ſororibus ſuis, ad quandam Ptolemæum Minei filium confugit. Poſt hæc cum Cæſar viſiſſet Pompeium, timens Antipater Cæſaris impetum, liberos ſuos ad Arabas cognatos ſuos tranſmiſit. Cum autè mortuo Pompeio, Cæſar contra Aegyptum pugnaret, Antipater Iudæorum potentiſſimus mandatis Hyrcani obediens, in clientelam Cæſaris ſe contulit. Mithridatem Pergamenũ, quem miſerat Cæſar ad expugnandum Peluſium, ſummo ſtudio tribus millibus Iudæorum, omnibusque Syriis iuuit. Dum Peluſium obſideretur, virtus Antipatri plurimùm enituit. Nam & murum primus conſcendit, & Memphitas ad obſequendum Cæſari prudentia ſua inclinauit. inito prælio cum cæteris Aegyptijs, pluribus occiſis, totus perfoſſus corpore, præter ſpem ſeruatus eſt ex prælio, habitaque victoria, factorum ſuorum apud Cæſarem Mithridatem habuit teſtem. M. etiam Antonio plurimùm eum commendante, factus eſt amicus Cæſari, quem & Cæſar Romana ciuitate donauit, pontificatum Hyrcano confirmauit. Paulò poſt cum accuſaret Antipater Antigonus perfidiæ, Antipater fidem in Ro. cicatricibus oſtendens, à Cæſare abſolutus eſt, ei que data eſt optio cuiusque dignitatis ſub pontifice in Iudæa. qui remiſſa dignitatis menſura, procurator Iudææ declaratus eſt, euerſa patrie mœnia renouari impetrauit, Hyrcano regnum, ſed ne rex vocaretur. Sextum etiam cognatum ſuum Cæſar poſtea Syriæ præfecit. Poſt hæc Antipater filium ſuum maiorem, Phafelum Hieroſolymis ſub ſe procuratorem ſtatuuit, & Herodem Galilææ præfecit, qui cum natura ſtrenuus eſſet, Ezechiam quendam principem latronũ, interfecit cum ſuis complicitibus, adeoque terram quietam reddidit, vt publicè Herodes pater Galilææ cantaretur. Phafelus quoque æmulatione fratrem ſuperare contendit, ob hoc pater eorum obſequijs regalibus à gente colebatur, nec propter hoc tamen minùs fidelis Hyrcano fuerat. Verùm erant qui dicerent Hyrcano, quòd Antipatro & filijs eius rebus traditis, ipſe vacuo regis nomine ſederet. his paulatim accenſus Hyrcanus, Herodem accerſiri iubet cauſam dicturum, qui munita priùs Galilæa, ad regem properabat, ferens ſecum Sexti epiſtolam, præcipientis Hyrcano, vt Herodem ab omni crimine & pœna liberaret, nec multò poſt factus eſt Herodes princeps militiæ Sexti, & tunc iniuriam dictæ vocatiõnis Herodes vindicaſſet in Hyrcanum, niſi pater eius & frater Phafelus impetum eius fregiſſent. Conſtituta Aegypti regina Cleopatra, ſuſceptoque paulò poſt ex ea filio, quem Alexandrini Cæſarionem appellabant, relicta Aegypto, Cæſar contendit in Syriam. ex Italia verò nuncij veniunt, vt properè in Italiam redeat, reipub. componendæ

4. bel. ci. 16. & 17.

4. bel. ci. 23.

Ptolemæi interitus.

Cleopatra Aegypti regina.

Ariſtobulus veneno periit.

Antipater Cæſarem iuuit.

Antipater Iudææ tutor.

Phafelus.

Herodes Galilææ procurator.

nendæ conſeruandæque cauſa. nam multa ſe abſente nouarentur. Quibus rebus etſi meritò moueretur, primùm tamen arbitrabatur Orientem, vbi tunc erat, ordinare & imperio ſubdere, ne diuerſa inculcando, neutrum conſummaret. Iuſſis ergo vrbaniſ atque Italis rebus vſque ad ipſius aduentum conqueſcere, ipſe cœpto feſtinus itinere Pharnacem Mithridatis filium petit. Tum rex minoris Armeniæ Deiotarus à ſenatu conſtitutus, depoſito omni ornatu regio, obuiam venit, & audientia data, Ego, inquit, ò Cæſar, non inficior Pompeio me fuiſſe: ſi erraui, teque offendi, veniam peto. Ad hæc Cæſar: Multa in te & magna beneficia mea, quibus olim conſul te honeſtaui, minimè tibi excidere debuerant: poteras etiam & debebas ſcire, qui vrbem Romam atque Italiam teneret, vbi ille eſſet, ibi ſenatum populumque Ro. fore: ego tamen hanc culpam amicitiae antiquæ tuæ atque ætati, inſuper & multorum precibus dono: te ergo confidenter mecum agere, & regio habitu vti volo. His dictis, legionem vnã regis è ſubditis ſuis Romano more inſtructam, & quocunquẽ haberet equites, ſecum ad bellum Ponticum mitti imperat. Cæſari Ponticos ſines ingreſſo, legatio Pharnacis regis obuiam venit, orat vt pacatus eius aduentus ſit, qui nunquam Pompeio fuiſſet. miſit deinde coronam, per legatos gratiam eius petentes. auditis legatis, Ego, inquit Cæſar, Pharnaci non inſenſus, ſed propicius aduenio, modò quod verbis pollicetur, opere adimpleat. priuaras enim offenſiones nullas habeo, qui (vt dicitis) nihil egit aduerſum me. Illas etiam quæ irreparabiles ſunt, vt cædes, vulnera & ludibria ciuium Ro. publicas remitto, prædas autem & ablata reſtituere, familias, quas per vim tenet, emittere ad libertatem, & ſuper omnia Ponto cedere ſtatim iubeo: ſi paruerit, tum demũ munera ab eo mihi miſſa recipio, alioqui ſpes concordiae nulla eſt. Pharnaces hæc cum audiuiſſet, nihil verbo, animo autem omnia recuſauit, ſperans Cæſarem morari non poſſe, quòd fanè ſciret eum in Italiam dudum reuocatum eſſe. itaq; tergiverſari cœpit, moras neçtere. Cæſar fraudem intelligens, celeritate ſolita vſus, venit in Pontum inexpectatus, & quaſi fulmen feriens ſimul atque abiens. rex ſubita re percuſus, cum in aciem veniſſet, magno prælio victus eſt. Tum compoſitis Ponticis rebus, & rege coactò, è Ponto totaque Aſia diſceſſit. Cuncta tanta ſunt celeritate geſta, vt Romam ſcriberet, Veni, Vidi, Vici: quaſi victoriam indicans, non laborem. Digreſſus Cæſar ex Aſia, hyeme media nauigans, ad xiiij. Calend. Januarij Lilybæum peruenit, qui quauis Romam euocatus ob neceſſarias res, omnia tamen poſthabenda imminente bello cenſuit, quoniam fama erat, Pompeianas partes in Aphrica maximis incrementis aſſurgere. Cato enim & Scipio duo duces vnus loco ſucceſſerant, coactis in Aphrica copijs, quibus vires Iubæ regis acceſſerant, externaq; copiae ingentes. Eò ergo cum veniſſet, tentoria in littore fixit, ita vt penè vndis alluerentur, & hoc de induſtria, vt ſuos in officio teneret. Creſcebat autem fama hoſtilium copiarũ, equitatus infinitus eſſe dicebatur, legiones regiae tres, Scipionis decem, ad hæc leuis armaturæ vis immenſa, claſſes plurimæ: quibus nihil Cæſar mouebatur, ſed ad occurrendum hoſtibus ingenti fiducia adſpirabat. quia cum paucis tamen aduenerat, non ſine labore animi augmentũ ſui exercitus expectabat. fama tum erat, in Aphrica Scipionum nomen inuidtum, quod eò ſpectabat, vt vulgus victoriam Scipioni futurã vaticinaretur. id vbi Cæſar ſenſit, & mihi alter erit, inquit, Scipio. protinus vnũ de gente Cornelia hominem abiectum, Scipionem dictum, perinde ac exercitus ducẽ præfecit, ita vt interdum cum hoſte congregi cogeretur. & poſtquam ſex integræ legiones & duo millia equitum adueniſſent, ſufficere ratus has copias, nauibus impoſuit, ſoluitque à littore Siculo. prætori qui tunc in Sicilia erat, de omnibus præcipit, atque ita claſſem vj. Calend. Januarij in Aphricam traiecit. Poſtquam in Aphricam ventum eſt, in deſcenſu nauis accidit, vt caſu quodam ad terram laberetur, & reliquis omnibus territis, ipſe omnia vertit in melius, renouans illud antiquum Scipionis Aphricani, terram protètis vnus amplexus, Teneo te, inquit, Aphrica, vir alioqui auguria perofus. Inde cum Adrumetum veniſſet Cæſar, atque ibi caſtra haberet, Plancus Cæſaris legatus ſeu pacis amore, ſeu belli odio Cæſarẽ adit, & vellòs ne, inquit, imperator, vt cū Conſidio, qui oppidum hoc cuſtodit, olim mihi amico, aliquid de pace agerem? Non negante Cæſare, captiuum quandam cum literis in oppidum mittit ad Conſidiũ. Conſidius literis non acceptis, interrogauit vnde ferrentur literæ, reſpondit nuncius & fati ſui neſcius, à Cæſare. Tunc Conſidius: Vnus, inquit, hoc tempore imperator populi Ro. Scipio. quid mihi cum Cæſare? & hæc dicens, nuncium ſub oculis iugulari imperat, literasque integras ad Scipionem mittit. Reſponſo nequidquam expectato, Cæſar,

4. bel. ci. 47.

Deiotaro regia inſignia reſtituta.

4. bel. ci. 48.

4. bel. ci. 49.

Pharnaces vincitur. 4. bel. ci. 52.

Veni, Vidi, Vici.

Aphricæ motus.

5. bel. ci. 1.

Pompeiano rum opes.

Cæſar in Aphricam traiecit.

5. bel. ci. 5.

Cæsar, quod esset oppidum præualidum, castra mouere cœpit, & ecce ex oppido repentina eruptio facta est. fortè etiam aderat equitatus à Iuba rege missus. itaq; vltimos inuadunt, sistit Cæsar aciem, & pauci contra multos præliantur, quo congressu Gallorum equitum xxx. vel minus, duo millia Maurorum equitum è campo pepulerunt in oppidum. Paulò pòst circa Ruspinam subita hostium multitudine, cui Labienus præerat, circumfusa ab omni parte pugnatù est, vbi Labienus equo insidens aperto capite, vni ex militibus: Vestra, ait, misereor stultitiæ, quos illaqueatos sic in mortem trahit tyrones Cæsar. Contrà miles: Non sum, inquit, Labiene tyro, vt facillè verbis circumueniar, sed de legione decima veteranus. Ad hæc Labienus: Decem annorum signa non video, cui miles: Expecta, agnosces. & pilo in Labienù contorto, equum pectore medio transfixit, Labiene, dicens, decimum militem qui te petit, esse scito. In hoc prælio omnes, & præsertim tyrones, pauidi, nec Cæsar ipse sine solitudine erat. Collecto tandem animo, tota corporis atque animi vi conuersus in aciem hostiù infertur, fecit quod solitus erat, vicit, aduersamq; aciem vertit in fugam. Ex transfugis & his qui capti erant, intellexit Cæsar, tantum multitudine suorum hostes fidere, vt nihil de circumueniendo & capiendo Cæsare cogitarent. hoc regem Iubam in concione dixisse, se multitudine bellatorum facillè Cæsarem posse obrucere. stulta regis cogitatio. Sub idem tempus tanta in castris Cæsaris fuit inopia, vt equites diu agendo & patièdo extrema tentarent. Erat & vulgaris opinio, non Cæsarem in Africam venisse, sed vnù ex legatis eius cum parte copiarum. ad quam tollendam, literas nunciosq; per omnes prouinciæ ciuitates misit, aduentum suum omnibus notum fecit. quo audito, statim multi viri nobiles ex suis ciuitatibus profugi, in castra Cæsaris venere, eiq; de hostium fauitia & intolerabili superbia conquesti sunt. Quorù querimonij & fletibus motus Cæsar, quod facere per se in animo habebat, accelerat: literasq; mox in Sicilia misit ad suos, vt excusatione qualibet reiecta, ad se omnes copias trajicerent. ipse se interim castris validissimis continebat, ac sine intermissione exercitum suum, præcipuè tyrones, in militaribus imbuebat. fingebat se pauidù vsque adeo, vt Scipio qui aliquandiu paratus ad prælium fuerat, Cæsarem spernens in castra rediret, victoriam certissimam suis prædicaret. Getuli interim Scipionis stipendia deferentes, alij in regnum suum, alij in Cæsaris castra venere, ex quibus ipse electos viros in Geruliam misit, vt totius gentis animos sibi conciliarent. Interim Crispus Sallustius prætor cum classe ingentem frumenti viniq; copiam Cæsari transmisit. Allienus proconsul euocatus à Cæsare, cum duabus legionibus & 800. equitibus Gallis & leuis armaturæ decè millibus, classem soluit à Lilybæo. nauigatione vsus prospera, quarto die ad Ruspinam, vbi Cæsar castra habebat, applicuit. Legionum simul ac comearum gemina cura liberatus Cæsar, iubet paululum quiescere ac corpora refouere. Interea è secundo comearu, quem à Sicilia miserat Allienus, naues quedam cum errassent, in hostiù manus venere: in harum altera erant veterani cum vno centurione, & nonnulli tyrones. hos ad Scipionem perductos sine contumelia, dux est ita affatus: Scio vos non voluntate vestra, sed consilio illius vestri nequissimi ducis impio, contra rem publicam coniuurasse: nunc optabilis casus vos nostri fecit arbitrij. si quod vltro facere deberetis, orati facitis, vt dimissis sceleratis atque rebellibus, ciues bonos & rempub. defendatis, salua vobis vita erit & parata pecunia. At centurio vir immobilis, Ego, inquit, ô Scipio, neque enim te imperatorem voco, cum vnus mihi sit imperator Cæsar, gratias tibi ago qui mihi pecuniam offers, quam dare nullo iure tenearis, & vitam quam belli iure possis eripere. Quomodo contra imperatorem meum Cæsarem, à quo bellicis honoribus honestatus sum, contraque illum exercitum, pro cuius victoria & gloria amplius 36. annis decertavi, arma portarem? Istud ego nunquam faciam, neque tu, si me velles audire, ista faceres. nam si nescis contra quem ducem, contra quem exercitum pugnes, experiri iam nunc potes. sume de tuis omnibus cohortem vnam firmiorem, ego de commilitonibus meis, nunc captiuis tuis, decem solos eligam: iube nos conflare, ex euentu iudica, quid tibi de belli fine sit sperandum. Iratus ad hæc Scipio, suis centurionibus signum dedit, vt in illum irruerent: quo occiso, reliquos veteranos à tyronibus separatos, iussit interfici: tyrones suis iussit adscribi legionibus. Paulò pòst Iuba rex, cum ingenti hominum multitudine diu expectatus, ad Scipionem venit. Cæsar verò vbi coactus vnum in locum omnes hostiù copias intellexit, se ad bellum absq; mora parat. Contigitq; vt Cæsare cum legionibus progresso, Iuba & Scipio simul & Labienus summa vi equitatum eius inuaderent. quod ille sentiens, ex itinere versis retro copijs, iam

5. bel. ci. 4.
Gallorum
equitum fa-
ciunt.

5. bel. ci. 9.
Labieni te-
meritas.

5. bel. ci. 14.

Pompeia-
norum cru-
delitas.
5. bel. ci. 21.
& 24.

5. bel. ci. 23.

Auxilia Cæ-
saris.

5. bel. ci. 31.

Militum
amor in Cæ-
sarem.

Iuba, Scipi-
onis & La-
bieni exer-
citus.

5. bel. ci. 33.

iam terga vertentibus opem tulit: qua firmati, restiterunt, & Numidas insequen-tes statim prælio fuderunt, multisque casis, in castra fugere coegerunt, & nisi nox superuenisset, nec puluis prospectum abstulisset, parum absuit quin Iuba cum Labi-eno in Cæsaris manus incidissent. Multi tamen indies de exercitu hostium ad Cæsaris castra transibant. Sed & Cæsar multos de exercitu suo seditiosos, aut rapaces, aut bello inutiles abdicauit. Interim Getuli perfuga patriam fama Cæsaris complètes, suis persuaserunt rebellare, vsque adeo, vt armis arreptis, contra regem absentem agere præsumerent. qua re cognita, necesse habuit Iuba partem suorum pro regni defen-sione remittere. Iam fortuna reliquias Pompeianorum campis explicuerat ad Thapsum castra habentes, & ad pugnam dispositos milites, acie instructa instruit & Cæsar aciem suam arte, qua per summum ducem instrui acies vlla potest. quin etiam ex equo descendens, inter pedites ambulabat, omnes & singulos verbis pro tempore breui-bus hortabatur, veteranorum animos in eorum virtute commemoranda excitabat: tyrones, vt veteranorum virtutem æmularentur. Itaque legati qui secum erant, eum adeunt: & da, inquit, imperator pugnae signum: vincimus haud dubie, si pugna-mus. Resistente Cæsare, nondum placere eruptionem, dum impetum frenat, repen-tè quod nullo vnquam prælio auditum erat, dextro cornu iniussu Cæsaris tubicen à militibus coactus, canere cœpit: quo vniversus exercitus erectus, signa in aduersos tulit, centurionibus lingua & manu nequicquam renitentibus. sensit Cæsar pugnae horam aduenisse, & accensus in pugnam frustra coerceri posse, frena laxauit, datoq; signo felicitatis, equo calcaribus adacto, primus in hostium principes inuehitur. im-perus à dextro cornu in elephantos à sagittarijs factus, beluas imperitas auertit retro in suos, secuta est fuga Maurorum. Eodem impetu est occupatum vallum Scipionis, custodibus interfectis aut fugatis. Fugientes Cæsareæ legiones insequuntur, ne sit vl-lum colligendi spatium: iam defensionis spe amissa, arma magna ex parte proiciunt, vt expeditiores ad castra regis euaderent. quò cum venissent, ea quoque fugato rege capta conspiciunt. Tum deposita spe salutis, quendam in locum editum se recipi-unt, commiserationis signum dant, sed nihil eis profuit, militibus veteranis ira & do-lore inflammatis. multi occisi sunt. tanta cædes ac furor, vt senatores & Ro. equites campis excederent. quin & ipse Cæsar pro miseris intercessit, agens non pro imperio, sed amicis precibus ne perirent. nihil obtinuit, ad vnum inexpiabili odio cæsi omnes. Cæsar trina hostium castra adeptus, Scipionis, Iuba & Labieni, in quibus quinque hostium myriadas, Plutarcho auctore, interfecit, fuis alijs aut fugatis, quinquaginta tantum de suis perdit. aliquot autem vulnerati qui in castris consistere, 64. elephan-tibus armatis captis. Confestim post hæc T. Rebullum proconsulem cum aliquot legionibus ad Thapsum, cui Virgilius præerat, misit, Gn. Domitium cum duabus le-gionibus ad Thydrum, vbi Confidius erat, obsidendam linquit. M. Messala cum equi-ratu Vticam præmittit, ipse cum exercitu subsequitur. Milites interea Scipionis, qui pugna euaserant, Vticam contendunt. illam urbem M. Cato tunc regebat, vnde superiore tempore plebem inermem omnem expulerat, senatum in custodia tene-bat, quòd parum in eo fidei ponebat. Eam ob rem multi Vticensium à Scipionis mi-litibus sunt interfecti. Expugnatis atque direptis occisorum domibus, abire decreue-rant. nam Cato persuadere eis non potuit vt urbem tuerentur. Venerunt post alij atq; alij de prælio fugientes, quos omnes ad tutelam vrbs exhortatus Cato, quum pau-cis consilium placeret, naues eis ad fugiendum quocunq; collibuisse, præbuit. Tan-dem verò rebus omnibus, quanto quiuit accuratius dispositis, intelligens Cæsaris fortunam, nolens subesse eius imperio, quantum sciret eum excellentis esse clemen-tiæ, filio enim suo charissimo suasis Cæsari subijci, deque ipsius benignitate omnia sperare: ipse tamen postquam filium comitesque ab amplexu dimisit, lecto in no-cte ad lucernam libro Platonis de immortalitate animi, circa primam vigiliam stri-cto gladio reuelatum manu pectus semel atque iterum percussit. accurrentes medi-ci, confouere curant, quòd ille passus, cum abscederent, plagas rescidit, secutaque vi sanguinis, moribundas manus in vulnere reliquit. Cæsar itaque morte Catonis audita, dixisse fertur: Ego tibi Cato mortem inuideo, tu mihi propriam salutem in-uidisti. At patrimonium liberis Catonis integrum Cæsar seruauit. Vticenses etsi studio partium eum odissent, propter integritatem tamen viri, & quòd urbem suam operi-bus publicis adornauerat, miserati exitum ipsius, magnifico eum funere sepeliere. Catone rebus humanis excepto, L. Cæsar ex hoc malo bonum aliquod excerpere

5. bel. ci. 38.

Pugna Cæ-
saris ad
Thapsum.
5. bel. ci. 35.

5. bel. ci. 36.
& 37.

5. bel. ci. 39.

5. bel. ci. 60.
Cæsar tri-
nis castris
positus.

5. bel. ci. 62.

Mors Ca-
tonis.

cogitans, populum inducit, vt Ro. imperatori portas pandant, vtputa clemēti victori. promi erāt, & apertis portis, obuiam Cæsari pergunt. Interea Cæsar Thapso digressus, vrbes itinere obuias sine prælio occupat. cui L. Cæsar occurrit, veniam petit. hęc ipsi Cæsar & Catonis filijs, qui secum erant, clementissimè concessit. Ingressus Vticam, illis de præterito gratias egit, ad perseuerantiam cohortatus. Erant Vticæ 300. viri ditissimi, magna ex parte Ro. negotiatores, qui pecunijs suis adiuuerant & fauerant Scipioni. hos oderat Cæsar. non eo minus petentibus veniam, concessit vitam. bona quidē se venditurū aiebat, ita tamen, vt redimere sua quisq; possēt. In sperato gaudio hi omnes cōcussi, petierunt vniuersis vno nomine pecuniā imperari. Miratus Cæsar, impono, inquit, vobis bis millies sestertium, vt sex solutionibus intra triennium persoluat. Hodie, inquit, simul omnia persoluemus. Iuba autem rex nocturna fuga elapsus, ad regnū suū caputq; regni Zamam oppidū peruenerat, vbi vxorē, filios, palatium ac thesaurum suum habebat. cum ad oppidū peruenisset, minaciter prius, post flebiliter ac suppliciter petens introitum, neutrum impetrauit. desperatione vltima digressus à moenibus cum Petreio, equitibusq; perpaucis, ad villā suā vrbi proximā est profectus. Zamenes nondū eius metu liberati, per legatos orant Cæsare, vt priusquā rex reparatis viribus eos inuaderet, opem illis ferret. Cæsar iubet ilico legatos reuerti, & aduentū suū Zamēsisbus nūciare. Dum Zamam peruenisset, accepta eius clementia, equites regni omnibus ex angulis adeūt ac veniā petunt. quæ nulli negata est, nullus re aut verbo violatus. Confidius interim fortunam audiens suarū partiū, sibi que metuens, cum ingenti pecunia Getulis comitantibus abijt, Iubæ regi se coniūcturus. sed in viā à Getulis cupiditate pecuniæ interfectus est. C. quoq; Virgilius, cuius supra mentionem fecimus, vbi omnia infausta vidit, Scipionem victū, Catonem peremptū, Iubam regno pulsum, à Caninio pro consule à quo obsidebatur, sive accepta, se & suos Thapsonq; cui præerat, ei concessit. Dum paulatim reliquæ partiū dilabuntur, Iuba rex & regno & spe qualibet priuatus, cūctis exclusus vrribus, quærebat bello vitā finire. sed nusquam bellū erat. Cæsar in pace omnia possidebat. egit itaq; cum Petreio comite, vt inuicē ferro decertarent, alterq; alterū occideret. cōcurrunt ex condidit, & Petreio obrūcato, rex superstes seruū suū, vt se occideret, exorauit. Dum sic duces Pompeianarū partiū vndiq; ruerent, solus Scipio dux restabat. hic nauibus in Hispaniam contendebat, & cum diu multumq; fluctibus iactatus, cursum applicare nequiuisset, ad Hipponem regiū vterus eum appulit, vbi tunc P. Siccij classis erat. hęc pauciores à pluribus inuaduntur, opprimunturq; velociter. Cum autem se Scipio circumuentum videt, puduit viuere, atq; antequam caperetur, ferrū meris in viscera irrumperentibus militibus & quærentibus vbi esset imperator, respondit: Imperator benè se habet. atq; ita incognitus expirauit. comites eius Torquatus, Damaspus & Pletorius, interfecti sunt. Hęc ferè sunt bello Africano gesta. Romā ex Africā cum victoria rediens Cæsar, magnificè per ora populi ferebatur. tantum enim agri ab eo in ditionem subactū, vt annuo prouentu percepturus fiscus esset, tritici quidē ducenta millia modium Atticorū, olei verò trecentas myriadas. aliquot ibi triumphos egit, Alexandrinum, Ponticū, Africā, non de Scipione, sed de Iuba rege. Eius filius, Iuba quoq; nomine, infans in eo ductus est triumpho, fortunatissimā utiq; captiuitatē, qua effectū est, vt ex barbaro & Numida inter doctissimos scriptores annumeretur. post triumphos ingentia militibus congiaria dedit, ad cōciliandam sibi plebē spectacula edidit, conuiuiaq; celebrauit, vno die in duobus ac 20. millibus triclinijs epulū pæbens vniuersis. censu deinde peracto, centū & 30. hominū millia reperta, cum antea ter cētum & 20. fuissent. tam magnā cladem intestina mala pepererunt, præter Italiæ ac prouinciarum vastitates. His peractis, Cæsar quartò consul designatus, in Hispaniam cōtra Pompeij liberos expeditionem egit, qui adolescentem ingentibus congregatis copijs, audaciā maximā ostendebant, ita vt extremū Cæsari discrimen intētarint. magnū prælium ad ad vrbes Mundam commissum est, in quo cum Cæsar suos opprimi cerne-ret, per medias armatorū acies elato clamore, Si nihil pudoris, inquit, superest, corripite me & in puerorū manus tradite. Magna vi proptitudinis & animi audacia repul-sis hostibus. 30. eorū millia cecidit, ex suis mille fortissimos amittēs. cecidit in ipso prælio Labienus, & vnā secum Accius Varus. Hoc à prælio profugi cum se Mundā recepissent, & Cæsar obsideri statim victos imperasset, cōgestis ca dauentibus, agger effectus est. Gn. Pompeium prælio profugum, crure saucio, deserta & auia petentem, Cennoni-us apud Lauronem oppidum consecutus, pugnantem nondum desperatē interfecit.

fecit. Sex. Pompeium fortuna in Celtiberia interim abscondit, alijsq; post Cæsarem bellis reseruauit. Nonnullas alias Cæsaris pugnas feliciter in Hispania gestas omitto. solum hoc addo, quod post prælium hoc vltimum in familiarium congressu sæpentero dixerit, pro victoria se antè, nunc primum pro vita dimicasse. His tot bellis exactis, tot laboribus exantlatis, Cæsar Romam redijt, felix, si patriæ hostes tantum, non etiam patriam vicisset. Ea certè fuit verecundia, ea morum obseruantia, vt tantum de hostibus triumpharet, tantum hostium numerum interfectorum se duce, scribi pateretur: numerum verò ciuium occisorum scribi vetuit. siquidē eius ductu quinquagies collatis signis dimicatus est, & vt ab illustribus traditur scriptoribus, vndecies centena 92. millia hostium cæsa sunt. Triumphauit autem quinques, post deuictū Scipionem quater eodem mense, & rursus semel post superatos Pompeij liberos. primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, hinc proximū Africanum, nouissimum Hispanū, diuerso quæque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens, penè curri excussus est axe defracto, ascenditq; Capitolium ad lumina, 40. elephantis dextra & sinistra lychnos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ ferula trium verborum prætulit titulum: Veni, Vidi, Vici. Cum autem de Hispania triumphum ageret, dolore permaximo Rom. afflixit populum. non enim exteros in eo duces aut barbaros debellauit, sed Ro. præstantissimos filios, quibus rebus exultare nequissimum censebatur. Tanti imperatoris fortunæ assentari senatores penè visi sunt. nam honores in eum contulere summos. Decreta ei templa imaginesq; in theatro distincta radijs corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mēsis eius nomine celebris, ad hoc pater patriæ, perpetuusq; dictator est designatus. Tum verò clementiæ templū, suæ mansuetudinis gratia ei meritò decretum esse videtur. omnes enim iniurias omnibus dimisit. quosdam insuper qui contra se pugnauerant, vt Brutum & Cassium, ad impēria & honores promouit. disiectas etiam Pompeij statuas reposuit, suas confixit. sic Cicero. Conuersus ad ordinandum reip. statum, fastos correxit, annumq; ad cursum solis accommodauit, vt trecentorum 65. dierum esset, & intercalario mēse sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex calendis Ianuarijs nobis temporum ratio cōgrueret, inter Nouembrem ac Decembrem mensem interiecit duos alios. fuit is annus quo hæc constituebantur, 15. mensium, cum intercalario qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Ipse etiam, vt refert Priscianus in sua cosmographia, diuinis humanisque rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces ageret, ex senatusconsulto censuit omnem orbem per prudentes viros admetiri, & ideo per continuos 30. annos missi sunt dimensores doctissimi in geometria periti, per omnem terram præsidēs ac iudices prouinciarum, vt mensurarent terram, aquas, nemora, plana, concaua, montes, colles, quæ etiam loca nauigaturi tangere deberent, & forte si aliquod prodigiū in his occurreret, illud senatui scripto nunciarent. & repertū est, quod omnis orbis habet famosa maria 30. Insulas 27. montes famosos 40. prouincias 78. vrbes insignes 370. flumina magna 94. gentes 125. Cuius etiam orbis ambitus trecenties & quindecies centena passuum millia, longitudo verò terræ habitabilis ab ortu solis vsque ad occasum, & ab India vsq; ad columnas Herculis Gaditano freto, octies quinques centū septuaginta octo miliaria. Cuius quidem longitudinis dimensio cōpræhensibilior est per mare, quàm per terras. latitudo autem terræ ab australi littore Oceani, ab Aethiopia vsque ad ostium Tanais fluminis in septentrione, ferè dimidio minor est quàm longitudo prædicta, & continet quinquages 62. miliaria. Repertum est etiam, quod profundissimum mare continet spatium 15. stadiorum in perpendiculari. De bellica verò Cæsaris virtute ac felicitate, præter ea quæ supra annotata sunt, si quis legere desiderat, Suetonium, Solinum, Plutarchum, Liuium, & quemlibet ex antiquis scriptoribus adeat. non tamen omittendum censui Ciceronis verbum: Soleo sæpe, inquit, ante oculos ponere, omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium, potentissimorum populorū, omnes regum clarissimorū res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præriorū, nec varietate regionū, nec celeritate cōficiendi, nec dissimilitudine bellorū posse conferri, nec verò dissimilissimas terras citius passibus cuiquam iam potuisse peruagari, quàm tuis non dicā cursibus, sed victorijs illustratæ sunt. Milites Cæsar nō vrbānitate, nec fama, nec fortuna, sed corporis atq; animi viribus æstimabat, seuerus in eos atq; indulgēs, neq; delicta obseruabat omnia, neq; pro modo

Sex. Pomp.
6. bel. ci. 35.

Cæsaris gesta.

Triumph.

CAESAR.
IMP. PR.
MVS.

Pōp. statue

Dies inter.
calarij.Cæs. bellica
fortuna.

do exequabatur. desertorum ac seditiosorum punitor acerrimus fuit, ac nonnunquam post victoriam, licentiam omnem passim lasciuendi permittebat, iactare solitus, milites suos, vngentarios etiam, bene pugnare posse. Nec milites eos pro concione, sed blando nomine commilitones appellabat. habebat etiam tam cultos, vt auro & argento positis armis ornaret, simul & ad speciem, & quo tenacioris metu damni essent. diligebat quoque vsque adeo, vt audita clade Tituriana, qua ab Eburonibus accepterant, barbam capillumque submiserit, nec autē dempserit, quam vindicasset.

Ea magnitudo rerum & claritas victori gloriam, exteris gentibus stuporem, suis vero ciuibus liuorem odiumque pepererat. et si neminem clementius, neminem liberalius victoria vsum constet, inuidebant tamen. Negari non potest quin in repub. iuuenis paulo impetuosior, & principatus appetentior fuerit: quod vitium vtiuam ingentes hae viri virtutes aequant. nec prosperis extollebatur, nec frangebatur aduersis, magnificus sine crudelitate, magnanimus sine temeritate. & licet audax fuerit, voluntas tamen diuino fauore aspirante semper intra potestatem fuit. Nemo ferum Caesarē vnquam expertus est, nisi superbia rebellaret. prouocatus iniurijs, facile parcebat, quos vicit viribus, prudentiaque antecessit, suiq; excessus semper ad continentiam iustitiam aspirabant. magnitudo animi & efficacia operis in eo merito laudatur, cum eius manus & mens ad ferē sibi impossibilia successerint. Parum continens fuit infamatus Romae illustrium foeminarum adulterijs, insuper & prouincialium matronarum, ante omnia Aegypti reginae Cleopatrae multum temporis impendisse certum est. Inter haec tamen & cibi indifferentis, & parcissimus vini fuit. Neque vero foeminarum quam diuitiarum appetentior fuit, non vt eas reconderet, sed vt largiretur liberaliterque diffunderet. Nihil enim de tanto imperio suum erat, praeter gloriam & imperij nudum nomen. iniurias grauiiores sibi non verbis tantum, sed rebus ipsis illatas, cum posset vlcisci, noluit: & si omnino iurisdictioni vinculo cogerebatur, quanto quiuuit humanius vltus est. Coniurationes contra se deprehensas, non puniuit, sed sibi notas esse admonuit. denique omnes iniurias omnibus remisit. cum enim petentibus singularium ignouisset, nouissimē vniuersis etiā non petentibus veniam dedit, ostendens re & verbis nullum se hostem post bellorum exitum habere. Hi mores Caesaris, qui illū totius humani generis amore dignissimum facere debuissent, sibi perniciem attulerunt. visus est enim tutō laedi posse, qui omnibus omnia indulgere, nihil solum vlcisci. vnde herclē amorem omnium merebatur, inde omnium ferme odia, & paucorum insidias, & ad vltimum causam mortis inuenit. Regnandi, inquit Plutarchus, cupiditas capitalem Caesari confluxit inuidiam, quae res primum copulibus causa fuit, & honestissimā inimicis praestitit occasionem. percubuit in senatu fama, L. Cottā quindecimvrium sententiam dicturū, vt quoniam libris fatalibus (aliās Sibyllinis) contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Caesar rex appellaretur. postea descendente Caesare in urbem ex Alba, regem salutare eum ausi sunt. tunc perturbata plebe indolens Caesar, non regem, sed Caesarem vocari se dixit. & lupercalibus pro rostris a consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema repulit, atque in Capitolium lousi optimo maximo misit. Bruto consule factō, ipsius Caesaris statua subscriptum est: Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est: hic quia consules eiecit, rex postremo factus est. vnde subscripserunt quidam Iunij Bruti statua: Vtinam viueres. Nocte etiam tribunali ex quo praetor ius dicebat, inscriptum est: Brute, dormis? & Brutus non es? Et licet in Brutum & Cassium beneficia plurima Caesar conferret, eos tamen suspectos inuenit. vnde de Cassio fertur dixisse, Haud magnopere placet is pallidus. Rursus delata ad se de Antonio & Dolobella calumnia, Non hos, inquit, pingues crinitosque pertimesco, verum pallentes magis & macilentos illos, Brutum videlicet & Cassium. Sed enim fatum prauideri, quam euitari, facilius potest. Obscrauitibus amicis vt praesidio corpus muniret, multisque ad id operam suam pollicentibus, facere noluit, satius ducens mori semel, quam assidua expectatione pendere. Anno igitur ab vrbe condita 708. anno regni sui 4. vel (vt Orosio placuit) 5. Caesar, a quo deinceps principes Ro. non reges, quod id nomen Romanis odiosum esset, sed imperatores & Caesares appellati sunt, cum contra morem Romanae libertatis honores ex sua voluntate praestaret, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia & penē tyrannica faceret, Romani eius insolentiam non ferentes, coniurauerunt in ipsum sexaginta vel amplius senatores equitesque Ro. Capita coniurationis habita sunt, C. Cassius & Decius Brutus. Imperatoris caedem admiranda quadā prodigia praecesserunt.

Prodigia

cente-

centesimo enim die ante eius mortem, fulmen C literam capitalem ipsius inscriptā statuae in foro arripuit. Ante paucos quoque dies boue ex more in eius curia mactato, cor in extis non est reperitum. Quod cum aruspex pronunciaisset ei ad vitae periculum pertinere, Caesar memor constantiae, ait: Miraris si bos cor non habet, cum mox vitae eius finis fuerit? Illo deinde penes vxorem dormiente, omnes noctu cubiculi fores atque fenestrae patefactae sunt: strepitu vero ac splendore perturbatus, Calphurniam sensit profundo sopore iacentem, maxima suspiria & incertas voces emittentem: ipsa vero illum se lugere existimabat, quem inter vlnas trucidatum habebat. Obmitto regulum auem in Pompeiana curia a diuersis volucris discerptā. Obmittō tabulam aeneam ē Capys regis sepulcro eruta, in qua erat haec sententia: Quando cunque ossa Capys detecta essent, fore vt Iulo prognatus, manu suorum necaretur. Obmitto equos, quos in traiciendo Rubicone consecrarat, vagari sine custo de caedis die, & pabulo abstinere, lachrymis manantes sanguinē vberibus. Caesar itaque Idibus Martijs turbata valetudinis causa aliquandiu domi detentus, & quod Calphurnia eum orauerat supplex, vt si fieri posset, fores non egrederetur, aut senatum saltem differret, vnde decreuit, misso Antonio, senatum dimittere. Interea D. Brutus cui magnam Caesar fidem habebat, ad eum vt secundus ab eo scriptus esset in testamento haeres, aduentat, veritus ne res ipsa vulgaretur, Caesarem non nihil increpare coepit, quod senatoribus qui se irrideri existimarent, causas in se detractionis daret: prompta etiā esse omnium suffragia, vt ipsum cunctarū praeter Italiam prouinciarum regē crearent. Sin diem abominaretur, praestare inquit, vt procedens ad curiam, appellatis patribus, senatum in aliud tempus differret. Haec dicens Brutus, simulque manu praehensum deduxit: & dum pergeret, Artemidorus Graecae praceptor eloquentiae propius accedens, Caesari libellum offert, Hunc, inquit, Caesar libellum confestim lege. in eo enim magna & quae tua maximē intersunt, conscribuntur. Monebar enim ne ad mortē iret. accepit epistolam, & praeter multitudinem colloquentium non legit. hinc ortus dicitur mos principum, vt omnem scripturam sibi oblata, confestim legant. Ex his atque alijs moti quidam, opinantur Caesarem & mortē suam praesciuisse. pridie enim quam moreretur, orta inter coenam mentione de optimo genere moriendi, ipse mortem subitam inexpectatamque praetulerat, & in quotidiano sermone saepe solitus dicere ferebatur, satis diu se vel naturae vixisse vel gloriae. sed nec ei mors tum ignota esse debuerat, quod & fama caedis in vulgus effusa erat, & quod multi nouerant, ille vnus cuius res agebatur, vix ignorare potuerat. Multi praeterea tradiderunt sibi a vate praedictum, vt Idus Martias caueret. ea die Caesar cum in senatū iret, vatem salutauit: Martij quidem, inquit, Idus summa voce, Venere vtique, sed non praeteriere. Caesare ingresso curiam Pompeianam, cum ascendisset, coniurati eum sub praetextu obsequij circūsteterunt. Tum Cimber Tullus, qui primas sibi facinoris partes assumpserat, accedens, nescitur quid poposcit. neganti & in aliud tempus trahenti, ab utroque humero togā manibus arripuit. Cassius mox infra iugulū vulnerat. Caesar Cassij pugione arrepto, brachioque eius traiecto, dū assurgeret, alio vulnerē remoratus est, quod vnum ex omnibus letale medici dixerunt. Tum se vndique ab omnibus stricto ferro peti videns, neque quicquam auxiliij esse intelligens, spiritum recollectit, ne quid indecorum diceret aut faceret, extrema toga caput obnubit, laeuaque sinū vestimenti ad inferiora extendit, quo casus esset honestior. ita ille qui tot terras mira felicitate subegerat, vna hora tribus ac 20. vulneribus perfossus occubuit. Quam indignē autem sit occisus, ex illo patet, quod plures ex occisoribus testamento erant adnotati. Decreuerat occisores corpus in Tiberim iactare, bona publicare, acta rescindere: sed magnitudine patris facinoris & metu M. Antonij, qui tunc consul, & Lepidi qui magister equitum erat, ab steritri destiterunt, fugaque illis erat vnica cura. corpus ipsius in campum Martium defertur, pro rostris aedes aurata in templi formam memoriae eius extructa, ad caput eius trophaeum, & vestis in qua erat occisus, ad commiserationem spectantium excitanda. Illud in ludis decantatum:

Ment' seruasse, vt essent qui me perderent?

Antonius consul per praconē pronunciauit senatusconsultū, quo Caesari omnes diuini & humani honores decernerentur, & praeterea iusiurandum, quo se omnes pro salute eius obligauerant. Peractō funere, plebs Romana ad domū Bruti & Cassij facinus armata contendit. exulem alij Cinnae casu obuiū, errore nominis delusa, decerpit, affixitque haec caput. perijt anno aetatis suae 56. relatus in numero deorum. addit

Aetas Caes. statu-

Ll 3

Militū Caesarianorum cultus.

5. bel. Gal. 18

Studij gloriae in Caesare.

Adulteria Caesaris.

Clementia Caesaris.

Caesarem gnum affectare ausus.

Idibus Martijs Caesar interfectus.

Mortis genus.

Cimber primus Caesaris adortus.

Caesar in campo Martio sepultus.

statuam 20. pedum altitudinis, inscriptā parenti patriæ, ad quam diutius obseruatum est per Cæsarem iurare. Deniq; opprobriū illud, primū in locum & tempus cædis versum est: nam & curiam ipsam ceu infaustum locum, claudi iustum est, hoc addito, ne vnquam Idibus Martijs senatus haberetur. Brutus & Cassius cum paucis ex vrbe discesserunt, percussorū autem ferè neque triennio amplius quisquā superuixit, neque sua morte defunctus est. damnati omnes, alius alio casu perijt, pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem vulnerauerant, interemerunt: vt euidenter ostenderetur, eadem illam nec Deo nec hominibus placuisse.

Tres soles. Post diem mortis eius tres soles simul statim exorti sunt, & paulatim in eundē orbem conuenerunt, significantes secundum aliquos, per Lepidum & M. Antonium ac Augustum, dominium in vnam monarchiam reducendum. Sunt qui bouē aranti in suburbano Romæ locutum dicunt, frustra se vrgeri: non enim frumenta, sed breui homines defuturos esse. Cū verò corpus eius combustum pro rostris esset, & in sublimi solida columnæ collati cineres, Iulia tum est appellata. ab Antonio Quintilis mensis eidem cōsecratus est, quem ab eo Iulium appellamus. Traditur autem fuisse Cæsar excelsa statura, colore cādido, teretibus membris, ore paulò pleniore, nigris vegetisq; oculis, valetudine prospera, nisi quòd tempore extremo repente animo linguebatur, comitali quoq; morbo bis inter res gerendas correptus est. Circa corporis curā curiosior, vt non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiā, vt ei quidam exprobrauerunt. Caluitij verò deformitatem iniquissimè ferebat, ideoq; & deficientem capillum reuocare à vertice astueuerat, & ex omnibus decretis sibi à senatu populòq; honoribus, non aliud aut recepit, aut vsurpauit libentius, quàm ius laureæ coronæ perperuò gestandæ. Etiā cultu notabilè ferunt: vsū enim lato clauo ad manus sūmbriato, nec vt vnquam aliter quàm super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. inde Syllæ dictum ortū, malè præcinctum puerū cauendum. Catonis Vticensis, cuius mortem supra scripsimus, grauiissima quædā scita memorantur, & Stoico philosopho digna. libros Græcos in curia legebatur, hac re ostendens, alijs tempora deesse, alios superesse temporibus. Docebat autem præ cæteris, rempub. magis virtutibus quàm armis esse tuendā. vnde factū est, quòd quantum humanā gloriā fugiebat, tanto magis illum gloria sequebatur. huius in ore hæc sententia fuit, humanam vitam ferro comparandam esse, quod si nimis exerceatur, conteritur: si non exerceatur, rubigine confumitur. In hac generatione Nigidius vir omnium penè artiū scientissimus, floruit Romæ. Hic Figuli cognomenū sortitus est, quod & August. de ciuit. Dei lib. 3. refert, dum apud eum de geminorū dissimiliū virtute disputaretur, statim Nigidius figuli rotam in mediū adduxit: quam cū quanta vi poruisset intorqueret, currente illa, Nigidius videntibus omnibus, bis numero de atramento, tanquam vno eiusdē loco summa celeritate percussit: deinde quiescente rota, inuēta sunt quæ fixerat, non paruo intervallo rotæ ipsius extremitate distare. Sic, inquit, in tanta rapacitate cæli currunt, vt etiam si alter post alterum in tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussit, in cæli spatio plurimum sit. hinc sunt, inquit, quæcūque dissimilia perhibentur in moribus casibusq; geminorū. Denique Nigidius à senatu Ro. exilio damnatus, quarto imperij Cæsaris anno mortuus est. In generatione hactenus Syllæ venisset ab Dyrrachio Apolloniam, quam penès est Nymphæum sacer locus, fertur eo loco Satyrum somno pressum fuisse captum, qualè pictores aut poetæ fingunt. Is perductus ad Syllam, complures per interpretes quis esset interrogatus, nihil quod posset intelligi, respondit: at vocem asperam equi aut hirci balatu permixtā edens, eum Syllæ datis comitibus dimisit. hæc Plutarchus in vita Syllæ. Dioporus Siculus Græcæ scriptor historię claruit, Iulio Cæsare singulare imperium obtinente. hic annis 30. multas perambulauit regiones historię cognoscendæ causâ.

GENERATIO LXIII.

Anno 517. à mundi exordio, ab vrbe verò cōdita 710. olympiade 183, sub Hyrcano Indæorū summo pontifice, in Ioseph filio Iacob, 63. & vltima vet. test. incepit generatio, durauit vsq; ad Christū annis 42. Quauis autē Iulius Cæsar primus fuerit imperator Ro. tamen quia imperiū arripuit, & quasi violenter imperauit, interfectus fuit de cōsilio & voluntate senatus. Ideo quarta monarchia mundi, s. Romanorū, verius dicitur inchoasse in Octauiano orbe pacificato, nomine tamen Cæsaris omnibus post eū imperatoribus relicto. Populus Ro. vt refert Florus, Cæsare & Pompeio trucidatis,

Quarta monarchia.

cidatis, te disse in statu pristinae libertatis videbatur, & redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut Cæsar hæredem reliquisset, & quod vtroque perniciosius fuit, si non collega quondam, mox amulus, fax & turbo sequentis seculi superuisset Antonius. Quippe cum Sex. Pompeius paterna repetit, trepidatum toto mari: dum Octavius mortem patris vlcisitur, fuit mouenda Thessalia: dum Antonius varius ingenio, aut successorem Cæsaris indignatur Octaviū, aut amore Cleopatæ desciscit ad seruitutem. gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quòd potissimum ad Octaviū Cæsarem Augustum summa rerum redijt, qui sapientia sua atque solertia perturbatum vndique imperij corpus ordinauit, ita quòd haud dubiè nunquam coire & consentire potuisset, nisi vnus præsidis nutu quasi anima & mēte regeretur. Prima igitur ciuiliū motuum causâ, testamentum Cæsaris fuit, cuius secundus hæres Antonius, prælatum sibi Octaviū furens, in expiabile contra adoptionem acerrimi iuuenis susceperat bellum. Belli ciuiliis femina. Iulio enim Cæsare occiso, Octavius non erat in vrbe. M. Antonius tum consul coniurationem ignorans, extra senatū à coniuratis de industria remotus. Mortuo Cæsare, in senatu primò quidē insignia magistratus abiecit, & mutata veste se occultauit. Deinde vt audiuit cōiuratos nemini nocere, sed globo facto in Capitoliū se recepisse, filium suū obsidem illis dedit, vt de Capitolio descenderent. Quo facto, cū conuenissent, alius aliū amplexus, Cassium Antonium cōiuuiam secum duxit, Lepidus Brutum, ceteri ceteros. Postridie verò frequenti senatu retulit de obliuione discordiarū Antonius, de prouincijs diuidēdis assentiente senatu. Adiunxit & acta Cæsaris rata manere. sed cū Cæsarem, vt mos erat, in funere pro rostris Antonius laudaret, atque cōmiserationem adijceret, vestē Cæsaris explicās sanguine foedatam, tantum furorē multitudini iniecit, vt corpus Cæsaris in foro cremaret, sub sellijs mensisq; vndique ad pyram raptis, accensis facibus ad occisorum domos concurrerent. Ex hoc Brutus ceterique ex vrbe migrarunt, Cæsaris amici ad Antonium se contulerunt, ad quē etiam Calpurnia vxor pecuniam à Cæsare relictam transtulit, & penès eum deposuit. Inter hæc Antonius multa contra leges, quasi à Cæsare antea decreta, attentauit. Dum hæc Romæ geruntur, Octavius adolescens hæres à Cæsare scriptus, ex Apollonia redijt. Ingredientem autem eo vrbe, repente liquidus ac purus & serenus ad speciem cælestis arcus, orbem solis ambiit circulus, quasi eum potissimum, vt aliqui scribunt, in mundo solumq; clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore nasciturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum fecisset & regeret. Ingressus vrbe Octavius, primū ad Antonium, vt pote amicū paternum, salutatum veniens, depositæ pecuniæ mentionem habuit. Hic Antonius primò iuuenem aspernari atque insanum dicere, si tam onerosam hereditatem adeundam putet, multa que contra illum contumeliosè dicere cœpit. Cū tribunatum petēs Octavius, sellam auream patris sui posuisset, minatus est Antonius se in carcerem illum ducturum. His rebus adductus Octavius, ad Ciceronem se contulit, eique se totum permisit, per quem cū senatum sibi conciliasset, ipse autem plebem amplexaretur, & veterani milites vndique ad eum concurrerent, Cicero postea ciuitatis princeps, omnes mortales in Antonium concitabat. Denique ad depremendum iuuenem, Antonius parato exercitu, in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Decium Brutum apud Mutinam obsidione conclusit. Octavius Cæsaris nomine veteranos simul in suum acreipub. auxilium quanta potuit largitione contraxit, iussus comparato exercitu pro prætore præesse, & cum Hircio & Pansa qui consularum acceperant, Decio Bruto opem ferre, Antonio antè hoste iudicato. Demandatum itaque bellum, tertio mense confecit duobus prælijs. priore Antonius eum fugisse scribit, ac sine paludamento (quod est insigne ducum) ac equo, post biduum demum apparuisse. Sequenti verò prælio constat, non modò Octaviū ducis, sed etiam militis functum munere, atque in medio dimicationis aquilifero legionis suæ grauius faucio, aquilam à moriente signifero sibi traditam, suis humeris in castra retulisse. fufus tunc atque fugatus Antonius. Pansa autem pilo grauius vulneratus, interpositis diebus moritur. Hircius quoque in secundo prælio occiditur. Cæsar autem victoria potitur, & consulum occisorum exercitus ei subditur. Rumor inter hæc percrebuit, Pansam atque Hircium ambos opera Octauij occisos. Pansa quoque, inquit Suetonius, ad eò suspecta mors fuit, vt Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. adiecit his Aquilius Niger, alterum è consulibus Hircium, in pugna tumultu à iuene peremptum. Octavius igitur vt cognouit Antonium à M. Lepido receptum, ceterosque duces & exercitus consentire cum patribus, cau-

Belli ciuiliis femina.

Calpurnia Iulij vxor.

Octa. ad Ciceronem se confert.

Pugna ad Mutinam.

Octavius de-
fectio à se-
natu.

Triumviratus

Augustus se-
cundus Imp.

Cassius Sy-
riam debel-
lat.

Antipater
veneno pe-
rijt.

Herodis so-
boles.

fam optimatum sine cunctatione deseruit, ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, ob quæ & quòd percussoribus Iulij Cæsaris fauebat senatus, opera M. Lepidi Cæsar M. Antonium accepit in gratiam, atque obidem reconciliatæ gratiæ sororem suam in vxorem dedit Octavianum. Tum conuenere hi tres duces de diuisione imperij, deque cæteris rebus. verum vt cætera facillè transegerunt, sic magna concertatio exorta, diu tenuit deliberantes de ciuibus necandis, singulis amicos seruare cupientibus, & inimicos necare. Tandem inimicorum odio & iura cognationis & amicitij charitas abiecta. Cæsar Antonio Ciceronem, Antonius Cæsari auunculum concessit necandum, à M. Lepido Paulus frater ad necem concessus, vel vt quidam aiunt, spontè destinatus. Nil reor vnquam, ait Plutarchus, crudelius aut terribis factum. Ita triumuiratus ab his tribus inuaditur, cruentissimi foederis diuersa vota: incendia Lepidum diuitiarum cupidum, quarum erat spes ex turbatione reipub. Antonium vltiones de eis, qui se hostem indicassent: Cæsarem mors paterna, metusque Cassij & Bruti exagitabant. His itaque dispositis, ad exequenda ea quæ decreuerant, contendunt. conuenerant aut vt ipsi tres reipub. constituendæ per quinquennium præessent, statuerantq; vt vnusquisque suos inimicos proscriberet, in qua proscriptione centum trigintaduorum senatorum nomina in tabula proposita sunt, multa & variæ clades diu astæ, domus proscriptorum directæ, verum tunc ciuitas lachrymas tenere non potuit, cum palam Ciceronis caput pro rostris abscissum videret, quòd interfecto Iulio Cæsare, M. Antonij conatibus restitit. Sic Octavianus intendens totam remp. ad se trahere, & cernens quòd sibi Cicero resistere posset, permisit eum Antonio hosti suo quasi pacis firmadæ causa. Quare cum Antonius mortem Ciceronis quereret, Popilius Lenas, quem olim in capiali iudicio defenderat, in fugientem, erat enim proscripsum, missus est. Itaq; ab his carnificibus 64. annos natus Cicero interficitur, caput eius cum dextra Antonius ad se delatum, suspedit pro rostris. Anno igitur ab vrbe condita 710. Octavianus, qui postea Augustus est appellatus, Romanis imperare cepit, à quo & deinceps imperatores Ro. Augusti dicti sunt, regnavit annis 56. duodecim cum Antonio & Lepido, solus verò 44. hic Octauio senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus est, filius Acciæ sororis Iulij Cæsaris. Eum ille adoptauit in filium, cum non haberet proprium, & testamento heredem reliquit, nomenq; suum ferre iussit. Vnde vt primum occisum auunculum & patrem, sequè heredem institutum comperit, dimissa Apollonia vbi studijs vacauit, confestim in urbem redijt, omniaque vt supra dictum est, peregit. Octavianum Liuius scribentem consulem creatum annos xvij. natum, cum Romam redijisset, reconciliata per Lepidum cum Antonio gratia. In de legem tulisse de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus erat, postulatiq; ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati sunt. Cassius, cui mandatum à senatu erat, vt Dolabellam hostem iudicatum, bello persequeretur, auctoritate reipub. adiutus, interim Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem prouincia erant, in potestatem suam redegit, Dolabellam in vrbe Laodicea obfessum mori coegit. M. quoq; Bruti iussu C. Antonius occisus est. De Cassio Magister in historijs ita refert: Cassius, interfecto Iulio, venit in Syriam, cuius præses olim fuerat à Iulio constitutus. colligensq; exercitum contra Octavianum adolescentem & M. Antonium, lxx. talenta à Iudæis exigebat. Primus autem Herodes de Galilæa centum ferens talenta, fauorem Cassij meruit, moram aliorum indignè ferentis. profectus est etiam Herodes cum Cassio ad prælium. nam ei adepta victoria, regnum Iudææ pollicebatur. Extinctus est his ferè temporibus Antipater veneno, quo eum Malchus principum affectans confecit, eodem Hyrcanum tentaturus. Itaque cum in suspicionem veneficij illam venisset, apud Herodem se purgare voluit, sed ille à Cassio nuncio accepto, vt dolo dolum vindicaret, Hyrcanum ac Malchum vocat, vbi Malchus à chiliarchis circumseptus, erat enim illis imperatum, vt Herodem iuarent, occisus est. Hyrcanus stupore dissolutus concidit, vixque recepta anima, Herodem percontabatur quis Malchum occidisset. Cumque vnus respondisset, Cassij præceptum, ait, Me & patriam Cassius seruauit, amborum insidiatore perempto. Paulò post I. hoenix Herodes auxilium laturus, morbo corripitur. Cumque conualuisset Herodes, Hyrcanum aggredi attentabat, sed propter affinitatem redierunt in concordiam. Habuit Herodes vxores nouem, ex quarum septem numerosam suscepit sobolem, sed de his paucos numerare sufficiat. Primogenitus eius Antipater erat ex Dofide, Alexander & Aristobulus

Astobulus ex Mariamne, cuius causa se circumcidit, Archelaus ex Mathaca Samaritide, Herodes Antipas, qui postea tetrarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra Hierosolymitide. Herodem tamen hunc quidam Mariamne filium putant. Hoc tempore Brutus aduersus Thracas missus, omnibus transmarinis prouincijs exercitibusque in potestatem eius & C. Cassij redactis, coierunt Smyrnæ, vterque ad ordinanda futuri belli consilia. Tunc relicto ad vrbs præsidium Lepido, Cæsar cum Antonio in Cassium Brutumque accingitur. illi comparatis copijs ingentibus expectant, sed nec tum claudis destinata signa latuerunt. nam & affluetq; cadaverum volucres, castra Bruti & Cassij quasi iam sua circunvolabant. In aciem quoque prodeuntibus obuius Aethiops, apertum ferale signum fuit. ipsi quoque Bruto per noctem, cum tacitus secum rerum euentum pertractabat, imago quædam se obtulit, quæ interrogata, Tuus, inquit, malus sum genius, in Philippis me videbis. moxque euauit. Apud Philippos Macedonia ciuitatem vario euentu pugnatum est. acieq; commissa cum pari ardore aliquandiu dimicaretur, quanuis duces tunc non essent præsentis, ait Florus, cum alterum corporis ægritudo detineret, ferunt medicum Artorium noctu per quietem Octauiano visum, Palladis voce monere, ne sequente die in castris esset, * illum metus & ignauia quod nisi subduxisset, staret tamen pro partibus inuicta fortuna & vltoris, & qui vindicabatur. Primum adeo anceps fuit & par vtrinq; discrimen, vt exitus prælij docuit: capta enim sunt primum Cæsaris castra, inde Cassij. sed quanto efficacior est fortuna, quam virtus? victoriam illi prælio error dedit. Cassius nanque inclinato cornu suorum, cum captis Cæsaris castris rapido impetu recipientes se in id equites videret, fugere eos arbitratus, accessit tumulum. inde puluere & strepitu etiam nocte vicina eximentibus rei sensum, cum speculator quoque in id missus tardius renūciaret, actum ratus, vni de partibus suis auferendum præbuit caput. Dehinc Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, ita enim pares superesse bello conuenerat, ipse quoque vni comitum suorum confodientum præbuit latus. quis sapientissimos viros non miretur ad vltimum non suis manibus vfos, nisi hoc quoq; ex superstitione non defuit, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum pietissimarumque animarum iudicio suo, scelere alieno vterentur? Perierunt itaque Brutus & Cassius, infinitaque multitudo nobilitatis interfecta est, ac sic inter Octavianum & Antonium diuisa est reipub. vt Octavianus Hispaniam, Galliam & Italiam teneret, Antonius verò Asiam, Pontum & Orientem, anno ab vrbe condita 718. Antonius mox ad cogenda stipendia que militibus solueret, cum exercitu contendit. Primum igitur in Græciam profectus, Athenas inuisit, deinde in Asiam transijt: ibi cum reges vndique ad eum concurrerent, & reginæ donis certantes sese Antonio offerrent, corruptus extemplo animus, in consuetum morbum recidit voluptatum: & cum se vertisset ad Parthicum bellum, Delium quædam ad Cleopatram misit, iubensq; illam ad se in Ciliciam venire, iudicium subituram, quòd C. Cassium opibus iunisse accusaretur. Mulier his acceptis, Antonium capi suis blanditijs posse confidens, classem instruit, per Cydnum nauigat, rudentibus incumbunt puellæ, cuncta denique exquisitissime erant parata. Antonius sub primum reginæ impulsu, eam ad cœnam vocat, ibique vque adeo captus est illecebris foemina, vt mox in Alexandriam reginam sequeretur, & interim preciosissimam rem, tempus, desidia tereret. Antonio in Syria agente, Antio. eusti Cleopatra degit. Iudæorum optimates Phaselum & Herodem apud eum accusabant, quòd rerum summam vi possiderent, nomen tantum superesset Hyrcano. Herodes autem muneribus placauit Antonium, in memoriam reuocans ei patris sui antiquam cum eo familiaritatem. Post hæc iterum centum potentissimi Iudæorum ad eum perueniunt, accusantes Herodem cum Phaselo. contradicebat autem Messala, defendendo iuuenes, Hyrcano præscnte. Consuluit Antonius Hyrcanum, quinam rebus gerendis essent aptissimi. illo respondente Herodem & fratrem eius, Antonius exhilaratus eos tetrarchas ordinauit. xv. autem ex resistētibus vt eos occideret, nisi Herodes recusaret. Tetrarchæ Iudææ. Sed neque ita quiescebant. vnde cum in Tyro Antonio occurrissent, corruptus pecunia, præsidibus locorum præcepit, legatos Iudæorum nouis rebus studentes torqueri, & Herodi præberi principatum, vbi & multi vulnerati sunt. Interea in Italia bellum ciuile mouerat L. Antonius consul, frater M. Antonij. Causam prætendebat, quòd Cæsar reuersus in Italiam, veteranis agros diuiserat. socios habebat qui pulsi erant agris, Fulvia Antonij vxore cõsulente bellum. Itaq; Cæsar annos natus 24. in oppido Perusino Lucium coactum aliquando erumpere, coegit fame in deditionem venire, ipsique & omni-

Bellum Pe-
ruinum.

omnibus militibus ignouit, Perusiam diruit, redactis in potestatem suam omnibus di-
uerſæ partis exercitibus. Prouocatus literis Fuluiæ Antonius, in Italiam venit. interim
vxoꝝ Sicyone moritur, quæ erat prima future pacis spes. Antonio reconciliato, Cæſar
fororem Octauiam in matrimoniũ dedit, diuiſum inde inter illos tres imperium, ita vt
terminum faceret Ionium mare, omnis ad Orientem tractus Antonio, ad Heſperiam
Cæſari conſeſſus, Lepido autem Africæ permiſſa. Inter hæc cum Antonius in
Italia eſſet, Pacorus rex Parthorum in manu valida Euphratem tranſgreſſus, ad quem
descendens Lyſanias Antigoni nepos, pollicitus eſt talenta mille & virgines quingen-
tas, vt Antigonus in regnum reduceret paternum. acceptis itaque à Pacoro multis
millibus Parthorum, Antigonus Hieruſalem oppugnabat. Phafelus quidem muros,
Herodes verò domum regiam cuſtodiebat. ſed cum intraſſet Antigonus urbem in
diebus pentecoſtes, etiam in foro dimicatum eſt. Cum autem de pace tractaretur,
Antigonus Pacorum regem Parthorum pacis arbitrum in dolo depoſcebat. Egreſſi
Hyrcanus cum Phafelo & Antigonus, ad Parthorum regem properant. Herodes no-
luit cum eis descendere, ſuadente Mariamne, vt nunquam fidei Parthorum fidem ad-
hiberet. Hyrcanus verò & Phafelus in itinere à Parthis comprehenſi ſunt. quo ac-
cepto, Herodes noctu ad Idumæos contribules ſuos confugit. præmiſit autem vxores &
filios, & ipſe ſubſequeus, impetus inuadentium ſuſtinebat. grauiores autem Parthis
Iudæos in fuga expertus eſt. Parthi verò non ſolum Antigonus reſtituerunt in re-
gnum, verum etiam Hyrcanum & Phafelum vinc̄tos ei tradiderunt. At ille auriculas
Hyrcani truncavit, ne quando mutatis rebus ſolutus, pontificatum reſumeret. Hyr-
canus ad Parthos miſſus, diu ibi ludibrio habitus. Phafeli verò virtute tyrannus præ-
uentus eſt. nam Phafelus vindicem Herodem ſperans, ad ſaxum fracto capite, mor-
tuus eſt. Herodes accepta morte fratris, in hyeme Romam properauit: circa Pam-
phyliam fracta naui & in Rhodo reparata, Romam venit. Primò cauſam viæ expoſuit
Antonio, qui cauſam miſeratus, ſenatu perſuaſit, vt Herodem regem Iudææ declara-
ret. Coronatus ergo Herodes, Auguſto & Antonio hiſcinde adſtantibus, in Capi-
tolum ductus eſt, vbi & decretum ſenatus ſuper hoc factò repoſitum eſt. remiſſus eſt
in Iudæam Herodes, duoque principes cum eo Ventidius & Silo, qui eum in regno
collocarent. Cum ergo veniſſent in Galilæam, Silonem Antigonus mercede corrup-
pit, & propterea congregari aduerſus Antigonus ſimulanter differebat. cumque tan-
dem obſediſſent Hieruſalem Romani, tum pro hyemis aſperitate, tum pro inopia vi-
ctus ab obſidione diſcedentes, in Idumæa & Galilæa hyemabant. nec tunc tamen
Herodes ocioſus erat, ſed latronum multitudinem in canernis ſuſſocabat. Anto-
nius autem in Italia agens, cætera quidem omnia communiter & amanter & ſumma
concordia cum Cæſare agebat: verum in ludis quos certatim inibant, non mediocri-
ter angebatur, quòd ſemper Cæſar eſſet ſuperior. Erat tum apud Antonium qui-
dam magus Aegyptius, qui dicere ſolebat, fortunam eius ſplendiſſimam eſſe, ſed è
Cæſaris commodis obſcurari. Tuus enim, ait, dæmon illius genium reformidat: &
cum ceſſus atque alacer per ſeipſum ſit, ob huius tamen vicinitatem humilis ſit &
abiectionis. Equidem te moneo, vt abeſſe velis quàm procul ab hoc adoleſcente. His
Aegyptij dictis omnia videbantur fidem facere. nam in quacunquẽ re certarent, ſem-
per victor Cæſar, victus autem Antonius. Quibus rebus occultè turbatus Antonius,
Cæſari rerum ſuarum cura relicta, ipſe ex Italia migravit cum Octauia vxore, ex qua
iam filiolum ſuſceperat, & Athenas nauigauit. Interea Pacorum Orodis regis fili-
um cum magnis copijs Syriam irrumpentem, Ventidius ad Cyriſtum deleuit, de qua
victoria tanta formido Parthis iniecta eſt, vt intra Mediæ & Meſopotamiæ fines ſeſe
omnes reciperent, neque vltra auderent pedem referre, tribus continuis pugnis ſum-
ma vi ſuperati. Pulſis Syria Parthis, Herodes ad Antonium Athenas proficiſcitur,
accuſaturus Silonis dolos. Iſſippum exercitibus præfecit, qui neglecto Herodis man-
dato, cum Antigono congreſſus, victus eſt à Pampeo, & capite truncatus. Cum acce-
piſſet Antonius dolum Silonis, miſit Soſium cum Herode in manu valida, qui veniens
in Iudæam, occurrentem ſibi Pampeum vicit, caputque eius Feroræ ſtrati Herodis in
ſolatium occiſi fratris tranſmiſit. Tandem quinque menſibus obſeſſa Hieruſalem,
cum ſexto Romani irruerent in eam, capta eſt. Antigonus descendens, ad pedes
Soſij proſtratus eſt, quem non miſeratus Soſius, ſed irridens, Antigonom appellauit,
& in vincula coniecit. Poſt crudelem incolarum cædem, ſacra milites violare pertent-
abant. ſed reſtitit Herodes, ſingulis ſua mercede data. Soſius aurea corona Deo di-
cata

Antigonus
Hieruſalem
occupat.Hyrcani &
Phafeli in-
teritus.Herodes à
ſenatu rex
declatur.Aegyptij co-
mentum de
genijs.

cata ſublata, vinc̄tum Antigonus deducens, ad Antonium remeabat, quem Anto-
nius ſecuri percuffit. confirmatus eſt Herodes in regno, quarto anno ex quo Romæ
diadema ſuſceperat. Inde eſt quòd quandoque plures, quandoque pauciores anni
Herodis leguntur. Ab hoc igitur anno quo diadema Herodes ſuſceperat, qui erat
annus decimus Octauiani Cæſaris, & 718. à cõditione vr̄bis, regnũ & ſacerdotiũ Iudæo-
rum vſque in præſens tempus defecit. ſic ſacerdotes qui idem & chriſti ſunt, id eſt, vn-
cti, è Danielis prophetia ſinem accepere. Nam vſque ad Hyrcanum Alexandri Iannei
filium, iudices, ſacerdotes, reges, per ſucceſſiones Iudæis præſuerunt. Iam Hyrcano
conſilij Antigoni, qui filius erat Ariſtobuli, à Parthis, Antigono à Romanis capto,
Herodes ſucceſſit. Inde pontifices, nec generis nec virtutis honore lecti, populo præ-
ſuere. Quæ omnia ita ventura angelus Danieli prædixit in hæc verba: Et ſcias, &
intelligas, ab initio ſermonis reſpondendi & ædificandæ Hieruſalem vſque ad Chri-
ſtum ducem, hebdomades ſeptem & lxxij. & poſt hebdomadas ſeptem & ſexaginta-
duas interibit chriſma, & iudicium non erit, & templum & ſanctum corrumpet po-
pulus, duce veniente ex Iſrael. Igitur ſeptem & ſexaginta duæ hebdomades, quæ ſimul
ſunt lxxij. faciunt annos quadringentos octogintatres. In quibus chriſti, id eſt, ſacer-
dotes per vnctionem conſecrati, regnauerunt, ab inſtauratione templi ſub Dario
vſque ad Hyrcanum, in quorum nouiſſimo chriſma & ſacerdotium Iudæorum
defecit. Quòd autem à perfectione templi, hoc eſt, à ſexto Darij anno vſque ad de-
cimum Auguſti annum, ſeptem & ſexaginta duæ hebdomades, id eſt, anni quadrin-
genti octogintatres computantur, ſic poſſumus approbare: Sexageſimæ ſextæ olym-
piadis anno primo, hoc eſt, Darij ſexto, completa eſt templi ædificatio: & centeſi-
mæ & octogefimæ ſextæ olympiadis anno ſecundo, id eſt, Auguſti decimo, Herodes
regnum ſuſcepit Iudæorum: in quibus ſunt, anni quadringenti octogintatres, per
ſingulas olympiades quadriennio ſupputato. Interim à Sex. Pompeio Gn. Pom-
peij filio, ingens bellum in Sicilia commotum eſt, & cum annonæ comiteatu m
impediret, poſtulatam ab eo pacem Cæſar & Antonius inierunt, ita vt Siciliam pro-
uinciam haberet. At paulò poſt Sextus rursus latrocinij mare infeſtabat, nec pacem
quam acceperat, præſtabat, Cæſar neceſſario bello contra eum ſuſcepto, duobus na-
ualibus prælijs dubio euentu pugnavit, ita vt duarum claſſium Cæſaris altera, cui
Agrippa præerat, vinceret: altera quam Cæſar duxerat, deleteretur. Vicit tandem
Agrippa exutum Pompeium, & ſexagintatres naues eius aut merſit, aut cepit. Pom-
peius cum decem & ſeptem vix elapſus, Aſiam petijt. ibi bellum aduerſus Antonium
legionũ violentia tumens, Cæſarem ſemel atque iterum ſpreuit. venientem ad ſe reſis
appeti iuſſit, quæ Cæſar collecta in læuum brachium lacerna repellendo vitauit. mox
immifſo equo ad ſuos reuerſus, inſtructoque exercitu aduerſus Lepidum veniens, plu-
rimas legiones eius, paucis interfectis, in ſuam partem trãſire coegit. Lepidus tandem
intelligens quòd ſua vanitas tenderet, depoſito paludamento, ſupplex Cæſari factus, at-
que relicto exercitu, abrogatoque triumphatus honore, vitam impetrauit, perpetuo
mulctatus exilio. M. Agrippa nauali corona tunc à Cæſare donatus, qui honos ne-
mini ante eum habitus eſt. Taurus Cæſaris præfectus, totam penè Siciliam ferro per-
tentatam conterritamque in fidem recepit. Oroſius ait: Quadraginta quatuor le-
giones ſub vnũ tunc imperio Cæſaris erant, milites verò multitudine ferociores,
quosdã pro accipiendis agris tumultus excitauerunt. ſed Cæſar animo ingens, 20000.
militum exauthorauit, 30000. ſeruorum dominis reddidit, 6000. quorum domini
non extabant, in crucem egit. ouans urbem ingreſſus, vt in perpetuum tribuniæ
potestatis eſſet, ſenatu decretum eſt. His diebus trans Tiberim è taberna meri-
toria ſons olei terra exundauit, ac per totũ diem largiſſimo riuo fluxit. Herodes res
Iudæorum ſuo arbitrio verſabat. Supererat tum Hyrcanus, à Parthis captus: quem,
quia bonus ac illuſtris erat, Parthi ad preces Iudæorum in Babylone accepta pecu-
nia, illis permiſerunt, vbi Iudæi eum vt principem omnino tractabant. hoc comper-
to, Herodes Hyrcanum ad reditum inuitabat, qui contra conſilium fautorum ſuo-
rum in Babylone, illectus redire ſtatuit. venientem primo loco tenuit, patremque
vocaui: erat enim auus maternus Mariamnes, & quia trucas aures habebat, & ſic ad
ſacerdotium ineptus, quendam Iudæum nomine Ananellum, pontificem designauit:
quod agrè nimium tulit Alexandra focus Herodis & filia Hyrcani, vxor Alexandri,
ex quo Mariamnen habuit & Ariſtobulum iuuenem forma venuſtiſſimum, mo-
leſt

Finis regni
& ſacerdotij
Iudæorum.

Dan. 9.

Anni è pro-
phetia Da-
nielis.Sex. Pom-
peij interi-
tus.Lepidus in
exiliũ actus.

Olei ſons.

Hyrcan* ab
Herode re-
uocatus.Ananellus
pontifex.

lestè ferens infamiam filij Aristobuli, quòd illo superstitè, alter aduena principatum sacerdotij meruisset. Quare scripsit Cleopatram reginam Aegypti, quam tunc Antonius deperibat, vt peteret M. Antonium principatum sacerdotij filio suo praeferre. sciebat enim Antonium Cleopatram vix aliquid posse negare. Antonius omnia Herodi in-sinuat, vt Aristobulum praeficeret petit. Herodes hæc audiens, vehementer in Alexandram exarsit, perinde ac ea seditiones regno moliretur, olim se ordinasse Aristobulo principatum, interim autem quia puer esset, Ananellum praefecisse donecis adolere-ret. hæc pro deceptione dixit. At praesentia amicorum læta, & non benè sperans, Alexandra cum lachrymis satisfecit, dicens, se & pro sacerdotio quidem omnia & pro infamia vitanda fecisse. dextris itaque datis, rex Herodes statim principatu sacerdotij Ananellum præter legem exiit, seditiones domesticas pacando: non tamè securus degebat, dum Alexandram ex præteritis conatibus valde timeret. quapropter præcepit eam in aula conuersari, vt nihil sub potestate haberet. quo paulatim magis odio torquebatur: nam superbia mulieris diligentiam custodiae indignabatur. Ad Cleopatram igitur sodalem suam lachrymabiliter scripsit, postulans sibi auxilium præberi, quæ iussit ei furtim cum filio in Aegyptum noctu ad se fugere. Quod cum Sabio quispiam rescisceret, vt gratiam mercaretur, Herodi patefecit. is mulierem tenuit, adolentem qua post ratione statuit perimere. Pontifex Aristobulus dum paulò post die festo officium magnificè super ætatem exercuisset, nimium populi sui excitauit fauorem, & Aristobuli aui sui præsens memoriam eis redixit: palam gaudentes simul & læritia perfunsi, laudes emittebant vniuersi. Tacitus dolebat Herodes, quòd regni sui perniciem censeret. celebratione facta ex more, Alexandra conuiuium instruxit. tunc Herodes adulabatur adolescenti, & illiciebat ad affluentiam portionis: deinde quia ætas erat, collecti simul exierunt refrigerium captantes, & dum ioci causa hinc inde natarent vniuersi, Herodis amici quibus hoc præceptum fuerat, sæpe iuuenem mergentes tanquam ludentes, non omiserunt donec suffocarent xvij. agentem annum. Quo malo nunciato, incessabilis mulieres dolor inuasit, ciuitas lamentis repleta est. Alexandra verò plùs consumebatur conscia peremptionis, & licet sæpius sua manu vitam finire niteretur, desijt tamen, si postè viuens sufficere ad vltionem insidiarum perempti: omnia dissimulabat, sustinere necessarium existimans. Herodes omnibus verisimilis videbatur non insidiarum author fuisse, & non tantum funus peragebat, sed etiam lachrymis vsus est. Alexandra Cleopatram Herodis insidias scripsit & filij perditionem, quæ dum festinaret petenti subuenire, petit Antonium vindicare adolescentis interitum. Flexus Antonius, præcepit Herodi ad se venire Laodiceam, vt pro morte adolescentis satisfaceret. Herodes territus statuit obedire. cumque Iosippum Salomæ sororis suæ maritum procuratorem regni reliquisset, mandauit ei secretò, vt si quid ab Antonio passus esset, Mariamnen occideret. diligere enim se vxorem, ac timere ne contumeliam post mortem eius pateretur, pulchritudine illius causante nimia, quæ res siue vxoris amore, siue aliunde orta est, non prosperè cessit. Interea verò cum Herodes ad Antonium venisset, multis cum donis corrumpit, atque obiecta diluit. Cleopatram verba aduersus suam satisfactionem Antonius parum valere affirmavit. nam non iustum est, inquit Antonius, vt rex de suo principatu depositus, ab alio poenam luat, quia qui honorem ei dederunt, ipsi ei vti potestate permiserunt. Quo dicto, simulque muneribus datis, flexa Cleopatra, in aliud tempus vindictam seruare deliberabat. Reuerso ad sua Herode, statim soror eius Salome, materque contra maritum Iosippum accusationem proferunt, dicentes quòd cum Mariamne sæpius conuenisset. Herodes, quoniam nimis amabat Mariamnen, noluit aliquid temerarij facere: sed in vtroque anxius, secretè eam inquirat, an vera essent quæ de Iosippo audierat. illa verò iuramento affirmante, quòd in nullo peccato esset, paulatim rex desecit, & ira deleta, coniugis amore superatur, honestatiq; eius multas egit gratias. Fortè paulò post mulier viri fidem pertentatura, ait: Non est amantis quod mandaueras Iosippo, vt si quid patereris ab Antonio, me perimeret cum nihil peccassem. Quod vt audiuit Herodes, exardescens furore, statim eam ab amplexu dimisit, clamans & suos capillos dilacerans, dicendo, signum hoc manifestum quòd Iosippo commixta fuisset, peneque eam interfecisset, nisi victus amore, furoris impetum refrenasset. Iosippum vltè nec ad suam faciem venire permisit, & vt quidam scribunt, occidit: Alexandram verò, tanquam totius mali causam, referuari præcepit. Interea per Syriam turba commouebatur, Cleopatra non desistente Antonium

Aristobulus
Iudeorum
pontifex.

Aristobulus
suffocatur.

Excusat Ari-
stobuli mor-
tè Herodes.

Simulacra
inter Hero-
dem & Ma-
riamnen.

nium flectere, quatenus oppressis regibus, potentiam singulorum ablatam sibi dona-
ret, quæ cum natura auara esset, nihil iniustum reliquit: siquidem fratrem suum quem
iam habiturum regnum sciret, vltimum Ptolemaum, venenis aggressa consumpserat
xv. ætatis annu agentem: sororem autem Arsinoen, Ephesi ad templum Dianæ con-
fugientem, per Antonium extinxit. iam pecuniarum gratia & templum & corpora vio-
labat, neque sacrarij tam castum fuit aut asyllum tutum, cuius ornatum ipsa non abstulit.
Periit itaque ab Antonio etiam Iudææ & Arabiæ reges occidi. Antonius cum in
omnibus amore foeminae victus esset, vt non tantum verbis, sed etiam venenis videre-
tur obedire, manifestam iniquitatem videns, rogabat ne se vt tantum peccaret, impel-
leret: nihilominus partes multarum prouinciarum tollens, ei donauit. Accessit huic lu-
xuriæ insolens superbia: considebant enim in thronis duobus Alexandria fabricatis,
vbi reginam Cleopatram salutauit. Plutarchus hæc. Quin regina quoties se multitudini
ostendebat, sacram Idis stolam assumebat, & noua Idis iura populis dabat. Hæc
cum Romæ Octauius & in senatu & concionibus criminaretur, misit Antonius Ro-
mam aduersus Cæsarem accusatores: primò, quòd pulso Pompeio, Siciliam adeptus,
nullam eius insulam partem sibi fecisset: quòd cum eius nauibus ad prælium vsus esset,
nullas vnquam restituisset: demum, quòd cum M. Lepidum collegam exauthorasset,
ipse habeat legiones & prouincias illi traditas. Super omnia, quòd Cæsar Italiam ferè
rotam militibus suis diuisisset, & nihil reliqui militibus Antonij reliquisset. Ad hæc
Cæsar, quæ bello acquisierit, Antonio partem facturum, cum & ipse Armeniæ partem
aliarumque acquisitarum faciat sibi. Eo tempore ex Armenia vbi gerebat bellum,
discessit. res belli instruitur, ac cum Athenis esset, nonnullos Romani misit, qui Octa-
uianum domo pellerent: & cum Orientem teneret Asiamaque, Artabanem Armeniæ
regem prodicione iam pridem cepit, vinculumque, argentea catena ad manifestationem
thesaurorum regiorum coegit, expugnato oppido, in quo conditos esse prodiderat rex,
magnam vim auri & argenti abstulit. Qua elatus pecunia, denunciari bellum Cæ-
sari, atque Octauiae vxori, Cæsaris sorori, repudium indici iussit. Et Cleopatram sibi ex
Alexandria occurrere imperauit. ipse Actium, vbi classem constituerat, profectus, cum
propè tertiam partem remigum fame absumptam offendisset, nihil motus, Remi, in-
quit, modò salui sint. nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit.

Cæsar interea Romanos in Antonium incitabat. aduersus Cleopatram bellum
decernitur. Antonius imperium deponere iubetur, simulque Cæsar cum exercitu in
Epirum traiecit aduersus Antonium, qui iam omne Actiacum littus classibus obside-
bat. Inde cum ad prælium coirent, Antonius pugnaces habebat naues quingentas, in
quibus octiremes & deciremes erant, peditum centum millia, equitum 22. millia. Reges
qui ei parebant, * Bacchus Libyæ, Tarchodemus superioris Ciliciæ, Archelaus Cappa-
dociæ, Philadelphus Paphlagoniæ, Mithridates Comagenus, Adollas Thraciæ. Auxilia
verò miserunt Polemon ex Ponto, * Manachus ex Arabia, Herodes ex Iudæa, Amyntas
ex Lycaonia & Galatia. Erant etiam à Medorum rege missa auxilia. Cæsar naues
habebat pugnaces 250. pedites 80000. equitum ferme parem Antonianis numerum.
Misit ad Antonium Cæsar, vt Italiam accederet: Antonius contra iactabundus, Cæ-
sarem in singulare certamen prouocat, aut si placeat, omnibus copijs, vt in Pharfalia
olim, dimicet. Omissis multis, Antonius nauali prælio tertio victus, quarto cõgref-
sus fugit, qua die ab hora quinta ad septimam incerta victoria spe pugnatum erat, reli-
quum diei cum sequenti nocte in victoriam Cæsaris declinauit. dux fugæ regina. mox
Antonius secutus, Alexandriam profugit derelictus à suis, obsessusque à Cæsare, in vlti-
ma rerum desperatione, præcipue quòd Cleopatra occisa esset, falso rumore impul-
sus, seipsum interfecit. Alexandria in potestate Cæsaris facta, tum Cleopatra exornata
ad Cæsarem venit, sperans eum vt ceteros sua specie ad libidinem illicere. sed ille eam spre-
uit, & custo diri præcepit, quæ vbi se ad triumphum seruari intellexit, è custodia elapsa
in Mausoleum, maximos vt solebat induta cultus, referto odoribus solio, iuxta suum
se collocauit Antonium iam ibi sepultum, ad motusque ad venas serpentibus, sic morte
quasi somno soluta, frustra Cæsare etiam Pnyllos admouente, qui venena serpentum
è vulneribus hominum fugere solent. Sic Cæsar Octavianus Alexandria vrbe poten-
tissima cum tota Aegypto potitus, redegit Aegyptum in prouinciæ formam, in qua
vsque ad Cleopatram regnauerunt, qui vocabantur Lagidæ, annis ducentis 73. Ipsa
verò regnauit annis 22. qui sunt ducenti 95. anni. tantà verò pecuniarum copiam Cæ-
sar in Alexandria inuenisse fertur, vt ex hac duplicia Romæ venalium statuerentur
M m precia.

Cleopatram
auaritia.

Belli inter
Cæs. & An-
to. femina.

* regionum

Artabanus
capitur.

Octauia pri-
uata viuat.

Anto. & Cæ-
saribus auxilia.

* Bocchus

* Malchus

Infelix An-
tonij pugna

Antonius se
interemit.

Aspidum mor-
tu Cleopa-
tra interiit.

precia. hanc Orosius. Victo Antonio, cum Augustus Rhodum venisset, desperavit penè Herodes, cum esset Antonij partiù, et si in pugna non affuisset: quapropter amici Herodis contristabantur, inimici verò sperabāt meliora sibi rerum mutatione ventura. Herodes igitur Hyrcanum videns suis rebus obesse posse, vt pote in dignitate regia constitutū, cogitavit de morte illius, ne imminēte sibi à Cæsare periculo, ille daret occasionem, qui solus regio videbatur ex genere. Intelligebat hoc Hyrcanus, ne latebat res Alexandram, quæ perosa Herodem, fugere statuit, Hyrcanoq; persuasit, vt suis ad Arabas literis fugam conaretur, quæ cum in Herodis manus venissent, requisitus est ab eo & Malcho Hyrcanus, atq; literis demonstratis velut perfidiæ causa peremptus.

Mors Hyrcani.

Octavij in Herodē benevolentia.

Herodij diadema reponitur.

Herodis domesticia odia.

Herodes Hyrcano interfecto, à Cæsare nihil sperans de rebus suis propter amicitiam quam habebat cum Antonio, subterfugere tamen non poterat, & cum suspectas haberet mulieres, commendavit omnia fratri suo Feroræ, matrem autem & sororem in Masada constituit, iubens vt si non rediret, principatum assumerent. Mariamnem verò vxorem, cum non posset cum matre & vxore conuersari, in Alexandria cum Alexandra matre illius deposuit, Soemum super eas dimittens, Ituracum & Iosippum, fidos sibi amicos, quibus etiam mandauerat, vt si quid de ipso periculosum audirent, ambas interficerent, regnum verò filijs suis cum fratre Ferora custodirent. Cum hæc mandasset, Rhodum ad Cæsarem properabat, ibique diadema deposuit, veste quidem cultuque priuato, sed fastu regio, neque dissimulata virtute, coram hæc dixit: Ego Cæsar rex factus ab Antonio, fateor vtilem me gessisse Antonio, neque abfuisse armis, ni contra Arabas me misisset. veruntamen auxilia pro vrbibus meis ei misi, optimum ei antehac dedi consilium, vnam esse dicens Cleopatram mortem aduersarij internecionem, quam si occidisset, & pecunias & me ipsum belli contra te socium pollicebar. Sed profectò eius aures amor Cleopatram, & Deus qui victoriam tibi donaret, obstruxit. vna ego cum Antonio victus sum, & regiam coronam cum eius fortuna deposui. ad te nunc veni, spem salutis de virtute præsumens. Ad hæc Cæsar: Immo saluus esto & nunc, & regnato certiùs, quia meritis es vt plurimos regas, cum amicitias tanta fide tuearis. Rectè autem fecit Antonius, quia magis Cleopatram paruit quam tibi. te enim lucrati sumus propter eius amicitiam. mox ipsi diadema imposuit, ac indulgentiam decreto consignat, præclara in eius laudem locutus. addidit quoque regno eius Gadara, Ioppen & Samariam. de satellitibus Gallis qui fuerant Cleopatram, ei quadringentos donauit, & terram ei reddidit, quam per illam perdidit. Cumque Cæsarem comitatus fuisset vsque ad Antiochiam, reuertitur. Cum ad regnum suum redisset, turbatam omnē inuenit domum. vxor enim & mater Alexadra non putantes se pro tutela in illo oppido positas, sed tanquam in carcerem coniectas, cum nihil in sua potestate reliquisset, angebatur etiã, recolentes qualia Iosippo mandata olim dedisset. Siquidem custodes & præcipue Soemum, nimia diligentia mitigabat Mariamnes, qui blãdis sermonibus donisque tandem flexus, & quia sperabat Herodem non reuersurū, mandata ipsius partim detexit. Mariamne hæc grauiter audiens, nec finē sibi de periculis Herodis inuenire putans, peiora animo versati cœpit, aduenientē prioribus blãditijs non excepit. quod aded tulit Herodes grauiter, vt omnia perfidiæ argumenta certa videret. palam illū vxor criminata, ob Hyrcani & Aristobuli interitum. Sed ille quidē amore mutus erat. erupit interim alia causa: meridie nanque dum voluisset requiescere, accessit Mariamnem morte consueto: quæ cum intrasset, cum eo non cōcubuit, sed repulit, multa ei improperans. quod cum iniquo animo tulisset, foror regis Salome insidias augeri volens, loquebatur non pauca contra Mariamnem, insimulabatque eam adulterij. Ad hæc Salome subornatū pin cernā Herodis introducit, qui asserbat Mariamne sibi præmium præstitisse, vt amatorij regi propinaret, putaret fuisse venenum. cum talia audiisset, dudum furibundus excitatur plūs: eunuchum qui Mariamne fidelissimus erat, de veneno torquebat, tortus tamē nihil de veneno dixit, sed vxoris odiū esse in regem manifestauit, propter sermones quos ei Soemus explanasset. hoc audiens, exclamauit rex Soemum proditorem mandatorū, existimās inter Soemum & vxorem quid ampliùs interuenisse, qua de re mox Soemum interim præcepit. Vxor verò causa iudicium colligens, familiarij accusationem parauit, studiosèq; executus est de relationibus veneni. Erat mulier sermone incontinens & iracūda, in quam qui præsentēs erant mortis sententiã proferebant: suadebant tamen alij, ne ita temerariè eam interficeret, sed poneret in aliquā custodiam regalem. Tum Salome cum suis festinabat, caue, inquit, ð rex

ð rex seditionē multitudinis, si illa vixerit. sic Mariamne trahebatur ad necem. Considerans autem Alexandra eadem se passuram ab Herode, volēs ostendere innocentiam suam, vociferata est malā circa maritum & ingratham fuisse Mariamnen, iusteque omnia aduersa pati: illa nec verbum dedit, nec ad illius vituperationem turbata respexit, sed animi grauitate peccatum matris ferre demonstrabat, ipsaque non timido gressu, neq; mutato colore ad mortem ducebatur, generositatem suam nequaquam in extremis dimittens. Sic interijt femina, quæ ad continentiam & magnitudinem animi optima erat, modestia verò ei non defuit, pulchritudine corporis & affabilitatis dignitate omnes mulieres anteibat. Postquam ea interijt, potius desiderium exarsit regis, vt sæpius nomen illius putans adhuc viuere, inuocaret. moliebatur autē omnia facere quæ potuissent solatium afferre, sed tantum doloribus tenebatur. Superuenit mox ægritudo pestifera, omnibusque suspicio erat, ex ira Dei contigisse. vnde postea medici, dum nequaquam remedijs prodesse, omnia que ille vellet, iussere ei præberi, salutem casui deuouentes. Alexandra cum audisset in quibus esset Herodes periculis, Hierosolymam festinavit custodias ciuitatis obtinere, sub specie tamen, quod vellet filijs Herodis conseruare, si quid ei humanitus contingeret. sed hoc confestim nunciatur regi, qui nihil remoratus, interfici eam præcepit. ita perijt & Alexandra. Ipse verò vix tandem conualescens, in omnibus causis factus est ad poenas paratior, idcirco amicos interemit plures, Custodiarum sororis maritum cum liberis, vt iam nihil esset residui de genere Hyrcani. Filios autem quos de Mariamne susceperat, Alexandrum & Aristobulum, Romam misit liberalibus artibus erudiendos. Deinde 18. regni sui anno Herodes post multa præclarissima ædificia Hierosolymis quàm in vicinijs perfecta, conuocatum populum hac oratione permulcebat: Nostis, dicens, quod istud maximo Deo templum nostri patres ædificauerunt, cum à Babylonia remeassent, & quia desunt ei in altitudine 60. cubiti instar illius quod Salomon construxerat, nemo negligentiam parentū nostrorum accuset. Sed Cyrus & Darius huiusmodi mensuram ædificationis fieri præceperunt, quibus illi seruiētes, & post illos Macedonibus, non habuerunt aptum tempus, vt ad antiqui formam templi perducerent. Nunc autem cum nutu Dei principatui meo pax larga data est, multitudo reddituum, & quod maximum est, amicitia Romanorum, qui omnium rerum domini existunt, cur nõ studemus omniū necessitatis tempore opus corrigere, & integrū Deo præbere pro beneficijs meo regno collatis? Talia concionantem Herodem laudant, dum tamen consummare valeat. ædificatur itaque templum ex lapidibus albis longitudine centum cubitorum, latitudine centum, altitudine centum viginti: medium templi erat altissimum, vt à multis stadijs conspiceretur, & in prouincia constitutis & contrā habitantibus aut accedentibus cerneretur: ianuas autem introitus & superliminaria vario ornatu decorauit, aureos flores ambientes columnas fecit, super quarum capita vitis tendebatur. templo perfecto, omnis populus lætitia completus est, de quo plura Iosephus. Dicitur autē ibidem, per id tempus dum templum construeretur, die quidē non pluuisse, nocte verò imbres descendisse, ne templi constructio fortè impediretur. Anno ab vrbe cōdita 726. vt refert Orosius, Cæsar victor ab Oriente rediens, octauo Idus Ianuarij vrbē triplici triumpho ingressus est, ac tum primū ipse Iani portas, finitis omnibus bellis ciuilibus, clausit, atque ex eodem die summa rerum ac potestatum penēs vnū cœpit esse & mansit. Græci id monarchiam vocant. In Octauiano quarta monarchia.

Anno ab vrbe condita 726. imperatore Augusto Cæsare sexies, & bis M. Agrippa consulibus, Cæsar parum in Hispania per ducentos annos actum intelligens, si Cantabros atque Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis vti legibus sineret, aperuit Iani portas, atque in Hispanias cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Galleciæ portio sunt, qua extantum Pyrenæi iugū haud procul secūdo Oceano sub septentrione deducitur. hi non solum propriam libertatē tueri parati, verum etiam finitimorum præripere ausi. Igitur Cæsar apud Segisamam castra posuit, tribus agminibus totam penè amplexus Cantabriam. Cantabri tandem in montem Vinnium confugientes, fame ad extremum penè consumpti sunt. Præterea vltiores Galleciæ partes, quæ montibus syluisque constra Oceano terminantur, Antistius & Firmius grauibus bellis perdomuerunt. nam Medullum montem, in quo se magna multitudo tuebatur, per 15. millia passuum fossa circumseptum, obsidione cinxerunt. Itaque vbi se gens hominū trux natura & ferox, tolerandæ obsidionis insufficientem conspexit, ad voluntariam mortē concurrir. nam se penè omnes certatim igne, ferro ac veneno necauerunt.

Mariamnes interitus.

Ægritudo Herodis.

Alexadra in interficiitur.

Templū Herodes ædificat.

In Octauiano quarta monarchia.

Cantabricū bellum.

412
Asturienſe bellum.

Astures verò Romanos, niſi proditi præuentique eſſent, magnis conſilijs viribusque oppreſſiſſent. hos poſtea Carifſus bello exceptos, non parua etiam Romanorum clade ſuperavit. his omnibus per 5. annos domitis, tota Hiſpania in æterna pace compoſita, Cæſar Romam redijt, & Cantabricæ victoriæ hunc honorem contulit, vt tunc ſecundò portas Iani clauserit. Interea Cæſarem apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem legati Indorum & Scytharum adeunt. par principi cum Alexandro gloria, quem Hiſpanorum Gallorumque legati in Oriente apud Babylonem contemplatione pacis adibant, hunc apud Hiſpaniam in Occidentis vltimo, ſimplex cum gentilitio munere Aeous Indus, & Scythæ Boreus oravit. Nec tamen finis belli gerendi, ſed emergebant diuerſis orbis oris gentium inflata ceruices. ad ſeptentrionem ferocius agebant Norici, Illyrij, Pannonij, Dalmatæ, Myſi, Thracæ, Daci, Sarmatæ atque Germani. Noricis animos dabant alpes atque niues, ſed illos per priuignum ſuum Claudiũ Druſum pacauit. Illyrij, quos vno nomine Sclauos appellant, aliqui quoque ſub alpibus agunt, imas valles & quaſi quadam clauſtra cuſtodiant, abruptis torrentibus implicati. In hos expeditionem ipſe ſumpſit, ponte facto eos perdomuit. Pannonij duobus ſaltibus ac tribus fluuijs, Drauo, Sauo, Iſtroque vallantur. hos per Vibium perdomuit. caſi ſunt in vtriſque fluminibus. arma victorum non ex more belli cremata, ſed capta ſunt, & in profluentes data, vt cæteris qui reſiſtebant, victoria ſic nunciaretur. Dalmatæ plerumque ſub ſyluis agunt, ad latrocinia promptiſſimi. hos Marius incenſa vrbe Delminio detruncauerat, poſtea Aſinius Pollio gregibus, armis, atque agris mulctauerat. ſed Auguſtus per domandos Vibio mandat, qui efferum genus fodere terram coegit, aurumque venis repurgare. Myſij quàm feri & quàm truces fuerint, oſtendit ipſorum etiam barbaris barbarorum horribile dictum factum: vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio, Qui vos, inquit, eſtis? reſponſum inuicem, Romani gentium domini. & illi, Ita, inquit, ſi vos viceritis. Accepit omen M. Craſſus. Illi ſtatim ante aciem equo immolato, concepere votum, vt cæſorum extis ducum & litarent, & veſcerentur. deos audiſſe crediderim, ait Florus: nec tubam ſuſtinere potuerunt. non minimum terroris incuſſit barbaris Chonidius centurio foculum gerens ſuper caſidem, ſuſcitatum motu corporis flammam, velut ardenti capite fundebat. Ante hos Thracum maximus populus deſcruerat, ſed à Piſone perdomiti. Daci montibus in hærent Cotiſonis regis imperio. Miſſus ad eos Lentulus, vltra vltiorem ripam repulit. ſic tunc Dacia non victa, ſed ſum mota atque dilata eſt. Sarmatæ patentibus campis inquitant, & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio ſatis fuit. nihil præter niues rarasque ſyluas habent. Tanta barbaria eſt, vt pacem non intelligant. Germaniam quoque vtiã tanti vincere non putaret Auguſtus. magis ea turpiter amiſſa eſt, quàm glorioſè acquiſita. ſed quia ſciebat patrem ſuum Cæſarem bis ponte facto ex Gallijs tranſiſſe Rhenum, proximamque partem Germaniæ domuiſſe, in illius honorem concupiuit facere prouinciam, & factum erat, ſi barbari tam vitia noſtra, quàm imperia ferre potuiſſent. Miſſus in eam prouinciam Drufus Cæſaris priuignus, primos domuit Viſperes. Inde Tencatheros, Cattoſ, & Marcomanos, quos penè deleuit, eorumque inſignibus ſpolijs ditatus eſt. Inde validiſſimas nationes Cheriſcos, Sueuos & Sicambros pariter aggreſſus eſt, qui 20. centurionibus interemptis, hoc velut ſacramento ſumpſerant bellum, ad eò certa victoriæ ſpe, vt prædam in anteaſſum pactione diuiderent. Cheriſci equos, Sucui aurum & argentum, Sicambri captiuos elegerant. ſed omnia retrorſum. victor nanque Drufus equos, pecora, torques eorum, ipſosque præda diuiſit ac vendidit. Horum virtutem ex eo licet videre, quòd mulieres intra plauſtra concluſa, deficientibus telis, paruos filios collifos humi, in hoſtium ora iaciebant, in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ. Præterea in tutelam prouinciæ, præſidia vbique diſpoſuit per Moſam flumen, per Albin, per Viſurgim, per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius caſtella direxit. Bonnam & Genofiam cum pontibus iunxit, claſſibusque firmavit. Inuium atque inacceſſum in id tempus Hercynium ſaltum patefecit. ea denique in Germania pax erat, vt mutati homines, alia terra, cælum ipſum mitius molliusque ſolito videretur. Denique non per adulationem, ſed ex merito, deſuncto ibi fortiſſimo iuvene, ipſi, quod nunquam alteri, ſenatus cognomen ex prouincia dedit. Sed difficilius eſt prouincias retinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinentur. Igitur breue id gaudium fuit: quippe Germani victi magis quàm domiti erant, moresque Romanos magis quàm arma ſub imperatore Druſo ſuſcipiebant. poſtquam ille deſunctus

413
Varus Quintilius.

deſunctus eſt, Vari Quintilij libidinem atque ſuperbiam haud ſecus quàm ſeuitiam odiſſe coeperunt. Auſus ille agere conuentum, in caſtris ſe direxerat, quaſi violentiam barbarorũ liſtoris virgis & præconis voce poſſet inhibere. At illi qui iam pridem rubigine oblitos enſes, inertesque cernerent equos, vt primùm togas & ſeniora armis iura viderunt, duce Arminio arma corripunt. Cùm interim tanta erat Varo pacis fiducia, vt ne prodita quidem per Segeſtem vnum ducum coniuratione, comoueretur. Itaque improuidum & nil tale metuentem adorti, cùm ad tribunal citarentur, vndique inuadunt, caſtra rapiunt, tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodem, quo Cannenſem diem Paulus, & fato eſt & animo ſecutus. nihil illa cæde per paludes, perque ſyluas cruentius, nihil inſultatione barbarorum intolerantius, præcipuè in cauſarum patronos: alijs oculos, alijs manus amputabant, vnus os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera ſibilare deſiſte. ipſius quoque conſulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, eſoſſum. ſigna & aquilas duas adhuc & barbari poſſident, tertiam ſignifer prius quàm in manus hoſtium veniſſet, euulſit, merſamque intra balrei ſui latebras in cruenta palude depoſuit. Hac clade factum, vt imperium quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret. Hæc acta ſunt in Sueuia apud Auguſtam, ſecundum aliquos. Strabo in 7. vult hæc acta in terra Cheriſcorum, & quidem veriùs. Hanc cladem Cæſar ad eò grauiter tulit, vt veſte capilloque deformis, ſæpe per vim doloris caput parietis collidens, clamare ſeratur: Quintili Vare, redde legiones. Ad hæc excubiæ in vrbe indictæ, prouinciarum præſidibus prorogata imperia, vtputa rerum peritis, ne noui præſecti detrimento eſſent reip. Ioui voti ſunt ludi magni. Mox ad id reformandum Tiberius frater Druſi cum 15. legionibus miſſus, qui continuo bello Germanos arripuit, & 40. millia captiuorum victor abduxit. Quod reuera bellum maximum & terribiſſimum per triennium geſtum eſt, nec ſerè vllum maius bellum poſt Punicum fuiſſe dicitur. Sub meridiano verò tu multuatum magis quàm bellatum eſt. Muſulanos atque Getulos accolæ Syrtium Coſſo duce compeſcuit, vnde illi Gerulici nomen latiùs victoria patet. Marmaridas atque Garamantas Turmio ſubigendos dedit. potuit & ille redire Marmaricus, ſed modeſtior in æſtimanda victoria fuit. ad Orientem plus negocij cum Armenis: huc alterum Cæſar ex nepotibus ſuis miſit, ambo fato breues, ſed alter inglorius. Maſſilia quippe Lucius morbo ſoluitur, in Lycia Caius ex vulnere, cùm Armeniam ad Parthos ſe ſubtrahentem recepit. Armenios, victo rege Tigrane, in hoc vnum ſeruitutis genus Pompeius aſſeruerat, rectores vt à nobis acciperent. Intermiſſus ergo ius, per hunc recuperatum, non in cruento nec inulto tamen certamine. Boſphoranos quoque ad Orientem Agrippa ſuperavit. Parthi verò quaſi toto terrarum orbe vel domito vel pacato, vltro ſigna quæ à Craſſo abſtulerant atque ab Antonio, ad Cæſarem remiſerunt: regiſque obſidibus traditis, firmũ foedus fidei ſupplicatione meruerunt. Sic Suetonius: Domuit, inquit, partim ductu, partim auſpicijs ſuis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni. Item Rhetiam, Vindelicos ac Salafſos gentes alpinas coeruit, & Dacorum incurſiones tribus eorum ducibus cum magna copia cæſis, Germanosque vltra Albin fluuium ſubmouit. Ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit. Alias item nationes malè quietas, ad obſequium coegit. Nec vlli genti ſine iuſtis & neceſſarijs cauſis bellum intulit, tantumque abſuit à cupiditate imperium augendi, vt quorundam barbarorum principes in æde Martis iurare coegerit, manſuros ſe in fide & pace quam pererent. A quibuſdam verò nouum genus obſidum foeminas exigere tentauit, quòd negligere marium pignora ſentiebat, & tamen poteſtatem ſemper omnibus fecit, quoties obſides vellent recipiendi: neque aut crebriùs aut periculoſius rebellantes, grauiori vnquam mulctatus eſt poena, quàm vt captiuos ſub lege vauundaret, ne in vicina regione ſeruirent, nève intra 30. annos liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos ac Scythas pellexit ad amicitiam ſuam populi que Ro. vltro per legatos petendam. Parthi quoque Armeniam vendicanti facile ceſſerunt, & ſigna militaria quæ M. Craſſo & Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſidesque inſuper obtulerunt. Sic vbique cõtina totius generis humani aut pax fuit, aut pactione. Iannum Quirinum ſemel atque iterum à condita vrbe ſub Numa rege & victa Carthagine clauſum, in multò breuiore tempore terra marique pace parta, ter clauſit. Pro tantis meritis in ſenatu tum tractatum extitit, an quia Cæſar Octavianus condidiſſet imperium,

Romulus vocaretur. sed sanctius & reuerentius visum est nomē Augusti, quod remp. tantum auxisset, obque tot ingentia facta, pontifex maximus, dictator perpetuus, & pater patria est appellatus. atque ex eadem die senatus populique Ro. potestas & imperium in eum extitit translatum. Tunc summa rerum ac potestas quam monarchiam vocant, penes unum esse coepit, & mansit. Inter hæc Herodes ad Italiam nauigauit, Cæsarem desiderans salutare, & videre filios suos Romæ degentes Alexandrum & Aristobulum ex Mariamne natos, quos propter matris nobilitatem, & quod iam regnanti sibi fuissent geniti, regiè educabat in studijs vrbis Romæ. Cæsar quidem cum amicabiliter suscipiens, perfectos ei doctrina filios reddidit, quos & ad propria reduxit. cum autem rediissent, studium populi circa iuuenes erat, forma corporis & regio ornatu perspicuos. At inuidiosi statim facti sunt Salomæ sorori regis, & illis qui accusatione damnarunt Mariamnen, putantes illos matrem vituros. Erant tunc qui dicerent, non libenter cum patre eos morari propter matris interitum, vnde odium patris in eos exarsit. Interea tamen omni suspitione prætermissa, rex amore filiorum honores illis largitus est, vxores eis nobilissimas iunxit. Aristobulo quidem filiam Salomæ Berenicen, Alexandro verò Archelai regis Cappadocum filiam Glaphyram. procedebat nihilominus seditio domestica & odium Salomæ, dum vellet neminem superesse qui priores vendicaret. adolescentes verò ab eo ac regis fratre Ferora, propter matris interitum discordabant, odium par pro alterutris fuit. Modus autem odij non similis, cum illi quidem manifestè detraherent, inhonestum putantes iram celare, alij verò callidè & maleuolis accusationibus vterentur, seducendo semper adolescentes, quorum audaciam putabant ad necem patris posse fieri, cum nequaquam crederent matrem iustè perijsse. Deinde cuncta ciuitas repleta, miserabatur innocentiam adolescentium. diligentia verò Salomæ crescebat, & occasiones quærebat. dicebant iuuenes, miserè matri contigisse, se verò miseres, cum compellerentur cum intersectoribus matris cohabitare. Res lapsa est, absente Herode, semper in deterius. cum autem redisset, statim aderant frater & soror, dicentes ei ab adolescentibus periculū imminere, quod minimè sustinerent inultam matris necem, & quod pararent proficisci ad Cæsarem, & ipsum de interfectione matris accusare. ad hæc obstupuit rex, quia verisimilia. Turbatus itaque, & vt adolescentium fiduciam simul & temeritatem damnaret, Antipatrum filium suum, ex Dosithe ignobili ante principatum genitum, illis præponens, omnia in eum transtulit, quod scirent alium præter se patri succedere, & deposito supercilio, posset eos ad meliora reuocare. ExcoGITauit & quotidie maiora, adeo vt matrè Antipatri dudum repudiatam, reduceret: sed non sicut putauit, res euenit. nam pueris talis deiectione vehementer grauis apparuit. Antipater ad hæc fiducia maiore potitus, cogitauit fratres affligere, eorumque accusatoribus consentire. egit tamen cautiùs per subornatos, multos enim iam acquisierat amicos propter spem quam de regno habuit. pater etiā facilè omnia credebatur, à filiorum alienatus amore. vnde plus tristitiæ adolescentibus crescebat, ita vt sapius ab eis lachrymæ pro contemptu sui & matris recordatione funderentur, patremque manifestè apud amicos tanquam iniustum accusabant, quæ non paruam in aula seditionem commouebant. Eo tempore M. Agrippa veniens ab Asia, Antipatrum ad nimiam Herodis commendationem secum Romam duxit. Antipater Romæ manens, multum affligebatur, veritus ne pater fratres in gratiam reciperet, malignaque usus machinatione, contra fratres frequenter scribens, vereri se patris interitum. Incitabant non minori studio Feroras ac Saloma, vsquequo Herodem ad tatum perduxissent furorem, vt iam aperte contra filios niteretur. quod filij accipientes, Romam adeunt. Fuit autem in diebus Herodis regis Iudææ, effluxis annis regni eius 29. sacerdos nomine Zacharias de vice Abie, & vxor eius Aaronita, nomine Elisabeth, qui dum in die propitiationis incensum poneret, prædixit ipsi angelus, nasciturum sibi filium de vxore. considerans ille sterilitatem vxoris & vtriusque senectutem, non credidit, & ob hoc obmuruuit vsque ad diem partus. nomen quoque pueri & magnificentiam cum abstinentia ei indicauit. concepit autem Elisabeth & occultabat se mensibus quinque. In sexto denique mense missus est Gabriel in Nazareth ad Mariam virginem desponsatam Ioseph. cumque, ea salutata, dixisset eam parituram IESVM filium altissimi, quæsiuissetque, quomodo hoc fieret, cum se non cognituram virum animo vouisset, nisi aliter Deus disponeret, angelus addidit, non de viro, sed opere spiritus sancti concepturam, indicio quod anus concepisset cognata sua Elisabeth. permix-

Herodis cū
August. cō-
gressus.

Antipater
Herodis fi-
lij præfici-
tur.

Furor Hero-
dis contra
filios.

Luc. r.
Zacharias,
Elisabeth.

tæ enim erant sacerdotalis tribus & regia. Nam & Aaron vxorem habuit de Iuda Elisabeth sororem Naason, & Ioiada pontifex Iochabeth filiam regis Ioram. Er ait Maria ad angelum: Fiat mihi secundum verbum tuum. Statim conceptus est Christus de virgine verus homo anima & carne, ita tamen, quod lineamenta corporis membrorum visibus discerni non possent. Creditur autem conceptus 8. Calen. Aprilis, & reuolutis 33. annis, eodem die mortuus est. Mox vt concepit virgo Maria de spiritu sancto, ad salutandam Elisabeth perrexit, cuius salutationem & infans sensit. exultauit enim præ gaudio in vtero matris, repletaque statim spiritu sancto Elisabeth, voce magna exclamauit: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Beata, inquit, quæ credidisti, quoniam perficientur in te ea quæ dicta tibi sunt ab angelo. Peperit denique Elisabeth filium, & audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Cumque dies octaua venisset vt circumcideretur puer, innuerunt parentes patri, quem vellet vocari illū. accipiens ille tabulam, scripsit dicens: Iohannes est nomen eius. & confestim aperit os eius, & prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Quo prodigio omnes admirati, pontificium munus eidem restituere. demum defunctus, inter sanctos prophetas relatus, & Nonis Nouembris eius natalis dies celebratur. Anno Augusti Octauiani 41. Cyrinus ex consilio senatus ad Iudæam missus, census hominum possessionumque descripsit. Augustus verò habitatoribus Romæ dinumeratis, inuenit virorum 130. milia, & mille 37. Germanos in arma verfos, M. Lolius superat anno imperij Augusti 27. secundum Eusebium olympiade 190. Virgilius Maro Brundisij moritur, & Neapolim transfertur (cuius epitaphium est hoc:

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecim pascua, rura, duces.)*

sub Augusto, anno eius 25. olympiade 190. Horatius Venusinus 57. ætatis suæ anno moritur Romæ, anno Augusti 33. Salustius historicus paulò ante illos claruit. Terentius Varro è Narbonensi prouincia, inter lumina doctrinarum Romæ habitus, coronauit à Pompeio in bello piratico donatus. Seruius Sulpitius iuriconsultus. Messala Coruinus orator. Strabo historicus sub Tiberio. Solinus historicus sub Augusto. Ti. Liuius Patavinus historicus sub Tiberio moritur. P. Ouidius Naso Sulmonensis poeta clarissimus, in exilio obiit. Non negligenda videtur reipub. Ro. descriptio. Sic Strabo lib. 17. Romani, inquit, ex vna ciuitate profecti, belli & pacis artibus totam Italiam, deinde quæ Italia proxima sunt, omnia eadem virtute adepti. Cumque tres sint continentes, Europam ferè totam habent, præter eas partes quæ extra Istrum sunt, & præter Paroceanitas, qui intra Rhenum Tanaimque habitant. Africa verò ora, quæ nobis ex aduerso est, tota eis paret. nam reliqua vel inhabitabilis est & sterilis, vel à pastoribus incolitur. Eodem modo & Asia ora quæ ad nos vergit, tota Romanis subiecta est, nisi quis Achaos & Zygos & Eniochos in ratione ponat, qui in angustiis admodum & sterilibus locis latrocinantur, & pastorem vitam degunt. at mediterraneæ & penitioris regionis partem Ro. habent, partem Parthi & barbari, qui vltra hos sunt, Orientem & septentrionem versus, vt Indi, Baetrij & Scythæ, dehinc Arabes & Aethiopes, ac semper eis aliquid additur. Vniuersæ huius terræ quæ Rom. paret, partem reges tenent. quam verò ipsi habent, prouinciam vocant, & præfectos & quæstores in eam mittunt. Sunt etiam nonnullæ ciuitates liberae conditionis, aliæ ab initio per amicitiam Ro. adiunctæ, aliæ ab ipsis honoris gratia libertate donatæ. Sunt etiam principes quidam sub eis & phylarchi & sacerdotes, atque hi quidem secundum quasdam patriæ leges viuunt. Prouinciæ persæpe aliter atque aliter diuisæ fuerunt: at in præsentiarum, vt Cæsar Augustus constituit: nam cum patria ei totius imperij patrocinium permisit, vt pacis & belli, quandiu vixerit, potestatem habeat, totum imperium bifariam diuisit. Nam partem sibi adsciuit, partem populo dedit: ac sibi quidem, quæcunque militum præsidio indiget, ea est regio barbara, & gentibus nondum subactis finitima, sterilis sanè & cultu difficilis, vt propter cæterarum rerum inopiam, & copiam munitionum, iugum detrectet: populo autem reliquam concessit, quæ pacata est, & facile sine armis retinetur. vtranque portionem in prouincias complures diuisit, quarum aliæ Cæsaris, aliæ populi dicuntur. in suas præfecturas Cæsar ipse administratores mittit, & alio tempore aliter partitur regiones, & vt res postulat, ita versatur.

Io. Baptista
nascitur.

Germ. super-
rari.


Oratores,
& poetæ.

De forma
reip. Stra-
bo.

Prouinciæ.

Præturæ x.
**Atlantem*
in populi prouincias populus imperatores vel consules mittit. Sed hæc quoque in diuisiones alias diducuntur, prout vsus postulauerit. In initio tamen duas consulares fecit, Libyam scilicet quæ Romanis parerit, ea duntaxat excepta, quæ prius sub Iuba fuit, nunc verò sub Ptolemæo est illius filio: & Asiam cis Halyn & montem Taurum, Galatis exceptis & gentibus quæ sub Amynta fuerunt, præter etiam Bithyniam & Propontidem. Præturas verò decem, in Europa quidem & adiacentibus insulis, eam scilicet quæ vltior Iberia dicitur, circa Bætium fluium est & Attacem, & ex Celtica Narbonem. Tertiam Sardiniam cum Cyno, quartam Ciliciam, quintam & sextam Illyrii partem, quæ ad Epites, quæ Macedonia sunt conterminæ, octauam Creten cum Cyrenaica, nonam Cyprum, decimam Bithyniam cum Propontide & quibusdam Ponti partibus. Cæteras Cæsar prouincias habet, in quarum alias procuratores mittit consulares viros, in alias prætorios, in alias homines ex equestri ordine. Reges verò & principes & decarchæ, ad eius portiones sunt ac semper fuere. hæc Strabo. Sed nunquam inuenitur ita seruatum, vt ego inuenire potuerim. translata est enim omnis potestas in imperatorem.

PRIMI VOLVMINIS FINIS.



D. IOH.

D. IOHANNIS NAVCLERI TVBIN- GENSIS PRAEPOSITI CHRO-

NICARVM HISTORIARVM VOLVMEN SE-
cundum, continens gesta memoratu dignissima, iam inde à nati-
uitate Domini & Seruatoris nostri IESV CHRISTI,
vsque ad annum Domini M.D.

PRAEFATIO IN CHRONOGRAPHIAE VOLVMEN SECVNDVM.



UPERIORE volumine, in quo generationes veteris testamenti sexagintatres, quasi totidem libros per generationes Iesu Christi Domini nostri secundum carnem ab Adam primo homine linea recta descendentes vsque ad eundem Dominum nostrum Iesum Christum, & nonnulla circa eas generationes memoratu digna ab alijs tradita compilauimus, cum Dei adiutorio vrcunquæ absoluto: animus nunc est, vt iuxta præmissa, per generationes noui testamenti, in quo Christus caput est, etiam linea recta descendentes vsque ad nostra tempora, aliqua dicta gestaq; memoratu digna, prout ab vsu iam probatis scriptoribus accepimus, Deo auxiliante comportemus. Inprimis itaque præmittendum duco, quòd sicut veteris testamenti caput est Adam primus homo, à quo per sexagintatres generationes recta linea descendentes, peruenimus ad Christum filium Dei: ita noui testamenti caput est Christus, à quo conformiter de generatione in generationem descendendum erit, vsque quo perueniamus ad finem mundi: ita tamen, quòd sciamus generationes noui testamenti non esse carnales, cum Christus carnales filios non habuerit, sed spirituales, quales ex aqua & spiritu generauit, id est, regenerauit. Factus est enim, inquit Apostolus, primus Adam in animam viuente, nouissimus Adam (id est, Christus) in spiritum viuificantem. non enim primus erat spiritalis. nam primus homo de terra, terrenus: secundus homo de caelo caelestis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes. Erunt itaque generationes noui testamenti non inaequales duratione temporis, vt carnales fuere: sed sicut Christus noui testamenti author, expleto tandem ætatis suæ anno trigésimo incepit sibi filios generare & acquirere per Euangelium, ita quaelibet generatio noui testamenti pariformiter consummabitur in sequentibus spatio xxx. annorum. Hanc ego supputationem annorum ea solum ratione intendo sequi, vt infra scripta facilius possint inueniri. An verò totidem generationes noui testamenti futurae sint, nec plures nec pauciores quàm præcesserint, putà lxij. quæ faciunt annos M.DCCC.XC. neminè puto affirmare posse. nam Deus qui mundum hunc non necessitate aliqua, sed liberè dum voluit creauit, vt & quando vult, eum finire poterit. Vnde scientia ista non est acquisibilis per naturalem inuestigationem, sicut nec principium mundi. Licet ergo astrologi probent, quòd motus retardationis octauæ sphaerae, nequeat citius quàm in xxxvj. millibus annorum compleri, non tamen sequitur, præsens seculum tanto tempore duraturum, quia vno impetu plures anni possunt reuolui. Vnde Sibylla Babylonica asseruit, quòd tunc inuenientur anni sicut menses, & menses sicut dies. Hinc etiam veritas ad discipulos: Non est vestrum nosse tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Et iterum: De die illo nemo scit nisi pater solus. Hæc etsi vera sunt, nihilominus hæcenus inuenti sunt nonnulli in Ecclesia magna authoritatis viri, qui de fine mundi & Antichristi tempore scripsere, concedentes tempora & momenta, diem & annum neminem scire: sed ex præteritis futura

Christus generationum
spiritualium
caput.

1. Cor. 15.

A. E. r.

Matth. 24.

meri-

metientes, centenaria annorum licere inquirere, mysticeque explanare. Quia tamen & illi inter se non concordant, nihil certi ab eis potest haberi.

Anno igitur ab exordio mundi secundum Hebraicam veritatem 3962. secundum Septuaginta interpretes eorumque sectatores, 5199. vel (vt alij volunt) 5201. ab vrbis vero Romanæ cōditione 751. olympiadis 193. anno tertio, imperante Augusto Octauiano Cæsare, anno imperij eius 42. ab Oriente in Occidentem, à septentrione in meridiem, ac per totum oceani circulum, quo Romanum venit imperium, cunctis gentibus vna pace compositis, Exijt edictum ab eodem Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc autem descriptio prima facta est, vt refert Euangelista, à præside Syriæ, sub qua continebatur Iudæa, Cyrino. Ascendit autem Ioseph à Nazareth in Bethleem, eo quod esset de domo Dauid, vt profiteretur cum Maria vxore, prægnante. Factum est autem cum essent ibi, peperit virgo filium suum Dominum nostrum IESVM Christum. Pastoribus tum in eadem regione gregem suum custodientibus mox apparuit angelus, dicens: Ecce annuncio vobis gaudium magnū, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator mundi, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. quod factum est octauo Calendas Ianuarij. deinde die octauo secundum legem puer circumciditur, & vocatum est nomen eius IESVS, sicut prædixit angelus.

Luc. 2.

Nascitur Iesus Christus.

VI. ætas mundi.

Eclog. 4.

GENERATIO PRIMA.

SEXTA itaque ætas mundi, ætas Christianorum celeberrima, à Christo Iesu Salvatore nostro, qui noui testamenti author est, feliciter incipit. Idcirco et si Hebræi ab exordio mundi annos computent, aut saltem à diluuiio, tamen historiographi nonnulli incipiunt à Nino rege Assyriorum primo, aliqui ab excidio Troiæ, olim Græci per olympiades, & Romani ab vrbe condita, ab Alexandro quoque sumperūt initium plurimi. sed tandem in hac 6. ætate nouo homine, qui veterem euacuauit, nato, annalibus supradictis terminum dedimus, & ab eius orru iuxta catholicam fidem numerare incepimus. alludit huc illud Maronis, dicentis:

*Ultima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*

Omnes scriptores catholici, mundi monarchiam quartam à Cæsare Augusto principium habuisse testantur, sub quo & nasci dignatus est Christus, à quo incipit primitiua Ecclesia. vnde videntur velle, quod Cæsar Iulius fuerit potius quidam præcurfor imperij, sicut Iohannes Baptista præcurfor fuit Domini.

PRINCIPES ROMANI QUI ET QVOT FVERINT.

Octavianus Cæsar Augustus.	L. Commodus Antoninus Verus.	Carus cum Carino & Numeriano filijs.
Tiberius priuignus Augusti.	Antoninus Commodus Marci filius.	Diocletianus Dalmata cum Maximiano.
Caius Caligula nepos Tiberij.	Aelius Pertinax.	Galerius.
Claudius Caligulæ patruus.	L. Septimius Seuerus Pertinax.	Constantinus Magnus. hic imperium Rom. in Græciam transtulit ad Byzantium, quam Constantinopolim seu alteram Romanam appellauit, anno Domini 318.
Nero Claudij priuignus.	Bassianus aracalla Antoninus.	IMPERATORES ROMANI IN ORIENTE SEV CONSTANTINOPOLI.
Galba Sergius.	Macrinus, aliàs Opilius.	Constantinus Magnus.
Otho Siluius.	Aurelius Heliogabalus.	Constantius eius filius.
Flavius Vespasianus.	Alexander Iustus.	Iulianus apostata.
Titus Vespasianus filius.	Maximinus Thrax.	Iouinianus.
Domitianus Titi frater.	Gordianus adolescens.	Valentinus cum Valente fratre.
Nerua Cocceius senex.	Philippus Arabs.	
Traianus Neruæ adoptiuus Vlpianus Crinitus.	Decius.	
Adrianus Aelius.	Gallus & Volusianus filius.	
Antoninus Pius.	Valerianus cum Galieno filio.	
Marcus Antoninus Philosphus.	Claudius Aurelianus.	
	Tacitus. Probus.	

Valens

Valens frater illius cum Gratiano & Valentiniano.	Michael Curopalates.	mini 1380.
Theodosius. Archadius.	Leo Armeniacus.	Andronicus. Iohannes.
Honorius. Theodosius iunior Archadij filius.	Michael Thraulus.	Constantinus, iste fuit ultimus, sub quo & Constantinopolis est capta, & in Mahumeti Turcarū imperatoris potestatem redacta: ipseque Constantinus à ianiferis obruncatus.
Martianus.	Theophilus.	
Leo I.	Michael eius filius.	
Zeno Isauricus.	Basilus Macedo.	
Anastafius.	Leo & Alexander.	
Iustinus. Iustinianus.	Constantinus VIII.	
Iustinus Iunior.	Romanus iunior.	
Tiberius Constantinus.	Nicephorus.	
Mauricius Tiberij gener.	Iohannes.	
Phoca.	Constantinus illius filius cum Alexio & Manuele.	
Heraclius. Heraclion filius illius.	Andronicus, Isacius, Alexius, & cæteri.	
Constantinus II.	*Michael Heliopontanus, cuius auxilio reædificata est ecclesia resurrectionis Dominicæ in Hierusalem, anno salutis nostræ 1048.	
Mezentius.	Constantinus sequitur anno 1049	
Constantinus III.	Michael & filij sui 1070.	
Iustinianus secundus Constantini filius.	Nicephorus anno 1080.	
Leontius.	Alexius anno 1090.	
Tiberius, sub quo recuperavit regnum Iustinianus.	Constantinopolis capitur.	
Philippus qui & Dardacus.	Calo Iohannes filius illius anno Domini 1135.	
Anastafius cognomēto Archemius.	Emanuel anno 1138.	
Theodosius III.	Alexius filius anno 118.	
Leo III.	Andronicus tutor.	
Constantinus V.	Isacius. hic pellitur anno 1190.	
Leo IIII.	Alexius frater eiusdē, ipseque interfector.	
Constantinus VI. cum Irene matre aliquandiu imperauit. deinde ei administrationē abstulit, quæ eundem tandem cepit, & effossis oculis in carcerem misit, quo tempore translatum est imperium à Græcis ad Germanos in Carolo Magno, anno salutis nostræ 800. Quauis autem translatum fuerat imperium, remanserunt tamen in Constantinopoli imperatores nudo nomine, retinuerūtq; Constantinopolim nonnullasq; alias prouincias, prout circa Constantinū VI. dicitur & Carolū Magnum.		
Primus Constantinopolitanus imperator post imperium translatum, fuit Nicephorus in Græcia cum Stauracio filio.	Constantinopolis perditur.	
	Palæologus fraude ac paricidio inuasor 1266.	
	Andronicus filius.	
	Calo Iohannes anno Do-	

POSTQVAM TRANSLATVM FVIT IMPERIVM DE GRÆCIS IN GERMANOS.

Carolus Magnus, primus imperator ex Germanis. Ludouicus Pius, secundus, Caroli filius. Lotharius Ludouici Pij filius. Ludouicus II. Carolus II. Carolus III. Arnulphus. Ludouicus III. Conradus, quo tempore in Italia intrusit se Berengarius primus, & secundus, post eum tertius. Lotharius, Hugonis Burgundionis filius, & Berengarius quartus. Henricus I. Otho I. vmbrales illos imperatores in Italia eliminat. Otho II. eius filius. Otho III. secundi filius, dux Saxonie. Henricus I. Noricorū dux. Conradus II. Francorum dux, secundum aliquos, Suenorum. Henricus III. eius filius. Henricus IIII. tertij filius. Henricus V. quarti filius. Lotharius II. Saxonie dux. Conradus III. Suenorum dux. Fridericus I. Suenorū dux. Henricus VI. Friderici filius. Otho IIII. dux Saxonie. Philippus dux Suenie concurrit. Fridericus II. Henrici sexti filius.

Con-

Conradus Friderici filius.	tzenburg.	Sigismundus Caroli quar-
Rudolphus comes de Hab-	Ludouicus III. dux Baua-	ti filius.
spurg.	ria.	Albertus II. dux Austriae,
Adolphus comes de Naf-	Carolus III. rex Bohemiae.	Hungariae & Bohemiae rex.
fa.	Vuencelaus Caroli filius.	Fridericus III. dux Austriae.
Albertus dux Austriae.	Robertus, comes Palati-	Maximilianus eius filius
Hericus VII. comes de Lu-	nus Rheni, Bauariae dux.	imperator inuictissimus.

Matth. 2.
Magorum
munera.

Herodis in
filios odii.

Octania-
nus iudex.

Tertiadecima verò die à Christi natiuitate, Magi venerunt Hierosolymam stella duce, salutatoque Herode, Bethleemabeunt, Christumque adorant. Deinde per aliam viam reuertuntur ad propria. Quod Herodes moleste ferens, quasi illusus ab eis, statuit puerum Iesum occidere: maturassetque, nisi ab Augusto eodem tempore citatus fuisset, vt Romam iret, accusationi filiorum responsurus. Profectus itaque Romam, Caesarem adiit, & accitis filijs, insolentiam eorum atque audaciam in cōspectu Caesaris vehementer insinulauit, quòd scilicet festinassent patrē suum perimere, regnumque tyrannico more inuadere, cum nihil passi sint molestum aut graue à patre, quibus haecenus diuitias, honores, nobilissimasque coniuges copulauerat, quorum temeritatem diu tolerasset, nunc autem cogere talibus aures obrundere Caesaris. petebat igitur tales filios morte multari, ne cum tanto timore viueret, aut certè se opprimi medium non videret. His in longum dictis, prout Iosephus narrat, iuuenes multum confusi sunt. erat enim in eis inopia dicendi, & lachrymae cum gemitu fluebant, dum timerent ne putarentur mala conscientia satisfactionē non inuenire, quae non deerat. Tandem tamen Alexander se erigens, accusationes dissoluere nisus est: Pater, inquit, tuus quidem erga nos affectus apparet, cum nihil in nos domi crudeliter egeris. at dicis regnum nos desiderare, verisimilis contra iuuenes causa videretur. Considera tamen quia haec communia cunctis existunt, & dici de alijs possunt, dum nihil prohibeat, si regis filij sint iuuenes, & matre eorum defuncta, in suspitione eos esse tanquam insidiatores patris. Sed opinio ad talem crudelitatem non sufficit. Dicat quis, si tale aliquid praesumptum est à nobis, vnde credibilia haec appareant. an non possunt talia quoque cōfingi, praesertim regia domo iam discordante? Nunquid potest approbari veneni confectio, aut aequalium coniuratio, aut seruorū corruptio, aut litera proditoria? Culpam nostram nullus probabit. Loquuti sumus quiddam, sed non contra te. matrem nostram planximus, non quòd defuncta est, sed quia derogatur ei ab indignis. Frustra festinamus occidere regem, quibus hoc pro facinore nec terra nec mare nauigabile, videretur. Sed neque filios impios generasti, neque stultos, sed infelices, teque indignos. Si verò neque causas habes, neque insidias inuenis, quid tibi ad fidem sufficit in tali crudelitate? ampliore satisfactionem possemus inferere, sed non recipiunt prolixiorē orationem, quae minimè commissā sunt. Quapropter ante omnia Caesarem petimus, si sine suspitione circa nos tuum affectū ostendas, possimus viuere, licet non feliciter. Nobis enim vita iucunda non videtur, si tu eam vt immeritis largiaris. His dictis, tacuit, nec in aliquo patrem de matris interitu insinulare ausus est. Cumque rumor in aula diuulgatus esset, regem faciebar inuidiosum incredibilis accusatio. Nam adolescentum aetas, corporis pulchritudo, mirandum eis auxilium fecerat: plus verò, quia oratio conuenienter & sapienter in Alexandri verbis occurrebat. Caesar autem modicum remoratus, adolescentes respexit, & licet ab accusatione extranei viderentur, hoc ipso tamen peccasse pronunciauit, quòd patri dedissent occasionē criminandi. Herodem verò petebat, vt omnem opinionem sinistram abijciens, reconciliaretur cum filijs. ac simul innuit filijs, vt vestigijs se patris subijcerent. Qua supplicatione pater eos non sine lachrymis amplexus est, ita vt qui adessent, miseratione flecterentur, ac in lachrymas prorumperent. Hoc facto, gratias Caesari agentes, pariter discesserunt, & vnà cum illis Antipater, simulans laetitiam pro eorum reconciliatione. Postero die Herodes donaria preciosa Caesari praebuit, quem vicissim Caesar honorauit, & de regno ei potestatem concessit, quem vellet filiorum successorem relinquere, aut inter eos partiri: oportere tamē eum, dum viueret, & regni & filiorum dominationem possidere. Herodes vt in Iudaeam peruenit, ingressus est templum, & de suis prosperis actibus populum allocutus, Caesaris in se simul munificentiam explanans, in fine ad filios sermonem conuertit, petens vt in aula & alijs concordarent, quos & post se reges futuros de-

monstrauit. Primum Antipatrum, postea verò Alexandrum & Aristobulum hortabatur, dum viueret, sibi obedire in omnibus, quia nunc per aetatem impediretur reipublicam gubernare. & sic concione dimissa, multi sub expectatione filiorum nouis rebus studere coeperunt. Tunc confirmatus est in regno Herodes certius quàm prius, vt pote qui esset ex decreto Augusti de successore sui regni iudex constitutus: & ne fortè ignobilis censeretur, quòd ab ipso semine Israelitico esset extraneus, comburi fecit omnes libros in quibus nobilitas generis habebatur, aestimans se nobilem videri posse, si nouitius & advena Leuitici generis nullis conscriptionum fastibus vrgeretur. Erant enim per illud tempus omnes Hebraeorum generationes descriptae, & in arculis templi secretioribus seruabantur: suspicatus est per huiusmodi generis indicia, si permanerent, quòd plurimum sibi afferrent ignobilitatis: sacram quoque vestem summi pontificis oclusam sub signaculo suo tenuit, nec vnquam pontificibus vsus eius potestatem permittit. Ad necem inde puerorum conuersus homo regnandi cupidus, quòd natum esse alterum regem Iudeorum à Magis & prophetis intellexerat, conceptam crudelitatem, audacior nunc factus, executioni mandauit. Omnes qui tum in Bethleem erant & finibus eius, paruulos occidi iubet, secundum tempus quòd à Magis exquiserat, nec filio proprio eius etatis pepercit. Vnde ferunt Augustum Caesarem, crudelitatem hominis detestatum, dixisse, malle se Herodis porcum esse quàm filium. Iudei enim ex lege suillam carnem non comedunt. hanc ob rem in porcos clementes dicuntur. sicque plurimi paruuli occiduntur pro Christo, ipse verò Christus illæsus euasit, qui angelo monente fugerat in Aegyptum. Propter hoc scelus durissima & indecora eum morborum clade Dominus in extremis flagellauit, praemissa filiorum suorum orbitate. Factum est autem vt Herodes, quoniam multos orbauerat filijs, ipse suis miserabilibus orbaretur. nam per astutiam suorum iterum facti sunt suspecti Alexander & Aristobulus patri. siquidem Salome metuens, ne in se aliquando vindicaret interitum matris, filiam suam coniunctam matrimonio Aristobulo, dolo flectit, vt quicquid secretò maritus loqueretur, sibi reuelaret, ad salutem omnium ipsorum hoc pertinere. Illa verò nequaquam marito fidelis, dicebat quòd sapius memoriam suae matris faceret, quòd patrem Herodem odio haberet, & quòd aegre videret alias mulieres ornamenta matris ferre, minari etiam multam vindictam. Quae confestim per Salome regi nunciata, animum ipsius vehementer exacerbabant. incidit etiam quòd duo eunuchi regis nunciarentur ab Alexandro pecunia corrupti in eius necem. Cumque torquerentur, ad gratiam Antipatri confessi sunt, quòd odium circa patrem Alexander haberet, & quòd suadebat eis Herodem spernere, sibi que adherere, ad hoc habere se plures ex ducibus amicos. Hoc audito, totus furor meruque tractus, timens ne contra ipsum facta esset coniuratio, custodias propterea communiens vndique fecit multas: contra insontes acerbus factus est, multis quoque amicis palatium interdixit. Horum omnium caput erat Antipater, qui patris inconstantiam intelligens, nihil omittebat. Subornabat etiam, qui dicerent Aristobulum conscios habere, vt regem perimenter, Romam confugerent, ac regnum tum peterent. Erat etiam Lacedaemonius nobilis, sed malus, inter aulicos Herodis, qui Antipatro faucebat, amicum tamē se palam Alexandro faciebat in dolo, semper eius dicta & facta notabat. Cui Alexander aliquando narrabat, quomodo pater esset alienatus ab eis, ac mater sua periisset, Antipater autem sibi praepositus, qui non cessaret odiosum se facere patri. & cum talia flens indoluisset, ille Antipatro omnia nunciavit. Igitur Antipater flectit, vt eadem Herodi explanare vellet, qui non sicut prius contra filios tantummodo accusationes audiebat, sed licentiam dabat volentibus quiddam contra eos referre. Allatae sunt etiam literae, in quibus patrem accusabat Aristobulus, non iuste fecisse dum terram tribuisset Antipatro ducentorum talentorum redditus. Ostenduntur etiam literae Alexandri manu scriptae, continentes omnia esse parata ad fugam. Glaphyra vxor Alexandri interrogata, non negauit se vnà cum marito fugam cogitasse. Ob haec & multa huiusmodi scripsit Herodes Augusto, in multis accusans filios. Misit autem Augustus legatos cum rescripto, vt coram his coacto concilio procerū, filios iudicaret, & de eis, si conuincere eos posset, faceret quòd vellet. Auditis hinc & inde partibus, legati illos damnandos pronunciauerunt, non tamen morte, nisi certiora apparerent. Tunc apud Sebasten pater coniecit eos in vincula, complices verò eorū apposuit plus torquendos, vt cer-

Herodes Iu-
daicas gene-
alogias cō-
bussit.

Matth. 2.
Herodes pu-
eros necat.

Augusti
scomma.

Alexander
patri insidi-
ari defertur

Antipatri
insidiat.

tior fieret si in animam suam machinarentur filij. Confessus est autem quidam, multa sibi ab Alexandro promissa, si patri venenum propinaret. Tōsor quoque regis confessus est de promissis sibi muneribus, si dum pararet patri barbam, cum iugularet: addiditque dixisse Alexandrum, non esse spem ponendam in sene qui canos tingebar. Incertum est autem, vtrum hæc veritate, an necessitate retulerint. Herodes autem licet deliberasset iam dudum filios interimere, tunc tamē festinauit crudelitati finem imponere. Vnde in Cæsaream tracti, patre præcipiente, laqueo perimuntur: Corpora verò noctu Alexandrion portantur, vbi matris eorum pater, pluresque cognati positi videbantur. Tunc scripsit testamentum Herodes, & Antipatrum futurum regem instituit, Herodem etiam filium ex alia matre, qui cognominabatur Antipas, Antipatro substituit. Antipatrum verò intolerabile odium populi exceperat, cunctis scientibus quòd fratribus suis conseruisset calumnias. Veruntamen cum patre pariter participatur regno, non aliter quàm si rex etiam consisteret, quia utilis & promptus à rege putabatur. Incognita enim patri eius erat nequitia, qui nō parum moleste tulit, quòd fratrem sibi substituerat, eo quòd ad filios Antipatri regnum transire noluisset. Alia quoque maior causa inuidiæ orta est in patrem: nam pupillos filiorum quos occiderat, paterna dilectione fouebat, alijs nepotibus suis eos copulans in matrimonio. Reliquit enim Aristobulus filium Herodem Agrippam, qui postea Iacobum occidit gladio. Timuit ergo Antipater, ne ad pupillos fratrum suorum quandoque regnum reuocaret Herodes. Ad hæc cernebat, moriente Herode, certè sibi regnū profuturum: prolixius autem viuente, multa sibi imminere pericula, præsertim si eius factio aduersus fratres occisos proderetur, propter quæ ad donandum erat largus, & eos qui circa patrem erant, lucris pulsabat, & maximè illos quos Romæ habebat amicos, aduersus patrem paulatim cōcitabat: fratrem etiam Herodis Ferorā, per mulieres, vxorē, matrē & fororē, quibus deditus erat, aucupabatur. Sola illis regis soror Salome contranitens, iam diu cuncta inspiciens, & amicitiam eorum in perniciem Herodis construi cernens, annunciauit Feroram deceptum cum Antipatro sentire: maximum verò periculum regi, nisi maturè prospiceret, imminere. Accessit quòd dum gens Iudæica iurasset se Cæsaris fore, Phariseorum sex millia iurare noluerunt, quos rex in pecuniario damno ob hoc multauerat. Illud damnum pro eis vxor Feroræ pro sua liberalitate contulerat. Vicissim igitur illi quasi diuinitatis notitiam haberent, prædixerunt mulieri, mortem Herodi imminere ex superna maiestate: illam autem regnum possessuram, & Feroram, & qui ex eorum semine descenderent, Quæ cum Salome rescisset, quòd ad seditionem spectare viderentur, regi nunciauit. Itaque rex interfecit Phariseos, qui causa seditionis extiterant. Conuentum deinde congregat, & accusationem Feroræ coniugis, audaciamque illius mulieris exponens, hortabatur fratrem, vt illam à se dimitteret. At Feroras iniuriam esse, coniugem benemeritam abnuere, eligere se potius mori dicebat, quàm illa priuari. Herodes & si vltionem cuperet sumere, iracundiam tamen differebat. Et Antipatro, marique eius interdixit cum Ferora & vxore eius miscere colloquium. Illi profitebantur, conueniebant tamen occultè, simulque conuiuabantur. suspectum autem patrem habens & timens Antipater, callidè procurat, & patre volente, quibusdam excogitatis occasionibus, Romam properauit, ac venenum à quadam venefica Arabica comparans, & apud vxorem Feroræ reponens, quod se absente per ministrum, quem ipse ad hoc conduxerat, patri propinaretur. Inde iam cœpit fratricidij factio denudari. nam cum Antipater Romæ esset, mortuus est Feroras. Accidit autem vt proderetur, apud Feroræ vxorem seruari venenum in alterius Herodis perniciem. Hoc cum ille accepisset, mulierem afferre venenum iubet. Illa verò obstupefacta, quasi allatura egreditur, & inter manus ducentium de tecto se dedit præcipitem, non tamen interiit, sed semiuiua ad regem reducta est. Ait tandem: Cum moreretur frater tuus, rex, vir meus, ait mihi: Affer huc mulier venenum quod reliquit nobis Antipater, meque vidente in igne consume, ne ad inferos conscientiam fratricidij feram. ego verò magnā eius partē in igne consumens, modicum mihi propter dubios casus, & quia te metuebam, reseruauit. Cumque pyxidē cum veneno protulisset, expirauit. His & alijs pluribus insidijs intellectis, quòd Antipater in mortē patris grassaretur, Herodes eum maturè reuocauit, & ne quid sentiret, multū fauorē insinuat, formidans ne reditum differret. Has literas cum accepisset Antipater, agrè satis tulit, quòd Feroras patris interitū nō perfecerat. Venit itaque cūctis illis rebus incognitis, Quare cum ingressus esset aulam regiam, cœpit perturbationi: denique pater salutatum

A. G. 12.

Antipatri conatus.

Phariseorum superbia.

Feroras veneno perit.

salutatum accedentem repulit, fratricidij simul accusans, & consilia obiectans super patris interitu. Quorum omnium auditorem ac iudicem in crastinum Varum Quintilium, successorem Saturnini in Syriam destinatum à Cæsare, fore confirmat. die postea confident Varus atque rex, amicis presentibus. allata est epistola, qua quidā ex amicis Antipatrum monuit insidias detectas omnes, ne rediret ad patrem. Antipatro verò patris genibus prouluto, atque deprecanti, ne iudicium rebus incognitis promeretur, purgare se posse asserens, iubet pater omnia in mediū deduci, an quid posset inficari, increpans nihilominus & impropers miranda quæ sibi fecisset bona. Hæc dicēs, simul profunde lachrymas, quæ illum amplius loqui non sinebant. Proferebantur testificationes plurimæ. Tunc quoque omnia palam facta sunt, & conuiuia & conuentationes quas ad matrem propriā frequentabat, quòd tam prolixè pater viueret. Ad hæc multos sibi in regno fratres coalescere, & fratres plures reliquisse filios, quoties etiam accusasset regis crudelitatem. Prodebantur quoque ariolationes ac diuinationes à matre Antipatri, necnon sacrificia super rege facta, innumeraque similia aut his peiora. Ita vt Antipater, quanquam in omnibus impudens, & ad fingendum promptissimus esset, tamen tunc tanta confusione fuerit oppressus, vt neque negare, neque contradicere valuisset. Ad hæc Varus iubet Antipatrum, vt se de tantis criminibus expurget, si possit. Ille in faciem prouolutus, Deo rem omnibusque commendabat, qui sibi testificarentur nihil se improbum cogitasse, atque signum à Deo fieri postulabat, insidiatorem patris se penitus non fuisse. Varus autem cum sæpius interrogaret eum, & nihil amplius ille quàm Dei proferret inuocationem, videns in infinitum rem pergere, iussit venenum in medium proferri, vt experiretur, quanam esset eius vis. & adductus quidam eorū, qui erant morte damnati, bibit iubente Varo, confestimque moritur. Tunc exurgens, abibat de confesso. Herodes autem continuo in vinculis filium obstringi iussit, & in custodiam poni apud Hierichunta. Cumque complices filij quæreret pater, vt eos cum filio exquisitis perimeret supplicijs, grauiori morbo impeditus est. Accedebat & senectus, cum annos iam lxx. natus erat, animumque eius filiorum clades grauius affligebat. Erant tum in Hierusalem duo sophistæ, quos non pauci adolescentum sequebantur, quibus legem exponebant. His opportunū visum est, rege tabescente, vt aquilam auream deijcerent, quā rex super portas templi contra patrias leges posuerat. qua deiecta, rex commotus iræ magnitudine, morbum superauit, & in concionem procedens, in omnes Hierosolymitas iniuriam hanc refundere nitentur, sed ad preces populi in solos auctores vltus est, quos viuos incendit cum sophistis duobus. Dehinc varijs affligebatur. nā febris nō mediocris erat, prurigo intolerabilis in omni corporis superficie, & pedes intercutaneo vitio tumuerāt, putredo testiculorum vermes generabat, creber anhelitus & interrupta suspiria, quæ omnia ad vindictam Dei à cunctis referebantur. Ipse verò Iordanem transiens, apud Callioram calidis aquis utebatur. Cumque corpus eius oleo calidiori foueri medicis placuisset, in arcam plenam demersum corpus ita dissolutū est, vt quasi mortuus putaretur. Cumque reductus esset Hierichunta, audiēs Iudæos mortem suam expectantes cum gaudio, ex omni Iudæa nobiliores vocatos concludi præcepit in Hippodromio siue circo, mandans Salome forori suæ, vt cum animā efflaret, statim illos occideret, quo omnis Iudæa in morte sua sicut in vita plangeret. Nūcij verò quos Romam miserat, redeuntes, epistolam tulerunt à Cæsare, vt de Antipatro iuxta suam voluntatem ageret. Quo nuncio paululum recreatus, cum pomum quo libenter vesceretur, petisset, cultellum quoque ad scindendū, quem sumens, circumspectansque ne quis adesset, voluit semetipsum interimere, & forsā perfecisset, nisi præuenisset manū eius Atiabus nepos eius, qui dextrā regis continuit, statimque vlulatus magnus, quasi rex esset mortuus, in regia excitatus est. Quæ cum ad Antipatrum peruolassent, totus animo gestiebat, ac si fuisset liberatus à vinculis, multaque custodibus promittebat, vt eum soluerent. Quod cum accepisset Herodes, grauius tulit exultationem filij quàm mortem, ac quassans caput, quanquam in extremo vitæ teneretur, statim destinat carnificem, qui Antipatrum continuo occidit, eiusque sepultura in Hyrcania sine vllō honore fuit. Deinde testamentū mutat, Archelaum filium suum ex alia vxore, regni successorem scripsit, ita tamen, quòd ab Augusto diadema susciperet. alijs filijs Herodi & Philippo partes reliquit. Disposuit quoque cæteris suis consanguineis, opibus eos locupletans. His peractis, quinto die postquam Antipatrum necarat, interit, 37. anno postquam

Varus Quintilii iudex fratricidij.

Captus Antipater.

Sophistæ.

Fœdissimū morbi genus.

Antipatri cædes.

Herodis mors.

Archelaus
Iudææ rex.

postquam à Ro. rex declaratus est, in alijs fortunatissimus, in domesticis infelicissimus. At Salome & Alexas, antequam mors regis divulgata erat, ex carcere Iudæos abire permittunt, dicentes regem iussisse. hoc autem fecerunt, beneficium illi genti præstare cupientes. Tunc Salome & Alexas cunctam militiam congregantes, gratias regis pro fide & benevolentia quam circa eum exhibuerunt, insinuant, petitiones quoque eius, ut similes se circa Archelaum filium eius exhiberent, quem regē constituit. Ptolemæus etiam, cui fuerat testamentum à rege creditum, annulusque quo signauerat, commissus, quæ in testamento haberentur profert: quæ non posse robur firmitatemque suscipere dicebat, nisi cuncta deferrentur ad Cæsarem. Fit continuò fragor ingens honorantium Archelaum, regemque proclamantiū, se promptos ad omnia futuros. Deinde sepultura regi præparabatur, & sepeliuit cum Archelaus in Herodio iuxta mandatum ipsius, nihil tunc regij ornatus in funeris pompa prætermittens. Septem diebus lugendo consumptis, epulisque funeralibus præbitis, candida veste indutus, ascendit in templum, varijsque fauoribus à plebe susceptus est. sedensque pro tribunali, dixit se etiam à regis nomine velle temperare, donec à Cæsare foret confirmatus, promittens quòd patre melior omnibus appareret atque benignior. Hac noui principis benignitate freti, tributa leuari, alij vectigalia tolli, quidam solui custodias petebant. Archelaus porrò in nullo illis contraria respondebat, sed in omnibus accuratè, æstimans regni fore suffragium, si multitudinis benevolentiam comparasset. Dehinc ad sacrificia offerenda Deo conuertitur, & cū amicis conuiuia celebranda.

Cùm hæc aguntur, orta est seditio quæ in nouis rebus accidere solet. Plurimi enim ex Iudæis, sophistas pro defensione legis occisos querebatur: sed & ferè omnes pontificem, quem Herodes precio creauerat, amouendum proclamabant. Instante azymorum die, cùm turba ab immolatione prohiberet pontificem, Archelaus missò chiliarchum, missa grandi manu satellitum Archelaus, turbaque facta, circiter tria millia occidit: reliqui, neglecta religione, omnes abierunt. Ipse verò pace composita, cum Nicolao & Ptolemæo secretarijs patris sui Romam profectus est, Salomamque & filios eius secum ducens, ut extremum patris testamentum probaret, Philippo fratre procuratore regni relicto. Herodes verò Antipas frater eius, non bene gratus, etiã Romam profectus est, ut de regno habendo disceptaret cum fratre. Venientibus itaque Romam, Cæsar accitis optimatibus Romanorum, persequendæ causæ copiã dedit partibus. Ibi tum primùm Caium ex Agrippa & filia sua natum, filium adoptiuum, sedere iussit. Archelaus sibi regnum deberi asseruit & ætatis merito, & testamenti voluntate: Herodes verò primùm testamentum debere seruari aiebat, quod pater quando compos mentis esset, conscripserat: secundum nullum fore, quod pater mentis imposit fecerit: nam & propria manu tum se appetierat. Addebat usum Archelaum imperij seuitia, prius quàm esset à Cæsare confirmatus, cùm tria millia Iudæorum occidisset. His auditis, Cæsar responsum distulit, præsertim cùm literas Vari de Syria accepisset, Iudæos defecisse. Eodem siquidem tempore quatuor reges surrexerunt in Iudæa. ob hæc insinuanda missus est Romam à Varo Philippus, iuerunt etiam cum eo quinquaginta de Iudæis honorati, quos ut audiret Cæsar, in palatium templi Apollinis secedit cum amicis. Illi verò tyrannidem Herodis & filiorum eius in Iudæos explicantes, supplicabant ut Iudææ reliquias misericordia dignas iudicaret, & aut ius antiqui regni sibi restitui, aut Syriæ coniungi finibus, aut per Romanos iudices Iudæam administrari. Tandem de consilio senatus Cæsar monarchiam Herodis distribuit, mediam partem, scilicet Iudæam & Idumæam, tradens Archelao sub nomine tetrarchiæ, pollicitus se facturum eum regem, si se dignum præbuisset: mediam verò partem secuit, ac cessit Herodi regio trans flumen & Galilæa: Ituræa verò & Trachonitis & Ammonitis, Philippo destinata est. Factus est igitur Archelaus quasi diarchus, & sic remissi sunt in Iudæam tres fratres. Archelaus verò tetrarcha non solum in accusatores suos, verum etiam in sibi subditos crudelius patre deliquit, cuius regni anno primo Ioseph septennio in Aegypto cõmoratus, vbi Herodem tabe & sacro igne mortuum intellexit, admonente angelo, Hierosolymam cum puero Iesu proficiscitur. Nec diu ibi moratus, quòd Archelaum Herodis filium ibi regnare intellexerat, iuit in Galilæam, & mansit in Nazareth. Porrò de infantia saluatoris & operibus eius vsque ad baptisimum, non legitur in euangelio, nisi quòd Lucas dicit duodennem remansisse in Hierusalem, & post triduum inuentum à parentibus in medio doctorum, audientem & interro-

Iudææ re-
trarchæ.

Matthæ.

Reditus Chri-
sti ex Aegy-
pto.
Luc. 2.

& interrogantem eos. ANNO Domini 14. Augustus cum Tiberio Cæsare factò, censum Romæ agitans, inuenit nonages trecenta & septuaginta millia hominum. Interea primates Iudæorum non ferentes crudelitatem Archelai, apud Cæsarem accusationes instituunt, multos excessus demonstrantes. Igitur anno Domini decimoquinto, qui est Augusti quinquagesimosextes, Archelaus ob insolentiam nono regni sui anno à Cæsare damnatus, in exilium pellitur ad Viennam ciuitatem Galliæ. finibus autem Archelai in prouinciam redactis, procurator illius missus est Copinius censor patrimoniorum. Sed Iudas * Galonites secessionem facere conabatur, censum nil aliud esse asserens, quàm integram seruitutem. Is quartum apud Iudæos Iudæorum philosophandi genus induxit, cuius amatores seditionibus replere Rempub. Erant enim prius tres sectæ, Pharisei, Saducæi, & Esseni, inuicem differentes. Quartæ autem philosophiæ Iudas ille princeps, affirmans solum Deum esse principem Iudæorum, prædicabat, supplicia, mortem, amicorumque amissiones contemnendas, dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur. Copinio ergo procurante Iudæam, die azymorum cùm mos esset in media nocte templi portas aperiri, Samaritæ quidam Hierosolymam ingressi, ossa mortuorum iniecerunt. Tum à sacerdotibus maior custodia cœpit exerceri. Post Copinio Marcus successit, deinde Rufus. ANNO Domini 15. Augustus Nolam Campaniæ oppidum ingressus, morbo captus, moritur anno ætatis suæ septuagesimo sexto siue septimo, cùm regnasset 36. Augusti mors & mores. vir (ut scribit Suetonius) forma eximia, vultu sermoneque tranquillo, oculos habuit claros ac nitidos, staturam breuem, sed quæ commoditate & æquitate membrorum occultaretur: cum ciuibus humanissimè vixit, de quo senatus crebrò dicere solebat: Vtinam aut non nasceretur, aut non moreretur. In comparandis amicis charus, in retinendis constantissimus. Venere etiam multi reges ad urbem visendi eius causâ, quos ita comiter & benignè suscepit, ut ex amicis sibi amicissimos redderet. liberalium artium studiosissimus, clarus ingenio & doctrina, poetis & historicis valde delectatus est. Disciplinam verò militarem seuerissimè rexit. bellum suscipiendum, nisi maioris spe lucri, negauit: alioqui similes esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari posset. obloquia parùm curabat, vnde Tiberio, de eadem re, quòd sibi obloqueretur, indignanti, ita scripsit: Noli mi Tiberi in hac re indignari. satis est si hæc habemus, ne quis nobis malè facere possit. Dominum quoque se nec à liberis serio iocòve appellari passus est. vesperi aut noctu ingressus est vrbes, ne quem officij causa inquietaret. Nunquam filios suos populo cõmendabat, ut non adijceret, si merebuntur. filias & nepres ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret. veste domestica vsus est, clauo nec lato nec angusto. cœnam tribus ferculis, aut abundantissimè senis præbebat, non amplius ter bibere in cœna solitus. urbem Romam ita exornauit, ut gloriatus sit, se latericiam inuenisse, fecisse autem marmoream. Patris patriæ celebratus est cognomento. Maximus quoque pontifex longè ante obitum à senatu nominatus est. Vnde & Plutarchus ait: Augustus Cæsar eouque sacrorum pontificibus subditus fuit, donec & ipse, ne cui subesset, Vestalis pontifex creatus est. Pari ex causâ tribunitiam potestatem suscepit. sic hic felicissimus in mundo, ut de eo longè post diceretur, nec felicior Octauiano, nec Traiano melior. Nec tamen vir tantus vitijs caruit, libidini indulsit. Habuit etiam filiam venustam, moribus autem procacem, Iuliam dictam, quam ipsemet ob adulterium damnauit exilio. & tantum de Augusto. ANNO salutis nostræ 16. mortuo Octauiano Augusto, Tiberius Nero Iulie filius, Augusti priuignus, mox gener, postremò adoptione filius, imperium Romanum adeptus est. regnauit annis xxij. hic ab Augusto anno imperij sui 49. Cæsar factus, Dalmatas & Sarmatas in potestatem Romanam redegit, qui mortuo Augusto, delatum à senatu principatum finxit se abnuere, ut quid singuli dicerent aut sentirent, exploraret. quæ res plures bonos pessumedit, cùm ob sententias quas non ad eius voluntatem promebant, postrema exitia inciderunt. Iste Tiberius cum magna & graui modestia Reip. præfuit plurimo imperij sui tempore, adeò ut quibusdam præsidibus adaugenda tributa suadentibus, scripserit, Boni pastoris esse tendere pecus, nõ deglubere seu excoriare. Adulationes quoque auersatus est, ita ut prænomen imperatoris, cognomenque patris patriæ, & oblatam coronam recusarit. Sed & aduersus conuicia & de se & suis carmina, firmus & patiens, factus in libera ciuitate omnibus debere linguam mentemque liberam esse. Tiberij patientia, Curiam

Iudæorum
sectæ.Augusti
mors & mo-
res.Tiberius
imperator
tertius.Tiberij pa-
cientia,

Curiam nunquam nisi solus intravit. In omnibus negocijs morosus fuit. vnde procuratores provinciarum vix aut nunquam mutabat, proferens exemplum vulpeculae vulneratae, quae dum iaceret ad solē, muscas quibus scatebat, non abegit: Superuenit, inquit, quidam putans quod praembecillitate ea sustineret, festinauitque misericordia motus abigere. Ad quem vulpecula, Malè mecum egisti, quia quas abegisti, plene erant, & molestare amplius grauius non poterant: superuenientes verò, quia famelicæ, acrius pungent. Huic Tiberio artifex quidam vitrum fabricabile obtulit, & in eius conspectu velut cuprum fabricare incepit. Hunc Tiberius mox decollari iussit, dicens: Si hæc ars venerit ad lucem, pro nihilo aurum reputabitur & argentum.

Vitrum fabricabile.

Germanicus Drusus.

ANNO eius tertio, Liuius historiographus Parauji moritur, Ouidius quoque poeta defungitur in exilio. ANNO eius quarto Germanicus Drusus, Drusi filius & Caligulae pater, de Germanis, ad quos ab Augusto iam senex missus fuit, triumphat, quem tamen Tiberius simul & Drusum, Germanici Drusi filios, quos ipse adoptauerat, veneno extinxit. Nam tanta erat crudelitate Tiberius, vt immeritos quoque grauisimis caedibus necaret. Velut in itinere quodam lectica qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viae primariam cohortium centurionem, stratum humi, penè ad necem verberauit. Fraudi datum poetae cuiusdam, qui Agamemnonem induxisset tyrannicè imperantem: & historico, qui Brutum Cassiumque Romanorum vltimos dixisset. Reliqua apud Suetonium probum authorem leges. Hoc tam immitte ingenium pertæsus Augustus, sub extremum vitæ fertur exclamasse, Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis futurus esset maxillis. ANNO eius septimo multos reges per blanditias ad se vocauit, nunquamque remisit, inter quos & Archelaum Cappadocem, cuius regnum in provinciae formam redegit, & nobilissimam ciuitatem Mazam ex suo nomine Caesaream appellauit. ANNO eius quarto Seruius Plautus corrupti filij reus, semet in iudicio interfecit. Fertur quoque initio sui imperij Valerium Gracchum procuratorem misisse in Iudæam, qui quæstum putans pietatem, palam vendebat sacerdotij principatum, amouensque Annam, Ilimaclem pontificem designat. Sed & hunc non multo post abiciens, Eleazarum Annæ filium subrogauit, post Annam, & hinc Simonem substituit, deinde Iolippum qui & Caiphas dictus. Demum expletis annis xj. Romam reuersus est, cui successör missus est à Tiberio, anno eius xij. Pontius Pilatus. Sanè Pilatus Hierusalem veniens, statuas Caesaris secum deferens, ignorantibus Iudæis eas in ciuitate constituit, Caesareamque redijt. Cum autem plurimi ad eum descendissent, supplicantes de signis amouendis & imaginibus, sedit pro tribunali Pilatus, militesque armatos circumponens, mortem eis minabatur ni quiescerent. Illi mortem potius eligebant, quam leges patrias prophanarent. admirans Pilatus constantiam Iudæorum in legalibus institutis, auferri præcepit imagines. postea veniens Hierosolimam, vidit urbem aquæ penuria laborare. aperuit gazophylacia templi, & ex opibus templo dicatis, aquæ ductum coepit edificare, suscipiens initium torrentis quod stadiorum duum millium intervallo distabat. Iudæi verò acclamabant, vt ab illo opere cessaretur. Hinc quoque seditio orta est, quæ gratia Pilatus milites introduxit, ac multos Iudæorum occidit. Intermissum est autem opus, quia Iudæi legationem aduersus Pilatum direxerant ad Tiberium.

Pilatus in Iudæam missus.

GENERATIO SECVNDA.

GENERATIO secunda initium accepit anno xv. imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto, vt baptizans & prædicans solatiū redemptionis annunciarer. & venit in omnem regionem Iordanis, baptizans, prædicansque dicebat: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. In hoc anno terminata est circumcisio, & inchoatus baptismus. Exibat tum ad eum omnis Iudæa, & baptizabatur in Iordane. Cum autem baptizaret, miserunt ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, interrogantes quis esset. Et confessus est se neque Christum, neque Heliam esse. dixerunt illi: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, nec Helias, neque propheta? Ait Iohannes: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quæ vos nescitis: ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluam corri-

Luc. 3.

Iohan. 1.

corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem. Altera die vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur. Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens Iesus, dixit: Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiã. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, viditque spiritum Dei descendentem sicut columbam super ipsum, auditaque est vox de cælo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Exinde Dominus noster Iesus Christus coepit signa facere & prædicare, virtutibus vera comprobans quæ dicebat, discipulosque eligens, euangelicis eos imbuebat sacramentis. ANNO verò Tiberij xvj. Herodes tetrarcha Galilææ, Iohannem Baptistam incarceratione circa pascha, quem anno sequenti decollari fecit, machinante Herodiade vxore sua, quam abstulit fratri suo Philippo, repudiata filia Aretæ regis. Inde etiam bellum ortum est inter Aretam & Herodem, pugnaque facta, pars Herodis victa est. Quibusdam autem Iudæorum videbatur ideo perijsse Herodis exercitum, quod in eum satis iustè indignatio diuina commota sit pro vindicta Iohannis Baptistæ, vt scribit Iosephus. hunc enim Herodes, inquit, occidit virum valde bonum, qui præcipiebat Iudæis virtuti operam dare, iustitiam colere, pietatem in Deum seruare, & per baptismum in vnum coire. Interficetur & Christus verus Dei filius, veritatis, iustitiæ, pietatis & religionis assertor anno xvij. imperij Tiberij, ætatis suæ anno xxxij. & eo magis, quod ei vita propagata est ab octauo Calen. Ianuarij vsque ad octauum Calen. Aprilis, quo die conceptus in virginis vtero fuit de spiritu sancto. cædis autem tam nefariæ etiam cæli ipsi signa dedere. Nam & solis tanta defectio facta hora sexta diei, vt & dies in obscuram noctem versus sit. Et Bithynia etiam, licet ab Hierosolymis multum remota, terræ motu concussa, & multa Nicenæ urbis ædificia corruere. Vox ex adyto templi Hierosolymitani audita, Transmigremus ciues ex his sedibus. Deinde resurrexit à mortuis Christus vj. Calend. Aprilis, & ascendit in cælum tertio nonas Maij, spiritum sanctum misit in discipulos Idibus Maij. Et sanctus Stephanus lapidatus est tertio nonas Augusti, ac è Saulo persecutore factus est Paulus doctor gentium mense Ianuario sequenti immediate passionem Christi. ANNO Tiberij decimonono, Iacobus frater Domini Hierosolymis episcopus ordinatur ab apostolis, seditque annis xxx. de his ita scribit Iosephus: Fuit autem his temporibus Iesus sapiens vir, si tamen virum eum nominare fas est: erat enim mirabilium operum effector, & doctor hominum eorum qui libenter audiunt quæ vera sunt: & multos quidem Iudæorum, multos ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum cum Pilatus in crucem agendum decreuisset, non deseruerunt qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertio die iterum viuus, secundum quod diuinitus inspirati prophetae vel hæc quidem, vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerunt. Sed & in hodiernum diem Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, nomen perseverat & genus. Asseritque sanctus Clemens in sexto dispositionum libro, dicens: Petrus, Iacobus & Iohannes post assumptionem saluatoris, quanuis ab ipso fuerint penè alijs prælati, tamen non sibi vendicabāt primatus gloriam, sed Iacobum qui dicebatur Iustus, episcopum statuerunt Hierosolymis. His enim tribus, Petro, Iohanni, & Iacobo post resurrectionem Dominus omnem scientiam tradidit, & ipsi cæteris Apostolis, qui postea septuaginta discipulis tradiderunt. In hoc etiã tempore Thadæus ad Abagarum regem missus, iuxta Domini promissum, & regē egritudine corporali absoluit, & ciuitatem Edessenorum conuertit. hic est Abagarus, qui Christo, cum adhuc esset in vita, ita scripsisse legitur: Abagarus toparcha Iesu saluatori bono, qui apparuit Hierosolymis, saltem: Auditum mihi est de te, & de sanitatibus quas facis, quod sine medicamentis aut herbis fiant ista per te, & quod verbo tantum cæcos facis videre, claudos ambulare, & leprosos mundas, immundos spiritus ejcis, mortuos quoque suscitās. Quibus omnibus auditis, statui in animo meo, vnum esse è duobus: aut quia tu sis Deus, & descenderis de cælo vt hæc facias: aut quod filius Dei sis qui hæc facis. propterea ego scribens rogauerim te, vt digneris vsque ad me fatigari, & egritudinem meam, qua iam diu laboro, curare. Nā & illud cōperi, quod Iudæi murmurant aduersum te, & volūt tibi insidiari. Est ciuitas mihi parua quidē, sed honesta que sufficere vtrique. Exemplū responsuæ ad hæc in hunc modū: Beatus es quia credidisti in me, cum me ipse non videris. scriptū est enim, quia

Marth. 3.

Marth. 3.

Mar. 6.
Truncatur
Io. Baptista

Marth. 27.
Christus
crucifixus.

Marth. 28.
Mar. 16.
Acto. 7.
Acto. 9.

De Christo
Iosephus.

Iacobus epi-
scopus Hie-
rosolymi-
tanus.

Abagati ad
Christum
epistola.

Saluatoris
ad Abagarū
epistola.

quia hi qui vident me, non credent in me: & qui non vident me, ipsi credent & vident. De eo autem quod scripsisti mihi, vt veniam ad te, oportet me omnia propter quæ missus sum, hic explere: & posteaquam complevero, recipi me ad eum à quo missus sum. cum ergo fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, vt curet te, & vitam tibi præstet, atque his qui tecum sunt. Interea persecutio prima aduersus ecclesiã Dei, quæ erat Hierosolymis, facta sub primo martyre Stephano, omnes discipulos exceptis duodecim, per vniuersam Iudæam Samaritiamq; dispersit, ex quibus nonnulli ad Phœnicen & vsque Cyprum atque Antiochiam deueniunt, Iudæis prædicantes. Cum autem per omnem iam locum de resurrectione & mirabilibus Domini, atque ascensione eius in cælum felix fama loqueretur, quoniam antiqui moris erat apud Romanos, vt prouinciarum indices si noui quid accidisset, vel principi vel senatui nunciarent, de his quæ circa Christum acta erant, Pilatus præses Palæstinæ ad Tiberium retulit, de passione scilicet Christi & resurrectione consequentibusque virtutibus, quæ vel per ipsum factæ fuerant, vel per discipulos ipsius nomine fiebant. & de eo quod crescebat certatim plurimorum fide, Deus crederetur. Hæc quidem Tiberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatū, vt Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, quod non sibi prius delatum esset, consecrationem Christi recusauit, sine quod de nouis dijs recipiendis atque expellendis senatus ipse, qua polleret autoritate, decernebat, sicuti Romanæ leges ac decreta statuerunt. nam & in pontificum libris ita seruatur: est: Separatim nemo sit habens deos novos siue aduenas: nisi publicè adscitos, priuatim colunt: Diuos qui cælestes semper habiti, colunt: Constructa à patribus delubra habent. Edicto Senatus cõstituit, exterminandos esse ex vrbe Christianos, præcipuè cum & Seianus præfectus suscipiendæ religioni obliuatisimè contradiceret. Tiberius tamen accusatoribus Christianorum mortem edicto comminatus est. Cæterum suæ salutis nota senatores proscrispsit, & ad mortem egit. Nam viginti sibi patricios viros consilij causa legerat, horum vix duos incolumes reliquit. Seianum præfectum res nouas molientem interfecit, anno Domini xxxvij. Filios suos Drusum & Germanicum, alterum naturalem, alterum adoptiuū, manifestis veneni signis perdidit. Orosius hæc. Quod verò Tiberius contra voluntatem senatus in sententia mansit, id diuina prouidentia sensibus eius ingessit, vt absque vilo obstaculo in ipsis duntaxat inijtjs euangelij sermo vsquequaque percurreret. vnde & factū est, vt repente quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret, vt in omnem terrā exiret sonus eorum, euangelistarum scilicet & apostolorum, ex quo per omnes ciuitates & vicos immensæ multitudines ad ecclesias populi congregabantur, recipientes veri Dei notitiam. ad creatorem verum vetusti pœnitentes erroris, fidei confessione perueniunt. Eodem anno Aristobuli filius Herodes Agrippa, Romam secundò veniens, in vincula post paulū à Tiberio conijcitur, de quo dicitur. Per idem tempus cum Pilatus in Iudæa decimum compleisset annum, accusatus est à Iudæis apud Vitellium, qui Syriæ principabatur, de violenta interfectione multorum innocentum, & quod Iudæis reclamantibus, ponebat in templo imagines Cæsaris. nam & aliàs plerunque contaminabat sacra, quia pecuniam publicam redigebat in vsus suos, faciens aquæductum in domum suam. Ideo iussus est Romam ire, vt iudicio Cæsaris se obiectis purgaret. sed antequam Romam veniret, Tiberius rebus excessit humanis. Nam cum Tiberius esset apud Asturam, (Iosephus febribus eum apud Capreas laborasse scribit) cœpit infirmari. Tunc conuocatis nobilibus & duobus nepotibus Tiberio & Caio, quorum vnus erat ex filio suo Druso, alter scilicet Caius, ex Germanico fratre, Cæsar dijs supplicabat, vt ei signum ostenderent, vter ex eis successor imperij esset dignus. Cui responsum est, qui die sequenti primus ad eum venisset. Dilexit autem nepotem ex filio plus Caio. vnde clam indicat Tiberio, vt prior veniret. qui manè nisi pransus, noluit venire. luce prima vocari iussit, si quis adesset. egressus nuncius, Caium ante tabernaculum reperit ac introduxit. quod videns Tiberius, amarè flevit, seque insimulat, quod augurium à dijs postulasset. sed non valens diuinæ voluntati resistere, Caium benignè alloquens, inquit: O fili, tu succedes mihi in imperio, quod potius debebatur Tiberio filio meo filij mei. sed te noui vtilem, & noui mentes deorum. caue ergo ne molestes eum, sed habet eum in fratrem. sarage etiam, vt negocia imperij sapienter disponas. Tum conuocatis nobilibus denunciavit eum imperatorem, & mortuus est anno imperij sui 32. ætatis suæ 78. ANNO igitur Domini 39. C. Caligula suscepit imperium, Caligulæ cognomen

Tiberius
Christū in-
ter deos ha-
buit.

Pilati sce-
lera.

Caligula
imperator.

men è Castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. adopratus erat à Tiberio. Accepto regno, factus est homo omnium ante se flagitiosissimus. ad eum aberat ab adolescentiæ moribus, quos mutasse etiam cum imperio videbatur. Exclamasse fertur, Vtinam populus Rom. vnā ceruicem haberet. Sæpe quoque de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subiecit, tribus sororibus suis supra intulit, quas postea exilio damnauit. Hic primus diademate imposito, dominum appellari se iussit, & in deorum numero se referri præcepit. Nil magis laudare se ac probare dicebat, quàm inuerecundiam. pudicitiam neque suam, neque alienam pepercit. Sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit. nam preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorbebat, ex auro panes & obsonia ponebat, neque plus quàm tribus horis nocturnis quiescebat, & pauidus imaginibus, ideoq; magna ex parte noctis vigil, cubandique tædio nunc toro residens, nunc rogando inuocare lucem consueuerat, cantandi quoque & saltandi voluptate efferebatur, commentus nouum balneorum vsus variè & exquisitissimè, vestigalia noua & inaudita imposuit, summa confidentia & nimius metus, quantunuis facundus & promptus. hic misit imaginem suam per vniuersum imperium, vt omnes adorarent eam, ait Comestor. Hæc & alia multa Antoninus annotauit. Sed & Pilatus sub Claudio accusatus Perimit se Pilatus, à Caio, Lugdunum in exilium missus, tantis talibusque cladibus malorum cruciatus, vt propria manu se transfuerberasse, & nefariam vitam vi abiecit referatur, anno Domini 41. Non enim potuit tanti minister piaculi impunitus eua dere. Caligula quoque in exordio sui principatus, Herodem Agrippam regem constituit, de quo ita narrat Iosephus: Mortuo siquidem Philippo tetrarcha Ituræ, mortuus est etiam Lysanias tetrarcha Abilina. vacantibus ita duabus tetrarchijs, adspirabat ad alteram earū Herodes Agrippa Aristobuli filius filij magni Herodis. Erat autem magnanimus, venit Romam, & cum eum vidisset Tiberius antecessor Caij, retinuit eum secum, fecitque vt adhæreret Druso filio suo. Erat Agrippa liberalis, & vt conciliaret sibi amicos, multa expendebat. magnum contraxit æs alienum. Moritur Drusus filius Cæsaris, qua de re, filij scilicet morte, ad eum incõsolabiliter doluit, vt omnes familiares Drusi à presentia sua missos fecerit. vnde cõpulsus Herodes abire in Iudæam, desperansque paupertate ac fame, mortē sibi conscire statuit, quod significat vxori Herodis, sorori suæ Herodiadi. erat enim etiam Aristobuli filia, quæ orauit Herodem tetrarcham tunc virum suum, vt daret ei necessaria vitæ. ac quieuit vir, & assignauit Agrippæ domum ac victum in Tiberiade. Quadam verò die cum esset Herodes tetrarcha ibidem, epulāribus illis, factus hilarior, cœpit obiectare Herodi Agrippæ beneficia, de quo vehementer indoluit, iuitq; iterum Romā, si fortè Tiberium inueniret placatū, qui honorificè receptus ab eo est. Erant ibi Tiberius Cæsaris nepos ex filio Druso, & ex fratre, C. Caligula. Incepit Herodes Caium præferre Tiberio & magis diligere. hoc sibi suscitabat inuidiam ac iram Cæsaris. Accidit quadam die, quod sedens Agrippa cum Caio in curru, leuasse fertur oculos in cælum, & dixisse: Vtinam viderem mortem importuni senis, & te Caiū dominum totius orbis. hoc audiuit auriga, qui detulit Agrippā de crimine læsæ maiestatis, quod orasset pro morte imperatoris, propter quod Agrippa mittitur in carcerem. in via sitire cœpit, à quodam portante aquā potum postulabat: ac bibens, promisit illi quod in proximo regnante Caio, aquæ potum repensare vellet. ducitur in carcerem. Quadam autem die vicina in arbore bubo infederat: accessit vnus de captiuis, dixit Agrippæ, Volo tibi indicare futura. (erat hic peritus in augurijs) citò, inquit, liberaberis, & intantum sublimaberis, quod inuideant tibi omnes amici tui. quàm citò autem huius generis alitem super te amplius videbis, scito quia quinta die liberaberis. Paucis post diebus mortuus est Tiberius. hoc audito, fama ferente, Iudæus quidam amicus Agrippæ venit ad carcerem, dicens Hebraicè, Mortuus est leo. Ex hoc cœpit gratulari, dixitque custodi carceris mortem imperatoris. Ad hoc dictum liberauit eum, ac in domo ad suam mensam tenuit. Superuenerunt rumores quod Tiberius adhuc viueret, ex quo carcerarius eum quod decepisset, verberans, in carcerem retrussit. Sed altera die palam factum est Tiberiū mortuum, ac Caiū in eius locū sublimatum. veniensque Caius Romam, de Agrippa mox quæsiuit, liberassetque eum eodē die, sed dissuasum est ei, ne videretur facta Tiberij subitò damnare. Paulò post liberauit eū, & dedit ei duas tetrarchias Philippi quondā & Lysaniæ, regemq; fecit, ac in Iudæā honorificè misit. Sublimato inuidebant omnes amici seu propinqui: etiā foror sua

Perimit se
Pilatus.

Herodes
Agrippa
Romæ de-
git.

Herodes
Agrippa
Romæ in
carcere re-
nerur.

Herodes
Agrippa
rex Iudææ
datur.

sua Herodias, sicut misera fuerat misero, inuidit sublimato. Tum virum suum maiorem natu, utpote filium magni Herodis, cum nunquam meruisset rex appellari, sollicitavit indies magis ac magis ut Romam iret, ac regium nomen compararet: qui tandem victus importunitate vxoris, perrexit cum vxore ad Caium. presentiens Agrippa quod non pro bono suo Romam iret, statuit consequi. Sed pramissit nunciu Caii Casari familiarissimum cum epistola, scribens, quod adhuc viuente Tiberio, Herodes tetrarcha fororius amicitias contraxerat cum rege Parthorum in perniciem imperij Ro. in argumentum afferens, quod haberet in ciuitatibus suis arma quae sufficerent lxx. millibus hominum. Cumque Herodes tetrarcha cum vxore susceptus esset a Caio honorifice, superuenit nuncius Herodis Agrippae lectis literis, coepit inquirere a tetrarcha, vtrum in suis ciuitatibus tanta esset armorum copia: non potuit ille negare. ex quo credens verum esse quod scripsit Agrippa, ei tetrarchiam auferens, Agrippae contradidit, ipsum vero perpetuo exilio Lugdunum relegauit. accipiens autem quod Herodias soror esset Agrippae, voluit ei quaeque propria concedere: sed illa contemnens omnia, maritum sequitur. ambo inedia perierunt. Hic est ille Herodes Antipas dictus, qui Iohannem Baptistam ad Herodiadis vota decollauit, & qui Christo tempore passionis suae candida veste illudit. Cum autem esset Caius omnium sceleratissimus, nono calen. Ianuarij dum rediret a ludis circensibus, consilio senatorum interfectus est. principes autem coniurationis Chareas & Sabinus, periculum credentes si Caij vxor & filia superessent, quas malorum omnium adiutrices putabant, simul ergo ambae quoque extinctae sunt. Tum duo libelli in secretis Caij reperi sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis adscriptus erat. ambo lectissimorum virorum vtriusque ordinis senatorij & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & arca ingens, variorum venenorum pocola continens, quibus postea dimeris, infecta maria traduntur, non sine magno piscium exitio. Regnavit itaque haec crudelis bestia annis tribus, menses decem, dies octo. Floruit hoc tempore Philo maximus Platonius, de quo generatione tertia. Occiso itaque Caio, orta est dissensio inter curiam, milites & populum. Videntes enim senatores seuitiam imperatoris, & incommoda quae inde contigerant Reipub. voluerunt imperium penitus abrogare, & ad antiquum statum in quo erat ante Iulium Caesarem, omnem potestatem reducere, ut decetero esset ciuitatis regimen in arbitrio consulum & senatorum. Sed his contradictum est a militibus & populo, qui timentes auaritiam senatorum, & amantes largitiones imperatorum, constituerunt imperatorem Claudium Tiberium auunculum Caij, virum mansuetum & piuum. Erat his temporibus forte Herodes Agrippa in vrbe, & audita dissensione, cum nobilioribus venit ad senatores, simulans se fauere parti eorum, cum haberet eos exosos propter mortem Caij. Consuluit ergo eis, ut significarent Claudio, ne moueret seditionem in ciuitate, sed desisteret ab incepto, speraret sic eum quieturum, placuit consilium, & rogabant eum senatores, ut pergeret cum eis ad Claudium cum nonnullis natu maioribus. rogans dixit Claudio, ut pro bono pacis ab incepto desisteret, & hoc palam: in aurem autem susurrabat ut non desisteret, quia maiorem partem nobilium pro se habiturus esset. Tunc animatus Claudius, retinere pro se imperium dicebat. Renunciavit hoc Herodes senatoribus, simulque persuasit, quia resistere propter potentiam militum non possent, ut eum susciperent. ita tandem consensu omnium factus est imperator Claudius, qui postea consilio Herodis, omnes qui consenserunt in mortem Caij, occidit. Tunc Claudius dedit Herodi quartam tetrarchiam, scilicet Iudaeam, & ita sublimatus, magnificentissimè redijt in regnum suum. ANNO igitur Domini 43. Claudius imperium adeptus est, regnavitque annis xiiij. hic fuit patruus Caij, filius Drusi priuigni Augusti, qui apud Moguntiam habet sepulcrum. Hic, cum senatus censuisset genus Caesarum exterminare, deformilatebra latitare repertus est. raptus tamen a militibus imperator factus est, annitente Agrippa. Claudius itaque mox ut confirmavit imperium, magna usus est clementia, volens simultatim omnium memoriam tollere, cunctorum factorum dictorumque, veniam obliuionemque in perpetuum sanxit, interfectis tantum paucis, qui in morte Caij coniurauerant. Ad haec officio pietatis omnes captiuos ac relegatos a Caio, ad patriam reduxit. Ilienibus, id est, Troianis, quasi Romani generis authoribus, tributa in perpetuum remisit. ANNO Domini 44. duodecim Apostoli cum eatenus in Iudaea tantum praedicassent, iuxta praecipuum Domini, ut Beda scribit, anno a passione Domini xij. in totum orbem diuisi sunt. Et

Hero. Antipae interie.
Mar. 6.
Luc. 23.

Caligulae reges.

Philonis tempus.

Claudius imperator quintus.

Sancita a Claudio Amnestia.

beatissima virgo Maria anno sequenti, secundum opinionem communiorum, migrasse fertur a corpore, & sic sexagenariam obiisse dicitur. In illo autem tempore beatus Iacobus apostolus germanus Iohann. euangelista, venit in Hispaniam, & cum videret gentem istam agrestem, nec se posse proficere, regressus est Hierosolymam, praedicans & ostendens Christum verum Dei filium esse, scribas ac legum doctores validis cum rationibus confutans, miraculis doctrinam suam confirmans, conuertitque ad fidem Hermogenem & Philetum magos. Tunc Abiathar pontifex anni illius, seditionem excitauit Iacobo, qui a populo captus est, & ad Herodem regem Iudaeae ductus, de quo in Actis Apostolorum ita scribitur: Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio. Videns autem quia placeret Iudaeis, apposuit apprehendere & Petrum, atque in carcerem coniecit, ut occideret. & confecisset, nisi diuinum affuisset auxilium, quo angelus noctu assistens, mirabiliter eum vinculorum nexibus soluit, & ad ministerium praedicationis ire liberum iussit. Regis vero facinus dilationem non patiebatur vitionis, sed continuo vindex adest diuinitus Dei dextera. Nam cum in Caesarem descendisset, & in die solenni praecleara veste regia indutus, pro tribunali consedisset, ac de sublimi concionaretur ad populum, blandiens ei populus acclamabat, Dei voces & non hominis, id est, exhibebant ei laudes Deo debitas, & non homini. & dum adulatorijs laudibus demulceretur, & oblatos sibi diuinos honores non respueret, adspiciens supra se, vidit imminentem & insistentem capiti suo bubonem, mortis eius nuncium. tunc, ut tradit Iosephus, inclinauit se ad eos qui sibi applaudebant, & dixit: En ego deus vester morior. Sciebat enim, iuxta quod dixit ei augur in carcere, se intra quinque dies moriturum. Confestimque percussit eum angelus Domini, id est, facta est super eum vindicta Dei. Corrodebant enim vermes viscera eius, ac continuis quinque diebus ventris doloribus cruciatus, vitam violenter abruptit, regni sui anno vij. Audiens autem Claudius mortem Agrippae, filium eius Agrippam successorem regni eius substituere voluit, sed senatus contradixit, asserens non esse consultum puero potentissimi regni sceptrum committi. Acquiescens Claudius, regnum Iudaeae in prouincia formam redigit, & Agrippae sub nomine regni regionem trans Iordanem contradidit, mittitque Cuspiam, qui & Syriam ac regnum Iudaeae gubernaret. Interea cum fides Domini Iesu Christi per regiones omnes crederet, & religionis propagarentur augmenta, nequaquam quieuit hostis salutis humanae: sed urbem quae est omnium caput, praenit, & Simonem Samareum illuc ducit, vbi a deceptis deus creditus est. statua ei dicata hac inscriptione: Simoni deo sancto. Sed non in longum permanet fraude quaesita diuinitas. Continuo enim Petrus, vbi Asiaticas Ecclesias factis confirmasset per annos quatuor, & episcopatum Antiochia fundasset, ac per septem annos tenuisset, Romam, vbi caput orbis erat, perrexit: & quod hanc sedem pontificali dignitati conuenientem cernebat, simulque huc profectum intellexisset Simonem magum Samaritanum, quem prius in Samaria confutauerat: nam cum vidisset signa & miracula quae a Philippo, vno ex septem diaconibus, fiebant, obstupescit & territus, credere se in Christum, usquequo baptismum acciperet, simulauit: & cum vidisset quod per impositionem manus Apostolorum accipiebant homines spiritum sanctum, obtulit sceleratus Simon apostolis magnam pecuniam, ut darent ei illam potestatem dandi spiritum sanctum. Cui Petrus maledixit: Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem, quoniam aestimasti donum Dei pecunia possideri. Haec prima fuit Simonia in nouo testamento. inde dicti sunt Simoniaci. Itaque anno imperi Claudij quarto Petrus Romam aduenit, vbi cum Romanae vrbi clarum verbi Dei lumen fuisset exortum, Simonis quidem tenebrae cum suo auctore restinctae sunt. Sermo autem veritatis & lucis, qui per Petrum praedicabatur, vniuersorum mentes placido illustravit auditu, ita ut auditoribus nulla fatietas fieret. Ad hoc Marcum discipulum eius rogabat populus, ut ea quae ille verbis praedicaret, ad perpetuam eorum commonitionem scripturae traderet, ut domi forisque in huiusmodi verbis permanerent, quod & fecit. Petrus ut vidit probum institutum, scripturam legendam Ecclesijs tradidit. De hoc Marco scribit Petrus in epistola: Salutem vos ecclesia, quae est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Hic Marcus Aegyptijs euangelium primus praedicauit. Habuit autem Petrus vxorem & filiam nomine Petronellam, quas secum Romam adduxit. vxor martyr effecta, filia, cum esset nimis speciosa, de voluntate Petri coepit febribus laborare, quam, ut hospitibus seruiret, restituit, ac mox recidiua-

Beatissima virgo mortu.
Iacobus maior.

Act. 12.

Mors Herodes Agrippae

Iudaea in prouincia formam redigitur.

Simon magus.

Petrus.

Act. 2.

Simoniaci vnde.

Marci euangelium.

Petronella.

re fecit, donec coepisset in Dei timore perfecta esse. Tunc eam plenè sanauit, quæ post ea in virginitate ad Dominum migravit. ANNO Domini nostri Iesu Christi 46. Claudij verò anno quarto, Petrum Romam venisse ferè omnes sanctorum temporum scriptores testantur, quo anno pontificatum in vrbe Ro. suscepit, quæ erat caput orbis, digna in qua primus Christi vicarius, suiq; successores principalem sedem tenerent. Beatissimus igitur Petrus gloriosus apostolus Iesu Christi, præfuit Ecclesiæ catholicæ annis 33. secundum Hieronymum. Tenuit nanque pontificatum in partibus Orientis annis quinque, deinde Antiochiam veniens, ibidem annis septem. docens populum viam veritatis, & Simonem Magum fugauit. Insuper prædicauit dispersis ex circuncisione fidelibus, qui erant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia. Discipulos per diuersas prouincias misit ad prædicandam fidem catholicam, euangelium Marci tanquam ex ore suo scriptum adprobans, fidelibus tradidit. Eandem sedem Romanam xxv. annis tenuit, ad quos quidem annos, quod miraculo dignum est, nullus adhuc ex successoribus suis peruenit. Cætera de ipso dicentur infra generatione tertia. Hic est Petrus ad què Christus: Beatus es Simon bar iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est. & iterum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, ac tibi dabo clauces regni cælorum. Vnde licet simpliciter maiorum & minorum sacerdotum discretio ab ipso Domino nostro Iesu Christo exordiū perhibeatur sumpsisse, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes, ac 72. discipulos quasi minores instituerit, Petrum tamen hunc in summum delegit pontificem, cum ei præ omnibus clauces regni cælorum tribuerit, & à se petra Petro nomen imposuit, atq; pro eius fide specialiter orasse testatus est, vt & ipse ceteros confirmaret. sic Petro pro reliquis apostolis concessus est à Deo primatus, & ipsi voluerunt id ipsum, vt reliquis omnibus præesset apostolis, & caput & principium teneret apostolatus, qui & eandem formam suis successoribus tenendam tradiderunt. Est ergo apostolica sedes caput & cardo à Domino constituta, vt habetur in c. sacrosancta, xxij. di. Fertur quoque, B. Petrum ieiunium Quadragesimale instituisse ante pascha, & tres hebdomadas ante natiuitatem Domini, quartam verò imperfectam. De institutione Quadragesimæ, dubitare me facit Augustinus in epistola ad Cas. sibi videtur innuere contrarium. constituit autem B. Petrus, vt diceretur in Missa, Pater noster. Petrus Cathedram Romæ suscipiens, ciuitatemq; Dei viuis ex lapidibus verbo & exemplo construere studens, salutifera verba docere coepit: & quod ore docuit, signorum efficacia confirmauit. Exhinc Romæ coeperunt esse Christiani. ad hæc nobilissimas vrbes ciuibus Christi ac sacerdotibus illustrauit: nepe B. Apollinarè Rauennæ, Metis Clementem, florentissimam verò Galliarum vrbi Treueri tres simul proceres, Eucharium, Valerium, & Maternum destinauit, qui dum Alpes transissent, Maternus in via moritur, in Alsatia s. haud longè ab Argentina. quo facto percussus socij, Romam reuertuntur. Beatus itaq; apostolus pastoralè virgam, vt traditur, per eos ad suscitandum eum misit. qui venientes ad locum sepulturæ, 33. dies inueniunt eum in monumento habentem. Attamen viri Dei fide & operibus bonis pleni, sub obedientia magistri admota virga, socij à morte suscitari, qui (vt fertur) post Eucharium & Valerium, per tot annos Treuerensem & Agrippinensem rexerit ecclesias, quot dies ante in sepulcro iacuerat. Ostenditur autem ea hodie adhuc virga in argumentum rei Treueri ac Agrippinæ. Itaq; superiorè eius partem Colonien. inferiorè Treueren. habent. Fertur etiam miraculo prædicto Argentinæ. ciuitas, quæ tunc parua erat, ad fidem Christi conuersa, indeque ecclesiam S. Petri senioris dedicauerunt. ANNO Domini 49. qui fuit vij. Claudij annus, sub procuratore Iudææ Cumanus tanta seditio in diebus azymorum Hierosolymis commissa est per culpam militis vnus, vt coarctato in exitu portarum populo, triginta millia Iudæorum prostrata & cõpressa dicantur. Vincit dicitur postea Cumanus ductus Romam, cui Claudius Felicem substituit: hic quendam pseudopphetam Iudæorum, qui plures seduxit, oppressit anno Domini 55. ANNO Domini 56. qui fuit 14. Claudij, cum videret se iam senio confectum, testamentum scripsit, ac signis omnium magistratuum consignauit. quo facto, priusquam prospiceret, ab Agrippina vxore præuentus est. Metuebat enim ne Britannicus, Claudij ex Messalina filius, imperio præficeretur: vnde veneno ab ea dicitur interemptus Claudius. mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarant hi, qui cum Agrippina sentiebant. nam Cæsare expirante, Agrippina principem militiæ misit, & cum eo tribunum, qui filium suum Neronem ad castra prætoriana deducerent, vt ipsum more aliorum principum adorarent, atq; in eius verba iurarent. Mortuus est Claudius anno etatis

Petri pontificatus.

Matth. 16.

Primatus S. Petri a. fertio. Luc. 22.

Ieiunij institutio.

Sanctus Maternus.

Argentina ad fidem Christi conuersa. Iudæorum seditio.

Claudij interitus.

tis suæ lxxij. sed nec ipsum ignorasse mortem suam Suetonius scribit. nam in senatu cui vltimò interfuit, liberos suos ad concordiam inuitauit, atq; illos suppliciter senatui commendauit, addens se morti propinquare. Hic Claudius fuit cibi viniq; appetitissimus, ante mediam noctem plerunq; vigilabat. libidinis in foeminas profusus, plures repudiavit vxores, post quas Messalinam duxit, quæ adultera plures extinguere procurauit. Ex quo nonnulli metu abstinebant ab ea, tandem Claudius eam supplicio affecit. ex hac habuit filium Germanicum, quem mox Britannicum nominauit. Britones enim Claudius domuit. habuit & filiam ex ea Octauiam, quam Neroni coniunxit, & illum in filium adoptauit. erat enim Nero filius Agrippinæ, Germanici fratris filia, sororis Caligulae, quam Claudius duxit vxorem contra ius fasque. Sed danda ob hoc statuit sibi veniam, quasi Reipub. expediret. Ita Claudius vxoribus subiectus est, vt non principem se, sed earum ministrum exhiberet, quartum etiam studio honores & impunitates largitus est atq; supplicia. Inter Ciuilia Claudij gesta id etiam narratur, quod anno nono principatus sui, vrbe Roma Iudæos tumultuantes Christo impulsore, expulit. sic Suetonius. Dubia tamen sententia, Christianos ne cum illis expulerit, velut cognatam religionis homines, Orosum vide. ANNO igitur salutis nostræ 57. Domitius Nero, maritus Octaviae filia Claudij, persuasionibus Agrippinæ designatus est imperator ab eodem Claudio, sicq; gener prælatus est filio, id est, Nero Britannico. imperauit annis tredecim & mensibus octo. Nero secundum Suetonium per quinquennium erat valde modestus, liberales disciplinas ferè omnes puer attigit, habuit fingendi pingendique non mediocre studium. Orsus imperium à pietatis officio, ex Augusti præcepto imperaturum se professus est, nec liberalitatis, comitatis aut clementiæ occasionem vllam obmisit, grauiora vectigalia aboleuit aut minuit, senatoribus egenis annua salaria constituit. Cumque de supplicio damnati, vt ex more subscriberet admoneretur, Vellem aliquando, inquit, nescire literas. Optimus erat musicus, & moribus talis, vt scribant Traianum de eo solitum dixisse, cunctos principes longè distare à Neronis quinquennio, reliquum verò à quinquennio. Ita Caligulae auunculi sui vestigia supergressum, vt turpe sit dicere, ad quam malignitatem peruenit. Plurimam enim senatorum partem interfecit, equestrem ordinem penè destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro ita agitatus, vt ne à matre quidem & sorore, vllave consanguinitatis reuerentia abstineret. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, vxore, interfectis. Epulas à meridie in mediam noctem protrahere. Cantabat nonnunquam inter scortorum ministeria in publico totius vrbis. persuasum habuit, neminem pudicum aut vlla parte corporis sui purum esse, verum plerosque dissimulare vitia & callidè obtegere. raro vestem bis induit, piscatus est retibus aureis, purpura & cocco funibus nexis: soleis mulorum vsus est argenteis. Exhaustis pecunijs, calumnijs & rapinis animum adiecit, templis compluribus dona detraxit. simulacra auro & argento fabricata conflauit, non in aliqua re tamen sumptuosior, quam in ædificando. sed nec populo, nec manibus pepercit. nam quasi offensus deformitate veterum ædificiorum, incendit urbem, quam per sex dies & noctes ardentem è turri prospiciens, lætari se flammæ ait pulchritudine, & cum ei incendium adscriberetur, ipse (vt ait Cornelius Tac.) abolendo rumori falsos testes subornauit, qui id factum in Christianos deriuarent, vnde tot capti & interfecti sunt, vt ex eorum cadaueribus per aliquot noctes lumina continuata dicantur. ANNO imperij Neronis 2. B. Paulus apud Festum procuratorem Iudææ, præsentem Agrippa rege, religionis suæ rationem exponens, ab eodem Festo vincit Romam mittitur, & ibi biennio in libera custodia manens, prædicat, tandem à Nerone dimissus, gentibus prædicat: postea redijt ad urbem, vbi cum Petro martyrio coronatur.

Iudæi Romam pulsi.

Nero Imperator.

Varij Neronis mores.

Incendium vrbis.

S. Paulus Act. 26.

GENERATIO TERTIA.

ANNO Domini 60. Neronis quarto, incepit tertia Domini generatio. Per id tempus rex Agrippa fabricatus est ædificium maximum in palatio Hierosolymorum, vnde inspicere poterat ea quæ gerebantur in templo. hoc primates Iudæorum grauius habuerunt. non enim patrium erat, vt ea quæ fierent in templo; aliquis, exceptis sacerdotibus, aspiceret. quapropter parietem excelsum ædificauerunt, qui non solum triclinij regalis adspicere abstinuit, sed etiam porticus vbi custodias habere Ro. solebat, excellebat. In his igitur indignatus rex Agrippa, & præcipue Festus præfectus, præcepit eis vt opus nouum destruerent repente. At illi rogauerunt quatenus res referrent

Oo

ferrent Romā, & obtinent. Nero enim audiens legatos partiū, non solum veniā gesti operis cōdonauit, sed etiam aedificiū manere permisit: hoc beneficiū Pompeiā coniugi religiosā, pro Iudæis supplicanti, condonans. Deinde Festo mortuo, Albinus succedit. **ANNO** Domini 63. Iudæi in Iacobū fratrem Domini immanitatem suā nequitiae vertunt, cum iam Paulus ad Cæsarem missus fuisset. Erat tum Iacobus Hierosolymorum episcopus ab apostolis deputatus. Vinum & siceram non bibit adolescens, nil carnis degustans, intonsus, nec balneo nec vnguento vsus est, vestibus lineis tantummodo indutus, sancta sanctorum ingressus, ita assidue flexis genibus pro salute populi orabat, vt eius genua camelorum more occalluerint. Verum abeunte ex Iudæa Festo prouinciæ gubernatore, priusquam Albinus succederet, pontifex Ananus Anani filius, compellens publicè Iacobum Christum Dei filium negare, recusantem lapidibus obrui iussit, qui cum præceps de pinna templi deiectus esset, semiuivus adhuc & manus ad cælum tendens, pro persecutoribus oraret, fuisse quo fullones vtuntur, tandem necatur. Refert autem Iosephus hunc tantæ sanctitatis fuisse, vt propter eius necem publicè creditum sit, Hierosolymam fuisse subuersam. Annis verò 30. Hierosolymitanæ ecclesiæ præfuit, cuius sepulcrum iuxta templum vnde deiectus fuit, cum titulo Adriani temporibus extabat. **ANNO** Domini 68. imperij Neronis xij. Anneus Seneca Cordubensis præceptor Neronis, genus mortis eligere iussus à Nerone, venarum incisione perijt, de quo sic inuenitur scriptum: Seneca Neronem penè puerum, à Claudio & Agrippina rogatus, liberalium artium præcepta ac oratorum instituta docuit. Postea verò quàm Nero imperium obtinuit, annos tunc decem ac septem natus erat. Principio imperij quæque permissione filij mater disponebat. honor quidem solus imperij apud Neronem, potestas verò summa rerum gerendarū apud matrem erat. amicorum autem qui eam consilijs adiuuabant, duo ante alios eminebant, Afranius Burrus & Anneus Seneca: curiam rei militaris in vrbe regebat Afranius, Seneca verò Neronem eloquentia & bonis artibus instruebat cum maximo populi Romæ fauore. Consul tum creatus est à Nerone Seneca. Magnum erat vtrique, Afranio & Senecæ, pondus tantarum rerum disponendarum, sed longè difficilius, feruentes principis annos temperare, quòd Agrippina insolens fœmina esset, Nero autem ætate & ferocia crescens crudelior appareret, quauis multum bonæ spei ad clementiam & virtutem ostendere de industria niteretur, natura in scelus omne pronus. crudelitatis quandoq; signa dabat, id tamen vitii iuuentuti attribuendum multitudo putabat. Seneca verò, qui dies, qui noctes secum agebat, haudquaquã ætatis, sed naturæ morbum videbat. proinde multa ad eum sæpe de modestia & humanitate nequidquã locutus, libros de clemētia scripsit, vt lectioe ipsorum se à crudelitate retraheret. vnde putatur Nero quinquennium cum laude omnium transegisse, cum imperium consilio & propè nutu Senecæ regebat. Tum Paulus Apostolus Romæ simul cum Petro versabatur, cui Seneca, admiratus eius doctrinam diuinam, familiaritate deuinctus erat. Cæterum Nero virilem ætatem ingressus, scelerum claustra erupit, & quæ in eum diem simulata latuerant, repente quasi refractis carceribus eduxit, spernens consilia & Senecæ & Afranij, sed opera data nihil aut dici aut cogitari potuit crudelitatis aut sceleris, quod non attentasset. Matrem Agrippinam in primis eiecit aula, atque nefando scelere interemit. Afranium Burrum virum egregium, veneno quasi per solatium. dato interfecit. Quo mortuo, Senecæ res in dies apud Neronem fiebant minores. Iam parua suis apud illū consilijs erat auctoritas. aula confestim vt id sensit, mores principis secuta est. habet enim curia hoc malū instrū, quòd alius alium libens ruere videt. sermones de ipso inuidia ac malevolentia plenos seminare solēt alij delectatione maledicendi, alij studio placendi adulandiq; Neroni, alij desiderio virū optimū euerterendi. Congratulati omnes, venisse tempus quo se Nero imperatorem cognosceret, enimvero quæ à Nerone impiè facta essent, ea consilio, arte, dolo Senecæ facta arguebant. Quidā avaritiam eius incusabant, imperium etiam affectare criminati sunt, quòd & potentia & honore ferè principem anteiret, senatus fauorem ac populi aucuparetur. Iuniores etiam delirum hominem & dementem esse, quòd iuuentutem Cæsaris coercere niteretur, quasi non liceat Neroni, inconsulto Seneca, quicquam posse. Inde Tigillinus à Nerone in demortui Afranij locū suffectus est. Octauia Neronis coniunx pudica fœmina pellitur, & in locum eius Pompeia ducitur, quæ vnà cum Tigillino Senecam perosa, conabatur vt qua posset ratione, tyranni animum à Seneca auerteret, ne illius fortè opera reduceretur Octauia. Res eò peruenerat, vt Seneca indies magis ac

Albinus.
Iacobus frater Domini.

Senecæ cōsulatus.

Agrippina interficitur.
Burrus veneno perit.

Seneca accusatur.

magis contemneretur. quod vbi is intellexit, ne vehementius animū adolescentis feruentē iritaret, muneribus statuit subducere se publicis: proinde sumpto, vt erat grauitatis, loco & tempore, Neronē in hæc verba allocutus est: Si aut ætati meæ Cæsar liceret adulari, quod me delectauit nunquam, aut ea mihi quæ tecū est vitæ familiaritas & consuetudo, non esset, præfatione apud te in præsentia vterer. sed quoniā mihi pro tuo in me amore eā dedisti licentiā, vt te a dire, quoties velim, & dicere quæ velim, amplissima cū libertate possim, expediā paucis quod cogitavi tecum. ea namq; futūra & mihi commoda & tibi non molesta puto. annū hunc Cæsar octauū existimo, ex quo imperium accepisti: xiiij, ex quo tibi datus sum, vt puer doctrinas & vitæ rudimenta susciperes. Interim tu me pluribus ornasti beneficijs, pecunijs maximis, tu me hortis pulcherrimis, tu me villis amplissimis distasti, tu me in tanta dignitate atque potentia eleuasti, quòd ni aut cæcus aut amēs sim, videre propalam possim, nihil iam esse amplius, quod amicus à principe petere, aut princeps amico dare queat. Illud quoq; mihi in partem laudum & honorum meorum tribuo, quòd is homo esse videat, à quo Nero Cæsar & princeps orbis, disciplinas ac vitæ documenta susceperit. nihil est denique quod felicitati desit, si modo sim ille, qui fortuna sua vt grauius atq; modestè sciat. Equidem sepe numero memoria & cogitatione reuoluo mecū, & obstupescō me, qui sim & prouinciali loco & ordine equestri natus, eò proeuctū esse pro summa tua erga me beneuolentia, liberalitate, gratia, quòd illis etiā ipsis annuoror, qui longè me & nobilitate generis, & maiorū gloria antecellūt. Mihi enim, vt quod sentio, apud te in præsentia fatear, cum mecū ipse mente tacita cogito. me illū esse, non videre videor qui spernendas opes exhorter, & tamen iucū dissimos hortos & maximas villas in ambule. Proinde cum & tu imperium tuū dijs propicijs iam sine me gubernare sapientissimè possis, ac iure optimo debeas, & me mea ætas hortetur tranquillitatē animi & liberum ocium querere, statui ea deponere, quæ & mihi oneri sunt, & tibi ac tuis emolumento erunt. Iube igitur quas opes habeo, à tuis recipi, & vt cætera tua ministrari, ac perimite quod breue tempus vitæ reliquū habeo, id me bona cum venia tua studijs meis & desiderato ocio elargiri: neq; gloriæ tuæ quicquā detrimenti erit, te amicos habere, qui etiam paruo contenti sunt. Sed vt senectuti meæ consuli & ocio libero sinas, persuadere debent plurima exēpla, illa præsertim, quæ haudquaquam ab æqualibus meis, verum è tuis maioribus extare constat. Atauū tuum Octavianū habeo memoria, potestatem fecisse C. Meccenati & M. Agrippæ claris. & optimis viris, vt opratū ocium sequerentur, cum alterū bellorum sociū, alterum in maximis Reipub. rebus comitē & adiutorem habuisset: me quidē his adæquandum minimè censeo, sed quemadmodum quæ suæ virtutis erant, illi suo principi adhibuere, ita ego tibi quæ habui, quæve potui, animo integro & fide summa persolui. Cum dicendi finem Seneca fecisset, Nero vt natura simulator, vultu hilari & ore blando respondit: Gratias debeo tibi amplissimas Seneca, quòd pro summo tuo erga me studio ac diligentia, ad eò instructus mihi & paratus esse videor, quòd meditata & grauius orationi tuæ non dubitē ex tempore ac subito respondere. quæ accepisti à me. quanquam modestiæ tuæ ac frugalitati magna esse videantur, ea tamen parua esse pro magnitudine beneficiorum tuorum non incognitum habeo. maiora enim pleriq; tenent homines etiam libertini, & nulla re tibi æquandi: neque apud te in præsentia fileā, cum tuos in me labores, amorem, fidem sub oculis colligo, me tædet negligentia meæ, quòd tu quemadmodum apud me gratia & amore omnibus præstas, & omnes diuitijs, honore, dignitate non excellere videaris: nec quisquam omnium est ad eò summo loco natus, cui plus nobilitas prodesse, quàm tibi tua virtus, & fides erga me debeat. Ocij autem potiūdi facultatem C. Meccenati & M. Agrippæ non prius dedit ataus meus Augustus, quàm natu esset iam grandis atque ætatis tantæ, quòd senectutis reuerentia summam auctoritatem haberet vterque. Neq; tamen vllum eorū vllis opibus exiit, sed quos maximis in periculis, laboribus, bellis adiutores, socios, amicos habuerat, eos vti erant à se donati, ita frui opibus simul & quiete desiderata permisit. me autem decere accipere, quod habes, nō intelligo: nec video esse modestiæ tuæ, inde laudē querere, vnde amico infamia oriatur. Nam vulgus qua est leuitate, vi ereptas tibi opes putabit. equidem postponendum te nec C. Meccenati, nec M. Agrippæ censeo. adiuuarunt illi Augustum bello. arma pro me nulla induisti, non fuit occasio, quòd delatum ad me sit imperiū obfistente nullo. verum quibus egebam ad subsidium ætatis ac fortunæ, tu me optimis doctrinis, tu me grauius moribus, tu me sapientissimis consilijs adiuuisti, quæ benefi-

Senecæ ad Neronem oratio.

Neronis responsio.

cia in me tua, impressa mihi & in praesentia sunt, & memoria sempiterna erunt: neque te defuturū mihi suadeo, quū et si annosus sis & plus quā senex, ea tamen deū munere tibi & animi & corporis prosperitas sit, vt perseuerare possis, ac mihi sanē consuleri, nec me deserere debeas, hoc praesertim imperij principio, & hac mea iuuenta, quum sit mihi consilij & auxiliij tui magna necessitas. Te paucifaciat nullus timor. hoc enim polliceor tibi, atq; per quosuis deos iuro, potius mihi ipsi, quā tibi vlla re obesse. His verbis Nero oscula & amplexus addit, & manu tacta perfrictaque, ipsum a se vultu lato dimittit. Seneca verò gratijs actis, Neronis verba haudquaquā, vt erant benigna, in rem bonā vertit: ipsum enim natura, mens, consilia tyranni non latebant. Proinde cōsuluit, sibi quā rariū rebus aulicis immiscendū & in curia versandū fore. hoc sperabat, omnium inimicorum inuidiā, ac Neronis odiū euitari posse. Rarō ita deinde in aula visus est, hominū quoq; solitos cōtus & secreta colloquia passim effugiens, sese tandem in priuatam vitam contulit, nunc senium, aliquando valetudinem, interdum philosophiā studia causatus. Postremō dimissa vrbe, in Campaniā se transfert, vbi non marcebat ocio, non cruciabat se mœrore, sed veluti grandī onere deposito, totum se philosophiā ocio liber dabat. Multa quidem hoc tempore (triennium id fuit) scripsisse fertur, inter quae est magna epistolarū pars ad Luciliū. neque tamen hinc odia extincta, sed magis aucta & inflāmata sunt, tum quōd aures maledictis Nero seniendi studio iam libentiū aperiret, tum quōd inimicus eius Tigillinus & Pompeia criminandi causas quærerent. nihil tum à Seneca dictū, nihil factum, quod illi non cribrarent atque subuerterent. absentiam eius alij accusabant, quōd philosophus magistratus & principē pro sua libertate contemneret. pars vagari eum per amœna, quōd opibus plenus iam esset, & vt curas aulicas deuitaret. pars negabat impeditum studio philosophiā aut valetudine vlla, verū dolore, ira, odio accensum, secessisse affirmabat, cum imperij gubernandi solitam licentiam non haberet, videretque consilijs adesse Pompeiam & Tigillinum, qui fideles Neroni & sapientes essent. Hoc in tempore incensa est ciuitas & perusta, vt supradictum est: quam causam quia Nero in peregrinos Christianos & Iudæos reiecit, repenti quæstione habita, in illos crudeliter iussu Neronis scuitum est. Addebantur pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis recti, canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammā: atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrentur. Ita Tacitus. Persecutio hæc prima in Christianos humiles & sanctos viros fuit Romæ, deinde per omnes prouincias pari scuita excruciarī imperauit. Ideo Seneca ritu gentilicio posito, Christianum tenuisse creditur cultum: vehementissimeque contristatus, epistolas ad Paulum scripsit Romam. Crescebat interim tyrannis, crescebant bonorum neces. quare Senecam Nero veneno perimere tentauit, sed proditore liberto saluatus est. Verū aliquando inuenit causam. dum Seneca in Campania moraretur, detegitur coniuratio in Nerone, desiderio liberandæ patriæ, authore C. Pisonis facta, ob quā rem multi cōprehensi sunt nec fontes, nec vlla in re Neroni inuisi. Capitur Natalis C. Pisonis familiaris, qui perductus ad tormenta, labare coepit, & coniurationis principē C. Pisonē nominat, deinde confcium Anneum Senecā dixit, non certus, sed coniectura quadā ductus, & studio, vt erga se tanto in periculo Neronis gratiā compararet: se nanque missum à Pisonē ad Senecam, vt ægrotum viseret, negatum sibi vitandæ suspitionis causa accessum, præterea etiam hortatū sæpius vt conuenirent, tum fore se saniozem. Hæc Natalis affirmabat. Ad ea verò Senecam ita respondisse dicebat, Neutri conducere crebra colloquia & mutuos sermones habere, verū salutem suam in Pisonis sospitate collocatam fore. Verba hæc Nero haud parum lætus audiuit, dicta Natalis in deteriozem partem interpretatus, non suspectum modō coniurationis, verū & reum Senecam habendum dicebat. Nemo alius Senecam conscium nominauit. Neronis tamen opera, ad crimen augendum ex infamia viri, res vulgata est. Interea redijt Seneca in agrum suburbano rure in villam suam, illuc Nero Syluanum prætoris cohortis tribunum misit, percontaturum à Seneca, quid verborum Natalis Pisonis nomine retulisset, & quid ipse respondisset. Hæc publicè, ceu veri sciscirandi causa, mandata Syluano dat, ne animaduertere tantum in virum, eundem præceptorem & singularem amicum suum, nisi iustè & maxima cum grauitate videretur. Sed mens erat, vt hoc nuncio territus Seneca, veluti noxius, mortem sibi vltro conscisceret. Syluanus cum militibus ingressus Senecæ domum, cœnantem ipsum & cum eo simul amicos duos ac Pompeiam Paulinam vxorem inuenit, percontaturque vti erat à Nerone iussus. Tunc Seneca,

Seneca ab vrbe discessus.

Persecutio in Christianos prima.

Coniuratio in Nerone detecta.

quamquam nuncium mortis suæ hunc perciperet, minimè tamen paucifacius, sed quo solebat ore ac vultu respondit quærenti Natali, cur Pisonem aditu prohibuisset, valetudinis & quietis causam fuisse. Tribunus domum regressus, milites vti erant locari ex ordine, dum reuerteretur, stare iubet. ipse Romam veloci equo reuersus, Neroni quæ responderat Seneca, refert. aderant ibi cum Tigillino, qui pro viribus ardentem inflammabant. Interrogat Nero tribunum, præparēt ne se voluntariam ad mortem Seneca. Syluanus nec ad mortem parare ait, nec timoris signum vllum vultu aut verbo monstrare. Tum Nero, Regredere, & mortem deligat iube. Syluanus rediens, minimè domum ingressus est: verū qui mortem indiceret, centurionem intromissit. Seneca nullo pauore exterritus, facultatem faciendi testamenti poscit. Id tribunus per centurionem negat. Tum conuersus ad vxorem & amicos, qui aderant & lachrymarum plenis oculis complorabant: Vobis, inquit, quoniam pro vestris erga me studijs & charitate meritum referre prohibeor, quod vnū in me liberū & pulcherrimum habeo, imaginem vitæ meæ relinquo. eius memores si eritis, famam vobis perpetuam constantis amicitiae facietis. Cognita quidem omnibus Neronis impietas est, nec supererat perempta matre in quem sequiret, ni etiam educatorem suum ac præceptorem occidisset. Multa dehinc ab eo dicta sunt, quibus amicorum tristitiā coaceret, nunc istum adspiciens quo vultu, qua voce solitus erat, cum re prospera & statu meliori frueretur, singulos ad fortitudinem, ad patientiam, ad constantiam hortatur: anxius quidem ac trementibus cæteris, ipse vnus impavidus & constans erat. Deinde vxorem amplexatus, multum precatur ne se cruciaret, sed moderatè casum ferret. Tum illa, Opus exhortatione nō est, inquit, migrare tecum è vita penitus statui. Hinc concertatio dulcis orta, cum illa virili animo perseueraret, nec adduci vt viueret, à viro prece vlla aut ratione posset: contra verbis omnibus Seneca illam flectere, & vitam ei persuadere niteretur. Illa pertinaci animo perseuerat, percussorem postulat. His demum atque talibus verbis vterque brachium cruraque ferienda præbuit, vt tepidus sanguis efflueret. tum persuasit vxorem deferri in proximum cubiculum, ipse venenum quod damnatis apud Athenienses dari solebat, frustra hausit ad maturandam mortem: frigidus enim erat artus, & clausum corpus aduersus vim veneni. Postremō in balneum defertur, vbi sermo ejus ad amicos de animæ immortalitate ac morte contemnenda habitus est: nec mora longior, spiritum tandem Seneca effluit xj. anno imperij Neronis. vxor spe vitæ, ligato vulnere conualuit, parum tamen vixit. Quemadmodum verò ab alijs contra Nerone coniuatū fuerit, refert Cor. Tac. li. xv. diur. vbi inter cæteros Lucanus poeta quoque perijt, & multi alij. Subrius Flauius vnus ex coniuatis, interrogatus à Nerone, quibus ex causis oblitus fuerit sacramenti præstiti: Oderam te, inquit, nec quisquā tibi fidelior miles fuit dum amari meruisti: odisse coepi, postquam parricida matris & vxoris auriga, histrio & incendiarius extitisti. Idem, Pisonē interempto, aiebat, non referri dedecori, si citharædus dimoueretur, & tragædus succederet: Hoc significās, sicut Nero cithara, ita Pisonē tragico ornatu canebat. Per idem tempus Romæ Petrus Linum & Clerum episcopos ordinabat, qui sacris præessent. Ipse verò orationi & prædicationi intentus, iam ferè pro Deo colebatur, siue ob vitæ venerabilem cultum, siue quod Simonē magum pessunderat. Nero post multa quæ animo conceperat nefaria, ipsorum quidem Petri & Pauli, qui duces erant in populo Dei, expetit neces. At Petrus momentibus amicis, ad declinandam inuidiam principis, via Appia ab vrbe discedens, ad primum lapidem Christo sit obuiam, quem adorans, rogat: Domine, quò vadis? tum Christus, Romam iterum crucifigi. Extat sacellum eo loco, vbi hæc verba sunt habita. Petrus de martyrio ipsius dictū existimans, ad vrbe redijt, & statim Clementem episcopum consecrat, eique cathedram & ecclesiam commendat his verbis: Eandem ego tibi potestatem ligandi & soluendi trado, quam mihi Christus reliquit. Cum hæc ita disposuisset, non multò post vnā cum Paulo iussu Neronis necatur, anno Domini lxx. Interim cum pro sacrilegio fidem, pro parricidio pietatem, pro incestu pudicitiam violaret, ipsamque potestatem Ro. imperij vel officia vel negocia improbissimis libertorum committeret, & cum nulli fidem serua-ret, omnibus suspectus, à senatu hostis iudicatus, desertus ab omnibus etiam suis, fugit nocte ab vrbe, quatuor tantum comitantibus, nudo pede, cooperto capite, & ante faciem sudario obtenso. Cumque se occultasset, perlato à cursore nuncio, hostem se à senatu iudicatum & quæri ad mortem, audiens comites appropinquare ad capiendum viuum, icu gladij se percutere voluit, sed trepidante manu, perficere non valuit:

Mira in vxore Senecæ constantia.

Senecæ in-teritus.

Lucanus poeta

Petrus & Paulus cruciantur.

& cum ex presentibus nullum inueniret a quo feriretur, exclamauit, dicens: Itane nec amicum habeo, nec inimicum habere possum? Videns hoc vnus, adiuit manum trementem, & ita periit anno vitæ suæ 31. imperij 14. omnisque Augusti familia in eo consumpta est. Tantum autem in morte eius gaudium fuit, vt plebs pileata, quod signum est lætitiæ, per totam urbem discurreret. ANNO Domini 70. Linus B. Petro successit, sedit annis xj. quauis B. Petrus ante passionem suam instituerit. Clementem successorem fieri, tamen Clemens videns quod hoc esset perniciosum exemplo, vt aliquis sibi eligeret successorem, renunciauit Papatui, & electus est Linus, dein Cletus, & quarto loco Clemens. Consentit B. Hieronymus: Quartus, inquit, post Petrum Romæ episcopus Clemens fuit. Scripsit Linus res gestas B. Petri, cuius mandato etiam statutum est, ne qua mulier nisi velato capite, templum ingrederetur. Linus autem cum sanctitate & moribus haberetur in precio, dæmones fugaret, & mortuos in vitam reduceret, Saturnino consule, cuius filiam a dæmonio liberauit, capitali supplicio afficitur, sepeliturque in Vaticano iuxta S. Petri corpus x. Calen. Octobris. Lini temporibus fuit Philo Iudæus, qui multa ita grauer conscripsit, vt dictum sit apud Græcos: ἡ πλάτων φιλωνίζεα, ἡ φίλων πλατωνίζεα. Romæ coram Caio Iudæos ruratus, cum iussus esset à conspectu Cæsaris abire, ad suos dixit: Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Caius, quia necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat, auxilium. Fertur etiam multa de laudibus Christianorum scripsisse. ANNO Domini 71. Galba antiquissimæ nobilitatis fenator, ab Hispanis & Gallis imperator electus, statim vt Neronis mortem audiuit, Romam venit. hic optimus dux, militem suum seuerissimè tractans, ita vt ingresso eo ad castra, milites vicissim dicerent, Disce militare, Galba venit. imperium adeptus, cum auaritiæ vitio segnitieque omnes offenderet, mense septimo ad lacum Curtium decollatus est insidijs Orthonis. Hic * Saluius Otho, occisis Galba & Pisonem, inuasit imperium, in priuata vita mollis, Neronis familiaris, in imperio non potuit documentum sui ostendere. nam cum iisdem temporibus Vitellius à Germanicis exercitibus imperator factus esset, bello contra Vitellium suscepto victus, semetipsum occidit dum imperasset menses quatuor. Vitellius Romam victor ingressus, vt potitur imperio, familia honorata magis quam nobili ortus, multa seuitia cæterisque vitijs notabilis, maximè ingluuie & voracitate. ANNO Domini 72. Vespasianus imperator creatus, cui olim cura fuit omnium rerum, nequaquam verò imperare volebat, priuata vitæ securitatem clarioris fortunæ periculis anteponens. postremò imperium suscepit militum studio, quos accenderat rumor qui passim vagabatur, Vitellium imperatorem Germanicis legionibus Syriacas mutaturum, vt illas ad militiam opulentam magis & quietam transferret. Verùm audiens Vitellius Vespasianum imperatorem salutatum, Sabinum eius fratrem multo negotio tandem in Capitolium confugientem occidit, Capitolioque incenso, eum in Gemonias scalas coniecit, vbi Domitiauus fratris filius media trepidatione euasit. Excitarunt hi tumultus * Antonium, vt quam primùm Flauianis succurreret. quo duce Flauiani cum Vitellianis congressi, sub vrbis muris Vitellium superant, ac latitantem protrahunt, vinctis post tergum manibus, resupino capite, gladio ad iugulum posito, per forum ad spectaculum ducunt. Tandem luto & fimo perfusus excarnificatur, & in Tiberim proiectus est, imperij sui mense 8. Et populus iam timore liberatus, imperatorem prædicat Vespasianum, simulque Vitellium deiectum lætitia celebrabat. Vespasianus Alexandriam venit. quæ erant Romæ gesta, nunciata sunt, & legati ei gratulantes affuerunt. Firmato iam totius orbis imperio, Romam ire parabat: dimissoque filio Tito in Iudæa, profectus est Romam. vbi accepto imperio anno salutis nostræ 72. regnauit annis 9. Ardebant iam Iudæi & intestinis discordijs, & externis malis afflicti. adeò agitabat eorum animos grauissimi sceleris conscientia. Itaque post ascensionem Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, Iudæi vel in ipsum commissi piaculi, vel persecutionis in apostolos & necis in Stephanum, sed & obtruncationis in apostolum Iacobum, & in Iacobum fratrem Domini, qui appellatur Iustus, cæterorumque omnium quos propter fidem Christi insidijs omnique fraude nequitie circumuenerant, vtionem iustitia poscebat. Et apostoli quidem ab illis prius fugati, ac per omnem locum dispersi, sicut diximus, pergebant in virtute Christi, qui eis præceperat, dicens: Euntes, baptizate omnes gentes. Ecclesia verò quæ in Hierosolymis erat congregata, responso à Deo recepto,

Causæ & fortuna belli Iudaici.

Matth. 28.

emigrare iubetur ad oppidum, Pellam nomine, trans Iordanem, vt eductis vrbe sanctis & iustis viris, vindictæ caelesti fieret locus, tam de vrbe sacrilega, quam de populo impio per excidium patriæ euerisionemque sumēda. Veruntamen nihil obstat etiam ea addere, per quæ pietas & clementia Dei, licet ingratas, videtur oblata. Quadraginta nanque, post admissum in Christum piaculum, annis impiorum poena differtur, in quibus & apostoli omnes, præcipuè tamen Iacobus, qui vocatur frater Domini, Hierosolymis episcopus constitutus, indefinenter populum commissa impietatis de scelere commonebat, si fortè possent pœnitentiam agere, si possent flere pro scelere, & vltrices pœnarum flammæ lachrymarum vbertate restinguere. Ostendebat nanque eis Deus per suam patientiam, quod ipsorum quæretet pœnitentiam. molliri autem duritia eorum subsisterat, sed continuò in peius ruebat. Bello sanè Iudaico dabatur exordium 12. anno regni Neronis, anno administrationis Flori secundo, Cæstio Gallo præside Syriæ. Floro itaque procurante Iudæam, in Cæsarea orta est seditio inter Iudæos & gentiles, quod dicerent Iudæi factam ab his legi suæ contumeliam. Quare ab eis accepti Florus pecuniam, nec tamen eos tutari curauit, sed in Sebasten secessit. Iudæi statim libros legis rapientes, recesserunt in Nabata: primates autem eorum in Sebasten ad Florum venerunt, vt auxilio esset rogabant, insuper reuerenter eum de pecunia ob id data admonentes. Ille comprehensos vinciri iussit, arguens, cur leges de Cæsarea auferre ausi fuissent. deinde vt bellum inflammaret, misit ad sacrum thesaurum, vt inde xvij. talenta auferrentur, quasi eam pecuniam impensæ Cæsaris flagitaret. Tum statim inuasit populum multa confusio. currentes ad templum, maximis vocibus nomen Cæsaris appellabant, vt à tyrannide Flori liberarentur orantes. quidam autem seditioforum in Florum maledicta iacebant, stipem eius nomine postulabant, quasi inops esset. His magis est iritatus ad prædandum. denique cum debuerat, Cæsaream veniens, ignem extinguere belli, pro quo etiam mercedem acceperat, cum exercitu venit Hierosolymam, vt minis & timore urbem nudaret. Tunc populus lenire eius impetum volens, obuiam militibus processit, Florum honore paratus. ille mittens centurionem, discedere eos iussit: neque enim in quem tam grauiam maledicta iecissent, falso honore deluderent: oportere eos, si viri sint constantes, in præsentem etiam contumelias effundere. His dictis exterrita multitudo, simul etiam equitibus missis, in medium vulgus irruentibus, fugerunt, antequam Florum saluarent. discedentes cum metu, totam noctem duxere peruigilem. Florus tunc degebat in regia. & postridie extructo tribunali præsedit. conuenientibus principibus sacerdotum ac nobilibus, præcepit Florus, vt omnes qui maledicta in eum sic clamassent, protinus dederent, edicens, in eos esse, nisi reos produxerint, vindicandum. Ad hæc responderunt Iudæi, pacifica quæque populum sentire: illis verò qui erassent in verbis, veniam postulabant: in tanta multitudine nihil esse mirum offendi aliquos temerarios & per artem insipientes: debere tamen illi, si consuleret gentis quieti, & vellet Ro. imperio seruare urbem, magis propter multos dare veniam, quam propter paucos perturbare multitudinē tantam bonorū. Ad hæc ille inflammatus, militibus exclamauit, vt forum rerum venaliū diriperent, & passim obuios trucidarent. illi ob lucri auaritiā, habita autoritate rectoris, nō solum diripuerunt eum locum, sed & vniuersas insipientes domos, interficiebant habitatores: multos etiam nobiliū comprehendentes, duxerunt ad Florum: quos ille verberibus laniatos, sustulit in crucem. occisi sunt promiscui sexus ducenti xxx. Postridie conueniens multitudo in forum, magno clamore conquerebatur, inuidiosas quoque in Florum voces mittebat. Veriti primates & pontifices, diruptis vestibus, & viritim singulos cōprehendentes, postulabant vt tacerent, neque in maiorem indignationē mouerent Florum: sicque maiorum reuerentia & spe, quod in eos Florus vltra non sauiet, multitudo sedata est. Ille tumultu compresso, Iudæos vocauit, aitque vnum argumentum fore quod nihil ampliū nouarent, si obuiam procederent militibus de Cæsarea venientibus. Interim mandat venientibus, vt nullam salutationem redderent obuiantibus Iudæis: & si offensi quicquam facerent, mox in eos vterentur armis. Pontifices ergo in templo collecta multitudine precabantur, vt occurrerent Romanis: seditiosi abnuebant ob interfectorum dolorem, multi que eis iungebantur. Tunc verò omnes sacerdotes & Leuitæ sacra vasa proferentes, ornatumque templi, cantoresque cum musicis instrumētis procedebant ante multitudinē, & obnixè precabantur, ne ad direptionē sacrorū Romanos incitarēt, sparsis cinere capitibus ac diruptis vestibus, singulos

Seditio in Cæsarea.

Hierosolymitana seditio.

quosque nobilium compellabant, precantes ne ob modicum peccatum patriam perderent. Talibus multitudinem flecentes, etiam ipsos seditiosos mitigarunt, ac quiete obuiam prodierunt. Iamque cominus factos salutauerunt: illis autem nihil respondentibus, seditiosi Iudaeorum aduersus Florum, cuius haec fierent consilij, succurrerunt. Confestim milites comprehedentes eos, caedere adorti sunt, atque in fugam versos conculcabant. In ipsis autem portis grauis facta est compressio. collabentium vero durus erat interitus: trucidabant multitudinem, transire cupientes in Antoniam & templum obtinere: quos etiam Florus secutus, educens de regia qui secum erant, in arcem transire nitebatur. frustratus tamen est. Conuersus quippe populus, repugnauit, & per tecta obruebat saxis Ro. Seditiosi autem verentes, ne Florus templum occuparet per Antoniam, ex templo ascendentes, porticus a templo Antoniam continentes interciderunt. Tandem conuocat Florus sacerdotum principes, se quidem ait vrbe digredi, praesidium tamen relinquere quantum ipsi voluissent. Ad haec illi, nihil nouandum fore, vnam tantum apud illos relinqueret cohortem, dum tamen non illam, quae cum ciuibus palam ante conflixerat. Cohorte itaque mutata, cum reliquo exercitu Caesarem regressus est. Aliud autem denuo pugnae consilium comminiscens, retulit ad Caestium Syriae praesidem, & defectionis Iudeos criminatus est. Interim Iudaei quae Florus egerat, Caestio narrant. susceptis literis partium, deliberatum est, ut Caestius cum exercitu in Iudaeam iret ad vindicandam defectionem, si admissa esset: sin aliter, magis fidos redderet Iudaeos. ipsi tamen magis placuit aliquot praemittere. Direxit eodem tribunum Neapolitanum, qui in via Agrippae occurrens, ad quas causas missus sit, indicat: quo loci etiam primates Iudeorum cum curia adesse curauerunt, conquesti quam lamentabiliter de calamitatibus proprijs & inhumanitate Flori: quam licet argueret Agrippa, tamen ut ducis auctoritati competat, inuectionem in Iudaeos transtulit, quorum maxime miserabatur. Ad haec missi intelligebant redargutionem plenam esse pietatis, scientes quod pro pace eorum diceret. Populus Hierosolymorum lx. stadijs obuius progressus, officiose Agrippam & Neapolitanum suscepit. lamentabatur tamen interfectos coniuges, infantes, nobiles. precabatur genti consulerent, ac ingrederentur, viderentque gesta a Floro. Neapolitanus itaque cum circuisset urbem, mansuetudinis populi documentum accepit, quod non Romanis, sed soli Floro aduersaretur. ascendens in templum, fidem eorum circa Ro. collaudans, hortatus est ad pacem. Vulgus autem petit, ut legati mitterentur ad Caesarem qui Florum accusarent. Ad haec Agrippa ordinari legatos qui Florum accusarent, odiosum putabat: despiciere autem Iudeos in bella commotos, neque sibi expedire cernebat. Aduocata igitur concione, fugestum ascendens, eiusmodi orationem habuit: Si quidem viderem vos omnes ad pugnandum cum Ro. incitatos, neque populi sincerissimam partem velle pacem seruare, nec processissem ad vos, neque consulere consisus essem. Quonia autem aliquos aetas malorum belli nefcios facit, quosdam vero inconsiderata spes libertatis, nonnullos auaritia succendit: aestimaui oportere vobis ea exponere, quae arbitror expedire. Perstrepet autem nemo, si non audierit quae ipsius fert libido: his siquidem qui sunt ad defectionem parati, licebit etiam post meos monitus manere in voluntate. Noui equidem, quam multi iniurias procurantium prouincias, & preconia libertatis quasi tragice prosequantur: ego autem primum separabo causas, quas connexas putatis. Si enim vestros violatores cupitis vlcisci, cur libertatem ita extollitis? si vero seruire intolerabile ducitis, superflua est aduersum rectores querela, quia illis vel moderatissime agentibus nihilominus erit turpe seruire. Considerate autem quam exigua sit materia bellorum. primum, rectorum crimina. Colere siquidem officijs, non exaspere, oportet iurgijs, potestatem. Cum vero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis, aduersum vos iritatis eos. etsi prouinciarum rectores a Rom. missi, grauius offendunt, non tamen Romani omnes violant vos, neque ipse Caesar aduersum quem pugnare vultis, neque is haec praecipit, neque possunt illi, quae in Oriente geruntur, positi in Occidente, conspiciere: sed nec vnus atque idem semper curam tenebit, & successores eius credibile est modestiores futuros. Mortu autem semel bellum deponere non est facile absque magnis calamitatibus, neque sustinere. Libertatis vero dona sitientibus prouidendum est atque certandum, ut principio ea non careant: molesta est enim novitas seruitutis, quam ne primum subeas, iuste certare potes. Qui vero semel subiectus est & deinceps deficit, contumax magis seruus, quam amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere, ne susciperentur Ro. cum Pompeius prouinciam intraret.

Agrippae ad Iudeos oratio.

intraret. Verum maiores vestri, multo vobis meliores corporibus & animis, exiguae Ro. imperij parti Rom. resistere nequiverunt: vos qui hereditariam obedientiam accepistis, maioribus vestris, qui prius paruerunt, rebus omnibus inferiores, contra omne Ro. imperium obistere posse arbitramini? Et Athenienses, qui ob libertatem patriam suam ignibus tradiderunt, Xerxem, cuius classem non caperet pelagus, tandem cum vna nauis fugientem persecuti sunt, nunc autem seruiunt Romanis. Macedones vero cum Alexandro promittente sibi orbis imperium, nunc adorant eos, aliaeque mille gentes liberrimae nunc obediunt. vos soli seruire dedignamini his, quibus videtis vniuersa subiecta? cui militiae, quibus fidentis armis? ubi, qui expensis possint sufficere, thesauri? contra Aegyptios forte & Arabes bellum suscipere putatis. non circumspectis Rom. imperium, non metimini vestram imbecillitatem. nonne recordamini ciuitatem vestram a conterminis gentibus frequenter esse superatam? illorum autem virtus per totum orbem inuisa percurrit. Neque enim sufficit eis ad Orientem totus Euphrates, ad septentrionem vero Ister, neque in meridie tenuis solitudine Libya perscrutata, neque in Occidente * Gadira, sed ultra Oceanum Britannos aliud quaesierunt regnum * Gades & orbem. Quid ergo? vos ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Graecis? quae vos fiducia aduersus Romanos erigit? Sed dicet aliquis, Seruire molestum est: at quanto id magis Graecis, qui vniuersis sub sole habitantibus videbantur nobilitate praestare, nunc fascibus Ro. obediunt? Quid quingentae per Asiam ciuitates, nunquid non absque vilo praesidio vni tantummodo rectori parent? Quid autem pergam enumerare Heniochos & Taurorum gentes, quanta Bithynia & Cappadocia, Pamphylia & Cilices nunc sine armis tributa pendant? quid Thracas, ac post hos Illyrij? ipsi quoque Dalmatae & Istri accolae, duabus tantum legionibus obediunt. Veruntamen si aliquos ad defectionem magnaem causam virgere deberent, Gallos potissimum oportet insurgere, quos natura tantis cinxit munimentis, ab orientali plaga Alpium montibus, ab occidente Oceano, omnibusque bonis totum penem orbem rigantes: ferunt nihilominus vectigales esse Ro. id sane non per animorum molliem, nec propter ignobilitatem, sed Ro. horrent virtutem & fortunam, denique sub mille & ducentis seruiunt militibus. Neque Iberis nascens in agris aurum profuit, neque vicinus Oceanus etiam accolis suis horribilis fragore, satis fuit vincentibus Rom. sed ultra columnas Herculis protulerunt arma, & ipsas nubes Pyrenaeorum montium egressi vertices, ditioni suae subdiderunt. Quis vestrum non audiuit multitudinem Germanorum, virtutem quoque & magnitudines corporum? siquidem vbique Romanarum gentes illos captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentem spatij regionem incolentes, spiritus autem maiores corporibus gerentes, & animam quidem contemptricem mortis, indignatione autem vehementiores feris, nunc limitem Rhenum habent, & octo legionibus Rom. domantur. Considerate Britannorum muros, circumdantur Oceano, illic Ro. nauigantes, redegerunt in ditionem suam. Et quid optus est plura dicere, quando etiam Parthi bellicosissimum genus, prius tantis populis imperantes, obsides mittunt Romanis? Vos soli bellum geritis, neque Carthaginensium consideratis finem, qui magno illo Annibale gloriantes & nobilitate Phoenicum, sub Scipionis dextra corruerunt. Sed tertiam partem orbis terrarum, cuius neque numerare nationes facile est, quae scilicet ab Atlantico mari & columnis Herculis usque ad rubrum mare infinitos numero & locis Aethiopes continet, totam tamen ceperunt armis: & praeter fruges annuas, quibus Rom. multitudinem octo mensibus pascunt, alia quoque vectigalia pendunt. Adspicite Aegyptum. quinquaginta & septingenta centena millia incolarum habet, praeter Alexandrinorum plebem, tamen vectigalia pendit. Quos vero in bellum socios assumetis? siquidem omnes qui in orbe habitabili degunt, Ro. sunt. nisi forte quis spes suas ultra Euphratem porrigat, & Adiabeno-rum regionem gentiles suos aestimet. Porro illis erit cura tuenda cum Rom. amicitia, & arbitrabuntur foedus esse temeratum, si quis de his qui subiecti sunt, aduersum Rom. in bellum procedat. Superest ut ad diuinum confugiatis auxilium. verum & hoc apud Rom. est. sine Deo quippe impossibile esset imperium tale consistere. Bonum est o amici, bonum est, dum adhuc naus stat in portu, praecauere tempestatem futuram, & non eo tempore, quo in medias irrueris procellas. His siquidem qui in improuisa mala incidunt, superest ut digni miseratione inueniantur: qui vero se in apertum discrimen iniecerint, exprobrationibus onerantur. Nisi forte aliquis vestrum estimet, Ro. postquam vicerint, mediocriter vobiscum acturos, & non ex iplo aliarum gentium sacram

Ro. imperij potentia.

Galliae laus.

Germanorum potentia.

Britanni.

Parthi.

Rom. fortuna vnde.

Iudæi di-
spersi.

Peroratio.

Reiecta Cæ-
saris dona.Optimatū
strages.Manaimus
sophista.

facram hanc urbem inflammuros, interfecturos autem vniuersum vestrum genus; neque refugium inuenietis, quoniam metuunt Romanas vires omnes orbis partes. Insuper & eo in periculo erunt Iudæi, ut estis toto orbe dispersi, qui apud exteros commorantur. subeat vos miseratio, etsi non filiorum vestrorum atque coniugum, saltem istius ciuitatis, quæ mater vrbium vestræ regionis vocatur. Parcite sacris incensibus, parcite venerabilibus adytis, templumque vobis & sancta sanctorum seruate. protestor autem sancta vestra, sacrosque angelos Dei, patriamque communem, quoniam nihil consiliorum quæ vobis viderim expedire, subtraxerim. vos autem decernentes quæ oportet, mecum in pace degetis: si verò protuleritis iras, absque me periculis subdemi. His multò elegantioribus & amplioribus verbis dictis, adstante etiam sorore sua, lachrymauit, & multam turbæ partem lachrymis infregit. Succlamabant autem non se aduersus Ro. sed aduersum Florum pugnam gerere. Ad quos rex Agrippa: Sed opera, inquit, vestra talia sunt, qualia aduersum Rom. pugnantium, neque enim Cæsari vestigal dedistis, & Antonianas porticus incendistis. Sopiætiæ autem causas defectio- nis, si & porticus denuo instauretis, & tributa reddere maturetis, neque enim Flori hoc præsidium est, neque Floro pecuniam dabit. His consultis populus acquieuit, & cum rege & Berenice sorore ascendens in templum, porticus ædificare adortus est. Per vicos autem & regiones, principes eorum * quiue dispersi, vestigal colligebant, celeriterque XL. talenta, tantum enim erat reliquum, redacta sunt. Deinceps aliquantò post persuadere tentabat, ut parerent Floro, donec ei successor mitteretur. ad quam orationem accensa multitudo, impudentissimè regem infecta est, eumque mox urbe expulit. Ausi sunt etiam nonnulli seditiosè saxa in eum iacere. Rex autem videns tumultuantium irruocabilem impetum, discessit in regnum. Per idem tempus nonnulli eorum irruerunt in quoddam præsidium vocatum Masada, Romanos omnes interfece- runt, alios autem de suis posuerunt custodes. In templo quoque Hierosoly- morum Eleazarus filius Ananiæ pontificis, audacissimus dux militum, persuasit, ut nullius munus aut hostia qui non esset de Iudæorum gente, susciperetur. id autem erat belli seminarium atque materia. reiecit siquidem hostias Cæsaris, quæ pro Ro. po. offerri solitæ erant: plurimum autem pontificibus ac nobilibus deprecantibus, ut non præterirent morem quo supplicabatur pro regibus, nihil rerum nouandarum studio acquieuerunt. Conuenientes propterea primates omnes, concione vocata ante portam templi, & primum multa de temeraria defectione eorum conquesti, dicebant ideo causam esse grauiorè, quòd maiores eorum ornassent templum ex magna parte de muneribus gentium: cur modò noua sacrorum ratio præter patrum auctoritatem constitueretur? angebat eorum animos non minus Cæsaris inclementia, qua certum sibi modò bellum imminere videbant. Attendebat autem nemo res nouare cupientium. Videntes nobiles eò processum, ut sua non possent auctoritate compe- sci, legatos miserunt ad Florum, alios autem ad Agrippam, precantes ut cum exercitu ascenderent in ciuitatem, & seditionem opprimerent, priusquam ea intolerabilis fieret. Agrippa volens Romanis conseruari Iudæos, & Iudæis templum atque patriam, misit in auxilium equitum duo millia. his venientibus, optimates quiue cum pontificibus & omni multitudine qui optabant quietem, superiorem occupant ciuitatem: inferiorem siquidem & templum seditiosorum manus tenebat. Per septem igitur dies grauis vtriusque partis cædes fiebat. Postero die latrones è vulgo, pulsis regis è superiore ciuitate, irruunt in Ananiæ pontificis domum, & Agrippæ palatium inflammauerunt. Post hoc ignem arcibus intulerunt, volentes documenta creditorum disperdere, ut non esset eorum probatio, ad quos omnis debitorum iungebatur multitudo contra locupletes. incensusque omnibus, pontificum & nobilium quidam in cloacis tum laruerunt, quidam cum regis in superiorem regiam confugerunt, portas celeriter obfirmantes. Post triduum autem fecerunt impetum in Antoniam, & omnes in præsidio ceperunt & interfece- runt, ac incenderunt præsidium. postea verò obsederunt regiam, in quatuor partes agmen suum diuidentes. inter hos erat Manaimus callidissimus sophista, qui quondam exprobrauerat Iudæis, quomodo post Deum subijcerentur Ro. is assumptis quibusdam nobilium, perrexit in Masadam, spoliatoque armamentario Herodis, populares aliosque latrones armauit, & cum his veluti rex, Hierosolyman reuertitur, factusque princeps seditionis, oppugnationem disponebat. Tandem vtrinque fatigati, regis ad Manaimum & alios eius seditionis principes mitebant, precantes ut eis discedere liceret, quod cum Manaimus annuisset, nam suæ religionis

Rom. casti.

Iudæi cæ-
duntur.Zabulè op-
pidum dire-
ptum.Anan⁹ pro-
ditor.Cæstij infel-
lix successus.

ligionis erant, discesserunt. Inde Romanos ingens clades oppressit. nam in illos irruentes, trucidabant quoscumque comprehendere poterant. Interfectus est & pontifex Ananias, mox post eam stragem apud domum regiam vbi latitauerat, circumsedentes turres seditiosè custodiebant, ne quis militum posset effugere. Ex his victoribus Manaimus intolerabilis factus est, volens solus dominari, quod alijs displicuit ex parte Eleazari. qui insurgentes eum trucidabant. Videntes Romani milites resistere se non posse, mittunt ad Eleazarum, solas precantes animas, arma autem & reliqua, ipsis tradentibus, sumerent, qui in fidem, dextris & sacramento dato, accepti sunt. sed quandiu Romani arma tenebant, nemo quidquam molitus est, sed illis positus, facto imperu, stipatores Eleazari comprehensos trucidabant omnes, præter Mutillium eorum præfectum, iudaizare & circuncidi se promittentem. Eodem autem die Cæsarenes Iudæos apud se habitantes trucidarunt. hac fatali hora periere hominum supra xx. millia. Grauis facta est conturbatio in tota Syria, & omnis ciuitas diuidebatur in binos exercitus. dies quidem ducebantur in sanguine, noctes autem molestiores formido faciebat. erat cernere ciuitates plenas cadaveribus inséputis passim iacentibus, omnia plena erant calamitatibus. In Scythopoli interficiuntur xiii. millia, & substantiæ eorum diripiuntur. ad eadem autem relique quoque; vrbes in Iudæos apud se habitantes irruerunt. duo millia quingentos Aicalonitæ, Ptolemæis autem duo millia interfecit. excitata est etiam in regno Agrippæ aduersum Iudæos pernicies, in Alexandria verò quinquaginta congesta sunt millia mortuorum. Cæstio tum præsi Syria, quiescendum esse non videbatur, intensus vbiq; Iudæis. habebat ille decumam legionem, suffragiaque multorum regum, aderat ei quoque Agrippa. Itaque in validissimam ciuitatem Galilææ contendit Zabulon. offendit autem eam ciuibus destitutam, in montes refugerant, rerum autem omnium plenam: illam militibus diripiendam concessit, ipsum verò oppidum, eius pulchritudinem admiratus, incendit. deinde territorio peruagato, quidquid obuium erat depopulatus est. vbi in Syros remanentes predandi causa, irruunt ex latibus Iudæi, eosque trucidant, & duo millia consumunt. In Ioppen à Cæstio missi, trucidant octies mille quadringentos. Cæstius deinde multis plagis peractis, Hierosolyman contendit. at Iudæi cum iam ciuitati bellum appropinquare viderunt, omnis festorum solennibus, ad arma properant. fretique multitudine, ad pugnam prosiliebant: tantoque imperu Romanos aggressi sunt, ut eorum acies perumperent, viaque aperta cædibus, in medio ruerent: ac nisi equites exercitui subuenissent, multitudo Cæstij in periculo fuisset. tandem Iudæi in urbe reuertebantur. Cæstio verò in agris commorante, Iudæi occupatis superioribus, obseruabant eius transitum. Agrippa itaque infinita multitudine montes amplectitur: non enim Romanos à periculo tutos conspexit: misit ex comitibus suis, quos Iudæis sciebat notissimos, ut cum Cæstio foedus amicitie, certamque pro peccatis à populo Ro. veniam polliceretur. Verum seditiosè, metu, ne tali spe cuncta multitudo ad Agrippam se conferret, legatos obtruncare statuerunt: vnum ex legatis peremerunt. Populares verò id indignè ferentes, fustibus & lapidibus in oppidum seditiosos compulerunt. Cæstius in restinam eorum discordiam videns, totum in eos exercitum mittit. Inde in oppidum constitutum inductus, vbi populus à seditiosis custodiebatur. ipsi autem cesserunt exterioribus partibus ciuitatis, & in partem interiorem templumque profugerunt. Cæstius forum incendit, deinde cum ad superiorem partem ciuitatis venisset, prope regiam aulam castra posuit, & si tunc irruisset, ciuitatem cepisset. Interea plurimi popularium & Ananus Ionathæ filius, Cæstium, quasi portas patefacturi, vocabant: ille autem iratus, & quòd non satis eis credebatur, tam diu id neglexit, donec proditione comperta, seditiosè Ananum cum cæteris in domos suas fugere compulerunt, ipsi murum & turre muniunt. Sexto die Cæstius templum aggreditur, scutis muro nixis, sine noxa milites incensibus suffodiebat, plerique portas succendere moliebantur. vehemens autem stupor seditiosos inualerat, iamque multi de ciuitate fugerant, tanquam continuo caperetur. His populus alacrior fiebat, ut quo magis seditiosorum turba deleteretur, eo ipse facilius cum Cæstio in gratiam rediret. Et profecto, si paulisper perseverasset, ciuitatem obtinuisset. sed ut creditur, iam illis infestus Deus, illo die finem bello dari prohibebat. Cæstius tum neque animis populi, neque obsessorum desperatione perspectis, repente militem reuocat, ac inconsultè nimium recessit: inopinata verò eius fuga, latronum fiduciam recreauit, qui insecuti, nouissimos peremerunt: altero autem die ulterius recedendo, ex postremis multos necabant. Romani enim vini à lateribus instantium repellere minimè poterant, ne forte turbatus ordo, aliquid detrimenti

detrimenti acciperet. Tota igitur via percussis sunt, donec multis occisis, vix in Gabaon peruenerunt. hic Cæstius biduo commoratur, inops consilij quid ageret. Cum tertio die maiorem vidisset hostium numerum, obfuisse sibi cognouit tarditatem. itaque pro compendio fugæ, cuncta quæ militibus impedimento erant, amputari præcepit, occisisque tunc mulis & asinis aliisque iumentis, Bethoron versus procedebat. At Iudæi in angustijs militem sagittis opprimebant, ibi enim maius erat equiti periculum, vbi planè patebat nullus locus fugiendi aut viciscendi. itaque incerti quid facerent, ad vlulatus fletusque conuersi sunt: totusque penè perisset exercitus Cæstij, nisi nox aduenisset: qua Romani in Bethoron confugerunt. Iudæi verò obsessis circum omnibus locis, eorum transitus custodiebant. inuenit tamen Cæstius fugæ viam, machinas & balistas multa que alia instrumenta reliquit, redeuntes Iudæi, machinas secū abspertarunt, & prædam quæ remanserat, collegerunt, præanaque, canentes, in metropolim remeabant, Romanorum quinque millibus pedirum & supra, nongentisque equitibus interemptis. Post Cæstij casum, multi nobilium Iudæorum tãquam è nauiperitura, ex ciuitate enatabant. exercitus etiam Agrippæ dilapsi sunt ad Cæstium. Cæstius Saulum & cæteros ad Neronem mittit, belli causas deriuaturus in Forum, & necessitatem indicaturus. Tum Damasceni, cæde Romanorum cognita, Iudæos 10000, apud se degentes interfecerunt. Qui verò Cæstium fugauerant, in Hierusalem reuersi, quos adhuc Ro. inuenissent, partim vi, partim blanditijs sibi sociabant. in templū congregati, plures duces elegerunt. declaratus est Iosephus Curionis filius, & pontifex Ananus, omnia quæ in ciuitate gerenda essent, imperaturi. filium autem Simonis Eleazarum, utpote tyrannum ac prædam quærentem, non elegerunt. verum paulatim ambitione ac pecunia, itemque astutia persuasit populo, ut in omnibus sibi pareret. Quosdam, videlicet Iesum filium Asaphæ, & Eleazarum filium pontificis, in Iudæam miserunt. Nigro autem mandauerunt, ut ducibus pareret. Iohannes Annæ filius, Cophinitia & Accabatinæ rector designatus est: vtriusque autem Galilææ, Iosephus Malthiæ filius. De Iosepho, quomodo ordinauerit Galilæam, & quibus malis opera Iohannis filij Lysimi, ex Galilæa emergentis, aggressus fuerit, & quo pacto vires insidiatoris fregerit tandem, omittit statui. Sed Hierosolymis Ananus pontifex & potentiores qui non cum Ro. sentiebant, muros instaurare properant, arma & instrumenta bellica præparant, erantque vniuersa plena tumultus. multi futuras clades prospicientes, fletus cohibere non poterant. Nero, quem ob res non prosperè in Iudæa gestas, cum timore stupor inuasis, verens ne exemplo hoc Syria deficeret, inuenit hoc tempore solum Vespasianum his necessitatibus parè, & qui tanti belli magnitudinem suscipere posset. populo enim Ro. iam pridem pacarat Hesperiam Germanorum tumultu concussam, armisque antea ignotam penè Britanniam vendicarat. Itaque cum virum mittit Nero ad regendos exercitus in Syria constitutos. ille autem protinus ex Achaia, vbi cum Nerone fuerat, Titum filium suum dirigit Alexandria. ipse verò transfmissus ad Hellespontum, terreno itinere in Syriam peruenit. illic Romanas vires multa que regum auxilia congregauit. At Iudæi post malam pugnam Cæstij, insperata felicitate sublati, tanquam fortuna eos exagitante, bellum vltèrius producebant, ac omni manu Ascalonem inuaserunt, sed Antonius illos magna cæde fugauit. Interim Vespasianus Antiochiam exercitū ducit, vbi regem Agrippā cum omni manu præstolari offenderat. Titus autè maturè ad Ptolemaida peruenerit, cumque ibi patrè reperisset, duobus quæ secū habebat agminibus, erant autè quinta & decima legiones, iuxta etiā quā ipse adduxit quintam decimam. sequebantur eas xvij. cohortes, quibus accesserunt ex Cæsarea quinque, cum vna ala equitū, & alæ quinque, Syrorum itidem equitum. decem autem cohortū singulæ, mille pedites habebant, in cæteris verò xij. sexcenti pedites, & centeni vicini equites erant. Vespasianus quidem vnā cum filio in Ptolemaide degens, ordinabat exercitum, interim à suis imbellior turba Galilæorum interimitur. Pugnacissimos autem in ciuitates fugere videns, in Iotapatam omnium munitissimam imperū vertit. quinto autè die, qui erat Maij vigesimus primus, Iosephus in Iotapatam ex Tiberiade venit, abiectosque Iudæorum spiritus erigit. quod cum Vespasiano à transfuga nunciatum esset, properat, veluti totam Iudæam capere posset, si Iosephum subiugasset. vnde ciuitatem vallari iubet, ne Iosephus elaberetur. duplici acie circumdato oppido, tertium extrinsecus agmen equitum posuerunt, omnes Iudæis exitus obstruentes. Post triduum impetu in muros facto, Iudæi resistunt, & cum Iosephus ciuitati metueret propter iacula & missilia, cum eo cuncta Iudæorū profiluit multitudine, in

Leſti duces
Iudæorum.

Is Iosephus
est historicus
ille, Flauius
postmodum
cognomina-
tus.

Nero Vespasiano
Iudæi
cum bellum
comendat.

Cohortes
modò ex
pluribus, mo-
dò ex paucis
& centeni
vicini con-
stare.

Iotapatam
obsidetur.
Iosephus
quanti Vespasiano
estimatus.

do, in Romanos irruens, donec nox bellum dirimeret, aliquot hincinde cadentibus. nihilominus postridie Romanis irruentibus occurrunt, multoque fortius restiterunt. itaque per quinque dies pugnantis, neque Iudæi vires hostium formidabant, neque Romanos difficultas lassabat. etenim Iotapatam præruptis montibus natura munita erat, ab vna tantum parte adiri potuit. Vespasianus vocatis rectoribus, aggerem fieri concludit, oppidoque propinquis montibus excisis, magna vi lignorum & lapidum aggerem construunt. nullum nanque erat periculum à telis quæ è muris iaciebantur. Graue ratus Iosephus nihil contra moliri, conuocat fabros, & muros iubet altius extolli. quod cum obstantibus iaculis perficere non possent, sudibus fixis, per eos boum coria extendi iubet, quæ missos tormentis lapides sinuata reciperent: hisque ante fabros oppositis, illi xx. cubitorum altitudine erexerunt muros, crebris etiam constructis turribus. Insuper Vespasianus magis hoc consilio iritabatur, quoniam recepta fiducia ex munitione, crebro incurfabant Romanos, donec Vespasianus reuento à pugna milite, statuit obsidere ciuitatem, & eam penuria necessariorum capere. itaque omnes eorum exitus obseruari præcepit. laborabant illi & salis & aquæ inopia: cæterum quod deerat, facile ferebatur. Quare iam ad mensuram potus dabatur. hoc autem Romanos non latebat, qui eos extra muros aquam afferre prospiciebant, vbi etiam balistarum telis plurimos occidebant. Interim Vespasianus aquam prohibuit, illi per rimas murorum demissa in vndis vestimenta suspendebant, quæ posteaquã Romani viderunt siccari, aliunde eos habere aquæ copiam præsumpserunt. Denique dux belli penuria eos capi desperans, iterum ad arma se conuertit, Iudæis quoque id maximè cupientibus, præterea Iosephus per quandam vallem deuiam non obseruatam, vsui necessaria quærere statuit, quam more canum recti velleribus, obibant, donec fraudem vigiles perensissent, vallemque cinxissent. Itaque Iosephus videns ciuitatem non diu subsistere posse, cum optimatibus de fuga tractabat. verum id populus sensit, & circa eum fusus, ne se negligeret, precabatur: decere illum neque inimicos fugere, neque amicos deserere, & quasi tempestate oppressa naui desilire, qui ad eam tranquillo mari venisset. Iosephus præterea præsentiam suam parum prodesse, se autem foris eis maximo emolumento fore. Non flexit his populum, denique pueri & mulieres, omnesque populū flentes ad pedes eius, precabantur ut socius foret, non inuidia salutis eius, sed spe propria. ille remanere statuit, & nunc tempus est, dicens, pugnans incipere, cum spes nulla salutis est. ad opera se conuertit, & cum pugnacissimis egressus, disiectis custodibus, vsque ad Romanorum castra excurrerat, nunc aggeres discerpere, nunc operibus ignem immittere tentabat: postero die similiter & tertio, ac per aliquot dies & noctes bellando laborabat. Iudæi cum semper aliquid agentes, priusquam paterentur, in ciuitatem refugerent, Vespasianus armatis imperat, ut eorum impetus declinarent, nec cum hominibus mori paratis mantum confererent, nil fortius esse desperatis: restingui eos, si proposito carcant, quasi flammam, si materiam non inueniat. nulla tamen telorum non inueniat. Tandem Vespasianus existimans se magis obsideri, arietem admouere decreuit. balistis igitur missiliumque machinis arcebat eos Iudæi muro, & cum nemo auderet muros ascendere, ipse arietem applicabat: & primo quidem ictu mœnia concussa sunt. Iosephus autem eodem loco sæpe feriri, neque multò post murum disturbatum iri prospiciens, saccos confertos paleis, quæ feriri videbat, demittit ex muro, ut eo modo ictus erraret, quæ res multum Ro. obfuit. contra hoc ipsi proceris contis exhibitis, in summo falces, quibus saccos excidebant, alligarunt. hoc modo murum rere fecerunt. Tunc Iosephus & socij, ad ignis auxilium confugerunt, accensumque totum quod aridæ fuit materiæ, tribus in locis pariter inflammauerunt, vnaque machinas & aggeres concremauerunt, adhibitis bitumine, sulfure & picce. Tum Eleazarus Adadæ filius, saxum tanta vi super arietem ex muro demisit, ut machinæ caput abrumperet, qui tandem quinque sagittarum vulneribus fixus est. Post hunc duo iuuenes super milites decimæ legionis profilucere tanto impetu, ut etiam Romanorum acie perrupta, omnes in fugam verterent. præter hos Iosephus & cætera multitudo, raptis ignibus, machinas & refugia incendunt. Rursum Romani post meridiem erectam arietem ad eam partem, quæ pridem quassata fuit, appulerunt, ibi Vespasiani plantam quidam vulnerat. obstupescit plures, ad ducem concurrunt, & maximè Titus metuens patri. facile tamen pater timore filium, & perturbatione liberauit exercitum. bellum sequens incitat. ibi verò vltor quisque imperatoris omne periculū adire cupiebat, & cum clamore

Stratagemata
Iosephi.

Aquæ penuria.

clamore murum petebat. Iosephus & sui non dererantur à muro: ibi plurimi pro Iotapata pugnantes, fortiter decidunt. Tandem circa matutinas vigiliis murus ictibus cessit, quem mox restitunt ut possunt. manè ordinatis aciebus, Vespasianus civitatem aggreditur, triplici acie circumdans: intus nemo ociosus, signo dato, exterius missis vndique sagittis, lux obscurari coepit. Iosephi focij memores præceptorū, & aduersus clamorem obstructis auribus, & contra sagittarum vulnera corporibus communitis, cum admouerentur pontium machinæ, ipsi eas cursu, & antequam hostes pedem ponunt in his, occupant: nec prius à Romanis diuellerantur, quam vel caderent, vel occiderentur. Verùm Iudæis perpetuò dimicantibus, cum nec vnde mutarent propugnatores haberent, inuicem se adhortati sunt. Interim Iosephus feruenti oleo milites Ro. perfundi iubet. hæc res ardentium Romanorum aciem dissipauit: siquidem facile à vertice ad pedes vsque per totum corpus intra arma oleū fluebat, carnemque cum ossibus depascebat. Romani licet oleo perfusi pati viderentur, succedentes tamen alij incurrabant. Iudæi dolo vsi, cum fœno Græco decocto tabulata pontium perfundunt, quibus Romani firmo pedestare non poterant, alij resupini calcabantur, alij deieciabantur, & à Iudæis feriebantur: cum dux talia pati milites videret, à pugna suos reuocat. fuit eius pugna dies xx. mēsis Iunij. Vespasianus ubi vidit exercitum accensum ira, aggeres altius tollit, tres turres ferro vndique tectas erigit, iaculatores & fundibularios imponens: qui cum non conspicerentur propter altitudinem turrium, ipsos verò stantes super muros facile cernerent ac telis appetere, murū deseruere Iudæi. Iotapatenis autem diu durantiibus, & præter spem aduersa tolerantibus, quadagesimo & septimo die Romanorum aggeres super murorum altitudinem sunt elati: quidam ad Vespasianum tum profugus, paucitatem ciuium & fatigatos edocuit, & si circa matutinum ingrederentur Romani, capi civitatem posse existimabat. hora igitur indicata, ociosè exercitus ibat ad muros, primusque incedebat Titus cum vno ex chiliarchis, paucis comitatus: interfectisque vigilibus, in civitatem ingreditur, & post eos nonnulli alij. arce occupata, cum hostes in medio versarentur, iam dies erat, necdum hostem fenserant Iudæi, sed soporati circumnucniuntur, totusque exercitus ingreditur. Romani omnes trucidant. itaque illo die immanissimam multitudinem interemerunt, postea in omnes viciscuntur per latebras, præter infantes & fœminas, 40. millia connumerata sunt excidij tempore, at Romani omnia deinde incendunt anno 13. Neronis, Calen. Iunij. Romani verò Iosephū requirentes, & propter indignationem, & quia captus maxima pars belli esset, ille in excidio civitatis in puteum profundum, cui altus specus in latere erat, se subtraxit, ubi xl. alios latitantes offendit, cumque omnia ipsius causa maximè obseruarentur, tertio die capta muliere, indicatus est. Tum Vespasianus propter duos chiliarchos pacem daturus Iosepho, mittit, ut ascenderet. quibus rogantibus, & fidem pro salute dantibus, minimè paruit, timens ne in poenam vocaretur, donec Vespasianus tertium chiliarchū Nicanorem, Iosepho notū, eò misisset. is enim quàm dulce esset in eos Romanorum ingeniū referens, quos subiugassent, quodque ipse virtutis suæ causa magis admirabilis quàm inuisus ducibus haberetur, esse imperatori studium eum conferuare, non perdere, addebat, nec Vespasianum misisse amicum ut deciperet, neque se facturum, etiam si postularet. Verùm Iosepho adhuc titubante, tentabāt quidam ignem submittere speluncæ, sed Nicanor prohibebat. Interim somnia reminiscitur Iosephus, quibus ei Deus futuras Iudæorum clades indicasset, occultas Deo preces persoluit, & quia Iudæorum, inquit, labefactari tibi res creator placuit, fortuna verò ad Ro. tota migravit, animamque meam quæ futura prædiceret, elegisti, do quidē manus spontè Romanis, & viuo: testor autem quod non proditor, sed tuus minister ad eos ibo. simul his dictis, Nicanori consentiebat. Verùm cum hi qui secum erant, Iosephum intellexerunt cessisse, circumstant vniuersi, plurimū ingemiscientes, patriæ leges ubi sunt? tu Iosephe captus es, lucemque intueri pateris? quàm citò tu oblitus es, qui multis pro libertate mori suastisti? falsam profectò fortitudinem habebas. Deciperis, qui salutem apud eos speras, cum quibus ira dimicasti, aut etiam si hoc certum sit, te seruare cupis: sed quoniam Romanorum fortuna obliuionem tuā fecit, nos patriæ gloriæ gloriæ consulentes, & dextram tibi & gladium commodabimus: tu si spontè moriare, dux Iudæorum: si inuitus, proditor morieris. Timens Iosephus impetum, argumentis maioris sapientiæ aggreditur: Vt quid tantopere o focij, propriæ necis auidi sumus? aut cur inter se amicissimas res corpus

Oppugnatur Iotapata.

Feruentis olei in prælio vsus.

Fœnū Græcum.

Excidium Iotapata.

Iosephus à Rom. reperiens.

& animam in diffensionem vocamus? mutatum me quis dicet. scio optimum esse in bello mori, sed lege belli, hoc est, hostibus trucidari. proinde si Romani hosti suo parcendum putant, quanto iustius nobis ipsi parcemus? pulchrum est pro libertate mori, fateor, pugnando. nunc autem neque prælio nobis obstant hostes, neque nos interficiunt. Itidem autem timidus est, qui mori non vult cum oportet: & qui vult, cum non oportet. præterea quis nos metus prohibet ascendere? nonne mortis ergo eam quæ nobis suspecta est & dubia, certam ipsi nobis irrogabimus? an viri fortis est seipsum occidere? immo ignauissimi. nam & nauā timidissimā puto, qui metu tempestatis ante turbinē submergit spontè nauem. quin etiā propria manu perire, à communi omnium animalium natura abhorret, eo quoque in Deum scelus committimus. nullum est animal quod industria sua moriatur, siquidem naturæ lex, ut velint viuere, omnibus insita est. idcirco qui nobis adimendum id putant, hostes ducimus, & insidiatores poena persequimur. Deū verò indignè ferre nō arbitramini, si donum eius despiciamus? ab illo accepimus ut effemus: rursum ut esse desinamus, illi reddendum est. Corpora quidem cunctis ex caduca sunt materia fabricata, anima verò immortalis. Si quis ergo depositum hominis subripuerit, pessimus statim & perfidus habetur: si Dei depositum in corporibus nostris collocatum quis abiecerit, minimè inultū manebit. & seruos fugitiuos vlcisci iustum creditur, quanuis nequam dominum fugerint. ipsum optimū Dominū fugere licebit? an ignoratis quod eorū qui naturæ lege è vita exeunt, perpetua laus domusque, ac familia stabiles sunt? puræ autem animæ retinent lorum in cælo sanctissimū, olim rursus accepturæ id corpus quod reliquerunt. quorū verò manus in seipfos infanierint, eorū animas orcus suscipiet, authoresque iniuriæ Deus per nepotes vlciscetur. Hoc uti Deo inuisum est, ita legibus suis inprimis detestatur. Denique qui se occiderint, apud nos ad occasum solis vsque insepultos abijci decretum est, cum etiam hostes sepeliri fas esse ducamus: apud alios autē dextræ iubentur abscindi, quæ in suum corpus armatæ fuerant. Pulchrum est igitur o focij iusta sentire, neque humanis cladibus addere, ut creatorē omnium impietate lædamus. si salui esse volumus, salui simus: sin mori placet, ab his occidi pulchrum est qui nos ceperint. Equidem & Romanorum insidias expeto. nam si hi me post iunctas dextras occidunt, mendacij perfidiam pro solatio victoriæ ac gloria perferā. Multa in hunc modum Iosephus, ut suos à cæde dehortaretur. illi obstructis auribus, desperatione qua se iam dudum morti deuouerant, concitantur, cum gladijs sibi occurrentes, ignauiam exprobrabant, eum adorientes. ille autem cum alium benignè appellaret, alterius dextram præhenderet, alium precibus exoraret, ut sibi parcerent, perinde eum atque truces bestię circumsteterunt. Non defuit in ea desperatione cōsiliū. fretus Dei prouidentia Iosephus, salutem in periculum mittit: & quia mori, inquit, decretum est, agite, cædes mutuas fortiamur, neque sua quis dextra iaceat cui obtigerit, manu sequentis occumbat. iniustū est enim, cæteris interemptis, vltimum saluū esse. visus est vera dicere, & sic mors cuique ut sorte obtigerat, suscipitur, quasi mox etiam duce morituro: cum Iosepho enim perire, vita dulcius æstimabant. Remansit autem cum altero, consultoque prospiciens, ne vel forte grauaretur, vel si nouissimus superesset, gentilis se cæde pollueret, illi fide interposita persuasit ut viueret. Hoc modo liberatus, ad Vespasianum per Nicanorem ducebatur. omnes autem Romani visendi eius gratia concurrebant. varius tumultus erat. rectorum nemo fuit, quin licet antè irasceretur, viri ad spectu mitior factus esset. Titus verò præ omnibus, quàm fortis Iosephi animus, qualisque fuisset in prælijs, & qualis nunc in hostium manibus, reminiscitur, plurimamque salutis ei pars Titus extitit apud patrem. Vespasianus cum custodiri præcipit quasi missurus Cæsari. quo audito, Iosephus aliquid se soli dicere velle ait, summotisque omnibus, præter filium Titum ac duos amicos, Tu quidē Vespasiane tantum me captiū tenere putas, ego tibi maiora dico, ad Neronem sine causa me mittis, tu Cæsar & imperator atque hic filius tuus: nunc autem me colligato artibus, ad poenam referua, si in dominum ista confingo. His dictis Vespasianus fidem non habebat, licet in alijs veracem deprehenderat. in custodia detineri iubet, ac benignissimè foueri, Tito operam præstante. Vbi apud Hierosolymam casus Iotapata nunciatus est, fama tantum volante, simul quod Iosephus peremptus esset, amissorū quisque lugebatur. ducis autem luctus publicus erat, ut per dies xxx. nunquam lamenta cessarent. Tempore verò veritate reuelata, Iotapatam excisam, Iosephum viuere cum Rom. ac supra fortunam à ducibus honorari, tantam in eum viuū iracundi-

Num viri sit, sese interficere.

Poena eorū qui se interficiunt.

Vespasianus postēdi imperium, Iosephus prædicit.

am, quantam, cum mortuum crederent, benevolentiam conceperunt: ab his ignavia, ab illis perfidionis arguebatur. Vespasianus autem studio visendi regni Agrippæ ingreditur. nam rex inuitaratus eum cum exercitu, ibique per dies xx. milite recreato in epulis erat. postea Tiberiada res novas moliri, & rebellare Taricheas audivit. contra Tiberiada exercitum misit, quare ciues pacem petiere. Iesus vero cum socijs, non ratus sibi tutum ibi esse, in Taricheas confugit. Vespasianus postero die acies disponit, nauali prælio multis obtutis, Taricheas cepit, occisis sex millibus & quingentis. pugna peracta, pro tribunali residens, nocentes ab innocentibus discernēbat. seniores cum imbellibus qui mille ducenti erant, iussit occidi. iuuenem autem validissimos 6000. lectos, Neroni transmisit, cæteram multitudinem supra 30000. vendidit, præter alios quos Agrippæ donauit. Reliqui è vulgo, quod erat apud Trachonitas, Galonitas & Ioppenos, pluresque ex Gadaris capti sunt, postea ad Rom. quique confugiunt, præter Iscala & Itabirium. cum his rebellabat Gamala, Sotani & Seleucia. Quantâ stragem Romanus miles in his capiendis passus sit, longum esset narrare, præsertim in expugnatione Gamalæ, & post in Itabirio, vnde multi in Hierosolymam refugiebant. Apud Gamalam etiam quique fortissimi fuga dispersi latebant: militia, adueniente Tito, trucidata est. capitur autem die 23. Iam solùm Giscala restabat Galilææ municipium. erant ibi multi, pacem desiderantes. his permixti erant seditiosi quidam, quos ad defectionem impellebat Leui filius Iohannes, homo fallax & immoderata sperare promptus. Vespasianus contra hos Titum mittit, qui videns plenos hominibus muros, mirari se ait, quo freti, cunctis iam ciuitatibus Galilææ captis, illi soli Ro. arma operirentur, cum tamen pacem habere possent. His dictis, popularium neminem seditiosi ad murum permiserunt ascendere. custodes erant portis apposti, ne quis ad Rom. prodiret. Iohannes autem & ipse amplecti se conditiones ait, illum tamen diem Iudæis sacrum, in quo non liceret de pace conuenire. nam cupiebat rem in noctem differri, qua fugæ via daretur. induciæ dantur. exercitus etiam ad vnam ciuitatis partem duntaxat se collocat. Nocte Iohannes cum armatis hora opportuna, in Hierosolymam fugiebat cum omnibus qui sequi volebant. luce facta, Titus ad muros aderat foederis causa, atque populus patrefactis portis eum recepit, ac quod eos liberauerit, gratias agit: Iohannis fugam significat, & vt sibi parceret, rogabat. Galilæa quidem tota, postquam multo sudore Romanos exercuit, hoc modo subacta est. Apud Hierosolymam verò ad Iohannis introitum populus omnis effusus, de cladibus perscrutabatur perpeffis. verum illi in malis arrogabant sibi, non vim Ro. fuisse dicentes, sed sponte venisse, vt arma potius pro metropoli seruanda susciperent, significando tamen excidium Giscalorum, vnde nō mediocri populū perturbatio tenuit. At Iohannes singulos circumiens, spe ad bellum incitabat, infirmitatem Romanorum asserens, proprias vires extollens, quin pennis etiam huius vr̄bis mœnia non posse superari. Tanta erant in grauissimo discrimine temeritate Iudæi. His dictis corrupti sunt iuuenem animi: prudentiorum autem nemo erat qui non lugeret ciuitatem, veluti iam perditam. Itaque dissensiones apud omnes erant. tum ciuitas à nullo regebatur, & omnes recipiebat sine delectu, quasi cuncti adiumento venirent. Ea res ciuitatem pessundedit, quod iners & inutilis multitudo alimenta consumpsit, atque præter bellum seditioem atque famē comparauit. Eo in tempore nullum facinus atrox omitebatur, cædes rapinæque fiebant, non clam, sed palam, nec in plebem, verum nobilissimos quosque. Nam primum Antipam regij generis virum, custodiæ manciparunt, post hunc Leuiam præstantem, pluresque in ciuitate nobiliores, qui præstare videbantur. grauissimum tum seditiosorum turbam metus inuasit, vt velut occupata ciuitate, quique suæ salutis consulerent. quare non tutum putantes ea potentia viros diutius custodire, ne fortè populus incitaretur ad rebellandum, decreto eos occidi iubent: fingebant causam sceleris, cum Romanis eos de traditione vr̄bis collocutos, & libertatis proditores interemisse se gloriabantur, quasi de repub. benè meriti essent. Venit in eorum potestatem pontificum designatio, probis non obediebant, polluti sancta introire cœperunt. Iam autem contra eos populo concitato, Ananus æuo maximus pontifici, sed & sapientissimus, vbi vidit hominem rure abstractum, indutum sacra veste, ac ludibrio legem fieri, concione vocata, stans inter eos medius, ad legem collachrymans crebrò respectabat: Magis ait, mori satius est, quam vt Dei domicilium videam atq; inaccessa sceleratorum pedibus frequentari. Igitur solus ibo, & tanquam in solitudi-

Agrippæ ho-
spicio acci-
pit Rom.
exercitum.

Gamala.

Giscala.

Ioh. Gisca-
leni dolus.

Galilææ to-
tius sub-
actio.

Sacra & rē-
pu. Hieroso-
ly. Zelotæ
tyrāni per-
turbant.

ne animam solam dabo pro Deo. nam quid opus est viuere in populo cladem suam non sentiente? Siquidem rapti patimini & verberati, & ne gemitu quisquam vlcicatur peremptos. O rem acerbam, quid de tyrannis queror? nonne vestra paciētia nutriti sunt? nunquid non tacendo plures fecistis, & in vos arma vertistis? vestra socordia res periere, bonos à tyrannis trucidari passi estis, iam sacra etiam conculcari sinistis. An Ro. expectatis, vt sanctis vestris opitulētur? eò nostræ ciuitatis res venere, vt miseretur nostræ etiam hostis. Non exurgetis o miseri? quod etiam bestia faciunt, non vtrum ibitis percussores? vos seruitutis ac dominorum amantes, ad eone maiorum virtutem liquistis, qui grauissima bella, vt in libertate manerent, pertulere? Et quid opus est de maioribus loqui? hoc ipsum bellum, quod cum Ro. gerimus, quid habet causæ nisi libertatem? ergo qui dominis totius orbis seruire renitimur, gētiles nostros ferimus tyrannos? quin etiam si à Ro. capti fuerimus, illorum tamen donaria in templo est cernere, istorum verò spolia: qui nobilitatem huius ciuitatis trucidant, inter media sancta deambulant prophanis pedibus. Quis igitur externum bellum metuat, cum nostris facinoribus dignum non possit excogitari supplicium? plerique fortasse multitudinem tyrannorum atque audaciam reformidant, & quod in loco superiori existunt: hæc vestra negligentia est, magisque proficient sceleratissimorum concursu, si moramur. en præbeo manum & consilium, nec corpori meo parcendū erit.

His Ananus contra Zelotas populū hortabatur, & cum idoneos cerneret atque ordinaret ad prælium, Zelotæ conatibus eius cognitis, exploratores enim qui omnia proderent habebant, in pontificem commouentur: moxq; insurgunt, insiliētes per cuneos, neque cuiquam obuiō parcebatur. Citò Ananus populū congregauit, multitudine quidem superiorem, armis autem inferiorem. Illi arbitrati se in ciuitate minime habitare posse, nisi Zelotas eximerent: hi verò nisi vicissent, nullum se non subituros supplicium, procedunt. multæ cædes vtrouque fiebant. populares vulnerati, in domos suas referebantur: Zelotæ in templum, sacram humum cruore perfundentes. Ananus vim suis factam non ferens, templum vnā cum suis irrupit. Illi in murum interiorem recepti, ianuam occludunt. verum Anano portis sacris manus inferre non placebat, ex omnibus autem suorum sex ferè armatorum millia in porticibus collocat, succedentes verò his in excubijs per ordinem ponit. Fit autem his omnibus exitij causa Iohannes, qui ex Giscalis effugerat. ille immoderatis Ananū & populi principes placabat obsequijs. proditor autem erat, fidem se populo seruaturum iurauit. Itaque illi Ananus credidit, eum ad Zelotas concordia causa legatum misit, quibus quo in periculo eorum causa sæpe stetisset, prædicat, & quæ Ananus cum socijs excogitasset, persuasisse populo vt ad Vespasianum legatos mitteret, ad capiendam ciuitatem venturum. Consilium præterea se habere ait, quod dicere non auderet, significans Idumæos in auxilium vocandos, quibus Ananus præuenire possent. Eleazarus Gionis filius & Zacharias, Anani factionem extollentes, diu quid agerent dubitabant. tandem aduocari placuit Idumæos. scripta epistola, quod circumuento populo, Ananus vellet Romanis metropolim prodere: ipsi autem pro libertate certantes, in templo custodirentur: ac nisi maturè subuenirent, sese Anano, ciuitatem Romanis ilico subigendam. pleraque legatis referenda ad hæc mandabant. Idumæi epistola mandatisque attoniti, quasi furibundi discursabant, militiam denūciare cœperunt, ad motus gens facilis atque semper suspensa, mox multi pro libertate metropolis arma capiunt. cōgregati autem propè ad 20000. Hierosolymam veniūt. Ananus vbi hæc cognouerat, portas aduersus eorum impetum clausit. precibus enim ad concordiam eos flectere conabatur. stans ergo in aduersa turri post Ananū Iesus pontificum æuo longissimus: Cum multæ, inquit, & variæ turbæ tenuerint ciuitatem, in nulla re magis mirandum, quam quod perditissimis hominibus auxilio contra nos tanta alacritate venistis, quanta nec in barbaros vocati. Equidem si similes illorum mores vestros putarem, in graue discrimen incidissemus, Sūt enim illi mille mortibus digni. nam purgamenta plebis, luxu absumptis patrimonijs, postquam in exterioribus auaritiam exercuerunt, postremò in sacram ciuitatem clam influxere, latrones sancta loca immanitate scelerum polluerunt, spolia honestorum consumentes. Vestra verò multitudinis talis est apparatus, qualem deceret esse, si contra alienigenas publico consilio metropolis inuitaret. quid est nisi fortunæ iniuria pro nequissimis arma vestra præparasse? quæ causa, quæso, vt arma pro latronibus aduersus cognatū populū caperetis? Sed cum prodicionis nos metropolis accusant, vos considerare

Iudæorum
sanguine
templum
polluitur.

Idumæi Ze-
lotis auxilia
mittunt.

oportet, qui nos insimulant, fidem contra nos non ex confictis colligere. quid enim si nunc receperimus Rom. cum ab initio licuerit aut ab his non deficere, aut quia defecimus, citò venire in gratiam, priusquam omnia vastarentur? sanè quod in me est, pacem morti antepono. semel autem bello inuolutus, gloriosam mortem vita capriui aestimo potiore. sed dicant qui fuerint proditorum ministri. cum iret aliquis, deprehensus est? literas nacli sunt? donec sine metu fuerunt seditiosi homines, neminem nostrum proditorem suspicabantur: sed in periculo commenti sunt, ut vos in amicorum caedem prouocarent. At vos oportet, quia cum armis venistis, primum, quod iustissimum est, adiunare metropolim, & vnà nobiscum tyrannos eximere, qui calcatis legibus, iura suis gladijs permiserunt: nobiles viros non accusatos, ex foro raptos, primum vinculis cruciarunt, deinde neci dederunt. videbitis desolatam domos rapinis, coniuges in veste lugubri. tanto perciti furoribus, ut latrocinantibus ex agris ac vicis in phanum transtulerint. attamen licet vobis, armis depositis, cognatorum habitu introire ciuitatem, ac de nostris discordijs iudicare. Interim itinera obseruate, ne cum Ro. quicquā agamus. Si verò neque nobiscum esse, neque inter illos & nos iudicare vultis, restat tertium, ut relictis vtrisque partibus, nec nostris cladibus insultetis, neque cum insidiatoribus maneatis: sin horum nihil gratum est, ne portarum claustra miremini, dum arma portatis. Hæc ferme Iesus. Multitudo autem Idumæorum non attendebat, ardens iracundia, quod non paratum habebat introitum. Tunc vnus ex eis Simon, non se mirari, inquit, libertatis propugnatores in templo custodiri inclusos, cum ipsi cuncta genti clauerint ciuitatem communem, & Rom. quidem fortasse coronatis iam portis recipere sint parati, Idumæos ex turri alloquantur, capta iubeant pro libertate arma abijci, cognatis non credentes custodiã ciuitatis, iudices eos discordiarum fieri vellent, accusando quod indemnatos ciues occiderunt, cum ipsi totam damnent ignominia natione: denique urbem omnibus alienigenis patentem, clausistis domesticis. quis cauillationem vestram pertulerit, cum res repugnantem videat? nos à patrijs sacris arcetis, ideo pro communi patria pugnabimus. manebimus pro muris armati, donec aut Romani vos à periculo liberent, aut ipsi mutemini. His dictis Idumæorum multitudo consensit. Iesus autem tristis recessit, quod nec Idumæos quicquam sentire moderatum, & duplici bello ciuitatem oppugnari videret. Illi prope murum tabernaculis positos, manebant. Nocte illa velut graui hyeme, immensa vis imbrium ventorumque, vulgi animos terrebant, certum erat hominum exitio mundi statum esse turbatum. Idumæi densatis corporibus inuicem se fouebant: Zelotæ verò magis illorum quam suo periculo cruciabantur, ardentes vi armorum custodes inuadere statuerunt, prudentiores verò dissuadebant. Nocte profunda ferris templo sacratis portarum vectes secant, phanumque egressi, ad murum clanculum veniunt, secretamque portam aperiant, & si tunc manum in populum iniectissent, totum trucidare potuissent. His ingressis, mixti Zelotæ cum Idumæis, in custodes irruunt. cæsis nonnullis, omnis multitudo suscitata est. raptisque armis, ad vlciscendum currit, solos putans Zelotas. sed cognitis Idumæorum auxilijs, multitudo obstupescit. Nemini Idumæi parcebant, quod hyeme grauius affecti, non erant hospitio accepti: his qui se non intromiserant, pro inimicis vtebantur. nullus fugiendi locus, nec spes erat salutis: octo autem millia mortuos dies inuenit. Veris in ciuitatem manibus, Idumæi omnes domos diripiebant, pontifices inuentos statim obruticant. Ananus itaque perijt vir laudabilis atque iustissimus, libertatis autem maxime fautor erat, eodem modo proprijs communes semper pretulit utilitates. Et quidem non errauerim, inquit Iosephus, si Anani mortem dixero perituræ ciuitatis initium. apud illum iacebat & Iesus, vterque nudus, canibus & feris miserabilis præda. Paulo post dum Zelotæ simul cum Idumæis fedassent totam sanguine ciuitatem, paulatim eorum detegitur inuidia, inueniunt Idumæi eos contumeliosos, & qui falso proditorum accusassent populares, venisse eos poenitebat, nec gesta eorum placebat, domum recedere, malorumque societatem vitando cuncta diluere flagitia properabant, quæ non sponte, sed decepti commississent: unde recedebant illis, paululum populum creatus est. crenit autem Zelotarum insolentia, quasi his essent liberati, quorum pudore ac reuerentia criminibus passim temperabant. Denique nulla iam erat facinorum mora, maxime autem in viros fortes atque insignes caedibus sauebant. itaque occisus est Gion, dignitate simul & genere præstans, post eum Niger. pars autem plebis nulla erat, cui ad interitum non excogitaretur occasio. Romani his auditis, Vespasianum incitabant, ut mox dum discordes essent, ciuitatem inuaderet. ad quod ipse, plurimum eos, quid conueniat, ignorare: nam si

Tempestas
futuri exitij
prænuincia.

Sæuitia Ze-
lotarum in
ciues.

statim ciuitatem aggredieretur, causam hostibus fore concordiam: sin expectaret, domestica seditione consumerentur. Deum nanque melius, quam ipsos, disponere, qui sine labore Romanis Iudæos traderet, nec esse nunc tempus quod muniant foribus ciuitatem seditionibus occupatam. His dictis rectores militum consentiebant, moxque apparuit vtile consilium, cum singulis diebus multi confluerent ad eos, fugiendo Zelotas. erat autem fuga difficilis. omnes enim exitus custodiebantur. Illi ad hoc crudelitatis venerunt, ut neque intus neque extrà occisus humum concederent, veluti cum patrijs legibus etiam naturæ iura disturbare pepigissent: sepelientibus autem suorum funera mors imminebat: factumque est ut superstitibus mortui, veluti adepti requiem, beatiorem viderentur. Ridebatur diuinitas, prophetarumque responsis illudebant: tempus aduenerat, vetus enim verbum erat, tunc demum ciuitatem captum iri, sancta quoque flammis exurenda esse, cum lege belli seditione fuisset exorta, phanumque Dei propriæ manus violassent. quod Zelotæ fecerunt. Contigit per idem tempus seditiosos diuidi. nam Iohannes iam dudum tyrannidem affectans patriæ, nequiores sibi adiungens, ab alijs separabatur, decretis eorum non obediendo, suaque iubendo, impius, volens solus dominari. iungebatur ei plures, alij metu, alij gratia. erat oratione & ingenio non tam fallax, quam acceptus.

Vastata Galilæa, Neronis Cæsaris mors Vespasiano nunciatur. quare in omnem occasionem intentus, paulum quiescere statuit. iam post Galbam cæsum, Orthonem suis manibus peremptum, Vitellium à Germanicis legionibus salutatum imperatorem accepit, qui cum ob id beneficium legiones in molliorem militiam transferre volebat, inuitis Flauianis, Vespasianus à suis vno consensu imperator est saluatus. Inde Vitellius in Italia, ut supra scripsimus, à Flauianis est cæsus. Cæsar Romam post eam hyemem rediit, Titum filium exercitui præfecit. Inter hæc recordatus est Iosephi, qui eum, Nerone viuo, ausus est imperatorem nominare. habebatur is adhuc in vinculis, unde consilio omnium solui iubetur. Titus verò, iustum est pater, inquit, non soluere, sed castenas rumpere. nam & id agi solet in his, qui non recte sunt victi. Eadem Vespasiano placebat. & quidam interueniens, securi catenas abrupit. Interea tam Hierosolymis aliud excitatur bellum. erat Simon Gioræ filius, Gerasenus, ætate iuuenis, dudum ab Anano pulsus: is ad latrones peruenerat qui Masadan occupauerant. Mortuo Anano, prædandi ac dominandi cupidus princeps latronum, cum 20. millibus ad fines Idumæorum peruenit, multis eos affligens. tandem proditorum cuiusdam Idumæi, cui Iacobo nomen erat, sine pugna omnium Idumæorum obtinuit principatum: facile eum quadraginta millia sequebantur, ita vastauit paulatim omnem Idumæam. At Zelotæ in auxilium tandem ab Idumæis vocati, aperto bello cum Simone configere non audebant: insidijs verò per itinera collocatis, uxorem Simonis rapiunt. quo facto, illi ira, non misericordia coniugis, peruaferat. ad muros Hierosolymorum venit tanto impetu, quod Zelotæ metu perculli, mulierem ei remiserunt. Simon ubi uxorem accepit, reliquias Iudæa inuadit. deinde ciuitatem obseruans, operariorum qui ex agris veniebant, multitudinem captam interficiebat, eratque populo foris Simon Rom. terribilior, intus Zelotæ vtrisque fauiores. Itaque collecti pontifices ac populus, deliberabant quoniam pacto impetum præcauerent: sed profecto Deus sententias eorum in deterius vertit. nam Iohannem deijcere, Simonem recipere statuerunt, missoque Matthia pontifice, rogant Simonem ut ad se introiret, ipseque adesset. ille nimis superbe dominum se fore pollicitus, veluti ciuitatem liberaturus, ingreditur, cum salutis eum datorem ac defensorem sui clamor populi designaret. ubi verò cum suis copijs introiit, mox de propria potentia deliberavit: nec minus eos à quibus rogatus erat, quam eos contra quos fuerat vocatus, inimicos putabat. Iohannes cum multitudine Zelotarum templo exire prohibitus, bonis suis quæ in ciuitate habebat, spoliatus, templum etiam adiuuante populo Simon aggreditur. multæ strages, multæ pugnæ, machinarum autem missilia delata longius, multos pugnantium perimebant. Interea Eleazarus Simonis filius, qui ab initio Zelotas à populo in templo separauerat, indignari simulans ob ea quæ Iohannes in dies singulos auerteret, cum nec ipse à caedibus temperaret, re autem vera subiectus esse noluit: occupato cum complicitibus in magno numero interiori templi ambitu, super eius portas in sacris foribus arma ponit, & abundare se necessarijs confidebant. Iohannes autem quantum superior erat multitudine, tanto loco superabatur. crebri fiebant impetus & missilium iactus, totumque polluebatur caedibus templum. & sic contigit seditionem ciuitatis trifariam diuidi, & alteram partem in alteram verti. nam & Simon, quem desperatis rebus introduxerant, superiorem ciuitatem retinens & infe-

vindicta eorum qui facta temerè.

Vespasianus saluatus Imp.

Iosephus liberatur.

Simon.

Triplex seditio in Hierosolymis.

rioris plurimam partem, animosius iam Iohānem adoriebatur, quasi qui desuper impugnaretur. Iohannem eueniebat duplici bello lædi pariter ac ledere: quantoq; vincebatur, eo quod esset Eleazaro humilior, tanto plus lædebat, Simone celsior. ergo diuiliis trifariam insidiatoribus, Eleazarus quidē eiusque socij, qui sacras primitias conferuabant, in Iohannem ebrij ferebatur: qui verò huic parerent, plebē diripientes, in Simonem rebellabant, cum ipsi quoq; Simoni cōtra diuersā partis seditiosos alimento ciuitas esset. denique contigit vnā exuri omnia circa templum. Vndique autem insidiatoribus ciuitatem expugnantibus, medius populus velut aliquod magnum corpus la cerabatur. senes ac mulierculę in testinis malis attoniti, pro Romanis vota faciebant: externumq; bellum, quo domesticis liberarentur, expectabant. miserum erat videre: neque reuerentia viuus, neque cura sepulturę mortuis habebatur. Per idem tempus Titus Casarem veniens, exercitum ordinat in Hierosolymam. at progredientem in hostilem terram antecedeabant regia omniaq; auxilia, post eos viarum stratores castrorumq; metatores, deinde rectorum sarcinę atq; armati, post hos ipse Titus cum lectis militibus, quorum agmen equites sequebantur, post circum aquilam signa, & ante signa rubicines, deinde senum ordo: seruire autem vulgus à tergo cuiusque agminis, & ante hos sarcinę: omniū verò nouissimi, mercenarij custodes & coactores armorum. Appropinquans valli cuiuspiam, quę distat stadijs ab Hierosolymis ferè 30. subsistit: sexcentis propè lectis equitibus comitatus, perrexit versus ciuitatem, Iudæorum animos exploraturus, si fortè priusquam veniret exercitus, metu cederent. audierat enim, à seditiosis & latronibus obsessum populum desiderare quidem pacem, sed quia rebellantibus infirmior esset, nihil conari. at vbi itinere ad turrem faxeam tranuersum agmen equitum duxit, infiniti subito prosiliunt, portaque egressi, equitatum intercidunt, Titum cū paucis separāt. ille enim vltra propter fossata non poterat ire, neq; ad suos, interueniente hoste, redire. Itaque in sua tantum virtute spem esse prospiciens, flectit equū, clamoreq; comites adhortatus in medios hostes irruit, vi ad suos transire festinans: quo tempore intelligi potuit, belli momenta & imperatorum pericula Deum curare. tot enim missilibus iactis, cum neque galea esset neque thorace seprus, processerat enim explorator, omnia, quasi sibi parcerent, præteruolabant. Gladio verò semper à lateribus instantes dirimens, multosq; subuertens ante ora, Titus cum cæteris, oppressis tantum duobus, saluus in castra peruenit. Cesar luce prima ad locum qui Scopos appellatur, accedit: vnde iam & ciuitas, & clara templi edificia conspici poterant. castra locis ponit aptis. intra ciuitatem verò sine requie confligentes, subito bellum foris interueniens refrenat. & cum stupore seditiosi Ro. castra inspectantes trifariam distributa, inter se iniere concordiam. mœnibus clausis, remissisque armis, Prospiciamus, inquiunt, ne Romanis lucro ex nostra seditione sine sanguine ciuitas cedat. His & alijs atque alijs se inuicem exhortantes, raptisq; armis, subito in legionem decimam ruunt cum ingenti clamore. illi autem in opera distributi, armis ob eam causam depositis, Iudæos excursuros non timebant. multi ad arma currentes, priusquam se in hostes dirigerent, feriebantur. augebatur Iudæorum numerus, videbatur enim fortuna fauere. Ro. præuenti perturbatione trepidare coeperunt, postremò castris pulsi, totaque legio in periculum venisse videbatur, nisi hoc sibi nūciato, maturè Titus tulisset auxilium, multisq; increpans ignauiam, & suos à fuga reuocans, in Iudæos irruens, multos occidit, plures verò sauciauit, omnes in fugam vertit. Illi postquam in aduersam vallis partem euaserunt, flectunt se iterum: & valle intercedente, cum Ro. dimicabant. Igitur ad medium diem ita bellatum est. post meridiem Titus his qui secum erant, in subsidium colloctis, alijsque aduersus excurrentes oppositis, reliquum agmen ad murum in summo ædificandū eduxit. Cumque speculator signum dedisset, multitudo tanto impetu prosiliuit, vt eorum cursus bestijs esset similis. denique in ascensu medio Titus cum paucis relictus est, multisque amicis monentibus vt Iudæis cederet, neque pro his qui ascendissent, in discrimen veniret, quos ante ipsam saluos esse non oporteret, vt pote orbis terrę dominum. Hęc autem non audire se simulans, ad se recurrentibus obstabat, eosque in ora feriens, multitudinem repellebat. Illi, qua erant audacia, fugiendo in latas flectuntur: quę cum hi qui superiora castra muniebant, vidissent, suspicati sunt Titum in fugam versus: totum agmen dispergitur, donec in medio versari imperatorem vidissent: pudore reuocati, totis viribus in Iudæos proruentes, urgebant eos in decliua: ita bis totam legionem liberans, castra muniendi copiam militibus præbuit.

Remis-

Remisso autem paulisper bello externo, iterum intestinum seditio suscitatur. azymorum enim die Eleazarus portam cum socijs aperuit, vt introirent qui templum adorare cuperent. quanquā enim ad omne genus rabidi ferebantur, tamen eos qui sacrificare cuperent, recipiebant. Iohannes autem die festo armis sub veste instructos per insidias inter alios submittit. illi postquam intrarant, abiectis vestimentis, subito armati apparent. magna fit turbatio. Inuadunt custodes, populares conculcant, plures interficiunt, reliquos in cloacas fugientes, ad cędē ductos, tandem reconciliant. fitque rursus vnus ex his, qui in templo se impugnabant, Zelotis: & seditio antè trifaria, in duas factiones secessit. Titus castra propius ciuitatem transferre cupiens, contra excursus posuit lectos equites & pedites: alium verò exercitum iussit, totum quod erat vsq; ad muros spatium complanare. His diebus Iudæi huiusmodi insidias parauerunt: seditiosorum audacissimi progressi extra muliebres (sic enim appellabantur) turres, simulantes pacis studio se expulsos, alij verò per muros populi nomine pacem implorabāt, foedus poscebant, portas se patefacturos pollicebātur. Tito autem suspecta erat inuitatio, milites loco manere præcepit. hi autē qui expulsi videbātur, militibus ad portas contra ducis præceptum obuiant. mox circunuenientes, à tergo persequebantur: stantes in muro, lapides & missilia profundunt. plures occisi sunt, vulnerari multi. Euadentes increpat Titus ira percitus, quod Iudæi cum deliberatione omnia facerent, Ro. verò contra morem sine duce certarent. circumfusa verò agmina Titum pro cōmilitonibus obsecrabant, paucorum temeritatem condonari, qui emendaturos se promitterēt. Placatus est imperator. nam vnus hominis factū vlciscendum putabat, multitudinis verò vsq; ad veniā promouendū. Ciuitas trino muro circumdata erat, nisi quā vallibus inuis cingebatur. ex ea nanque vnus muri ambitum habebat. & ipsa quidē super duos colles erat cōdita, contrarijs frontibus se aspicientes, interueniente valle discretos, in qua sita erant domus creberrimę. collium verò alter, in quo superior ciuitas, excelsior & in prolixitate directior, vbi fuerat quondam castellum Dauid, postea autem forum superius ædificatū est. alter vndique decliuus est, contra hūc erat & tertius collis, alia valle lata diuisus: erat & quartus collis, ibi pars ad dita ciuitati. omne autē ciuitatis in gyro spatium, 30. & tribus stadijs finiebat. quot verò & quales fuerint turres, quot porticus, quot propugnacula, quę facies templi, qui ambitus, vix sermone potest explicari. denique qua via aggeres Ro. perfecerint, simulque tres turres in aduersam ciuitatem, è quibus exteriorem ciuitatis murū ariete missō perurperint, similiter dicere omitto. nam rupto primo muro, omnes Iudæi relictis custodijs, refugerūt. portis Ro. patefactis, exercitū receperūt * 15. Nonas Maias. Titus post hæc secundum aggreditur murum. tunc partiti Iudæi, fortiter restiterūt: & Iohannes quidē ex Antonia turri & septentrionali porticu templi pugnabat, Simonis manus ab alia parte. sæpe autem prosilientes è portis dimicabant, neutros lassitudo fatigat, sed aggressiones murorumque oppugnationes, & excursus crebri per cuneos diebus totis agebantur. nulla quies, his quidem occupatum iri murum sperantibus, illis contra metuentibus: itaque in armis pernoctantes, prima luce vtriq; pugnare parati erant. Titus à septentrionali parte turri arietem applicat, in qua Iudæus diu Tirum moratur, pacem flagitans per dolum. cui Titus gratulari se ait, si omnes eadem sentire vellet, paratoque animo etiam ciuitati pacem daturum. sed paulò post comperit quæfisse rei dilatione dolum, donec Simonem vocarent. Quo intellecto, sensit misericordiam in bello nocere. impulsione arietis iracundia fraudis vehementius vtebatur. Iudæi, turri lectibus arietis nutanti, per cuniculos exeūt: quibus fugatis, intrat Titus, vbi noua ciuitas, & lanæ venditores erant, fabri æranij ac vestium mercatores. deniq; postquam ingressus est, neq; occidi quenquā admittit, neq; domos in cędi. plurimi nanque pendebat, sibi ciuitatem seruari, templū verò ciuitati. At bellicosos & seditiosos contrarium sentientibus, ac mortem populo nūciantibus, si verbum quisquam de traditione ciuitatis faceret: vnde factum est quod Iudæis per nota loca irruentibus, multa cęde Romani trucidarentur, recuperabantque eam partem ciuitatis, quam tamen post quarto die rursus Romanis prorruentibus amiserunt. Iam tertium murum aggredi cogitabat Titus, dieq; quinto cum omnia faciens Titus, Iudæos nihil pacatum cogitare sensisset, bifariam diuiso exercitu, Antonia versus ad Iohānis munimentū aggeres inchoauit, ista parte ciuitatē capi posse ratus, & per Antonia templū. cōsiliūq; factis admiscēs, & orationē sæpe armis efficaciorē cognoscēs, tam impios, vt seruari vellent, rogabat, tradita ciuitate quę iam capta videretur, ob quod Iosephū patria lingua

Titi agmen.

Hierosolymorum obsidio.

Pugna Iudæorum cū Ro.

Topographia Hierosolymorum.

* 15. calen.

Duo muri capti.

gua

Iosephus
suadet ciui-
tatem dedi.

qua orationem ad eos habere hortatus est. Itaque Iosephus murum circumiēs, simul- que extra iactum teli stans, vnde exaudiri posset, multis orabat, vt sibi ac populo parcerent, templo & patriā, Romanorumque vires pensarent, quibus resistere impossibile esset, hisque seruire non esse nouum neque inexpertum Iudais. nam licet pulchrum sit pro libertate pugnare, tamen in principio decere fieri: semel autē subditū, iugum si excutiet, male mortis cupidū. Debere dedignari dominos humiliores, non eos quibus subderetur orbis. Idcirco Maiores eorū, qui multum & armis & animis valuissent, cessisse Ro. quod, nisi Deū scissent illis fauere, nūquam perpeffi fuissent: & quid nūc referret resistere, cū magna ex parte ciuitas capta esset? Scire Ro. et si muri integri essent, exitio pariter & fame affectos esse ciues: quodque, si obsidionem Ro. soluerent, Iudeos tamē ciuilibus odijs intus agitari. addebat, optimum esse, ante intolerabilem calamitatem mutare sententiam, neque ante gestorum causa succensere Romanos, iracundiā praeferentes quod vtile esset: vtile autem putare, neque ciuitatem vacuum viris, neque habere desertam prouinciam. Idcirco nūc imperatorem velle cum his dextram iungere. His momentem Iosephum multi in muro stantes vituperabant, multi conuicijs & iaculis appetebant. ille cū eos minimē flederet, ad gentiles transit historias:

Iosephi ora-
tio.

Gen. 12.

Ex 3. 4. 5. 6
7. 8. &c.

4. Reg. 19.

4. Reg. 25.

1. Mach. 1. 2.
3. &c.

4. Reg. 19.

Iudaeorum
peruicacia.

O miseri, vociferās, vestrorum auxiliatorum immemores, armis & manibus cum Ro. bellum geritis, nonne respicitis quantum Deum auxiliatorem violastis? nonne recordamini opera diuina parentum? cognoscite non solum vos Romanis, sed etiam Deo resistere. Pharaō quondam rex Aegypti, Saram matrem nostri generis rapuit. quid igitur Abraham? armis ne vltus est iniuriam? puras manus ad hunc locū tendens, quem vos polluistis, inuictum sibi auxiliatorem ad militiam legit. nonne secuta vespera incorrupta Sara remissa est ad maritum, ac tremens Aegyptius, auro & argento amantissimos Deo donauit Hebraeos? Maiores vestri per annos quadringentos tyrannus subiacuerunt, cumque armis vlcisci possent semetipsos, potius Deo permiserunt. quis nescit, quibus praesidijs nostros parentes ab Aegyptiaca eduxerit seruitute? Rex Assyriorū Sennacherib, cū totam ducens Syriam & Asiam ad hanc urbē castra posuisset, manibus non humanis cecidit. nam dum ab armis quiescerent Maiores nostri, angelus Dei vna nocte infinitum deleuit exercitum: postero die excitatus Assyrius, 185. milia reperit mortuorum. Scitis etiam Babylonicam seruitutē, vbi per annos 70. populus exulans, non antē libertatem respexit, quā Dominus eam donaret. Et quid est multis opus? omne belli & pacis tempus in illū referebatur, nec vnquam praeter illius monita res benē gestae sunt. Nam vbi regi Babyloniū oppidum obsidenti, Sedechias rex noster contra Hieremiam praedicationem congressus est, tam ipse captus est, quā ciuitatem vidit excindi cum templo. denique Hieremiam vociferantē, inuisos esse Deo propter delicta quae in eum commiserant, captum autem iri, nisi traderent, ciuitatem: neque rex, neque populus interfecit: sed vos, vt intus gesta omittam, me qui vobis salutem suadeo, persequimini, relisq; appetitis irati, neque dici toleratis salubria. Nonne diuinitate offensa, Antiocho Epiphane ciuitatem obsidēte, maiores vestri cum armis egressi, perempti sunt, oppidum ab hostibus directū, sanctumque templum per triennium ac sex menses desolatū est? Ipsos Ro. quis cōtra vos prouocauit? nonne indigenarū impietas? vnde seruire coepimus? nonne à seditione Maiorum, quādo Hyrcani & Aristobuli furor ac cōtentio Pompeium ciuitati intulit? tunc Romanis Deus indignos nos libertate, subiecit. tributa Romani poscunt, quae parentes vestri illis pensabant. hoc si impetrauerint, neque ciuitatem populabuntur, neque sancta omnino tangent. concedent vobis familias liberas & possessiones tenere, sacrasque leges seruare, non vt Assyrij, qui pecunia accepta, & iureiurando neglecto, ad incendium templi tendebant. Oportet igitur sacri loci possessores, iudicium de omnibus Deo permittere, manusque tunc humanas contemnere, cū à superno sibi duce non recedant. vos autem quid ex his, quae legis conditor edixit, egistis? quid, quod execratus est, pretermisistis? furta, insidias, adulteria, caedes, rapinas? sanctum templum factum est omnium receptaculum, & indigenarum manibus pollutum. deinde in quem fuistis impij, hunc auxiliatorem speratis. orauit rex vester integra fide & castis precibus aduersus Assyrium. Deus illum prima nocte, qua ciuitati castra admouerat, fregit. quod si vestram progeniem libertate, Ro. verò poena dignos iudicaret, confestim eis sicut Assyrijs irasceret, & illo tempore quo genti Pompeius manus intulit, & quo Vespasianus Galileam excidit, postremò nunc Titus ciuitati non appropinquaret. sed neque Pompeius mali quid passus est, Vespasianus ex bello quod nobiscum gessit, etiam imperium,

perium adeptus est, & Titus sine dubio ciuitatem capiet, cui omnia sunt prospera. itaque sacris locis relictis, Deum fugisse putauerim, hisque nunc adesse cum quibus bellū geritis. an non bonus vir domum flagitiosam fugiet? iniquitates vestrae in promptu neminem latent, atque in dies singulos certatis quis peior sit. O ferrei, projicite arma, pudeat vos patriā vestra iam diruta, adspicite eius quam proditis pulchritudinem, quale oppidum, quale templum, quā multarum gentium munera? o duri & lapidibus duriores, si haec non cernitis, saltem familiarum vestrarum miseremini, versentur in conspectu coniuges, filij, parentes. Scio quod vnā cum his mihi periclitabitur mater, coniunx, domusque olim clarissima. propterea me fortasse quisquam suadere credet. interficite illos, accipite mea, mori paratus sum ego, si post me respicistis. Haec Iosepho vociferante cum lachrymis, seditiosi quidē nec flexerunt animos, nec moderatum quid sentiebant. populus verò ad fugam commotus, & alij quidem possessionibus suis ceterisque bonis exiguo precio venundatis, solidos, ne latrones eos deprehenderent, transfugerunt. Titus verò plerosque per agros, quō vellet pergere, dimittebat. Iohānes verò & Simon omnes exitus obseruabant, & qui vel vmbra suspitionis dedisset, continuò necabatur. tum fame etiam crescebat desperatio, & palam quidē nulla erant frumenta. irrumpentes seditiosi domos, vbi si reperissent aliquid, eos qui negassent, verberabant: si nihil inuenissent, quasi diligentius clausissent, tormentis afficiebant. Intantum autem inualuit caritudo, vt ditiores substantiam suam vno frumenti modio, item pauperes hordei permutarent. mensa quidem nusquam apponebatur, sed incoctum cibum igni subtrahētes comedebant. denique vxores viris, & filij parentibus, & matres infantibus ex ore ipso cibum rapiebant. nulla miseratio vel cani capitis erat, vel infantie. miserabilis victus, dignumque lachrymis spectaculum. Erant qui colligendarum herbarum gratia per Ro. custodias euadentes, si quid arulissent, mox amiserunt: implorantibus amicis, vt aliquam partē concederent eorū quae cum periculo collegissent: gratum videbatur, si spoliati nō perirent. honorati ac diuites ad tyrānos adducebantur, quorū alij insidiarum falsò accusati occidebantur, alij quia Ro. proderēt ciuitatē, subornatis plerunq; delatoribus. Si verò quem Simon expoliasset, ad Iohānem remittebat: & eū quem Iohānes expoliasset, recipiebat Simon: sibiq; inuicem propinabant sanguinē prouincialium. Erat ea dominandi causa, vt vtrinq; dissentientes, sceleribus concordia inirent. Interim Titus parte equitatus directa, iussit per valles exeuntibus ad alimenta conquirenda insidias tendi, quo multi cruciati sunt, ita vt Tito miserabilis videretur calamitas. nam in dies singulos quingenti, nonnunquam etiam plures capiebantur. sed neque ei vi captos tutū dimittere erat, tantam verò asseruare multitudinē graue. iam spatium crucibus deerat, & corporibus cruces. illatam tamen ab hostibus mortē, Iudaei comparatione famis nil esse ducebant. Multis captiuorū manus abscindi iussit Titus, eosque ad Iohannem & Simonem introrsit, admonens ne se compellerent ad excidiū ciuitatis, sed lucrarentur in extremis, voluntate mutata, proprias animas & patriam tantum & templum. Illi multò impudentius in muro stantes, & Caesari & patri eius malē dicebant, mortem se seruituti anteponere, sed nec patriam curare, mundumque, Deo etiam templum melius esse. talia conuicijs admiscentes vociferabantur. Aggeres interim 29. die mensis Maij perfecti sunt, quibus admotis, Iohannes suffossa intus terra vsq; ad aggeres Antoniam versus, dispositis per cuniculū sudibus, opera suspēdit, illatisque lignis, pice & bitumine, ignem submittit. succenso igne, fulcimētis crematis, aggeres deciderunt. Romanos stupor occupat, molitionem Iudaeorum agreferētes. iam enim se vicisse credebāt. Biduo post etiam alios aggeres Simon aggreditur. illa enim parte admotis Ro. arietibus muros concutere coeperunt, mox quidem raptis facibus, in machinas inuolabant Iudaei. His audaciores antē visi non sunt. nam vt in amicos, non vt in agmen hostium excurrunt, nihil cunctati sunt, sed per medios hostes facto impetu, machinas incenderunt. acti autem gladijs & missilibus, non prius trusi inde sunt, quā ignis instrumenta corripere. sublata flāma, Romani auxilio properabant, Iudaei verò ex muro eos prohibebant. itaque Romani flamma circumdati, opera conseruari desperantes, in castra descenderunt. Iudaei autem quorū numerus semper creuit, progressi vsque ad munimenta castrorum, cum custodibus certabant. hi poenali exitio gloriosa morte praelata, stabant fortiter: si qui muros accedebant, ex ciuitate prohibebantur: qui foris pugnabant, quoscumque habebant obuios, incauti feriebant. Iam verò Titus aberat ab Antonia, locum alijs aggeribus prospiciens, multumque increpatis militibus,

Peroratio.

Fames.

Aggeres
exuruntur.

militibus, quod obsessorum paterentur fortunam, ipse cum electis militibus hostes à latere circumuenit: illi contra conuersi, durabant. mixta verò acie, puluis lumina, clamor aures superabat, neque hostem internoscere quis poterat, Iudeis non tam virium fiducia, quàm salutis desperatione perseverantibus, Romanos autem pudor armorum & gloriæ, & presentia Cæsaris periclitantis, reddidit fortiores. Paulatim res Romanas fortuna iuuabat, & Iudæi magna suorum strage in urbem se recipiebant. Romani crematis machinis, captum iri ciuitatem desperabant, vt qui laborem magnum vna hora perdididerant. Titus cum ducibus, quid fieret deliberat. quibusdã placebat, omni ad motu milite, vi muros experiri: prudentiores, rursus aggeres fieri suadebãt: alij, sine aggeribus assidere, & egressus obseruandos, ne victum introducerent, & fame affligere, neq; consultum esse cum desperatis consilire, & aggeribus condendis materiam desse. Tito placebat totam ciuitatẽ muro cingere. hoc enim modo omnes exitus posse præcludi: quod si cui maximum opus videatur, cõsiderare debere, quia neq; paruum opus Romanos deceret facere. His duces exhortatus, iubet eos exercitum in opera distribuere. murus itaque stadijs 40. vno minus factus est, castella tredecim. muro circũclusa ciuitate, custodibus in castellis collocatis, tota nocte per castellorũ spatia circuibatur. Iudæis ita clausis fames ingrauefcebat, & tecta quidẽ plena erãt mulieribus exanimatis, infantibus & senibus mortuis: per plateas inuenes velut vmbra volutabantur. nemo suos sepeliebat præ labore, multi ad sepulcrũ prius quàm fati dies adueniret, viui properabãt, neq; luctus neq; fletus, sed fame superabãtur affectus. Latrones morte acerbiores, mortuorũ corpora spoliabãt. deinde cum foetorem ferre non possent, in valles ex muro mortuos precipitabãt. quo viso, Titus extensis manibus Deum testabatur, factũ id suum non esse. ciuitas his malis erat affecta, ac Romanos lætos reddidit securitas, copiaq; rerum. Interea multi ex populo simulantes cum Ro. pugnare, ad eos profiliunt: sed quia illi fame tabefacti, cibum auiditũ sumerent, vitam perdiderrunt velocius. militibus Syris & Arabibus proditũ est, profugos aurum solitos glutire: quare noctu scissos ventres corũ inquirebant, ita vna nocte duũ millium patefacta sunt viscera. Hac Titus iniustitia cognita, ad legiones literas dedit, vt suspectos inuestigarent, atque ad se referrent, vt qui alieno belli iure vrentur: sed non minus quod cum poena interdixerat Cæsar, occulte admittebatur. dum enim Romani non viderent, scindebant profugos, nefarium quæstum trahentes. Iohannes autem, vbi rapinæ defuerunt, ad sacrilegium se conuertit, multaq; donaria templi retinens, multaq; vasa, crateras & lanceas ac mensas, vrceolis abstinentes quos Augustus eiusque vxor miserant, ad socios dicebat, sine metu diuinis abuti debere qui pro Deo militarent: vinum quoque & oleum, quod sacerdotes sacrificijs reseruabãt, effundebat. Ita clades Hierosolymorum quotidie in peius procedebat. Romani enim intra xxj. dies aggeres erexerunt alios. Iohannes & socij cum facibus aggressi aggerem iterum, abiecta spe victoriæ, remearunt. deinde Calen. Iulij tẽrata est oppugnatio, Iudæis contra pugnãtib; tandem multis ictibus murus labefactari cœpit, ac rima apparere. Tunc oratione Titus militem excitabat in ascensum muri. si enim in Antoniam, dicens, ascenderimus, habebimus ciuitatem. Tum primus surrexit Syrus Sabinus: Dedo me tibi, inquit, alacri animo Cæsar, & ante omnes murum ascendendo. opto autem, vt voluntatem meam sequatur fortuna tua. His dictis, & scutum capiti læuã manu prætendens, gladium dextra, circa horam diei sextam murũ ascendit, sequebantur illum adhuc xj. Sabinus itaque missilibus Iudæorum occurrens, obstructus penè sagittis, non antè cessauit, quàm summam muri prehensisset, hostesque in fugam vertisset. tandem quum lapide deiectus esset muro, plurimis sagittis obrutus, interiit. reuersi Iudæi, abigunt reliquos, aliquibus occisis. Biduo autem post xx. milites vno cum tubicine nona noctis hora per ruinas ad Antoniam ociosè procedunt, occisis custodibus somno oppressis, muros obtinent, ac buccina signum dari præcipiunt, quo ceteri custodes territi, quasi multitudo ascendisset, fugiunt. Cæsar autem properè adest, lectorum caterua comitatus. cum autem Iudæi ad templum interius fugissent, seditiosi tam Iohannis quàm Simonis accurrunt ad cuniculos, quos Iohannes aduersum Ro. aggeres aperuerat. inde enim ciuitatem ingrediebantur Ro. ad ipsum adytum acerrima pugna committitur, his quidem templum vi capere certantibus, Iudæis verò Antoniam versus eos repellentibus. strictis ensibus dimicabãt. sagittæ enim & hastæ inutiles erant. permixtis viris, multa mors vtrinque. Iulianus quidam ex Bithynia armorum peritia & viribus corporis omnium fortissimus, vbi Ro. iam cedere & malè pugnare conspexit, subito

Spoliatum
templum.

Ro. muros
conscendunt

Iulianus
miles.

subitò profiliit ad Antoniam, vbi vincentes Iudæos ad angulum persecutus est interiorum. verum calcis distractis labitur, multos iacens occidit, tandem & multitudine pressus occiditur. Titus tum mandat Antoniam fundamẽta diruere, cunctoque exercitui ascensum preparare, vocatũ Iosephum cõmonescere adhuc Iohannem audiente populo iubet, quod patrio sermone Iosephus fecit, vt patrie parceret, precatus: sed multis conuicijs tyrannus Iosepho lacerato, postremò addidit, nunquam excidium esse metuendum, quoniam Dei ciuitas esset. Ad quæ cum exclamatione Iosephus: Sanè, inquit, eam puram Deo conseruasti, neq; in eum cuius speras auxiliũ, quidquam impiè deliquisti. tu leges sacras prophanasti, & Romanis nũc imputas eas tuentibus? atqui, Iohãnes, adhuc poenitere malorũ: turpe non est in rebus extremis saluari: ego veniam tibi à Ro. spõdeo. Plura in id genus cũ lachrymis & fletu prosequẽte Iosepho, Iohannes & socij magis contra Ro. iritabantur. nobiliũ tamen plurimum mentes commouit eius oratio, fugeruntque captato tempore pontifices Iosephus & Iesus, filij verò pontificum, tres Hismaelis, & Matthiæ quatuor, multi quoque nobiles, quos Titus humane suscepit, ac in quoddã municipium misit. Quibus non visis in ciuitate, rumor à seditiosis ortus est, quod Romani transfugas occidissent, vt hoc metu reliquos à fuga detererent. Sed Titus transfugas aduocans, vbi à populo conspici possent, eorum malitiam compescuit. hi stantes ante Romanos, cum lachrymis seditiosos rogabant, primũ, vt paucos ex Romanis in ciuitatem reciperent, patriamq; seruari: si hoc displiceret, saltem de phano exirent, nec enim ausuros sine maxima necessitate ignem sanctis immittere Romanos. his illi magis aduersabantur conuiciantes, in loca verò sancta & inaccessa cum armis & manibus adhuc gentili cæde calentibus insiliebant. at Romanorum militum nemo fuit, qui non cum honore templum adspiceret atque adoraret. Titus dolens vicem eorũ, Iohannẽ & socios increpans, ait: Testor patrios deos, testor & exercitum meũ, quia non ego vos hæc violare sancta compellam: quin & si locum mutaueritis, nemo contumeliam templo faciet. hæc seditiosi rati non benevolentia, sed timiditate dici, tollebantur in superbiam. Titus autem qui neque sibi ipsos misereri, neque templo parcere perspiciebat, rursus pugnare decreuit inuitus. delectos milites in pugnam descendere iussit. acerrima pugna nona hora noctis cœpta, quinta diei dissoluta est, cum neutri suo loco cessissent. At Romanorum reliqua manus, die septima subuersis Antonie fundamentis, laram viam usque ad templũ composuit, admotiq; sunt ad murũ aggeres. Biduo post Romani porticũ inflamauerunt. circa templũ autem prælia nunquam cessauerunt, seditiosi autem templum tenentes, quotidie militibus in aggeribus repugnabant, multisque dolis circumuenire nunc incendio, nunc machinamentis decipientes. Interim porticus quædã exusta sunt. circa templũ ita se res habebat. Eorum verò qui per ciuitatem fame corrumpebãtur, infinita erat multitudo quæ moriebat, denique nec cingulis neq; calceamentis abstinebant, coriaq; scutis detracta mandebant: quin etiam foeni veteris laceramẽta victui habebantur, cuius exiguum pondus quatuor Atticis vdebatur talentis. Mulier quædam inter hæc, nomine Maria, Eleazari filia, nobilis ac diues, cũ alijs refugis in ciuitate obfessa est. huic vri tyranni bona diripuerãt, ita satellites omnem victum abstulerũt, eo imprimis infelix, quod illorũ manibus etiam non periit. Hæc fame & animi furore aduersus naturam excitatur, raptoque filio, Quid te, ait, miserũ in bello, fame & seditio- ne seruabo? esto mihi cibus, & seditiosis furia, ac humanæ vitæ fabula. occidit puerum, coctumq; mediũ comedit, reliquum seruauit. Ecce autẽ seditiosi nidore capti, aderant: mortem, nisi ostenderet cibum, minabantur. illa partem bonam reseruasse respondens, aperit reliquias filij. His illi visis, dirigerunt horrore. mox repleta est eo scelere tota ciuitas. ab omnibus quos fames vrgebat, properabatur ad mortem, & beati appellabãtur, qui prius quàm id paterentur, interiissent. Citò Romanis nunciata est illa calamitas. Cæsar autem super hoc Deũ placabat, se quidẽ Iudæis pacem obtulisse, illos aut pro concordia seditioem, pro pace bellũ, pro satietate famem optasse: dignissimos esse his alimentis, qui proprijs manibus templum incendere cœperant.

Pugnæ ante
templum.

Horribile
mulieris fa-
cinus.

Oppugna-
tur templũ.

Qq

corripuit.

corripuit. Iudæis verò circa se ignem videntibus, corpora simul & animi ceciderunt. postero die Titus iussit incendium restinguere, & viam ascensumque sternere. habito consilio, licet alij templum exurere suaderent, ipse seruare volebat, ornamentum fore imperij si maneret. Tandem collectis viribus, Iudæi per orientalem portam secunda hora diei procurrant. Ro. eos primùm fortiter exceperunt, paulò post multitudine superantur, quibus Cæsar cum equitibus lectis venit auxilio. Iudæorum plerique fugam incunt, mox tamen reuertentes, iterum retro eunt, coactique sunt in interiora templi cedere. Titus regressus in Antoniam, statuit postredie manè templi obsidere. sed aderat fatalis dies. nam Tito abesse, cum paulisper seditiosi quiescissent, Romanos rursum aggrediuntur, & cum his qui ignem extinguunt, pugna committitur. Sic itaque miles quidam, non expectato edicto, à contubernali suo sustollitur, & ignem in fenestram inserit auream, vnde ad membra circa templi ædificata aditus erat. flama verò excitata, clamore exorto, Iudæi ad viciscendum properabant, nulla vitæ aut salutis spe. Maturè hoc Tito nunciatur, qui templum curriculo petit cum ducibus, prohibitus incendium, & licet voce ac dextra pugnantibus signum daret, vt ignem extinguerent, tumultus tantus erat, vt nec vox eius audiretur, cum alios bellum, alios ira traheret: introque currentes, quò furor duceret sequebantur: ad ipsum quoque introitum obstrusi multi, sese conculcabant. præcedentem quisque, vt ignem immitteret, hortabatur: magna tum populi multitudo interficiebatur. Cæsar vbi impetum insanientium continere non poterat, & flama dominabatur, intro cum rectoribus ingressus, & sancta templi ac quidquid illic erat, adspexit: & cum flama nondum interiora penetrasset, existimans adhuc illud opus seruati posse, prosiliit: militibus vt ignem restinguant, imperat: sed illorum furor, bellique impetus vehementior, Iudæorumque odia, reuerentiam Cæsarum ac metum superabant: plerosque prædarum spes inuitabat. Templum hoc modo, inuito Cæsare, exuritur die decimo mensis Augu. quo die etiã prius a rege Babyloniorum fuit concrematum, anno à constructione templi Salomonis 130. mense vij. die xv. à posteriore, quod Cyro imperante conditum est, anno 639. Dum ita templum arderet, quidquid in manus veniebat, rapiebatur. cædes erat infinita deprehensorum. sine delectu vnà & supplices & repugnantes necabatur. Latrocinialis autem multitudo, vi pulsus Ro. in exterius templum, ex in ciuitatem euadit: populi autem reliquie in exteriorem porticum fugerunt, ex sacerdotibus aliqui se in ignem præcipitauerunt. Venerunt etiam super vnã porticum, que restabat extra templum, muliercule, pueri & promiscui sexus propè sex millia hominum. succenditur porticus, & ex tanto numero nemo euasit. Tantas clades miserabilis populus certis prodigijs prænunciantibus neque credebat, neque animo attendebat. nam supra ciuitatem sidus stetit gladio simile per annum cometæ modo, & cum ante primam defectionem ad diem festum populus conueniret, nona hora noctis circa aram ac templum tantum lumen effulsit, vt clarissimus dies putaretur, & permansit vsque ad horam dimidiam. Eodem festo die bos cum ad hostiam duceretur, agnũ in phano peperit. orientalis porta interioris templi ærea, vt xx. homines vix possent hanc aperire, visa est noctis hora sexta patere. post dies paucos larualis quadã imago fidem superans, apparuit. ante solis occasum visi sunt per aerem ferri currus totis regionibus, armatæ acies tranantes nubila, & ciuitatibus circumfusæ. festo die, quã vocant pentecosten, sacerdotes intima templi ingressi, primùm strepitum, postea subitam vocem audierunt, Migremus hinc. & quod his mirabilius fuit, Iesus filius Anani, vir rusticus, quadriennio priusquam bellum gereretur, in summa ciuitatis opulencia, in templo repente exclamare cepit, Vox ab Oriente, Vox ab Occidente, Vox à quatuor ventis, Vox in Hierusalem & templum, Vox in maritos nouos, nouasque nuptas, Vox in omnem hunc populum. atque hoc interdiu noctuque per omnes vicos clamabat. Ac cum corripere homo, neque pro se, neque contra eos quidquam locutus, perseuerabat iterans. Magistratus ducunt eum ad Romanum præfectum, vbi plagis vsque ad ossa laceratus, neque supplex factus, neque lachrymatum est, sed ad singulos ictus, vt poterat, clamauit, Væ væ Hierosolymis. maximè autem diebus festis vociferabatur, idque per annos vij. & quinque menses, neque voce raucior fuit, donec obsidionis tempore ipsa re perspectis augurijs, requeiuit. super murum enim circumiens, iterum, Væ væ ciuitati ac populo ac phano, voce magna clamabat. Cum autem ad extremum addidisset, Væ etiam mihi, lapis tormento missus eum peremit. In sacris quoque libris inuentum est, capiendam ciuitatem eo tempore quo esset ex eorum finibus quidam orbis tertæ imperium

Exuritur
templum.

Excidij Hie
rosolymita
ni pñuncia.

Væ Hiero
solymis.

imperium habiturus. id pro se interpretati, sed hoc respõso Vespasiani planè designabatur imperium. Romani, postquam seditiosi ad ciuitatem confugerunt, signa in phano reposuerunt, & clamoribus declarant Titum imperatorem. vsque adeo autem præda satiati sunt milites, vt in Syria dimidio quàm fuerat, pondus auri minus valeret. Seditiosis cum complicitibus bello vndique circumdatis, nusquam erat fugæ copia. Titum ad colloquia prouocant. ille saltem oppidum seruare cupiens, amicis suadentibus, latrones enim moderatiores factos arbitrabatur, adit. Edicto militibus dato, Titus adhibito interprete, prior eos alloqui cœpit: Iam ne saturati estis patrie malis, o viri, quibus neque virtutis nostræ, neque infirmitatis propriæ venit in mentem? sed in consulto furore perditis populũ & ciuitatem simul ac templum, ipsi quoque iussu perituri, qui debellari à Pompeio, nouas res affectare non destitistis. vtrum multitudine freti, obedire detrectatis? Germania firmitate murorum, Britannia Oceano septi, adorant arma Romanorum. Carthaginenses captos nouistis, taceo orbem terrarum. itaque vos contra Romanos eorum excitauit humanitas, qui terram vobis dedimus possidendam, & gentiles imposuimus reges, leges seruauimus patrias, & viuere vos discretos, tributum capere Dei nomine & donaria colligere permisimus, vt nostra pecunia contra nos instrueremini. Ergo tantis bonis affecti, virus contra nos sudistis. Esto, Neronis negligentiam contempsistis. venit pater meus, non vt pœnas exigeret meritas, sed vt monitis emendaret. deinde cum deberet ciuitatem hanc cœtere, Galilæam vastare prius maluit, vt pœnitendi vobis præstaret inducias. sed hæc eius humanitas, infirmitas videbatur. Denique vbi ad nos venit imperium, iussus ego ab intito patre cum mandatis tristibus ad ciuitatem venire, ante bellum vos rogabam desistere, venientes recepi, fidem eis seruauit, muris vestris machinas inuitus admoxi. quoties vici, toties quasi victus ad pacem prouocaui. orabam vos templum seruare, data vobis copia exeundi. spreuistis omnia, templum manibus vestris incendistis, & nunc sceleratissimi ad colloquium prouocatis, sed & armati statis, & nec in extremis supplices estis, in manibus meis habens animas vestras, non contendam cum pertinacia vestra: proiectis autem armis, traditisque corporibus, vitam vobis indulgeo, & sicut in priuata domo mitis dominus vltus grauiora, cætera mihi seruo. Ad hæc illi respondent, fidem quidem se ab eo minimè posse accipere, nam iurasse nunquam id esse facturos: exeundi autem cum coniugibus & liberis quò vellent, facultatem petebant: ituros enim se in solitudinem, ipsi ciuitatem relicturos. Hoc Titus vehementer commotus, quòd in sorte captiuorum, victorum sibi conditiones ponerent, declarari his iussit, omnia se iure belli gesturum, militibus diripere ciuitatem ac inflammare præcepit. succensis inde quibusdam nobilioribus ædificijs circa Acram & curiam, progrediebatur ignis vsque ad Helenæ regiam. Eodem die Galeza regis filia & fratres, multi que nobiles ex populo, vt fides daretur, Cæsari supplicarunt. ille etsi cæteris omnibus iratus erat, eos tamen suscepit, quos postea victos Romam perduxit, fidem obsidum præstituros. Interim seditiosi in regiam prorumpentes, multos occidunt. peditem Romanum traxerunt per omnem ciuitatem, equitem verò vnum reuinctis post tergum manibus, vt capite cæsuri, producunt. ille, dum gladium Iudæus educit, ad suos redijt: illum, quia passus est se capi, Titus agmine pellit, ablatis armis. Postero die Romani, versus in fugam ex inferiore ciuitate latronibus, omnia Siloam vsque igni tradiderunt. illi ardere ciuitatem lætis vultibus adspicientes, alacri voce mortem expectare dicebant, quòd perempto populo, in censo templo, & flagrante oppido, nihil essent hostibus relicturi. multi tum capiebantur, omnesque interficiebantur. nam propter inedia m fugere non valebãt, omneque pereundi genus fame lenius putabatur, nullus in ciuitate locus erat non referrus mortuis. tyrãnos latronum spes fouebat, qui in cloacis latitabant, sed exeuntes illos Romani trucidarunt. Atque hæc est ferme gestorum in inferiori ciuitate series. Superiorem ciuitatem Cæsar sine aggeribus capere desperans, in prærupto loco vndique sitam, distribuit operibus strenuum militem. Inter hæc duces Idumæorum pacis vitam à Tito, clam recedere ex superiori ciuitate parabant. quod Simon presentiens, legatos eorum occidit. plures nihilominus, deceptis custodibus, euasere. Iam perfectis aggeribus die vij. mensis Septembris Romani machinas admouebant. seditiosorum aliqui desperantes de ciuitate, in Acram recedebant, alij in cloacas se mittebant, multi eos qui arietes applicabant, viciscabantur. Hos autem superabant multitudine Romani, qui ingenti labore tandem muris potiti, signa in turribus posuerunt. erat eis timor, quòd sine sanguine murum nouissimum

Incensum
Hierosoly.Caesorum &
captorum nu-
merus.Quinquies
ante capta
Hierosol.Militum
dona.Gloriosa
Eleazarum ad-
hortatio.

capere non possent, & cum nullum reluctantem viderent, mirabantur, introibant nemine repugante. Tum quos cepissent, interficiebant, domosque totas cum omnibus quicquid confugerant, incendebant. tantoque civitatem sanguine diluerunt, ut pleraque incensorum, cadauerum cedibus extinguerentur. Videres paulo antequam superbos, & factis impijs arrogantibus, ita humiles esse ac tremere, ut miseranda esset, quamquam in nequissimis, tanta mutatio. tyranni enim semetipsos tuitione priuarunt, ac sponte turrese deferuere, unde vi nunquam poterant capi. ardentibus ita Hierosolymis, intrò Titus ingrediens, civitatis ac turrium munitiones miratus, quas tyranni per dementiam deseruere. Còspècta murorum multitudine, Titus diuino successu pugnarum vidit. Interim Cæsar iubet solos armatos interfici, reliquam multitudinem saluam capi. seditioni omnes cadebantur, iuvenes lecti triumpho seruabantur, ex residua multitudine qui xvij. excederent annu, in Aegyptum plerique, missi sunt, minores venditi. Captiuorum numerus toto bello, nonaginta & septem milliū, mortuorum vndecies cetera millia. plerique gentiles, qui ad azymorum festum conuenerant. Capiebat enim tantam multitudinem ciuitas, vti Cestio totus populus in paschate numeratus fuerat. omnes mundi, fani, nihil quod esset inquinatum, nulla mestrūo polluta mulier, ad eam festi celebritatem conuenire aut sacrificijs participare solebat. At Romani rimantes cloacas, quos offendeabant, incendebant. & inuenti sunt ibi plus, quam duo millia, quorum alij manu sua, alij mutuis vulneribus se interfecerunt. Iohannes oppressus fame cum fratribus in cloacis, dextram sibi dari precatus est. Simon verò multa vi cum necessitate luctatus, seruatus triumpho est, Iohannes vinculis sempiternis. Itaque Hierosolyma capta est secundo anno principatus Vespasiani, Septembris mēsis octauo die, quinquies prius capta. Aegyptiorum rex Alobæus cepit, post eum Antiochus, deinde Pompeius, post hunc Herodes & Sosius, ante hos Babyloniorum rex. Omnibus belli partibus administratis, composito in medio ante castra magno tribunali, stans Titus cum procerum eminentissimis, unde posset audiri, illis ait se habere gratias pro beneuolentia, qua erga se perseuerassent: laudabat quod per omnia bella morigeri fuissent, dixitque se honores & premia redditurum, confestim iubens qui fortiter aliquid fecissent, indicari. & nominatim singulos appellans, collaudabat, & coronas eis aureas imponebat, & torques longasque hastas & signa ex argēto donabat, cuiusque ordinem mutabat in melius, quin & ex manubijs aurum & argentū, itemque vestes aliamque prædam largiter distribuebat. Omnibus autem donatis, votisque, cum vniuerso exercitu factis, magno cum fauore descendit ad sacra, epulas dedit: ipse verò cum honoratis per triduum a clalesititia, milites quidem alios, quod queng; conueniret, dimittit: Hierosolymorum autem custodiam decimę legionis credit. Titus triumphator Romam redijt, vbi cum maximis esset rebus occupatus, in ludæam legatum Bassum misit, qui post res aliquas bene gestas ibi defunctus est. successit ei Flavius Syluius anno imperij Vespasiani quarto. hic subacta tota Iudæa, vnum rebellem castellum duxaxar vidit, nomen erat illi Masada. occupatum erat a sicarijs, quorum princeps Eleazarus ex origine Iudæ, qui non paucis persuaserat Iudæis, ne professionem facerent, quando Cyrinus in Iudæam directus est. Venit igitur dux Romanorum contra Eleazarum & sicarios qui Masadam tenuerunt. fines quidem statim omnes obtinuit, castellum autem muro circumdedit, ne quis obsessorum fugienti facultatem haberet, deinde obsidione parat, oppidum aggressus est, opus maximæ molis propter munitionem castelli. Eleazarus tandem & sui post multas oppugnationes desperant posse castellum seruari: Videns enim murum consumptum, nec alium salutis modum, quæ Romanorum victoriam mala essent fecutura, in suos cogitauit: cõsiliūque pertinax de omnium morte cepit, & validioribus socijs vesperi conuocatis, talibus eos verbis ad facinus inuitabat: Cum olim vobis decretum sit, viri fortes, neque Romanorum neque alij cuiquam seruire, nisi Deo, is enim solus est verus ac iustus hominum Dominus, ecce nunc tempus adest, quod factis vestros probare animos iubeat. Primi omnium libertatis cupidi ab his defecimus, & nouissimi cum his gerimus bellum. puto autem hanc nobis à Deo gratiam datam, ut bene & liberè mori possimus. Nobis certum est orto die futurum exitium, quod hostium multitudini tam parua manus resistere non possit, vti fortasse ab initio de Dei voluntate poteramus conijcere, quod amica ei quondam Iudæorum natio, damnata esset interitu. manens enim propicius, nunquam tantorum hominum perniciem neglexisset, sacratissimamque urbem hostium excidio prodidisset. Nos ex toto genere Iudæorum sperauimus superare libertate seruata, tãquam nihil delinquentes in Deum, nullius culpæ participes, qui alios quoque docuimus. itaque videtis inanes conatus,

vanam

vanam spem, nihil nobis castelli natura inexpugnabilis profuit. alimentorum copiam, armorum multitudinem, quam abundantissimum habentes apparatus, manifestissime Deo auferente, spem perdidimus. ignis qui ferebatur in hostes à nobis, in nostrum murum reuersus est. sed hæc multorum ira criminum sunt, pro quibus quæso ne Romanis poenas, sed per nosmetipsos Deo præstemus. morientur enim coniuges iniuria vacuæ, liberi que seruitutis expertes. prius tamen castellum & pecunias igni exuramus: mœrentur Romani, si neque corpora nostra tenerint, compendioque carebunt. alimenta sola relinquamus, hæc erunt testimonio mortuis, quod non penuria victus defuncti sumus, sed ita, ut ab initio statuimus, mortem prætulimus seruituti. Hæc dicebat, sed sententiam præsentium non congruebant: alij quidem obedire, qui verò molliores erant, suorum misericordia vel apertissimus interitus deterrebat: alijque alium intuētes, contrariam voluntatem lachrymis designabant. Quos cum vidisset Eleazarus formidine frangi, pertimuit, & ne hi quoque, qui maiore animo sententiam suam acceperant, effœminaretur, erectior multoque repletus spiritu, clariorem de immortalitate animi oratione incipit, magna vius exclamatione, lachrymantes attentius adspiciens: Plurimum, inquit, opinione deceptus sum, qui putaram viros pro libertate certantes, mori bene malle, quam male viuere. vos autem nec audacia neque virtute præstatis, qui velut magna mala effugientes, mortem timeris. olim enim eruditos nos sacra sententia confirmauit, quod viuere, hominis est, non mori, calamitas. mors enim libertatem animis præstat, ad proprium & purum locum eas dimittit, ab omni clade futuras intactas. donec autem corpori mortali innecte sunt, vnaque malis eius implentur, tum quasi mortuæ sunt. diuino enim cum mortali societas turpis est. nunc enim pondere in terram detrahitur. vbi verò liberata est, beatam participat fortitudinem, & humanis oculis ut ipse Deus inuisibilis manens. accedit enim occulta, neque rursum cum recedit, videtur, incorruptam habens naturam. Quare dementia est, sequentes vitam breuitatem, sibi inuidere perpetuam. Accipite probrum Indorum exemplum, qui cum sapientes & bonæ sint vitam, tempus quasi aliquod naturæ munus inuiti sustinent: properant ad mortem, nullo cogente malo, propter immortalis conuersationis desiderium: ad familiares suos literas mittunt. qui venientes, facilius eos ad mortem prosequuntur, quam quique suos ciues in longinquam regionem ituros: & se quidem ipsos desinent, illos autem beatos dicunt, quod immortalitatis ordinem iam recipiant. Ergo ne sumus Indorum sapientibus ignauiores, mortem aggrediamur, præsertim cum nos hortetur temporis iniquitas, ut eam magnis toleremus animis. olim sanè contra omne genus Iudeorum, ut apparet, hoc decretum Deus posuit, ut vita careremus, qua non eramus ut oportebat vsuri. nec causam vobis adscribatis, neque Romanorum gratificemini, quod eorum bellum nos absumpserit, non viribus illa Romanis, sed causa fortior fuit. Videtis omnia capta esse, in prælio mortuos, fortunatos existimari, eorumque qui à Romanis subiugati sunt, quis non misereatur? quisve non, antequam illa patiatur, mori properet? quorum alij torti sunt mortui, alij ferocissimè à bestiis quasi earum cibis sunt deuorati. miserissimi sunt qui adhuc viuunt, qui sæpe mortem optantes, non accipiunt. vbi est magna illa ciuitas totius gentis metropolis, tantis murorum septis munitissima, tot ante muros castellis turriumque obiectis mœnibusque tuta, belli apparatus vix capiens, tot pro se dimicantium virorum millia continens? Hæc Deum habere incolam credebatur, radicitus euerfa est. senes infelices ad cineres templi assident, & pauca mulieres ad turpissimam pudoris iniuriam ab hostibus seruata. hoc secum cogitato, quis nostrum solem adspicere durabit, etiam si viuere sine vericulo posset? quis inimicus ad eam patriam, quis tam parcus animæ, ut eum non poeniteat hucusque, vixisse? atque vtinam omnes fuisset mortui, priusquam sacram illam ciuitatem hostium manibus videremus excindi, templum sanctum funditus crui. sed quoniam nos spes strenua illexit, nunc autem euauit, ac solos in necessitate reliquit, mori bene properemus, nostri misereamur & coniugum liberorumque. dum nobis licet, à nobis ipsis misericordiam capiamus. ad mortem namque nati sumus, eam fugere nec fortunatissimi possunt. iniuria verò, seruitus, & videre coniuges ad turpitudinem duci cum liberis, hæc ferunt metu mali, quod morte spontanea timeant ea euadere. Nos multum freti fortitudine, primi à Romanis defecimus, & postremò nunc ad salutem nos hortantibus, non paruimus. Cui igitur eorum iracundia non est manifesta? Si nos viuos subiugare poterunt, miserandi quidem adolentes erunt, qui ad multos sufficiunt cruciatus: miserandi prouectiores, quorum ætas clades ferre non poterit. videbit alius coniugem abduci, alius manibus reuinctis vocem filij patrem implorantis audiet. sed dum liberi sunt & gladios habent, aliud erit: moriamur liberi cum filijs

Horridū ac
miserabile
facinus.Crudelis
pugna.Ianus clau-
sus.

Iosephus.

Vespasiani
mors.Titus XI.
imperator.

Linus.

Cletus.

filijs & coniugibus: hæc leges præcipiunt, hæc nos coniuges & filij precantur, eorū necessitatem Deus misit, his contraria Romani volūt, & ne quis nostrū ante excidium pereat, timent. festinemus igitur prosperata potiundi nostri voluptate, eis stuporem mortis, admirationemq; audacia nostræ relinquere. Adhuc eum orare cupientem, omnes interpellabāt, impetu ad opus incitati ac velut larvis excitati, alius aliū antecapere cupiebat, hoc specimen pulchritudinis rectiq; consilij existimātes, ne quis extremus remanere videretur, tantus eos propriae cædis amor inuasit. simul enim vale vxoribus cū amplexibus dicebant, ac liberos gremijs captos cū lachrymis osculabantur, simul quidē manibus alienis iussā peragentibus cōfigebantur. cuncti autē coniunctissimos transfixerunt: quibusque, filios & vxores occidere, malorū omniū videbatur lenissimū, læsos existimantibus, si vel breuissimū tempus superuiverēt. forte ex numero decem lectis omniū percussoribus, post coniuges atq; liberos prostratos, illi in trepidè cunctis occisis, eandē fortis legem in sua quoq; morte statuerūt. Vnus vero ac nouissimus, circumspecta multitudine mortuorū, vbi agnuit peremptos omnes, ignē immittit regiae: trāsactō post gladio per se, occubuit. Iatuit autē vna mulier senior, & alia quadam Eleazari cognata, plurimū sapientia præstans, & quinq; pueri per cuniculos abditi. Romani manē ad pugnam dispositi, aggeribus muros aggrediebantur. cū verò hostiū neminem cernerent, ignemq; intus atq; silentium, quid esset conijcere non poterāt, inuenerūt mulieres, quarum cū altera rei gestæ seriem exponeret, facti magnitudo adeo præter Romanorū opinionem fuit, vt in regiam extincto igne quàm celerimē properarint, vbi cōspecta multitudine mortuorum, non vt in hostibus gauisi sunt, sed contemptum mortis in tanto numero admirabantur. Huiusmodi peracto excidio, in castello dux præsidium reliquit, ipse cum exercitu Cæsaream profectus est, iam tota penē Iudæa bello vastata. Hæc sunt ferme cum Iudæis gesta illis temporibus, quorum fidem à Iosepho petes. ANNO itaque Domini 73. Hierosolymis captis, Vespasianus & Titus triumpho urbem ingressi sunt, continuo omnibus bellis ac tumultibus domi forisq; compressis, pax orbi indicta est, Iani portæ sextum demum ab vrbe condita clausæ sunt, s. vt idem honos vltioni passionis Domini impenderet, qui natiuitati tributus fuerat. Iosephus Mathathiae filius, Hierosolymitanus sacerdos, res Iudæorum sub principe Tito scripsit. liber probatus in bibliotheca publica repositus est, author ob ingenij gloriam statua donatus est. actum est hoc sub pontifice Lino. Cæterum Vespasianus imperio semper modestissimè vsus est, qua humanitate in victos Iudæos vsus, vt omnes qui ex familia Dauid superfuissent, velut ex regia stirpe, conquistos in precio habuerit. Tantæ lenitatis & clemētiae fuit, vt reos etiam maiestatis, verbis tantum castigatos dimitteret, inimicitiarum & offensarum immemor. virtutem autem Titi filij tanti semper fecit, vt tumultuantibus quibusdam ob cupiditatem imperandi dixerit, aut neminem, aut filium imperio potiturum. Hic Vespasianus anno Domini 80. ac imperij sui nono, in villa propria circa Sabinos profuio ventris mortuus est, anno ab vrbe condita 834. Plura & memoratu digna in Vespasiano scribit Cor. Tacitus. nos qui temporum obseruationes annotamus tantum, cætera tibi relinquimus. ANNO verò Domini 81. Titus imperiū suscepit, duobus annis ac duobus mēlibus regnavit. hic ante patrem suū Vespasianum nominari consuevit. erat enim omnibus virtutibus mirabilis & ornatus, ita vt amor & delicię humani generis diceretur. vir bellicosus, Græca Latinaq; lingua disertus. tantæ verò largitatis, vt nulli quicquā negaret. hoc dum reprehenderēt amici, respondisse fertur, neminem à vultu principis discedere oportere tristem. quadā die dum recordaretur in cœna, nulli se eo die quidquā præstitisse, dixit: Hodie diem perdidit. Nemo eo magnificentia maior. Tanta hoc imperatore tranquillitas fuit, vt nullū omnino sanguinē in republ. administranda fuisse referatur. sic narrat Orosius, quem miror tacuisse cædem Lini. Nam is cū sanctitate & moribus in precio haberetur, dæmones fugaret, & mortuos ad vitam reduceret, cū filiam Saturnini consulis à dæmonio liberasset, ma giæ damnatum S. Linū decollauit, sepelitur in Vaticano iuxta Petri corpus. ANNO Domini 82. Cletus patria Ro. adhortante Clemente, pontificatus onus inuitus suscepit, licet doctrina, moribus & dignitate plurimū apud suos valeret. sedit annis xj. mense vno & aliquot diebus. primus scripsit, Salutem & apostolicā benedictionem. Ad Titum redeo, qui dum fratrem Domitianū sibi insidiari sciret, nec deponere nec occidere aut in minori honore habere sustinuit, sed primo imperij die cōsortem regni ac successorē fecit, nonnūquam secreto lachrymis orās, vt mutuo erga se esset animo.

inter

inter hæc dum regnasset duobus annis & totidem mensibus, anno ætatis xlij. obiit in eadem villa qua & pater eius. quod vt palam factum est, moerentibus publicè cunctis, tantus fuit planctus, quasi orbati relinquerebatur à patre. à senatu inter deos habitus est. Cleti temporibus Lucas medicus Antiochenis, Pauli Apostoli imitator, & omnis peregrinationis eius comes ac socius, scripsit euangelium, quod à Paulo laudatur, & Actus Apostolorum. vixit annos 83. sepultus in Constantinopoli. Philippus quoque eodem tempore in Scythia, quam xx. annis in fide exemplo & prædicatione retinuit, rediens Hierosolymis moritur. ANNO Domini 83. Domitianus frater Titi ex ambobus parentibus regnare cœpit, regnavit annis xv. mensibus sex. iste primū finxit se misericordem & modestū, cupiditatis & auaritiæ vix suspicionē dedit. relictas sibi hereditates ab his qui liberi erant, non recepit, fiscales calumnias magna calumniantium pœna represit. sed neque in clementiæ, nec abstinentiæ tenore permansit, philosophos omnes vrbe & Italia expulit. Erat non solum magnæ, sed callidę nequitia. Ascletarionē mathematicū sciscitatus, quis eum maneret exitus, affirmantem fore breui vt laceraretur canibus, interfici iussit sine mora, & ad arguendam temeritatis artem, accuratissimè sepeliri imperauit. factū est vt repentina tempestate cadauer detectum dispererent canes. hanc fidem Astrologis Augustinus habet, vt quoties mira vera respondent, instinctu malorum credatur fieri spiritū, quorum cura hæc est, noxia de astris ac eorum fati inferere humanis mentibus. Domitianus quoque plures senatores, quasi nouarum rerum studiosos, aliquos consulares interemit, ac plurimos in exilium misit. prædabatur bona viuorum & mortuorū. tantæ quoque ignauia fuit, vt remotis omnibus, solus in palatio muscarum persequeretur agmina. vnde cuidam interroganti, est ne quis intus cum Cæsare non absurdè responsum est, ne musca quidem. Hic tam pessimus, mouit secundam persecutionem contra Christianos. ipse enim Iohannem Euangelistam de Epheso adduci fecit ad urbem, & in doliū feruentis olei mitti fecit ante portam Latinam, ex quo cū ille exiret, eam in insulam Patmon relegauit. passi sunt Nereus & Achilleus, necnon Domitilla & reliqui. Adhuc autem vivebāt quidam de carnali genere Domini nostri nepotes Iudæ, qui appellatur frater Domini. & quia antè iusserat Domitianus omnes perimi qui de genere Dauid descendissent, delati sunt. formidabat enim de aduentu Christi. adducuntur, & interrogati à Domitiano, si essent ex familia Dauid, confessi sunt, 9. millibus denariū æstimari bona sua, nec hæc sibi in pecunia subsistere, sed in æstimatione terræ, quā suis manibus excolentes alerentur: inde & tributa penderent: testes autem manus labore rigidas & callis obduras proferebant. Interrogati verò de Christo, quale sit regnum eius, vel quis ipse aut vnde, aut quādo venturus, responderunt quod non huius mundi regnum, neq; huius terræ ei designetur imperium, sed cæleste in consummatione seculi, quando aduentans in gloria, de viuis & mortuis iudicaturus est. Tum Imp. Iudæos dimisit, persecutionem Ecclesiæ Christianæ rursum suis compefcuit edictis. Cætera de ipso & Cleto in sequenti generatione. Domitianus Cæcis Germanicæ genti bellum intulit, deque victis triumphauit, inde Germanici cognomen adeptus. Septembrem mensem de se Germanicum dixit. triumphauit etiam de Dacis. Per id tempus in vrbe Quintilianus rhetor publicam scholam tenuit, è sisco donatus salario, Domitiani nepotes instituit. Ciuile bellum L. Antonius superioris Germaniæ præfectus mouit, miraque felicitate pons Rheni dimicationis hora repentè dissolutus, Gallorum copias quæ ad Antonium erant transitura, proposito auertit. victoria eodem die quo pugnatum est, Romæ prælagio cognita.

GENERATIO QVARTA.

ANNO imperij Domitiani octauo, Domini verò Iesu Christi 90. incepit quarta generatio, adhuc viuente Cleto. anno sequenti Simoni Mago nuper damnato Menander succedit, scutum diaboli, Samarites magus, dixit se saluatore, ad homines de cælestibus destinatum, nec aliter posse angelos seculi vinci, nisi suis artibus & suo baptismo: quem suscipiens, immortalis, æternus in hac vita & perpetuus fieret.

Iisdem tēporibus Cerinthi hæresis sumpsit exordium. Cerinthus enim per reuelationes quasdam velut à magno apostolo scriptas, & per angelos ei reuelatas, post resurrectionem terrenum esse futurum esse regnū Christi in Hierusalem, & homines in carne iterū vitij subiectā conuersationē habituros, ac mille annos quibus libidini seruiant, designat. ventris enim quæ infra sunt, incitamenta prædicabat explēda: & vt

Ebion. aliquid sacratius dicere videretur, legales aut festiuitates rursum celebrandas. Sed & alios idem demon ab amore Christi separauit per Ebiona, Christum solum hominem putantem, & quod per profectum vitæ ac virtutis, iustus effectus sit, communi etiam via ex viro & femina procreatus. Censuit custodiendam legis obseruationem, nec Christi fidem ad salutem sufficere. quidam tamen ex sectatoribus concedunt, Christum de virgine Maria & Spiritu sancto natum, nec tamen eum semper fuisse Deum. Apostoli Pauli epistolas respuunt, & apostatam legis appellant. vtuntur autem euangelio quod secundum Hebræos appellant. sabbatum secundum legem, nobiscum Dominicam sacratam pro resurrectione Domini, obseruant. Sunt qui huius temporis ad Clementis pontificatum referant. Sed & alia hæresis, quæ appellatur Nicolaitarum, cuius in reuelationibus Iohannis mentio facta est, iste se vnum ex diaconis septem cum Stephano electum iactabat, pulchram valde vxorem habuit, & post ascensionem Domini cum increparetur ab apostolis de zelotypia, productam in medium vxorem suam, si quis eam vellet habere, permisit. Ex qua occasione isti hæretici consequens putabant, vt hoc exemplo vnusquisque carne sua qui vellet, abuteretur: & sic promiscuos ac illicitos concubitus irreuerenter expetebat. Clemens autem Alexandrinus scribit, Nicolaum zelo Dei vxorem produxisse, quo per hoc continentiam se ostenderet expetere, non putans duobus dominis posse seruire, libidini & Deo, nequaquam vxorem prostituisse. ANNO vero 93. vel secundum alios quarto, Clemens sub Domitiano martyrio coronatur, sedem P. Petri Clementi relinquens, quam ille 9. annis tenuit ac mensibus 2. hic erat Romanus, ita morum ornamentis pollebat, vt ab omnibus diligeretur, non solum Christianis, sed & à Iudæis ac gentilibus. Clemens misit in Gallias Dionysium Areopagitam, qui cum alijs sibi adiunctis passus est tempore Traiani. hic constituit vt in Missa sacris vestibus vteretur sacerdos. Episcopos baculo ornauit pastorali, amictu sandalijs & chirothecis, quod archiepiscopus pallio vtatur, & quod summus pontifex non ambulet sine crucis vexillo, neque cardinales aut legari. Ad Domitianum redeo. hic dominum ac deum appellari scribi que se iussit, nullam nisi auream vel argenteam statuam sibi in palatio statui permisit. cumque odiosus esset omnibus, coniuratione suorum interfectus est in palatio anno imperij 15. præsentem vxore sua ac conscia. funus eius per vespillones cum ingenti de decore exportatum, & ignobiliter est sepultum. senatus nomen eius abradendum decreuit, ne quis eum imperatorem nominaret. diffinitum est autem, vt omnes quos in exilium damnauerat, decreto senatus reuocarentur, & facultates suas recuperarent.

Nerua 13. IMP. ANNO Domini 99. Nerua Cocceius Narniensis, admodum senex, imperauit anno vno, mensibus 4. dies x. hic in priuata vita moderatus ac strenuus, in imperio fidelissimus fuit. decreto senatus, vt dictum est, iussit irritum fieri quicquid Domitianus fieri constituerat. Vnde & S. Iohannes euangelista Ephesum rediens, ecclesiam hæresibus turbatam inueniens, hortatu fratrum Euangelium nouissimum scripsit. Nerua itaque Traianum virum strenuum & sapientissimum in filium adoptauit. mortuus ipse, in hortis Salustianis est sepultus, decreto senatus inter deos relatus. ANNO itaque Domini 100. Vlpus Traianus Crinitus, ex vrbe Tudertina genitus, genere Hispanus, apud Agrippinam nobilem Gallie ciuitatem imperator factus est. regnauit annis 19. menses 6. diebus 5. hic temp. ita administravit, vt omnibus principibus merito præponeretur. Siquidem duo sunt quæ ab egregijs principibus expectantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, vtrobique prudentia: vtinque est affectus felicissimè. Tantus in eo maximarum rerum fuit modus, vt quasi temperamento quodam virtutes miscuisset videretur, nisi quod cibo vinoque paulum deditus erat. laboris patiens fuit, iuris humani & diuini tam repertor noui quam veteris custos. admodum humanus, culpatus inde ab amicis, quod esset nimis popularis, respondit: Imperator talis esse debet apud subditos, qualis erga se imperatorem esse vellet priuatus. Traianus secundum Orosium lib. 7. Germaniam trans Rhenum in pristinam reduxit statum, multas alias prouincias Rom. imperio adiecit. Hoc tempore superstes apud Asiam demorabatur Iohannes Euangelista & Apostolus, de quo Irenæus in secundo aduersus hæreses libro: Ecclesia, inquit, quæ est apud Ephesum, à Paulo quidem fundata est, à Iohanne vero ædificata, qui permansit in ea usque ad tempora Traiani, hic Euangelium nouissimum scripsit. Matthæus enim primò Hebræis prædicauit, & cum pararet transire ad gentes, patria lingua scripturam composuit, & ea quæ prædicauerat comprehendens, dereliquit. Post hunc Lucæ & Marci scriptura

Iohannes
apostolus
& euange-
lista.

ra euangelica, secundum eas causas quas prædiximus, eduntur. Iohannem vero tradunt vsque ad vltimum penè vitæ absque scriptis prædicasse euangelium. sed cum trium horum euangeliorum etiam ad ipsum notitia peruenerit, probasse dicitur fidem & dictorum veritatem, deesse tamen vidit aliqua, & ea maximè quæ primo prædicationis tempore Dominus gesserat. ideo dicit in euangelio suo, Hoc fecit initiu signorū Iohann. 2. Iesus. sumitq; ab ipsa diuinitate exordium. Beatus itaque Iohannes famosum toto in orbe Dianæ templum subuertit, contra quem Aristodemus seditionem commouit, ac vt conuerteret Iohannes Aristodemum pontificem, venenum oblatum bibit, nec illi nocuit. sed & pontifici nondum credenti tradidit Iohannes pallium suum, vt eo tangeret corpora mortuorum. quo peracto, mortui surrexerunt. Exinde credidit Aristodemus, & innumera multitudo cum ipso, ecclesiaque in honorem B. Iohannis ædificata est. Cum autem esset 90. annorum, apparuit ei Dominus, vocans ac significans quod die Dominica sequenti ad eum veniret, qua die intrat ecclesiam à primo galorum cantu, populumque in fide confortans, deinde foueam quam fieri iusserat, intrans, luce immensa apparente, vt nullus adspicere posset. postea recedente luce, inuenta fouea manna plena, nec repertum est corpus eius vsque in præsentem diem. atque anno Domini 100. alijs 102. hoc modo migravit. Vnde de eo varia opinioniones sunt exortæ. aliqui volunt quod in sepulcro contineatur viuus ac dormiens, quia illic terra scaturire videtur. hoc Augustinus reprobat. Thomas super Iohannem refert aliam opinionem, quod sit translatus in paradysum terrestrem, tempore Antichristi venturus cum Enoch & Helia, & mortem passurus martyrij. cum enim dignior sit lex euangelica, quam lex natura aut Mosaica, videtur satis verisimile, quod sicut lex natura habet Enoch, & lex Mosaica Heliam, ita Euangelica Iohannem, testes contra Antichristum pro Christo. Clemens, pietate, religione, doctrina multos ad fidem conuertit. quam obrem P. Tarquinius sacrorum princeps, cum Mamertino vrbis præfecto Traianum in Christianos concitat, cuius imperio Clemens in insulam deportatur, vbi ad duo millia Christianorum reperit, ad secunda marmora damnatorum. & dum aquæ penuria laborarent, quam à sexto milliario peterent, Clemens collem conscendens, agnum vidit, sub cuius dextro pede fons diuinitus aquam scaturiebat, qua recreati sunt, & multi ob hoc ad fidem Christi conuersi. hanc ob rem motus Traianus, mittit qui Clementem in mare præcipitent, alligata ad collum eius ancora, cuius corpus non ita multo post ad littus delatum est, atque eo loci sepultum extructo templo. Hic regiones 7. notarijs diuisit, qui diligenter res gestas martyrum conscriberent, & vt cathedra episcopalis in eminentiori loco in ecclesia esset, vt videre omnes, & ab omnibus videri posset. Vt baptizatus, citius confirmetur chrismate ab episcopo. Post Clementem accepit ecclesiam regendam Anacletus natione Græcus, patria Atheniensis. hunc volunt aliqui esse Cletum qui Clementem præcessit, & ex supputatione annorum hoc dicere non esset absurdum. sed Damasus ad Hieronymum in chronicis Ro. pontificum dicit, quod isti sunt duo. nam fuit Cletus Romanus, Anacletus Græcus. hoc si teneamus, satis videtur consonum. At cum sub Traiano accipimus eum martyrio coronatum, quomodo nouem annis sederit, vt chronici ostendunt, non intelligo. nam Euaristus papa qui hunc sequitur, similiter circiter 9. annos cathedram tenuisse scribitur, qui etiam sub Traiano martyrij passus est, cui mox successit Alexander. ob quas causas arbitror Anacletum paucioribus annis papatum tenuisse, aut Euaristum, Alexandrumve. sed constituit Anacletus ne nutriant clerici barbam, ne episcopus à paucioribus quam tribus ordinetur, omnibusque fidelibus præcepit, vt peracta consecratione communicarent: qui vero nolent, è sacris ædibus eliminarentur. ANNO à natiuitate Domini 112. Euaristus natione Græcus, patre Iudæo nomine Iuda, ex Berhlechem ciuitate successit. hic titulos in vrbe Roma presbyteris diuisit, 7. diaconos in ordinem redegit, qui custodiret episcopum prædicantem propter stylum veritatis. Idem constituit, ne plebis in episcopum accusatio reciperetur. Constituit matrimonia in facie ecclesie solemnizari. Augebatur indes res Christiana. Quare Traianus veritus ne quid detrimenti Ro. imperium inde caperet, tertiam persecutionem in Christianos concessit, qua post Clementem & Anacletum, perijt Euaristus, & Ignatius Antiochenæ ecclesie tertius post Petrum episcopus, ad bestias damnatus, dum Romam trahitur, multos ad Christi fidem conuertit, in itinere Christianos literis & oratione confirmat. Cum leonum rugitum iam audiret, Frumentum sum, ait, bestiarum dentibus molar, vt panis mundus inueniar.

Per

Simcon. Per idem tempus Simeon Cleophæ filius, pro Iacobo Hierosolymorum episcopus constitutus, perijt, accusatus quod esset ex genere Dauid & Christianus, cumq; multo tempore supplicij fuisset affectus, martyrio tandem finiuit vitam, omnibus qui aderant & ipso iudice mirantibus, vt 100. & 20. annorum senex, crucis supplicium pertulisset. Insuper tam immensæ careræ martyrum quotidie iugulabantur, vt Plinius Secundus, qui tum prouinciam gubernabat, misericordia ob multitudinē interfectorum morus, ad Traianum scripserit, innumera hominum millia quotidie obtruncari, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur, aut quod Romanas leges offenderet, nisi hoc solum, quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo, adulteria verò aut huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Vnde per motus Traianus, rescribit Christianos decetero non esse requirendos, si tamen quidam inciderint, puniri: per quod ex parte aliqua persecutionis sedatum putabatur incendium. Erat annus principis Traiani vltimus, quo martyr diem obiit Euaristus, cui successit anno Domini 120. in sede Petri Alexander patria Romanus, iuuenis ætate, senior autem moribus, sedit annos x. menses 7. hic adiecit in præfatione siue canone, Qui pridie quàm pateretur &c. Ipse constituit aquam cum sale benedici & ad spersionem fieri, voluit quoque aquam misceri cum vino in consecratione sanguinis & corporis Christi, oblationem ex azymo fieri mandauit. Ad Traianum redeo, qui 22. annis minus sex mensibus, principatum tenens, apud Seleuciam Iauriæ ciuitatē profuuiio ventris perijt anno ætatis 62. ossa eius in vnam auream collecta ac in urbē delata, in foro quod ipse struxit, sub columna Coclide, quam adhuc cernimus, cuius altitudo 140. pedum est, sunt reposita, senatu & exercitu præunte. Solus omnium intra urbem sepultus, cuius memoriæ tantum delatum est, vt vsque ad nostram ætatem principibus acclametur, Felicio sis Augusto, melior autem Traiano. Senatū patrem appellabat, sese laboris ministrum. Traiano principatu perfuncto, Aelius Adrianus genere Italicus, consobrinæ Traiani filius, imperator successit anno Domini 119. Hic eruditissimus fuit & facundissimus Latino & Græco sermone, vnde est & Græculus appellatus, in omnibus omnia studia Atheniensium secutus est loquendo & canendo, medicinæ artem discendo, in musica, in geometria, item pictorum & figulorum scientiam habuit, aliæque multa didicit, ita vt rara esset illi res non experta. magnam supra modum memoriā habebat: loca, res, causas, milites & eos quos nunquam viderat, proprijs nominibus appellabat. fuit homo varius, dissimulatio boni & mali, & vt bonum se ostenderet, vitia sua callidè abscondebatur, tam de pop. Ro. benè meritis, vt pater patriæ appellatus sit, eiusque vxor, Augustæ nomen suscepit. Plutarchi aliorumque philosophorum doctrina & familiaritate delectatus. fecit & de nouo dontem Romæ sui nominis, qui adhuc extat, & sepulcrum in Vaticano apud Tiberim, quo nunc pontifices pro arce vruntur, estque castrum S. Angeli. Imperium adeptus hic tumultuosum ab initio: descierant enim plurimæ gentes post Traiani obitum, Dacos qui à Traiano deuicti erant, composuit. Inde Gallias, è quibus in Germaniam transijt, pacis in primis studiosus, cui composita regnum restituisse fertur. post Britannia, Gallia & Hispania constituta, Asiam ingressus est, Athenisque consedit. Vesuuius Campaniæ mons, à Neapoli vrbe quatuor passuum millibus distans, oliuetis vinctisque fertilissimus, secundum Eusebium vertice ruptus, tantum incendium ex se eiecit, vt ipsius montis arbores, vineas, regiones, idque cum innumerabili hominum multitudine exusserit, ita vt cum Plinius Secundus Traiani tempore ex Missenensi classe cui præerat, ad hoc visendum spectaculum propius accessisset, ab eodem incendio absorptus fuerit. nam tantam cinerum copiam eiecisse fertur, vt campi vsque ad arborum cacumina operirentur. de hoc in epistola Plinius.

Germaniæ regnum restitutum.

Plinij mors. Lib. 6. Epist. 16. & 20.

GENERATIO QVINTA.

ANNO à natiuitate Domini 120. sub Alexandro papa & Adriano, anno imperij illius 2. incepit quinta generatio, quo tempore Adrianus occasionem sauiendi in Christianos dedisset, nisi Quadratus Athenarum præsul, librum de honestate religionis Christianæ ad imperatorem scripisset. Idem fecit Aristides Atheniensis philosophus, sub pristino habitu Christi discipulus, volumen nostri dogmatis rationē continens, eodem tempore Adriano obrulit. His autem apologeticis libris factum est, vt Adrianus iniustum existimans Christianos in dicta causa vbiq; occidi, Minutio Fundano

Quadratus. Aristides.

dano Asiæ proconsuli scripserit, neminem occidendum, nisi de accusatore & crimine constaret. Itaque mitior Christianis effectus est, attamen sub eo plures Christiani martyrium sunt passi, vt Alexander papa, qui post multa miracula ab Aureliano detentus, torquetur primum in equuleo, & cum taceret, dixit Aurelianus, Cur taces? respondisse fertur, quia tempore orationis Christianus cum Deo loquitur. cum sedisset annis x. mensibus 7. martyrio coronatur cum Euentio & Theodoro diaconis.

Interim Hierosolymis vsque ad tempora Adriani traduntur 15. fuisse episcopi, quos omnes aiunt Hebræos extitisse, & scientiam Christi fideliter recepisse, incipientes ab apostolis, & perdurantes vsque ad tēpus excidij, quo Iudæi iterum deficientes à Romanis, magnis rursus prælijs subiugati sunt. Primus itaq; Iacobus qui Domini frater est habitus, post hunc Simeon electus est, tertius iustus, Zachæus quartus, deinde Tobias quintus, & Benjamin sextus, ac septimus Iohannes, tum Matthias, quem Philippus excepit, cui decimus Seneca subrogatus est, Iustus exinde, ac 12. Leui, post hunc Ephres, & 14. Ioseph, ac finis omnium Iudas: hi omnes ex circumcisione fuerunt. Mortuo Alexandro succedit Sixtus natione Romanus. hic constituit, ne sacra vasa nisi à ministris sacrorum tangerentur, & ne corporale ex alio quàm ex lineo panno & quidem purissimo fieret. constituit ne episcopus à sede Apostolica rediret sine literis Papæ plebem salutantis. in celebratione mandauit, Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus sabaoth, cantari. Aquila Iudæus natione Ponticus, cum Priscilla vxore edito Claudij discendens, vsque ad hæc tempora superuixisse fertur, secundus Mosaicæ legis interpres post Septuaginta interpretes. At Sixtus sedit annis x. mensibus 3. martyrio coronatur sub Adriano. Sub eodem principe Adriano Sophia sancta cum tribus filiabus, Fide, Spe & Charitate, venit Romam matrona nobilis, ac ibidem multas mulieres Romanas ad Christi fidem conuertit. Quæ cum postea maritos infideles abhorrent, accusantur, in primis Sophia cum filiabus. Fides itaque primum, deinde Spes, tertio loco Charitas, martyrio coronantur pro Christo, quarum corpora S. mater collegit, & super sepulcra filiarum in orationem se proiecit, & velut sopore depressa, in pace quieuit. Per id tempus excitantur Iudæi tumultum apud Bethbara oppidum Hierosolymis vicinum. cumque longius à Ro. obsiderentur, fame ac siti ad extremum internecionis adducti sunt, postquam dux ipse meritis pœnas luit, multa que proinde millia passim virorum foeminarumque ac puerorum conficerentur. Hæc natio Iudaica iam ex illo ab omni regione finitima Hierosolymorum penitus arcebat, cum sanctione diuinæ legis, tum maximè decretis Adriani, ita vt nec minus eis saltem paternum solum prophanis obtutibus liceret inspicere. ita factum est, vt ciuitas post interitum Iudaicæ gentis, incolis mox in eam peregrinis confluentibus, permutatis ciuibus, etiam ipsa Aelia appellaretur ex cognomento imperatoris Aelij Adriani, vt in Romano ius conuerteret, ritum pariter mutaret & nomen. hanc ipse in optimum statum murorum extructione reparauit, non tamen in monte Sion vt antè, sed in colle Caluariæ, præcepitque ne cui Iudæo introeundi esset licentia, Christianis tamen ciuitate permiffa. Igitur ex gentibus vt inibi cœpit Ecclesia congregari, primus post episcopos ex circumcisione sacerdotium illius ciuitatis accepit Marcus. cumque iam resurgentibus ecclesijs vbique terrarum ac fide Christi omnia redundarent, ille totius bonitatis æmulus dæmon, contra Dei Ecclesiam molimina versat, qui prius externo hoste, nunc malignis hominibus intestino bello eam quate-re nititur. Nam post Menandrum, cuius supra meminimus, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Basilidem Alexandria ortum produxit, quorum vterque suis in regionibus officinas impiæ & Deo inuisæ condidit disciplinæ. Quos contra Ecclesiastici viri veritatis alumni fortiter stabant, è quibus peruenit ad nostros liber Agrippæ Castoris, confutationem Basilidis habens, qui dixit eum de euangelio vigintiquatuor commentarios condidisse, prophetas verò sibimet nuncupasse qui nunquam extiterunt, quos ipse barbaris vocabulis nominarit. docere etiam eum refert, immolata absque vllò respectu conscientiæ degustanda, & sine scrupulo fidem negandam persecutionis tempore, sectatoresque suos ad morem Pythagoricum docuit quinquennio silere, & alia quoque venenata. Sed & Irenæus scribit coeuum illis fuisse Carpocratem superstitionis alterius, qui Gnostici vocantur, vocabulo à scientia confictio. hic præstigia Simonis Magi non (vt ille) clam, sed palam tradebat, & magicas tenebras in lucem proferebat, deque his omnem hominem doceri oportere decebat, qui ad perfectionem sui mysterij cuperet

Episcopi Hierosolymorum.

Sixtus papa I.

Sophia cum filiabus.

Bethbara Iudæi rebelles.

Hierosolyma instaurata Aelia.

Marcus Ep. Hierosol.

Saturninus. Basilides.

Carpocrates. Gnostici.

per-

Telepho-
rus papa.

peruenire, asserens non aliter quenquam effugere posse mundi huius principem. sed non in longum duravit hæc infania. etenim ipso confestim tempore quo coeperat opprobrij huius flamma restincta est, permanit veritas. intantum enim ad aures omnium ac mentes felix Christianorum fama prouecta est, vt omne hominum genus legibus & superstitionibus patrijs derelictis, ad fidem se conuerteret Christi. Extiterunt per diuinam gratiam viri ea tempestate eruditissimi, quod sufficienter obscena hæreticorum commenta conuincerent. ANNO imperij Adriani xij. Telephorus papa ordinatur, natione Græcus, sedit annis x. secundum alios xj. hic constituit 7. hebdomadibus ante pascha ieiuniū obseruari, in natali Iesu Christi tres Missas celebrari, & in Missa, Gloria in excelsis, cantari. Papa Telephoro martyrio defuncto, successit Hyginus natione Græcus circiter annum Domini 140. hic clerum prudenter in ordinem redegit, gradus distribuit, instituitque ne templa sine celebratione dedicarentur. vetuit item ne tigna, reliquæve materies templorū in prophanos vsus conuerterentur. statuit vt vnus patrimus vel sola matrima in baptismo & confirmatione haberetur, vt scilicet leuēt vel teneant ad sacramentū. moritur martyr Hyginus dum sedisset annis 4. mēses 3. dies 4. Per id ferme tempus erisse dicitur Adrianus intercutaneo morbo, 22. imperij sui anno, sepultus in villa Ciceroniana: moriens, hos vericulos fecisse fertur:

*Animula vagula, blandula, hospes comēsque corporis,
Quò nunc abibis in loca pallidula, rigida, nudula, nec vt soles dabis iocos!*

Antonius
Pius 16.
I M. P.

Quo anno Antoninus Fuluius Boionius, qui propter clementiam postea appellatus est Pius, genere claro, sortitus est imperium, qui regnavit annis 22. mensibus 3. Iste ab Adriano adoptatus est in filium, cuius & gener fuit, vir insignis, & qui meritò Numæ Pompilio conferatur, sicut & Traianus Romulo. vixit ingenti honestate priuatus, maiori in imperio. nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari gloriæ moderator, defendere magis prouincias quàm ampliare studens. viros æquos administrandæ reipub. quærebat. & cum orbem terræ bello nullo per annos 22. autoritate sua regeret, ad eò tremebant eum & amabant cuncti reges, populi & nationes, vt parentem siue patronum magis quàm dominum vel imperatorem reputarent. tãtæ iustitiæ fuit, vt multi reges, multæque nationes, positis armis, ad omnes controuersias suas iudicem eum poscerent. fertur quoque sæpe dixisse, malle se vnum ciuē seruare, quàm mille hostes occidere. Erat autem tempore Hygini & Antonini Valentinus quidam Romæ, author Valentinianæ hæresis. dicebat hic Christum de corpore virginis nihil sumpsisse, sed per eam tanquam per fistulam transisse. Eodem tempore Cerdo, à sectatoribus Simonis Magi impietatis suæ occasionibus sumptis, Romam venit, ibique docuit, quòd is qui à lege & prophetis prædicatus est Deus, non esset ipse pater Domini nostri Iesu Christi, quia ille quidem notus esset, hic autem ignotus: & ille iustus, hic autem clemens. De his Irenæus in libro aduersus hæreses. His & Marcum quendam adiungit, quem dicit magicis imbutum, cuius sectatores quibusdam secretis carminibus & verbis prolatis initiati sint, baptizando in nomine ignoti patris omnium, & in veritate omnium matre, & in eo qui descendit Iesu. alij verò Hebraica nomina ad pauorem audientium super initiandos exprimebant. ANNO verò Domini 143. Iustinus fidelissimus nostræ philosophiæ sectator, in Platonicis disciplinis eruditissimus, scripsit ad Antoninum Pium apologeticum pro nostra religione, eumque beneuolum erga Christianos fecit. scribit in suis libris etiam de conuersione sua à gentili philosophia ad veræ religionis fidem, quòd non absque probabili ratione conuersus sit. Nam & ego ipse, inquit, sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos, & videns eos impauidos, ad suscipiendam mortem, considerabam quòd impossibile esset in malitia eos & in libidine conuersari. quis enim aliquando voluptuosus & luxurijs deditus, mortem libenter amplectitur, vt confestim careat, pro qua infamari maluit, voluptate? quin immo viuere perpetuò, si liceret, iudico, in hoc magis operā daret, nec semetipsum statuta ac professæ morti studeret offerre. His scriptis bonus princeps ad Christianorum gratiam animum adiecit. Iustinus præterea inuectus est contra Marcionem, qui Cerdonis dogma secutus est, cuius iam fecimus mentionem. Scribit autem ille: Marcion quidam Ponticus docet homines, alium credere esse Deum maiorem conditore Deo. hæc ille hominibus ingerens, & daemonibus adiutoribus vtens, multis persuasit, vt negarent creatorem omnium Deum esse patrem Christi, sed alium quendam, qui quasi maior hoc esset. Iustinus iste

Valentinus.

Cerdo.

Marcus Ma-
gus.Iustinus phi-
losophus &
martyr.

martyrum ante se scribens agones. Et ego, inquit, spero me ab aliquo horum, quibus pro veritate obstiti, insidias esse passurum. quod postea verum esse compertum est. nam vt scribit Hieronymus de viris illustribus, cum in vrbe Roma diatribas haberet, Crescentem Cynicum philosophum, qui aduersus Christianos blasphemabat, redarguit tanquam gulosum, mortis timidum, luxuriæ quoque & libidinis sectatorem. ad extremum insidijs Cynici circumuentus, gloriose pro Christo sanguinem fudit. ita remunerationem linguæ fidelis & eruditæ, martyrij munus accepit. Moritur interea Hyginus papa anno Domini 144. & Pius natione Italus, patria Aquileiensis, sufficitur anno imperij Antonini Pij quinto. Hoc tempore Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei dedit angelus apparens in habitu pastoris, scilicet de celebrando paschate resurrectionis die semper Dominico. hic liber pastoris, ponitur inter apocrypha, 15. di. sancta Romana. Ipse tamen pontifex Pius, ita seruari vt Hermeti reuelatum, præcepit, de quo conf. di. 3. Nosse. Pius etiam illis, quorum negligentia de sanguine Christi aut corporis eius aliquid in terram ceciderit, statuit penitentiam seu poenam 40. dierum: si super linteam, quatuor dierum: si super altare, trium: si super aliud linteam, nouem dierum. Hoc tempore Apollinaris Hierapolitanus episcopus insigne volumen de fide Christi M. Antonino tradidit. scripsit etiam in Cataphrygas, qui tunc etiã cum Prisca & Maximilla insaniebant vaticinantes, incipiente tamen Montano. quorum omnium hæc erat opinio, aduentum spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum fuisse. Illis quoque temporibus laudabatur & Tatianus vir doctissimus, quandiu ab opinione Iustini martyris præceptoris sui non discessit. Nam postea inflatus opinione sua, nouam hæresim cõdidit, quam postea Seuerus auxit, vnde Seueriani appellati sunt. hi vinum non bibunt, carnes fastidiunt, & vetus testamentum ac resurrectionem non recipiunt. Scripsit & Musanus librum contra quosdam, qui ad Encratitarum hæresim declinabant. horum opinio cum Seuerianis conuenit, omnem enim coitum spurcum putabant, cibosque damnabant quos Deus generi humano proposuisset, nuptias & fornicationem pari lege iudicantes. Per idem tempus Papias scripsit volumina quædam, Explanationes sermonū Domini. de hoc Hieronymus de viris illustribus: Papias, inquit, in præfatione explanationum asserit, se non varias opiniones sequi, sed apostolos habere authores: Considerabam, dicens, quid Andreas, quid Petrus dixisset, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Iohannes, quid Matthæus, quid vel alius discipulorum Domini, quid etiam Ariston & senior Iohannes discipulus Domini loquantur. Hic dicitur Iudaicam mille annorum edidisse falsam opinionem, scilicet quòd sancti regnaturi sunt cum Christo mille annis post vltimam resurrectionem in voluptatibus corporis, propter id quod scribitur in Apocalypsi, Regnabunt cum illo mille annis. sed 24. q. 3. c. pe. dicitur, quòd Cerinthus fuerit inuentor huius erroris, quam opinionem inter sacros doctores nonnulli sectati sunt velut ambiguã, quos pietas excusare iure debet. Fuere his temporibus viri & ingenio & artium multitudine celebres, inter primos Plutarchus Chæroneus Traiani præceptor, à quo est in Illyricum missus consulari potestate, iussimque omnibus in Illyria magistratibus, vt absque eo nihil agerent. Scripsit præter vitas paralellas philosophica plura, quorum magna pars beneficio Erasmi Roterdami & Bilibaldi Pyrkaimer, vtriusque Germani, Latine legitur. Fuere & sophista, Lucianus Samosatensis, Fauorinus Eunuchus, ex Arelate vrbe Gallorum ortus, magna vi dicendi præditus, Herodi Attico in primis familiaris, quem hæredem librorum suorum reliquit. Fuit & Polemon Fauorini æmulus, Appianus Alexandrinus. Apud Latinos Apuleius Apher Platonicus philosophus, A. Gellius, Suetonius qui Cæsares scripsit. post hos Egesippus, qui historiam ab eo tempore quo passus est Christus, ad Eleutherium conscripsit.

generatio, qua in generatione Polycarpus Iohannis apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit, quippe nonnullos apostolos magistros habuit. hic Romam veniens, vbi plurimos Marcionis & Valentini suasionem deceptos hæretica prauitate, reduxit. cum autē fortè obuius ei Marcion diceret, Méne cognoscis? respondit ille, Cognosco primogenitum diaboli. Hic Polycarpus ante triduum quàm compræhenderetur, vidit per visionem nocte cervical

Rr capitis

GENERATIO SEXTA.

ANNO Domini 150. qui est annus imperij Antonini Pij xj. sub Pio papa sexta accepit generatio, qua in generatione Polycarpus Iohannis apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit, quippe nonnullos apostolos magistros habuit. hic Romam veniens, vbi plurimos Marcionis & Valentini suasionem deceptos hæretica prauitate, reduxit. cum autē fortè obuius ei Marcion diceret, Méne cognoscis? respondit ille, Cognosco primogenitum diaboli. Hic Polycarpus ante triduum quàm compræhenderetur, vidit per visionem nocte cervical

Anicetus
papa.M. Antoninus
17. Imp.Quarta per-
secutio.Marcomanicum bel-
lum.

Soter papa.

Dionysius
Corinthio-
rum episco-
pus.Apelles ha-
reticus.Cataphry-
ga.

capitis sui igne esse consumptum, quod, cuigilans, interpretatus est igne se consumendum. & cum comprehensores sui venissent, mensam eis apposuit, postea mira pro Christo sustinuit. Is dum esset Iohannis euangelista discipulus, & cum eo apud Ephesum balneas ingrederetur, mox vt B. Iohannes vidit Cerinthum haereticum, nō lotus discessit, dicens: Fugiamus hinc, ne balneae corruant, in quibus Cerinthus lauatur veritatis inimicus. ANNO deinde 159. Anicetus natione Syrus, Pio in pace defuncto, succedit, qui sedit annis x. hic statuit vt clericus comam non nutriat, & quod corona clerici sit sphaerica, capilli breuiiores. ANNO sequenti Hierosolymis post Marcū ordinatur Cassianus 17. deinde Publius 18. Maximus 19. Iulianus 20. Gaius 21. Symmachus 22. Caius 23. Iulianus 24. Capito 26. ANNO 161. Antoninus Pius in suburbano suo ad duodecimum ab vrbe lapidem morbo correptus, interijt apud Lorium vitæ anno 77. ANNO sequenti, qui est annus Domini 162. Marcus Aurelius Antoninus Verus cognomento Philosophus, Romæ educatus, sunt qui fuisse Gallū dicant, imperium adeptus est, Antonini Pij adoptiuus & gener. hic omnes virtutes caelesti simul habebat ingenio, in calamitatibus publicis factus est defensor, & si illis temporibus non fuisset, absque dubio gloria Ro. perijisset. fratrem Lucium Verum simul & generum suum, noua beneuolentia cōsortem imperij fecit. tum primū Romana respū. duobus æquo iure administrantibus paruit, cum vsq; ad illos semper habuisset singulos Augustos. Per idem tempus ab armis nulla quies erat. nam primo anno rex Parthorum rebellans, vicinas sibi prouincias Romanas depopulatus est, contra quem L. Verus Antoninus perrexit, multaq; ingentia aliorum ductu peregit, rediens cum victoria. Horum Cæsarium tempore quarta cōtra Ecclesiam persecutio orta est, multique martyrio coronati sunt, Iustus Viennensis episcopus, Photinus Lugdunensis episcopus, Felicitas illustris foemina cum septem filijs suis Christianissimis, S. Victor, S. Concordius, Nouatus & plures alij. Ipsam autem persecutionem secuta est lues magna, quæ multas prouincias deuastauit, maximè Italiam, quam adeo attriuit, vt passim villæ & agri sine cultore & habitatore remanerent. multi terræmotus & inundationes fluminum secutæ sunt. Exortum est his temporibus bellū Marcomanicum, quod quidem bellum prouidentia Dei administratum esse, cum plurimis argumentis, tum præcipuè epistola grauiissimi ac modestissimi imperatoris apertissime declaratum est. nam cum insurrexissent gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcomani, Quadi, Vandali, Sueui, Sarmatae, atque omnis penè Germania, & in Quadorum fines ingressus exercitus, circunuentusq; ab hostibus propter penuriam aquarum esset, potius sitis quam hostis periculum sustinens: tum cessitres ad inuocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerant, tanta vis pluuia effusa est, vt Romanos largissime refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præsertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit, quorum terga Romani vsque ad internecionem cædentes, gloriosissimam victoriam rudi paruoc; militum numero reportarunt. Ita Orosius scribit. ob hoc Christianum nomen celebre factum fuit, & imperator sententiam contra Christianos mitigauit. Iturus ad hoc bellum Cæsar, cum non haberet vnde stipendium militibus præberet, exhausto ærario, omnem imperatoriam suppellectilem, omnemque ornatum vxoris in foro Traiani hastæ subiecit. Verum cum postea superato hoste in patriam redijisset, emptoribus precia restituit, nemini tamen molestus fuit qui reddere empta noluisset. parta victoria, in omnes bene meritos liberalis fuit, tributa quibusdam prouincijs remisit, leges seueriores nouis constitutionibus temperauit. His rebus gestis, M. Antoninus ab omnibus ita diligebatur, vt sacrilegi nomen incurreret, qui eius imaginem domi non habuisset. ANNO deinde 169. Anicetus papa martyrio coronatur, & Soter natione Campanus, papa ordinatur. sedit annis ix. statuit ne monacha etiam villa pallam attreret, neve thus in acerram poneret dum sacrificia fierent. Soteris tempore fuisse Dionysium Corinthiorum episcopum Eusebius scribit, qui multos suis erudiuit epistolis. Multa & Theodotion genere Asianus, Tatiani discipulus, ad laudem religionis nostræ tum conscripsit, maximè verò Apellem haereticum scriptis suis commodè irridet, quod Deum quem coleret, ignorare se diceret. affirmabat enim Christū non Deum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse. Non desunt qui dicant Cataphrygarū heresim hoc tēpore ortā, auctore Mōtano. Scripsit & Theophilus Antiochen. episcopus librum cōtra Hermogenis heresim. Ad Cæsares redeo. M. Antoninus sapiētissimus fuit, celauit suppor-

supportauitque vitia L. Antonini consortis regni xj. annis. Accidit autem quòd dum simul vnò in vehiculo vererentur, Lucius morbo hypoplexiæ suffocatus est anno imperij vtriusque xj. & sic M. Antoninus regnum solus obtinuit, quem certè ob præstantiam in omni genere virtutis admirari facilius quàm laudare licet. hic enim à teneris eodem animi vultusque tenore in quauis fortuna semper est habitus, & quia benignitas naturæ cum doctrina à Frontone oratore habita, in eodē viro certabat, ab omnibus Philosophus appellatus est. Platonis sententiam in ore semper habebat, Tum demum florere ciuitates, si aut philosophi imperarent, aut imperantes philosopharentur. qui vir tantæ virtutis poterat dici felix, si vxorem Faustina & filium Commodum non habuisset, filium inquam verè incommo dum, prout sub eo diceretur. volebant plures eum de M. Antonino non esse natum, sed de adulterio. Faustina enim vxor M. Antonini, impudicam duxisse vitam criminabatur. quare cum diceretur sibi vt eam repudiaret, sed non occideret, dixisse fertur: Si vxorē dimittimus, reddamus & dotem: dos autem habebatur imperium, quod à focero Antonino Pio, volente Adriano, adoptatus acceperat. Nam educatus fuerat ob virtutes suas ab Adriano, qui cum iucessorem sibi delegisset, nisi ætas obfuisse. ideo Antoninū Pium Adrianus in adoptionem legit, vt & Pius M. Antoninum adoptaret sibi. ANNO autem Domini 177. imperij M. Antonini xvj. Soter papa moritur, & sepelitur in via Appia. Succedit Eleutherius natione Græcus, patria Nicopolitanus. sedit annos circiter xv. hic inito pontificatu, mox epistolam accepit à Lucio rege Britannia, qua rogabatur vt se ac suos in Christianorum numerum reciperet, qua de re Eleutherius Fugatum & Damianum viros optimos eò misit, qui regem ipsum ac populum baptizarent. Erant tum in Britannia tres archiflamines, & xxv. flamines, quorū in locū archiepiscopos & episcopos instituit. Eleutherius inter hæc ad rem diuinam intendit, statuitque vt nullus vialis repudiaretur cibis. Noluit quenquam à suo gradu deijci, nisi esset accusatus & conuictus, exemplo saluatoris, qui errorem Iudæ, licet rei, nondum tamen conuicti, ita æquo animo tulit, vt quidquid interim egisset pro dignitate apostolatus, ratū firmumque manserit. Huius autem tempore pax ecclesijs data est, nomen Christianum per omnem terram auctum, Romæ potissimum multi ex nobilitate cum coniugibus in fidem recepti & baptizati sunt. Solus verò Apollonius orator insignis, martyriū passus est, habita prius oratione de laudibus Christianæ fidei, quod illis temporibus capitale fuit. mortuo Apollonio, multa hæeres inualere. Marcionis quippe secta variè diuisa est. Apelles enim vnus fatetur esse initium, prophetas contrario spiritu asserit inspiratos, profuturam cuique Christi crucē asserere, dummodo bene viueret, neglecta etiam fide. alij autem auctore Marcione duo esse principia introducūt, huic consentiunt Ponticus & reliqui Pontici Lupi sectatores. alij quoq; ex eisdem rursus deterius inuoluti sunt, tria principia & tres naturas confirmantes, quorum princeps & auctor est * Sireus. Florinus quoque & Blasco noua contra veritatem machinabantur figmenta, Deū creasse mala, cōtra illud, Deus fecit omnia bona. Ad M. Antoninum redeo, quem & ætate & curis confectū, dum in Pannonijs ageret, grauiissimus repente percussit morbus. Quare cum deploratam suam salutem sentiret, anxius reipū. & filij curas agitans, amicos aduocat, qui postquam conuenerunt, constitutum in eorum conspectu adolescentem filium, breui oratione patris commendatum acceperunt, vnà cum belli reliquijs. Estque ipse postero die functus fato, suis virtutis memoriam relinquens, tam vniuersis charus, vt ab alijs modò frater, modò pater, modò filius, vt cuiusque ætas sinebat, & diceretur & haberetur, xix. anno imperij sui, lxx. vitæ, diem vltimum clausit. Quantus illius amor, cum nuncium esset Romam perlatum, regio funere claruit, vt certum omnibus esset, quòd commodatus ad Deum redijisset, immo priusquam funus conderetur, senatus populusque Romanus vnà propiciū deum dixit. Denique in multis domibus M. Antonini statuae sunt locatae, ad hoc templum ei constructum est, dati sacerdotes: quis tanti viri præconia fieri poterit? in quantum philosophiæ studium valuit, vt adscitus iam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonij Chalcedonij discendi causa venerit. Grauis ac seriosus fuit, non tamen sine comitate, cum frugi esset sine contumacia, verecundus sine ignauia, sine tristitia grauis. Erat autem in summis obsequijs patris Pij dum viueret, cuius in domo per 23. annos versatus est, vt eius quotidie amor cresceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo mansit diuersis vicibus. Ob hoc Antoninus Pius cum sibi adesse sine vitæ videret, vocatis amicis, eum successorē imperij omnibus cōmendauit, statimque

Mors L. Veri.

Platonis
apophtheg-
ma.Eleutherius
papa.Lucius An-
glia rex.
Anglorum
apostolici
mi omniū
qui.

Apollonius

Hæreticorū
tutba.

Marcion.

Gene. I.
Mar. II.Interitus
Antonini.

statimque fortunam auream, quæ in suo cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire iussit. Itaque post excessum Pij, senatus auctoritate coactus est regimē publicum capere. Deinde Armenia deuicta, Armeniacus dictus est, sicut à Parthis victis, Parthicus est appellatus. semper autem ciuiles ac bellicas res cum optimatibus priuquam faceret, contulit. eius sententia semper hæc fuit, Aequius est vt ego tot & talium amicorum consilium sequar, quàm vt tot amici meam vnius voluntatem sequantur. Cassio qui ab eo defecerat, occiso, in conscios defectionis venit senatum grauiter iudicare. Illius caput oblatum, nullo lætitiæ signo adspexit, humari iussit, dolens vnum illum è senatorum numero se principe perijsse, velut pollutum esset imperium, est ante Faustinae & amicorum opera in coniuratos incitari potuit, nisi omnium optimus princeps plus salutis ciuium, quàm suæ maiestati tribuisset. In hac generatione Britannia, nunc Anglia, ad fidem Christi conuersa legitur, sub Eleuthero papa & Lucio rege Britonum, vt supra dictum est. inuenio tamen in Legenda S. Timothei apostoli, quod venerit in Britanniam, & Lucium eius gentis regem cum tota insula ad fidem Christi conuerterit. Et illud magis concordat Legenda S. Lucij, quæ habetur in ecclesia Curienti, vbi fuit episcopus & martyrio coronatus. vtcunque sit, sub Lucio Britannia Christianismum suscepit. & quia de regibus Britannia in primo volumine generatione trigesima nonnulla scripsimus, operæ precium erit vt reliqua hæc addamus. C. Iulius Cæsar Britannos, gentem antè ignoram, & solis fabulis esse creditam, bello bis vicit, vestigales Romano imperio fecit, * Cassibellano eorum duce & nonnullis alijs Regulis subiugatis. In hac fide permanere vsque ad Ginderium Armingum regem suum, imperante Claudio, circiter annum xl. post natiuitatem Domini. Itaque Ginderius cum tributum negasset, à Claudio bello interfectus est. Quare Aluiragus cum Romanis congressus, eorum duce Ammonem in portu, qui ab eo nomen habet, occidit. At cum is postea Romanis resistere non posset, Cæsari se dedit, cuius filiam vxorem accepit. Huic in regno successit Melrius filius, qui regem * Pictorum Albaniam, hoc est, Scotiam infestantem occidit, & populo deuicto, qui cum eo venerat, partem Albaniam desertam, quæ Carthænesia nuncupatur, habitandam dedit. Inde Coillus, huic successit filius Lucius, qui primus Christi fidem accepit, petitis per literas à pontifice Eleuthero pieratis doctoribus, circiter annū Domini 156. Imp. Rom. M. Antonino & L. Vero. Creuit interim ab ea barbarie maximis incrementis Christiana pietas, quare fertur rex Lucius non tam regno quàm omni mundi cultu relicto, Gallias veritatis prædicandæ causâ petijsse, inde in Germaniam accessisse: hodieque Bauarise hoc doctore Christi fidem accepisse gloriatur. At cum Sueuiæ Vindelicam, quæ modò Augusta vrbe clara est, ingressus, Iesum prædicaret, populus quasi nouam religionem perosus, virum lapidibus obrutum, in puteum quandam demisit. Vnde à Christianis qui erant illic, est clam extractus, & ad Curientem ciuitatem ductus, vbi martyr vita functus est. Interea in Britannia cum interregnum esset, variè tumultuatum, donec Seuerus princeps eò cum exercitu profectus est, qui primò quidem vicit, aliqua insulæ parte subiugata, sed mox repulsus est ab his qui tenebant Albaniam: quapropter muro diuisit Albaniam & Deieram, qui insulæ cultores Romanis fideles tueretur. Cæterum Seuerus apud Eboracum interijt morbo, si Herodiano creditur, etsi sunt qui eum Albanorum perijsse scribunt insidijs. Britannia regnū Carausius occupauit, quem Alexius Romanus dux sustulit. Successit statim Afclepiodotus, qui Alexium cum legionibus tribus vicit. Hoc tempore missus in Britanniam à Diocletiano principe Maximianus, Christi sectatores innumeros occidit. Afclepiodoto interfecto, Coel succedit, qui * Coelestriam condidit. Tum Constantius Cæsar in Britanniam missus, insulam Romanis pacauit, eamque post interitum Coelis, ducta illius filia Helena vxorè, solus administravit. Post hunc filius Constantinus Magnus, cuius gratia reges Anglici imperiali diademate vsi sunt. Constantino Romæ imperium incunte, occupauit regnum Oðauius Suedorum dux, interfecto Trahero Helenæ auunculo rege Britannia. Is filiam dedit Maximo vxorem successori, qui cum in Gallijs Romanum imperium infestaret, fugato & occiso Gratiano, à militibus imperator est appellatus, demum & ipse prodicione à quibusdam Gratiani amicis interemptus. Post illum Britannorum duces, cum vastaretur insula à Pictis & Scotis, à Romanis frustra auxilium petiere. quare indignati, murum, quem à Seuero principe factum diximus, deiecerunt, Romanosque finibus expulerunt. Sedauit hos tumultus Constantius

De Britan-
nia.Angli à In-
sio debel-
lati.Armingus à
Claudio de-
bellatus.

* Pictorum

Bauarorum
apostolus
primus S.
Lucius An-
gius.Coel.
* CoelestriāHelena Cō-
stāntini ma-
ter.

rius Britannus, Aldonei regis frater: qui occisus fraude, reliquit filios tres, Constantem, Aurelium & Ambrosium. Constantis Deo cœnobioque se primū dicans, mox regnum repetens, à Vortigerno Gerseorum duce qui arripuerat, circumuentus occiditur. Hoc tempore circiter annum Domini 449. Saxones siue à Vortigerno, siue Saxones Bri-
tanniam in-
gressi.
totius insulæ consilio vocati aduersus Pictos & Scotos, vt Beda vult, duce Engisto, in Britanniam applicuere, suntque in regni partem à Vortigerno excepti, vt infra gene-
ratione xv. videbis. nam ibi per plures annos gesta hæc exequemur latius.

GENERATIO SEPTIMA.

Mortuo itaque M. Antonino, Lucius Aurelius Commodus filius imperium accepit, anno Domini 180. quo anno septima incepit generatio. regnauit autem annis xij. mensibus octo, nihil paternum habens. eius mater Faustina cum esset prægnans, visa est in somnis serpentes parere, sed ex his vnum ferociorem. Cum autem geminos peperisset, Commodum & Antoninum, Antoninus quadrimus est elatus. mortuo itaque fratre, Commodum Marcus & suis præceptis & etiam optimorum virorum erudire conatus est, sed tot disciplinarum magistri nihil sibi profuerunt. Nam à prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus fuit. Imperator factus, patris ministeria submouit, amicos senes abiecit, per tabernas & lupanaria volitauit, misit homines ad prouincias regendas vel criminum socios, vel à criminosis commendatos. In senatus odium ita venit, vt crudeliter in tanti ordinis perniciem sæuerit. innumeros occidi fecit. Interemit sororem Lucillam, cæteris sororibus improbè contaminatis. inde Perennium prætorianorum præfectum, qui & vitæ & imperio illius insidiabatur: quo interfecto, Felix est appellatus. Reip. causa in publicum rarò progrediebatur. sæuebat in primis præfectorum cædibus, alium pro alio occidens, varijs excogitatis supplicijs. Ea fuit præterea dementia, vt vrbem Romam post incendium restauratam, coloniam Commodianam, senatum Commodianum vocari voluerit. menses mutauit, pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Inuidum, pro Nouembri Superatorem, pro Decembri Amazonum. * scilicet hæc inter alia vanissimè sibi cognomina vsurpabat, dici voluit Iouis filius Hercules, repudiatoque Romanorum principum habitu, leonis pelle instratus, clauamque gestans, in medium prodebat, solitus cum feris dimicare pertinacissimè. adeò enim erat certa manu, vt nullam frustra sagitta peteret. Hoc viuens modo, cum trecentis concubinis, totidemque exoletis puberibus, in palatio per conuiuia debacchabatur. idque quandiu tulerint sui imperium, vt mox scribetur. Per idem tempus, hoc est, anno Domini 184. Hierosolymis ordinatur Maximus episcopus, post quem Antoninus, post eum Valens, deinde Dulichianus, post hunc Narcissus, deinde Helius, dein Germanus, hunc sequitur Cordius 33. episcopus. Origenes nascitur Alexan-
dria anno Domini 188. Erat adhuc circa hæc tempora hæresis Cataphrygum, de qua Apollinaris Hierapolites: Origo, inquit, huius hæresis inde descendit: vicus est qui appellatur Ardaban apud Mysiam Phrygia ciuitatem, vbi aiunt Montanum, qui nuper ad Christi fidem venerat, cupiditate primatus accensum, contrarijs spiritibus in semetipso locum dedisse, ac repente quodam excessu mentis affectum & velut actum spiritu, proloqui cœpisse quædam noua & diuersa, velut prophetali specie. Videntes hæc alij, vt dæmone repletum, & erratico spiritu afflatum, obiurgabant, & loqui prohibebant, memores Dominici præcepti, quod iubet obseruari falsos prophetas: alij autem vt spiritus sancto repletum, & prophetica gratia donatum putabant: à quibus cum Montanus in veneratione haberetur, in tantam progressus est temeritatem, vt etiam duas quasdam mulieres insani spiritus, quo ipse replebatur, participes sibi faceret, & ad insanendum secum pariter edoceret. nam beatificari eos qui sibi familiaris adhærebant, promisit. dicebant hi heretici, se eos esse quos promiserat Dominus ad populum suum se esse missurum prophetas. Hic Montanus est, qui docuit nuptias solui, & qui ieiuniorum leges primus imposuit, quædam Phrygia oppida Hierosolymorum, nomine donauit, vbi sectatorum fore ecclesiam decreuit. De mulieribus scribit Apollinaris, eas quas Montanas prophetissas nominat, viros suos reliquisse, multa falsa dicere. Et iterum: Dicite mihi o prophetissæ, vultusne prophetantis candoribus & ruboribus aliquando fucatur? prophetissa stibijs tingitur, ornamentis & ornatibus delectatur? Deinde, propheta ad tabulas & reseras

Comodus
xviii. Imp.Origenes
nascitur.Montana
hæresis.

Marcioni-
itarum mar-
tyres.

ludit, propheta pecunias & munera accipit, pecuniam suam ad vsuram dat. dicant, si licet hæc eis facere, & probabuntur mihi reliqua. Nunc autem ad martyres confugiunt, dicentes, multos se habere martyres: hoc esse indicium, quod verus sit apud eos propheticus spiritus. quid ergo, quia multi hæretici plurimos martyres habent? Nam Marcionistæ habent plures martyres. sed quæ esse poterit apud eos martyrii virtus, ubi Christi veritas non est? Neque credendum est in excessu mentis, id est, per demetiam prophetari, quod est proprium pseudoprophetis. ubi enim quis amens efficitur, iusti rectique esse non potest tenax. qui sine dubio initium sumunt ex imperitia, ad finem deuoluuntur amentia. Hoc autem modo neque inter veteres quempiam, neq; inter nouos per Dei spiritum extitisse prophetam potuerunt demonstrare. Eleutherius papa cum sedisset annos xv. menses tres, moritur, & apud B. Petri corpus sepelitur. Deinde post quinque dies Victor natione Apher, eligitur anno Domini 191. constituit hic, vt exigente necessitate, vbique & in omni aqua naturali possit baptisma conferri.

Victor papa

Constitutio
paschalis.

ANNO Victoris in Papatu septimo, celebratum est concilium in Alexandria Paestinae sua autoritate, cui interfuit Narcissus, Theophilus & Irenæus: statutumque est, quod semper die Dominico pascha celebrari debeat à quartadecima luna primi mensis, hoc est, Aprilis, vsque ad vigesimam primam, ne Iudæos imitari videremur, vt multi tunc episcopi Asiae & Orientis cum Iudæis pascha celebrabant, qui tamen sequi se dicebant Iohannem Euangelistam, Polycarpum, & plures alios. De his infra. Ad Commodum redeo, cuius flagitium vrbis poena profecuta est. nam Capitolium fulmine ictum est, ex quo inflammatio facta, Romanam bibliothecam concremavit. Exortum est deinde aliud incendium, quo Pacis templum, ædes Vestæ & Palatiū, bonaque vrbis pars exusta est ac solo æquata. Postremo, cum flagitij eouque animus velaniae proueheret, vt principalem aulam desereret, & in ludum gladiatorum migraret, statuit in Saturnalibus non ex ædibus imperatorij, vt mos erat, sed è ludo gladiatorio in publicum prodire. Quod cum Martia, quam ex omni concubinarum numero præcipue adamauit, & penè iustæ vxoris loco habuit, præterea & Læus prætorianorum præfectus & Electus certatim dissuaderent, rogarentque ne quid indignum principe conaretur: adeo percitus est ira, vt plurimos ea nocte interficiendos scriberet, ex quibus prima erat Martia, mox Læus atque Electus, post hos ingens eorum numerus, qui plurimum habebant in senatu autoritatis. Sed venit in Martiæ manum libellus fortè per puerum Philocommodum, quæ ubi se morti destinatum cum alijs vidit, libellum Electo tradidit, qui rem cum Læo communicauit. Placuitque nefarium hominem præuenire veneno, quod cum sibi frustra viderentur tentasse, Narcissum audacem iuuenem immiserunt, qui grauitè affectum strangulauit. Et is quidem est exitus Commodi, principis omnium nobilissimi, sed sceleratissimi, tredecim annos post patris obitum imperio administrato. corpus eius vt traheretur vno in Tiberim, populus acclamauit, sed iussu Pertinacis successoris, in Adriani sepulcrum translatum est: memoria eius, sicuti olim Domitiani, ex monumentis omnibus abrafæ. Commodus interfecto, qui cædis erant conscij, ruto-

Commodi
mors.

Aelius Pertinax 19. Imp.

re sibi opus esse videbant. itaque suscepit imperium à Læo delatum P. Aelius Pertinax vrbis præfectus, inuitus, circiter annum Domini 194. imperauit menses sex, natus grandis, qui septuagesimum iam agebat ætatis annum, homo ignobilis, natus enim erat patre libertino apud Ligures, sed belli & pacis arte præstans, quare imperatorem senatus consensus confirmauit. Fuitque interim ea modestia, vt nulla imperatorum pompa vteretur, nec se Augustum, nec vxorem Augustam, filiumve Cæsarem appellari sineret. blandus fuit magis quam beneficus, vt appellarent eum plurimi *χρηστόλογον*, quod bene loquendo haud bene faceret. faciebatque ea principis parsimonia & vitæ integritas, vt militibus qui luxu & rapinis corrupti erant, maximè odio esset. Quare breui Didij Iuliani opera à militibus est interfectus. mortem eius molestè ferebant vnà patres & plebs, quod pacis & quietis nuper conceptæ spes nulla videbatur. Iam vniuersa ciuitas nouarum rerum molem tacita è militum luxu con-

Didius Iulianus Imp.

ijciebat. exposuerat enim imperium, à Maioribus gloria & virtute partum, venale. Licitabantur hoc vnà cum Didio Iuliano Sulpitianus, sed maluit miles id Iuliano dari, siue quod parum continente semper fuisset vita, siue quod Sulpitianum necessitudine quadam Pertinaci coniunctum, suspicaretur boni principis mortem viturum. itaque Iulianus imperator appellatus à militibus, Commodi cognomensto, etiam à senatu haberi cœptus est imperator. Erat populo Romano propter ingentem

tem luxum odiosus ad eò, vt publicis lacesseretur conuicijs, tanquam imperatoris nomine indignus, erantque omnium penè animi Pescennio Nigro propensi. Præerat ille ^{Pescennius Niger.} rum Syriacis legionibus, atque quam primùm quæ in vrbe Roma gererentur, accepit, ad spem imperij euectus est. siquidem probabant & eos conatus milites. sed fuit quam decuit, ad tantum honorem excipiendum, Antiochenis captus illecebris, tardior. Peruenit rerum illarum fama ad Illyricos exercitus, quibus Sept. Seuerus Apher præerat, callido vir ingenio, & bellis gerendis strenuus. is omne negocium ad militem detulit, estque statim imperator appellatus. quamobrem Italiam summa celeritate ingressus est, ubi patebant omnia victori, prodibant in occursum populi seu metu, seu pacis amore. Quæ cum Iulianus rescisceret, ad senatum confugit, actumque est vt foedere principes componerentur. Seuerus vt certam de imperio spem conceperat, animo perstitit, donec in suam quoque sententiam senatum traheret. Itaque vt accessit vrbem, patrum legatos lætus audiuit, qui omnes in eum imperatoris laudes contulere. ubi postea de militibus, qui Pertinacem occiderant, poenā sumpsit. Didius Iulianus in palatio, posteaquam menses duos imperasset, occisus est. ^{Seuerus xx. Imp.} Seuerus vrbem ingressus, per faustas acclamationes imperator est habitus, ex Lepti vrbe Aphricæ ortus, literas Latinas non indoctus, dicendo vehemens, in primis si quando Punica utebatur eloquentia. imperauit annos octodecim. Compositis vrbis rebus, aduersus Nigrum imperij æmulum proficiscitur. Ille vt erat belli studijs admodum exercitus, quæ necessaria erant comparat. Orientis auxilia postulat, Byzantion occupat in Europa. Quod vt accepit Seuerus, ad Cyzicum contendit, ubi cum Nigri ducibus feliciter pugnavit. defeceruntque ad eum post eam pugnam Nicomedientes, & plurimæ aliæ ciuitates. Quare fortunæ successu lætus, Taurum transgreditur, in Ciliciam irumpit. Occurrit Niger apud Issicum sinum cum ingenti hominum multitudine. Quæ victa, erat enim à studijs belli & disciplina militari aliena turba, Niger cum paucis Antiochiam fugit, cui paucos post dies in suburbano quodam caput est amputatum. Atque is est Nigri exitus, boni imperatoris, si fides oraculo haberetur, quo responsum fertur:

Optimus est Fuscus, bonus Apher, pessimus Albus.

Vrgebat à tergo Seuerum Clodius Albinus. hunc prius quam aduersus Nigrum proficisceretur, plurima sibi gratia deuinxit, ne se quis hostis in Occidente sequeretur: Britanniam magnis regebat viribus, eoque venerat magnitudinis, partim Seueri gratia, partim nobilium fauore, vt liberè Augustus diceretur. Seuerus Punicam fraudem molitus, rem agere maluit clandestinis insidijs, percussoribus ac venenis: sed patefacto dolo, in apertum bellum incidit, idque periculosius, quod Nigriani nondum erant omnes subacti. Paulo post Byzantium fame captum, penè dirurum est. exercitus quam celerim in Galliam ductus, leuibus pugnis cum hoste sæpe congressus est. Tandem apud Lugdunum ambiguo certamine victus est Albinus. caput Romam missum ac patibulo affixum, reliquum cadauer equo refugienti conculcandum datum est. Seuerus pacato prouinciæ statu, Romam triumphator redijt, ubi Nigri ac Albiniani amicos, etiam è senatu optimum quenque crudelissimis cædibus maclauit. Romæ paucos tempore moratus, ad viciscendos eos qui Nigro auxilium tulerant, exercitum in Orientem ducit, ubi feliciter pugnans, Parthos, Arabas, Adiabenos subegit, deque his reuersus cum triumpho, nomina sibi ab illorum titulis indidit. Fuit per Artemonis hæresis, quam Paulus Samosatenus instaurare conatus est. hæc hæresis purum hominem, id est, absque Deo fuisse saluatorem effert, idque antiquitus etiam ab Apostolis traditum esse mentitur. Tacent hæc Irenæi & Melitonis volumina, quibus Deum & hominem simul prædicant Christum, faciuntque Victori calumniam, qui sciunt Victorem papam Theodotum * Coriarium, principem impietatis ipsorum, de communione Ecclesiæ repulisse, eo quod primus Romæ ausus est dicere, purum hominem fuisse Christum. Sed & de Victore hæc commemorasse sufficiat, qui decem annos episcopatu functus est. ^{Zephyrinus papa.} Zephyrinus sacerdotij successor. extitit anno nono principatus Seueri, anno Domini 203. sedit annis octo, menses septem. Interim Seuerus persecutionibus agitabat ecclesi- ^{Quinta chri- stianorum persecutio.} as, & quinto loco præclara à militibus Christi pro pietate certamina martyrij gerebantur, præcipue apud Alexandriam ex omni Aegypto & Thebaide. In his Leonides Origenis pater pro martyrio Christi capite plexus, teneræ adhuc ætatis puerulus reliquit. Cumque supra modum tunc accensa persecutio feueret, puerulus

Origenes spontè se martyrio ingessit, & alijs in certamine positus, insectari mortem & rapere ipsam videbatur: & adeptus fuisset fortè, nisi dispensatione diuina ad vtilitatem multorum pro ædificatione Ecclesiæ fuisset seruatus. De hoc inferius latius dicitur. Zephyrinus itaque pontifex, rei diuinæ magis quam humanæ intentus, constituit, vt adstantibus clericis & laicis, & Leuita & sacerdos ordinaretur. Statuitque vt consecratio diuini sanguinis, in vitreo vase, non in ligneo, vt antea, fieret. Hæc constitutio post mutata est, vt nec in ligneo vase, neque in vitreo, neque ex cupro ob tetrum saporem fieret, vt in Triburiensi & Rhemenfi concilijs statutum est. Idem Papa instituit, vt omnes Christiani qui annos pubertatis attingerent, singulis annis in solenni die paschæ publicè communicarent, quod institutum Innocentius tertius etiam ad confessionem delictorum traduxit. Symmach^o. Eo tempore Symmachus Samarites, Iudæorum factus est proselytus, diuinas scripturas ex Hebræo in Græcum transfudit, suamque editionem condidit. sed hic Ebionæus fuit, quæ hæresis asserit Christum de Ioseph & Maria natum, purum hominem fuisse, & legem ritu Iudæorum seruandam esse. Commentarios scripsit, in quibus conatur de euangelio Matthæi auctoritatem suæ hæreseos confirmare. Post hunc anno tertio Theodotion suam in eodem opere editionem fecit, sub Seuero. Theodoti^o. His temporibus fuit Tertullianus Apher, quem Hieronymus inter doctos Latinos numerat. Is verò cum vsque ad mediam ætatem presbyter mansisset, inuidia deinceps & contumelijs clericorum vrbs Romæ, ad Montani doctrinam lapsus est. volumina composuit de pudicitia, de monogamia, de ieiunijs &c. componebat vrbs statum ædificijs pluribus, cæterisque ornamentis ciuilibus Bassianus. Sep. Seuerus, atque cum quodam tempore in somnijs vidisset Antoninum sibi successurum, statim ad milites processit, & Bassianum filium natu maiorem, M. Aurelium Antoninum nuncupauit. Quod cum fecisset, à Iulia vxore somnij conscia communitus, quòd minori filio hoc facto aditum interclusisset imperandi, etiam Getam minorem filium, Antoninum vocari iussit. Itaque semper ab eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus, cum si fortè ab esset, scripsit: Salutate Antoninos filios & successores meos. sed nihil valuit cautio. Nam ei solus ille successit in imperio, qui primus Antonini nomen accepit. Eos autem hoc cognomento Seuerus eo libentius appellauit, quòd in animo habuit, omnes principes deinceps, quemadmodum Augustos, ita & Antoninos appellandos, amore M. Antonini Veri & Antonini Pij. Fertur quoque, Seuerus immoderatissimè lætatus, quòd duos Antoninos pari imperio, nec non reipub. relinqueret, exemplo Pij, qui Verum & Marcum per adoptionem reipub. reliquit. Hoc melius, quòd ille filios per adoptionem, hic per se genitos, rectores daret, Bassianum ex priori matrimonio, & Getam de Iulia vxore secundam. Sed illi multum spes fefellit, nam vnum parvulum, alterum sui mores reipub. fecerunt inuisum: sanctumque id nomen in nullo diu benè mansit, putatque Spartianus neminè propè magnorum virorum, vtilem filium ac frugis bonæ reliquisse. Denique aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt plerique, vt melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate decedere. Et vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod vtile posset reipub. esse. Quid Camillus? num sui similes liberos habuit? quid Scipio? quid Catones? quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Terentio, Plauto, cæterisque alijs loquar? Quid de Cæsare? quid de Tullio, cui soli melius fuit liberos non habere? quid de Augusto, qui nec adoptiuum bonum filium habuit, cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus? falsus est etiam ipse Traianus in suo munice ac nepote deligendo. Sed vt obmittamus adoptiuos, ne nobis Antonini numina reip. occurrant, veniamus ad genitos. Quid Marco felicius, si Commodum non reliquisset heredem? quid Seuero hoc, si Bassianum non genuisset? qui statim insimulatū fratrem insidiarū, parvumque sigmento interemit, qui nouercam matrem, in cuius sinu Getam occiderat, vxorem duxit, qui Papinianum iuriconsultum, quòd parvum excusare nolisset, occidit. Denique vt alia omittam, ex huius moribus factum puto, vt Seuerus, tristior vir ad omnia, immo etiam crudelior obiret. Sub Victore Papa Iudas vir doctus, * Christoriorographiam superiorum temporum vsque ad decimum Seueri annum conscripsit, in qua tamen erroris arguitur, quòd aduentum Antichristi suis temporibus futurum dixerit: in quem errorem ideo incurrisse putatur, quòd & vitia hominum & crudelitatem eò peruenisse cernebat, vt diutius tolerari humanum genus à Deo non posse existimaret.

Heroum filij noxæ.

Iudas historicus.

GENERATIO OCTAVA.

ANNO Domini 210. Sub Zephyrino papa & Seuero octaua incepit generatio, Seueri mors. Imp. Seueri 17. qui sequenti anno in Britannia apud Eboracum oppidum morbo grauissimo extinctus est. Petierat enim Britannias propter intestinas quasdam seditiones componendas, vbi nonnullis prælijs feliciter factis, vallum quoddam seu murum à mari ad mare deduxit, ad tuendos Romanos qui in ea insula parte erant. Moriens dixisse fertur, Turbatam remp. accepi, firmum imperium Antoninis meis relinquo, si boni erunt: imbecillum, si mali. Fortunam regiam, quæ comitari principes & in cubiculo poni solebat, geminari primus statuerat: sed cum videret se morbo perurgeni, sub hora mortis iussisse fertur, vt alternis diebus apud filios imperatores in cubulis fortuna poneretur. corpus à Britannia Romam cum magna prouincialium reuerentia delatum est. Moriens tantum reliquit annonæ, vt 7. annis quotidie septuaginta quinque millia modium expendi possent: olei verò tantum, vt per quinquennium totius Italia, quæ oleo egeret, vsibus sufficeret. De illo senatus dixit, quòd aut nasci non debuisset, aut non mori. Reliquit imperium Seuerus filijs 2. Bassiano & Getæ, qui vt erant moribus maximè dissimiles, vix vnà pauco tempore regnarunt: fuit Bassianus ingenio ferox, belli magis quam pacis studiosus. Contrà Geta moderatione & humanitate populum pelliciebat, bonis disciplinis ac pacis studio citissimè animū ostentabat. Inde apertis vtriusque odijs, imperium inter se diuisissent, nisi Iulia Getæ mater interuenisset, infelicitè quidem. quem enim Bassianus imperij parte priuare voluit, vira spoliavit. Geta hostis declaratus, interfectus est in palatio. Bassianus ad milites Geta cæsis. confugiens, ingenti promissa pecunia, imperator est habitus. Qua turba stipatus, postera die senatum adit, fratris cædem leuibus quibusdam argumentis excusat, postulat his qui cū Geta coniuuasse ferebantur, cū quibus plurimos fratris amicos occidit: inter primos Papinianum iuriconsultum, quòd scelus eius apud senatum & milites Papinianus iuriconsultus. excusare noluerat, quasi homicidium fieri, quàm excusari, esset facilius. Pertulerunt hanc scuitiam non Romani solum, sed exteræ quoque nationes. nam cum inuisum se vtrique videret, gentes quasdam bello adiit. Primum Germanos, quos sibi magno studio conciliauit, sic vt ex his socios bellorum & custodes corporis validissimum quenque & pulcherrimum sibi adsciuerit. sæpe Romano cultu deposito, Germanica veste & cæsarie flaua ornatus conspiciebatur, quare plurimum & Germani & Romani milites gaudebant, cum quibus scilicet omnia militiæ munera ipse subire promptè solebat. Pacatis Istri rebus, Thraciam petijt, dehinc Asia peragrata, Alexandriam venit, vbi maximum tyrannidis argumentum ciuibus dedit: omnem Alexandrinorum inuentum fraude peremit, quòd in patrem seque nonnulla iocati fuissent. Profectus in Parthicam expeditionem, postquam multum hostium cecidisset, inter Carrhas & Edessam dum ex equo mingendi causa descendisset, in secessu Macrini insidijs periijt, postquam solus annos sex imperasset. Reliquiæ corpusculi ad Iuliam nouercam, Iulia. quam in cæstis sibi nuptijs iunxerat, in Antiochiam missæ sunt. Hæc, incertum spontè, an alicuius imperio, mortem sibi ipsa conscuit. Hunc Bassianus siue Antoninus scilicet imperator exitum est fortitus, Caracalla cognominatus ex genere vestis ad pedes demissæ, quam populo dedit. publica opera reliquit non ignobilia, thermas & porticum Seuerianam. ANNO Domini 220. Opilius Macrinus prætorij præfectus, cuius opera Caracalla interfectus est, imperium arripuit, homo libertini generis & venali fide, consortem sibi adsciuit filium Diadumenum adolescentem formosissimum. Parthicum bellum instaurato cum barbaris fœdere confecit, cuius beneficij gratia à senatu imperium sibi stabiliri petiuit, quòd Caracallæ cæsi odio consecutus est. mansissetque firmum sibi imperium, si non Antiochenis illecebris elanguisset. nam inuisus ob luxum Romano militi, statim cum imperio vitam amisit. Erat Antiochia Mæsa mulier ex Emisâ vrbe Phœnicum, Iulie Seueri coniugis soror. hæc in imperatoria aula diu versata, filias habuit duas, quarum natu maior * Soænis, minor Mamma vocabatur: illi filius Bassianus, huic * Alexianus, sacerdotes ambo solis, Bassianus. quem * Heliogabalum Phœnicum lingua vocant. Bassianus natu maior, cum sacerdotio plerunque fungeretur, Romanorum in se oculos atque animos miro ardore conuertit: erat enim & formæ viribus & genere imperatorio præstans. Anus vt militum studium intellexit, pollicendo imperium inuasit: ita adolescens cum muliere in castra perductus, contra Macrinum omnium animos auri cupidine, & Caracallæ qua-

læ quasi commilitonis memoria, accendit. Hunc rerum nouarum motum Macrinus negligentior repressurus, Iuliano cum parte exercitus rem mandat, quem milites statim, viso puero, propositaque mercede interficiunt, Bassianis se adiungunt, interfecti caput ad Macrinum mittunt, quibus ille cum toto exercitu occurrens, acri commisso prælio, fortuna desitutus, fugit, qui eum persequerentur, circa Chalcedonem in Bithynia comprehensum cum Diadumeno filio obtruncant, postquam duos menses supra annum imperasset. **ANN O** igitur Domini 221. M. Aurelius Antoninus Varius Heliogabalus dictus, qui putabatur filius Antonini Caracallæ ex consobrina sua occultè stuprata, imperator factus, regnavit annis 4. Fuit autem Heliogabalus, id est, solis vel Iouis sacerdos, atque Antonini sibi nomen adsciuerat, vel in argumentum generis, vel quòd id nomen usque adeo charum esse cognouerat, ut etiam parricida Bassianus, causa nominis amaretur. & priùs dictus est Varius, quòd vario semine de meretrice Soænis nomine, conceptus videretur, Antonino Caracallæ stupro cognita, quæ meretricio more vixit, in aulaque omnia turpia exercebat. Nactus imperium, Romanam nuncios misit, excitantes omnes Romanos ad nomen Antoninum. filium Bassiani namque se scripsit. quare ingens eius desiderium factum, itaque à cunctis imperator appellatus est, licet Macrino interempto, senatus Alexandrum Cæsarem antè dixisset. Sed Heliogabalus primùm ingressus urbem, in Palatino monte iuxta ædes imperatorias, templum Heliogabalo, id est, Ioui seu soli consecrauit. Iussitque Vestæ ignem, palladium, ancyliam, ac omnia Romanis veneranda, præterea Iudæorum & Samaritanorum religiones & Christianam deuotionem, in illud transferri templum. edixit item, ut omnes Rom. magistratus qui publicè sacra facerent, ante alios deos, quorum meminisse inter sacrificandum solent, deum Heliogabalum nuncuparent. Sequenti verò die Senatam ingressus, matrem suam acciri iussit. quæ cum venisset, vocata ad consulum subsellia, sedendo adfuit. Idem senatusconsulenti conficiendi testis, solusque omnium imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima, loco viri senatum ingressa. Fecit & in colle quirinali palatium, quod senatum appellauit, ubi mulieres congregatae, leges matronales de moribus tulerunt, quarum princeps, Symiamira mater Heliogabali, Lampridio teste, fuit. Omnes deos sui ministros esse aiebat, cum alios eius cubicularios appellaret, alios seruos, alios diuersarum rerum ministros. Omne denique magorum genus aderat. cedit & humanas hostias, lectis ad hoc pueris nobilibus per omnem Italiam patrimis & matrimis, ut maior esset utriusque parenti dolor: & ut ad pauca veniamus, inter cætera notata lasciuia flagitia, omnes vrbis meretrices & lenones pro concione affatus est, deque omnibus libidinum & voluptatum generibus longum habuit sermonem. eas commilitones appellans, singulis donatiui nomine ternos numeravit aureos. præcipueque persuasit Romanis matronis, & maximè forma insignibus, ut meretriciæ arti (quam egregiam, præclaram & multum liberis hominibus dignam affirmabat) se traderent, & in matriculam conscriberentur. Mirari quoque se dixit, cur tardarent profiteri publicè & nomina dare, cum clam omnes meretrices essent, an fortasse meretricis nomen abhorreant? tamen hoc nil fordis habet, cum & milites mereri, & emerita stipendia accipere dicantur. deinde proclamauit longè tolerabilius, si palam & publicè se prostituerent, quàm clam. In animo quoque sibi esse legem ferre, per quam mulieres omnes efficerentur communes. id erit, inquit, dijs adiuuantibus gloriosum, vtile & fructuosum, ad lucrum & iucunditatem. at quòd maius lucrum esse potest, quàm pro vno dimisso centum milia accipere? At quæ voluptas maior, quàm nullis legibus adstringi, sed vagari latissimè, & similem suis moribus reperire? tunc enim iurgia, discordia, quæ crebrò inter coniuges & acerba ex diuersitate morum voluptatumque oriri solent, omnino cessabunt. pares enim & similes se vitrò coniungunt, disiunguntque. O felix, exclamat, ciuitas, o beata respub. o fortunati iuuenes atque puellæ, quanto præclaris vobiscum agitur, quàm cum illis actum fuit, qui sub regum consulumque seueritate vixerunt? Illis durissimis legibus, & omnia quæ cupiebant prohibentibus, vos quicquid placitum fuerit oculis, aut concupierit animus, continuo eius compotes fietis: multaque his similia, atque inuerecundiora nihil omittemis, & hæc quidem domi. Milites autem pestem illam pati nequiuerunt, ac primùm inter se, deinde per coronas contulere sermones, in Alexandrum omnes inclinantes, qui iam Cæsar erat à senatu dictus. hoc ipse intelligens, Alexandrum quem adoptauerat, à se amoueri iussit, dicens se poenitere adoptionis, mandauitque senatui, ut Cæsaris ei nomen abrogaretur. Sed senatus silen-

Macrini cedes.

Heliogabalus 23. Imp.

Senatus mulierum.

Portentosa Heliogabali luxuria.

Alexander.

silentio transiit, sciens Alexandrum ideo non placere Varo, quòd impudicus non esset, sed contra cum milites omnes exarserunt, vindicandi; causa accedunt, qui subito strepitu militum exterritus, in angulum se cõdit. Interueniens Antiochianus prefectus ne eum occiderent, exorauit hoc pacto Heliogabalum, ut impuros homines & aurigas histronesque à se dimoueat, atque ad bonam frugem rediret. Remoti sunt itaque ab eo Herodes, Codrus, & alij familiares, qui cum ex stulto stultiores faciebant: mandatumque est Alexandrum custodiri, ne illi vis inferretur, nec videret Varium vitandæ imitationis causa. Postea Sabinum consularem iussit occidi, ad quem Vlpianus libros scripsit. Remouit & Vlpianum iurisconsultum, voluit & per singulas vrbes lenones prefectos facere. hic solido argento factos habebat lectos, dapas peregrinas & preciosissimas, ludos cruentos periculososque, & quicquid excogitari potest foedum, retrum, obscenum, luxuriosum. habuit gemmata vehicula & deaurata. iunxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad papillam vel ternas, & sic vestatus est plerumque nudus, cum illum nudæ traherent. Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ, ita ut serò de somno surgeret, & saltare inciperet: oriente sole, dormiret, & ut breuiter dicamus, probris omnibus se contaminauit, omnem honestatè persequens, nullum obscenitatis genus omisit, & quod nature defectu assequi non poterat, in se transferens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iussit appellari. Vestalem virginem quandam quasi matrimonio iungens sibi, abscissisque genitalibus, matri Magnæ se consecrauit. Postremò impetus in eum factus est, atque in latrina ad quam confugerat, occisus. tractus deinde per publicum ac per cloacas, annexo pondere in Tiberim abiectus est, ne vnquam sepeliri posset. nomen eius Antonini, abrafum est, senatu iubente, remansitque Varij Heliogabali. hic finis Antoninorum. Extant & versus, quibus ostenditur Antonini nomen coepisse à Pio, & paulatim per Antoninos usque ad sordes vltimas peruenisse, & expirasse. nec obstat quòd Gordiani duo dici volebant Antonini, secundum aliquos, quia magis inueniuntur dicti Antonij. **ANN O** Domini 221. qui fuit primus imperij Heliogabali, Zephyrinus episcopus vrbs Romæ obiit. post hunc Callistus natione Romanus, sacerdotium suscepit, sedit annis 5. Hic ieiunia Quatuor Temporum instituit, & ne quis contraheret cum consanguinea vxoris suæ. cœmeteriū primus quod dicitur Callisti, instituit. Item celibatum vniuersis sacerdotibus indixit, tandem martyrio coronatur sub Alexandro. Interfecto Varo Heliogabalo, Aurelius Seuerus Alexander antè dictus Marcellus, Varij consobrinus, accepit imperium anno Domini 225. cum antè Cæsar à senatu esset appellatus, Augustique nomen idem accepit, addito eo, ut patris patriæ nomen, & ius proconsulare, & tribunitiam potestatem, & ius V. relationis deferente senatu, vno die assumeret. Primus itaque omnium cuncta insignia & honorificentia genera simul recepit, suffragante sibi Cæsaris nomine, dominumque se appellari vetuit, gemmas de calcamentis ac vestibus tulit, quibus usus fuit Heliogabalus. Erat præterea cunctis amabilis, & ab alijs Pius appellabatur, ab omnibus certè sanctus & vtilis reipub. recusauit & Magni nomen, quod ei senatus iudicio, quasi Alexandro, est oblatum. Retulit item gratias senatui de Cæsareo nomine, de vita seruata, & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, de tribunitia potestate, & proconsulari imperio. similiter nomen Antonini optima ratione recusauit, sed quanuis senatu rogante non potuerit persuaderi, ut vel Antonini vel Magni nomen susciperet, tamen ob ingentem vigorem animi & mirandam constantiam contra militum insolentiam, Seueri nomen à militibus eisdem inditum est. in milites enim grauissimè animaduertit, si quid admisissent iniustum. Hic Mammæam matrem suam pie ac vnicè dilexit. illa verò ei multum dominata est, ac à puero eum artibus bonis instituit, nec vnum diem transire passa est, quin eum ad literas & militiam hortaretur. Mammæa hæc excellentis ingenij foemina adeò religionem coluit, ut doctriinæ & fidei Christianæ assumendæ causa, Origenem presbyterum Antiochiam accersiret. Vnde Alexander quoque Christianis non admodum infestus, religionem ipsis permisit. nam cum Capitolium septimo die conscendisset, templum frequentans, Christo ædem sacram dicare statuit. Petentibusque Christianis publicum quandam locum sibi ad pium usum dari, de quo cum popinarij illis litrem intenderent, consultus Alexander respondit: Satius sibi videri, ut Deus eo loco coleretur, quàm ut popinarij contaminarent. Alexander mox vt imperium agere coepisset, remouit iudices omnes à repub. atque à muneribus, quos Heliogabalus ex genere omnium turpissimo prouexerat. deinde senatum & eque-

Vlpianus iurisconsultus.

Mores Heliogabali.

Callistus papa.

Alexander 24. Imp.

Mammæa Alexandri mater.

Pulchra ad ministratio nis forma.

Vlpianus
consul Ale-
xandri.Animaductio
in mili-
tes seuera.Matth. 7.
Tob. 4.Quinius
Camillus.Mirum Ale-
xandri fa-
ctum.Artaxerxes
ab Alexan-
dro victus.

equestrem ordinem iustravit. ad aurum erat intentus, ad seruandum cautus, ad inueniendum sollicitus, sine tamen cuiusquam excidio. Syrum se dici volebat, sed à maioribus Romanum. Doctoribus quarumcunque artium atq; opificibus salaria instituit, & erectis ab eo publicis scholis, rectores ac præceptores decreuit, nomina eorum proponens ac hortans populum, vt si quid quis haberet criminis, probaret, equanimiter se laturum: verum, vt calumnias euitaret, si minus probasset, poenam calumniantibus adiecit capitis. Dicebat enim graue esse, cum id Christiani & Iudæi facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur, & capita. Vlpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente: quem sæpe à militum ira, purpuram obijciendo, summo pere defendit. atque ideò summus imperator fuit, quod eius consilio præcipue remp. administravit. In procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus pransit atque cœnauit, cum militarem cibum cunctis videntibus sumeret. Quacunque iter legiones faciebant, tribuni attentis, centuriones verecundi, milites amabiles erant. ipsum verò ob virtutes suas sic amabant vt fratrem, vt filium, vt parentem, vestiti honestè, armati nobiliter, equi etiam instructi ephippijs ac frenis decentibus, profusus vt Romanam rempublicam cognosceret instructissimam, quicumque Alexandri vidisset exercitum. Seueritatis autem tantæ fuit in milites, vt sæpe legiones integras exauthorauerit, nec exercitum vnquam timuit propter vitæ suæ integritatem, quæ nequaquam reprobare poterat. nam si quis miles in expeditionibus de via in possessionem deflexisset grassabundus: aut fustibus, aut virgis in conspectu eius cædebat, iniquitatis, ac præcones in clamare iubentis: Quod tibi fieri vis, & alteri facias. Quam sententiam vsque adeo dilexit, vt in palatio & publicis operibus perscribi iuberet, de quo Flavius Vopiscus in epist. Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militum contine. nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vnam nullus auferat, segetem nemo atterat, oleum, falem, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit: de præda hostis, non de lachrymis prouincialium habeat. Fuit præterea illi consuetudo, vti de iure aut negocijs decerneret, solos doctos ac disertos adhiberet. Si verò de remilitari, emeritis milites & senes, omnesque literatos, & maximè eos qui historias norant, requirens quid in tali re veteres imperatores fecissent. denique dies nunquam transijt, quin opus aliquod mansuetum, ciuile, pium fecerit, sed ita, vt ærarium non euertaret, poenas pecuniarias tenues imponere iussit, vt ægalia ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. Quumque Mammea mater, cuius consilijs utebatur, ac vxor reprehendissent nimiam eius ciuilitatem, dicentes: Viliorem, nec non contemptibiliorem imperij reddidisti potestatem: humaniter ille respondit, Attamen securior diurniorque facta est. Negociatoribus, vt Romam liberi concurrerent, maximam immunitatem dedit. pontificibus tantum detulit & quindecim viris atque auguribus, vt quasdam causas sacrorum à se finitas, iterari & aliter distingui pateretur. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit, vestes sericas ipse paucas habuit, holosericas nunquam induit, subsericam nunquam donauit. diuitias nullis inuidit, pauperes iuuuit. Quidam Quinius Camillus senator antiquæ familiæ, cum rebellare vellet tyrannidem affectans, Alexander hoc sciens, ad palatium eum vocauit, gratiasque egit, quod curam reipub. quæ recusantibus bonis imponeretur, spontè reciperet. deinde ad senatum processit, & timentem malè conscium, participem imperij appellauit, in palatium recepit. conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quàm ipse utebatur, ornauit. Inde cum expeditio barbarica esset nunciata, vt secum iret, hortatus est. Cumque ipse Alexander pedibus iter faceret, illum inuitauit ad laborem: quem post quinque millia cunctantem, equo sedere iussit. cumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc autem vel timore, vel aliâ respicientem & imperium abdicantem, quasi mori paratum, Alexander commendatum militibus, ruitum ad villas suas ire præcepit. postea tamen à militibus occisus est. Hinc prælio Alexander Artaxerxem regem Persarum potentissimum vicit, elephantum septingenti victi, falcati currus mille, centum & viginti millia equitum fusi, cataphractorum decem millia cæsa, vt Lampridius affirmat, quauis Herodianus contrarium attestatur, vnde Parthicum Persicumque agnomen meruit. Thrasylbulus mathematicus illi amicissimus fuit, qui cum ei dixisset, oportere eum gladio barbarico interire, primo lætatus est, quod mortem bellicam sibi crederet imminere: deinde disputauit, ostenditque optimos quosque violenta morte consumptos, cum diceret Alexandrum Ma-

Magnum, Pompeium, Cæsarem, Demosthenem, Tullium, & cæteros insignes viros, non quæta morte oppetisse. tantumque animi habuit, vt putaret se dijs æquandum, si in bello periret. sed res eum fessellit. Nam in Gallia apud Moguntiam latrocinantes quidam milites sui, & hi præcipue, qui Heliogabali præmijs effloruerant, eum, cum seuerum principem pati non possent, conscio (vt multi volunt) Maximino, vnâ cum matre Mammea occiderunt. Verum mortem eius milites, etiam qui exauthorati ab eo quondam fuerant, grauissimè tulerunt, atque authores cædis trucidarunt. populus verò Romanus senatusque omnis, cum prouincialibus cunctis, neque tristius vnquam, neque asperius quidquam acceperit, eumque magnis optatibus in deos retulerunt. Hic Alexander optimus fuit, optimæ matris consilijs vsus, amicos sanctos & venerabiles habuit, imperauit annis tredecim, vixit autem annis viginouem. ANNO imperij Alexandri secundo martyrio coronatus est Callistus, & Urbanus natione Rom. papa efficitur anno 226. Hic Cæcilium, Tiburtium & Valerianum, aliosque multos conuertit ad fidem. statuit etiam, vt omnia vasa altaris essent aurea, argentea vel stannea, & decreuit confirmationem fieri cum chrismate. Eiusdem quoque Urbani institutum fuit, vt ecclesia, prædia & fundos à fidelibus oblatos reciperet, partireturque prouentus clericis omnibus viris, nihilque cuiuspiam priuatum esset, sed communia omnia. tex. 12. q. 1. Videntes. tandem sub Alexandro martyrio coronatus est. Nam est Alexander precibus matris Mammeæ persuasus, faueret Christianis, non tamen per edictum eis prouidit. quare sub Almachio alijsque iudicibus plerique martyres sunt effecti. sedit Urbanus annis 8. ANNO 10. Alexandri, qui est annus Domini 234. Pontianus natione Romanus, Urbano succedit. sedit annis 6. hic instigantibus sacrificulis idolorum, mandato principis in Sardiniam deportatur, vbi profide Christi multa passus tormenta, tandem moritur, cuius corpus postea à Fabiano pontifice Romam reportatur, & in via Appia cœmeterio Callisti sepelitur sub Maximino. Cyriacus papa Pontiano subijcitur, qui vno anno & tribus mensibus fertur sedit. ab Hunnis, Agrippinam vnâ cum xj. millibus virginum profectus, martyrio consumptus est, vt in chronicis Martinianis habetur. alij tamen scribunt martyrium subijcisse anno 370. Eodem tempore Origenes presbyter apud Cæsaream Palesinæ, ab illius prouinciæ episcopis est ordinatus, de quo supra mentionem fecimus. hic Origenes, qui & Adamantius est dictus, decimo Seueri principis anno, Leonide præte martyrio coronato, cum matre vidua & sex fratribus pauper relinquitur, annorum 17. quandoquidem census paternus, qui maximus fuerat, confiscatur. Huic Origeni à prima ætate Christianæ religionis obseruantia honorabilis fuit, & hæreticorum fomica execrabilis. Plutarchus per ipsum conuersus est ad fidem, simul & Heracleas, natura Plutarchi frater & meritis. Illi autem non solum in verbo erat perfecta doctrina, sed etiam in opere consummata disciplina præbebat exempla, & prædicabatur de eo: Hic est qui quale habet verbum, talem habet & vitam. Vnde hoc videns Demetrius episcopus, docendi ei ministerium in ecclesia tribuit, in quo plurimum temporis exigens, semper Christianus philosophus habebatur. denique per multos annos traditur absque calcamento nudis incessisse pedibus, vini quoque vsu & cæterorum similium, nisi ea sola quæ vitæ necessitas poscebat, nullum penitus habuisse, nisi ob stomachi releuanda incommoda sumere cogeret. Martyres verò passim & publicè consolabatur, ex quibus primus erat Plutarchus: post illius Plutarchus martyrium secundus ex Origenis discipulis martyr efficitur Serenus, tertius Heraclides, quartus Neophytus, quintus eiusdem scholæ martyr efficitur alius nomine Serenus. & licet ipse se tortoribus ingereret, semper tamen fuit omissus. Inter cætera quoque studia nec illud omisit, scrutari & addiscere etiam Hebrææ linguæ mysteria, vt agnosceret quæ à Iudæis Hebræicè leguntur, qualia sint, vel cæterorum interpretum, qui præter septuaginta interpretati fuerant, quanta esset editionum diuersitas: vnde & illos famosissimos codices primus ipse composuit, in quibus per singulas columnas separatim opus interpretis vnus cuiusque scripsit, ita vt primo omnium Hebræa verba Hebræicis literis poneret, secundo loco per ordinem Græcis literis è regione Hebræa verba describeret, tertio Aquilæ editionem subiungeret, quarto Symmachi, quinto 70. interpretum, quæ nostra est, sexto Theodotionis collocaret, & propter huiusmodi compositionem exemplaria ipse nominauit hexapla, id est, sextuplici ordine scripta. In psalterio autem & nonnullis alijs interfecit etiam de sexta & septima editionibus. Inculpabant autem quidam Demetrium, quod Origeni (vt dicebant)

Alexander
cum matre
interficietur.Urbanus
pontifex.Pontianus
pontifex.Cyriacus
pontifex.Origenes
presbyter.Plutarchus
martyr.Reprehensio
Demetrii.

cebant) verbi Dei committeret prædicationem, de quo Alexander scribit Demetrio: Quòd addidisti in literis tuis, quia nunquam auditum sit vt præsentibus episcopis laici dispurent, nescio quam ob causam tam apertum mendacium asserere volueris, cum consuetudo hæc sit, vt si qui inueniantur qui possint fratres instruere, & consolari populum, à sanctis episcopis inuitentur & possint hæc facere. Illis etiam temporibus conscribendi commentarios in scripturas sanctas initium sumpsit, compellente Ambrosio, qui omnia quæ opus erant, affatim præbuit, notarios 7. adhibuit, scriptores quoque alios tantos, sed & puellas adprimè eruditas, totidem numero ad opus simile. Per idem tempus Aphricanus nobilis scriptor obiecit Origeni, quòd historia Susannæ ficta videatur, cui Origenes magnificentissimè rescribens, asserit nequaquam Iudæorum commentis & fraudibus auscultandum, sed hoc solum verum habendum in scripturis diuinis, quod LXX. interpretes transfulissent, id autoritate Apostolica esse confirmatum. Erat tunc Beryllus in Arabia episcopus, qui asseruit Christum neque extitisse ante carnis natiuitatem, neque propriam Deitatis habere substantiam: sed hoc solummodo, quòd paterna in eo Deitas habitaret. exoratus est Origenes ab episcopis, qui illum abijcere & respuere malè conceptum persuasit errorem, redireque fecit ad fidem veram sanamque doctrinam, ac ita errorem depulit, vt tamen emendaret, non perderet, erroris auctorem. postea aduersum Celsum Epicureum philosophum, qui contra nos libros conscripserat, octo voluminibus respondit. Sunt & eius ad imperatorem Philippum epistolæ, & ad vxorem eius Seneram, absque vilo adulationis furo. Ea tempestate in Arabiæ partibus erant quidam assertores dogmatum peruerforum, dicentes, animas hominum per mortem cum corporibus suscitari: ad quem morbum depellendum cum ingens episcoporum concilium conuenisset, iterum Origenes rogatur. Cumque coram concilio disputaret, tam magnifica fuit eius oratio, vt omnes quos error inuoluerat, ad fidem rectam & sensum catholicum reuocaret. Erat etiam alia hæresis per illud tempus, dicta Helchæitarum, quam ille statim vt visa est apparuisse, restinxit. isti enim quædam de scripturis sanctis refutant, & rursus vtuntur testimonijs de vet. & no. test. Apostolū Paulum ex integro respuunt, & asserunt quòd in persecutionibus si quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo quòd is qui fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit pro necessitate, corde tamen in fide permanet. & librum circumferunt, quem dicunt de celo lapsum, cuius verba si qui audierint, remissionem accipiant peccatorum aliam, præter illam quam Christus dedit. ANNO deinde Domini 238. Iulius Maximinus genere Thrax, ordine miles, imperator factus est sola militum voluntate, sine senatus autoritate, præfuit annis tribus. hic barbaro patre & matre genitus, quorum alter è Gotthia, alter ex Alanis genitus esse perhibetur, in prima pueritia opilio fuit, ingentis staturæ vir factus, adeò vt octo pedes excederet. vnde postea prouerbum dictatum est de hominibus insulsis & immodicæ proceritatis, Maximini caligam requirit. tantæ bibacitatis fuit, vt vini amphoram vna coena biberet, 40. aut 50. libras carniū deuoraret, quem Seuerus primùm cum laxis ordinauit, quorum postea in certamine 16. vno sudore deuicit, pro quo Seuerus eum aureo torque donauit, ab Heliogabalo verò non diligebatur. Sed Alexandro imperio potito dilectus fuit, ita vt cum tribunum quartæ legionis faceret, diceretque: Habes Maximine charissime tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem, eos fac militiam addiscere, vt mihi multos Maximinos reipub. oprabiles solus efficias. qua in legione omnia strenuè peragebat vsque ad inuidiam. alij enim Milonem, alij Antæum, alij Herculem appellabant. paulo post Alexander meritorum suorum in perniciem suam iudex, Maximinum omni exercitui præfecit, gaudentibus cunctis vbique tribunis, ducibus & militibus. Quòd Alexandro optimo imperatori malè cessit. nam in Gallia positis castris, subito immissis militibus, vt quidam dicunt, ab ipso: vt alij, à tribunis barbaris, Alexander interemptus est. quo occiso, Maximinus è corpore militari in imperatorem assumptus & Augustus appellatus est. filium mox ipse sui nominis, imperij consorte fecit. Deinde ingressus Germaniam, omnia cæde & igne vastauit, prædas magnas à barbaris sustulit, & vsque ad vltima Germaniæ penetrauit. pacatæque Germaniæ, Sarmatis bellum inferre statuit, contra quos multis in prælijs victor semper euasit. sed inter has bellicas virtutes, quibus meritò commendandus videbatur, tam crudelis & inhumanus coepit fieri, vt bellicam gloriam crudelitate foederet.

Africanus scriptor.

Beryllus hæreticus ab Origine conuersus.

Execranda hæresis.

Hæresis Helchæitica.

Iulius Maximinus Imp. 23.

Alexandri mors.

ret. Erat enim illi persuasum, quòd nisi crudelitate imperium sibi firmare non posset: simul & verebatur, ne propter humilitatem generis contemneretur. nam & ignobilis contregendæ causa, omnes conscios sui generis interemit. Circa se nullum ex nobilibus passus est, quare omnes Alexandri ministros varijs occidit supplicijs. deinde citra rationem consulares viros & duces varijs mortibus sustulit. amicos qui sibi paupertatis tempore profuerant, sustulit: nihilque omisit quod ad crudelitatem videtur operari. nam in crucem quosdam actos occidit, alios intra animalia nouiter occisa inclusos, viuos à vermibus consumi iussit, alios feris laniandos obiecit, & hæc omnia sine delectu dignitatis. Hic etiam propter Alexandri matrem Mammæam, familiamque eius Christianam, excitaui sextam à Nerone persecutionem, sub quo & Pontianus episcopus vrbis martyrio coronatus est. Denique cum in omnes sæuiret, Romæ adeò trepidatum est, vt vota in templis publicè fierent, ne vnquam Romam veniret. sed & senatus populusque Rom. vt tam immanem beluam à ceruicibus suis pellerent, diuersis missis nuncijs per prouincias, contra illum non solum defectiones, sed & exercitus parant. Vnde in Africa exercitus qui ibi in præsidio erant, communi omnium voto Gordianum ex Ro. ducibus hominem nobilissimum, sed iam ætate grandæuum, qui Aphricam iure proconsulari regebat, licet reluctantem, imperatorem dixerunt, qui statim ad senatum Romam literas misit, quibus senatum certiore fecit, se nihil facturum præter senatus voluntatem: quas literas senatus libenter accepit. Appellati sunt etiam Gordianus senex & Gordianus filius eius Augusti, deinde omnes amici Maximini in vrbe occisi sunt, & ipse hostis appellatus est. literas etiam senatus in prouincias misit huiusmodi formæ: Senatus populusque Rom. per Gordianos principes à tristissima belua liberati, proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, & singulis ciuitatibus, vicis & castellis salutem dicit: Dijs fauentibus, Gordianum proconsulem virum sanctissimum, principem meruimus, Augustum appellauimus: nec solum illum, sed etiam in subsidium reip. & ad illam beluam Maximinum atque illius amicos vbicunque fuerint persequendos, à nobis etiam Maximinus hostis est iudicatus cum filio suo. Gordianus cum filio Gordiano Augusti feliciter agant, ambo feliciter imperent, acclamatum est. nepos quoque Gordiani Cæsar appelleretur Gordianus tertius. Maximinus adhuc in Germania postquam hæc audiuit, ita exarsit in ira, vt non homo putaretur. absorptus est bili, vt caput parietibus impingeret, amens exclamabat, gladium nonnunquam arripiens quasi senatum posset occidere. Tandem vix respiciens, in concionem exercitum vocauit, multa in Gordianum, plura in senatum dixit, cohortans milites ad communes iniurias vindicandas: Videtis, inquit, cum nos in Germania Romanam defendimus maiestatem, Aphri fidem Punicam præstiterunt. nam duos nobis Gordianos, quorum alter senio ita affectus est, vt non possit assurgere: alter ita luxurie perditus, vt nil pensi habeat, obiecerunt: hæc nobilis ille senatus agnouit, pro quorum liberis arma portamus. Quin agite properemus ad urbem, properemus contra Aphros, quorum omnium bona vos habebitis. dato igitur stipendio, & quidem ingenti, Romam versus cum exercitu proficisci coepit. Interea Capelianus qui Mauritaniam proconsulari imperio regebat, Maurorum Afrorumque multitudine collecta, contra Gordianos versus, Carthaginem venit. quo audito, Gordianus senior qui iam in Italiam trajcere parauerat exercitum, belli fortunam experiri statuit, & pugna commissa Gordianus junior vincitur, fugiensque à persequentibus occiditur. Fertur autem tanta multitudo Gordianorum partis cecidisse in hoc bello, vt cum diu quaesitum fuisset corpus Gordiani junioris, non potuerit inueniri. hæc vbi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidij esset, & acerrimè Capelianus instaret, laqueo sibi vitam extorsit. Hic exitus duorum Gordianorum fuit: imperauerunt anno vno, mensibus sex. Gordianus hic junior, ab Afris & senatu quoque appellatus Augustus, in studijs grauius opinionis fuit, forma conspicuus, memoriæ singularis, bonitate insignis: vixit in delicijs, in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus: hunc pater aspernatus est, sæpissimè dicens eum in summa claritate citò moriturum, vnde cantare solebat senex de filio:

Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra Esse sinent.

Appellati quoque sunt & perlibenter Antonini, seu potius Antonij. Eo tunc Capelianus victor pro Maximino, omnes Gordianarum partium in Africa interemit. neque cuiquam pepercit, vt ex sententia Maximini videretur hæc facere. sed & Maximinus

Cõsiliarios Alexandri Maximinus occidit & amicos.

Sexta Christianorum persecutio.

Gordianus contra Maximinū imperator eligitur.

Maximini rabies.

Gordiani filij interitus

Gordianus senior laqueo vitam finiuit.

Aeneid. 6.

Cōsulat fe-
natus in ege
Concordiæ.

minus audita victoria Capeliani, spem retinendi imperium etiam contra voluntatem senatus accepit. At Romæ audita morte Gordianorum, senatus vehementer est exterritus, & in ædem mox Concordiæ concurrat, atque consultare cœpit potissimum, quonam pacto Maximino resisterent. Et post multa vnus ex senatoribus, cuius prima erat sententia, in hæc verba prorupit: Cum nostris ceruicibus imminet Maximinus, quem hostem mecum antè dixistis, Gordiani duo interempti sunt, agite nunc Patres Conscripti, alium principem dicite, quid moramini? Post illum Boethius Sabinus: Scio P. C. rebus nouis rapienda esse consilia, non querenda. ceruicem suam quisque respiciat, vxorem, liberos, patriam, fortunas. Maximinus natura furiosus, truculentus, immanis, quadrato agmine ad urbem venit. vos consulendo diem teritis. faciendus est imperator, immo eligendi sunt principes, vnus qui in vrbe resideat, alter qui Maximino obuiam cum exercitu pergat. ego præceps dico: vos, si placet, firmate. Maximum Pupienum, itemque Balbinum, principes illos Reipub. nomino, quorum vnus in re militari tantus est, vt splendor virtutis, nobilitatem generis recompenset: alter ita clarus genere ac morum, sanctitateque vitæ, vt ad Reipub. conseruationem à Deo nobis datus videatur. habetis ergo sententiam meam. Quo dicto, vno consensu ab omnibus acclamatum est, Maxime & Balbine Augusti, dii vos seruent. post hæc flagitante populo, Gordianus puer annum agens 15. Cæsar quoque appellatus est, natus ex filia Gordiani præmortui. Maximi huius pater artem ferrariam exercuisse dicitur, ipse tamen per omnem vitam suam militiæ vacauit. postea ad præfecturam vrbs peruenit. moribus erat ferus, sed iustus: rogatus tamen semper ignouit, nec iratus vbi irasci non decuit, senatui & Po. multum dilectus. Balbinus verò consul fuit, & proconsulari dignitate diuersas prouincias rexit. erat quoque vultu venerabilis, eloquentia clarus, poeta præcipuus. Maximus tanquam bello contra Maximinum magis idoneus, profectus est, senatu mittente nuncios ad omnes prouincias, vt ei auxilium ferrent contra Maximinum: & si quis Maximinum in aliquo iuuisset, statuunt vt in hostium numero haberetur. Quod cum audisset Maximinus, acrior in Italiam est ingressus, sed cum nil victus miles discurrrens inueniret, quia in locis munitioribus reposita erant, exercitus Maximini fame vrgeri cœpit, propter quod non modicum murmur ortum fuit, cum post alpes in Italia exercitus recreari crediderant. Nihilominus Maximinus Aquilegiam obsedit. ciues Menephili Ro. legati hortatu ac monitis ad resistendum se parabant, & pro patriæ salute se deuouebant. Videns autem Maximinus obsidionem in longum trahi, exandescens in milites, quasi in culpa essent, multos ex eis occidit.

Maximinus
cum filio oc-
ciditur.

Quo factò milites vehementer contra se commouit, & excitata seditione, Maximinum cum filio in tentorio degentes occiderunt. nunciabatur enim palam, orbem terrarum consensisse in odium Maximini, vnde occisis patre & filio, eorum capita præfixa contis, Aquilegiensibus demonstrarunt. hic finis Maximinorum fuit, dignus crudelitate patris, indignus bonitate filij. Sepulcra eorum nulla, sed in fluentem cadauera eorum missa sunt, & capita eorum in campo Martio, exultante populo, exusta. Hæc Herodianus & Iulius Capitolinus scribunt. Maximus interea, qui apud Rauennam bellum parabat, agnita morte Maximini & filij, Romam properat. sed præuenit illum nuncius missus ab Aquilegiensibus, qui mutatis equis, quarta die Romam peruenit, & cum dies ludorum esset, perlectis publicè literis, supplicationes à senatu per totam urbem, per omnia templa decreta sunt. post duos dies superuenit Maximus cum prætoriano exercitu, quem Balbinus & Gordianus cum toto senatu magna gratulatione susceperunt. Igitur hi duo principes Maximus & Balbinus, magna cum moderatione populum gubernabant, leges optimas condebant, senatui plurimum deferebant, res bellicas prudentissimè disponebant, Gordiano adhuc puero. & cum iam bellum Parthis inferendum esset, ad hoc Maximus, senatus decreto mitti debebat, Balbinus contra Germanos, qui Gallias infestare dicebantur. graues tum discordiæ inter illos exortæ sunt, tamen ita occultè, quòd vix intelligeretur, cum Maximus Balbinum, quasi remissum & imbellem, solis delicijs vacantem, despiceret: Balbinus verò Maximum, quasi degenerem calcaret: Accessit his, quòd milites vtrunque exosum haberent, quòd non à se, sed à senatu electi essent. discordia inter eos paulatim detecta, occasionem quærunt occidendorum principum: sed inuenire vix potuerunt, quia Germani vtrunque stipabant. Ludis autem scenicis cum multi occupati essent, milites eos in palatio occiderunt. Hunc finem indignum moribus & actibus suis, optimi imperatores habuerunt. Nam illa ætate nec Maximo Pupieno

Maxim* &
Balbinus
principes
occiduntur

pieno fortius, neque Balbino benignius fuit quicquam. & licet aliqui Pupienum alium dicant à Maximo, tamen verior historia eundem asserit esse Maximum Pupienum.

Inter hæc anno 239. à natali Christiano, postquam Pontianus papa statuisset, vt psalmi die noctuque per omnes Ecclesias cantaretur, & vt ante celebrationem Missæ sacerdos, Confiteor, præmitteret, vbi sedet sex annos, martyrio coronatus, in Sardinia exilio decessit. Huic successit Anterus, qui statuit episcopos, consentiente pontifice, ad alios præfatus posse transferri, vt gesta martyrum conscriberentur. qui cum anno vno & mense vno ministrasset, martyrio coronatus est. alij scribunt eum decessisse confessorem. Huius quoque est illud institutum, vt nisi episcopus fuisset prius, summus pontifex fieri non posset. sic ex priori Ecclesia fas esset sibi alteram optare, quod non optantis, sed animarum causa fieret. Scripserunt alij Anterum sedisse annos 12. sed tanta est diuersitas scriptorum, vt multo tutius sit talia præterire, quam in re tam vetusta temere aliquid affirmare. Eusebium tamen secuti, necum sentiunt.

Pontianus
psalmos de-
câtari fecit.
Anterus.

GENERATIO NONA.

ANNO Domini 240. Fabianus natione Romanus, papa efficitur, in quo generatio nona incipit. Tradunt autem Fabianum, Antero defuncto, cum de agro reuertetur, & populus Ecclesiæ pro episcopo eligendo congregaretur, atque alius de alio conclamaret, nec tamen vulgi sententia certi aliquid obtineret, adstitisse etiam ipsum inter cæteros, & subito columbam cælitus lapsam, figuram ferentem illius, quæ super Iesum apud Iordanem descenderat, super caput stetit Fabiani. ad quod spectaculum ora cunctorum conuersa, & omnes velut vno spiritu commoti, hunc episcopatu dignum ex Dei iudicio decreuerunt, cumque continuò cathedræ imponentes, legitimo sacerdotio præfecerunt. sedit annis 13. mensibus 11. Fabianus autem pontifex, 7. diaconis regiones diuisit, qui à notarijs res gestas colligerent. statuit præterea, vt singulis annis in cœna Domini christiana renouaretur, c. literis, de conf. dist. 3. Occisus autem Maximino cum filio, & Maximo ac Balbino, Gordianus adolescens, qui Cæsar fuerat, à militibus, populo & senatu, ingenti amore, studio & gratia Augustus est appellatus. amabatur autem merito aui & auunculi, qui ambo pro repub. perierunt. Imperauit annis sex, ab anno Domini 241. quo imperare cœpit. fuit autem iuuenis lætus, pulcher, gratus omnibus, & literis pro ætate doctissimus, & cum paulò antè tanta seditio inter milites & populum exorta fuisset, vt ad bellum intestinum veniretur, & vrbs in magna parte incenderetur, eo interueniente, pax est roborata. Cum autem in vrbe regnaret pacificè, quidam in Africa eius contemnentis ætatem, duce Sabiniano, missi sunt ei auferre imperium, quem statim Gordianus per Mauritaniam præsidem obsessum, ad mortem coegit. qua coniuratione compressa, Gordianus filium Misitheum viri clariss. duxit vxorem. erat hic Misitheus vir doctiss. eloquentia clarus, prudentia conspicuus. hunc mox Gordianus præfectum prætorij instituit, & sic non puerile factum est imperium, optimis soceri sultum consilijs. vnde postquam optimi viri Misitheus verbis cœpit acquiescere Gordianus, omnia publica & priuata in melius sunt mutata, quod ex eorum scriptis colligitur. nam socer sic scripsisse reperitur: Domino & filio Gordiano Augusto, Misitheus socer & præfectus, salutem: Eua-
fuisse nos grauem temporum maculam, quam per spadones, qui amici videbantur, & erant vehementer inimici, incureras: omnia enim officia ad voluntatem suam vendebant, suggerebantque vt bonos pelleres, malos retineres. Deo itaque gratias, quòd eo volente respub. emendata est. Cui Gordianus sic respòdit: Gordianus imperator Augustus Misitheo patri & præfecto salutem: Nisi dii omnipotentes Ro. imperium tulerentur, etiã nunc per spadones quasi sub hasta positi venderemur. denique vt verum fatear, multa non fuerunt facienda quæ feci. sed gratias agimus, quòd te insinuante qui nihil vendis, & vera nobis refers, didici ea quæ per spadones inclusus scire nò potui. mihi pater, verum audias velim. miser est imperator, apud quem vera reticentur, qui cum ipse publicè ambulare non possit, necesse est vt audiat, & vel audita, vel à pluribus roborata confirmet. Inter hæc iam potens consilijs, & Persis ac Parthis bellum indixit, magnisque apparatibus in Orientem profectus est, primoque tractu seu conflictu inter Thraciam & Mœsiam habito, quiddam ibi hostium fuit, deleuit, fugauit, submouitque. Inde nauigio in Syriam venit, atque Antiochiam, quæ à Parthis erat occupata, obsedit, in qua Saporem regem Persarum frequentibus prælijs,

Fabianus
papa.

Miraculum
electionis.

Gordianus
imper. 28.

Misitheus
Gordiani
socer.

Litere Misitheus
ad Gordianum.

Gordianus
bellum Parthis
indixit

prælijs, qui ad obsidionem soluendam cum innumerabilibus copijs venerat, victum fugavit. Nec multò post Antiochia capta, transfuit Euphratem, vbi Parthos inuasit: eorum munitionibus expugnatis, cum Artaxerxe eorum rege difficilimo bello conflixit, eum vicit atque fugavit. Scripsit de his victorijs senatui, valde extollens secerum, inter cætera, Valeat tantum, inquit, Misitheus præfectus & parens noster, cuius ductu hæc transegitus, & reliqua transigemus. Vestrum est igitur applicationes decernere, nos dijs commendare, Misitheo gratias agere. quod & factum est. Sed ista felicitas longior esse non potuit. nam Misitheus Philippi artibus, vt plerique dicunt, vt alij, morbo extinctus est, cuius viri tanta in repub. dispositio fuit, vt nunquam ciuitas potior inuenta sit. nullum senem militare passus est, nullum puerum annonas recipere. amabatur ab omnibus, quòd ipse & remp. amaret & principem. Philippum eum timuisse ferunt, atque per medicos ei insidias parasse. Quo mortuo, in eius locum præfectus prætorij factus est Philippus Arabs, humili genere natus, superbus, qui statim domino suo qui cum prouexerat, ingratus, illi insidari cœpit: tantumque arte sua effecit, vt naues quæ ex Aegypto & Italia victum deferrebant, auerterentur. deinde in ea loca deduxit exercitum, vt milites annonam habere non possent: ob quam causam seditio in exercitu moueri cœpit, à non intelligentibus Gordianum decipi à Philippo. Inde Philippus per quosdam duces muneribus conciliatos, disseminare in exercitu cœpit, Gordianum esse adolescentem, & ad gubernandum imperium minus idoneum, aliumque querendum, qui posset & sciret in tanto discrimine militibus iam fame laborantibus subuenire: factumque est, vt iam Philippus ad imperium palam vocaretur. cumque amici & fautores Gordiani restitissent, ad extremum cum milites fame vincerentur, Philippo imperium mandatum est, iussuque à militibus, vt quasi Gordiani tutor, vnà cum ipso pariter imperaret. Suscepta à Philippo imperij cura, cœpit contra Gordianum superbissimè agere, ad eò vt Gordianus cum sciret se nobilissima familia ortum, nec iam pati posset ignobilis hominis superbiam, sperans Philippum ab imperio deijcere, conuocata exercitus parte, conquestus est de Philippi superbia, sed nihil egit, cum illum inculcasset, quòd immemor beneficiorum, sibi ingratus esset. post aliquot dies cum videret se à Philippo circumuentum, & se minorem quotidie fieri, petijt vt æquale saltem inter eos esset imperium, nec impetrauit: dehinc petijt vt loco Cæsaris haberetur, nec obtinuit: petijt etiã vt præfecti loco esset Philippo, & denegatum est: postremò, vt ducis loco in exercitu haberetur, & viuere eum pateretur: ad quod quidem penè cõsenserat Philippus ipse tacitus, sed omnia per amicos atque consilijs egit. Et cum secum cogitaret amorè po. Ro. ac senatus circa Gordianum & totius orbis, cum nobilis esset ac nepos imperatoris, cum & remp. liberasset bellis grauibus, posse fieri vt reuocaretur ad imperium, captum subito per suos mandauit clam occidi, & sic solus sibi vsurpauit imperium. Defecit sol cæso Gordiano ita insigniter, vt propter tenebras terris inductas, nihil omnino posset agi, nisi luminibus accensis. Est & terra sub eo adeò horrendè concussa, vt vrbes quedam subito hiatu suis cum populis absorptæ sint. Capitolinus auctor est. quod miror ab Eusebio prætermisum, qui naturæ hæc portenta diligenter est executus. Senatus, eo defuncto, primò Marcum, & post Seuerum Hostilianum creat. sed breui ambo vita decessere. Interea Philippus Romam misit literas, quibus scribit Gordianum morbo perijisse, sedque à cunctis militibus electum. nec desuit vt senatus falleretur. appellato itaque principe Philippo, & Augusto nuncupato, Gordianum inter deos retulit. is enim nobilis prorsus, amatus à populo & senatu, vt nihil ei præter ætatè deesset imperio, dictus à senatu filius, à populo deliciae suæ. Sed vt Cordus scribit, omnes qui Gordianum gladio appetuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interemptis Philippis, sua manu, suisque gladijs, & eisdem quibus illum percusserant, interiisse dicuntur. Gordiano milites sepulcrum apud Circum castrum fecerunt in Perside, titulum huiusmodi addentes diuersis linguis: Diuo Gordiano victori Persarum, victori Gorthorum, victori Sarmatarum, depulsori Romanarum seditionum, victori Germanorum, sed non victori Philipporum. quem titulum euertisse Licinius dicitur, cum se velle videri à Philippis originem trahere, tempore quo imperium nactus est. ANNO Domini 247. Marcus Iulius Philippus inuasit imperium, vnaque cum filio suo Caio Iulio Saturnino Philippo regnavit annis septem. Isti omnium imperatorum primi, Christiani effecti sunt, & in die pathe cum diuinis interesse voluissent & communicare, à Fabiano episcopo vrbs non prius sunt permisi, nisi confiterentur peccata sua, & inter pœnitentes starent. quod illi libentissimè suscipientes, diuinum sibi metum & Christianitatis plenissimam fidem, rebus & operibus comprobabant. His anno iam tertio imperantibus, millesimus annus condita vrbs impletus est. quam ob causam pro solemnitate multa sacrificia facta sunt, innumerabiles bestiae in circo interfectæ sunt, ludique theatrales in campo Martio celebrati, tribus diebus ac noctibus populo vigilante. Hi ambo cum disposuissent multa bona facere pro Christianis, violenta morte præuenti sunt. sed ipsis imperantibus non est illata persecutio Christianis. Quod autem Philippus dolosè egit cum Gordiano, procurando mortem eius, de qua supra, hoc & ipse post pœnitentiam recepit à suo duce Decio, qui eum dolosè occidit Veronæ, capite medio supra ordines dentium præciso: deinde vsurpans sibi imperium, ad urbem veniens, vt videretur zelo deorum Romanorum occidisse dominum suum qui Christianus erat, simul occidit & filium Philippi, cum esset annorum duodecim. tantum hi duo Philippi cõuersi sunt ad fidem per sanctum Pontium senatorem Romanum, & à sancto Fabiano summo pontifice baptizati. Interea Philippo septem annis principatu administrato, Decius qui eum ac filium occiderat, imperium inuasit anno Domini 254. de Pannonia oriundus erat, moxque filium suum Decium, Cæsarè fecit, & persecutionem septimam post Neronem Christianis mouit, occasionem sumens à Philippis Christianis, in qua persecutione multi passi sunt. Itaque primo Decij anno Fabianus papa passus est. tunc etiam passa est B. Agatha. De B. autem Laurentio dicitur infra vbi de B. Sixto, qui sub Decio Valerio martyrio coronatus est. At Decius iste cum filio suo Gotthos Istrum transmeantes aggressus est, & xxx. ex eis occidisse legitur, de suis quoque multos amisit. sed & filius eius interfectus est, ipseque in confusis irruens turbas, gurgite cuiusdam paludis est submersus, ita vt nec cadaver eius inueniri potuerit. moritur anno imperij sui tertio. ANNO primo Decij Fabiano coronato, successit Cornelius anno Domini 254. sedit annum & menses vij. verius est quòd sederit duobus annis. Tempore Cornelij ortum est schisma. nam quidam Nouatus nomine, à quibusdam sibi adherentibus factus est papa, immo potius antipapa. sed cum cõplicitibus suis deiectus est. hic asseruit, lapsis post baptismum non esse locum veniæ per quantamcunque pœnitentiam, vel saltem quo ad reciduos post pœnitentiã: de primo lapsu post baptismum, vt hæreticus damnatus est per Cornelium papam in concilio. De hoc scribit Dionysius Alexandrinus episcopus, Nouatus Rom. ecclesiæ presbyter, elatione tumidus, spem penitus salutis lapsis adimebat, etiam si digni pœnitissent, ex quo & princeps factus est hæresis Nouatiana, qui ab Ecclesia separati, superbo nomine se ipsos *καθάρους*, id est, mundos, appellabant. Ob quam rem Romæ in concilio statutum est à papa Cornelio, Nouatum cum suis sequacibus alienum esse ab Ecclesia: eos verò qui lapsi fuerant in certamine, fraternali misericordia curandos, & pœnitentiã medicandos. Cyprianus quoque de hoc librum sedidit, & B. Augustinus vt hæreticum reprobat, de pœnit. dist. 3. adhuc instant: Quomodo autem Cornelius papa factus sit, Cyprianus vij. q. 1. sic ait: Factus est Cornelius episcopus de Dei & Christi eius iudicio, & de clericorum penè omnium testimonio, de plebis quæ tunc affuit suffragio, de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum consensu, cum Fabiani locus, id est, Petri, & gradus cathedralis vacaret. Quo accepto atque confirmato, quisquis iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necessè est. Nec habet ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ vnitatem non tenet. Audiens autem Decius Cornelium multos ad Christum conuertere, præcepit, vt vbiunque inuenirentur Christiani, sine sententia punirentur. Cornelius igitur cum suis clericis comprehensus, exilio relegatur, vbi à sancto Cypriano & alijs per literas est confortatus. Tandem reductus ad Decium, & dum immobilis perseuerabat, flagris cesus est & decollatus anno Domini 256. Eodem anno Domini 256. successit in pontificatu Cornelio Lucius natione Rom. sedit Lucij papa. annis tribus. Hic instituit, vt duo presbyteri tresque diaconi, semper veluti vitæ testes episcopum comitarentur. & Ne episcopus minor 30. annorum eligeretur: Ne quoque sacerdotes, & Leuitæ vestibus sacris extra ecclesiã vterentur. ANNO Domini 257. Vibius Gallus, mortuo Decio, imperator à senatu comprobatus est, qui & filium Volu- Gallus 31. fianum in confortem imperij suscepit. Quibus imperantibus, tanta in Christiani IMP. nominis vltionè pestis exorta est, vt pauca domus, nedum ciuitates & prouinciæ, extiterint, quæ tantam non senserint calamitatè. At ne Gallus quidem malum Decij aut videre potuit, aut cauere: sed in eundem lapidè offensionis impingens, sanctos viros persecutus est. Huius enim temporibus Cyprianus, qui primum rhetoricam docuit, deinde Chris- tianus

Annus millesimus vltimus vrbs condita.

Decius 30. IMP. Persecutio septima.

30. millia. Decij & filij interitus.

Cornelius papa.

Antipapa omnium primus.

Nouatiana hæresis.

Lucij papa.

Gallus 31. IMP.

St 4 tianus

Cyprianus martyrio coronatur. fianus factus, omnes facultates suas pauperibus distribuens, presbyter deinde & Carthaginensium episcopus creatus, sub Gallo & Volusiano martyrio coronatur. His temporibus Aemilianus quidam in Moesia imperator eleuatus est, contra quem Galus & filius pergentes, ab exercitu suo interfecti sunt. Aemilianus autem Maurus genere, post quatuor menses etiam occisus est. Mox deinde Lucius Valerianus, nobili ortus prosapia, anno Domini 259. in Rhetia & Norico agens, ab exercitu imperator creatus & Augustus appellatus est. Romæ verò Galienus filius eius à senatu Cæsar nominatur. regnauerunt simul annis 6. & Galienus postea solus annis 9. Valerianus dicitur etiam Cornelium Valerianum Galieni filium, Cæsarem constituisse. Valerianus ille senior, dictus quoque Decius, adeò humanus & benignus in Christianos fuit, vt tota domus eius, ecclesia Dei vocaretur: tantæq; probitatis, vt priusquam imperator crearetur, censoria dignitate, quæ nisi sanctis quibusq; viris assignabatur, insignitus fuerit. de qua re extat senatusconsultum apud Trebellium: Duobus Decijs, inquit, consulibus sexto Calend. Nouembris, cum iretur per sententias, cui deberet censura deferri, nam id Decij posuerant in senatus amplissimi potestate, absente Valeriano, omnes vna voce dixerunt: Valeriani vita digna censura est: primus enim genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis: ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior: Valerianus à prima pueritia censor fuit. quæ cum essent sapius dicta, Decius accepit, omnes aulicos vocauit, ipsum Valerianum præcepit rogari. Felicem te, inquit, Valerianum totius senatus sententia, immo animis atq; pectoribus: totius orbis suscipe censuram, quam tibi detulit Romana respub. quæ solus mereris, iudicaturus de moribus nostris: tu estimabis qui manere in curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu vestigalia firmabis, diuides statum, rempub. recensabis: tibi legum scribendarum authoritas dabitur, tibi de ordinibus militum iudicandum est: tu arma respicies, tu de nostro palatio, tu de iudiciis, tu de prefectis eminentissimis iudicabis: excepto deniq; prefecto vrbis Romæ, exceptis consulibus ordinarijs, & sacrorum rege, ac maxima virgine Vestali, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententias feres. laborabunt autem etiam illi, vt tibi placeant, de quibus non potes iudicare. Hæc Decius. Sed Valeriani sententia huiusmodi fuit: Ne quæso, sanctissime imperator, ad hanc necessitatem me alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, iudicibus, tribunis, ducibus: hæc sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud vos censura residet, non potest hoc implere priuatus. Igitur veniam peto, cui vita impar est, cui ætas sic repugnat, vt censuram hominum natura non quærat. Multa alia de eius probitate inueniuntur, vt mirandum sit, quòd confestim in suo imperio prolapsus sit. nam etsi ab initio imperij Christianis fuerit plurimum benignus, paulò tamen post per quendam (vt fertur) magum Aegyptiorum doctorem, ita deprauatus, ita deiectus est, vt primò à palatio suo expulsus, qui Christiani nominis assertores erant, deinde per vniuersum orbem octauam persecutionem grauissimam à Nerone contra Christi Ecclesiam excitari, in qua persecutione Lucius papa, similiter & Stephanus, martyrio sunt coronati. Lucio siquidem papa vita per martyrium functo, Stephanus natione Romanus, in cathedra Petri collocatur, anno Domini 259. sedit annis duobus & aliquot mensibus, quantum secundum alios, septem. Per idem tempus Stephanus de non rebaptizandis his qui ad fidem rediissent, eadem statuit quæ & Cornelius pontifex, quo tempore Cyprianus venerat in sententiam, hæreticos rebaptizandos, sicut & penè omnes tenebant per Africam. Cornelius verò papa, & cæteri omnes per Italiam sacerdotes, huiusmodi decretum, manente sacerdotali concordia, refutarunt, statuerentes antiquitus super hoc à patribus traditam regulam debere seruari, quæ continebat, post abiectionem prauis & confessionem recti dogmatis, sola eos manus impositione purgandos. Vnde & Dionysius, qui antè de hac re cum Carthaginensibus & orientalibus senserat, mutata sententia, ad Stephanum scribens, eum bono esse animo iubet, cum Ecclesie tam Asiæ quam Africane, mutata opinione, in sententiam Romanæ sedis iam venisset. Iuuit & Ecclesiam Dei Malchion Antiochenæ ecclesie presbyter eloquentissimus, hic enim contra Paulum Samosatenum episcopum Antiochenum scripsit, quòd dogma Artemonis instaurare conaretur, affirmatis Christi communis nature hominum tantummodo doctus fuisse, neque semper fuisse, sed à Maria sumpsisse principium: quæ opinio postea in Antiocheno concilio omnium consensu improbatæ est. Stephanus autem quum opere & verbis multos gentiles ad fidem Christi conuertisset,

Officiū cæforis quale fuerit.

Persecutio octaua.

Stephanus papa.

De rebaptizandis hæreticis.

Dionysius Alexandrinus.

Malchion.

uertisset, conuersus à Valeriano & Galieno, vnà cum plerisque suorum ad martyrium raptus, capite mulctatur. Stephano verò duobus annis impleto sacerdotio Romæ, Sixtus succedit anno Domini 262. sedit annis duobus, mensibus nouem. hic constituit, vt ecclesia & altaria versus Orientem verterentur. item, vt Missa super altare fieret, quod antè non seruabatur, & vt, cum infra celebrationem sacerdos sub silentio legeret canonem, populus decantaret, Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus &c. Dionysius Alexandrinus, de quo supra, scribit ad Sixtum de baptismate commemorans. Indicauit etiam pariter de Sabellij hæresi: Quid dicam, scribit, de ea doctrina, quæ apud Ptolemaidam Pentapoleos ciuitatem, nuper exorta est, plena blasphemis in Deum patrem, & in Dominum nostrum Iesum Christum, negans eum esse filium patris, nec primogenitum omnis creaturæ, simul & S. spiritus auferens intellectum? Hi Sabelliani à Sabellio dicti. Refutata quoque tum est hæresis Cerinthi ex libellis Nepotiani, qui post mille annos futuram resurrectionem & regnum Christi in terris dicebat. Is autem Cerinthus, qui libidinum & cupiditatum impatiens erat, voluptates ipsas in promissionibus futuri regni sanctis promittebat, abundantiam ciborum & mulierum copiam. contra quod Dionysius similiter scripsit: Ego, inquit, tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perscrutor, etiam si videar ad horam verbis eorum pollui, sed multum mihi confert hoc, quòd ex eorum verbis arguere eos possim. denique cum aliquis ex fratribus presbyteris prohiberet me, ne hæretica legerem, visio quædam mihi apparuit sermonis huiusmodi: Lege omnia quæcunque in manus tuas venerint, quia probare singula & discernere quæque potes, quando quidem ex initio hæc tibi fuit causa credendi. Hic Dionysius multa pertulit sub Valeriano & Galieno imperatoribus, in carcere, foetore, fame. multi quoque martyres tum facti sunt, vt tres adulescentes in Palæstina, Marius Hierosolymorum ciuis, Astirius Romanæ vrbis senator, de quibus in Ecclesiastica historia. Apud Cæsaream Philippi, quam Paneadâ Phœnices vocant, stat ære fusa statua habitu virili, stola compta, dextram mulieri porrigens, quam sanguinis profluuio laborantem Saluator curauit. ad pedem statuæ è basi herba quædam noua specie nascitur: quæ cum exorta fuerit, excrescere vsque ad stolæ illius ærei indumenti simbriam solet: eam quum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresq; conquirat: ita quæcunque fuerit illa infirmitas corporis, hauitu exiguo madefacti salutaris graminis depellitur, nihil omnino virium habens, si antequam æreæ simbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formaram tradebant, quæ permansit ad nostra vsque tempora, sicut ait Eusebius Cæsarensis. Ipsi oculis nostris inspicimus. Ad imperatorem Valerianum redeo, qui primùm satis victoriosus erat, sed postquam Christianos persequi cœperat, omnia sibi aduersa fuere. nam in Mesopotamia gerens bellum, à Sapore Persarum rege captus, ignominiosissima apud Persas seruitute confenuit. nam quandiu vivebat, semper acclius humi, regem in equum ascensurum dorso atollebat. Et, vt dicit Orosius, iusto Dei iudicio tam nefarij in sanctos author delicti, scilicet persecutionis in Christianos, hac probrosa punitus est poena. Capto autem Valeriano, omnes penè circumpositæ nationes in Rom. fines inuehantur. Germani, penetratis alpiibus, Italiam irrumperentes, Rauennam vsque perueniunt, tandem Hispanias obtinentes, Tarraconem expugnant. Alemanni Gallias peruagantes, cuncta cæde, flamma, rapinisq; diripiunt. Macedonia, Pontus, Asia, Gothorum inundatione vastantur, Sarmatæ Pannonias depopulantur. præterea conspiratione intrinsecus tyranni insurgunt: bella ciuilia. Funditur vbique Ro. sanguis, qui effuderant innocentem Christianorum sanguinem. Galienus verò Valeriani filius, postquam rerum summam solus obtinuit, claro Dei iudicio territus, exemplo patris motus, mitius erga Christianos agere instituit, datisque decretis, inhibere supplicia, persecutionesque cessare præcepit, ac pacè Ecclesie trepida satisfactione restituit. Sed quia erat homo natura lasciuior, comperta patris captiuitate gaudebat. Iocabatur, cum esset omnium ingens mœror, quòd Ro. princeps captiuitate Persica teneretur, quem inultum filius relinquebat, nec ad patris miseriam aut dedecus Ro. imperij mouebatur: & cum primùm audierat captum patrem, Sciebam, inquit, patrem meum mortalem. sæpe ad tibicines processit, bibit in aureis semper poculis, semper vina variavit, concubinae in eius triclinio dormitabant. gemmato balteo vsus est, caligas gematas annexit, matronas ad consolationem suam rogauit, omnes viæ ludis, strepitu, plausibusq; personabant. Cumq; in luxuria & improbitate persisteret, nec aliter Rempu. gereret,

Sixtus papa II.

Sabellij hæresis.

Cerinthi hæresis.

Dionysius.

Marius. Astirius.

Mirum quid de herba quadam.

Valerianus captus.

Miserriima, sed merita, imperatoris seruitus.

Galienus IMP. 33.

Posthu.

Inuafores imperij. Posthumius in Gallia inuafit tyrannidē, feditione tamen militum tandem interfectus est. Genuus purpuram imperialem affumens in Mœfia, occifus est. Aemilianus apud Moguntiam, cum res nouas moliretur, oppreffus est. Post mortē Posthumij Marius in Gallia inuafit imperium, sed continuo interfectus est. Deinde Victorinus à Gallis vltro creatus, post paululum occifus est. huic fufficit Tetricus, qui tunc Aquitanie praefidatus adminiftrabat officium, multasque feditiones militum pertulit. at in Oriente per Odenatum quendam, collecta agrestium manu, victi pulsique Persae, defensa Syria, recepta Mesopotamia est. hunc Galienus, participato imperio, Augustum vocauit, qui tamen post insidijs consobrini sui interemptus est, loco cuius Zenobia vxor Odenati suscepit imperium, diuque rexit non muliebriter. Pudet enumerare, quae saepe Galienus malo generis humani quasi per iocum dixerit. nam cum ei nunciatum esset, Aegyptum desciuiffe, dixisse fertur: An sine limo Aegyptiorum esse non possumus? Perdita Gallia, ruffisse fertur & dixisse, Non sine trabecatis sagis tuta Resp. est? sic denique de omnibus partibus mundi iocabatur amiffis. Verum cum Galieni tantam improbitatem ferre non possent, consilium inierunt Martianus & Cecropius liberandi Rempub. & apud Mediolanum ab Aureolo duce, vel (vt alij volunt) à Cecropio interemptus est. vbi continuo & frater eius Valerianus est interemptus. Hæc vita Galieni fuit, qui voluptatibus & stupris perdidit orbem terrarum, quem xxx. propè tyrannis vastari fecit, ita vt etiam mulieres illo melius imperarent.

GENERATIO DECIMA.

Hymeneus. **Dionysius.** *** esse, ac** **Gregorius Neocæsareæ episcopus.** **Miraculum** **Dionysius Papa.**

A NNO Domini 270. regnante adhuc Galieno, anno imperij sui 12. incepit decima generatio. Eodem anno Hierosolymorum episcopus Hymeneus extitit, sub Sixto secundo papa ordinatus. Eodem anno Dionysius apud Alexandriam quieuit in pace, vir sanctitate & doctrina admirandus. hic inter cætera scribit in epistola de paschali festiuitate, Alexandriam esse desolatam tribus de causis: primum dicit manibus suis partem maximam persequendo sanctos caesam, partem alteram bella intestina, partem verò quæ superflua erat, pestilentem ægritudine rapuisse. Ille Dionysius Iohannis apostoli Apocalypsim nequaquam refutandam putat, sed summa dignitate venerandam, cum eius scripta humanæ eruditionis intellectum excedant, illiusque reuelationem sancti alicuius ac sine vlla dubitatione per Dei spiritum factam, affirmat. Sub Galieno qui & Decius appellatur, Sixtus papa martyrio coronatus est, licet alij contradicant, Dionysij Alexandrini dicto assentiens, qui scripsit, Galieno regnante post patrem Valerianum, Dei Ecclesiam in pace fuisse constitutam. temporum tamen habita supputatione, S. Sixtus cum S. Laurentio passus fuit, anno Domini 273. quo anno & Galienus Mediolani interficitur. Eodem tempore claruisse dicitur Gregorius Neocæsareæ Ponti episcopus, Theodorus ante dictus, Origenis discipulus, vir illustris & catholicus, de quo nonnulla miracula refert Eusebius in Ecclesiastica historia. Narratur vnum de eo illustre miraculum: Cum aliquando per alpes transiret, necessitate coactus, ad presbyterum cuiusdam phani Apollinis sacrum diuertit, ibi pernoctans. sacerdos iste ex more consuebat simulacrum Apollinis, responsa poscentibus dabat, vnde ei alimonie quaestus erat. Gregorio manè recedente obmutuit daemon. Cumque sacerdos efflagitaret responsum, Quid me, clamauit daemon, inuocas? venire non possum. percontanti causam, aduentu se Gregorij dicebat expulsam. Mox sacerdos occupans viam, secutus est Gregorium, querelam expulsi numinis exponens, quaestumque amissum deplorat, at ille nihil moratus, scribit epistolam in hæc verba: Gregorius Apollini: Permitto tibi redire ad locum tuum, & agere quæ consueuisti. Hanc sacerdos ad phanum fert epistolam, adest iterum demon, iterum dat responsa. Tunc sacerdos intra se compunctus, ait: Nonne multo melior est Gregorius iste Apolline, cuius obtemperat iussis? & descendit mox ad Gregorium, referens epistolam. rei ordinem pandit, vtque Deo se offerat, petit: statim relicta gentilitate, factus ab eo catechumenus. postea baptismum consequitur, & intantum virtutibus fidei profecit, quod B. Gregorij successor in episcopatu esse meruerit. Sixto Romanæ ecclesiæ per annos xj. sacerdotio procurato, succedit Dionysius ex monacho pontifex creatus, anno 273. hic presbyteris ecclesias & cœmeteria in vrbe Roma statim diuisit, parochias & dioceses foris distribuit, atque limites constituit, de quo 13. q. 1. c. 1. Termini autem prouinciarum & episcopatum ante aduentum Christi fuerunt distincti. Et in ipsis vrbibus apostoli ac successores, patriarchas & episcopos posuerunt, 80. dist.

c. 1. 2. & 3.

c. 1. 2. & 3. Dionysius sedit annis nouem, sub quo concilium est habitum Antiochiæ, cui tamen ob senium interesse non potuit, ibique Paulus Samosatenus condemnatur, qui Artemonis hæresim resuscitauerat. Interea occiso Galieno Claudius, vir sanctus, venerabilis & bonis omnibus charus, amicus patriæ, acceptus senatui, populo benè cognitus, à militibus electus, & à senatu Augustus appellatus est anno Domini 274. regnauit annum vnum, menses nouem. Hic Galieni morientis sententia imperator creatus est. Hic interfecto à suis Aureolo, recipiens legiones, Gotthos iam quindecim annos Illyricum Macedoniamque infestantes deuicit. Gentem Gotthorum, quæ pro Gerica Gotthica est dicta, constat à Scythis originem habuisse. Scythas verò primos esse in Europa sub septentrione & ad Tanais limitē, feros ac paratissimos ad mortem, apud omnes scriptores inuenimus. Sed Pompeius Trogus eorum originem quam remotissimè repetēs, multa dicit quæ Scythis Asiam incolentibus, magis quam in Europa ad sanam sedētibus, accommodari videntur. Paulus Orosius de his scribit, quod Romanas prouincias ingressi, societatem Ro. foederis precibus quaesuerunt, quam armis vindicare potuissent. paulò post dicit adijisse eius gentis oratores Octavianum Augustum Tarracone agentem, vt quam à victore remotissimo peterent pacem, facilius impetrarent. Ablabius origine Gotthus, scribit eos ab Agrippa Danubium transire compulsos, sub Domitiano fuisse reuersos, quo in tempore Oppius Sabinus primum, & postea Fuscus Cornelius Ro. duces cum ipsis congressi Gotthis, copias amiserunt, & in prælio ceciderunt: & tamen Gotthi, quibus victoria incruenta non fuit, in Ro. prouincijs eo tempore permanerunt: domuit tamen & Ro. prouincijs expulit Gotthos paulò post insignis princeps Traianus, sed in suis barbarici soli prouincijs, in quibus quiescere promiserunt, dimisit intactos, quos anno post ferè 90. Antoninus Bassianus Caracalla tumultuarijs prælijs superauit, pariter Gordianus deinde iunior Gotthos ad Danubium venire parantes, magis repulit quam superauit. Quamobrem anno exinde octauo, cum Philippus imperare cœpisset, Romani soli prouincias irruerunt, & non solum ipsi appellati Visigothi, id est, occidentales, Danubium transierunt, sed & Ostrogothos, id est, Orientales aliasque gentes in Reipub. prouincias trecenta virorum millia perduxerunt, à quibus Thracia Mœsiaque miserabiliter sunt vastata. Misit tamen in eos Philippus Decium Pannoniensem legatum suum. Aliquot prælijs hic inferior, re infecta reuertitur: & postea Philippo cum eiusdem nominis filio, fraude ipsius occiso, imperator factus, eam gentem dimisit intactam, quæ quidem gens sub Gallo & Volusiano foedus inhouauit cum Reipub. Ipsi verò Gallo & Volusiano sublatis, secuta sunt infelicissima tempora Valeriani imperatoris. Eo nanque in vinculis Saporis Persarum regis tunc agente, Galienoque & filio inutili & xxx. tyrannis imperium lacerantibus, Gotthi Bithyniam inuaserunt, Nicomediam vastarunt. Exinde Thracibus occupatis, Macedoniaque vbique vastata, Thesalonicam obsederunt. Sed dum Macriani ducis virtute iisdem Gotthi in Achaia superari recedunt, aliorundem Gotthorum manus Asiam vastat: & tunc templum Dianæ Ephesiæ spoliatum primò, & postea est incensum. Differentiam inter Visigothos & Ostrogothos legere quis potest apud Paulum Diaconum atque Blondum. Emerfit inter hæc Claudius imperator secundus huius nominis, qui plura biennio, quam quisquam Ro. princeps decennio summa felicitate confecit, vt iuxta Trebellij verba, si diutius in Reipub. esset commoratus, Scipiones bonos & Camillos, omnesque veteres suis viribus, suis consilij & prudentia fuerit redditurus. Quod verò ad Gotthos attinet, quantis illos viribus profligauerit, indicat illius epistola ad Iunium Bocchum Illyricum tuentem, missa in hæc verba: Claudius Boccho salutem: Deleuimus trecenta millia Gotthorum, duo millia nauium submersimus, resta sunt flumina scutis, spatia & lanceolis, omnia littora operiuntur, campi ossibus tecti, nullum iter purum est, Carthago deserta. tantum mulorum mularumque cepimus, vt binas & ternas miles possit adiungere. Nostra diligentia pugnatum est apud Mysios, & multa prælia fuerunt apud Martinopolim, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ nobiles foeminae, repletae barbaris seruis Romanae prouinciæ, factus miles barbarus & colonus è Gottho. Nec vlla fuit regio, quæ Gotthum seruum, triumphali beneficio non haberet. hanc ob rem in curia aureus clypeus, in Capitolio aurea statua eidem à senatu decreta est. Finito autem bello Gotthico, grauissimus morbus increbuit. tunc etiam Claudij morbo affectus interijt, cū magno imperij damno. Quid enim in ipso non mirabile? quid non conspicuum? In quo Traiani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & bono-

gotthi victi à Claudio.

Claudij mors.

& bonorum principum exemplū fuerit relictum. Illum enim senatus & populus ante imperium, in imperio, & post imperium sic dilexit, vt satis constet neque Traianum, neque Antoninos, neque quenquam alium principum sic amatum. Claudio sic demigrante, Quintilius frater eiusdem, vir sanctus & amulus fratris, delatum sibi omnium iudicio imperium, merito virtutum, sub quo barbari qui superferant, terras imperij vastare conati sunt, prouincialium tamen virtute referuntur obtriti. verum Quintilius 17. die, quod se grauem & serium contra milites ostenderet, Aquilegiæ interemptus est anno Domini 276. Post Claudium & fratrem suum Quintilium, Aurelianus mediocri (vt dicitur) colono progenitus, imperator est electus, anno Domini 276. De illo Aureliano refert Garibaldus, qui gesta Bauarorum conscripsit, quod olim quidam dux Bauarorum Tasilo, ex filia regis Moranorum genuit filium nominis, qui expulsus à Ro. venit in Carinthiam, aedificauit multa castella & oppida, duxit in vxorem filiam principis Pannoniæ, ex qua Aurelianus istum & Theodonem fratres genuit. Theodo dux iterum restitutus fuit in patriam. Hic à prima ætate ingenio fuit viuacissimus, viribus clarus, nullum vnquam diem prætermisit etiam festum, quod non se pilo & sagittis, cæterisque militaribus exerceret officijs. statura procerior, neruis validissimis. Huius multa extant egregia facinora. Refert Theodolus, Aurelianum manu sua bello Sarmatico vna die quadraginta & octo interfecisse, pluribus autē diebus ultra nongentos quinquaginta. Idē apud Moguntiam tribunus legionis sextæ Gallicæ, Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, vt trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Hic autem magnæ seueritatis fuit, seueriterque peccata castrensia correxit. Solus denique omnium, militem qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedem militis ligaret, eandemque subito dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet. Huius epistola militaris est ad vicarium suum, huiusmodi: Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militum contine. nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vnam nullus auferat, segetem nemo deterat, oleum, salem, lignum nemo exigat, annonæ suæ contentus sit: de præda hostis, non de lachrymis prouincialium, ditescant. arma sint terfa, calceamenta fortia, vestis noua veterem excludat, stipendium in balteo, non in pompa habeat: torquem, armillas & anulum deponat, equum saginarium suum defricet. alter alteri quasi seruus obsequatur. à medicis gratis curentur. haruspicius nil dent, in hospitij castre se habeant. qui litem fecerit, vapulet. In principio autem imperij Aureliani, omnes nationes aquilonares contra Ro. imperium coniurantes, incredibili multitudine per eam partem Italiæ qua Alemaniam respicit, Italiam intrant, igne, cæde, rapinis omnia vastantes. Quibus occurrens Aurelianus, magna cæde suorum in fugam versus est, ex eo quod in densissimis syluis barbari se continent, Ro. à dorso persequentes interimunt. Ipse tum imperator fugiens, vix cum paucis euasit, ex qua calamitate ita trepidata est vrbs, vt multi relictis moenibus, fugere tentauerint. sed congregato milite victus Aurelianus, barbaris rursus pugnaturus occurrit, illosque tribus, licet difficilimis, bellis vicit, vno non longe à Placentia, altero iuxta amnem Metaurum, tertio Ticinensibus campis. quo ultimo prælio tantam stragem barbarorum fecit, vt præ multitudine occisorum, victores victos insequi impedirentur: adeo vsque ad internecionem delati sunt, vt ex sexcentis millibus armatorum, vix sexta pars superferret. His itaque implicatus, Tetricus vir ingentis animi, purpuram induit, seque imperatorem nominauit, & cum multa contra Alemanos fecisset, diu Gallias tenuit: sed cum militum suorum superbiam & impudentiam tolerare non posset, reddere Gallias Romanæ Reipub. cogitauit. Et audiens Aurelianum Romæ imperare, atque victis barbaris se perere, Aureliano scripsit vt exercitum suum reciperet. Aurelianus ergo properans, Tetrico prodeunte exercitum, absque bello facile Gallias recepit: quibus receptis, illum exercitum qui ad Gallorum præsidium fuerat, amouit, nouumque conscripsit. Inter hæc per Orientem plurimi motus emerere, ad quos sedandos multa Germanorum auxilia atque Gallorum secum traxit. sed antequam ad Orientem veniret, multa bella prius confecit. nam in Thracia & Illyrico occurrentes sibi barbarorum copias strauit, insuper & Canabam siue Canabandem regem Gotthorum, nouos ultra Danubium motus parantem, cum quinq; millibus interfecit. quo in prælio captæ sunt decem mulieres virili habitu pugnantem, quas ab Amazonibus ortas esse dicebant. His potitus victorijs, Zenobiam in Oriente impetantem aggreditur. Thymam proditione vnus ex ciuibus cepit, deinde Antiochiam obsedit.

Quintilius
Imp. 37.Aurelianus
Imp. 36.Adulteri
supplicium.Aureliani
aurea epi-
stola.

Tetricus.

obsedit, atque in potestatem suam redegit. Posthac prælio diu ancipiti cum Zenobia inito, solutus ordinibus Zenobiæ, exercitus cæsus, ipsa fuga salutem quaesivit. Inde Aurelianus in Palmyra Zenobiam obsedit, & cum diu obsidio durasset, Aurelianus epistolam Zenobiæ scripsit in hæc verba: Aurelianus imperator Romanæ vrbs, Zenobiæ: Spontè facere debuisti, quod nunc meis literis iubetur. deditioem præcipio, ita vt cum tuis vitam agas quod te senatus sententia collocauerit: gemmas, aurum & argentum in Rom. ærarium conseras. Hac epistola recepta, Zenobia insolentiùs rescripsit. vnde iratus Aurelianus, statim aucto exercitu atque munito, multa auxilia Zenobiæ aduentia interceptit. quo audito, ipsa fugam iniit, sed à militibus Aureliani capta fuit, quam imperator ad triumphum referuari præcepit, & post paucos dies ciuitatem cepit. Pacato itaque Oriente, cum Aurelianus ad urbem ire pararet, Firmus quidam in Aegypto Aureliano imperatori rebellem se fecit, qui tamen vno prælio victus, cum copias reparare vellet, & non valeret, laqueo sibi vitam extorsit. Victor itaque Aurelianus, toto orbe pacato, Romam cum triumpho est ingressus, haud dissimilis Alexandro Magno, seu Cæsari. nam Rom. imperium triennio ab inuasoribus defenderat, cum Alexander per xij. annos ingentibus victorijs ad Indiam peruenerit, & C. Cæsar decennio Gallias superauerit, aduersus ciues quadriennio pugnauerit. Cum ergo à bellorum motu quiescisset, optimas leges instituit, & primus omnium Ro. principum diadema more regio sibi imposuit, & vestes auro gemmisque contextas in usu habuit. contrarium tamen eius apud nonnullos inuenitur, quod si vestem holosericam neque ipse in vestuario suo habuerit, neque alteri vtendam dedit: porcina quoque carnis usum primus populo instituit, multos seruos è familia sua, cum peccauerant, legibus audiendos publicis iudicijs dedit. vino ruffo delectabatur. medicum ad se, cum ægrotaret, nunquam vocauit, sed inedia se præcipue curauit. Sed post tot victorias adeo efferratus est animus, vt multos nobiles & aliquos etiam ex senatu, sola animi seueritate interfecerit: quam ob causam magnam illam gloriam bellicam minuit, & timeri cepit, non amari. Hoc etiam tempore Aurelianus persecutionem nonam post Neronem in Christianos mouit, qui tamen ab initio imperij, cum Paulus Samosatenus à patribus esset communionem priuatus, & de domo Ecclesiæ exire nolisset, interpellatus, imperauit vi eum publica expelli: non enim tum erat malorum consilij deprauatus, sed processu temporis consilium mutauit: quo tempore per diuersas prouincias multi pro Christi nomine occubuerunt, & scribit Eusebius eo tempore persecutionis Aureliane, fulmen iuxta eum comitesque eius ruisse magno circumstantium pauore. Incidit autem vt Mnestheum notarium suorum secretorum, infensorem sibi minando redderet. ille cognoscens Aurelianum neque frustra minari solere, neque si minaretur, ignoscere: in scheda scripsit nomina eorum quibus Aurelianus irascebatur, additis pluribus de quibus nihil asperum cogitabat: se quoque inscripsit, quo magis fidem faceret: deinde nocte opportunitate, legit singulis, addens, disposuisse Aurelianum omnes occidere. hi exardescentes, timore qui merebantur offensam, dolore innocentes, quod Aurelianus esset ingratus, inter Constantinopolim & Heracliam iter facientem subito adorti interemerunt. hic finis Aureliano fuit. Sanè Mnestheus postea ligatus ad stipitem, bestijs obiectus est. senatus enim mortem eius grauius tulit, grauius tamen po. Ro. qui vulgo dicebat, Aurelianum pædagogum esse senatorum. Imperauit annis sex, minus paucis diebus. Occiso itaque seuerissimo principe, exercitus retulit ad senatum de imperatore deligendo: idcirco quod nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem occiderant. verum senatus electionem in exercitum refudit, sciens non libenter iam milites accipere imperatores quos senatus elegerat. denique id tertio factum est, vt ita per sex menses imperatorem Romanus orbis non haberet. Extant literarum exempla exercitus in hæc verba: Felices ac fortes exercitus senatui populoque Rom. Aurelianus imperator noster per fraudem vnus hominis, & errorem bonorum ac malorum interemptus est. hunc inter deos referte sancti & domini P. C. & de vobis aliquem dignum vestro iudicio principem mittite. Non enim de his qui vel errauerunt, vel male fecerunt, imperare nobis patimur. Lectis his in senatu, Tacitus primæ sententiæ senator ita locutus est: Recto ordine contulissent dii, P. C. si boni principes ferro inuolabiles extitissent, neque contra eos aliqua esset potestas his qui necis infandæ mentem concipiunt. viueret enim princeps Aurelianus, quo neque vtilior fuit quisquam. respirare certè cœperat post infelicitatē Valeriani ac Galieni, imperatē Claudio

Aureliani
epistola ad
Zenobiam.Zenobia
capta.Vnus porci-
næ institutus.Nona Christi-
anorum
persecutio.Aurelianus
occiditur.Oratio Ta-
citi senatoris.

dio nostra Resp. at eadē reddita fuerat, Aureliano toto penitus orbe vincēte. Ille nobis Gallias dedit, ille Italiā liberavit, ille Vindeliciis ingū barbaricæ seruitutis amouit, illo viuente Illyricum restitutum est, reddita Romanis legibus Thracia: ille Orientem fœmineo pressum iugo restituit, ille Persas fugauit & oppressit, illum populi ad Orientem Sarraceni, Bactriani, Seres, Iberi, Armeni, Indi, veluti præsentem venerati sunt, deū omnia in vrbe phana eius micant donis. Quare P. C. vel deos ipsos iure conuenio, qui talē principem interire passi sunt, nisi forte secū eum esse maluerūt. Decerno igitur ei diuinos honores. nam de imperatore deligendo ad eundem exercitum censeo esse referendum. nisi enim sic fiat, & electi periculum erit, & eligentis inuidia. Deinde ab omnibus probata est hæc sententia. At tamen cū iterum atque iterum mitterent ad exercitum, ex senatusconsulto Tacitus iste imperator electus, anno Domini 281. At ille: Miror P. C. vos in locum Aureliani fortissimi imperatoris, me senem velle principem facere. at tamen sic mihi contingat iuste & vtiliter imperium administrare, quem admodum ego omnia ex vestra sententia me agere oportere duxi. Vestrum est igitur P. C. decernere ac iubere, quæ vestro ordini, quæ exercitibus & Po. Ro. cōmoda videantur, meū vestra decreta cum dignitate exequi. Ad hæc senatus: Et Traianus, & Adrianus, deniq; & Antoninus, ad imperiū senes venerunt. Imperatorem te, non militem, facimus. tu iube, milites pugnent. animū tuū, non corpus, eligimus. statimq; acclamatum est, atq; ad campum Martiū itum. Ibi præfectus vrbs sic locutus est: Vos sanctissimi milites, vos Quirites habetis principem, quem de sententia omnium exercituum senatus elegit, Tacitū dico Augustissimum virū, vt qui hætenus Remp. sententijs suis, nunc iussis atq; consultis iuuat. acclamatum est à populo, Felicissime Tacite Auguste, dij te seruent, & reliqua. Inde ad exercitū profectus Tacitus, ibi quoque cū primū tribunal ascendit, Messius Gallicanus præfectus prætorij, in hæc verba disse-ruit: Dedit, sanctissimi cōmilites, senatus principem quem petiistis, paruit præceptis & voluntati castrensium, ipsum audite. Post hæc Tacitus Augustus dixit: Et Traianus ad imperiū senex venit, sed ille ab vno deductus est, sed me sanctissimi commilitones primū vos, qui scitis principes approbare, deinde amplissimus senatus dignū hoc nomine iudicauit: curabo, enitar, efficiā, ne vobis desint, si non fortia facta, at saltē vobis & imperatore digna consilia. Tandem ad senatum cōuersus, petijt Aureliano statuam auream ponēdam, & vt Aurelianū omnes pictū haberent, multaq; executus, author fuit senatusconsulti faciendi, vt capitale esset, si quis publicè priuatimve æs argento miscuisset, si quis argentū aurū, aut æri plumbū, ne serui in dominorū capita rogarentur. Petiuit quoq; fratri suo Florianō consulatum, quem cū non impetrasset, lætatus est, dixitque, scire Ro. senatū quem imperatorem legisset. omne patrimonium suum publicauit. pecuniam quam habuit, militibus stipēdij nomine erogauit. Nec tacendum est, tantam senatus lætitiā fuisse, quod eligendi principis cura ad ordinem amplissimū reuertisset, vt & supplicationes decernerentur, mitterenturque literæ in prouincias, vt scirent omnes socij ac nationes, in antiquum statum rediisse rempub. Prima autem cura Tacito fuit, vt omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosve: cū iam ille vindicatus esset, eos qui à Mæotide eruperāt, barbaros cōsilio atque viribus compressit. At isti viro magnificū fuit, quod tanta gloria suscepit imperiū. gessit autem propter breuitatem temporū nihil, interemptus apud Pontum in sidijs militaribus, sexto mēse imperitans. Hinc frater Taciti Florianus arripuit imperiū, non senatus autoritate, sed suo motu, quasi hæreditariū esset imperiū, cū sciret adiuratū esse in senatu Tacitū, vt cū mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquē principē faceret. deniq; vix duobus mēribus imperiū tenuit. nam occisus est Tarfi à militibus suis, qui æstimabant neminem posse dignū imperare, quān Probū, quem ab omni exercitu intelligebant electū. Florianus morū fratris imitator, sed non vsquequaque, effusior enim & ambitiosior erat. Postquam ad exercitum nunciū venisset, Tacitū absumptū & Florianum imperium arripuisse, tum animus militibus fuit præuenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principē daret. sed cū inter milites sermo esset, quis fieri deberet, & tribuni eos in campo alloquerētur manipulatim, dicentes, requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundū, clementem, probum, & cū per multos circulos id diceretur, quasi diuino nutu vndique ab omnibus acclamatum est: Probe Auguste, dij te seruent. deinde concursus, & ad palatium reductus inuitus & coactus, ac sæpe dicens: Non vobis expedit milites: non mecum benè agitis, ego enim vobis blandiri non possum. Nihilominus

Tacitus 37.
IMP.

Taciti interitus.

Florianus IMP.

Probus 38.
IMP.

tamen iterant, Probe Auguste, dij te seruent. ita ei sine vlla molestia, totius orbis imperium & militum & senatus iudicio delatum est, anno Domini 283. Scripsit mox ad senatum: Rectè atque ordine P. C. optimo superiori anno factum est, vt vestra clementia orbis terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui estis mūdi principes, & posteri vestri erunt, atque vti nam id Florianus expectare potuisset. nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis à militibus delatum est nomen Augustum, quæso vt de meis meritis iudicetis, facturus enim sum quicquid iusserit vestra clementia. Die tertia nonas Februarias in æde Concordiæ lectæ sunt literæ, & continuo acclamatum est, Probe Auguste, dij te seruent, olim dignus & fortis & iustus, bonus ductor, bonus imperator, exemplum militiæ, assertor Reipub. felix imperes. quod imperiū suscepisti, gratias agimus. tuere nos, tuere Remp. tu Francus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnium semper dignissimus imperio. Deinde decernunt Augusto proconsulare imperium, patris patriæ reuerentiam, pontificatum maximum, ius tertiæ relationis, tribunitiam potestatem. Accepto igitur hoc senatusconsulto, permittit, Patribus, vt ex magnorum iudicium appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus, ius prætorium præsidibus darent: leges quas Probus ederet, senatusconsultis proprijs consecraret. Statim deinde si qui de occisoribus Aureliani superferant, vario genere vindicauit. Deinde animaduertit etiam in eos, qui Tacito insidias fecerunt. Floriani socijs pepercit, quod non tyrannum videbantur secuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europæses exercitus, qui Florianum imperatorem fecerant & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ vndique occiso Posthumio turbata fuerant, interfectoque Aureliano, à Germanis possessæ. Magna autem illic prælia tam feliciter gessit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates, cæsis propè quadraginta millibus, qui Romanum occupauerunt solum. Quam ob causam dedit ad senatum literas huiusmodi: Ago dijs immortalibus gratias, P. C. quod vestra in me vt iudicia comprobarē, subacta est omnis, quæ tenditur latè, Germania: nouem reges gentium diuersarum ad meos pedes, immo ad vestros supplices strati iacuerunt: omnes iam barbari vobis arant, vobis iam serunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. nam 40000. hostium caesa sunt. 11000. nobis oblata armatorum, & 60. vrbes nobilissimæ captae, & omnes penitus Galliæ liberatae. arantur Galliarum barbaris bubus, & iuga Germanica captiua præbēt nostris colla cultoribus. Quid plura? Illis sola reliquimus, sola nos eorum omnia possidemus. Post hæc Illyricum petit, in quo Sarmatas cæterasque gentes profudit ac propulit. tendit inde ad Thracias, atque omnes Gothicos populos *. pertrāsiit Orientem, vbi Saturninū, qui Orientis imperium arripuerat, varijs prælis superat: quō victo, tanta in Oriente quies fuit, vt meritò illud innulgaretur, mures rebelles nullū audire. Deinde cū Proculus & Bonosus apud Agrippinā imperiū arripuissent, omnesq; sibi iam Britannias, Hispanias & Bracatæ Galliæ prouincias vindicarent, ibi Germani omnes à Proculo & Bonoso rogati, auxilia ferre noluerūt. Tyrannos igitur illos statim vicit Probus. quid multa? conferas Probum cum alijs imperatoribus aut principibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligitur hic princeps aut par fuisse, aut melior. quinquennio enim imperij sui per totum orbem terrarū tot bella gessit, multaque manu sua fecit. Ille verò conscius sui, non barbaros timuit, nō tyrannos. vir sanè probus, vir Aureliano, Traiano, Adriano, Antoninis, Claudioq; præferendus, quia in illis varia, in hoc omnia præcipua tunc fuere: qui omnium iudicio bonorum factus est imperator, orbem terrarum pacatissimum fecit, de quo dictū est quod Probus diceretur, etiam si probus nomine non fuisset. Verū cū probitate omnes anteiret, militemque suum nunquam ociosum esset perpeffus, dicens annonam gratuitam militem comedere non debere. his addebat, breui milites necessarios non futuros, quia totum mundum iam fecerat Romanum: secura Respub. non arma necessaria, miles annonam nō habebit. habebuntur aratra, equus nascetur ad pacem, vbi que pax erit, vbi que Rom. leges. Gallos & Pannonios vineas habere permisit, aliumque & aureū montem militari manu consitos vineis conferere prouincialibus dedit. Vnde cū Syrmium venisset, ac solum patrium fœcundari cuperet, multa millia militum ad faciendam fossam posuit. hæc permoti milites, cum interemerunt, anno imperij sui quinto, seu (vt alij volunt) sexto. eius autem mortem senatus grauissimè tulit, æque populus. promittebat enim secula aurea, in quo nulla futura erant bella.

Gallos sub-
egit ProbusInteritus
Probi.

vnde milites se despici formidantes, in eius necem conspirant. Probus dum adhuc dux esset, vicit quandam gentem, vbi equus repertus est, non decorus, non ingens, qui (vt captiui referebant) 100. millia singulis diebus currere poterat, idque per dies octo vel decem continuare. credebant omnes equum seruare sibi velle Probum: ad quæ ipse, Fugitiuo militi potius, quam forti, hic equus cõuenit. iussit milites in vnam mittere, vt forte quis acciperet. Sortiri itaque eum milites iussi, cum Probi nomen ex vna primùm fuisset eductum, idque plures milites nomen ferrent, ad tollendam discordiam, magno omnium fauore est id præmium vni illi additum. Scribit F. Vopiscus, mathematicos respondisse genitrici ipsius Probi attentius petenti, fore vrã Probo longa mille annorum successione geniti, Ro. imperium non magis tenerent quam amplificatum redderent. Primo Probi anno Dionysius moritur, & Felix natione Romanus substituitur. sedit annis 5. hic statuit Missas celebrari martyrum nomine, vrque nullibi quam in sacro loco Missa celebraretur, necessitatem semper excipiens. Quo tempore Manes, vocatus insaniens, & instinctu dæmonis agiratus, execrabilem hæresim docet. hic Manes gente Persa, vita & moribus barbarus fuit, tam acer ingenio, vt insaniri vel impleri dæmone videretur. profiteri se Christum ausus est, nunc spiritum sanctum se prædicabat. xij. discipulos eligens, ad prædicandum mittebat. Hinc Manichæorum hæresis exorta est. Vt autem tunc impugnatur Manes, ita maximè laudatur Anatolius Laodicensis episcopus propter sanctitatem & doctrinam. Hæresis Manichæorum afferuit duo esse principia, vnum bonorum, aliud malorum, vnum lucis, alterum tenebrarum: & Christum habuisse corpus phantasticum, & alios multos errores, quos etiam Augustinus ante conuersionem rationibus acutissimis defendebat. sed post baptismum funditus damnauit. ANNO Domini 287. Eutyechianus papa ordinatur, sedens annum, vel (vt alij volunt) mensibus decem. hic instituit vr in altari fugibus benediceretur, maximè verò fabæ & vuc. Ille, sicut & Felix, martyrio coronatur. Eutyechiano Caius natione Dalmata substituitur anno Domini 288. sedit annis xj. hic Caius ordines in ecclesia distinxit, quibus per gradus vsque ad episcopatum ascenderetur. hi erant, ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Constituit etiam, ne laici sacris initiatos in iudicium vocarent, neve paganus aut hæreticus Christianum hominem accusandi potestatem haberet. His temporibus Victorinus scripsit & Pamphilus presbyter. Post Probum Carus Narbonæ in Gallia natus, ab exercitu imperator eligitur anno Domini 288. vir bonus quidem, & cum hoc esset nunciatum senatui, tam senatus quam populus Carini filij sui causa inhorruit. Is enim semper vixit pessimè. metuebant enim tristio rem principem, sed magis improbum hæredem. qualis enim Carus esset, Probi epistola indicat ad senatū data in hæc verba: Probus Augustus amantissimo senatui suo salutem dicit: Inter cætera felix esset nostra respub. si qualis Carus est, aut plerique vestrum, plures haberem in actibus collocatos. quare equestrem statuat Caro more veterum, si placeat, decernendam censeo. At Carus vbi primùm accepit imperium, consensu omnium militum bellum Persicum, quod Probus parabat, aggressus est, liberis suis Carino & Numeriano Cæsaribus nuncupatis: Carinū quidem ad tuendas Gallias cum viris lectissimis destinauit, Numerianum verò vt adolescentiorem secum duxit. Verum antequam ad Parthos veniret, Sarmatas Probi morte feroces adeo, vt non solum Illyricum, sed etiam Italiam inuasuros timeret, vno prælio contudit, xl. millibus ex illis occisis & pluribus captis: deinde Persas fortiter strauit, & notissimas vrbes eorum cepit. verum gloria audis, supra Tigridem fluuium castra ponens, ictu fulminis perijt. Sed Iulius Calphurnius talem de morte Carini epistolā dedit. Inter cætera, inquit, Carus noster princeps verè charus, cum ægrotaret, subito exorta tempestas est, vt caligarent omnia, deinde tonitrua & fulgurum vibratio oborta. omnibus subito conclamatum est, imperatorem mortuum: vnde fama emerfit, fulmine eum interemptum: quem, quantum scire possumus, ægritudine constat absumptum. duos annos regnauit. Eo mortuo, filius eius Numerianus ab omnibus imperator appellatus est: quantum enim Carinus frater eius maior esset, hic tamen virtuosus ac maximæ eloquentiæ. is nunciato sibi Persarū tumultu, cum apud Antiochiam maneret, voluit ecclesiam intrare, & Christianorum mysteria explorare. prohibuit eum S. Cyrillus, non licere, inquit, eum diuina mysteria videre, qui pollutus esset sacrificio idolorum. indignatus ille, occidit Cyrillum. Numerianus deinde victor cum ad urbem exercitum reduceret, coepit oculorum dolore grauari, ita vt

Felix papa I.

Manes hæreticus.

Anatolius.

Eutyechianus papa.

Caius papa.

Carus 39. IMP.

Numerianus IMP.

S. Cyrillus occiditur.

in lectica vndique clausa portaretur, ne à sole vel puluere læderetur. Eum sic afflictum Aper Arrius socer suus, qui inuadere conabatur imperium, per insidias occidi procurauit. Cumque interrogaretur Aper de statu eius, respondebat benè valere. sed cum post aliquot dies foetore cadaueris res prodita est, Aper, cuius dolo putabatur occisus, captus, & ante signa legionum manu Diocletiani occisus est anno Domini 290. Tunc habita est ingens concio, factum est tribunal. & cum quæreretur quis daretur reipub. bonus princeps, Diocletianum omnes vno consensu imperatorem appellant, iustissimum Numeriani vltorem. coepit itaque regnare anno Domini 290. hic Dalmata fuit, & scribæ filius, & ante imperium Diocles vocabatur. præfuit annis xx. Supererat autem adhuc Carinus filius Cari in Gallia degens. hic cum Cæsar à patre decretis sibi Gallia, Italia, Illyrico, Hispanijs, Britannijs ac Africa relicta esset, sed ea lege, vt omnia faceret quæ Augusti faciunt, ipse se omnibus vitijs ac foeditatibus maculauit, amicos optimos quosque relegauit, pessimum quenque elegit, superbas ad senatum literas dedit, vxores nouem duxit, pulsas plerunque prægnantibus, mimis, meretricibus, cantoribus atque lenonibus palatium impleuit, habuit gemmas in calceis, balteum gemmatum: hominibus improbis plurimum detulit, ac à nullo se vitio temperauit. audiebat pater adhuc viuens, & clamabat, Non meus: statueratque Constantium, qui postea Cæsar est factus, tunc autem præsidem Dalmatiæ, in locum eius subrogare, illum verò occidere. Hic vbi fratrem à focero interemptum, Diocletianum Augustum appellatum comperit, maiora vitia & scelera edidit, quasi iam liber à frenis domesticæ pietatis, nec ei tamen defuit vigor mentis. nam contra Diocletianum multis prælijs conflixit, vltimo in Dalmatia victus est & occisus. Ad Diocletianum redeo. hic gemmas vestibus ac calceis inseri iussit, ac se vt Deum adorari. Primo autem imperij sui anno, Amandus quidam & Helinandus in Gallia, collecta rusticorum, quos Bagandas vocabant, multitudine, perniciosos tumultus excitarunt. Diocletianus propterea Maximianum Herculeum quendam commilitonem suum, Cæsarem fecit, & in Gallias misit, quos ille facile deuicit. Erat autem Maximianus de Pannonia, natus genere rusticano, inciuilis ingenij, ferus, seuerus, luxuriosus, stultus. hic genuit de Eutropia vxore sua Maxentium & Faustam. Eo tempore Maximianus sacram Thebeorum legionem Mauricij cum socijs suis martyrio coronauit. Inter hæc per omnes Ro. terminos seditiones factæ. Carausius quidam, sumpta purpura, occupauit Britanniam, Iulianus Italiam, Achilleus Aegyptum, quinque Gentianis Africam, Narseus rex Persarum Orientem, quo periculo Diocletianus permotus, Maximianum ex Cæsare Augustum facit, Constantium verò & Galerium * Maximianus Cæsares constituit, tradens Constantio Theodoram filiam Maximiani vxorem, & suam filiam Galerio. Erat autem Constantius Claudij nepos ex filia, Galerius verò in Dacia natus ex agricultoribus, fuitque pastor armæti, vnde & Armentarius appellatus est, pulcher corpore, magnus & fortis. Constantius igitur Cæsar in Gallia apud Lingones primo prælio profugatus cum exercitu suo, vix ipse euasit. secundo prælio satis secuta est ei prospera fortuna. nam tunc sexaginta millia Alemanorum caesa referuntur ab Eutropio & Eusebio. Maximianus autem Augustus quinque Gentianos in Africa vicit. Diocletianus autem Achilleum obsessum per septem menses, cepit apud Alexandriam, & interfecit. Erat in illis diebus cum Diocletiano Constantinus iuuenis inclytus, filius Constantij Cæsaris, quem ex Helena procreauerat. hunc Diocletianus, instigante Galerio, dolo perimere satagebat: sed cognita fraude, ad patrem suū saluus diuina prouidentia peruenit. Galerius verò Maximianus, quum duobus iam prælijs aduersus Narseum conflixisset, tertio congressu victus, amissis copijs, ad Diocletianum confugit, atque ab illo arrogantissimè susceptus est, vt per aliquot millia passuum purpuratus ante vehiculum eius cucurrisset feratur. Carausius genere infimus, sed consilio ac manu promptus, cum ad obseruanda Oceani littora, quæ Franci & Saxones infestabant, esset positus, plus in perniciem quam profectum reipu. agens, ereptam hostibus prædam, nulla ex parte restituens dominis, sed soli sibi vendicans, purpuram tandem sumpsit, ac Britannias occupauit, quibus per septem annos retentis, tandem fraude Allecti socij sui occisus est, qui Allectus per triennium insulam inuadens, à Scleriodoto præfecto prætorio opprimitur, qui eam insulam decem annis tenuit. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus in Occidente, decimò post Neronem Ecclesiam persequuntur, Christianos affligentes ac ecclesias vastantes. Hæc Beda. Tūc

Diocletianus imp. xxx.

Carinus occiditur.

Maximianus Hercules.

Mauricij & sociorū eius martyrium.

Constantius, Galerius.

Carausius.

Allius
martyr.
Vni illu-
sires.
*Aelius
*Volcatius
*Aelius.

in Britannia martyr est factus S. Albinus. In hac generatione & sub Cari temporibus, viri eruditione clari Iulius Capitolinus, Vopiscus Syracusanus, & his aliquanto antiquiores, Trebellius Pollio, *Helius Lampridius, *Vulgarius Gallicanus, *Helius Spartianus & Herodianus, omnes historici, sub Diocletiano desierunt scribere. Amianus Marcellinus scriptor egregius, xxxij. libris complexus est gesta Constantij comitis & Constantini filij, ac Galerij, Constantis & Constantij, Iuliani & Iouiniani, quorum librorum xij. anteriores desunt, in quibus Constantij, Constantini & Galerij gesta erant.

GENERATIO XI.

A NNO igitur à natiuitate Christi 300. ab vrbe condita 1051. imperij autem Diocletiani xj. Caius papa existente, incepit vndecima generatio. Hoc in tempore pacatis vndique rebus, Diocletianus in Oriente, Maximianus verò Hercules in Occidente, persecutionem decimam post Neronem exercuerunt in Christianos, quæ cæteris omnibus seuerior, per decem annos & amplius Ecclesiam afflixit incessanter, & quanuis antea semper Christianos persequerentur, sed xix. anno imperij Diocletiani tam crudelis, tam sæua persecutio flagrabat, vt intra vnum mensem xvij. millia martyrium inueniantur perpassi. Exijt enim edictum, vt cunctæ quæ erant in orbe Ecclesiæ, ad solum direrentur, & sacræ scripturæ vbique igni comburerentur, omnesque qui Ecclesijs præsent, in vinculis ponerentur, ac deinde exquisitis supplicijs immolare dijs cogerentur. Rapiebant itaque (vt ait Eusebius) omnes Ecclesiarum principes, & sanctos clericos, nobiles & ignobiles, viros ac mulieres vnâ cum pueris, & varijs, inauditis, ac crudelioribus vt excogitari poterant, supplicijs excruciantur, ex quibus nonnulli fatigari cedebant, alij vsque in finem patientiam seruebant. In Aegypto affirmat Eusebius suis oculis vidisse se, dum iudex innumeros fideles capite truncari iussisset, sponte omnes, immo alij alios prauenientes, ceruices obiectabant ad necem, hymnum Deo canentes, ira vt etiam extremos spiritus in Dei laudibus exhalarent. Primò omnium ignis huius exordium inter solos militares parua scintilla conflauerat, cum deligerentur, si qui essent inter milites Christiani, vt aut immolarent dijs, aut militiam pariter & vitam scirent sibi ponendam. Tunc plurimi ex ipsis pro fide Christi militiam, & animas nonnulli posuere. cum verò inde flamma fumens initium, tota per populos & sacerdotes incendia exaggerauit, primum tunc Caius papa adhuc superstes, egit vt Chromatius omnes Christianos in domo sua latenter reciperet, ad quos eo loci congregatos Caius: Dominus Iesus, inquit, duos gradus in se credentium constituit, confessionis & martyrij. Si qui ergo pondus martyrij se posse ferre desperant, confessionis gloriam teneant, & cum Chromatio ac liberis suis pergant. necum autem, qui volunt, in hac vrbe maneat: non enim terrarum spatium diuidatur, quos Christi charitas necit. Tunc exclamauit Tiburtius: Obsecro pater, ne permittas me terga dare, iucundum enim mihi est pro vita æterna mortem subire. S. Caius congaudens fidei eius, fleuit. Remanserunt ergo cum eo Marcellinus & Marcus, & horum pater Tranquillus, Sebastianus, Tiburtius, Nicostatus cum coniuge Zoe, & fratre Castorio, Claudius cum fratre suo Victorino. hi omnes postea passim diuersis sunt excruciatii supplicijs. Subrogatur tum in locum Caij Marcellinus. Ro. natione, anno Domini 303. sedit annis quatuor, vt quidam volunt, alij aliter. verum in tanta persecutionis caligine vix inuenio cui me accomodem. id tamen certum est, intra xj. annos quatuor Ro. pontifices fuisse, Marcellinum de quo nunc agitur, Marcellum eius successorem, dehinc Eusebium, post illum Melciadem, cui subrogatur Siluester anno Domini 314. aut ad maximum xv. vnde contra morem de his quatuor pontificibus ordine dicam. Marcellinus papa in hac persecutione cōprehensus, timore mortis deuictus, thura idolis imposuit. at mox conscientia ductus, congregato concilio aliquorum episcoporum & sacerdotum, publice confessus est peccatum suum. cilicio indurus, petit pro incōstantia sua debita pœna puniri. Sed respondebant patres: Prima sedes à nemine iudicatur. negasti tu. negauit & Petrus, sed egressus foras, fleuit amarè. tu ergo in teipso corrige casum tuum, de quo xxj. dist. c. nunc autem. ait ad hæc: Ob scelus idololatriæ iudico me deponendum, & anathematizo omnes qui corpus meum tradunt sepulturæ. pergensque ad Diocletianum, confessus est se Christianum, propter quod martyrio coronatus est. Cum autem corpus suum per 36. dies iacisset inhumatum, apparuit B. Petrus Mar-

Decima per-
secutio in
Christianos

Caius papa
Chromati

Martyres
illustres.

Marcelli-
nus papa.

Matth. 26.

Marcello successori suo, dicens: Vade & sepeli eum. nescis scriptum, Qui se humiliauerit, exaltabitur & factum est. sedit annis quatuor. Huic Marcellino Marcellus subrogatur anno Domini 307. sedit annum & mensibus octo. hic statuit quod concilium generale non possit celebrari sine auctoritate pape, xvij. dist. c. synodum. Titulos 25. in vrbe constituit quasi dioceses, propter baptismum & sepulturas. Cum quadam die Diocletianum modestè argueret de iniusta persecutione Christianorum, qui pro rebus. sedulo orarent, imperator domum Lucinæ iam factam ecclesiam atque consecratam, stabulum fieri mandauit, ibique Marcellum ad custodiam animalium deputauit, vbi pedore & situ moritur. ibi hodie ecclesia B. Marcelli nomine habetur.

Post hunc accepit Ecclesiam regendam Eusebius natione Græcus. Sub hoc ab Helena dicitur à quibusdam sancta crux inuenta, vnde ab ipso dicitur institutum festum S. Crucis, de conf. dist. 3. c. crucis. Sed veriùs dicitur inuenta sub Siluestro, & forrè in nomine Eusebij est erratum. tandè martyrio coronatur sub Maxentio. sedit menses 8.

Eusebio subrogatur Melciades natione Apher, sedit annos quatuor. statuit vt die Dominico vel quinta feria nemo ieiunet, quia hos dies pagani quasi sacros celebrabant, de conf. dist. 3. c. ieiunium. & sic obseruatū est vsq; ad Gregorium secundum. & dicunt illū, Melciadem scilicet, fuisse vltimum martyrem inter summos pontifices, & quod omnes ab illo sursum vsq; ad B. Petrū, martyrio sint coronati. Ad imperatores redeo. Cum enim ex persecutione hac coepissent desolari vrbes, rura nudari cultoribus, orbari liberis parentes, nō humanitatis ratione, sed nimia crudelitate satiati, ad clementiam parum se cōuertunt. Edictumq; principale proponunt, quoniam fas non esset tot ciues morti tradere, placere de reliquo, vt hoc genus hominum, i. Christiani, nequaquā subirent interitū, sed omnes dextris oculis effossis, sinistroq; poplite cauterio adusto ac debilitato, in crīs ferriq; metalla vel operas statuunt deportandos. hæc fuit clemētia principalis, qua optimis ciuibus consultum est. Et quoniam Dominus quidē tradiderat familiā suam castigare paucis, propter corruptos nimia licentia Christianorum mores, maximè verò ecclesiasticorū, vt scribit Eusebius, quorum peruersitatem diuina iustitia frenare hac persecutione instituit, dum simulationē in vultu, dolū in corde, fallaciam in verbis cerneret, quiq; liuore, superbia, inimicitijs inter se certantes, tyrannidem potius quàm sacerdotiū sapere videbantur, Christianæ pietatis omnino oblitū, ac diuina mysteria prophanantes potius quàm celebrātes: o Deus, quid futurum nostra ætate arbitramur, quo vitia nostra eō creuere, vt vix apud Deum misericordiam locum nobis reliquerint? quanta sit auaritia sacerdotum, quanta libido vadique, quanta ambitio & pompa, quanta desidia, & ignorantia tum suis ipsius, tum doctrinæ Christianæ, quàm parua religio, & simulata potius quàm vera?

misereatur nostri Deus. ad rem redeo. Tandem post omnem tyrannicam rabiem aperuit oculos Deus, & persecutores illos in tantam rerum permutationem deduxit, vt Augustus, depositis cum collega Maximiano pariter regni insignibus, priuati ac plebeij post imperium viuerent. ita sub vna die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus verò apud Mediolanum deposuerunt imperium, Constantio atque Galerio administrationem reipub. relinquentes. Diocletianus verò priuatus in villa, haud procul à Salone, præclaro ocio consenuit, qui dum ab Herculeo atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, renuit, & in hunc modum respondit: Vtinam Salonis posses visere olera nostris manibus * instituta, profectò nunquam istud à me tentandum iudicaretis. vt satis pateat, per formidinem voluntariam habuisse paupertatem, quippe cum à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam se excusaret, motus fortè rescriptis minacibus, quibus increpabatur Maxentio fauisse, & Maximino fauere. Vixit autem annos 68. Superfuit in ordinem redactus, annos 10. cum 20. imperasset. suspectas mortem dedecorosam, venum hausisse dicitur. Contigit tamen ei, quod nulli post natos homines, vt cum priuatus obiisset, inter diuos tamen relatus sit. Eutropius auctor est. His igitur abeuntibus, administrationem reipub. Constantius & Galerius suscipientes, Augusti creati sunt, anno Domini 310. diuisusque est inter eos ira Ro. orbis, vt Constantius Italiam, Galliam atque Aphricam, Galerius Illyricum, Asiam & Orientem obtineret. sed Constantius Augusti dignitate contentus, administrationem Italiæ & Aphricæ recusauit, Galliam tantum retinuit. Galerius autem vir rtorigeratus & egregius in re militari, videns Italiam quoque suæ administrationi accessisse, sinente socero suo Constantio, Cæsares duos creauit, Maximinum quem Orienti præfecit, qui & ipse persecu-

Lu. 14. & 18.
Marcellus
papa.

Eusebius
papa.

Melciades
papa.

Edictū con-
tra persecu-
tionē Chri-
stinorum.

Exclamatio
inuectiua in
clericos.

infra

Diocletiani
obitus.

Constantius,
Galerius
Imp. xj.

tor Christianorum fuit, & Seuerum cui Italiam dedit. Constantius vir egregius & mansuetus, non modò amabilis, sed & venerabilis Gallis, qui neque ex confortij rabie regnum suum piorum sanguine maculauerat, neque orationum domus, aut conuentus nostrorum destruxerat, quin potiùs cultores Dei venerabatur. vnde & meritò religiosus pater filium reliquit Constantinum religiosorem haredem. Hic Constantius quosdam in palatio suo probare volens, præcepit, vt qui ad sacrificandum venirent & deos colerent, in suo cingulo permanerent: qui autem refugerent sacrificare, exirent de palatio, gratias agentes quòd non punirentur. Cùm igitur alij sacrificarēt, alij verò nollent, deliberauit illis amicis vt, qui fideles in melioribus constantesque alios verò velut effoeminatos expulit, asserens eos nunquam erga principem fore deuotos, qui Dei sui essent proditores. Constantius hic Claudij secundi ex filia nepos fuit, duas habuit vxores, cui Diocletianus Theodoram Maximiani priuignam vxorem dedit, ex qua posteaquam sex filios suscepisset, eam repudiata, Helenam Anglorum regis Coel dicti filiam (quanuis Ambrosius Helenam stabulariam vocet, humili natam loco) captiuam vxorem duxit, & Magnum Constantinum ex ea generauit. Et in historia Arcturi inuenio, quòd Coel rex Britannia se & regnum suum Constantio senatori nomine Romani imperij tributarium fecit. Constantius verò post morrem soceri rex Britannia factus est, qui postea moriens Eboraci, Constantinum tamen antea Cæsarem nuncupauit. ANNO Domini 309. Constantinus mortuo patre, annitentibus cunctis qui aderant, præcipueque Craco Alemanorum rege, auxiliij gratia cum eo comitante, in Britannia creatus est imperator vj. Calend. Augusti, præfuit annis 30. mensibus decem. hic sororem suam Constantiam Licinio coniunxit, filiumque suum nomine Crispum, Cæsarem fecit. Romæ interea prætoriani milites Maxentium Herculei Maximiani filium, nuncuparunt Augustum, qui (vt inquit Eusebius) primò velut aucupans plebis gratiam, fidei nostræ veneratorem se simulat, & ob hoc repente persecutiones Christianorum arceri iubet, sed nihil pensi habebat. in tanta enim flagitiorum sæce versabatur, vt nullum facinus ab eo esset alienum: senatorum, & maximè nobilium, matronas publicè abstrahi, & ad suam libidinem duci iubebat. Accidit quòd Sophronia præfeti vrbis vxor venustissima, missis stuprorum ministris, ad se duci iuberetur. vir altius ingemiscens, & quid faciemus? antè ne est anima ponenda? Tum illa ijs qui missi sunt: Paululum, ait, exspectate, donec composita, vt decet, ornataque procedam. dehinc ingressa cubiculum, cum priùs defixis genibus orasset, tanquam pudicitiam immolatura, peccatus ac viscera correpto mucrone transuerberat. Denique quadam die imperat militibus exire per plateas vrbis, vt omnes vtriusque sexus caderent: senatoresque & maximè clariores, confictis criminibus tanquam rei, puniti atque proscripti sunt. Ad hæc artis magicæ disciplinam summis studijs excoluit. perquirebantur mulieres nobiles grauidæ, & adhibita funestis aris, mediæ scindebantur. rapiabantur infantes, eorumque exta scrutabantur. iugulabatur & leones, & precationibus dæmonica arte compositis, bella per hæc dicebantur arceri. inde relinquebantur arua à cultoribus, dum nihil ad vitam tutum arbitrarentur, inde grauissima fames vrbem atque omnia loca inuaserat. Audiens Maximianus Herculeus, qui cum Diocletiano purpuram deposuit, filium Maxentium Augustum, spe resumendi principatus Romam à Lucania aduolat, Diocletianum quoque per literas hortatus, vt depositam resumeret potestatem. Cui Diocletianus: Vtinam Salonis olera nostris manibus instituta inuisere posses, de resumendo imperio non iudicares. conatur nihilominus filium deijcere Maxentium, sed à filio pulsus vrbe atque fugatus est. Ad Constantinum igitur qui gener eius erat, confugit, moliens ipsum interficere, regnumque eius inuadere. detectis autem eius insidijs per filiam Faustam vxorem Constantini, inde se proripuit. sed à Constantino insequente Massiliæ captus, fractis laqueo certicibus, perfidiæ suæ pœnas dedit anno vitæ suæ lx. Sed & Galerius Maximianus aduersus Maxentium & prætorianos milites Seuerum Cæsarem Romam mittit cum exercitu ex Illyrico. is cum vrbem obsideret, militum suorum scelere desertus, proditus, atque ex eo fugiens Ra-uennam, in itinere est occisus. Galerius autem, Severo duce interfecto, Licinium rei militaris præstantissimum, apud Tarentum imperatorem delegit atque creauit, virum vtique crudelem. Porro Galerius Maximianus persecutionem à Diocletiano & Maximiano factam, ipse atrocibus edictis accumulauit, Christianos ad cœmeteria conuenire vetabat, & simulacrum Antiochia consecratum, subornatis sacerdotibus qui

Maxentius
Imp. 42.

Sophronia
altera Lu-
cretia.
*ait: Quid

*instita

Maximianus
Herculei
obitus.

Seuerus oc-
ciditur.

qui ex adytis id nunciarent, clamasse dicebat, pellendos ab vrbibus Christianos: & postquam per decem annos omni genere hominum exhaustis prouincias, ipsum auctorem sceleris vltio diuina corripuit: inflatis subito visceribus, putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, scetor intolerabilis exhalabat, vt nemo posset eum accedere. plerique tunc medici, quòd nec morbo mederi, nec scetorem tolerare possent, sunt eius iussu occisi. Ex quibus cùm quidam iugulabundus potiùs quàm medicaturus assisteret, inspiratus à Deo: Cur, inquit, imperator erras, & quod Deus infert, hominem putas posse curare? nec humanus est iste morbus, nec à medicis curabilis: sed recordare quanta in seruus Dei egeris, impius in religionem diuinam fueris, & intelliges vnde tibi sint poscenda remedia. Et refert Orosius, quòd edictis latè missis, Christianos de exilijs reuocauerit: ipse autem cruciatus non sustinens, finem vitæ suæ attulit, & secundum alios, manu sua se interfecit, anno imperij sui decimo.

Galerij
mors.

Constantin⁹
Imp. xl.

Inter hæc respub. à quatuor imperatoribus tenebatur, Constantino & Maxentio filijs Augustorum, Maximino & Licinio nouis hominibus. Deinde Constantinus à senatu declaratus Augustus, & accersitus è Britannia vbi pater perierat, contra Maxentium, qui ob libidinem & crudelitatem maximè populo inensus erat, vnde inter Constantinum & Maxentium bellum ciuile exortum est. Aderat Constantino Licinius, & dum Romam pergeret, ac multa secum de imminentis belli necessitate pertractaret, atque ad cælos sæpius oculos leuaret anxius, & indè sibi diuinum precatur auxilium, vidit per soporem in cælo signum sanctæ crucis, & angelos dicentes: IN HOC SIGNO VINCES. Refert Eusebius Paphili cum iureiurando Constantinum dicentem audisse se, quòd circa meridiem declinante iam sole, crucis signum ex lumine factum, & scripturam consecram, ei dicentem: IN HOC SIGNO VINCES. & dum cogitaret quid esset acturus, nox superuenit, & dormienti Christus apparuit cum signo quod vidit in cælo, iussitque vt fieret eius signi figuratio, quod foret auxilium in prælio. Cùmque opus iam non esset interprete, sed aperte monstratum esset imperatori, quid de Deo credere conueniret, mox die facta, sacerdotes Christi conuocans, de dogmate consulebat. At illi sacros libros afferentes, de Christo loquebantur, suaque dicta ex prophetis probabant. signum verò quod apparuit ei, dicebat esse trophæum victoria Christi aduersum inferos. Constantinus igitur signum, quod in cælo fuerat sibi demonstratum, in militaria vexilla transformat, ac labarum quem dicunt, in specie signum cruci Dominicæ exaprat, & armis vexillisque religionis instructus, aduersus impiorum arma proficiscitur. Postquam verò diuinæ virtutis auxilio certus de victoria effectus est, alio nihilominus æstu religiosi principis animus fluctuabat, angebaturque quòd cogere vrbi Romæ, quæ Ro. imperij caput est, bellum inferre, nec sine oppugnatione ac multa sanguinis effusione patriæ, quam tyrannus obsederat, reddere poterat libertatem, & die noctuque Deum precabatur, ne dexteram suam, quam signo muniuerat saluari, cruore Ro. sanguinis macularet, quod præstitit diuina prouidentia. nam cùm iam non procul à ponte Miluio castra posuisset, Maxentius subito velut vi diuina correptus, agitur in occursum: & proruens vrbis Ro. portis, sequi se reliquum exercitum iubet, priorque ipse obuius præcurrit armatus. iusserat autem nauibus ad decipulam compositis fluiuium sterni, & superpositis pontibus exæquari. Vt ergo ipse eques & præcursor oblitus sui operis, cum paucis aggressus est pontem, subsedere naues, & in profundum demersus, totius belli futuras cædes, vnus nefandi capitis sui diremit interitu, atque impollutam religiosi principis dextram à ciuili cruore seruauit. ita Maxentius & qui cum eo tum erant satellites, dimersi sunt, vt rectè dicatur, Lacum aperuit & effodit, ac incidit in eum. Tunc verò læti omnes cum coniugibus ac liberis, senatus populusque Ro. Constantinum, velut salutis auctorem, ac libertatis restitutorem accipiunt. ille tamen non suæ virtuti, sed diuino muneri omnia deputans, statim vbi senatus sibi imaginem triumphantis erexit, vexillum Dominicæ crucis in dextera sua iubet depingi, titulumque scriptum, IN HOC SIGNO VICI. Per idem tempus, cõspirante secum Licinio, scientes & profitentes auctorem sibi bonorum omnium Deum, legem statuunt, in qua Deum Christianorum plenissimis laudibus prosequerantur, atque ab vniuersis huic venerationem cultumque, deferendū decernunt. hæc legem etiam ad Maximinum, qui tunc Orientis partibus dominabatur, emittunt. At ille ingentibus imperatorum gelis perterritus, metu simulque pudore statuit velut ex suo arbitrio atque autoritate legem huiusmodi sententiæ, in qua asseuerabat maioribus quid è suis Augustis visum fuisse, Christia-

* quod
signi Cru-
cis.

Fata Maxe.
ij.
Psal. 7.

Christia-

Maximini
facinora.Animadu-
er-
sio diuina.Maximini
interitus.Ecclesiarū
restauratio
Constantini.

Christianorum gentem tanquam deorum cultui aduersam, penitus esse delendam, se quoque similia sentire: sed cum magis augetur gens ista, quo maximè videtur prohiberi, se velle potius, ut si quidem blandis quis ad deorum cultum persuasionibus acquiescat, nullus verò cogatur inuitus, recipiat habeatque in arbitrio suo, quo quisque velit ritu colere Deum, neque per hoc commotionem ullam vel perturbationem inferendam. Hæc ipse simulata humanitate decreuit, aliter tamen sensit. nam homo erat flagitiosissimus, maximis delicijs, luxu atque omnium dissolutionum genere fluitans, turpissima suis militibus præbebat exempla, prout etiam rei euentus docuit. nullum enim vel breue oppidum, absque adulterio nobilium matronarum quæ sibi obuiaissent, vel corruptione virginum præteribat. erat Christianorum hostis & persecutor sæuissimus, in quos tantum crudelitatis exercuit, ut prædecesores suos vinceret in scelere. ignes, cruces, bestias, maris profundum, truncationes membrorum, effusiones oculorum, & singulis membris specialia inferre supplicia gestiebat. Qui etiam ante hoc edictum pro Christianis à Galerio timore mortis promulgatum, non audens contemnere, verbo recipi præcepit, re autem nihil seruauit. vix enim sex mensibus transactis, crudelissimus tyrannus longè sæuiora prioribus aduersus Christianos excitauit, ita ut etiam arcis tabulis incidere leges contra eos datas: quibus expressit, quod ex quo Christiani vrbibus pellerentur, & aeris læti esset temperies, & terræ fecunditas abundantior: ideoque satis rectè consuli ad deorum immortalium gratiam, ut inuisum hoc hominum genus ex omnibus locis pelleretur. Confinxit & multa alia, quæ in scholis pueros iubet addiscere. sed nec moratur in hoc Dei prouidentia, imbres restrinxit nubibus, & effœtas arida sterilitate segetes dereliquit: aeris quoque temperies, quam suis impijs actibus descriperat famulari, in tantam corruptionem versa est, ut humana corpora vlcibus pessimis, quæ ignis sacer appellabantur, replerentur: ut & qui effugerent mortem, luminibus orbarentur: sed & pestilentia ingens, famesque, ut qui fami superesset, peste periret: & cum Christiani per Dei gratiam, quod fuit mirabile, nec fame nec peste grauarentur, in nullo profusus iniuriæ memores, more sibi solito ad misericordiam inimicorum præceptis Dominicis instituti, conferre certatim vnusquisque (prout poterat) cibos & sustentare & reficere per-euntes, & affectum participare coeperunt. Illos quoque qui morbi contagione laborabant, ad quos nullus gentilium nec propinquorum introibat, sedula visitatione curare, nec pati aliquid per contagionem, cadaueribus quoque sepulturam conferre studebant: ideo breui ingressu Christianorum per vicos & vrbes, malorum facies immutata, rebus ipsis atque operibus, veram esse religionem sanamque in cordibus omnium inscripsit multò tenaciùs, quàm tabulis arcis eam falsam esse tyrannus exciderat. Sed ille impius in nullo mutauit affectum: immo arrogancia tumidus, extolli & erigi aduersus etiam regni socios cœpit, ac non multò post rupto foedere, bellum Licinio conatur inferre. ad vltimum fretus dæmonibus, dijsque suis, cum immensa multitudine procedit ad bellum, superarique visus exercitus, eo relicto, Licinio se subdidit. Tunc videns se deceptum à dijs suis, & ab hominibus derelictum, turpiter fugit. reparato verò exercitu, volens cum hoste configere, doloribus interiorum viscerum correptus, vehementer exagitari cœpit, ut nec stratis recumbere posset, nec cibum labijs degustare, aut vinum potuit odorari, sicque carnibus suis ariditate consumptis, hoc loco profecit infelix, quod in extremis positus, iustum esse iudicium Dei, & sceleris pœnas se merentem, profiteretur expendere. ad vltimum morbo priùs amissis luminibus, finem viuendi fecit. Tunc defuncto eo, aperta licentia principū, ecclesiarum status reparari cœpit, tabulæque & picturæ vel imagines aræ dei ci iubentur. iudices quoque illius tyrannicæ executionis interficiuntur cum complicitibus suis. Incredibile est, ut inquit Hugo Floriacen. quantum breui Constantini studio Ecclesia per totum orbem creuerit. nam edicto publico ædificantur ecclesiæ per totum imperium. Et cum tali simplicitate, ut refert Eusebius, ecclesiarum gloria apud Deum hominesque proficeret, & imago quædam cælestis haberetur in terris, religiosus princeps Constantinus per dies singulos fide & religione crescens, & cum pro ijs omnibus, non iam ut Imperator, sed ut pater coleretur in cunctis, non tulit infelix inuidia. Etenim Licinius qui priùs probitate morum non solum in societatem regni fuit adscitus, verum etiam ex coniunctione sororis colligatus, ut vidit Constantinum non tam vi ac metu, quàm amore & religione imperare, & in summa veneratione esse mortalibus, occultis insidijs eum decipere parauit. At ille totus in Deo confidens, ad omnia se

illo

illo signo Crucis, quod ei cæligus monstratum est, muniebat, nec vllis per hoc insidijs obnoxius fieri poterat, iratus Licinius, stultaque iracundia permotus, imperatori apertum bellum indixit, regni fidem societatemque contaminans, & mox Christianos priuato odio persequi cœpit, accusans quod non pro se ita, sicut pro Constantino, in solennitatibus & ex præcepto sibi traditis orationibus excubarent. & sic qui paulò antè aduersus persecutores Christianorum vindicauerat, nunc tela in Christianos vertit, primoque de palatio suo omnes Christianos exire iubet, exutos omni militia. Post hæc statuit omnes qui se Christianos profiterentur, in carcerem trudi. addidit, ne quis alicui in carcere cibum vel porum deferret. deinde omnes qui contaminatis sacrificijs acquiescere nollent, lanionibus dari, ut eos porcorum more suspensos, per frustra caderent, & tunc proijcerentur in mare. Ecclesias quoque iussit subuerri. auaritiæ ad hæc insatiabiliter cœpit studere, census innouare, agros cultoribus vacuos tributis replere, etiam contra ætatis vires cœpit adulterijs & corruptionibus virginum delectari. Sed Constantinus veris virtutibus adornatus, tot tantisque flagitijs ire obuiam parat. neque difficultas erat victoriæ, vbi causa iustior & purior. Facta igitur congressione in Bithynia, victus est Licinius, & apud Thessalonicam capite truncatus, sicque Constantinus Ro. imperium solus obtinuit anno regni sui 14. anno à natiuitate Domini 324. ANNO Domini 314. Siluester, mortuo Melciade, episcopus Ro. vrbis constituitur. sedit annis 22. mēibus decem. Discrepant tamen scriptores in supputatione annorū ab incarnatione Christi vsq; ad papatū Siluestri. aliqui enim, ut Hermannus Contractus in chronicis, qui videtur secutus Eusebium, ponunt annos 308. qui pro vno numerant Cletum & Anacleto. Hermannus verò in floribus temporum ponit annos 316. Bergomensis in supplemento ponit annos 33. cui ad stipulatur Raphael Volaterranus. alij plus, alij minus: quod inde prouenire potest, quia non cōcordant in annis quibus quisque pontifex sederit, & fortè aliquando vitio scriptorum factū est. Ideo sequatur vnusquisque, quod sibi probabilius videtur, quia per hoc veritas rei gestæ non destruitur. Eodem modo in imperatoribus & eorum electione, sine præiudicio veritatis, dissentiant. Eo anno Maxentius imperabat vrbi, & Siluester ob eius crudelitatem de vrbe exijt, ac in monte quodam Soracte cum clericis suis mansit. eo autem sublato de medio, Cōstantinum principem de Christianis benè meritum, promptiorem ad de Ecclesia Dei promerendum reddidit. Hic non defuit, qui scribant, Constantinū, postquam imperij monarchiā solus obtinuit, per insolentiam mutatum & crudeliorem effectū, plures interfecisse amicos, & machinatū fuisse in necem Crispi filij sui. Quod confirmat Orosius, dicens: Sed inter hæc latent causæ, cur Constantinus etiā in proprios egerit affectus. nam Crispum filiū suum, & Licinium filium sororis suæ interfecit. Tripartitæ tamē historiæ author refragatur huic sententiæ, quoniam falsè id impingatur Constantino, quod verius videtur. ob quā crudelitatem ferrur lepra percussus, radem per S. Siluestrum conuersus & baptizatus. Alij scribunt, quod vltimo ætatis anno baptizatus, sit in Arrianam hæresim prolapsus. hoc vltimum falsum esse, & religio principis ostendit, & baptisterium huius rei causa Romæ ab eo magnificentissimè ædificatū. à Siluestro enim vnà cum Crispo filio inuenitur baptizatus, qui Crispus cū patre pro Christianis multas posuit leges, & secūdo loco honoratus imperij Cæsar existens, qui & 20. anno imperij patris defunctus est, ut refert Socrates in Tripartita. decessit enim ut catholicus. testantur id Ambrosius, Isidorus, Eutropius, Orosius, & innumeri alij. Quod verò leprā inciderit, baptismoque mundatus sit, quod abstinerit à sanguine infantium, Platina putat confictū, nec à veris scriptoribus de eo mentio fit. non tacuisset hoc Orosius, non Eutropius, nō illi qui Constantini res gestas diligentissimè scripserunt. Constantinus igitur primo die sui baptismatis, legem promulgauit, ut Christus tãquam verus Deus ab omnibus veneretur: ut quicumque Christiano faceret iniuriam, dimidio bonorum suorum priuaretur: ut Rom. pontifex caput ab vniuersis episcopis haberetur: ut quicumque fugeret ad Ecclesiam, immunitate gauderet: ut virginibus & qui in cælibatu viuere vellent, testari liceret: sustulit legem, quæ vetuit hæreditatē adire eum, qui xxv. ætatis suæ anno vxorem non duxisset. Fertur pius princeps, vbi nunc est Ecclesia S. Petri, arrepto bidente, ad fundamentum basilicæ construendæ terram primò aperuisse, ac cum lachrymis 12. cophinos terræ in suis scapulis exportasse. sed & ecclesiam Lateranensem fundauit. Qualia autem & Donatio quæ Constantinus Ecclesiæ donauerit Romanæ, variant in hoc scribentes. tex. in c. Constantinus, refert eū concessisse B. Siluestro & eccl. Romanæ vrbē Romam, Italiam

&

Licinij de-
fectio.Licinij
mors.Siluester
papa.Constantin-
baptizatus.Constanti-
nus leges
edidit.Donatio
Constantini.

& omnium Occidentalium regionum prouincias, vt habetur 96. dist. c. Constantinus. alij dicunt tex. istum paleam esse, & nihil probare, quod credibile redditur. nam Constantinus postea præmissa regna filijs suis testamento reliquit, quæ etiam abinde successione iure in manibus remanserunt imperatorum & regum catholicorum. ad quod non facit modicum c. fundamenta. de elec. lib. 6. loquens de donatione Constantini, tantum dicit de vrbis Rom. donatione, Italiæ & aliarum prouinciarum nullam faciens mentionem. sed nec can. futuram, 12. q. 1. qui tex. asserit quod Constantinus fidem veritatis adeptus, dedit licentiã per vniuersum orbem sub suo degentibus imperio, eos non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia constituit tribuenda, donariaque immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem imperialem relinqueret, & beato Petro ac successoribus eius profuturam cõcederet. Pro hac parte facit, quod quæ hodie dicuntur de patrimonio Ecclesiæ, ferè omnia inueniuntur à sequentibus principibus donata. alij aliter sentiunt, vincat veritas. Quod verò donante Constantino temporalia Ecclesiæ Romana, vox audita refertur huiusmodi, Hodie venenum Ecclesiæ est immissum, non bene quadrat: nam Ecclesia temporalia antè Constantinum habuit, tex. est in c. videntes, 12. q. 1. vbi Urbanus: Videntes summi sacerdotes, inquit, & alij atque Leuitæ & reliqui fideles plus utilitatis posse conferri, si hæreditates & agros quos vendebant, ecclesijs, quibus præsidebant episcopi, traderent, eo quod ex sumptibus eorum, tam presentibus quàm futuris temporibus, plura & elegantiora possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex precio ipsorum, coeperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesijs tradere, & ex eorum sumptibus viuere. Idem inuenitur instituisse * primum papam, & sic ante Siluestrum etiam immobilia habebat Ecclesia. Et si verè vox talis audita est, potuit fortè insinuari, propter iurisdictionem secularem magis quàm obres. vel fortè quod diuitiæ pariunt superbiam, quod est venenum perniciosum, à quo longè creditur abuisse B. Siluester. nam vt fertur, dum Constantinus ei diadema aureum gemmis distinctum concedebat, id Siluester aspernatus est, tanquam religioso capiti minimè conueniens: Phrygia mitra & candida tantummodo cõtentus fuit. Constantinum Græci (vt Volaterranus restatur) inter sanctos referunt, eiusque festum * II. Kalen. Aprilis celebrant. De dono eius aut concessione, apud nullos extat authores, præterquam in lib. Decretorum, idque in antiquis voluminibus minimè contineri, author est Antoninus præsul Florentinus in chronicis. Quod valde miror, cum Isidorus, qui fuit ab hinc anno propè 800. grauis author ac planè sanctus in historia sua apertè dicat, eum vrbe Roma pontifici cessisse, ornamentisque omnibus imperialibus, diademate videlicet, habituque & albo equo, quo veçtetur. Basilicas irem dicitur in vrbe condidisse, Lateranensem seruatoris nomine, vbi baptisterium addidit, in quo natalis nocte lucerna balsami ardebat. legiturque in eius fronte epigrammatis principium:

*Insons esse volens, isto mundare lauacro,
Seu proprio premeris crimine, seu patrio.*

Præterea duas apostolis Petro & Paulo, S. Laurentio extra muros, sanctæ crucis, S. Petri exoristæ & Marcellini presbyteri martyrum in via Lauicana inter duas laurus, vbi diu corpus Helenæ iacuit, S. Petri & Pauli apud Ostiam, S. Iohannis Baptistæ apud Albam, apostolorum in basilica Petri, quod pauci animaduertunt, supra arcum, qui est in medio ferè templo, huiusmodi versus antiquissimo opere museo adhuc leguntur:

*Quod duce te * modus surrexit in astra triumphans,
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam.*

Libellus autem apocryphus de elephantia, deque sanguine puerorum & Siluestri baptisinate, cum manifestè à nostrorum doctorum, quos allegauit, autoritate dissentiat, omnino reiiciendus. constat tamen catechumenum fuisse, Siluestrumque ac reliquos orthodoxos in honore habuisse. At Constantini mater Helena, matrona religiosa, diuinis admonita visionibus, Hierosolymam petijt: & locum, vbi Christus crucifixus est, ab incolis requisit, qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quia antiquitus simulacrum Veneris in eo fuit erectum, vt si quis adorare vellet Christum in illo loco, Venerem videretur adorasse: & hoc locus penè in oblivionem venerat. At mulier religione percita, vbi locum ipsum ruderibus purgasset, tres confuso ordine cruces reperit, in vna inscriptio illa legebatur tribus linguis, Iesus

* Pium

* pridie

Helena mater Constantini

Crucis inuentio.

Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Adstabat autem Macarius vrbis Hierosolymitanæ episcopus, qui vnus ex his manibus cum religione retinens, veram esse dicebat. & mulieri mortuæ admota, eidem vitam restituit. Helena, ædificato in eo loco templo, vbi crucem repererat, abiens, clauos quibus Christi corpus cruci affixum fuerat, secum ad filium portat. horum ille vnus in frenos equi transtulit, quo in prælio vteretur: alio pro cono galeæ vtebatur: tertium in mare Adriaticum, vt ait Ambrosius, ad compescendas sæuientis maris procellas deiecit. illa autem Crucis pars, quam eadem mulier secum in thecis argenteis detulerat, gemmis & auro distincta, in basilica Sessoriana collocatur. & hæc sub Siluestro papa sunt acta, anno Domini 329. licet c. crucis, de consec. dist. 3. velit, quod sub Eusebio papa sit inuenta sancta crux. primum tamen communiter tenetur, & putant aliqui Gratianum errasse in nomine Eusebij. Constantinus verò, vt supra dictum est, sedem imperialem, quæ hæctenus in Rom. vrbe erat, B. Siluestro ac successoribus eius, vt liberius diuinis obsequijs cum suo clero vacare possent, derelinquens, imperium fauore eiusdem Siluestri Romani pontificis, Byzantium in Græciam transtulit: eamque ciuitatem in melius reparans, Constantinopolim nouamque Romam appellauit. basilicam etiam S. Petri in Vaticano construens, eam dominam omnium ecclesiarum constituit, vbi corpus B. Petri posuit. ædificauit & * appendiciam ecclesiam Lateranensem in honore S. Iohannis Baptistæ, ibique locauit arcam testamenti, quam Titus imperator apportauerat, deuicta Hierusalem. Cardinalibus honorem senatus tradidit. Ne autem nouæ Romæ sacerdotes imperatoris magnificentis expertes essent, duas item basilicas Constantinopoli ædificat, quarum altera Irenes, altera Apostolorum vocatur, euerfis prius paganorum templis, aut in vsum Christianorum translatis, sublatisque è medio tripodibus Delphicis, anno Domini 320. Et licet ita per omnia floret tunc Ecclesia, non id diu pertulit inimicus. videbat enim paganorum errorem fuisse nudatum, & creaturam à pluribus iam non adorari, sed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non apertè contra Deum excitauit bellum, sed viros Christianos inueniens amore honoris & vanæ gloriæ seductos, per eos reduxit plurimos in errorem, non creaturam adorari adstruens, sed ipsum creatorem coequalem prædicans creaturæ. Presbyter quidam apud Alexandria nomine Arrius, specie religiosus, sed gloria ac nouitatis cupidus, prædicabat filium Dei creaturam esse, & spiritum sanctum ab eo creatum, addens etiam, Erat quando non erat. Tunc Alexander eiusdem vrbis episcopus, eidem resistebat: & cum illum nequaquam ab errore reuocare possent, expulit eum ab Ecclesia. propter quod ille Arrius seditionem excirauit. quod vt audivit Constantinus, primò scripsit vtrique, inuehens, quod scandala suscitarent. & cum nihil proficeret ipse princeps religiosissimus, famosissimum illud in Nicea concilium excitauit, publicis asinis, mulis ac curribus episcopos, & qui cum eis erant, ad synodum venire præcipiens. Concilium itaque Nicenum vniuersale, trecentorum decem & octo episcoporum, factum est sub Siluestro anno Domini 327. alij tamen dicunt habitum sub Iulio papa. priorem tamen opinionem cõfirmat 16. dist. c. Sextam. §. prima. vtcunq; sit, prima vniuersalis synodus in Nicea Bithyniæ est habita, præsentem Magno Constantino. Conuenerunt in hoc concilio Macarius Hierosolymitanus, Eustachius Antiochenus, Alexander Alexandrinus, alij quoque apostolici viri, quorum aliqui dextros oculos effoscos habebant, alij dexteras furas abscissas, Hispanicarum partium Osius. Tuncque ille sermo completus est, collectos ex omnibus gentibus quæ sub cælo sunt, viros religiosos. aderant enim Parthi, Medi, Elamitæ, habitantes Mesopotamiam, Iudæam, Cappadociam, Asiam, Phrygiam &c. Quibus omnibus imperator diebus quotidianis cibaria largissimè ordinat expendi. Vt autem solet fieri, plurimi sacerdotum priuatas habentes causas, libellos principi offerunt. Quibus pius princeps: Hæc, inquit, habebunt tempus proprium. mihi verò non licet de huiusmodi rebus iudicare sacerdotes. agitè quæso, ait, imitantes diuinam clementiam, aboleamus accusationes: & de his quæ ad finem pertinent, agere studeamus, cuius gratia conuenimus. Hæc imperator dicens, vniuscuiusque librum ardere fecit, diffinens diem, qua solui, quæ dubia sunt, conueniat. Vocatusque est Arrius, discussisque ipsius assertionibus diutino multoque tractatu, placuit omnibus, & velut vno cunctorum ore ac corde decretum est, *ὁμοδοσιον* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri. xvij. tunc solum fuisse dicuntur, quibus fides Arrij placebat, quorum sex soli patiuntur se cum Arrio expelli, reliqui verò xj. consilio inter

Constantinus imperij sedem transtulit Constantinopolim.

Arca Moysaica vbi sit.

Arriana hæresis origo. Alexander episcopus.

Concilium Nicenum.

Act. 2.

se habito, acquiescunt, ad subscribendum manu sua, sed non mente, cuius simulationis author præcipue fuit Eusebius Nicomediae episcopus. Exemplum autem fidei illorum, qui aderant catholici, hoc est: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, prout in symbolo quod canitur in Ecclesia, continetur: eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quia ex nullis substantibus factus est, aut ex alia substantia vel substantia dicunt esse, aut conuertibilem, aut mutabilem filiū Dei esse, anathematizabant. Vbi notandum, quod Arriana hæresis fuit periculiosior, vniuersalior, & penè diuturnior: periculiosior, quia circa mysterium Trinitatis: vniuersalior, quia inuoluit multos Ecclesiasticos & seculares. vnde Hieronymus: Arrius vna scintilla in Alexandria fuit, & quia non citò extincta est, totum orbem populata est flamma eius. 24. q. 3. resuscandæ. fuit etiam diuturnior, quia per multa tempora vixit. In hoc concilio quidam philosophus dialecticæ peritus, cum quotidie moueret conflictum, apparuit quasi vinci non posset. Quidam ex confessoribus vir simplex, videns philosophum catholicis insultantem, poscit locum contra philosophū disputandi. verum qui simplicitatem viri nouerat & imperitiam, exterriti sunt, ne forte derisui haberetur sancta simplicitas. perstitit tamen senior, & hinc mouit exordium: In nomine, inquit, Iesu Christi, audi philosophæ quæ vera sunt: Deus vnus est, qui omnia verbi sui virtute compleuit & creauit, & spiritus sancti sanctificatione firmavit: hoc verbum quod nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & morte sua nos à morte perpetua liberauit, quem iam resuscitatum, expectamus iudicem omnium quæ gesimus, esse venturum. credis hoc philosophæ? At ille, ac si nullum vnquam sermonem didicisset, ita stupefactus virtute dictorum mutus, ad hæc omnia solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse quàm dixerat. Tunc senior, si hoc ita esse credidisti, surge & sequere me, & huius fidei signaculū suscipe. Ille ad suos: Audite, inquit, o eruditi: donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui: vbi verò pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt verba resistere virtuti, nec homo potest aduersari. & ita conuersus est. In eodem concilio Paphnutius erat episcopus Aegypti, vnus ex illis, quos Maximianus dextris oculis effossis & sinistro poplite succiso, in metalla damnauit. per hunc signa non minora, quàm per apostolos, facta sunt: quem Constantinus tanta veneratione coluit, vt sepius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illū oculum qui sibi in cōfessione fidei fuerat euulsus, osculis demulceret. Erat & Spiritidion Syrus episcopus. Item Iacobus Nisibenus. Sanctus quoque Nicolaus Myrensis episcopus valde senex, qui (vt refert Iacobus de Columna) zelo Dei accensus, Arrio blasphemiam dicenti, scilicet quod pater maior esset filio & spiritus sancto, alapa m dedit coram patribus in concilio: vnde, vt Græci dicunt, mitra episcopali ad tempus fuit priuatus, & hinc dicunt factum, quod apud Græcos pingatur sine mitra episcopali. Synodus quoque Nicæna volens corrigere hominum vitam & in ecclesijs cōmorantium, composuit quasdam leges, quas canones appellamus: inter cetera, vt & ipsi presbyteri & diaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Tunc Paphnutius confessor, honorabilis confessus est nuptias, & castitatem esse dicens concubitum cum propria vxore: suauitque concilio, ne talem poneret legem, quæ occasione aut ipsis aut coniugibus fornicationis præberet. synodusque laudauit eius sententiam, & nihil ex hac parte sancit. licuit enim tunc eis qui ante sacros ordines vxores duxerant, eas postea retinere & matrimonio vti. sed postea Gregorius papa, & ante ipsum Syricus, indixerunt talibus continentiam, de quo s2. dist. proposuisti, & c. plurimos. Hoc tamen Orientales non receperunt. vnde dicit Stephanus papa 31. dist. Aliter se habet Orientalium traditio Ecclesiarum, aliter Occidentalium huius sanctæ Ro. ecclesiæ. nam sacerdotes eorum, diaconi & subdiaconi, matrimonio copulantur, id est, vtuntur. Istius verò Ecclesiæ Occidentalium, nullus sacerdotum à subdiacono vsq; ad episcopum, licentiam habet coniugem sortiendi, id est, etiam contracto ante sacros ordines vtendi. nec credo verum esse quod Callistus papa, qui præcessit concilium Nicænum, continentiam introduxerit, licet aliqui scribant hoc. nam de eo nulla in synodo haec habetur mentio, & meritò non fuisset omissum. Cum autem in concilio cuncta forent absoluta, scribit Constantinus imperio subiectis in hæc verba: Videt Constantinus Maximus Augustus episcopis & populo: Malignos & impios Arrius imitatus, dignum est vt illorum quoque suscipiat vltionem. sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina

Concilij de
cretum.Dialecticus
à confessorē
simplici vi-
cius.

Paphnutius

Spiritidion.
S. Nicolaus.Decreta de
continentia
clericorum.Constantini
epistola.

volumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & ralem, per quam in posterum plurima compleretur infamia: & nunc placuit, Arrium & confectatores eius, vocari Porphyrianos. Super hæc autem, si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non solum praua eius doctrina deperat, sed neque vlla eius possint remanere commenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones Arrij classe comperitur, & non repente igne consumpserit, mortis supplicio subiacet. Imperator interea post concilium debebat lætus. celebrata ergo festiuitate publica vicenaliū suorum, qui erat 20. imperij sui annus, mox ad erigendas ecclesias festinus accessit. in omnibus autem volens similem ostendere Constantino-
Constantino-
nopolim, frustratus non est. Nam & corporibus & diuitijs maior effecta est, iuuabatque
Diuinitas imperatoris vota, & apparitionibus multis indicabatur, quia sanctæ saluta-
resque essent quæ illic ædificabantur ecclesiæ. Circa hæc tempora refulsit Lactan-
Lactantius
tius Firmianus, qui Institutionum librum ad Magnum scripsit Constantinum, in
quo confutat errores gentilium, immortalitatem animarum & Dei prouidentiam
probat, de patre & filio diffusè scribit, de Spiritu sancto nihil aperte. vnde videtur ne-
scisse spiritum sanctum. In vltimo lib. ostendit se de numero eorum esse, qui dixerunt
Christum cum sanctis suis post resurrectionem mille annis gaudere in delicijs corpo-
ris: quod hæresis est, vt probatur 24. q. 3. c. pen. Sed quia tempore illo nondum hoc
erat determinatum ab Ecclesia, fortè in hoc ipse cum alijs, qui hoc opinati sunt, ex
authoritate libri Apoc. id elicientes, sed non rectè intelligentes, tunc temporis ab
hæresi excusati fuere. hic Lactantius præceptor fuit Crispi filij Constantini in Gallia, vt
narrat Hieronymus. Illo tempore fuit Porphyrius, paulò tamen ante cōcilium Ni-
Porphyrius
cenum, primò gentilis, postea Christianus effectus, apostatauit autem à fide. nam in
apostata.
Cæsarea Palæstinæ à quibusdam Christianis cefus, iniuriam non ferēs, Christianitatem
deseruit. hic contra nos scripsit, cui responderunt Eusebius & Apollinaris. Missio au-
tem ad Constantinum insigni volumine, ab exilio reuocatus est. de falsitatibus eius
vide Augustinum in lib. de ciuitate Dei. Per idem tempus Gotthi resumptis viri-
Gotthi.
bus, nouos intentauere motus. Sarmatiam enim Europæ barbarici soli Rom. prouin-
ciam, suis conterminam Scythiæ finibus, occupauerunt, quos Flavius Constantinus
non minore quàm Claudius profigauit clade. & tamen idem Constantinus cum his
qui superferant, inito foedere, ipsis aduersus inimicos vsus est, qui foedere inito, qua-
draginta millia suorum Imperatori in præsidio cōtra varias gentes obtulere, quorum
& numerus & militia vsque ad præsens in rep. nominatur, id est, confœderati, & con-
tinuerunt se postea maiori ex parte intra Scythicum natale solum Romanis prouin-
cijs adiacens, per annos circiter 70. Siluester autem vrbis Romæ episcopus, Niceni
concilij author, ad diuina conuersus, instituit cōsecrationes ecclesiarum & altarum
solennes, & ecclesias apostolorum Petri & Pauli dicitur consecrasse, & multò magis
Iohannis Lateranens. quæ est patriarchalis & principalis totius orbis. ipse etiam sta-
tuit, vt in sindone munda panni linei celebraretur, quod corporale dicunt. Valuit
non nihil hoc in tempore S. Antonij autoritas, cui literis ac nuncijs Helena se & fi-
S. Antonius
lios suos sepius commendauit. idem fecit & Constantinus. Conuersa tunc ad fidem
sunt gentes Indiæ interioris per Frumentium, ac gens Iberorum per captiuam quan-
S. Frumen-
dam. Methodius in Chalchide ciuitate, quæ & Nigropontum, episcopus martyrio co-
S. Methodi-
ronatur. ille multa scripsit de mundi creatione & futurorum reuelatione, quæ in car-
cere videre meruit. Eusebius Cæsareen. episcopus claruit, scripsit Ecclesiasticam hi-
storiam, & de temporibus chronicon, de præparatione euangelica, & plura alia. hic
finit sua historia. inuenio tamen alium Eusebium post eum chronographum.

GENERATIO XII.

Regnante itaque pijsimo principe Constantino, anno imperij sui 20. Siluestro ad-
huc in Petri sede supersite, anno Domini 330. incepit 12. generatio. Per idem
tempus, vt Sozomenus scribit, Arrij dogma licet apud multos disputationibus attol-
leretur, non tamen in proprium discernebatur populum, aut in nomine constabat
authoris, sed omnes simul in ecclesia continebant atque communicabant, præter
Nouatianos, & qui vocantur Phryges, & Valentinianos, & Marcionistas, & Pauliani-
stas, & qui alias hæreses colebant. Contra quos omnes imperator posita lege sanc-
uit, auferri eorum oratoria, & ecclesijs applicari, & neque in domibus priuatorum
eos congregaciones, nec publicè celebrare: melius enim iudicabat in ecclesia catho-
lica

lica communicandum, & in eam cunctis conuenire suadebat, propter quam legem creduntur plures destructæ hæreses. nam antea Christi cultores, licet sectarum diuersitate differrent, apud paganos tamen Christiani esse putabantur, & semet propter communes persecutiones examinare non poterant, & propterea facile inter se conuenientes, Missas celebrabant: post hanc verò legem, neque publicè in ecclesijs poterant conuenire, neque latenter: ideo plurimi merentes, ad ecclesiam catholicam se contulerunt. Obijt eo * tum Helena Constantini mater: quo factò, fautores Arrij non quieuerunt. nam Constantia soror Constantini, relicta Licinij, fouit quendam presbyterum partibus Arrij fauentem, qui sæpe illi dicebat, inuidiam Arrio generatam: quòd apud plebem charus haberetur, id sibi nocuisse: hæc atque huiusmodi frequentius suggerens, Constantiam seduxit: quæ eum paulò post obitura, visitaretur à fratre, blandè ac religiosè ab eo postulabat hanc gratiam in extremis, vt presbyterum illum in familiaritate suam reciperet, & quæ sibi ab eo pro spe ac salute suggereret, patienter audiret: qui monitis eius, cum se diceret pro salute sua multum sollicitam, susceptis, & fidelem pro se germanæ sollicitudinem credens, accommodauit aurè presbytero, ac Arrium de exilio redire iubet, & quemadmodum sentiret de fide, exponere exposulat. Tum ille fidem conscripsit, quæ non quidem sensum nostrum, verba tamen nostra professionemque habere videretur. Miratus imperator, putauit vnâ eandemque sententiam in ipsius & concilij dudum celebrati expositione contineri: tamen in nullo relaxauit animi vigorem: gaudens, mittit negocium ad episcopos tunc Hierosolymis congregatos, examinandum. Conueniunt Hierosolymis plurimi episcopi. Alexander autem Alexandriæ episcopus iam erat defunctus, & Athanasius vir catholicus in eius locum surrogatus, acerrimus hæreticorum malleus, quo absente, fautores Arrij, occasione scriptorum imperatoris, Arrium in cõmunionem receperunt. Cum verò Alexandriam perrexisset, ibi omne eius frustratur inceptum: quandoquidem dolo apud ignorantes locus est, scientibus verò dolum intendere, non aliud est, quàm risum mouere. Vnde Athanasius videns multos corruptos, Constantinopolim perrexit ad imperatorem, dolo cum catholicis actum dixit, petens vt quæ fuerant gesta, sub eius examinarentur præsentia. Imperator verò vir iustus, petitionem eius admisit, scripsitque episcopis qui in Tyro conuenerant, vt veritatis habendæ gratiâ Constantinopolim venirent. Inter hæc qui erant de parte Athanasij, iam è Tyro ad propria redierant, fautores verò Arrij accelerabant. & venientes Constantinopolim, præter fidem suggererunt imperatori, Athanasium interminatam non se missurum ab Alexandria frumenta ad Constantinopolim, nominabant autem quosdam episcopos, ad quos Athanasius dixisset. hac surreptione pius princeps permotus, Athanasium relegauit in Gallias exilio. Aiunt tamen quidam Athanasium propterea ab imperatore relegatum esse, quòd reconciliaretur Ecclesia, quoniam Athanasius communicare Arrianis euitabat. Venit itaque Athanasius Treuerim, vbi fertur symbolum, quicumque vult saluus esse, composuisse. ANNO Domini 338. moritur Siluester papa, & illi Marcus subrogatur, sedit paulò plus anno. instituit hic, vt Ro. pontifex ab Ostiensi episcopo consecraretur, & quòd Ostiensis pallio vteretur. mandauit præterea, mox post euangelium in Missa symbolum cantari, eo modo quò fuit in Nicena synodo declaratum. elapso anho moritur, & in coemeterio Balbini sepelitur. ANNO Domini 339. Iulius natione Romanus eligitur, & multi volunt eius autoritate Nicenam synodum celebratam. contradicit canon c. prima. 15. di. vbi habetur, quòd Siluester hoc fecit. hic Iulius etiam constituit, ne sacerdos alibi quàm apud Ecclesiasticum iudicem causam diceret. Relegato autem Athanasio, cum Arrius venisset in Aegyptum, Alexandrina Ecclesia eius communionem euitauit. ideo rursum venit Constantinopolim, concurrentibus illic sectatoribus eius, & concilium celebrare volentibus. Alexander tunc Constantinopolitanus episcopus nixus est impedire, & cum non posset, interdixit Arrio communionem. Eusebius autem Nicomedien. & alij ex parte Arrij, cum primum Alexandrum flectere nequiuissent, inciperunt ei minari, quia nisi susciperet Arrium certa die, ipse quidem deportaretur in exilium: abierunt postea, expectantes præfinitam diem. Alexander autem orabat, ne ad effectum verba Eusebij peruenirent: maximus autem terror ei ingerebatur, eo quòd imperatori iam penè suaserant, vt faceret quòd ipsi volebant. ante verò diem prostrauit se sub altare Alexander, tora nocte rogans Deum, vt impediret impiorum conatus. Imperator autem de Arrio experiri volens, percontatus est ab eo, an Niceni concilij decreta

* tempore
Helene
mors.

Athanasius
Alexandriæ
episcopus
fit.

Relegatio
Athanasij.

Marcus
Papa.

Iulius papa.

Constanti-
nus ab Ar-
rio decipi-
tur.

decreta seruaret. ille nihil moratus, repente subscripsit, principem astute circunueniens. imperator miratus, intulit ei iusturadum, qui etiam hoc fraudulenter egit. fertur enim conscripsisse fidem suam in charta, quam sub ala ferebat, & iurasse se credere sic & sapere quemadmodum scripsisset. Ita refert Socrates se audiuisse à fide dignis. Credens autem imperator deesse dolum, iussit eum suscipi ab Alexandro. erat tunc sabbatum, & sequenti die eos inter se conuenire expectabat. sed præsumptiones Arrij iudicium Dei secutum fuit. nam cum per mediam ciuitatem iret, venissetque ad locum, Constantinoforum dictum, terror eum subito cõstrinxit, & cum formidine secuta est ventris effusio, secessitque modicum leuandi ventris causa, & intestina continuo omnia cum effusione sanguinis defluxere: taliq; loco dignam mortem blasphemiae absoluit. Quod postquam in ecclesia nunciatum est, Eusebius & qui sanctum virum de Arrio recipiendo fatigabant, multum irrisi discedunt. & dicit Sozomenus in Tripartita, imperatorem audita morte Arrij lætatum, proposuisseque mox Athanasium reuocare, sed præuetus est morte, de quo sub Constantino filio. nihilominus Arriani perseuerabant. Hoc in tempore Maximus episcopus Hierosolymorum, ecclesiam S. resurrectionis primò ædificasse scribitur, quæ postea sub Cosdroa destructa est, & per Modestum sub Heraclio reedificata extitit. Imperator paulò post egritudine captus, ab vrbe ad calidas aquas egressus, in suburbana villa Nicomedie, 31. anno imperij sui defunctus est, liberis de successione Ro. orbis testamento hæredibus scriptis, vt Constantius senior Constantinopolim & Orientem teneret, Cõstans Illyrico & Aphricæ præficeret, Constantinus verò Romam & Occidentalia regna possideret. hæc diuisio facta est anno Domini 340. Reliquit etiam Constantinus Magnus duos fratres Dalmatiū & Constantium. Constantius duos habuit filios, Gallum & Iulianum. Dalmatius reliquit postea filium sui nominis Dalmatium. ANNO Domini 340. corpus Magni Constantini in aureo loculo collocatum, Constantinopolim est ductum, imperialibusq; obsequijs in ecclesia sanctorum apostolorum sepultum. Vixit autem annis 65. Circa mortem autem diuini Constantini, quia Constantius maior natus præfens non erat, fertur secretò Constantinus aduocasse presbyterum à sorore sibi cõmendatum, eique tradidisse testamentum, obtestatumque sacramentum, ne vlli nisi Constantio, cum venisset, in manus traderet. quod & fecit, cuius beneficij gratia Constantius regnandi cupidus, ita presbytero deuinctus fuit, vt qui imperare cunctis ambiebat, ab illo sibi imperari æquanimitè pateretur: ex quo mox coepit de Arrianis illi suggerere, ac per hoc religiosissimus princeps Constantinus, qui Nicenam synodum secutus, contrarium dogma aspernabatur, dum simulatæ sanctitatis viro ob preces sororis nimium credidit, imprudens occasionem Arrianis contra catholicos præstitit. Erat Constantinus Magnus princeps religiosissimus, qui dum Nicenam ingrederetur synodum, humiliori sedere voluit loco, primo tamen * ab episcopis iussus, & cum sibi libelli offerrentur, respexit ad episcopos & sacerdotes: Vos, inquit, potestatem habetis iudicandi de nobis, & cum dijs stis, ab hominibus iudicari non potestis. fertur quoque aliquando dixisse, Si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei aut monachum peccatorem, chlamydem meam explicarem, & cooperirem. habetur 96. dist. in scripturis. Quòd autem destinauerit reuocare Athanasium, ex scriptis Constantini iunioris habetur, qui Hesperiarum partium Cæsar factus, scribit: Constantinus Cæsar populo ecclesie catholice Alexandrie constituto: Neque vestram sanctissimam mentem arbitrari ignorare, propterea Athanasium adorandæ legis prædicatorem, ad tempus in Gallias fuisse missum, quòd ferocitas crudelium inimicorum eius, in periculo sacri eius capitis imminerebat. quapropter licet ad Christianam reuerentiam vestram, dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Pius pater meus, eundem episcopum suo loco restituere proposuerit, tamen humana forte præuentus, antequam hæc compleret vota, requieuit. itaq; arbitratus sum voluntatem eius adimplere, qui dum ad vos remeauerit, qualem antè venerationem habuerit, agnosceris. Diuina providentia vos custodiat. His literis fretus Athanasius, Alexandriam venit, reuerenterque receptus est. Arriani autem, Eusebio promotore, freti auxilio presbyteri, imperatori Constantio persuadebant, vt Athanasium rursum pelleret. qui agnosces eorum consilium, ad partes Hesperias remeauit. ANNO Domini 343. inter Constantinum & Constantem discordia grauis exorta est. Constantinus itaque cum nititur partes fratris minoris inuadere, bellum mouit contra eum: sed dum inconsultius apud Aquilegiam prælium aggressus est, à Constantis militibus interficitur, & in fluuiū cui Alsa nomen, proiectus est: sicq; Rom. imperij principatus

Constanti-
ni obitus.

Constanti-
nus impera-
tor 44. cum
fratre Con-
stante.

De Consti-
tini morib⁹.

* sedere, ab

Constanti-
nus iunior.

Constantinior interfici-
tur.
Franci do-
mici.

Occidentalium partium, ad Constantem: Orientalium, ad Constantium plenè per-
uenit. De hoc Constantino Blondus scribit, quòd primus Rom. ducum Fracos do-
muit in patria, id est, in Franconia, ob quam rem vsque ad Honorij tempora quieti in
patria manserunt Franci. Athanasius interea venit ad Constantem, qui eum remisit
Alexandriam, monens fratrem, vt paternæ pietatis inuolabilem seruaret hæredita-
tem, anno 349. Eadem tempestate moritur Alexander vrbis Constantinopolitanae
presul: & cum populus diuisus esset, capropter Catholici Paulum presbyterum virum
optimum elegerunt, Arriani verò Macedonium: at imperator Eusebium Nicome-
diens. Cōstantinopolitanum facit episcopum, reiecto Paulo, Macedonioq; neglecto.

Eusebius.

Eusebius itaque Arrianus contra Athanasium egit apud imperatorem, vt in An-
tiochia synodus fieret. conuenerunt episcopi 90. sed neque Iulius papa affuit, nec
eius autoritate synodus congregata fuit. Tunc Athanasio insidias struunt, accusan-
tes quòd contra regulas, non ex sententia episcoporum, in ecclesiam suam ingressus
fuisset: deinde quòd eius aduentu turbatione facta, plurimi occisi, & quòd aliqui casti
ab eo iudicibus fuissent traditi. ex his causis constituunt episcopum in Alexandria
Georgium quendam, & mox illum ducebant in Alexandriam Sylvanus magister mili-
tariæ armatiq; ad quinque millia, quibus aderant Arrij sectatores. Erat autem vespe-
ra, & populus in vigilijs obseruans. inter hæc venit magister militum, & circa ecclesi-
am milites ordinauit. Athanasius hæc videns, ne propter se vlla læsio fieret, præcepit
diacono vt compleret orationem, rursusq; psalmum iussit decantari: & dum
consonantia psalmodiæ celebraretur, per vnam ianuam ecclesiæ egrediebantur
omnes: quo facto, milites incōmoti steterunt. Athanasius autem inter medios psal-
lentium choros illæsus abscellit, Romamq; profectus est. Porro Georgius præsidere
cœpit Alexandria, quod plebs aggreferens, ecclesiam S. Dionysij incendit. Eusebius
autem legationem misit ad Iulium Ro. pontificem, rogans vt contra Athanasium iudex
esset. sed quæ de Athanasio decreuerat Iulius, Eusebius nō potuit agnoscere, quia
tum vita priuatus est: quapropter rursus in ecclesiam Constantinopolitanam Pau-
lum introduxerunt. Idem etiam Arriani ordinauerunt Macedonium. hoc fecerunt fau-
tores Eusebij, Theognius Nicenus, Marisus Chalcedonensis, Theodorus Heraclie, &
reliqui. Sed Ursatius & Valens hæretici, libellum pœnitentiæ Iulio offerentes, verbo
consubstantialitatis consentientes, cōmunicare meruerunt. Interea Hermogenes
magister militariæ, iussu imperatoris Paulum pellere volens, interfectus est à populo.

Eusebij
mors.

Paulus epi-
scopus de-
pellitur.

4. Episcopi
exules.

Constantius venit Constantinopolim, Paulum expulit à ciuitate, Macedonium dis-
tulit episcopum statuere, irascebatur enim non solum quòd præter eius voluntatem
fuerat ordinatus, sed propter seditionem ab eo factam, qua occisi plurimi, simul &
magister militum fuit interfectus. Arriani præterea Georgium remouentes ab Ale-
xandria, quia incendium propter eum factum esset, & minus errori eorum sentie-
bat, euocauerunt Gregorium * Cappadocum Arrianae vclaniae. Cùm Athanasius
Romam proficisceretur, contigit eodem tempore etiam aduenire Paulum, Marcel-
lum Anticyræ, & Aesculapium Gazæ. Cognoscens ergo Rom. pontifex singulos, &
omnes Niceno concilio inueniens concordare, eos in communionem suscipit, sin-
gulisque reddidit suas ecclesias, & Orientalibus scripsit episcopis, culpans quòd nō
rectè tractassent, viros inculpabiles de suis ecclesijs expellendo. Citauitque aliquos,
vt coram se ostenderet iustum protulisse decretum, & decætero talia non se passu-
rum interminatus est, vt ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Athanasius & Pau-
lus epistolas Iulij Orientalibus episcopis direxerunt, & singuli suas adepti sunt sedes.

Epistola ori-
entaliū epi-
scoporū
ad Papam.

Verum pontifices Orientis grauitè hæc ferentes, & in Antiochia congregati, Iu-
lio rescripserunt epistolam ironia plenam, fatebantur enim circa omnes Rom. eccle-
siam esse inuincam, velut quæ Apostolicam haberet curam, & antiquitus mater pie-
tatis existeret, licet ab Oriente ad eam prædicatores dogmatis aduenissent, se verò
secundo loco habendos existimabant, quòd & multitudine ecclesiarum abunda-
rent, & vitæ qualitate non cederent. Crimen Iulio imponebant, eo quòd Athanasij
sectatoribus cōmunicasset, & tanquam eorum concilio contumelias irrogasset, ac fa-
ctum eorū tāquam iniustum argueret. addiderūt, si susciperet damnationem ab eis fa-
ctam, & ordinatos episcopos in damnatorū locum firmaret, pacem cū eo & commu-
nionē habere vellēt: si verò resisteret, contraria celebrarent: quippe cū Orientales
episcopi non restitissent, dum Nouatus à Romana pelleretur ecclesia. Constantius
itaq; imperator Antiochiæ degens, cū audisset Paulū Constantinopolitanā recepisse

se sedem, misit Philippum, vt Paulum pelleret, & Macedonium restitueret. ille tumul-
tum cauens, vocato Paulo, clam pandit mandatum. Episcopus iniustam sententiam
patienter ferens, ope Philippi exulat in Thessalonica. Macedonium post hoc armato
militè introducit. fit seditio, & vt fertur, perēpti sunt circiter tria millia 150. Hoc tem-
pore imperator ecclesiam S. Sophiæ fabricat, copulatam ecclesiæ Irenes. Interea
rimantes Arriani, ne fortè adeundi regis copia fieret Athanasio, & per eum de veri-
tate fidei, quam peruertebant, edoceret, omnibus modis insimulare eum apud
principem & omnium flagitiorum reum facere tentabant, humani corporis brachi-
um imperatori ostendunt, quod magicæ gratia apud Athanasium de Arsenij cuius-
dam corpore abscissum confumabant, & quòd mulieri cuidam vim fecerit, & quòd
frumenta quæ Magnus Constantinus donauerat pauperibus eroganda, vendiderit,
& suis vrbibus applicasset, quibus ex causis cōdemnari deberet. Iussu igitur Const-
antij conuocatur Tyri concilium, eò deducitur Athanasius: brachium Arsenio abscis-
sum in loco circumfertur. hic Arsenius lector aliquando Athanasij fuit, & ob cul-
pam aufugit. illi hunc clatenter tenebant, vt compositum crimen verū facerent. Per-
uentum autem est ad hunc, quòd suo nomine crimen intentaretur Athanasio, & siue
ipsum humanitatis contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clam noctu eua-
dens, venit Tyrum: & pridie quàm causæ dicendæ adesset dies, Athanasio sese obtulit
Arsenio, vt quæ de rerum series haberet, edocuit: ille domi iubet esse hominem. Interea
concilium cogitur aduersus Athanasium. Per idem tempus Paphnutius confes-
sor, videns Maximum Hierosolymorū episcopum, qui vnā secum effosso oculo, po-
plite succiso, confessor extiterat, ex simplicitate cōsedisse Arrianis: accessit, & de me-
dio cōfessu, iniecta manu, eleuauit, dicens: Te o Maxime, cum quo mihi pariter mor-
tale lumen effossum est, non patiar sedere in concilio malignantium. Sed interim in-
troducitur accusatio mulieris, quæ publicè dixit se aliquando Athanasium hospitio
recepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem, vim corruptionis perpeffam. introduci ad
hæc iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumque monet,
vt posteaquam mulier dicendi finem fecisset, se tacente, ipse ad ea quæ dixerat, respon-
deret. erat enim Athanasius mulieri incognitus, cumque mulier vim se passam ab
Athanasio perorasset, Timotheus conuersus ad eam: Vera, inquit, loquere mulier:
manū ego apud te? aut vim tibi asseris à me factam? Tum illa mox pro caciter, immo
tu mihi vim fecisti, & in illo loco commaculasti castitatem meam. simul & conuersa
ad iudices, obtestari fidem Dei cœpit, vera se dicere. Tum omnes ridiculosus pu-
dor habere cœpit, quòd tam facile tacente eo, factio compositi criminis patuisset.
nec tamen permisi sunt iudices de muliere habere quæstionem, quomodo & per
quos ad tantam calumniam aprata fuisset. Hinc transeunt ad aliud: Res, inquit,
oculis agatur, verbis cessantibus. brachium hoc te aiūt, o Athanasi, Arsenio detrun-
casse: tu, quomodo vel ad quos vsus excideris, indicato. Tum ille, quis vestrum Arse-
nium nouerat, vt hanc ipsius dextram cognoscatis? Surrexerunt multi, etiam non
conscij factionis, dicentes se optimè virum nouisse. iubet ad hæc Athanasius intro-
duci Arsenium: eo introducto, accepit eius dextram: Hic, inquit, Arsenius est, hæc
eius dextra. manus verò quam illi offerunt, vnde sit, vos requirite. Tunc velut nox
quædam & tenebræ accusatorum oculos perstringunt, & quid agant, aut quòd se ver-
tant, nesciebant. Verum non iudicandi, sed opprimendi hominis causa concilium
gerebatur. fragor omnium attollitur, magū esse Athanasium, & decipere intuentium ocu-
los acclamatur, nec debere villo modo vltra talē hominē viuere. ac facto impetu, suis
cum discerpere manibus parant. sed Archelaus qui cum cæteris ex præcepto impera-
toris concilio præsidebat, ereptū eum à discerpentium manibus, per occultos aditus
eduxit, fugamq; suavit, si saluus esse vellet. conciliū tamen nihilominus Athanasium de
intentatis criminibus eorū dē nauit, & gesta in hunc modū ficta, per orbē mittentes, ad
sceleris sui cōsensum, imperatore cogente, cæteros episcopos perpulere. Hinc iam
toto orbe profugus agitur Athanasius, tribuni quoq; & exercitus ad inuestigandum
eum mouentur. imperialibus præmium proponitur, si quis viuum maximè, sin mi-
nūs, caput Athanasij detulisset. Interea sex annis latuisse fertur in lacu, vt solem nun-
quam viderit, sub tutela honestissimæ matronæ. sed cū per ancillam huius rei con-
sciam videretur, tanquam Dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum cōprehens-
dendum venit, emigravit, nihil sibi vltra iam tutum cernens in regno Constantij,
ad Constantem profugit, à quo satis honorificè susceptus est. Paulò post Paulus à

Arrianorū
accusatiōes
in Athana-
si.

Miri quid-
dam de Ar-
senio.

Archelaus.

Constans.

Theſſalonica, ſimulans ſeiturum Corinthum, ſimul in Italiam venit ad Conſtanti-
necnon ad Iulium Romanæ vrbis epiſcopum. Intelligens autem Conſtans iniuſtè
grauatos homines, nec crimina fuiſſe vera, pro quibus dicebantur ſuſpenſi, cognita
etiã cauſa Athanaſij ex multis ſcriptis epiſcoporum Aegypti, aſſerentibus falſa
eſſe omnia & conficta, cumq̃ à fratre petens, vt Athanaſius ſuam reciperet ſedē,
reſiſtentibus hæreticis, nihil impetrare valuifſet: tunc Athanaſius & Paulus petiue-
runt fieri ſynodum, eo quòd pro defenſione rectorum dogmatum expulſi eſſent.
Ad quæ motus Conſtans, ſcripſit Conſtantio, monens vt faltem in ſynodo cauſa &
Athanaſij & Pauli examinaretur. Ad quæ ſcripta Conſtantius præcepit, vt Sardicæ,

Pauli epiſco-
pi Conſtan-
tinop. mar-
tyrium.

quæ eſt ciuitas Illyrici, & Orientales & Occidentales conuenirent Epiſcopi. Verùm
interea Arriani Paulum Conſtantinopolitanum epiſcopum perſequētes atque com-
perientes, ſuffocandum eſſe cenſuerunt in Cappadocia, authore Philippo præſecto:
mittentes autem miniſtros necis, eum morti tradiderunt. Hoc itaque modo Pau-
lo defuncto, Macedonium ſtatuērunt epiſcopum, qui ſancto ſpiritu blaſphemabat.

Concilium
Sardicenſe.

Ex Heſperijs ergo partibus conuenērunt Sardicæ epiſcopi quaſi trecenti, ex Ori-
entalibus 76. Inter quos annumerabatur Iſchyra. excuſauerunt enim ſe alij propter
infirmiſſimam corporis, alij anguſtas inducias accuſantes, ob hoc Iulium Ro. pon-
tificem inculpant, cum tamen ante annum & ſex meſes ſynodus fuerit indiſta.
Cum ergo Sardicæ eſſent, Orientales ad adſpectum Occidentalium venire nolēbant,
dicentes, non aliter ſe ad verba venturos, niſi ſuo collegio Athanaſianos expellerent
& Paulianos. Cumq̃ Protogenes Sardicenſis epiſcopus, & Oſius Cordubenſis Hi-
ſpaniæ, non paterentur à concilio remoueri Pauli defenſores & Athanaſij, illi re-
pentè diſceſſerunt: & venientes ad Philippolim Thraciæ, ſeorſum fecerunt conci-
lium, ac ibi aperte conſubſtantialitatem anathematizarunt, & ſectam æqualitatis vbi-
que miſerunt. Ad hæc qui Sardicæ conuenērunt, primùm illorum condemnauē-
re inſaniam: deinde accuſatores Athanaſij, quia contumaciter aberant, dignitate
priuauerunt, & terminos fidei Nicænæ roborantes, conſubſtantialitatem apertius
tradiderunt, etiam ipſi vbiq̃ ſcripta dirigentes. reddiderunt nihilominus locum
Athanaſio, alijsq̃ ob hoc priuatis. Extant literæ concilij plures deſuper emiſſæ, quæ
habentur in hiftoria Tripartita, ex quibus clarè cognoſcitur & accuſatorū calumnia,
& priorum iniquitas iudicium, & dogmatum vera ſalubritas. Hæc Conſtans agno-
ſcens, doluit quidem, leuitatem fratris inſpiciens, & inſremuit aduerſus inſtigatores
ipſius. duosq̃ epiſcopos ex Sardicenſi concilio electos, cum literis miſit ad fra-
trem, cum quibus & magiſtrum militum Saliæum pietatē iuſtitiaq̃ fulgentem.
literæ verò non ſolum monitionem habuerunt, ſed etiam interminationem pio
principi condecentem, adiecitq̃, niſi vellet quod iuſtum eſt facere, ipſe ad Alexan-
driam pergeret, & Athanaſium reſtitueret. Hanc epiſtolam Conſtantius in Antio-
chia recipiens, promiſit ſe facturum quæſtatuſ temporis ferret. Sed his perterriti Ar-
riani, machinati ſunt ſcelus, epiſcopis manſionem ſeorſum à magiſtro militum or-
dinantes. ſubornauerunt autem, Onagro authore, qui ad quandam fornicariam veni-
ens, ait veniſſe peregrinos qui cuperent rem habere cum meretrice: poſitis etiam
xv. dyſcolis iuxta in latibulis, perrexit cum meretrice ad ianuam, vbi epiſcopi duo re-
quieſcebant: eamq̃ apertam inueniens, perſuaſit vni puerorum, pecunia data, mu-
lierem introducere. Contigerat autem ſeniorē epiſcopum, nomine Euphratē, in
loco exteriori dormire. Vincentius alter epiſcopus in cubiculo interiori quieſcebat.
cumq̃ intraret mulier, quia obſcurum erat, quis ambularet, quærit Euphrates. Il-
la verò loquente, conturbatus, dæmonem putans eſſe, mulieris vocem imitatum, re-
pentè Saluatorem Chriſtum in ſuum vocauit auxilium. Onager autem dux iniquita-
tis, hoc facto, cum ſocijs eſt ingreſſus, iniquos dicens, & iniquitatis iudices reper-
tos. clamore facto, cucurrerunt & ſerui, ſurrexerunt Vincentius, & clauserunt ianu-
am domus, ſeptem quidem calumniatorum comprahendentes. Onager verò cum
reliquis auſugit, detenta tamen eſt cum illis & mulier. Manè facto, proclamant, ne-
gocium diffamant, & lacerant. magiſter militiæ primùm territus, ſed audiens fictio-
nes, petit imperatorem in iudicio audire iniqua conſilia. vix obtinuit. interrogatur
primùm mulier, quis eam illuc vocaſſet: dixit quandam iuuenem ad ſe veniſſe, ad-
uentum indicatſe peregrinorū, ac inuitaſſe vt iret ad eos, quodq̃ veſpere facto eam
introduxiſſet: adiecit etiam inquisitionem epiſcopi & terrorem, ac orationem eius,
& ſuperuenientiū iuuaſionē. Hæc iudices agnoſcētes, vnū ex captis adduci faciūt, qui
non

Onager
dux iniqui-
tatis.Impium fa-
cinus.

non expectans torturam, machinatum conſilium patefecit, & Onagram hæc omnia
perpetraſſe confeſſus eſt. qui eductus, Stephanum dixit hæc præcepſiſſe, qui erat An-
tiochenus epiſcopus. Sic igitur Stephani cognita iniquitate, damnatus eſt, & ab Ec-
cleſia expulſus. non tamen ab Arriana peſte liberata eſt eccleſia: nam Leontius in
locum eius ordinatur nequiſſimus. Verùm Conſtantius machinata cognoſcens,
ternas Athanaſio in hæc verba miſit literas: Conſtantius Victor Auguſtus Athanaſio
epiſcopo. Eſt prioribus noſtris literis certior te reddiderimus de tuo ad nos redi-
tu, ocyſ citra omnem metum ac ſolicitudinem perficiendo. te enim in integrū re-
ſtituere maximè volumus. Quare denuo ex ſingulari beneuolentia te hortamur ob-
ſecramusq̃, vt quæ iam dudum amiſeras, ſiberiori animo recuperare velis. Has li-
teras Athanaſius accipiens, recurrens Romā, oſtendit eas Iulio epiſcopo, quibus ma-
ximo gaudio affecti Eccleſiam Rom. putabatur ex his enim Orientis imperator eo-
rum fidei conſentire, ac propterea Iulius papa clericis atque plebi in Alexandria gra-
tulatorias ſcribit literas. His ita literis conſiſus Athanaſius, ad Orientem venit, quem
Conſtantius imperator non moleſtè ſuſcepit: ſed ſuggerentibus aduerſarijs, cum cir-
cunuenire tentabat, dicens: Sedem tuam decreto concilij conſentientibus nobis re-
cepisti, ſed quia ſunt aliqui in Alexandria populi, tuam declinantes communionem,
vnam illis in ciuitate Eccleſiam permittē. Ad hoc Athanaſius: O imperator, pote-
ſtatem habes iubere ſicut vis, ſed ego quoque beneficium à te poſco. continuo ſe da-
turum ait princeps. ſubiunxit Athanaſius: Idem peto quod tu, vnamq̃ & ipſe Ec-
cleſiam poſtulat ſibi dari per ſingulas ciuitates, declinantem Arrianorū commu-
nionem. Imperatori hoc æquiſſimum videbatur. ſed cum detuliſſet ad eos, quorum
conſilio utebatur, neque ibi ſe velle Eccleſiam recipere, atque hęc dare reſponderet.
ita imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyſ ad ſuſcipiendam Eccleſiam
ſuam iubet. Scripſitq̃ Alexandrinenſibus, vt reuerenter eum ſuſciperent, ſimi-
liter literas abolitionis eorum quæ contra eum acta fuere. Talibus munitus Athanaſius,
per Syriam venit in Palæſtinam, apprehendensq̃ Hieroſolymā, & epiſcopo
Maximo pandens geſta Sardicenſis concilij, & quòd imperator decretis conſenſerat,
Maximus ſine mora conuocatis epiſcopis de Syria ac Palæſtina, facto concilio, reſti-
tuit B. Athanaſio & communionem & dignitatem. Hæc & publicari fecit per pro-
uincias. Deinde Athanaſius pergens Alexandriam, per ciuitates edocebat, vt Arria-
nos vniuerſi euitarent, & conſubſtantialitatis dogma amplecterentur, in quibusdam
eccleſijs etiam ordinationes fecit, quæ fuere alterius querelæ initium. Interea reſ-
pub. fortuitis caſibus vrgebatur. nam poſt necem Conſtantini iunioris, Perſicū con-
tra Rom. motum eſt bellum: ibi Conſtans aduerſus Perſas & Saporem regem, nouē
prælijs parum proſperè certauerat. Deinde poſtquam Conſtans prauioribus vrere-
tur amicis, intolerabilis militibus & provincialibus factus eſt & iniucūſus. vnde dum
venandi cupiditate per ſylvas & ſaltus erraret, factione Magnentij regnandi auidi,
militibus occiſus eſt nō lōgè ab Hispanis, anno regni ſui 17. Poſt Conſtans necem
Magnentius apud Auguſtodunum arripuit imperium, quod continuo per Galliam
& Aphricam, Italiamq̃ porrexit, & Decentium fratrem ſuum Cæſarem fecit. In
Illyrico verò & in Sirmio aliud ruſum excitatum eſt bellum, per tyrannum nomine
Vetrauionem ætate grandævum, quem milites imperatorem creauerūt. datus enim
antè fuerat ad tuendum Illyricum. ſed & ſimilis etiam Romam tumultus tenebat.
fratruelis nanque Conſtantini, Nepotianus nomine, imperium aſſumpſerat. ſed is
28. die à militibus Magnentij oppreſſus eſt, caput autem eius pilo per urbem circun-
latum eſt, grauiſſimæq̃ proſcriptiones & nobilium cædes fuerunt. Conſtantius
interea in Illyricum caſtrametatus eſt. cogebat enim eum publica neceſſitas, & maxi-
mè Vetrauionis, quia is Auguſtus appellatus eſt. Erat autem Vetrauion vir naturā
ſimplex, cunctis iucundus, ſed qui nec prima elementa literarum didiciſſet, inuitus
cogitur literis operam dare. Cumq̃ Conſtantius veniſſet in Sirmium, actum eſt vt
milites Vetrauionis tranſiret ad Conſtantium: quo facto, imperatorem eum pro-
clamauerunt, cumq̃ de Vetrauione nulla memoria fieret, ille repentè ſentiens ſe
proditum, ad pedes ſe proſtrauit imperatoris. porrò Conſtantius auferens eius coro-
nam ſimul & purpuram, clementer ei locutus eſt, monens vt ſub ſtemmate priuato
quieſceret, quod vtiq̃ eius ætati conueniret. Iuſſitq̃ ſumptus vberrimos ex pu-
blicis functionibus exhiberi eidem. Eo tēpore imperator Gallum conſobrini ſu-
um Cæſarē facit, cui ſuū nomē imponēs, Syriā Antiochiæ deſtinauit: quo Antiochi-
am

Conſtantij
epiſtola ad
Athanaſiū.

neque

Conſtantij
obitus.Vetrauion
tyrannus.Gallus.
Antiochiā
Syriæ

am veniente, circa Orientem signum Saluatoris apparuit. columna nanque sub specie crucis in celo visa fuit. Cum itaque Gallus Cæsar Antiochiæ degeret, Iudæi vicina loca turbabant, ac resistere parabant Rom. quos exercitu destinato apprehendit atque profligavit. Cumque videretur sibi prospere gessisse, felicitatem non ferens, accessit ad tyrannidem, & non insinuans imperatori, quæstorem dictum Magnum & Domitianum præfectum occidit. ob quam rem Constantius indignatus, euocavit eum, qui cum cõtemnere non valeret, pergebat ad principem, & antequam venisset, in via ob crudelitatem illum fecit interim. Per idem tempus Magnentius ad seniore perueniens Romã, multos senatorum & populi peremit: agnoscensque vicinos esse Constantij milites, abscellit ad Gallias. cumque hinc sæpius bellum inter alterutros exerceant, nouissimè victus Magnentius, fugit in Mirsam Galliarum castrum: vidensque suos milites tristes, stans celsiori loco, nitebatur oratione eos confortare. Tunc illi fauorem solitum subtrahentes, magna voce clamabant: Constanti Auguste. augurium hoc traxit Magnentius, tanquam ei diuinitus non cõcederetur imperiũ, relinquensque castrum, ad vltiora tendebat. Sequentibus autem Constantij militibus, circa montem Seleucium facta congressione, solus fugiens venit Lugdunum: offendensque ibi matrem & fratrem, propria se manu interfecit. Decetius verò frater, quem Cæsarem fecit, apud Senonas paulò post laqueo vitam finiuit. Sed neque sic respub. quieta fuit. nam apud Gallias occidentales Syluanus Bonitij frater in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus sub Constantino, tribunus sub Magnentio fuit, tyrannidem arripuit. ad hunc opprimendum mittitur Vrsicinus, qui pecunia tribunos Syluanus corrupit, vt eum occideret. Agrippinæ igitur de industria factò tumultu, cæsus est. Igitur Syluanus interfecto, Constantius Iulianum Galli fratrem, Cæsarem creatũ, misit ad Gallias anno Domini 337. imperij sui anno 17. Itaque Iulianus Gallias oppressas ab hostibus strenuissimè restituit. cumque multa oppida expugnasset, tum modicis copijs apud Argentinam Galliarum urbem, ingentes Alemanorum copias extinxit: rexque eorum nobilissimus * Nodomarius, cuius pagi Rheni ripis vltioribus adhærebant, ibi tum simul captus est. Multa postmodum egregia ab Iuliano aduersus barbaros gesta sunt, submotique vltra Rhenum Germani sunt, & finibus suis Ro. imperium restitutum. de hoc Eutropius. Interim Iulio papa defuncto anno Domini 355. succedit Liberius, qui paulò post missus fuit in exiliũ, sedit annos xvj. Sed cum ingenti scelestæ Constantis regno simul & vita fuisset exemptus, sublati etiam tyrannis, Constantius solus imperaret, rursus in Athanasium veteres in centores principis odia suscitare inceperunt, quasi ipse fuisset, qui ei fratrem fecerit inimicum, ita vt penè disruptis naturæ vinculis, usque ad bella descenderent, & quòd fatigare Occidentales episcopos, ac per deceptionem ad suam opinionem trahere niteretur, omnia etiã in orbe turbaret. His incitamentis Constantius motus, non solum expelli, sed etiam perimĩ sacratissimum Athanasium imperauit, præmia & honores delatoribus pollicens. Tunc rursus fugit Athanasius. de quo ipse ita scribit: In Alexandria surrexerunt denuo nos quærentes. Ingrediente nanque quadagesima, Georgius ex Cappadocia plurima auxit mala: virgines mittebantur in carcerem, episcopi victi à militibus ducebantur, orphanorum & viduarum domus diripiebantur. postea cum populus ad cõmunionem ingressus orationis causa, omnesque communionem Georgij declinarent, concitavit Sebastianum ducem, qui cum armatis die Dominico super populum irruit, incendioque factò, statuit virgines secus ignem, cogebat vt se prostituerent Arrianis: resistentibus laceravit earum vultus, vt vix agnosci possent. ex populo multi trucidati sunt. Post hæc ex Aegypto & Libya exilio deportauerunt episcopos, & eos acerbissimè per itinera compulerunt, vt quidam eorum in ipsis itineribus, alij verò per exilia morerentur. fugauerunt autem episcopos plus xxx. faciunt deinde sua concilia Arriani pluribus in locis, & præcipuè contra Consubstantialitatem nitentes. In Antiochia verò cõgregati Natcissus Cilix, Diodorus Thraciæ, Theognius Nicenus, Patrophilus Scythopoleos, Minophantes Ephesus, & alij circiter xxx. scripserunt vniuersis episcopis, quia cõtra Ecclesiasticas sanctiones Alexandriam Athanasius remcasset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus: viderent ne communicarent ei, neque scripta dirigerent, sed Georgio qui ab eis fuerat ordinatus. Tunc in Italia concilium est indictum, Orientalium venerunt non multi, Occidentalium verò 300. petentes vt præcepto principis, Mediolani celebraretur concilium. Vbi dum conuenerunt Orientales, ante omnia contra Athanasium decerni postulabant, vt penitus ei aditus Alexandriæ clauderetur. quod dum

Magnentij
& Decentij
mortes.

Syluanus
occiditur.

Iulianus
apostata.

*Badomarius,

Liberius
papa.

Christianorum
à Sebastiano
persecutio.

Concilium
Mediolani.

dum sensissent Paulinus Treurenensis, Dionysius Albae, & Eusebius Vercellensis, quòd ad destructionem fidei laborabant, surgentes, magna voce clamabant, dolum & circumventionem. Deposito siquidem Athanasio, aliã hæreticæ fidei exponere voluerunt doctrinam, sed neutrum horum perducere potuit ad effectum, cum præfente principe clamaretur, quia iniuste agebatur & impie. Quo factò, & ipsi Ecclesijs sunt expulsi, pontifex quidem Ro. vrbis Liberius, Paulinus Treurenensis episcopus, Dionysius Italus, Lucifer metropolitanus insularum Sardinia, Eusebius Vercellensis traduntur exilio, similiter & Osum Cordubensem deportauerunt virum admirabilem, de quo Theodorus in Tripartita. Eo in tempore Constantius Liberio dixisse fertur: Cum sis Christianus, & episcopus nostræ ciuitatis, dignum iudicauimus te commonere, vt communionem scelestissimi Athanasij & ineffabili superbia tenti, abnegare non differas. hoc enim terrarum orbis bene fieri comprobatur, & synodalis sententia alienum eum Ecclesiastica communione decreuit. Liberius episcopus dixit: O imperator, iudicia Ecclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. quapropter si videretur pietati tuæ, disceptationem iube constitui: & si apparuerit Athanasius condemnatione dignus, proferatur in eum secundum Ecclesiasticam formam sententia. non enim possibile est condemnare virum, de quo nihil examinatum est. Ad hæc Constantius: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille tempus illudit. Liberius: Quicumque subscripserunt, non ipsi viderunt quæ gesta sunt, sed propter gloriam & timorẽ, & ne à te contumelias paterentur, acquieuerunt. Imperator: Quid est gloria & timor & contumelia? Liberius: Quicumque gloriam Dei nõ diligunt, tua dona præponunt: quem isti non viderunt, non examinant ad iudicauerunt, quod est Christianitati alienum.

Imperator dixit: In facie damnatus est, in concilio contra eum decreuerunt pariter episcopi orbis totius. Liberius: Nunquam in præsentia sui homo ille adiudicatus est. Eusebius eunuchus ait: In Nicena synodo alienus à fide catholica probatus est.

Liberius dixit: Quinque soli iudicauerunt ex his, qui cum eo nauigio venerunt ad Maræotidem, quos miserunt ad accusationem eius. horum duo sunt mortui, Theodorus & Theognius: reliqui viuunt, Mares, Valens & Vrsatius, ab his qui missi sunt Sardicæ, vbi propter hanc causam synodus facta est. Qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Maræotide per calumniam contra Athanasium gesta confecerunt. Cui, o imperator, horum nos cõmunicare conuenit aut credere? his qui eum primitus damnauerunt, & veniam postea poposcerunt, an eis qui adhuc accusare contendunt? Episcopus dixit: O imperator, non fidei causa hodie neque iudiciorum ecclesiasticorum sermonem facit, sed vt apud senatores in Romana constitutos vrbe gloriatur quasi superauerit principem. Imperator ad Liberium: Subuersor es totius orbis, quoniam tu solus hominem vindicas nefandissimum, & pacem orbis ecclesiæque dissoluis. Liberius: Nõ ego sum solus, fidei causa minuitur. nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistentes præcepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosorem fecisti? Liberius: Nõ. sed quòd ita irrationabiliter adiudicatus est homo, qui non est examinatus. ergo peto primitus generalem subscriptionem, cõfirmantem fidem in Nicea prolatam, vt ita reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutis, tunc apud Alexandria cõuenientes, vbi & accusati & accusatores, vt ibi examinata causa, possimus proferre sententiã.

Episcopus dixit: Sed cursus publicus non sufficit subiectioni episcoporum. Liberius: Ecclesiasticæ causæ publico cursu non egent. ecclesiæ nanque sufficienti usque ad mare perducere episcopos suos. Imperator dixit: Quam dudum episcopi dederunt formam, solui non potest. plurimorum nanque episcoporum valere debet sententia. tu solus amicitias illius scelerati defendis. Liberius: Nunquam audiimus, absente accusato, iudicẽ eius scelera proferre. hæc vt propria videntur odia.

Imperator: Omnibus equidem nocuit in communi, nulli tamen ita sicut mihi. Cui dum non sufficeret interitus fratris mei maioris, neque beatæ memoriæ Constantem cessauit in me frequenter impellere, nisi maiori mansuetudine detenti, temperassemus. Nulla itaque mihi victoria est, neque contra Magnentium vel Syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero. Liberius: Noli per episcopos vindicare tuas inimicitias. manus enim ecclesiasticorum ad sanctificandum vacare debent. Quapropter si tibi placet, iube reuocari ad loca propria sacerdotes: & si concordēs apparuerint ei, quem in præfenti defendimus secundum fidem orthodoxam in Nicena synodo constitutam, tunc conuenientes, providebunt

pro

Episcopi
pulsi.

Constantij
& Liberij
disceptatio

pro mundi pace. Imperator dixit: Vnum decreuimus. Volo enim te amplectentem ecclesiasticam communionem Romam denuo destinare: & propterea concordam paci, & subscribens Romam reuertere. Liberius: Romam iam fratribus valedixi. maiores enim sunt ecclesiasticæ sanctiones, quam Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator: Trium dierum spatium ad deliberationem habens, si vis subscribere, Romam reuertere, aut certè cogita, in quem vis deportari locum. Liberius: Spatium trium dierum rationem non potest mutare: quapropter, quò vis, dirige me. Imperator post duos dies iussit eum in Bercoam exilio deportari. Egredeute autem Liberio, imperator ad expensas quingentos solidos destinauit. Tunc Liberius deferenti dixit: Vade, da eos imperatori. opus enim habet suis erogare militibus. si autem opus non habet, det eos Auxentio & Epicteto. Dumque ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis Ecclesias reddis desolatatas, & tanquam damnato mihi hæc affers. vade prius, & imbue vt sis Christianus. His iraque gestis, post tres dies missus est in exilium. Hæc Theodoritus. Duobus autem annis transactis, Constantius Romam venit. procerum verò senatorumque coniuges rogabant viros suos, vt Constantio supplicarent, vt pastorem gregibus restitueret, alioqui ad pastorem properarent. At illi præterentes furorem principis, suadent vt ipsæ supplicarent. hoc consilio mulieres cum ornatu solito adierunt principem, clamantes: Miserere tantæ ciuitatis, pastoris prouidentiam non habentis, quæ luporum patet insidijs. At ille respondit, non egere pastore alio, cum satis idoneum habeat. nam, post Liberium expulsam quidam diaconus eius, nomine Felix, fuerat ordinatus. is tamen expositam in Nicena synodo fidem seruauit inconcussè, sed corruptoribus eius communicabat: vnde nullus habitantium Romæ in basilicam ingressus est, cum ille præfens esset. Hoc quoque matronæ imperatori detexerunt, in gratia flexus, præcepit & Liberium reuocari, vt ambo ecclesiam regerent communiter. His ergo literis in Circensi spectaculo relectis, populus clamabat, iustam esse principis sententiam, vt sicut duobus coloribus diuisi sunt spectatores, sic oporteret alterum his, alterum alijs præsidere. Quauis autem primitus literis principis fauissent, tamen postea commoti, communi voce clamabant: Vnus Deus, vnus Christus, vnus Episcopus. Post has verò Christi amabilis populi pijs ac iustitia ornatas voces, sanctissimus Liberius est reuersus. Felix autem recedens, aliam inhabitauit ciuitatem. Alij scribunt, quòd Liberio vrbis Romæ episcopo in exilium deportato, sacerdotes, congregata synodo, in Liberij loco Felicem presbyterum crearunt, & secundum aliquos de consensu Liberij. hic Felix factò concilio inuenit duos presbyteros consentientes Constantio Arriano Vrsatium & Valentem, damnauitque eos in concilio 48. episcoporum. Constantius autem, hortante Valente & Vrsatio, vocauit aliquos ex facie Arriana, & reuocauit Liberium, Felicem verò de episcopatu expulit. Sic ergo, vt ait Hieronymus in chronicis, Liberius tædio exilij victus, in hæretica prauitate subscribens, Romam victor intrat, qui alios exhortatus antè fuerat de tolerantia omnium laborum, vt habetur 7. q. 1. Suggestum. Liberio scribente, vt legitur in lib. pontificum, tanta persecutio orta est in clero, vt ipsi in ecclesia necarentur. Depositus autem Felix, habitauit in via Portuensi, ibidemque obiit. Antoninus dicit eum martyrio coronatum. Porro missis in exilium catholicis episcopis, vt supra diximus, synodus apud Ariminum congregatur. ibi secundum ea quæ Orientales apud Seleuciam composuerunt, callidi homines, simplices & imperitos Occidentaliū sacerdotes facillè circunuerunt, hoc modo proponendo eis, quem magis colere & adorare vellent, *δημοδοσιον*, an Christum? illisque virtutem verbi, quid *δημοδοσιον* significaret, ignorantibus, decepti sunt, Christo se credere, non *δημοδοσιον*, confirmantibus. sic multi in errore deducti sunt, contra ea quæ patres in Nicæa conscripserat, venientes, *δημοδοσιον* quasi ignotum & à scripturis alienū sermonem, auferri decernunt. Ea tempestate facies Ecclesiæ fœda & admodum turpis erat. dicebāt enim Arriani, volentes Hesperijs persuadere simplicibus, quia nō oporteret propter duo verba, quæ nec inuenirentur scripta, separari corpus Ecclesiæ, sed similitè per omnia profiteri filiū genitorum, substantiæ verò taceri nomen. At catholici Valentem, Vrsatiū, Auxentium Mediolan. Germanū, Caiū & Demophilum, eorumque socios condemnauerunt, Arrianum dogma anathematizare fugientes, qui propterea indignati, ad principem cecliter venerunt, portantes lectam in concilio fidem. Apertius autem integram fidei regulam ad Constantium catholicorum nomine synodus scripsit. Verum Vrsatius & Valens

Liberius in exilium mittitur.

Secundum schisma.

Liberius reuocatur.

Felix papa.

Ariminense concilium.

Valens præuenientes aduentum eorum, derogauerunt eisdem. Imperator autè Arrianum dogma præferens, indignatur aduersus synodum, Vrsatium & Valentem potius honorauit, permittitque Vrsatio & complicitibus suis potestatem contra Ecclesias agendi quodcumque placuisset, explanationem etiā fidei in Arimino factam iussit per ecclesias destinari, præcipiens, vt nolentes subscribere, pellerentur ab ecclesijs, & in eorum locū alij ponerentur episcopi. Interea multa perpeffus est Athanasius, populus & clerus Alexandrinus. Per idè tempus sacerdotes & populi, qui Arrio duce fuerunt decepti, in tres sectas scinduntur. nam aliqui Arrio in vita communicare noluerunt, eo quòd simulata confessione communicasset his, qui de substantia Dei patris filium esse credebant. Et post Arrii Eusebijque obitū, Aëtius quidam sophista, & post eum latius Eunomius vir corpore & animo leprosus, plurima contra fidem nostram scripsit, à quo Eunomiana hæresis dicta est. alius quoque Macedonius, quem expulso Paulo ac nostris quibusdam necatis, apud Constantinopolim statuerunt episcopum. ita pestifera ista bestia, quæ per Arrium primum quasi de infernis extulerat caput, subito triformis apparuit per Eunomianos, qui dicunt per omnia dissimilè filium patri, quia nullo genere similis possit esse creatura creatori: per Arrianos, qui dicunt similem quidè dici posse filium patri, sed largitate gratiæ, non proprietate naturæ, in quantum scilicet potest creatori creatura cõferri: per Macedonianos, qui dicunt similem quidem filium per omnia patri, spiritui verò sancto non sic: spiritum enim sanctum cum patre & filio nihil habere cõmune, vnde & primos vocabant sine Deo, & vltimos sine spiritu. Multa alia concilia Cõstantio imperante sunt celebrata, de quibus alibi, & præsertim in Tripartita hist. habetur. Interea Iulianus apostata, deuictis Alemanis, clara victoria decoratus est, & à militibus appellatus Augustus. Quo tempore B. Martinus miles tunc armatæ militiæ, seculo renunciare statuit, circa annū Domini 359. Eodem anno B. Antonius migravit ad Dominū, anno vitæ suæ 105. Liberius papa, secundum Platinam, vbi ex sacris ordinibus bis in vrbe Roma habitis, episcopos ac presbyteros ordinasset, moritur ac sepelitur in via Salaria, sedit annos 6. menses 3. Hunc Liberium aliqui volunt Leonem fuisse, qui Hilarium Pictauiensem in cõcilio infectatus est, vt scribit Vincentius in spec. lib. 15. c. 23. & Iacobus de Voragine. dysenteria perijt, vt in historijs legitur. Anton. in chro. parte ij. ti. x. recitat opiniones. Cùm autem histo. Eccle. & Tripartita, diuis quoque Hierony. de hoc nihil inueniantur scripsisse, in dubio relinquitur, licet Iohannes de Turre cre. de potestate Ecclesiastica lib. 2. c. 6. prædicta videatur approbasse. sed ego doctioribus relinquo determinandum.

Arriani in tres sectas diuiduntur.

Iulianus apostata.

Liberius moritur.

GENERATIO XIII.

Inter hæc cùm ab Arrianis, Constantio imperatore fauente, catholicorum fit persecutio, Liberio adhuc Petri sedem tenente, ingreditur 13. generatio, anno Domini 360. imperij Constantij 20. vbi sequenti anno Paulinus Treuirorum episcopus in exilio obiit. Hilarius Pictauiensis episcopus à Constantio in Phrygiam deportatus, cum Dionysio Mediolanensi, & Eusebio Vercellensi, 4. exilij anno cùm librum de fide Constantio porrexisset, redire permittus est. Cùm B. Eusebius omnes prouincias Occidentis, sicut Athanasius Orientis ab Arriana peste sua doctrina purgaret, intantum eos persequeretur, vt Auxentium Mediolanensem episcopum Arrianum, ab omnibus Christianis expulsam damnaret, & pro eo S. Dionysium ibi episcopum ordinaret. Iratus Constantius contra eum, concilium cõgregauit. cùm autem veniret Mediolanū, vocareturque ad concilium, petebat Eusebius, vt scriptura sibi præsentaretur, in qua subscripsissent se episcopi in Arimino: qua præsentata, ipse eam lacerauit, quia in fauorem Arrianorum facta erant contra veritatem fidei, cum subscriptione plurimorum episcoporum catholicorum, qui ex ignorantia decepti fuerant in verbo. Iratus tunc Cõstantius, tradidit eum voluntati Arrianorum: qui extrahentes eum per gradus palatij, flagellauerunt: & rursum retrahentes, vbi multo fuso sanguine adhuc consentire nollet, tandem in cauea constructa & reclusus est, 7. diebus negato cibo & potu: deinde in arctum locum posuerunt, vbi se mouere non poterat, sed angelica visitatione consolatus fuit. Demum Constantio defuncto, sub Iuliano apostata Eusebius liber dimissus est, & postea sub Iouiniano redijt Vercellas, ac cum ingenti gaudio populi susceptus est. Iouiniano verò defuncto, sub Valente Arriano vallata domo eius, Arriani supinum extrahunt de domo, lapidibus obruunt, & sic martyrio coronatur anno 88. Iulianus interea intra Gallias cùm à militibus esset Augustus appellatus,

Paulinus.

Eusebius episcopus Vercell. martyr.

latus, nihil de Constantio cogitans, indices ab illo factos donis permulcebat, & ad illius inuidiam literas proferebat, quibus ostendit eum intra Italiam barbaros induxisse, & repente religione mutata, cum prius Christianus putaretur, semetipsum pontificem nominavit: & veniens ad templa paganorum, sacrificabat. Cumque Constantius propter bellum Persicum Antiochiæ moraretur, sperans Iulianus sine bello Illyricum se obtinere posse, ad eos agebat iter, dicens Constantio se velle satisfacere, quod non sponte, sed voluntate militum, insulas imperij suscepisset. Fertur, dum accessisset, eo tempore vindemia collecta, circa occasum Pleiadum vvas denuo fuisse prolatas. Insuper etiam imbre ex aere descendente, in eius veste simul & cæterorum guttas singulas crucis formasse signaculum. Hoc factum, videbatur & ipsi & alijs, quia botri extra tempus, bonum ei nunciarent initium: imber autem cadens super vestem, imperium roboraret. Alij verò dicebant, vvarum signum præter tempus, significare perditionem, & parui temporis eius imperium. Porro de cruce dicebatur, denunciarum hoc signo, quod sit cæleste dogma Christianorum, & quod oporteret signari cunctos crucis indicio. Cum autem Constantius audiret contra se venire Iulianum, relicto bello Parthico, Constantinopolim veniebat, scelere Iuliani motus, dumque ad civile bellum reuertitur, in itinere inter Ciliciam & Cappadociam in apoplexia ob dolorem animi & grauem cogitationem, in quam propter rebellionem Iuliani incidit, defunctus est. Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catholica Christianos aduersus Christianos armans, civili bello Ecclesiæ membra dilacerauerat, totum iniquum tempus imperij sui habuit, exercuit & expendit. moritur anno Domini 361.

Constantij mors.

Iulianus 47. Imp.

ANNŌ igitur Domini 364. Claudius Iulianus iam Cæsar imperium suscepit, & annos duos ac 8. menses regnavit, cuius talis fertur origo: Constantinus Magnus duos ex eodem patre, sed diuersis matribus fratres habuit, Constantium & Dalmatium. Constantius habuit duos natos, Gallum & Iulianum, Dalmatius verò Dalmatium, quem cum post mortem Constantini milites peremissent, Gallus quoque & Iulianus penè cum Dalmatio periculum mortis sustinuerant, nisi Gallum ægritudo, quæ inuitabilis putabatur, liberasset, Iulianum verò ætas infantilis, erat enim annorum octo. Cumque ab eis furor imperatoris conquiescisset, Iulianus in auditorijs Constantinopolitanae urbis exercebatur, in basilica ubi doctores erant, habitu priuato incedens, habebatque pædagogum eunuchum nomine Martonium, præceptorem grammaticum Nicomedem, rhetoricam verò disciebat apud Ecebolium, magistrum Basilij postea episcopi. Erat Iulianus ab initio Christianus, cumque proficeret & fama volitaret, quod etiam tempore gubernare posset, eam ob rem Constantius misit eum in Nicomediam, præcipiens ne audiret Libanium sophistam, quia paganus erat. Ille tum libris eius tantum utebatur, interim superuenit Nicomediam Maximus philosophus, quem postea quasi artes magicas exercentem, Valentinianus imperator iussit occidi. non venit ille nisi Iuliani fama tractus, apud quem dum Iulianus verba philosophica prægustasset, coepit etiam imperij cupidinem menti eius immittere, sed ne clatuit imperatorem. Iulianus autem inter spem metumque constitutus, suspicionem celare volens, tonsus monasticam simulabat vitam: & latenter exercebatur in philosophia, in publico Christianorum legebat libros. Denique in Ecclesia Nicomedie lector est constitutus, & diuinos codices populo legebat, ut sic furorem imperatoris declinaret: nequaquam tamen à spe recedens, dicebat plurimis amicorum suorum, felicia fore tempora quibus ipse rebus potiretur. post ubi peremptus est Gallus, suspectus sit imperatori, qui etiam iussit eum custodiri. Et dum fuga lapsus fuisset, diuersa loca circumuolando saluatus est, vixque serò vxor imperatoris Eusebia impetrauit ab imperatore, ut saluus ad philosophandum mitteretur Athenas. Ille autem desiderio regni discurrens, vates quærebat responsa reddentes, inuenitque virum qui ei desiderata fateretur dicere: is eum producens ad quendam locum idolorum, & intronitens eum in adytum, demones euocauit, quibus apparentibus, terrore motus, in fronte crucis formauit signum, ad cuius aspectum demones repente euasunt. stupet inde. porro magus, Nō suspicaris, ait, o bone vir, quod timore signi abierint, sed abominati potius hoc signum, recesserunt. & ita capiens Iulianum, odio Christiani signaculi repleuit. Post hæc euocauit Constantius Iulianum, & constituit eum Cæsarē, dans ei coniugem Helenam sororem suam, misitque eum contra barbaros ad Gallias. ubi dum ciuitatem quandam ingressus, corona laurea inter columnas pendens, rupto fune super caput eius decidit, aptissimeque coronauit. Tunc cuncti clamabant signum hoc fore imperij. Ille autem

Magna miracula attende.

Constantij mors.

Iulianus 47. Imp.

Crucis potentia.

De laurea in caput Iuliani cadente

tem viriliter agens, cum Alemānis apud Rhenum residentibus dimicans, potentissimum regem Badomarium cepit, claraque victoria decoratus est. dumque militibus No domarium gratus esset, Augustus appellatus est: & cum corona imperialis deesset, vnus torquem ex collo sumens, Iuliani capiti circumposuit. Quo factum, in templis paganorum sacrificauit, & subiectis similia persuadebat, Christianumque baptismum sacrificijs & inuocationibus ac sanguinis immolatione ablui studebat. Constantio defuncto, Iulianus Constantinopolim veniens, imperator appellatus est, moxque coepit cogitare, qualiter populi fauorem conciliaret. sciebat autem Constantium ab omnibus orthodoxis odio habitum, quod episcopos plures in exilium misisset, à sedibus suis expulisset. Simulque nouerat paganos fuisse contristatos pro sacrificiorum prohibitione, & eos desiderare templorum suorum apertionem. artificiosè itaque apud utrosque se commendans, primum quidem crudelitati Constantij derogabat, iussitque episcopos exilio deportatos reuocari, & confiscatas eorum substantias reddi, paganorumque templa velut sibi necessariorum præcepit aperiri. Studuit autem paganorum religionem dilatare, & Christianitatem exterminare. primum quidem Galilæorum filios, sic enim Christianos vocabat, præcepit poetarum, rhetorum ac philosophorum libros non legere, proprijs, inquiens, pennis vulneramur. nostris enim conscriptionibus armati Christiani, contra nos bella suscipiunt. templa autem erant aperta, & sacrificia paganorum procedebant. Fertur in initio pepercisse Christianis Iulianus, non recto animo, sed sciens persecutores nihil profuisse paganorum religioni, & Christianos gloriosiores euasisse. inuidebat ergo gloriæ eorum, & tormentis abstinere, volens ex hoc etiam clementior apparere. dicitur autem dum Constantinopoli sacrificaret, Inarus episcopus Chalcedonensis accessisse, ac Iulianum sacrificantem, impium & sine Deo, apostatamque vocitasse: illum verò, solum ei impropersse cæcitate. erat enim senex, & ad manum alterius ducebatur. adiecitque, Neque Deus tuus Galilæus curare te potest. respondens Inarus, Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago, quia hoc ideo est gestum, ne te videam pietate nudatum. Quia verò de exilio redibant plurimi, occupabat autem Georgius Alexandriam Athanasij sedem, ut in generatione præcedenti habebatur, sed cum iudices denunciassent mortuum fuisse Constantium, & imperare Iulianum, seditionem fecit in Alexandria populus paganorum: impetuque factum super Georgium, vinculis eum in carcere alligarunt, quæ etiam paulò post peremerunt, eiusque cadaver imponentes camelo, à mane vsque, ad vesperam per totam portauere ciuitatem, & circa vesperam cremauerunt: quod multi Arrianorum ferunt ab amatoribus Athanasij factum esse. Sed Socrates tenet indubitanter, hoc fecisse gentiles, qui querelas habebant aduersus eum propter idola & templorum iniurias: quod & Iulianus sentire videtur in epistola ab solutoria. Igitur Athanasium de exilio remeantem, Alexandrinorum populus libenter accepit: ex ecclesijs Arrianos eiecerunt, & Athanasio septa venerabiliter tradiderunt. verum Arriani in domibus se colligentes, in loco Georgij Lucium statuerunt. Interea plurimi episcopi in Alexandria congregati, cum Athanasio & Eusebio Vercellensi, Niceni concilij constituta roborarunt, & consubstantialem patri ac filio spiritum sanctum sunt confessi, Trinitatemque nominauerunt. & quoniam de substantia & subsistentia questio turbabat ecclesias, decretum est, ut in cōcertatione his nominibus contra Sabellianos solos utamur. Audiens autem Iulianus imperator Athanasium in Alexandrinorum ecclesia constitutum populo prædicare, & multos paganorum conuerti, iussit eum exire de ciuitate, occasionem inueniens, quia dum sub priore principe fuisset fuga multatus, non eius iussione episcopalem receperat sedem. Quamobrem cum se prepararet ad fugam, videns circa se Christianos lachrymantes, Habetote, inquit, filioli fidutiā, nubes est & cito pertransiet. Hoc dicto, valescit, ac amicis commendauit ecclesiam. Cum autem modis omnibus placuisset Iuliano ritum constituere paganorum, vim quidem inferre atque tormenta populis sacrificare nolentibus iudicauit. præcepit enim, ut per singulas ciuitates numerus Christianorum conscriberetur, quos tamē nequaquam orare prohibuit, hoc enim sciebat impossibile. porro clericos & ecclesiarum præfules à ciuitatibus suspendere festinabat, ut eorum absentia paulatim solueretur Ecclesia, neque sacrorum ministri, neque qui docerent vel qui ministrarent, existerent: & per hoc longo tempore putaretur propriae religionis obliuionē habere: clericis etiam omnia priuilegia, honores, consuetudinesque subtraxit, & leges ornatas pro eis, abolere studuit, ipsosque curi tradidit. auferebat subinde pecunias, & ornamenta sacra, templaque quæ sub Constantino & Constantio con-

No domarium

Iuliani in-stitura.

Inarus episcopus Iulianū carpit.

Georgius Alexandrinus occiditur.

Athanasius reuerfus est.

Athanasius denuo expulsius.

Iuliani in Christianos fauicia.

ditae erant. statuit praeterea, procuraciones prouinciarum iurisque dictionem Christi-
anis non debere permitti, quippe quibus lex ipsa Christiana proprio uti gladio vetat.
Clericos quoque iussit militibus aggregari, Duci prouinciae seruituros: populū verò
Christianum cum vxoribus & liberis inscribi praecipit, & tanquam vicanos tributa
perfoluere. posuit etiam legem aliam, ut Galilaeis bona auferretur, quoniam Christus
eorum, eos pauperes esse praeeperat. Deinde quo Christianis stomachū faceret, Iu-
daeis templum Hierosolymis restituit, dum dicerent se alibi sacrificare non posse: qui
certè tanta arrogantia elati sunt, ut maiori impensa quam antè fuerat, restituere co-
narentur. verum non multò post terræmotu corruens, multos Iudaeos oppressit. se-
quenti autem die incendio diuinitus misso, & ferramenta ipsa consumpta sunt. eo mi-
raculo multi Iudaei perterriti, ad fidem Christi venerunt. nam & Iudaeorum vestes crucis
signaculo nigri coloris insuper fuerunt impletæ. de Iudaeis multa Theodorus in Tri-
partita lib. x. c. 42. Ad hæc, quia voluit paganitatem dilatari, grauitertulit prosperos
Christianorum successus. quambobrem statuit, quòd pagani in suis templis similia of-
ficia dijs suis, quemadmodum Christiani Deo vero facerent, annonam de publico sa-
cerdotibus paganorum dari precipiens. sed & indurato corde praecipit, ut quicumque
sacrificare nollet, palatium non intraret, neq; collegio, neq; foro, neq; dignitate, nec
qualibet administratione particeps fieret. Cùm verò torquerentur Christiani, eis pa-
tientiam indicabat, quoniam hanc Galileus eorū, expresso verbo legis & testimonio
operis, docuerit suos sectatores: vnde & multi Christiani retrorsum abierunt. Ut au-
tem ad paganitatem milites assuecerent, pro cruce vel signo quod Constantinus in
vexillo portari voluit, ipse Iouem depingi fecit, quasi sibi de celo coronæ & purpuram
deferentem. Mercurium verò & Martem fecit in se respicientes, pro testimonio sapientis
& fortis, ut sub hac imagine adorarentur dii. Et cùm multa cogitaret quibus paga-
norum ritum extolleret, calèdis Ianuarijs iussit, ut vnusquisq; miles, ad manum impe-
ratoris accedens ut donum perciperet, primò incensum offerret. erat enim ante eum
thuis & ara, secundum antiquam Ro. solennitatem. tunc quidam expressè recusabāt,
neq; thus offerre, neq; donum accipere ab imperatore. alij occasione antiquitatis ac-
cedunt, non attendentes dolum. verum alij propter lucrum aut timorem, licet intel-
lexerint, tamen paganitatem declinare nequiverunt, repentina iussione conclusi, plu-
rimi siquidem per ignorantiam decepti, dum inter cibos (ut assolent) & pocula inuo-
carent inter alterutros Christum, respondēs quidam dixit: Quid inuocatis Christum,
quem antè negastis, dum donū ab imperatore percipientes, thus in ignem mitteretis?
Cùm hoc milites audissent, statim exilientes, atq; impetu factò, clamabant, Deum &
cunctos homines testabantur, se Christianos esse & permanere, atq; per ignorantiam
se fecisse, & si dici posset, solam manum paganam esse, non autem conscientiam. Cùmq;
venissent ad principē, proiecerunt aurū, poscentes ut id reciperet, & eos occideret: se
enim poenitere, eo quòd improuidè eorū dextra peccasset. Furore motus princeps,
primū quidem iussit capita eorum auferri. cumq; ducerentur ad mortem, sequen-
te populo, venerunt ad locum poenæ. tunc senior quidam miles rogauit, ut adolescen-
tis qui Romanus vocabatur, caput primū trun carent, ne, dum alios respiceret, fran-
geretur. euestigio genua ille flectit, ac spiculate gladium vibrante, repentè venit
nuncius prohibens necem. ad quæ iuuenis ait, Non fuit Romanus dignus, ut Christi
martyr fieret. veruntamen imperator eos in exilium detruisit. Valentinianus autem
is, qui post factus imperator fuerat, zelum quem pro pietate habuit, non celauit. eo
nanque tempore cùm Iulianus templū Fortunæ ingrederetur, & ex vtraque parte ad-
starent ministri, qui adspersione (sicut ipsi dicebant) purgarent ingredientes, Valenti-
nianus praecedens principem, ut adspersionis guttā vidit in chlamyde, indignatus, pu-
gno percussit templi ministrum, dicens se maculari potius. ob quòd iussit eum impe-
rator in custodiam trudi, & ad eremum destinari. sed ille paucis mensibus elapsis, pro
mercede recepit imperium. Fertur quoque Iuliano sacrificanti, in visceribus pecu-
dis immolatæ signaculum crucis corona circumdatum, palam apparuisse: quò viso,
ministros fuisse perterritos, æstimantes dogma significari æternitatis, & quòd corona
circundaret crucem, victoriæ esse indicium. Cùmque ceteri mirarentur, princeps di-
cebat prospera & vtilia indicia sibi esse monstrata, quòd signum Christiani dogmatis
coerceretur, nec ei quòd vellet, dilatari liceret, circuli termino circumseptum. Ve-
niens aliquando Antiochiam imperator, eo quòd haberet barbam prolixam, derisus
est, dicentibus quibusdam, Tondeat barbam, ut ex ea funes conficiantur: & quia tau-
rum

Cruces in
vestibus Iu-
daeorum.

Ara iuxta
Iulianum
constructa.

Faceta mili-
tum respon-
sio.

Valentini-
anus.

Miraculum

rum consueuerat immolare, ideo taurum in folio praecipit formari. lachrymantes Taur⁹ in fo-
autem Antiochenes dicebant, Iste taurus euertit mundum. Deinde cùm iret ad Per-
sas, vlcisci volens quòd sub Constantio terminos imperij intrassent, & sciēs se plurimis
pecunijs indigere, adiuuenit modum, ut haberet pecunias Christianorū: nolentibus
enim sacrificare multā imposuit, & ita à singulis Christianis exigebat. Tunc pagani
Christianos grauitertulit oppresserunt, interdū etiam tormentis affligebant. quòd impe-
rator audiens, Christianos defendere volebat, dicens: Vestrum est ut patienter mala
sustineatis, hoc enim praecipit vestri Dei. Dum autē iret in Persas, Libanius sophi-
sta cuidam pædagogo in Antiochia illudēs, dixisse fertur: Nunc fabri filius quid putas
agit? Ad hæc pædagogus: O Sophista, creator omnium quem tu fabri filium nominas,
locellum sepulturæ Iuliano tuo componit. & post paucos dies mors nūciatur Iuliani,
qui in locello aduectus est. Venit igitur Iulianus cum exercitu Ctesiphontem ciuita-
tem, ac intantum obsedit Persarum regem, ut crebris legationibus ei offerret partem
regni. quòd imperator contempsit, non attendens quia vincere bonū est, vinci autem
odiosum. confidebat enim magicis artibus, & arbitratus est iuxta Pythagoricam phi-
losofiam, animas diuersa corpora peragrare, & se credebatur possidere animam Ale-
xandri, aut quòd potius in alio corpore esset alius Alexander. Transiens autem fluui-
um, qui Ro. Persarumq; regna diuidit, naues incēdit suas. cùm ita in desertis locis pri-
mò captiuorum habuisset ducatum, postea quidam eum seduxit in solitudinē, quem
tandem fustibus occiderunt, confitentem se hoc pro patriæ libertate fecisse, & liberer
tormenta ex eo sustinere. Exercitus interea Persarum, Romanis ex itinere fagitatis
occurrit. porrò Iulianus praesens, erat inermis, vana spe seductus. cōtra quem iaculum
repentè delatum est, ac in eius latus dimersum: de quo aliqui scribūt, pastorem Isma-
clitarum illud misisse: aliqui, militem ex suis fatigatum. Salistus qui tunc secum mili-
tabat, ait à dæmone vulperatum. Sed de hoc legitur, quòd Iulianus veniens an-
tea ad Cæsarenses partes, Basilus Magnus illi obuiam cum clero processit. erat
enim Cappadociae episcopus. cui imperator: In philosophia te vici, ó Basili. qui re-
spondit, Vitam philosophiae incumberes, & obtulit ei pro benedictione tres panes
hordeaceos. Cui vicissim imperator foenum dari iussit, dicens: Hordeum pabulum
est iumentorum, demus ei & foenum. Audiens tum imperator Basilium dicentē,
Deum tibi hominum cibos, tu autem brutorum pastum reddidisti, indignatus, inquit:
Postquam reuersus fuero à Persis, subiciam ciuitatem tuā & desolabor, ut fiat magis
foenifera quam hominifera. Tunc Basilus ieiunium indicit vniuersis triduanum, ac
in ecclesia B. Mariæ virginis orationem pro omnium salute. postea visum est per qui-
etem Basilio, militem Mercurium dudum defunctum, mandato B. Mariæ virginis
occidisse Iulianum. De hoc miratus Basilus, adiit sepulcrum S. Mercurij martyris.
arma ibi pendentia, ut prius, non inuenit. custosque illi sacramento firmavit, vesperi
affuisse arma. rediit ad montem. nocte adhuc dormientibus cunctis, excitabat eos,
dicens Iulianum fuisse interfectum. & Deo gratias agentes, veniunt ad sepulcrum
S. Mercurij. rursum lanceam eius restitutam viderunt, & sanguine madidatam. Qui-
bus paulò post Libanius quæstor Iuliani singula narrauit, venisse dicens in excubijs
quendam ignotum militem, & valido ictu transfuerberasse Iulianum, ac euauisse.
ferturque, dum vidisset se lætaliter vulneratum, quòd mox sanguine suo manum
compleuerit, & in aerem proiecerit, dicens: Vicisti Galilæe, vicisti. & defunctus est
6. die Iunij. Per idem tempus vir religiosissimus Iulianus, prolixiores Deo susce-
bat preces. audierat enim illius impij minas. Et cùm continuò ingemisceret, subito
videntibus cunctis, lachrymarum eius fluuius destitit, alacritateque vultus eius reple-
tur. hanc immutationem ministri respicientes, rogant causam tantæ alacritatis.
Tunc ille: Ferus, ait, sacræ vineæ vastator poenas dedit suæ tyrānidis. ad quòd omnes
exhilarati sunt, ac post compertum est, eandem fuisse diem simul & horam necis Iu-
liani apostatæ. De Iuliano habetur in Tripartita histor. quòd apud Carthaginem
sit inuenta in templo, vbi Iulianus in profectione sacrificauerat, mulier à capillis sus-
pensā, extensis manibus, & vterum habens apertum, in cuius iecore victoriam adspe-
xerat. In Antiochia verò repertæ sunt plures arce humanis capitibus plenæ, & inuen-
ta sunt in puteis corpora diuersa. Prouerbiū hinc factum, Fatue, vbi vaticinia tua
Iulianum autem multis laudibus prosequitur Eutropius, de quo plerique mirantur,
nisi quia miles erat eius, & ideo illi affectus. Nam B. Gregorius Nazianzenus lib. 9. con-
tra paganos, de Iuliano scribit: Mihi, inquit, mores Iuliani comperti sunt. dum eum
Xx 3 Athenis

Libanius.

Mors Iuli-
ani.

Basilij Ma-
gnus epi-
scopus.

Basilij viso

Impia vox
Iuliani.

S. Iulianus
predixit ex-
itum Iulia-
ni Imp.

Facinora ac
mores Iuli-
ani.

Athenis clariùs cognouiffem, faciebat me cautum incōstantia morum, excessus vberior. nullum in eo mihi signū vtile videbatur, ceruix rigida, & humeri iactabiles, oculi currentes, & furiosè respicientes, pedes impatientes, nares spirantes iniurias & contemptum, scōmmata risibilia semper habens, risus incontinens, & quasi subbulliens, consensus & negatio simul, operatio nulla ratione subsistēs, interrogatio inordinata, responsio inconueniens. Hæc cum vidissem, repenti dīxi: O quale malum nutrit resp. Romanorum. Iulianus de palatio dicitur eiecisse eunuchos, cocos, tonsores: Eunuchos quidem, quod vxor eius obierat, post quā non duxit aliam: Cocos, quia more philosophi cibis simplicibus utebatur: Tonsores, quia dicebat, Vnus sufficit multis. Scriptores verò reuerbatur, simul & cultores disciplinarū. noctibus vigilans scribebat, quod in senatu publicè recitabat. solus imperator à Iulio Cæsare in curia orationes recitabat, & superiores principes lacerabat. quod enim cocos & tonsores expulit, philosophi & non imperatoris fuit: sed quod alios lacerabat, opus neq; philosophi, neq; principis dici potuit. Per hæc tempora variæ hereses ebullire, vna Donatistarū à Donato, qui inuidia motus, per Aphricam asseruit minorē patre filium, & minorē filio spiritum sanctum, & rebaptizabat catholicos. Luciferiani à Luciferio Smyrnæ episcopo, qui cum Eusebio Vercellensi in exiliū fuerat missus, & reuersus, eo quod episcopum à se Antiochiæ datum Eusebius non reciperet, iniuriam dolens, asseruit Catholicos, qui in persecutione Arrianis consenserant, postea correctos, non recipiendos, quos ecclesia tanquam Petrum post fletū materno accepit sinu. Apollinaris Laodicensis, vir doctus, sed contentiosus, dissentire delectatus, asseruit, etiā corpus sine anima à Dei filio fuisse assumptum: & cum euangelij testimonijs vgeretur, vertit se: & ne ex toto vinci putaretur, habuisse animā quidem, sed nō ex ea parte qua rationalis est, sed ea solū qua viuificat corpus: ad supplementum autem rationalis partis, dicit fuisse verbum Dei. de his heresibus 24. q. 3. c. pe. Post Iuliani necem, milites omīssa omni dilatione, altera die Iouiniano infules imperiales imponunt, anno Domini 366. regnavit menses 8. è Pannonia ortus. erat autem vir fortis & nobilis, ac illo tempore millenarius, quo Iulianus electionem proposuit, vt aut sacrificarent, aut militia carerent: cingulū magis elegit amittere, quā sacrificare. hunc tam en necessitate contractū retinuit Iulianus, qui cum violenter à militibus traheretur ad imperiū, clamabat, non se velle paganis imperare, cum ipse Christianus esset. cumq; vox omnia esset, se quoq; Christianos, suscepit imperium. Mox ipse sollicitus, quo pacto exercitum, vt pote hostibus conclusum, educeret, repente pio principi suam prouidentiam ostendit Deus. nam Persarum rex, missa legatione petiuit pacem. deinde cibaria militibus destinavit, & forum venalium eis in deserto preparari præcepit, celebratisq; foederibus, exercitum reduxit incolumem: quæ pacta, quantum ad gloriam, Romanis turpia, sed tempori congruebant. Hæc itaq; nunciata, Christianos confortauerunt, paganis intulerunt luctū. Iouinianus itaq; vt imperij fines ingressus est, primūm conscripsit, vt episcopi de exilio remearent, & ecclesias eis reddendas censuit, qui expositam in Nicea fidem inuolabiliter seruassent. Scripsit etiam Athanasio, petens vt ei scriberet perfectam diuinorum dogmatum disciplinam. quod & fecit. Tunc etiam paganorū templa omnia clauderentur, & ipsi sacerdotes eorum vbique fugerunt. veruntamen hoc erat eius propositum, vt blandimentis & suasionē verborū, discordantium contentiones abscederet, dicens: Nulli se, cuiuscunque religionis fuerit, molestum: eos tamen diligere & nimis honorare, qui principium Ecclesiasticæ vnitati præberent. Tulit quoque legem, vt capitali sententia plecteretur, qui sacram virginem nuptiali toro violare presumeret, contra legē quam antè dederat Iulianus. Inter hæc Athanasius visitandi causa tantum principem, Antiochiam venit, quem imperator amicum factum destinavit in Aegyptum, vt sicut ei videretur, causas ecclesiarū populosq; disponeret: Fertur enim quod virtutem conuersationis eius sapientiæq; laudauerit. Verum cum imperator ad Illyricum remeasset, in quodam cubiculo nouo pausans, ibi calore prunarum & nidore parietum nuper calcē illitorum prægrauatus & suffocatus, vitam finiuit, & tam piam causam & tam læta principia mors immatura corrupit. vixit annis 33. vixit adhuc Liberius. Post hunc in Nicea Bithyniæ exercitus Valentinianum ordinavit imperatorem, anno Domini 397. Erat vir optimus & imperio dignissimus, de Pannonia ortus, patre Gratiano, mediocri stirpe. Funarius est appellatus, eo quod funē portanti, è manu quinq; milites non potuissent extorquere. licet pro fide Christi à Iuliano (vt supra dictum est) militia fuisset priuatus, non eo

minùs

minùs à militibus cunctis extitit prælatus, vt qui prudentia, iustitia ac magnanimitate præfulgeret. Cum autem imperium suscepisset, & exercitus tentasset ei alium associare consortem, ille respondit: Vestrum, inquit, o milites, fuit mihi dare iugum imperij. verum vbi hoc suscepi, meum ideo & non vestrum est cogitare de bonis cōmuniibus. cuius verba mirati milites, eius secuti sunt voluntatem. at ille fratrem de Pannonia vocans Valentem, in consortium regni assumpsit: & sibi Occiduas partes retinens, fratri Orientales regendas concessit. tenuit autem Valentinianus imperium annis vndecim. Eodem anno Alani rebellauerunt Romanis. Valentinianus, vt refert Eusebius in chronicis, edictum protulit, vt gens quæ Alanos vinceret, per x. annos libera esset ab omni tributo. Tunc quidam descendentes ab antiquis Troianis, habitantes circa paludes Mæotides, Sicambri dicti, pugnauerunt contra Alanos: habitaque victoria eiecerunt, ac per decennium liberi à tributo facti sunt, propter quod Franci, id est, liberi appellati sunt. Expleto verò decennio, dum imperator ab eis solita tributa peteret, illi soluere renuerunt, & missos pro soluendis, occiderunt. propter quod imperator super eos duxit Romanum exercitum. pugna commissa, vnus ex ducibus eorum Priamus, mortuus est, & ex vtraque parte multis occisis, tandem Franci tantam multitudinem sustinere non valentes, egrediuntur de Sicambria, venerunt in Germaniam, sedes apud Thuringos occupant, sub duobus ducibus suis Marcomede filio Priami, & Sumone filio Antenoris. his defunctis, consilium iniere, vt vnum ex se regem constituerent, sicut cætera gentes, Pharamundum Marcomiri filium, regem elegerunt, & pro tunc leges per suos doctores Gastaldum & Salagastum cōpositas habere coeperunt. ab illo Salagasto lex Salica nomē accepit, de qua in lib. feud. de fil. na. ex mat. ad morgant. & 12. q. 2. c. In legibus, in glo. quibus hodie Franci vtuntur, prouinciaque postea Francia est dicta. Deinde Rhenum transgressi, Romanos, qui eo tempore in Gallia per suos magistratus vsque ad Ligerim fluium imperabant, bello aggressi, partim occiderunt, partim fugarunt, vrbes eorum occupantes. In hoc satis concordat Francorum historia, Vincentius in spec. Aeneas Syluius in lib. de gestis per Europam. Godefredus Viterbiensis dissentit tamen, cum scribit quod Troiani prædicti, qui primò Sicambri, & postea Franci appellati sunt, postquam occupauerunt Germaniam, ad edictum imperatoris Valentiniani vicerunt Alanos inter dictas paludes Mæotides, & quod post hæc, pugna contra eos, quia tributa soluere recusabant, commissa, in partes Thuringiæ se contulerunt. Hi omnes volunt, Francorum & Franciæ nomen sub Valentiniano sumpsisse exordium. Quod minimè defendi potest. nam & Theoclius, & post eum Fl. Vopiscus, non incelebres authores, scribunt Aurelium Augustum apud Moguntiam Francos irrumpentes, cum vagarentur per Galliam, profligasse, qui imperauit anno Domini 277. & in gestis Probi Cæsaris, qui imperauit anno Domini 283. inuenitur, quod senatus illi panegyricon scripserit: Tu, inquit, Francus, tu Góthicus, tu Parthicus. & fertur in Legendā S. Gereonis inueniri, quod tempore Diocletiani imperatoris, Franci bis è sedibus fuerunt expulsi, iuxta Thuringiam & Rhenū confedentes. Et Cōstantinus Magni Cōstantini filius, legitur primus Roducū Fracos domuisse, vt refert Blodius, & sic ante Valentinianū, Francorū & Franciæ extitit nomen. vnde fortè quidā, cuius meminit Robertus Gaguinus Fracus ordinis S. Trinitatis, Francorum historiā scribēs, tradit Fracos, cum ad Sequanę ripā cōstitissent, Lutetiā Parrhisiorū exedificasse ante Christi natalem 395. annos, eamq; habitasse anno à derelicta Sicambria ducētē simo septuagesimo supra mille. Illud idem Robertus vehementer extenuat, qui mihi in hoc satis fecisset, nisi aliorum scripta retraherent. nam Manethon Aegyptius in supplemento ad Berosum, inter cætera asserit, Afcaniū Latinis imperasse, & Francū Hectoris filiū Celtis. Super quibus verbis Ioh. Annius Viterb. in cōmentō adducit Vincentiū in spec. qui Francū cōmigrasse in Galliam asserit, euerfa Troia, & ob ingentē animi virtutē, per charū Celtis & regi acceptū, etiā regis filia matrimonio iunctum fuisse, ac post eū regnū in Gallia suscepisse, parē Aeneæ cōciui suo, qui pari modo regi Latino & affinitate & successione regni Latini iūctus fuit. asserit eū esse, à quo primo Fraciæ nomē. Hęc ille. Sed & Anshel. in lib. de imagine mūdi, refert Gallia Belgicā à Frāco rege dictā, qui de Troia cum Aenea veniēs, Troiā iuxta Rhenū cōdidit, terrā Franciā cognominavit. Et Iaco. Bergomensis in supplemento chronicorū lib. 6. vbi de regibus Anglię scribit, obiter mentionem facit, sine tamē authore, de Suar do Francorū rege, volēs eū 7. generatiōe post vrbē conditā regnasse. Illis ergo scriptoribus planē fidem adhiberē, nisi me in contrariū moueret, quod C. Iulius Cæsar longè ante natiuitatem

Xx 4

tatem

Valens Cæsar creatur.

Francorum origo.

Priamus Francorum dux.

Pharamundus rex Francorum. Lex salica.

* Franconia

* Theoclius

Suardus rex Francorum

tatem Christi Gallias Romanis subiugavit. hic omnes Galliarū prouincias curiosissimè in suis commentarijs descripsit, & tamen de Francis nullū ipsi verbū excidit. Germanorum quoq; trans Rhenum proximas Rheno prouincias, minimas etiam, nō tacuit. Sed nec Strabo, qui tēporibus Octauiani Augusti, non solum prouincias aut gentes, sed etiam nonnullas ciuitates Galliae & Germaniae diligentissimè scrutatur, Francorū tamen aut Franciae non meminit. Pari modo Cor. Tacitus nihil de Francis cecinit, nec Cl. Prolemæus, qui sub Antonino Cæsare scripsit, aliquam mentionē de Francis fecit. Quo ergo pacto, si Francia aliqua cis vel vltra Rhenū fuisset, id nomen tam celebre tantos authores latuisset? Franci igitur meo iudicio post illorum tempora, & tamen ante Valentinianū I. emerferunt. certum est enim, nomen Franciae modernæ recens esse, & sub prædictis regibus, Pharamundo, Clodio & Meroueo, sumpsisse exordium. Genealogias Francorum in tres diuidunt progenies, vt Raphael Volater. lib. 3. Prima à Pharamūdo vsq; ad Childericū III. & durauit annis 330. vsq; ad annum salutis 750. Secunda à Pipino vsq; ad Ludouicū Lotharij filii, quæ durauit annos 238. vsq; ad annum salutis 908. Tertia ab Hugone Capeth comite Parrhisiensi, vsq; ad ætatem nostram. Itaq; nec probat idē Raphael, quod aliqui originē Francorū à Franco quodam Hæctoris filio repetunt, qui post Troiæ occasum in Germaniam primū applicuerit, gentemq; ex eo propagatā, in Galliam migrasse. De hoc nullus veterū authorū, posteriorum autē primus, qui Francorū mentionē facit, Agathias Græcus author, qui circa Iustiniani tempora scripsit historiā, his verbis: Francorū natio est Italię proxima, veteres tamen hos Germanos dixere, nā circa Rhenū habitant, Galliarumq; magnā partem occupat: qui quanquā, vt reliqui Germani, sunt barbari, Romana tamē politia & institutis vtitur. Hæc ille. Vnde satis cōstat, ex ea natione migrasse, quæ trans Rhenum nunc quoq; Franconia dicta est. Francorū enim vetustum nomen est. Ciceroq; in epistola ad Articum meminit. Hi posteris temporibus anno salutis circiter 430. Theodosio iuniore regnante, exagitati à vicinis, simul & melioris soli gratia, in proximā Galliam Belgicam cum eorum rege Clodio traicere, locaq; Metensium primò & Tullensium tenere. Hæc ille. Sed & Amianus historiographus in Gallias Iulianum apostatam secutus, ita scribit: Iulianus transmissō Rheno, regionē subitò peruasit Francorū, quos Arcuarios vocant, quod non potest nisi de Orientali Francia dictū esse, post hos Orosius multis in locis Francorū meminit, & B. Hieronymus in vita B. Hylarionis, Inter Saxones, inquit, & Alemanos gens est, nō tam lata, quàm valida, apud historiographos Germania, nunc Francia vocata. De hac Francia Blondus refert lib. 1. decadis primæ: Franci Germana gens, vsq; ad tēpora Honorij & Archadij, postquā à Constantio perdomiti fuerant, quieti manserunt in patria, id est, Franconia. sed horū imperij anno VII. melioris soli gratia patrijs sedibus relictis, Rhenū transierunt, apud Treuiros, Mediomatrics & Tullenses cōsederunt, quos, Suenis dum erāt in Gallia ob vetustas similitudines instigantibus, Vandali, Burgundiones & Alani, Rhenum per vim & arma transire, & in Franconiā se recipere compulerunt. Quibus pulsīs, Vandali, Sueui & Alani ad vastandas Gallias profecti sunt & c. Deinde post aliquot annos, Hetius patricius ab Honorio in Gallias missus, Francos qui Rheni ripis iteratō infederant, magna superatos cladē repulit in Germaniam. defuncto autem Honorio, accipientes Franci Hetium bello Burgundionum implicari, & imperatorem Valētinianum, amissis in Aphrica copijs, enervatum viribus, Clodio & Meroueo ducibus, ex Franconia profecti, & Rheno transmissō, nullis iam qui resisterent, reliquis, in Senonum prouincia sedes apud Aurelianos & Parrhios cepere, circa annum Domini 433. imperante Theodosio II. quod confirmant Vincentius in spec. lib. 21. c. 2. post Sigisbertum, Gotfredus Viterbiensis, sicut & Iacobus Bergomensis in supp. chro. & Robertus Gaguinus, & antiqua Francorum historia. Defuncto autem Clodio, Meroueus illi successit, qui & regno commodissimus fuit. Hic etiam in campis Chacalonicis cum Hetio patricio Romano aduersus Athilam Hunnorum regem egregiè depugnauit. Hæc cum, vt reor, satis firmata videantur, vt tamen nihil omittam, inuenio quendam de hac re longè aliter scribentem. exorditur enim à destructione Troiana: Tum (vt ait) Aeneas & Priamus magni Priami nepos, abeuntes, Aeneas in Italiam, vbi & sedem constituit, Priamus in Galliam, Gallos super Rheni littus morantes expulit, ibi munitiones castraque constituit, & Troiam, nunc Xanthum dictum, & Vacaniam, quæ nunc Bonnia nuncupatur. Exercitus autem Aeneæ in Italia, exercitus Priami qui Galliam occupauerat, lingua Latina germanos appellabat, eo quod simul de Troia venissent.

Franci ex
Belgica
pulsī.
*Aerius
*Erius

*Attilam

*Verona

*Bonnia

Hi

Hi Germani tandem ob multitudinem miserunt partem exercitus trans Rhenum in Thuringiam, ibi etiam regnū instituentes. inde Thuringi gens Teutonica Germanos se coeperunt dicere. postea autem, cum ferè totus mundus Rom. imperio subderetur, venit C. Iulius, & cum Germanis in Gallia repertis, antiquam germanitatem renouauit. Postremò cum Alani Romanis se opposuissent, exijt edictum à senatu populoque Ro. vt quæcunq; gens illos compefceret, liberi à tributo essent. Quo audito, Germani tam propter germanitatem Rom. quàm spe libertatis consequendæ, Alanos aggressi sunt, vicerunt, & imperio Ro. subiugarunt. ab illo tempore Germani Franci (id est, liberi) vocati sunt. isti verò Franci ex Gallis, cum intantum germinassent, quòd terra eos non poterat cōmodè capere, miserunt partem militiae contra Orientē vltra Rhenum, qui vsq; hodie Orientales Franci dicuntur: partē verò miserunt versus Occidentem super Sequanā Galliae fluuium, qui cum mulieribus Gallicis contrahentes, & geniti ex eis, Francigenæ, quasi de Francis nati, nominabantur. inde illi vsq; in hodiernū Franci Occidentales, priores Orientales nuncupantur. Hæc illius scriptoris dicta, quisquis sit, eò tendunt, quasi persuadere velit, Germanorum simul & Francorū nomen in Gallia sumpsisse exordium, & hinc emanasse vltra Rhenum. quod palàm à veritate abhorret. de Germania fortè non legit C. Iulium in commentarijs lib. 2. circa principium, vbi præmissa solerti inquisitione de Germanis cis Rhenum tum habitantibus, comperisse se scribit, Belgas plerosque antiquam ex Germanis originem duxisse, Rhenumque olim transgressos, ibi cōfessisse, & Gallos qui ea loca incolebant, expugnasse. ex quibus verbis patet contrariū eius, quod ipse scriptor de Germanorum origine à C. Iulio scribit. De Francis verò nulla est ambiguitas, cum non contendat eos ante C. Iulium hoc nomen habuisse, vt Manethon & quidam alij superius allegati: sed affirmat, Franciæ seu Francorum nomen Germanis post subiugatos Romanis Alanos inditum fuisse, in quo concordat cum eo, quod Francorum nomen recens tunc fuit. sed quod originem apud Gallos habuerint post Alanos deuietos, in eo scriptorem ostendere non potest vti probatum: ideo non possum recedere à Blondo & communi omnium sententia. Etiam si iuxta Manethonis verba Francus aliquis Celtis imperauerit, aut Francia aliqua prisca temporibus in Gallia Celtica fuerit, non tamen ab illis Francis moderna Francia originem sumpsit in Gallia, sed à Francis Orientalibus. Clodio ac Meroueo sequacibus, Franciæ regnum quod nunc est, dictum fuit, & fortè antiquissima Francia per multa secula interregnum absoluit. Quod autem Sicambri, quos C. Iulius transmissō Rheno persequi statuit, à quoquam tum Franci nominati fuerint, aut Francia aliqua extiterit, probatu erit difficile. Nam si fuissent binomij, putā Franci Sicambri, id minimè latuisset maximos authores eorum temporum, C. Iulium, Suetonium, Strabonem, Cor. Tacitum, Florum, aut Ptolemæum, apud quos Sicambrorum frequens memoria habita est, non etiam Francorum, quod ego inuenire potuerim. quomodo enim fieri potuit, si tam celebre nomē Franciæ aut Francorum fuisset, quin verbum aliquod tantis scriptoribus excidisset? Interim prædicta vera puto, donec veriora videro: non tamen contendo, aliter fatiūs ducens alieno sensui credere, quàm contentioibus deseruire, & quia plus vident oculi quàm oculus. Pharamundus I. rex Francorum, filius Mareomedis, regnare coepit in Orientali Francia anno Domini 418. & regnauit annis 11. sub hoc rege lex Salica fuit lata. Clodius filius illi succedit anno Domini 430. hic Clodius magna potentia transiit Rhenum, & incepit sibi Gallos subiugare, Romanos tū qui imperabant, partim occidit, partim fugauit, captis vrbibus Cameraco, Tornaco, & paulatim Suesionam, Coloniā Agrippinam & Treuerim, postremò totā Galliam subicere conatus est. Tunc per connubia geniti ab his Frācis & mulieribus Gallicis, Francigenæ incepit appellari. In præmissis satis concordat chronica Francorū & Gotfredi, de quo etiam in spe. hist. lib. 21. c. 2. vbi dicitur quod Clodius Rhenū transgressus est anno Domini 433. sub Theodosio II. De hoc Clodio paucis annis effluxis, iuxta oppidum Waiblingen, est villa Weinstain dicta, vbi visebatur monumentum in modum turris, miro opère de quadris & sculptis lapidibus constructum, in quo insculptum fuerat, Clodius hoc fecit vxori suæ. Est autem oppidum Waiblingen sub dominio ducum de Vuirtemberg. Merouetus filius (secundum alios genere proximus) Clodij, postea regnare coepit anno Domini 450. ab isto dicti sunt reges Francorum Merouingi. Childericus illi successit filius anno Domini 462. fuit autem ob insolentiam depositus, & postea esuriturus, multa in Gallia patrauit. Clodoueus illi successit, regnare coepit anno Domini 488. hic primus.

Thuringi.

Francigenæ.

2. bel. gal. 3.

4. bel. gal. 9.

Catalogus
regū Fran-
corum.

Monumen-
tū in Bein-
stain.

mus Christianam fidem suscepit. Clotarius incepit regnare anno Domini 516. regnavit annis 50. & partitus est regnū fratribus suis Theodorico, Clodomiro & Chilperico. Chilpericus deinde regnavit. Clotarius infans post eū regnat. Dagobertus 9. rex, regnavit anno Domini 630. Clodoveus decimus rex. Clotarius vndecimus. Theodoricus frater ipsius duodecimus. Hildericus quoq; frater decimustertius. Theodoricus reuocatur decimusquartus. Clodoveus decimusquintus filius. Hildebertus frater illius, decimus sextus anno 699. Hoc tempore S. Lambertus floruit. Dagobertus filius Hildeberti succedit anno Domini 715. decimus septimus. Lotharius illi succedit anno Domini 739. XVIII. * Chilbericus incepit regnare anno Domini 721. * XX. Theodoricus incepit regnare anno 728. Hildericus creatur rex anno 741. Ister rex deponitur, & eius loco Pipinus filius Caroli Martelli in regem Francorum creatur, cuius proles deinceps præesse cœpit. Pipinus fit rex Francorum anno Domini 740. Carolus Magnus patri succedit anno 768. Ludouicus Pius filius eius succedit anno 815. Lotharius fit rex anno 839. Carolus Caluus frater illius succedit anno 854. Carolus Crassus rex substituitur in regno anno 896. Ludouicus Balbus incepit regnare. * Odo Burgundionum dux, rex constituitur anno 900. Carolus Simplex filius Ludouici Balbi restituitur 905. Ludouicus filius eius succedit anno 936. Lotharius regnare cœpit anno 956. Ludouicus filius eius regnare cœpit anno 987. postquam anno regnavit, veneno perijt sine liberis. Tunc Franci volebant in regem recipere Carolum ducem Lotharingiæ, patrum Ludouici: sed Hugo Capeth, Magni Hugonis comitis Parrhisiensis filius, cepit Carolum, & ipse regno potitus est. Hugo Capeth fit rex anno Domini 990. & postquam annum regnavit, Robertum filium consortem regni fecit. Robertus regnare incepit anno Domini 999. Henricus filius Roberti succedit anno 1033. Philippus filius Henrici succedit anno 1059. Ludouicus Grossus filius eius regnavit anno 1108. Ludouicus filius ipsius succedit anno 1136. Philippus istius filius succedit anno 1179. Ludouicus eius filius succedit anno Domini 1223. Ludouicus illi succedit anno Domini 1226. sanctus. Philippus S. Ludouici filius, cœpit præesse anno 1270. Philippus eius filius succedit anno Domini 1285. Pulcher dictus est. Ludouicus prædicti regis filius succedit anno Domini 1314. hic aliàs est Hunn dictus, & regnavit anno cum dimidio. Philippus Longus frater ipsius regnare cœpit anno Domini 1316. hic moritur sine hærede. Carolus amborū frater illi succedit. erat enim tertius filius Philippi Pulchri. fit rex Franciæ & Nauariæ. moritur, vxore grauida, quæ genuit filiam. Vnde regnum tralatatum est ad Philippum de Valois, filiū Caroli comitis de Valois, qui fuit frater Philippi Pulchri. Supererat tunc Isabeth regina Angliæ, filia Philippi Pulchri, & soror Caroli vltimi regis, quæ habuit filium Eduardum, ex quo contentio maxima inter Philippū de Valois & Eduardum, sed regnum Franciæ apud Philippum remansit & eius prolem. Anno Domini 1328. in die S. Trinitatis Philippus de Valois coronatur rex Franciæ. Iohannes filius Philippi fit rex anno Domini * 135. Carolus Dives dictus, illi succedit, quia filius. Carolus Benecamatus dictus, illi succedit. is habuit vxorem Bauaram. Carolus illius filius succedit in regno. Ludouicus filius Caroli rex Franciæ. Carolus filius Ludouici rex Franciæ, huic desponsata fuit Margareta filia Maximiliani regis Ro. sed ea nuper dimissa, duxit vxorem filiam ducis quondam Britannicæ Annam, antè Maximiliano regi Rom. desponsatam. Ludouicus, Carolo mortuo, sequutus est, qui antea dux fuit Aureliani, & hodie regnat anno salutis 1504. — ANNO Domini 368. defuncto Liberio papa, succedit ei Damasus, regnante Valentiniano & Valente. sedit annis 18. licet aliqui velint Damasum sub Iuliano papam factum, tamen id ex supputatione annorum destruitur, cum Damasus vsque ad Theodosij peruenerit tempora. nam presente Damaso & Theodosio, Constantinopolitanum concilium contra Macedonium est habitum. Damasus hic Hispanus fuit. cum eo quoque electus fuit, licet indebitè, quidā Vrsicinus, sed vt intrusus, à fautoribus Damasi fuit eiectus. ea discordia in basilica quæ * Sicinini appellatur, multi vtrinque cecidere, cum res non suffragijs tantum, sed vi & armis tractaretur. verum non multo post, sacerdotum ac populi consensu Damasus confirmatur, & Vrsicinus ad Neapolitanam ecclesiam traducitur, ac ibi factus episcopus. Hic Damasus inuidia à quibusdā de adulterio accusatus fuit, vt refert Hieronymus. sed coram aduersarijs cum xlij. episcopis se purgavit, & innocenter se ostendit, de quo ij. q. vij. si quis. §. * præce. Et ob hanc causam patres Concordium & Calistum eius accusatores damnarunt. Hic Damasus rogatu S. Hieronymi constituit dici in fine psalmorum,

Damasus in
papa.

Damasus in
situra.

G L O.

GLORIA PATRI. Instituit vt chorus alternis psalmos caneret. primus hic scriptis Hieronymi auctoritatem dedit, cum prius translatio Septuaginta interpretum tantummodo in precio esset. mandauit item, vt in principio ante Missam confessio fieret. Sub ipso celebrata est synodus Constantinopolitana contra Macedonium anno Domini 384. de ea xv. dist. secunda synodus. Valentinianus verò cum iam tertium ageret annum cum fratre Valente, Gratianum filium suum, necdum plenè puberem, hortatu vxoris suæ Seueræ Augustum creauit. Generauit autem & alium filiū Valentinianum de alia vxore Iustina, quam viuente Seuera, nec tamen abiecta, duxisse probatur. Iustus. Iustina pater, cum esset Piceni iudex, vidit in somnijs, quòd ex dextro femore imperialem purpuram genuisset. quæ visio cum ad Constantij aures peruenisset, metuens eum occidi iussit, cuius filia Iustina virgo, ad eò dilecta Seueræ fuit, vt eius pulchritudine Seuera capta, diceret aliquando imperatori, Iustinam tantæ venustatis esse, vt digna sit imperatori nubere. Paulò post Valentinianus Iustinam ducere statuit, legem proponens publicam, quòd impunè quisque bina matrimonia suscipere posset multiplicandæ sobolis causa. Legelata, Iustinam duxit vxorem, nec tamen Seueram abiecit. hoc modo populosas fore gentes dicebat. Ex eadem Iustina natus est Valentinianus, tresque filia, Iusta, Grata & Galla. duæ permanserunt virgines, Gallam verò Theodosius maior vxorem duxit, ex qua Placidiam suscepit. Per idem tempus Auxentio Mediolanensi episcopo ac Arriano, defuncto, illuc imperator episcopos conuocans, petit, vt episcopum eligant, & talem, inquit, eligite, cui & nos, qui gubernamus imperium, syncerè nostra capita submittamus. & cum petret synodus, vt magis ipse decerneret, sapiens & pius: Vestra est, inquit, talis electio, vos diuina gratia potiti, melius poteritis eligere. Verum tumultus fiebat, eo quòd Arriani Arrianum, Orthodoxi sui dogmatis certabant habere episcopum. Ambrosius tunc præses, seditionem timens, ad Ecclesiam festinus accessit. quo præsentè, clamabant omnes, vt pastor gregis ordinaretur Ambrosius. Et quia nondum erat baptizatus, ad hanc vocem imperator eum baptizari iussit, ac pontificem etiam renitentem ordinari, in vocem prorumpens: Gratias, inquit, ago tibi Domine omnipotens & saluator noster, quoniam huic viro ego commisi corpora, tu verò animas, & meam electionem ostendisti iustitiæ tuæ conuenire. Cumq; B. Ambrosius contristaretur, confortauit eum imperator, dicens: Noli timere, quia Deus qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor & defensor, prout meum officium decet, ero. Festina itaque sanare, sicut diuina lege præcipitur, animarum delicta nostrarū. De hoc 63. dist. cum Valentinianus. Cognoscens autem Valentinianus quosdam in Asia & Phrygia de diuinis dubitare dogmatibus, in Illyrico præcepit synodum celebrari. Porro qui illic conuenerant, decreuerunt fidem expositam in Nicea vrbe seruandam. Induxit autem fratrem Valentem ac Gratianum, catholicam fidem syncerè episcopis Asiæ & Phrygiæ conscribere. Cuius exemplar ita incipit: Imperatores maximi pij Augusti, Valentinianus, Valens & Gratianus, episcopis dioeceseos Asiæ & Phrygiæ Pacatiana in Domino salutem: Tanto concilio in Illyrico celebrato, ostenderunt ter beati pontifices, Trinitatem consubstantialem patris & filij & spiritus sancti. Hanc ergo prædicari decreuit nostra quoque potentia, &c. vt in Tripartita capit. nono, lib. septimo. Vbi quoque subiungit, beatos Niceni concilij patres optimè sensisse, illisque aduersantibus, iusto decreto communionem Christianorum esse interdictam. Tempore verò quo Valens suscepit imperium, apostolicis dogmatibus ornabatur: cum verò Gotthi transissent Istrum, pugnare cogitauit aduersus eos, cui placuit vt baptismi sacri munitus armis, dimicaret, & sapienter: quod verò postea fecit, prodicionem significat veritatis. ea enim passus est, quæ progenitor Adam, coniugis seductus eloquio, erat enim Arriano errore polluta, & Valentem seduxit, cuius seductionis author fuit Eudoxius Constantinopolitanæ vr-bis episcopus, qui ipsum baptismatis tempore iureiurando obligauit, vt & in impietate dogmatis maneret, & vndique contraria sapientes expelleret, quod & adimpleuit. Alibi tamen legi, quòd * Dominica vxore suadente, Valens rebaptizatus fuerit, statimque in Christianos persecutionem mouerit: lentè tamen, quia fratrem timuit. Tum etiam in Antiochia moram ducens, omnibus licentiam dedit, sua sacra celebrare gentilibus atque Iudæis, necnon hæreticis. illis tantummodo inimicus erat, qui Apostolicam doctrinam prædicabant: eos autem qui Eudoxio communicare nolebant, ecclesijs expulit & pecunia multauit. dicitur etiam multos flumine suffocasse. Eusebium episcopum Samosatenum expulit. hic Eusebius nuncium exilij,

Valens.
Gratianus.

Iusti somni
um.

Proles Va-
lentiniani,

Ambrosius
eligitur in
episcopum.

Valens 48.
Imp.

Eudoxius
author im-
pierrez Va-
lens.

exilij, ne perimeretur à populo, celauit. nocte verò cū vno famulo egressus est, plumarium tantum & codicem secum ferens, cuius in locum ordinatur Eunomius Arrianus. huic dum nulli communicarent, de ecclesia recessit. Cū hæc in Syria fierent, surrexit in Constantinopoli tyrannus quidam nomine Procopius, contrahens multitudinem magnam militum aduersus Valentem. Conturbatus ex eo, paululum suum impetum contra catholicos remoratur. tum etiam terrarum multas vrbes diruit, & mare terminos proprios immutauit, vt nauigabilia prius, fierent arida, & econuerso. Cumque tyrannus moueret aduersus imperatorem, obiit ei Valens: congressusque prima pugna victus, postea Procopium cepit, & duabus vicinis arboribus flexis, pedibus hinc inde ligatis, eisque dimissis, redeuntibusque in naturam, eum discepit. Igitur imperator victo Procopio, denuo contra Christianos prælia commouet: omnem religionem cupiens in Arriano dogmate concordare, in Nicomedia Bithyniæ concilium fecit Arrianorum, vexabanturque in Constantinopoli habitantes, qui Nicenum dogma profitebantur, quos omnes imperator expelli de ciuitate præcepit. Et cum multi sacerdotum exilio deportarentur, diuina prouidentia exilium non sunt passi Basilus atque Gregorius Nazianzenus, de quibus aliquid infra narrabimus. Verum Athanasius timens, ne malorum & seditionis ipse causa esset, quatuor mensibus ipse in sepulcro patris se abscondit: Cumque propter eius absentiam seditionem ipsius populus excitasset, agnoscens Valens propter hoc Alexandriam esse turbatam, admisit vt Athanasius licenter teneret ecclesias: ita vsque ad mortem Athanasij Alexandrina non turbabatur ecclesia. Valentinianus igitur Occidentis partes religiosè gubernans, etiam tunc anno imperij sui septimo Saxonum gentem in Oceani littoribus & paludibus inuisit, virtute atque agilitate terribilem, periculosamque Romanis finibus eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit: Alemanos attriuit, secundum Pomponium Latum. Burgundionum quoque nouorum hostium nouum nomen, qui plus quam 80000. vt ferunt, armatorum, ripæ Rheni fluminis infederunt. Hos quondam, subacta interiore Germania, à Druso & Tiberio ad optiuus Cæsaris Augusti, per castra dispositos, aiunt in magnam coaluisse gentem, atque ita etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra habitacula per limitem constituta, Burgos vulgò vocant: eorumque esse præualidam & perniciosam manum, Galliæ hodie testes sunt, in quibus præsumpta possessione consistunt, quanuis prouidentia Dei omnes Christiani modo facti, innocenter viuunt, non quasi cum subiectis Gallis, sed verè fratribus Christianis. Hæc Orosius. Eo tunc tempore Hilarius Pictauiensis episcopus moritur, S. Martinus episcopus Turonensis ordinatur, Eusebius quoque Vercellensis moritur. Athalaricus rex Gotthorū, Christianos sue gentis persequitur. Demum Valentinianus imperij sui anno xj. cum gens Sarmatarum se per Pannonias diffudisset, bellum contra eos parans, apud Brigitionem oppidum, dum legationibus responderet, anno ætatis sue 35. subita per nares sanguinis effusione, quam Græci apoplexiam vocant, voce amissa, sensu & memoria integra expirauit. Reliquit autem filios duos, Gratianum ex priore vxore, Valentinianum ex Iustina. Eo autem mortuo, Italiæ milites filium Valentinianum puerum adhuc, imperatorem constituunt anno Domini 377. cuius imperium frater Gratianus & Valens patruus, licet ingratis, quia eis ignorantibus factum fuit, tamen postea susceperunt. Eodem tempore, vt scribit Theodorus in tripartita lib. 7. cap. 11. Messalianorum, quos oratores appellant, hæresis est exorta, aliàs *Enthusiastæ vocati. Isti cuiusdam dæmonis in operationem expectant, & hanc S. Spiritus præsentiam arbitrantur. perfectiores ex his, auersantur operationem manuum, tanquam malignam, somno indulgent, & iniquitatum phantasias appellant prophetias, dicentes diuinum cibum nihil prodesse, nec laedere. Celant tamen errores suos. Porro Flavianus episcopus Antiochenus, venenum hoc volens extinguere, vnum senem Asclepidium dictum vocans, & iuxta se sedere præcipiens, ait: Nos o senior, qui partem vitæ transiuimus maiorem, humanam didicimus naturam, & dæmonum machinamenta cognouimus ipso experimento: isti verò iuuenes spiritualia non nouerunt. Quapropter dicito mihi, quomodo credis spiritum contrarium recedere, & gratiam sancti spiritus aduenire? His verbis senem demulcens, omne venenum quod celabat, euomuit, nullam quidem vtilitatem ex baptisate baptisatis accedere, sed per solam studiosam orationem, inhabitantem dæmonem effugari dicebat: insuper vnumquenque nascentium à progenitore suo sicut naturam, sic etiam dæmonem trahere familiarem: & his expulsis per studio-

Procopius tyrannus.

Procopij disceptio.

Sæuitia Valentis in christianos.

Valentinianus.

Burgundiones.

S. Hilarius. S. Martinus. S. Eusebius.

Messalianorum hæresis. * id est, infantes, furiosi, aut spiritu affati.

diosam orationem; sanctum spiritum aduenire, & sensibilibus ac visibilibus suam designare præsentiam, atque corpori passionis motus cuiuslibet eripere, & animam à mala voluntate penitus liberare, ita vt nequaquam decætero egeat, neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenante, & progredi ordinatè edocente. Non solum autem qui hoc impetrauerit, corporis (inquit) exultationibus liberatur, sed aperte etiam futura præuidet, & sanctam Trinitatem oculis cernit. Hoc cum audisset Flavianus, ait seni: Verustissime malorum dierum, increpauit te os tuum, & non ego. Labia enim tua testantur aduersum te. Cumque hic languor cunctis innotuisset, de Syria quidam expulsi sunt. Post Valentiniani discessum, Valens cum Gratiano & Valentiniano iunior imperauit quatuor annis. Tum liber effrenata audacia legem dedit, vt monachi & clerici diuinis deputari, ad militiam secularem cogentur: quo tempore vastas Aegypti solitudines inhabitabant plures sancti patres & monachi: ad hunc locum milites imperatoris missi sunt, qui verè Christi milites nouo modo persecutionis à fide vel ab eremo abstraherent. qui & ibidem interfecerunt multa sanctorum agmina. Quia & eodem tempore mortuus est Athanasius, cum 46. annis per multa pericula rexisset sedem episcopalem Alexandriæ, in cuius vita Valens Alexandriam vel Aegyptum distulit commouere, eo quod audiuisset virum à cuncta diligi plebe, metuens ne fortè seditione facta, Respub. turbaretur. mortuus est autem anno Domini 378. Sed & Athanasius moriens, successorem sibi delegit Petrum, cunctis nobilibus, plebe & sacerdotibus, volentibus. Is autem Athanasij sudoribus particeps fuit. Cumque eum in pontificali sede constituisset, repente iudex prouinciæ, paganorum populum congregans & Iudæorum, Ecclesiam circumspectans, Petrum exire præcepit. Petrus itaque vir mirandus, insperatum respiciens bellum, latenter egressus est. Conscendensque nauem, profectus est Romam. Transactis autem diebus paucis, Euzoius ab Antiochia venit cum Lucio, & ecclesias ei tradidit. Ingressi autem Lucio Alexandriam, dicebant gentiles: Bene venisti episcope, qui filium non defendis, id est, minorem patre tenes. Ipsius autem primo ingressu tanta & turpia in virginibus & continentibus ecclesiæ gesta sunt, quæ in persecutionibus gentilium non memorantur. vestes enim sanctarum virginum dirumpebant, nudasque per vrbes circumferentes, turpitudine, prout poterant, illis illudebant. Quendam veste genitalibusque nudatum, in Ecclesia turpem concionatorem contra Christum fecerunt, pro sacris verbis scelera proferentem, laudantem luxuriam, impietatem, masculorum concubitum, furtum, cibos, potus. Post fugas ciuium, inquit Ruffinus, & exilia, post cædes & tormenta flammisque, Lucius ad monasteria furoris sui arma conuertit. vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. tria millia & amplius simul per totam eremum dispersos aggreditur: at illi contra obiectabant gladijs ceruices, & nil aliud dicebant, nisi: Amice, ad quid venisti? Infelix Lucius incolas sequaces Antonij expulit, eorumque sanctissimos præfules, Macarios duos, Isidorum & ceteros, speluncis suis eiciens & relegans. Cumque iussisset Valens omnes catholicos ab Edissa ciuitate expelli, quædam mulier, dimissa domo, filium paruulum in vlnas accipiens, ad ecclesiam currebat. currenti sic, præfectus: O infelix, ait, quò sic indecenter curris? At illa: Quò alij. Ad hæc præfectus: Nunquid audiisti occisuros repertos in ecclesia? Audiui, inquit, & ideo festino, vt inueniar inter illos. & de puero interrogata, respondit: Vt mecum pergat ad Dominum. Ob quod ille recurrens ad principem, dixit omnes paratos esse ad mortem, imperium verò esse omnes occidere: & sic ab ira reuocauit principem. Postea præfectus cogens catholicos aut Arrianis communicare, aut in exilium ire, cunctis tacentibus, ait duci eorum Eulogio: Cur tacetis? Non oportet, inquit, nil interrogatum respondere. At ille, Nonne vobis omnibus locutus sum? & ille, Pastorem habeo, & illius nutibus obedio. mox præfectus 80. ex eis misit in Thraciam. Interea Valente furentem apud Antiochiam, erat ibi Affrates monachus, quem de palatio respiciens imperator transeuntem, vilissimo indutus pallio, & longæua senectute properantem, dixit ei: Quò vadis? Pro tuo, inquit, oraturus imperio. Cui imperator, Oportebat te domi orare: Bene, inquit, si permitteres, & hoc ago, donec oues Christi pace perfruantur. Hoc audito, imperator interminat, tacuit. statim vnus ex satellitibus asperè viro sancto locutus, mente capitur, & in feruenti aqua extinctus est. Cum Arriani obtinissent à Valente, vt eijceret Christianos ab Ecclesia Nicea, venit ad principem B.

Athanasius moritur.

Lucij sæuitia in Christianos.

Matt. 26.

Mulieris constantiæ.

Affrates,

Basiliius pro Christianis: tunc Demosthenes praefectus epularum, patrocinando pro haereticis fecit barbarismum. Cui Basiliius: Tuum est, inquit, de pulmentarijs cogitare, & non diuina dogmata decoquere. Qui mox confusus abiit. Valens Basilio ait: Vade & iudica inter partes, sed non secundam immoderatum amorem populi tui. Tunc abiit, & ait ad Arrianos: Venite vos, & catholici, & clausam ecclesiam utriusque signate. & post tres dies, si orationibus vestris aperitur, vestra sit: sin autem & nobis idem facientibus non aperitur, accipite eam. quod & factum est, & aperta est Christianis, non Arrianis. nam facta oratione à Christianis, contriti sunt vestes, & ceciderunt claues cum pessulo, ac vento superueniente aperta sunt portae, praecinente Basilio: Attollite portas principes vestras &c. ob quod miraculum multi Arrianorum conuersi sunt ad fidem. Cum autem Maximus praefectus Basilium niteretur subuertere nunc blanditijs, nunc minis, ille intrepidus respondit, adolescentibus haec verba congruere. Tum praefectus, Pro vno verbo *δημοσίον* non est tanta persecutio suscitanda. Respondit Basiliius: Qui diuinis saginantur eloquijs, de diuinis eloquijs nec syllabam corrumpere patiuntur, sed pro his omnes mortis species amplectuntur: amicitias autem imperatoris magnas cum pietate iudico, sine qua potius perniciem appello. Cumque praefectus vocaret eum stultum, Hanc, ait ille, stultitiam semper habere exopto: & cum sibi minaretur mortem, ait Basiliius: Vtinam dignus essem. & cum ei daretur nox media ad deliberandum à praefecto, ait Basiliius: Craftino ipse ero qui nunc tu te vtinam non mutes. Eadem nocte vxor imperatoris valde cruciatur, & qui erat ei vnicus filius, paternae impietatis exoluit supplicia. quare misit imperator ad Basilium, rogans vt pro se ac eius imperio Dominum exoret, sed & eius constantiam admirabatur, amplexatusque est: & quia leprosus & pauperes Basiliius respiciebat, Valens ei ad hoc opus optima praedia donauit. Verum Valens paulò post ab Arrianis persuasus, priorum oblitus, admonuit rursus Basilium, vt Arrianis accederet: & cum refutaret, legem de eius scribi praecipit exilio: quã volens subscribere, apicem vnus complere non valuit. calamus enim contritus est. cumque, secundò & tertio calamus hoc pertulisset, tunc enim ambabus manibus volentem complere, tremor inuasit, & chartam rupit, ostenditque creator omnium Deus in hoc potentiam suam. Tunc Valente Antiochia furentem, reuocatus liber Themistij philosophi, scribentis quòd propter discordiam ecclesiasticam non deberet esse ita infestus Christianis, cum apud paganos sectarum differentia videretur, & vnusquisque in sua sententia permaneret, & fortè hoc Deo magis gratum esset, dum non facile cognoscitur, & diuerso modo glorificatur, vt vnusquisque magis timeat, dum integritas scientiae eius, vel quomodo vel qualiter vel quantus sit, magis ignoratur. Narrat Rufinus, quòd per idem tempus Mamia Saracenae gentis regina, frequentibus bellis circa Arabiam Romanum contriuit exercitum, & orata pacem, respondit pacem daturam, si Moyses monachus in illa eremo, suae genti ordinaretur episcopus, cuius merita ac signa tum claruerunt. petitionem eius Valens imperator sine cunctatione iubet fieri. captus est Moyses à ducibus, & Alexandriam ductus, vt ordinaretur episcopus. sed cum Lucius sedem episcopalem occuparet, dicebat coram omnibus Moyses: Ego me non esse dignum tanto sacerdotio iudico. veruntamen si aliquid per me Deus adimplere vult, ipsum caeli & terrae Dominum testor, quòd Lucius sanctorum sanguine pollutus, super me non iniiciet manus. Tum Lucius: Quare, inquit, o Moyses tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Audi autem fidem meam, & tibi magis quam alijs crede. Tum ille: Desine, inquit, dolis me aggredi. Bene mihi est nora fides tua, quam protestantur serui Dei per metalla damnati, episcopi in exilium missi, presbyteri ac diaconi relegati, bestijs alij, alij etiam ignibus traditi. Nunquid potest verior esse fides quae auribus capitur, quam quae oculis peruidetur? Apud me certum est, quòd qui Christo credunt, haec non faciunt. & ita maiore dedecore deformatus est Lucius. Sed quia urgebat necessitas Reipub. admisit, vt ab episcopis quos truxit in exilium, sacerdotium acciperet, quo ferocissimae gentis pacem ligauit, & catholicae fidei consortia custodiuit. Eodem tempore daemone quidam per necromantiam à Valente consulit. lente consultus, quis post se esset imperaturus, quatuor literas demonstrauit, *Θ. Ε. Ο. & Α.* dicens, hoc nomen post Valentem imperij culmen suscipere. quo intellecto, multos peremit Valens, tyrannidem assumere suspicatus. occidebantur itaque Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicunq; in capite has quatuor literas habuisset. Inter quos etiam Theodosius vir fortis, ex Hispania genus ducens, est occisus. qui tamè paulò ante Firmum quendam,

Miracula
S. Basilij.
Psal. 23.

Basilij constantia.

Themistius

Regina Saracenicæ.

Moyse eremita libertas & constantia.

Valens demone consultus.

Theodosius occiditur.

dam, tyrannidem affectantem, Africam & Mauritaniam sibi subijcientem, iussu Valentis multis praelijs oppressum, ad voluntariam mortem coegerat, & sic Africam recuperauerat. De quo Theodosio, qui fuit pater Theodosij Magni, fertur, quòd cum iussus esset à Valente interfici, baptizari se fecisse, & mox iugulum percussori praebuisse. Hunnorum gens sub hoc Valente Gotthos persecuta legitur. hanc gentem à Nemroth descendisse, nonnulli scribunt, de quo aliquid tetigi in primo volumine, generatione xvij. Sigisbertus tamen & Vincentius in spe. histo. & plerique alij dicunt: Silimer rex Gotthorum, alias Getarum, filius magni Gaderici, post egressum à Scandiae, iam quinto loco principatum tenens, cum terras Scythiae cum sua gente intrasset, & quasdam magnas mulieres, Alirumnas dictas, reperisset, eas suspectas habuit, & ab exercitu deturbauit in solitudinem, quas tandem syluestros homines quos Faunos vocant, impregnasse quidam ferunt, deindeque genus Hunnorum ferocissimum prouenisse, quòd primum inter Maotides paludes minutum, tetrumque, nec alia voce notum, nisi quòd humani sermonis imaginem assignabant. Insidentes verò in vltioribus ripa, venationi tantum studuerunt, nisi quòd postquam creuissent in populos, fraudibus ac rapinis vicinarum gentium conturbabant quietem. Huius autem gentis venatores ceruam secuti, paludem Maotidem, quam imperuam putabant, pedibus transferunt, moxque Scythicam terram intrauerunt. Et cum alium mundum nec suspicati ante fuissent, admiratione ducti, ad suos redeunt, visa referunt, Scythiam laudant. Deinde omnes simul per viam, quam cerua docuit, transeunt: & quoscunque Scytharum obuiam habuerunt, occidunt. Hoc modo vicinas gentes superant. Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitate, victu, formaque dissimiles, frequenti certamine fatigatos subiugabant. nam & quos bello superare non poterant, vultus sui terrore fugabant. Pro luminibus enim puncta habebant, & filios suos prima die natos, ferro circa genas secabant. hinc imberbes senescebant. forma erant exigui, sed argutis motibus expediti, & ad equitandum promptissimi, scapulis latis, & ad sagittas ac arcus parati, ceruicibus erectis. Hoc tamen, quòd Faunis procreati fuerint Hunni, putant aliqui fabulosum. In eo tamen ferè scriptores concordant, quòd Gotthi ab ipsis Hunnis è Scythia fuerint expulsi, de quo Paulus Orosius: Gens, inquit, Hunnorum diu inaccessibleis seclusa montibus, erumpens, repentina rabie percita, exarsit in Gotthos, eosque sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus expulsi, id est, ex Scythia Asiatica. Vnde Antoninus, Vincentium & Sigisbertum sequens, conscripsit Hunnos, ducentibus venatoribus, ex Asiatica Scythia in Europam migrasse, & Gotthos Scythiae de partibus Europaeis, deique proprijs illorum sedibus expulisse: denique aucta tum audacia, tum armorum virtute, in Pannoniam venisse, ad alias deinde nationes. & Pius pontifex in historijs suis Hunnos, Maotidis palude transmissa, in Europam migrasse, omnemque barbariam inter Tanaim & Danubium occupasse tradit. Idem dicit se vidisse hominem, qui Scythicas lustrauerit partes, illumque affirmasse, quòd in Asiatica Scythia ad ortum Tanais amnis, homines eiusdem linguae cum Vngaris Pannoniam incolentibus inuenisset. & quòd tandem hic cum plerisque sacrae paginae professoribus religiosus de ordine Minorum, qui linguam illorum nouissent, illuc proficisci praedicandae fidei causa voluissent, sed dominus de Mosqua, qui Graecae perfidiae subditus est, Asiaticos Vngaros Romanae coniungi Ecclesiae, ac sacris imbui ritibus aegreferens, ipsos illac transire prohibuerit. ANNO autem Dominicae incarnationis 373. sub Damaso papa primo, & imperatore Valente, Vngarii in Scythia creuerunt in magnum populum, vnde inuadere statuunt Occidentales regiones, vt tradit Vngarorum historia. Et cum exirent, omni coetu computato, de centum & octo tribubus, decies centena & octoginta millia, de vnaquaque tribu decem millia armatorum virorum connumerauerunt. duxerunt secum mulieres ac liberos pariter & armenta: vnum praeterea rectorem nomine Cadar, virum prudentem & idoneum, qui lites sopiret, malefactoresque damnaret, constituerunt, decreto edicentes, quòd si rector ipse immoderatam daret sententiam, communitas illam irritum reuocare, errantemque rectorem corripere & deponere, si opus esset, valeret. Edictum etiam fuit, quoties res omnes tangeret, aut generalis expeditio fieri deberet, tunc mucro sanguine adpersus, per habitacula Hunnorum castraque deferri deberet, praecnis voce secuta: Dei & vniuersae communitatis praecceptum est, vt vnusquisque in tali loco compareat, auditurus quae fieri debeant. adiecta erat poena non comparentium mortis. De hacre B. Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiodam,

Hunnorum origo.

Scandiae

Mirum genus hominum.

Moscho-nia

Eruptiones Vngarorum.

Cadar dux Hunnorum.

la, scribit: Ecce subito discurrentibus nuncijs, Oriens totus intremuit, ab vltima Meotida inter glacialē Tanaim & Massagetarū immanes populos, vbi Caucasū rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quę pernicibus equishuc illucque volitantia, cædis pariter & terroris cuncta compleret. Cadar dux Hunnorū, transitū paludibus Meotidis, ac Gotthis gente robusta pulsus, tanquam turbo omnia vastare cœpit: breuiq; Hunni Bessos, Cumanos *, Albos, Sufdalos, dehinc Rutenos percurrentes, in nigram Cumanam, quę nunc Moldavia creditur, deueniunt. perdomitis in transitu vniuersis barbaris, à Tanai flumine tandem venerunt in Pannoniam. Hęc regio olim à panis vbertate, Pannonia denominata est, quę nunc ab Vngaris Vngaria vocitatur, vt legitur in chronicis Vngarorum ad Matthiam regem.

Sed Aneas Syluius, postea Pius II. dictus, negat Vngariam Pannoniæ terminos implere. Pannonia enim continebat ab occasu Noricum, Aenumq; amnē, ab ortu Mœsios ac Triballos & flumē Sauum, intra quos limites Austria magna portio clauditur, Stiria quoque. Imperiū autem gentis Vngaricę, multo latius est, quàm ipsa Vngaria, nam & Dalmata, quos & Sclaus, & Illyrici quos Bosnenses, & Triballi seu Mœsij, quos tum Seruios tū Rascianos appellant, & Getę, quos partim Valachos, partim Transsylvanos nominant, Vngarorum imperium subierunt. hanc prouinciam, quatenus circa Istrum extenditur, sub Octauiano Cæsare Romani primū obrinuere, Bathone Pannoniorū rege subactō. Dacorum etiam populus certam eiusdem regionis partem olim inhabitasse, tandem non sine turbatione secessisse, ac relicta pingui Pannoniæ tellure, maritima loca Noruegię proxima occupasse, ac sedem ibi fecisse, perhibetur. Conspecta igitur hac regione Hunni nō ulterius procedere, sed cū liberis & vxoribus ibidem manere statuerunt. Incolebant eisdē temporibus Pannoniam Longobardi, * Almani & Italici. erat tetrarcha quidā nomine * Matrinus Longobardus. Mœsia verò, Achaia, vtrique Thraciæ, Dalmatiæ & Macedoniæ, præsidebat quidam Romanus. Eodem tempore Detricus * Almanus de voluntate Ro. omni Germaniæ præsidebat. Iste Detricus per Ro. in auxilium Matrino vocatus est. Hi duces dum congregato iam grandi exercitu, deliberant diutius, occasionem dederunt Hunnis, quòd transmeato infra Scambriam fluuiō Danubio, noctis tempore in tentorijs quiescentē exercitum inuasērunt. fit ingens vociferatio & cædes maxima. nā Matrini & Detrici exercitus ex subita inuisione attonitus, non arma, sed fugam arripit, per Hunnos crudeliter trucidatus est. duces verò Detricus ac Matrinus agrē sunt elapsi. Manē tamen facto, contractis vndique per fugā copijs, Detricus ac Matrinus in Hunnos ducunt. fit maxima pugna. ceciderunt post longā stragem ex Hunnis centum & xxv. millia, de exercitu verò Detrici ac Matrini ducenta & x. millia. qua infelicitate moti, in Tulmam oppidum hinc ducunt se receperunt, quos paulò post Hunni obsidione cingere parant, sed occurrunt illis prædicti duces cum omni apparatu Ro. exercitus, fit cædes inaudita à manē vsque ad horam nonam: tandemq; Ro. exercitus terga vertit, ceciditq; Matrinus, Detricus vulnere accepto vix euasit. corruerunt ex Hunnis xl. millia, ex Ro. multò plures. per hunc modū Hunni stabiliti fuere, varia tamen fortuna vsq; ad tempora Attilæ vsi fuerunt, prout in sequentibus patebit. Erat eo tempore * Hermericus rex Gotthorum

Batho rex Vngarorū. Dacos olim alibi, ac hoc die habitasse.

Matrinus tetrarcha. Detricus Almanus.

* Hermericus.

* Valüber.

Vuintherus

Hunimudus. Thunimundus.

potentissimus, qui dū pararet resistere gēti Hunnorū, à suis est vulneratus, ob id quòd mulierem quandam ob merita occidi mandauerat: quā aduersam eius valetudinem audiens * Valumer rex Hunnorum, in Ostrogotthorum partē, cui Hermericus præerat, mouit exercitū, à quorū societate Visigotthi quadā inter se contentione disiecti erant. Inter hæc idem Hermericus senio grauatus, no. anno vitæ suæ est defunctus, cuius mors occasionē dedit Hunis præualeret Gotthis Oriētalibus, qui Hunis resistere non valentes, in antiquā Scythiæ patriam remeabant, Hunnorū ditionē accipientes. Vuintherus tamen Amulus Hermerici fratruelis principatus insignia rerinuit, qui & si potentia inferior, agrē tamen ferebat Hunnorū imperium. vnde pugna facta, primò vincitur, deinde regem Boar nomine, cum filijs suis & principibus crucibus affixit. quod non passus * Valumber rex, pugna Vuinthero occurrit. primo & secundo certamine magna strage victus prælio Vuintherus est interemptus, sicq; Valüber omnem populum Gotthorum in pace possedit conditione tali, quòd gens Gotthorum regulos suos nihilominus haberet. Vuinthero successit Hunimundus & illi filius suus Thunimundus, qui secundo regni sui anno contra Gepidas pugnans, magna victoria potitus, & casu extitit interemptus, quem ita luxerunt Ostrogotthi, vt per xl. annos alium non susciperent regem, quo eius memoriam diu retinerent, cuius filius Her-

mundus spernens regnum Gotthorum, propter Hunnorum dominium, cum filio suo Betherio ad Hesperias gentes se cōtulit, & sub Theodorico Gotthorū rege, tacita generis sui propinquitate, cum magna gloria militauit. Pari modo Valumbro defuncto, successit ei Madluchus pater Attilæ, post quē germani Madluchi Octar & Rohus, post quos successit Attila cum fratre suo Bleda, de quo generatione xvj. Visigotthi verò cum iam ab Ostrogotthis defecissent, eosq; ab Hunnis opprimi cernerent, territi legatos ad Valentē imperatorem mittunt, petentes, si Mœsiā eis ad habitandum permitteret, se legibus imperioq; suo victuros, spōdentq; se Christianos fieri, & tanquā murum pro imperio aduersus Hunnos cæteramq; barbariē fore. Annuit Valens, & susceptos in Mœsiā Gotthos pro tutela imperij, & quia Arrianus erat, dedit illis Arrianæ hæresis prædicatores & episcopos, à quibus peruersa hauserūt dogmatū rudimenta, sic Arriani potiùs quàm Christiani sunt effecti. decetero tã Ostrogotthis quàm Gepidis per Viphilam episcopum suum Arrianum, qui literas Gotthicas primus inuenit, & scripturas in eorum linguā etiam diuinas conuertit. Interea Aphricā in partibus Maurorum se gentibus imp. constituens, Africā vastauit. Igitur comes Theodosius, Theodosij qui postea imperio præfuit, pater, missus, Firmum cum suis oppressum, coegit ad mortem: qui cū Africā meliorē pristinis legibus reddidisset, ob repenti inuidiā à Valente insus est interfici. vnde baptizatus, post gloriosam seculi vitam, de vita æterna securus, percussori iugulum præbuit. Præfecit verò Valens Gotthis Lupicinum & Maximū Romanos duces. secuta est verò propter multitudinem, rerum inopia, cui ducum Romanorum auaritia occasionē dedit. nam negociationes Gotthis petentibus, cœperunt non solūm ouium boumq; carnes, verūm etiam canum & immundorū animalisū eis tradere, ad eò etiam asperi, vt pro pane vno & paucis libris carniū, mancipium cogentur persoluere: & mancipijs supellectilique deficientibus, filias eorum exposcunt.

Contigit autem, vt Lupicinus dux Frigidarium Gotthorum regem ad conuiuium inuitaret dolo: ad quem Frigidarius nil metuens, venit cum paucis: & dum in prætorio epulatur, clamorem suorum audiuit, quos Lupicinus trucidari iusserat: quod sentiens Frigidarius, non sine magna temeritate gladio euaginato velociter se prorupit, sociosq; à morte ereptos, ad necem Romanorū instigauit, qui nacti occasionem, maluerunt mori, quàm ita deficere. ilico in mortem ducum armantur. Illa diēs Ro. securitatem & Gotthorum ademit famē, cœperuntq; Gotthi iam non vt peregrini, sed vt domini possessoribus imperare, totasq; partes septentrionales, occisis Romanorum ducibus, vsq; ad Danubium sub suo iure tenere, Mœsię Thraciæque tributa imperare. Quod comperiens Valens, egressus de Antiochia, cū vltimā infelicitis belli sorte traheretur, sera peccati pœnitentia stimulatus, episcopos cæterosq; sanctos reuocari de exilijs imperauit. Itaque quinto decimo imperij sui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Visigotthis iam exercitatione virium rerumque abundantia infructuosissimis gessit: vbi pugna facta, primo statim Visigotthorum impetu perturbantur Ro. equitum turmae, & nuda pedum deseruerunt præsidia, mox legiones peditum vndique equitatu hostium cinctæ sunt, ac primū nubibus sagittarum obrutæ, deinde tanquam amentes metu per deuia fugientes, perierunt. Valens tunc sagitta saucius, verus in fugam, latere cupiens, in villa subito cū casa in quo latitabat, ignorantibus Gotthis, apposito igne crematus est, iusto Dei iudicio, vt ab ipsis igne cremaretur, quos ipse verā fidem petentes, in ignem traxit sempiternum. ANNO Domini 382. Gratiano & Valentiniano regnantibus, post mortē Valentis apud Mediolanū B. Ambrosius hymnos in Ecclesia canendos instituit, apud Thurones B. Martinus magnis clarebat virtutibus, totoq; orbe doctrina clari, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, & apud Bethleem Hieronymus. Igitur Gratianus cū inestimabile multitudinē hostium Romanis infusam sinibus cerneret, fretus Christi potentia, longè impari numero militum sese in hostem dedit, & apud Argentinam Galliæ oppidum, plus quàm 30000. Alemanorum interfecit. Deinde audiens Valentem defunctum, Thraciā, Daciam & Pannoniam genitales terras à Gotthis atque Hunnis & Alanis occupari, in Pannoniam accelerat. Ea tempestate Theodosius Theodosij à Valente nequiter occisi filius, habebatur nominatissimus, sed inuidia dissimilium in Hispania morabatur, vbi ortus & nutritus fuerat. Cumque imperator fratrem suum adhuc cerneret puerum, ab Hispania Theodosium vocatum, magistrum militiæ fecit, eumque contra barbaros misit. qui vadens, fortiter cum illis maximis Scythiæ gentibus pugnavit, Gotthos è Thracia expulit, & feliciter triumphauit. mox dux optimus exercitu disperso

Visigotthi.

* Viphilam

Theodosius comes.

Lupicinus. Frigidarius.

Valens interijt igne.

per vrbes, ipse velociter ad principem remeavit, & suorum triumphorum nuncius extitit. Quod dum imperator præ admiratione non crederet, inuidi dicebant eum fugisse, & exercitum prodidisse. At ille derogantes sibi rogat dirigi, qui viderunt multitudinem peremptorum, post paucos autem dies missi redeunt, preceptaque multa hostium millia narrauerunt. Inter hæc dux optimus per quietem vidit, quod sanctus Milcetus Antiochenæ vrbs episcopus eum indueret imperiali chlamyde, & corona caput ornaret. hoc cum ille manè referret per iocum cuidam amico, ille clarum dixit somnium hoc prælagire imperium. Auditis (vt supra) Gratianus nuncijs, de tanta strage facta lætatus, & fauentibus cunctis, Theodosium 33. ætatis suæ annum agentem, apud Sirmium purpura induit, Orientisque & Thraciæ imperio præficit. Post hæc Theodosio penè vsque ad desperationem ægotante, datur iterum occasio Gotthis belligerandi: diuisoque exercitu, Frigidarius ad prædandam Thesaliam & Achaiam digressus est, Alathens verò & Saphrach Pannoniam petierunt. Contra quos Gratianus cum exercitu venit, nec tamen armis fretus, sed gratia & muneribus eos victurus. nam foedus cum eis percussit, & victualia eis concessit, quod cum Theodosius conualescens accepisset, grato animo permisit, & ipse cum Athalarico qui Frigidario successit, foedus iniit, eumque Constantinopolim inuitauit, qui libenter acquiescens, dum urbem regiam ingrederetur, & à Theodosio cum omni auctoritate susciperetur, videns ædificiorum magnificentiam & exornati populi frequentiam, vrbs situm, nauiumque commeatum, ac regiam imperatoris ingrediens, & obsequia diuersaque officia conspiciens, valde admiratur. En, inquit, cerno quod sæpe incredulus audiebam. sine dubio Deus terrenus est imperator, & si quis aduersus eum manum mouerit, sanguinis sui reus erit. In tali ergo admiratione maximo honore à principe susceptus, paucis mensibus interiectis, rebus excessit humanis, cuius exequias princeps dignè peregit, & sepulturæ tradidit. Post cuius mortem omnes Gotthorum gentes benignitatem, magnificentiam, ac cæteras virtutes Theodosij inspicientes, sese voluntariè Romano dederunt imperio, militiaque illa dudum sub Constantino foederatorum renouata, & ipsi foederati sunt dicti. Theodosius itaque moderabatur Orientale imperium, & Gratianus cum fratre Valentiniano Occidentale optimis legibus tuebantur, ac lapsum Rempu. reparabant. Eodem tempore quidam Octauius dux Gelbesorum, Britanniam potenti manu obtinuit, & Ro. potestatem prorsus deleuit: contra quem missus est à Gratiano Maximus filius * Moliui, anunculi Constantinii, ex Ro. ducibus vir probus & strenuus, Octauiano persimilis, nisi contra sacramentū egisset, vt dicitur. Hic in insulam veniens, Pictos & Scotos bello pluries superauit, ac filiam Octauij in matrimonium cum regno Britannia accepit, quod tamen erat contra voluntatem Conani nepotis Octauij, qui tandem sæpe prælio victus, cum Maximo in amicitiam venit, & cum eo mare transiens, Armoricam expulsis Gallis cepit, & Britanniam minorem appellauit. Eo tum Pictos bello superauit. deinde subiugata Gallia, imperatorem se à militibus appellari fecit. erat tum Gratianus in Gallia, vbi Alanos veteri Ro. militiæ præferens, odium sibi confluxit. Quo intellecto, Maximus tempus adesse ratus, acceptusque à legionibus à Gratiano offensus, perterritum Gratianum atque in Italiam transire meditantem, opprimere studet. Itaque dolo Maximi circumuentus, & Lugduni occisus est. nam Andragatius simulans vxorem Gratiani aduenire, se in lectica aduehi iubet. Gratianus sperans vxoris aduentum, ocyus Lugdunum pergit ad eam suscipiendam. Continuo Andragatius eum occidit. Igitur Maximus, occiso Gratiano, facile totam Galliam occupat. deinde occupatis Gallijs, ad totius orbis adspirans imperium, cum incredibili bellico apparatu contra Valentinianum ad Italiam transire disponit. At Valentinianus in Italia degens, à matre Iustina, quæ Arriana erat, venena, quæ viuente viro prodere non audebat, hausit. Igitur apud Mediolanum posita, conturbare Ecclesiæ statum, comminari sacerdotibus exilia, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus fides patrum temerata fuerat, confirmarent: quo bello, Ecclesiæ murum validissimum pulsabat Ambrosium, eumque minis, terroribus, & omni genere oppugnationis fatigans, exilium promittit. sed quauis illa Iezabel spiritu pugnaret armata, resistebat tamen Ambrosius, Helix virtute repletus & gratia. Ipsa autem in ecclesijs garrere, animare & inflammare populos ad discordiam non desistebar: sed quod minus res ex sententia cederet, ad iniuriam putare, & pro hoc apud filium conqueri. vnde adolescentulus pro contumeliæ inuidia, quam falso confluxerat mater,

Theodosius IMP. 49.

Theodosius Athalarici suscipit.

Athalarici obitus.

Armorica Britannia minor.

Iustina Ecclesiam persequitur.

accensus, armatorum globum ad ecclesiam mittit: confringi ianuas, sacerdotem pertrahi, atque in exilium agi protinus iubet. Cumque de ecclesia iuberetur exire Ambrosius, ait: Ego spontè hoc nõ ago, ne lupis ouium septa tradere videar, aut blasphemantibus Deum. Hic, si placet, inquit, occide: hoc loco mortem prona suscipiam voluntate. Et cum populus singulariter diligens Ambrosium repugnaret, & trahentibus eum in exilium resisteret, indignata Iustina, vocauit quæstorem dictum Beniolum, iu-bens vt velociter proponeret legem, quæ fidem Ariminensis concilij confirmaret, aut cingulo priuaretur. Beniolum autem discingens se, balteum ante pedes Augustæ proiecit, dicens, neque illum honorem, neque maiorem velle se pro impietatis habere mercede. Ambrosius verò aduersus reginæ furorē non se manu defenabat aut telo, sed ieiunijs, continuatisque vigilijs, sub altari positus, per obsecrationes defensorē sibi atque Ecclesiæ Deum parabat. Interea cum audisset Maximus, quæ contra Ambrosium magnum veritatis prædicatorem agerentur, scripsit Valentiniano, vt bellū contra Ecclesiā solueret, nec paternam amitteret pietatem, adiecit etiam minas belli. mox postea assumens exercitum, properat Mediolanum. Quo Iustina cōperto, hoste simul ac impietatis conscientia perurgente, in fugam versa cum filio, exilia quæ Dei sacerdotibus parabat, prima fortitur. Porro Theodosius audiens quæ Iustina fuerant procurante gesta, fugienti Valentiniano rescipit, Non esse mirandum si imperatori terror, tyranno autem potestas accresceret, dum imperator pietati rebellis extitisset, tyrannus autem ei auxilium accommodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus, ille verò properaret armatus. Interfecto itaque Gratiano & Maximo, ac fratre eius Valentiniano expulso, Theodosius anno Domini 387. imperiū solus obtinuit, mansitque in eo annis xj. cum iam in Orientis partibus sex annis Gratiano viuente regnasset. Valentinianum tamē fratrem Gratiani, quandiu vixit, regnare permisit. Sub hoc Theodosio & Gratiano, dum adhuc in humanis esset, anno Domini 384. secunda principalis synodus in Constantinopoli 150. patrum cōtra Macedonium eiusdem vrbs episcopum, qui negabat spiritum sanctū Deum esse, temporibus Damasi papæ, Cyrilli Hierosolymitani, Nestarij Alexandrini, qui condemnata præfata hæresi, statuerunt canonē tres, tex. 16. dist. 4. secunda synodus. ANN O sequenti, qui est annus Domini 385. moritur Damasus papa, ac sepelitur in via Ardeatina cum matre & sorore in basilica à se condita. Eodem anno post dies vnum de viginti, Syricius natione Romanus, ordinatur episcopus. sedit annos xv. menses xj. Censuit hic pontifex ordines per interualla dandos. Manichæos præterea qui in vrbe erant, vetuit cōmunicare cum catholicis. poenitentes autem & redeuntes ad vnitatē orthodoxæ fidei, recipiendos esse censuit, si monasterium ingrederentur, atque ibi ieiunijs & orationibus se toto vitæ suæ tempore macerarent. viaticum tum demum ab Ecclesia recipiebant, vbi de optima vita eorum constabat. consecrari autem presbyterum ab episcopo tantum censuit. Instituit item, vt quicumque viduam aut secundam vxorē duxisset, ab officio Ecclesiastico pelleretur. hæreticos quoque per manus impositionem recipiendos censuit. Ille indixit continentiam diaconibus, de quo in c. plurimos. dist. 82. Item in Missa statuit dici, Cōmunicantes & memoriam venerantes. Theodosius interea iustis ac necessarijs causis ad bellū ciuile permotus, cum duobus Augustis, vnius interfecti vltionē, alterius restitutionē pararet, aduersus Maximum tyrannū, sola fide maior, sed longè minor vniuersi apparatus belli comparatione, prorupit: ab Oriente siquidē digressus, cum Orientalibus copijs Romā venit. Aquileiæ tunc Maximus confederat. Andragatius autē dux summā belli administrabat, qui astuto consilio omnes alpium ac fluminū aditus cōmuniens, dum nauali expeditione incautum hostē præuenire & obruere parat, spontè eadem quæ obstruxerat claustra, deseruit, atque marino itinere obuiam Theodosio parat. Sed Theodosius terrestri itinere festinās, nemine sentiente, vacuas alpes intrauit, atque Aquileiā, vbi Maximus cum paruis copijs erat, hostem illū trucem, & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa atque stipendia solo terrore exigentem, sine dolo & controuersia clausit, capit & occidit. milites enim sui, terrore maiestatis Theodosij vinctum tradunt, & sic occiditur. Andragatius autem comes, qui nauali expeditione incautum hostem præuenire parauerat, cognita Maximi nece, ac decætero Theodosio resistere desperans, præcipitem se in vndas dedit. sicque submersus, vitam finiuit. Ita perijt Maximus, alioqui vir laude dignus. eo enim imperante in Gallia, B. Martinum episcopū sapius euocatū intra palatium, multū honorabat, totusque cū eo sermo de futuris, de fidelium gloria, de eternitate

Beniolum quæstor, viropius.

Maxim⁹ Iustinam cum Valentiniano fugat.

Synodus Constantinopolitana.

Syricius natione Romanus.

Theodosius vindicauit Gratianum.

Andragatius comes.

Maximi laus.

sanctorum erat. Et cum ad hunc venientes egeri episcopi, foeda adulatione notarentur, sola in Martino apostolica auctoritas residebat. nam & si aliquando pro hominibus supplicandum foret, imperavit potius quam rogavit. sed ad conuiuium Maximi rogatus frequenter, abstinuit, asserens se eius mensa non posse esse participem, qui contra sacramentum legitimos imperatores, vnum vita, alterum regno priuasset. Sed cum Maximus non sponte se imperium sumpsisse diceret, impositam sibi à militibus imperandi necessitatem armis defendisse, & non alienam ad eum à Dei voluntate videri, penes quem iam in credibili euentu victoria fuisset, nec vllus aduersarius, nisi in acie cecidisset: tandem victus Martinus ratione vel precibus, ad conuiuium imperatoris venit, mirum in modum gaudente imperatore, quod illud impetrasset. Aderant illustissimi viri, *Euodius praefectus idem & consul, quo nihil iustius vnquam fuit: comites duo magni, frater imperatoris & patruus: medius autem Martini subdiaconus, iuxta regem Martino in sella sedente. Media mensa pateram auream minister regi obtulit, at ille dare primum Martino annuit. Martinus ubi bibit, pateram presbytero suo tradidit, praefereus eum imperatori, quasi dignior. Deinde cum ad occupandam urbem ac Italiam Maximus properaret, B. Martinus edixit, si hoc attetaret, parvo post tempore eum periturum, quod & ita euenit. Ad Theodosium redeo. occiso Maximo, ipse Valentinianum restituit, ac Italia recepta, magnis copijs contra Maximi filium adhuc in Gallijs imperantem, properavit: quem primo praelio victum, occidit. & sic omni illa tyrannorum multitudine eliminata, regna Occidentalia sub suam ditionem recepit, atque temp. in Gallijs restituit, posteaque relicto Valentiniano Romam, ipse Constantinopolim remeavit, moxque summa cura, summoque studio pulsus ubique haereticis atque paganis, cultum Christianam religionis ubique dilatare curavit atque instituire, & contra paganorum ritus totis viribus insurrexit, lege data, omnia ubique idolorum templa in toto Romano imperio mandauit euerti. nam usque ad tempora sua idola colebantur à gentibus. Antè tamen quam rediret Constantinopolim Theodosius, in Romana urbe positus, multum profuit ciuitati. duas enim res confusione dignas abstulit. Erant Romae domus maxima, ad panes coquendos fabricatae pro vniuersa ciuitate. horum mancipios, tempore procedente, *pistrinam publica latrocinia fecerunt. cum enim essent loca subterranea, meretrices in eas instituunt *foricas, ita ut venientes pro pane, ut placebat, in molam arte factam de taberna caderent. hoc maxime patiebantur peregrini, & ita fiebat, ut multi usque ad senectutem non possent exire. In huiusmodi laqueum quidam miles Theodosij incurrit. cumque fuisset clausus ad molam, euaginato gladio plures occidit, alij terrore detenti, militem emiserunt. Hoc agnoscens imperator, mancipios interemit, & ipsam pistrinam destruendam funditus esse praecipit. Alium rursus abrogauit errorem: Si qua mulier in adulterio capta fuisset, includebant eam in angusto prostibulo, & admiserunt qui cum ea fornicarentur, hora coitus tintinnabula percutientes, ut iniuria illius sic fieret manifesta. Hanc audiens imperator, prostibula destrui iussit, alijsque poenis adulteras sanciebat affligi. Reuertente (ut praedixi) Theodosio ab Hesperijs partibus, venit ad eum Amphiloichius vir admirandus, supplicans ut Arrianorum concilia de ciuitatibus singulis arceret. Verum imperator crudelem aestimans petitionem; bonis modis reducendos putabat. At sapientissimus Amphiloichius altera die palatium ingrediens, videns Archadium filium Theodosij ad stare patri, accessit, & Theodosium solenniter, ut erat vir famosissimus, salutauit, neque Archadium respexit. At imperator putans eum non vidisse filium, inuitauit Amphiloichium ad filij osculum. At ille, Sufficit. Contristatur imperator, contumeliam iudicans. Ad hanc Amphiloichius clamans, Vides o imperator quemadmodum filio tuo non pateris contumeliam irrogari? crede sanè, omnium Deum abominari eos, qui eius vnigenitum filium blasphemare contendunt, & velut ingratos semper habere in odio. Hoc audiens imperator, & gesta simul dictaque miratus, legem repente protulit, & haereticorum concilia prohiberi mandauit. Caetera in sequenti generatione dicentur. Habebat autem imperator & aliam vtilitatis occasionem, per quam triumpharet: coniugem habuit nomine Placillam, ex qua duos sustulit filios Archadium & Honorium. ea defuncta, Gallam Valentiniani senioris & Iulianae filiam duxit, quae ei Placidiam genuit, cui post de matris nomine, Gallae nomen accessit. Placilla haec non regni fastigijs eleuata, sed potius diuino amore accensa fuit. repente nanque ut venit ad purpuram, claudorum atque debiliu maximam habebat curam, non ministris vtens, sed suis manibus agens, & ad eorum habitacula veniens,

* Euodius

Theodosij
Romae duo
scelera abstulit.* ex pistrina
speluncae latronum
fecerunt.Pena in
adulteras.Amphilo-
chi vir ad-
mirandus.Placilla pij
sima Theo-
dosij vxor.

ens, vnicuique quod opus erat, praebens. sic etiam per ecclesiarum xenodochia discurrens, ministrabat infirmis, ollas eorum lauans, inde gustans, panem frangens, cochlearia offerens, calicem diluens. His autem qui eam retrahere volebant, dicebat: Aurum distribuere, opus imperij est. ego pro imperio haec offero bona mihi omnia conferenti, & viro suo saepe dicebat: Oportet te o imperator semper cogitare quid fueris, quid modo sis. haec si semper cogitaueris, ingratus benefactori tuo non eris, sed imperium quod suscepisti, legaliter gubernabis, tuumque placabis authorem. Eodem tempore abolita fuit confessio vocalis in Constantinopoli. refert enim Sozomenus lib. 9. in Tripartita, c. 35. ita scribens: Quoniam omnino non peccare diuinum & ultra humanam naturam esse dinoscitur, peccantibus autem & poenitentiam agentibus veniam Deus dari praecipit: qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt: propterea visum est antiquis pontificibus, ut velut in theatro sub testimonio Ecclesiastici populi delicta pandantur. Et ob hanc causam presbyterum bonae conuersationis, seruantemque secretum ac sapientem virum statuerunt, ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria fatebantur. at ille secundum vniuscuiusque culpam poenitentiam ingerebat, quod etiam, inquit, haecenus diligenter seruatur in Occidentalibus Ecclesijs, idque antiquitus Romani pontifices seruauerunt. Porro Constantinopoli presbyter super poenitentes fuit usque ad illud tempus, quo quaedam mulier nobilissima, dum peccata sua fuisset confessa, & ei à presbytero esset praecipitum ut ieiunaret, & Deo operibus supplicaret: dum hoc obseruaret, crebrius in ecclesia cum diacono se concubuisse confessa est. hoc dum populus agnouisset, sauebat super sacerdotes, quasi per eos iniuria facta fuisset ecclesiae. Tunc Nectarius episcopus remouit diaconum sceleratum, & quibusdam suadentibus, ut singulos ad communicandum iudicio conscientiae suae relinqueret, etiam presbyterum nequaquam super poenitentes esse praecipit. & ex illo tempore antiquitatis consuetudo sublata est, dum, inquit, ut arbitror, maiora peccata pro pudore confessionis & subtilitate examinantium patrantur. Contigit quoque sub eodem Theodosio, quod Sabbatius quidam ex Iudaeo Christianus factus & presbyter, affirmaret pascha secundum Iudaeorum obseruationem celebrari debere, resuscitans antiquam altercationem: sed eo adiurato, plures episcopi regulam de paschae festiuitate protulerunt, quod singulis liceret quo vellent die celebrare pascha, ne propter discordiam festiuitatis, diuiderent ecclesias: de quo sub Victore papa, ut supra generatione vij. dictum est. Vnde Eusebius in ecclesiast. hist. lib. 5. ut scribit, c. 23. quod quidam quattodecima luna putabant pascha obseruandum, quando Iudaeis agnus praecipitur immolari: & tunc eo die solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis alijs vnquam obseruata fuisset. ob quam causam concilia episcoporum habita sunt, prorogatisque ad se inuicem epistolis de singulis quique locis, vnum omnes ecclesiasticum dogma confirmant, ne liceat aliter, nisi in Dominica die, in qua Deus surrexit à mortuis, Dominicum paschae celebrare mysterium. praefuit concilio Victor. extat etiam concilij apud Caesaream habiti decretum, in quo fuerunt Theophilus Caesareae episcopus, & Narcissus Hierosolymorum sacerdos. Sed contradicentes episcopi regionis Asiae, seruandam à veteribus sibi traditam aiunt consuetudinem, ut pascha xiiij. celebretur die. Refert enim Polycrates, Philippum & duas eius filias prophetissas ita seruasse, insuper Iohannem euangelistam, & post illum Polycarpum martyrem, & plures alios. Sed contra hos Victor papa literas mittit, in quibus omnes simul Quartodecimanos absque discretionem ab Ecclesia segregabat. sed hoc non omnibus placuit. Vnde Ireneus cum Galliarum episcopis Victori scribit, confirmans quidem ut in Dominica die resurrectionis Domini pascha celebretur: sed arguit eum non recte fecisse, abscindere à corporis vnitatem tot & tantas ecclesias Dei, quae morem antiquitus sibi traditum custodirent. Non solùm, inquit, de die paschae agitur, sed & de ipsa specie ieiuniorum. quidam enim putant vna tantum die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij verò pluribus, nonnulli in quadraginta, ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuunt. nihilominus omnes isti, etiam cum variarent inter se ipsos, tamen pacifici fuerunt nobiscum semper & sunt, nec dissonantia ieiunij, fidei consonantiam rupit. Ita scribit Victori, praedecessores suos, aliter obseruantes non repulisse, asserens B. Polycarpum sub Aniceto Romam venisse, ac inter eos de hac quaestione ita certasse, quod nec Anicetus Polycarpo suadere poterat, ut non obseruaret ea, quae nouerat Iohannem discipulum Domini obseruasse: neque rursus Polycarpus Aniceto persuasit ea deserere, quae ille

Abolita vo-
calis confes-
sio.Nectarius
episcopus.De celebra-
tione paschaeIreneus epi-
scopus.

Varia ieiunij obseruatio.

ille dicebat à se Maiorum more seruari. & cum hæc ita se haberent, communicabant tamen sibi inuicem, & plena fide, & pace integra, & firma charitate discedebant, vt omnis ecclesia siue quæ ita pascha, siue quæ non ita obseruaret, inter se tamē concordiam custodirēt. Hæc Eusebius. Concordat Socrates in Tripartita: Quia, inquit, ex consuetudine quadam per prouincias celebratur pascha, id non variat in fide. Nam in ipsis ieiunijs aliter apud alios inuenies obseruari. Romani enim tres ante paschæ septimanas, præter sabbathum & Dominicam, sub continuatione ieiunant: Illyrici verò, * Alexandria quoque, ante sex septimanas ieiunant, & Quadragesimam vocant. Alij ante septem paschæ septimanas, ieiuniorum faciunt initia, & tres tantummodo septimanas, hoc est, quinis diebus per interuersiones aliarum duarū septimanarum ieiunantes, nihilominus Quadragesimam vocant. Sed etiam ciborum abstinentiam non similem habent. nam alij omnino ab animante se obseruant, & alij animantium pisces solummodo comedunt, quidam cum piscibus vescuntur & volatilibus, dicentes hæc, secundum Moysem, ex aqua habere substantiam. Alij verò etiam caulibus & ouis abstinere noscuntur, quidam verò pascentur sicco pane, alij neque hoc, alij vsq; ad nonam ieiunant, & sine discretione ciborum se reficiunt, & innumeræ consuetudines apud diuersos inueniuntur. vnde puto apostolos singulorum hoc reliquisse sententia, vt vnusquisque operetur non timore, non necessitate quod bonum est. nam nec Apostolus, nec euangelia iugum seruitutis imposuerunt, sed festiuitatem paschæ & alias celebritates honorandas esse dixerunt. Scribens enim Apostolus ad Galatas, inquit: Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non audistis? monet etiam nullatenus obseruandos dies & menses ac annos: Nullus, inquit, vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte festiuitatis, aut in initio mensis, aut in sabbatho, quæ sunt vmbra futuri. Et post multa Socrates: Mihi, inquit, videtur, sicut multa alia per prouincias ad consuetudinem venerunt, sic & paschæ festiuitas tradita est, eo quod nullus apostolorum aliquid hinc sanxisset. De his vide etiam, quod scripsi generatione vij. sub Victore. Per idem tempus mortua Placilla, necessitate ductus Theodosius, illationem imposuit, quam Antiocheni non ferentes, indignati, imaginem Placillæ ex furore deponunt, atque per plateas trahunt. Quo commotus Theodosius, misit milites ad incendium vrbs, & quod vastata, vicus fieret, priuilegia quoq; ei abstulit omnia. & dum ita sæuirent qui missi erant, Macedonius vir sanctus & simplex, habitans in montibus, accurrit: & equitantes per urbem duos exercitus magistros, descendere iussit. primum derisus, postquam intellexerunt de opinione & fama viri, descendunt de equis: quibus ille: Dicite, inquit, imperatori, quia non solum imperator est, sed & homo: ideo non solum penset imperium, sed & naturam humanam, & quod homo ad imaginem Dei factus est: si ita molestè fert iniuriam factam imagini vxoris, quæ vitam non habet, an non molestior Deo erit iniuria imagini suæ facta viuenti? possunt etiam homines pro imagine vxoris plures reponere, sed ad vitam resuscitare imaginē Dei potest homo nullus. His dictis, relatio fit ad principem: qui, vt erat religiosissimus, veniam libenter Antiochenis concessit. ANNO 360. generatione xij. ossa S. Andree apostoli, & Lucæ euangelistæ & Timothei, Constantinopolim translata sunt. Anno 361. Paulinus Treuitorum episcopus in exilio obiit, Hilarius Pictauiens. à Constantio in Phrygiam relegatus est cum Dionysio Mediolan. & Eusebio Vercellēsi. Anno Domini 362. Augustinus nascitur. Anno 363. Constantius moritur. Anno 364. Claudius Iulianus accipit imperium, anno sequenti occiditur. Anno 366. Iouinianus imperator eligitur. Anno 367. Valentinianus imperator appellatus est. Eodem anno Valenti fratri regnum Orientis dedit, pro se Occidentale retinens. Anno 368. Damascus papa efficitur, & cōtra eum Ursicinus eligitur. Anno 369. lana pluuiæ permixta pluit. Anno 370. Hilarius Pictauiens. obiit. Anno 371. Athalaricus rex Gotthorum Christianos in sua gente persequitur. Anno 372. Eusebius Vercellenis & Lucifer Caralitanus obierunt. Anno 373. Valentinianus Saxones perdomuit cæde in Francia. ANNO 374. Didymus claruit. hic cum prima ætate elementa literarum ignoraret, luminibus orbarus, maiori desiderio veri luminis inflammatus est, precabatur asidue, vt illuminationem cordis acciperet: adhibebat laborē ac studia ad audiendum, ita breui in tantam diuinarum humanarumque rerum scientiam peruenit, vt scholæ ecclesiasticæ doctor existeret, ab Athanasio cæterisque sapientibus probatus: sed & in cæteris dialecticæ, geometriæ, astronomiæ & arithmeticæ disciplinis ita erat peritus, vt nullus vnquam philosophorum aliqua ex his artibus proponens, concludere eum

Gal. 4.

Col. 2.

De iniuria Placillæ facta.

Macedonius vir pius.

Ossa sancto rii translata

Didymus.

quiuerit. eius scripta in magna omnium admiratione habentur. hunc B. Antonius semel consolatus: Nihil, inquit, offendat te Didyme, quod carnalibus oculis videris orbus. desunt enim tibi oculi quos mures & muscæ habent, sed latere quod habes oculos quales angeli, & quibus Deus videtur, per quos lumen scientiæ accenditur. Hunc Didymum Hieronymus lib. de viris illustribus valde cōmendat. ANNO 375. B. Martinus Turonis episcopus ordinatur. Anno 377. Valentinianus, rupta vena nuper incisa, moritur. Anno 378. Basilius Cæsareæ Cappadociæ claruit. Anno 379. Athanasius migrat ad Dominum. Anno 380. Gotthi ab Hunnis expulsi, diffunduntur per Thraciam. Anno 381. Gotthi fame compulsi, rebellant Valenti, eumq; occidunt. Anno 382. Gratianus imperium suscipit cum fratre Valentiniano. Eo tempore apud Mediolanum Ambrosius emicuit, apud Berhleem Hieronymus, Martinus Turonis, Gregorius Nazianzenus signaculum castitatis integrū custodiens, cum philosophiæ studijs adhuc iunior apud Athenas floreret, vidit per soporē duas decoras dextra lauaq; fœminas confedentes, familiaris eum complectentes: Ne molestè accipias, vna inquit: altera ex nobis sapientia, altera castitas, missæ sumus habitare tecū. De eo Rufinus lib. xj. ecclesiasticæ historiæ. Gregorium Cappadocia cum Basilio germinauit, ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo adiutorio Dei digressi, ad prostrandū rhetoricā rogabatur, quod opus magnificè impleuit Basilius, Gregorius verò magnificentius contemnebat: quidq; cum se totum Dei seruitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, vt sedentem Basilius de doctoris cathedra deponeret, ac secū ad monasteriū manu iniecta perduceret. Igitur post annos xij. quibus in eodem diuinis literis inhiabant, Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus factus est: Gregorius verò apud Nazianzon oppidū in locum patris episcopus subrogatus, hæreticorum turbinem fideliter tulit. fuit autē tantæ authoritatis inter antiquos, secundum Thomā in prima parte, vt nullus ausus fuerit reprobare sententias vel dicta eius. ANNO 383. S. Basilius obiit Cæsareæ episcopus. Anno 384. celebratū est concilium Constantinopolitanū contra Macedonium sub Damaso papa, Gratianoq; & Theodosio imp. Damascus obiit. Anno 385. Syricius papatum suscipit. eo tempore Priamus & Antenor imperabant Francis. Anno 386. Theodosius Archadiū filium consortē regni facit. Anno 387. Maximus tyrannus ex Britannia in Gallias veniens, regnumq; vsurpans, Gratianum apud Lugdunum occidit. Anno 388. Theodosius imperium Rom. obtinuit, Gratiano iam occiso apud Gallias, ac Valentiniano fugato. Anno 389. Theodosius Valentinianum restituit. In hac quoq; generatione Priscilianus in Hispania episcopus Ecclesiam perturbabat, personas S. Trinitatis confundebat, eundem dicēs esse patrem, qui & filius, qui & spiritus sanctus, quod pertinebat ad heresim Sabellianorum. sed & alios errores habebat. carnū enim escas pro immundis tenebat, coniuges viros à nolentibus fœminis separabat, & conuerso opificium omnis carnis non Deo vero & bono, sed angelis malis assignabat, animas eiudē nature & substantiæ esse dicebat, cuius est Deus, & eas ad agōnem quendam spontaneum, non tamen in terris exercendum, per septem cælōs & per quosdam principatus gradatim descendere, & in malignum principem incurrere, à quo mūdum istum factum esse dicebat, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari: homines verò fatalibus stellis colligatos, corpusque nostrum secundum xij. signa cæli compositum esse dicebat, constituens arietem in capite, taurū in ceruice, geminos in humeris, & sic deinceps. Super his audiendus in concilijs episcoporum, Romam perijt, ibiq; à sanctis Damaso & Ambrosio repudiatus, in Gallijs quoque à sancto Martino & alijs episcopis in synodo Burdegalensī hæreticus iudicatus. Vbi verò se damnandum intellexit, Maximum imperatorem appellat, à quo auditus & episcopatu pulsus, Treuiris ab Euno dio præfecto perimitur cum multis sequacibus suis, edicente imperatore, vt huius sectæ complices in Hispania perimerentur. Deinde episcopi Hispaniæ Ithacium & Vrsatium episcopos accusatores Prisciliani, communionē ecclesiæ priuant, nefas esse dicentes, cuiuscunque modi hominem episcoporum accusatione necari, Maximo imperatore & quibusdam episcopis Ithacium & Vrsatium defendentibus. Et hac de causa S. Martinus à Maximo imperatore molestabatur, quia nolebat communicare Ithacianis. vix tamen obtinuit, vt Priscilianistæ alij non occiderentur. ANNO Domini 389. cum Maximus Britanniam occupasset, & postea Galliam, in qua Armorica, Britanniam minorem vocauit, & occiso Gratiano, Valentinianoq; fugato, ex Britannia insula multa millia puellarū in Armericam traduci iussit, vt ibi generarēt, &

Gregorius Nazianzenus.

Basilius.

Priscilianus hæreticus.

NON

Maximi in-
teritus.

non veniret commercium sanguinis in Gallos: hæc omnes aduersis ventis perierunt, propter quod consanguinei earum rebellabant. sed paulò post Maximus ipse occisus est à Theodosio ob necem Gratiani. Deinde Britannia aliquandiu regebatur per Gnanium regem * Hunnorum & Melgam Pictorum.

GENERATIO XIII.

Iohannes Da-
mascenus.

ANNO Domini 390. à condita vrbe 1149. incepit xliij. generatio, anno imperij Theodosij tertio, & Syricij vrbis Romę episcopi quarto anno. Quo tempore Iohannes Damascenus claruit presbyter & monachus. hic ab infantia literas Græcas didicit, & omnium liberalium artium scientiam breui tempore apprehendit, præcipuè tamen in amore Dei ac gloriosæ matris eius exardescens, de beata virgine horas quotidie persoluit. aliquantò post à Sarracenis capitur, ac præda cuidam præpotenti distribuitur: qui vt vidit eum eruditissimum, filium quem habebat, eidem tradidit imbuendum. ille puerum humiliter suscipiens, in artibus liberalibus, dictando, scribendo, legendo & cantando, doctissimum reddidit. Porro imperator Theodosius vt comperit Iohannis Damasceni rapinam, informatus denique de illius viri probitate, doctrina, singularique præ eminentia, mittit ac impetrat precibus & minis illum sibi condonari. Quo ægrè obtento, imperator iuxta suam voluntatem Iohanni monasterium, in quo cum fratribus Deo quietè seruiret, in vrbe cõcessit, vbi vitam duxit sanctissimam, adeò vt & ipse imperator frequenter ad eum veniret, & de statu regni ac salute animæ secum tractaret. Verum iuuenis ille quem docuerat in Perside, nequitie spiritu exagitatus, & fortè quòd ipsum Iohannem de vocatione habebat suspectum, epistolam iuxta dictamen magistri & manum, prout optimè nouerat, composuit, scriptamque Constantinopolim furtiuè misit, & in palatij loco, vbi citius à ministris videri posset, reponi fecit. Erat autem tenor huiusmodi: Dilectis amicis qui sunt in Perside, Damascenus Ioh. salutem: Noueritis imperatorem robur exercitus ad diuersa bella in nationes misisse, vrbeque, regiam & finitimas regiones vacuas esse. quare securi venite & victoriam vobis paratam, absq; mora viriliter obtinete. Inuenta est igitur epistola, & mox imperatori tradita, forma ac character scribendi, dictamen & nomen Iohannis conueniunt. vnde subito tanquam proditor vincens, adducitur. Tum imperator factò silentio, suspirans ait: O nequissime, beneficijs meis ingratus, malum mihi pro bono reddidisti, & quantum in te est, patriam prodidisti. ostensaque epistola iubetur respondere. visa epistola, fateor, ô imperator, formam scribendi ac genus dictandi meum hoc esse: sed testis est mihi Deus, quòd omnino hanc non feci. Cumque omnes in eum perspreperent, iudicio sistitur, & quia amicus antè fuerat imperatoris, manus dextra sibi amputatur. Quo factò, gratias Deo egit, manus truncata, suspena est ad portam monasterij eius. ille mox imaginem B. Mariæ sibi familiarem accedit mancus. extento brachio, piè cum virgine Maria rixatur: Hæcine nostrorum præmia meritum? hæcine tuorum beatitudo seruorum? Esto, ô domina, pro meritis me flagellari voluisti: sed vt quid permisisti instrumentum officij tui penitus truncari, quo laudes Dei ac tuipsum consueui perscribere? Et cum talia sapius lamentando peroraret, nocte quadam regina virginum affuit cum ingenti lumine, hilarique facie: Quid ais, inquit, puer meus fidelissime? Heu, inquit ille, ô domina, quid me interrogas? ecce ad meum, immo ad tuum dedecus pendet abscissa clientuli tui manus. At illa: Confortare, inquit, fili in Domino, manum tibi restaurare potest, qui totum hominem plasmauit ex nihilo. His dictis, ecclesiam petijt, manumque delatam eius brachio restituit. Tunc ille gratias ineffabiles agens, prima luce fratribus conuocatis manum ostendit, eosque secum ad glorificandum Deum inuicauit, Missam solennem de virgine Maria celebravit. Imperator, audito miraculo, pedes ad eum venit, & ore manum illius deosculas, veniam petit: & si quem cognosceret, qui suum dictandi genus & formam haberet, perquirat. mox Iohannes memor illius quem instituerat, seriem rei retulit: & sic inquisitione facta, veritas calumniatoris voce innotuit. ANNO Domini 391. Augustinus ad fidem conuersus ab Ambrosio, baptizatur, ex Carthagine honestis parentibus natus. hic in adolescentia liberalibus artibus ita plenè fuit eruditus, vt summus philosophus & rhetor luculentissimus haberetur. Et de se in lib. confessionum ait: Omnes libros artium, quas liberales vocant, quoscuque legere potui, per me legi & intellexi: & quidquid est de arte disserendi, de dimensionibus figurarum, & de musicis & numeris, sine magna difficultate, nullo tradente, intellexi. Scis tu Domine Deus, quia ce-

Damas per
litteras disci-
puli produ-
tur.Manus Da-
mas ampu-
tatur.Maria Da-
mascenoma-
nū restituit.Augustini
historia.

leritas intelligendi ac discendi, tuum donum est. Verum quia scientia sine charitate inflat, non edificat, ex gentilitatis errore incidit in hæresim Manichæorum, qui ponunt duo principia rerum, Deum scilicet authorem visibilium, diabolum inuisibilium, qui etiam asserunt corpus Christi non fuisse verum, sed phantasticum, id est, æreum, in quo errore permansit nouem annos. Cum autem esset annorum xix. ex libro Ciceronis exhortatorio ad philosophiam, magno affectu inuitabatur ad contemptum mundi & ad vacandum sapientiæ: refragabatur tamen quòd ibi non reperit nomen Iesu, quod à lacte matris imberbat, coepitque ei vilescere vanitas mundi. Mater eius Monica, defuncto viro, quotidie flebat pro errore filij. quadam autem die cum oraret mœrens, videt se stare in quadam linea lignea: cui apparens pulcherrimus iuuenis, quaesuit causam tristitiæ. quæ respondit: Perditionem filij mei deploro. Cui iuuenis: Esto secura, quia vbi tu, ibi ille. Respicensque, vidit Augustinum iuxta se in linea illa. Cum illa visionem hanc Augustino retulisset gaudens, respondit: Falleris mater: non sic tibi dictum est, sed vbi ille, ibi tu. Econtra illa: Non, sed vbi tu, ibi ille. Et cum pia mater sedula esset pro conuersione filij, accessit ad quendam episcopum sanctum, rogans vt loqueretur filio de illo errore, ac oraret pro ipso. Ille respondit: Adhuc inflatus est nouitate illius erroris, sed legens, inueniet quanta sit impietas eius. Et cum illa lachrymis adhuc instaret importunius, respondit episcopus: Vade secura, impossibile est quòd filius tantarum lachrymarum pereat. Postquam autem multis annis Carthagine rhetoricam legisset, clam matre nauem ascensens, Romam profectus est. paulò post Mediolanenses obtinuerunt, quòd eis ab vrbe missus est Augustinus, vt legeret in rhetorica. Antistes erat eo tẽpore Mediolani B. Ambrosius. hoc vt mater Augustini intellexit, secuta est filium usque Mediolanum. Frequentabat autem Augustinus sermones Ambrosij, qui cum quadam die diutius confurabat hæresim Manichæorum, sic euacuauit eum optimis rationibus, vt Augustinus ex toto hæresim illam à mente sua abdicauerit. Venit post ad Simplicianum, qui sibi suauiter baptismum suscipere, inde cum Alypio disputat amicissimo, & audies sanctum Antonium eremitam tanta pollere sanctitate, facie immutata ait: Quid patimur? surgunt indocti & rapiunt cælum, & nos cum nostris scientijs dimergimur in profundum. mox dimisso Alypio, solus intrauit hortum ipsius domus, ac nunc flebat, nunc se increpabat. de quo lib. confess. c. 8. Ego adolescens dixi, Domine, da mihi castitatem & continentiam, sed non modò: timebam enim ne me citò exaudires, & sanares à morbo concupiscentiæ, quam malui explere, quam extingui. Subiungit paulò post: Et dum fletum amarissima contritione cordis, ecce audiui vocem cum cantu dicentem quasi pueri: TOLLE LEGE: TOLLE LEGE. Et statim represso lachrymarum impetu, surrexi, nihil aliud interpretans, nisi diuinitus inberi vt aperirem codicem & legerem. Redij, & arripui codicem, ac legi in silentio capitulum, quo primò conuersi sunt oculi mei: Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nec vltra, inquit, volui legere, nec opus erat. statim enim diffugerunt omnes tenebræ, & conuertisti me ad te, vt nec uxorem quaererem, nec aliam speciem seculi. Super quo dicit Franc. Maro: Cum B. Augustinus ad carnis fuisset lubricitatem inclinatus, per talem lectionem fuit sanatus. Demum adueniente solennitate paschali, baptizatus est à B. Ambrosio, cum iam esset 30. annorum, cum Adeo dato filio suo, & amico Alypio. Tunc (vt refertur) Ambrosius inquit: Te Deum laudamus. & Augustinus respondit: Te Dominum confitemur. & sic alternatim ipsum hymnum usque ad finem ediderunt. Reliquit ex hoc tempore omnem spem & sollicitudinem seculi, pauloque post remeabat ad Africam, quem Valerius Hipponensis episcopus accersijt, & presbyterum ordinauit, ac prædicatorem verbi Dei instituit. Eodem tempore Fortunatus presbyter Manichæorum, versutia plurimos seducebat, quem S. Augustinus publicè disputans superauit. Sed & Faustum, aliosque Manichæos & Donatistas reuincebat, propter quod ei insidiabantur, prædicabantque, non esse peccatum eum occidere, sed remissionem peccatorum. Timens Valerius, ne aliquando suæ Ecclesiæ auferretur, impetrauit ab archiepiscopo Carthagenensi, vt ipse cederet episcopatu, & Augustinus præficeretur Ecclesiæ Hipponensi. Ita compulsus est episcopum agere, quod postmodum fieri non debuisset intellexit, vt scilicet viuente episcopo ordinaretur, propter vniuersalis concilij prohibitionem, quam post ordinationem didicit. Vnde fat-

1. Cor. 8.

Monica Au-
gustini ma-
ter.

Rom. 13.

Augustini
baptizatus.Disceptatio
August. cū
Fortunato.

egit in concilio episcoporum, vt omnia statuta patrum, ordinandis deberent ab ordinatoribus intimari. Ipse autem de se dixisse legitur: In nulla re sentio mihi Dominum sic iratum, sicut in hoc, cum vix dignus essem poni ad remum, positus sum ad amplustrem in apice regiminis Ecclesiae. Clerici Ecclesiae suae vivebant in communi, & ab eo dicitur ordo canonicorum regularium habuisse initium, de quo 12. q. 1. Nolo, & certe. Vestimenta eius nec abiecta nimium, nec nitida plurimum erant. mensa frugali & parca semper usus est, circa quam scriptum erat:

*Quisquis amat dictis absentem rodere vitam,
Hanc mensam vetitum nouerit esse sibi.*

Augustini
mores.

Pauperum semper memor erat, vt si necesse esset, sacra vasa in id opus conflaret, à beato edoctus Ambrosio. consanguineis ita prouidit, non vt diuitias haberent, sed aut non, aut minus egerent. foeminarum nullam, nec etiam germanam, secum habitare permisit. nunquam cum muliere solus loqui volebat, nisi secretum aliquod interueniret. raro pro aliquo literis vel verbis intercedere volebat, recolens quendam philosophum contemplatione famam, amicis multa non praestitisse, sed extorsisse: & saepe dicebat: Potestas quae petit, premit. Cum autem id faciebat, sic stylum temperabat, vt onerosus non esset, sed mereretur urbanitate dictaminis exaudiri. Volebat autem magis inter ignotos, quam notos, causas adire. Tria documenta refert se Augustinus ab Ambrosio recepisse: Primum, ne cuiquam coniugium procuraret: secundum, quod militarevolentem non commendaret: tertium, * ad conuiuium inuitatus non accederet. Ratio horum, ne inde malum eueniret. Et tandem cum esset annorum 76. anno episcopatus sui 45. Vandalis ciuitatem Hipponensem obsidentibus, migravit ad Dominum. Sed Hermannus Contractus scribit, Augustinum mortuum anno episcopatus sui 40. Claruit his temporibus Orosius, qui libros historiales scripsit 19. de historia, id est, miseria mundi, penitente vel iubente Augustino. hic liber commendatur xv. di. Sancta. Erat similiter his temporibus Rufinus presbyter Aquileiensis, de quo Heraclides ait: Erat Rufinus nobilium morum, & in singulari proposito satis fortium. quo nullus mansuetior & placidior, * tanquam omnia sciens, quae etiam dicit apud Hierosolimam cum S. Melania 37. annis degisse, pauperes & peregrinos sumptibus propriis fouisse. Verum quia Hieronymus notauit eum de libero arbitrio non catholice sensisse, in quibus ergo Hieronymus arguit eum dictis seu sententijs, Ecclesia eum reprobata, di. 15. sancta Ro. alias approbat. Scripserunt Hieronymus & Rufinus in alterutrum inuectiuas, vbi in fine dicit Hieronymus: In vno tibi consentire non potero, vt parcam haereticis. si haec est causa discordiae, quam habes erga me, mori possum, tacere non possum. Transtulit Rufinus lib. Eusebij Casareen. Ecclesiasticam historiam, & duos libros addidit. Per idem tempus respublica turbabatur. In Occidente grammaticus quidam nomine Eugenius, relinquens scholas suas, in palatio militabat, eratque imperatoris antigraphus, & propter eloquentiam à multis honorabatur. Tunc ergo, vt fertur, non mediocriter cogitans, cooperatorem assumpsit Arbogastem, de minoribus Gallijs ortum, militaris ordinis ducem. Quo facto, declinavit ad tyrannidem. igitur vterque, contra imperatorem Valentinianum neces machinabantur, cubicularios corruptentes eunuchos, qui tandem tyrannorum iussu principem dormientem suffocarunt: quod dum Eugenius Hesperiae agens intelligeret, imperium tyranno dignum ratus, inuadit. Haec audiens Theodosius imperator, rursus sollicitudinibus obstrictus, secunda certamina post Maximum praeparabat: congregansque militem virtutem, & Honorium filium designans imperatorem, sicut & Archadium prius etiam designauerat, denuo ad partes Hesperias magno studio festinabat. Interea euentum belli considerans, misit in Thebaida ad Iohannem eremitam tunc praesentia clarum, ad quem destinavit Eutropium eunuchum sibi fidelissimum, vt aut eum, si vellet venire, deduceret: aut nolentem de belli euentu consuleret. at ille venire recusans, renunciat tamen, bello eum victurum, & post victoriam in Italia moriturum. Relictis igitur Theodosius ambobus filijs Constantinopoli, paruo tempore venit manu maxima ad Gallias, vbi iam multa millia habebat tyranni exercitus: & cum in quodam monte oratorium inuenisset, illa nocte Domino supplicabat, & circa gallicantum soporatus vidit, quasi iaceret in campo, & adstarent ei duo viri vestibus albis, & in equis candidissimis residentes, eumque iubentes habere fiduciam, & diluculo armare militem, dicebant se pro solatio destinatos, quorum alter Iohannem euangelistam, alter se Philippum dicebat apostolum. Hoc visus, nequaquam ab oratione cessauit, & lachrymas vberiores effudit. quae visio etiam cuidam militi reuelata est, & cum

* ne ad conuiuium non inuitatus ac

Obitus Augustini.

Orosius.

Rufinus.

Eugenius.

Honorius designatur Imp.

Ioh. anachorita de victoria confusus.

fama

fama percrebuit: Non, inquit, propter me haec iste vidit, sed ne quis crederet, quia finxi quod ego vidi. Nam primo hoc mihi Dominus ostendit. Fit ergo congressio circa fluvium vocabulo Frigidum. vnde & in qua parte Romani contra Romanos pugnant, bella diu erant aequalia. tandem auxilia barbarorum ab imperatore conducta, terga dabant: vnde Eugenij potior esse coepit exercitus. quod videns imperator, in maximam venit aestuationem. prostravit se in terram, adiutorem innocens Deum. & frustratus non est: vehemens nempe turbo ventorum à parte Theodosij in ora hostium ruit. qui & ab eius parte, spicula missa valenter hosti infligeret, & hostiliter repelleret. nec mora, victor euasit Theodosius. Eugenius captus & interfectus est, Arbogastes sua se manu percussit. Praemisit autem prius Theodosius 10000. auxiliatorum Gothorum, quae ab Arbogaste funditus delata sunt, quos utique Theodosio perdidisse, magis lucrum, quam detrimentum fuit, ad cuius laudem ob insignem victoriam poeta Claudius ita cecinit:

*O nimium dilecte Deo, tibi militat aether,
Et coniuuari veniunt ad classica venti.*

Igitur Theodosius Mediolanum veniens, post laborem publicum corpore fatigatus, aegritudinem incurrit, & sperans se moriturum, de re publica cogitavit. filium itaque Honorium de Constantinopoli vocauit, ordinare volens partes Hesperias. Cumque venisset, breui post hoc annum aetatis agens 50. in pace apud Mediolanum rebus excessit humanis, Archadium in Oriente, Honorium in Occidente imperatores constituens. At corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum est anno Domini 398. Fuit autem Theodosius propagator reipublicae atque defensor eximius, moribus & corpore Traiano persimilis. ministeria lasciuia, psaltriasque commensationibus adhiberi lege prohibuit. literis mediocriter doctus. irasci sane rebus indignis, sed subito flecti. Interdum seuera habens praecipua, vnde consilium accepit à doctore maximo, qui cum vidisset eum facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, vbi irasci coepisset, xxiiij. Graecae literas memoria recenseret, vt illa concitatio quae momenti est, mora languesceret. Colloquia erant illi pro personis, studia pro dignitatibus, sermones cum grauitate iucunda. Huius & apud homines mansuetudo, & quanta extiterit apud Deum deuotio, hoc vno monstratur exemplo: In ciuitate Thessalonica dum esset, orta est seditio: & quidam ex iudicibus tracti & lapidati, & vnus ex militibus quem ille dilexit, occisus est. Indignatus Theodosius ac furore ductus, ad ludos circenses iussit inuitari ciues, & repente in eos irrui, nocentes cum innocentibus occidi. occisa feruntur septem millia hominum. Hoc audiens S. Ambrosius Mediolanensis episcopus, aegre tulit: & dum imperator illuc venisset, ecclesias ei prohibuit, stans ante ianuas ac dicens: Nescis imperator, à te perpetratae necis quanta sit magnitudo. & forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij, decet tamen vt ratio vincat potestatem. Coaequalium es imperator & conseruorum. vnus est enim Dominus omnium. quibus ergo oculis adspicies communis Domini templum? quibus calcabis pedibus illud pavementum? quomodo extendes manus, ex quibus adhuc stillat sanguis? noxius quomodo suscipiet sanctum Domini corpus? qua praesumptione poculum preciosi sanguinis percipies ore, dum furore sermonis tantus iniuste sanguis effusus est? Recede igitur, recede, ne secundo peccato priorem nequitiam contendas augere. suscipe vinculum quo te Dominus omnium ligauit, est enim medicina sanitatis. His sermonibus imperator attonitus, & quia erat diuinis eruditionibus nutritus, humiliter obediuit, gemensque & flens ad regalia remeavit. Cumque octo menses transissent, appropinquauit natiuitas Saluatoris. Imperator autem continuas lachrymas impendebat. ingressus ad eum magister militum Rufinus singulari fiducia, cum videret eum lamentari, lachrymarum causam requirit. At ille ingemiscens: Tu, inquit, ludis, & mala mea non sentis? ego calamitatem meam gemo, quia mendicantibus aperta sunt templa Dei, vt proprium Dominum adoraret: mihi vero ingressus in ea non est, & insuper caeli clausi sunt. Ad haec Rufinus: Curro, & pontifici precibus persuadeo, vt soluat vinculum quo te ligauit. At imperator: Non suadebis Ambrosio, noui ego decretum illius iustum, neque reuerbitur imperialem potentiam, vt legem praeruaricetur diuinam. Cumque Rufinus promitteret Ambrosium flectendum, imperator eum pergere cum festinatione praecipit: ipse vero, spe data, securus est post paululum. Porro vir mirandus Ambrosius, vt vidit Rufinum, ait: Impudentiam canum imitatus es o Rufine, tantae videlicet

Eugenius & Arbogastes interfecti.

Theodosij Magni obiit.

Remedium Theodosij ad iram refrenandam.

Theodosius Magni Ambrosij oburgatione non aegre tulit. Rufinus magister militum.

necis auctor existens, nec erubescis nec metuis contra imaginem larrare diuinam? Cumque Rufinus supplicaret, & imperatorem venturum diceret, Ambrosius ait: Ego tibi Rufine prædico, quoniam sacra limina eum ingredi prohibebo: si verò imperium in tyrannidem mutauerit, necem libenter suscipio. Hæc Rufinus audiens, redit, monuitque imperatorem ne de palatio procedat. At Imperator in media platea iam pergens, Ibo, inquit, & in faciem blasphemias iustas suscipiam. cumque ad sacra limina peruenisset, Ambrosium in salutorio reperit: humiliterque supplicabat, ut eius vincula dignaretur solvere. At ille tyrannicam eius esse præsentiam aiebat, & legem velle calcare. Tum ille: Non, inquit, insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones, sed te vincula mea soluere deponso, & communis Domini pro me exorare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quam pœnitentibus Dominus noster aperuit. Tunc Ambrosius: Quam pœnitentiam ostendisti post tantam impietatem? Tuum, ait imperator, est edocere & medicamina temperare, meum verò oblata suscipere. Tunc Ambrosius: Quoniam furori iudicium tuum commisisti, & non ratio protulit sententiam, scribe legem quæ decreta furoris euacuet. quod iuxta voluntatem illius imperator libenter amplexus est. Est autem lex huiusmodi: Imperator Gratianns Valentinianus Theodosius Augustus, Flauiano præfecto prætorij Illyrici: Si vindicari in aliquos seuerius contra nostrâ consuetudinē iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies xxx. eorum fors atque fortuna suspensa sit: reos sanè accipiant vincula atque custodia. Sic igitur imperator ingreditur, nõ stans, neque genua flectens, sed pronus in pavemento iacens, verbo Davidico vsus: Adhæsit, inquit, pavimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum: manibus barbam capillosque euellens, pavementum lachrymarum guttis conspergens, veniam petit: cumque offerendi tempus adesset, surgens cum lachrymis, ingressus est: & oblatione facta, intra cancellos stetit. quo Ambrosius viso, quid hîc expectaret, inquisiuit, imperatore respondente, sacrorum perceptionem expectare se. Cui Ambrosius: O imperator, interiora loca tantum sunt sacerdotibus collata: Egredere igitur, & cum cæteris hanc expectationem habe. purpura nanque imperatores, non sacerdotes, facit. Tunc fidelissimus imperator gratanter remandauit: Non audaciæ causa intra cancellos mansi, sed in Constantinopolitana vrbe hanc consuetudinem esse cognoui, vnde gratias ago pro huiusmodi medicina. Ego, inquit Paulus, vtriusque opus admiror: illius fiduciam, huius obedientiam: illius zeli feruorem, huius fidei puritatem. Illud Ambrosij monitum, cum imperator Constantinopolim veniens, à Nectario inuitatus ut ingrederetur, remandauit ei imperator: Vix potui discere, quæ differentia sit imperatoris & sacerdotis: vix enim inueni veritatis magistrum: Ambrosium enim solum noui dignum vocari pontificem. Eiusdem quoque Theodosij tempore apud Palæstinam natus est puer integer, sed ab umbilico sursum diuisus, ita ut haberet duo pectora, duò capita, & quoscunque sensus: & cum vnus edebat & bibeat, alter non edebat: vnus dormitabat, alter vigilabat: nonnunquam simul dormiebant, simul ludebant & flebant, & vtrique percutiebant se inuicem. vixerunt autem annis ferme 2. & vnus mortuus est, alter post hoc superuixit diebus 4. in castello Emaus.

ANNO Domini 399. Archadius & Honorius filij Theodosij, commune imperiũ diuisis tantum sedibus, annis 13. tenuerunt, Archadius in Oriente, Honorius in Occidente. Reliquit autem eis Theodosius 3. duces, quibus dum viueret, tres imperij partes gubernandas credebat, Rufino Orientalem, Occidentalem Stiliconi, Africaniã Gildoni: qui omnes tres perfidiosè agentes, pœnas soluerunt, prout infra suis in locis dicemus. & ut clarior de singulis fiat narratio, primũ de his quæ in Oriente sub Archadio, deinde quæ in Occidente sub Honorio gesta sunt, scribemus. Theodosio itaque mortuo, filij cum suis curatoribus à patre datis, imperium gubernarunt pacificè. cum autem post translationẽ corporis Theodosij, exercitus qui cum eo fuit contra Eugenium, reuersus erat, Rufinus patricius Archadio principi tendens insidias, Alaricum regem Gothorum, ut Græcias vastaret, missis clam pecunijs, inuitauit: sed detectus Rufinus, ante portas vrbis Constantinopolitanæ quasi tyrannidem meditaretur, à militibus decollatus est, caputque eius cum dextra manu ad ludibrium per vrbem circumductum est. vxore eius exulata, opes eius cunctas Eutropius spado promouit. Pauco dein tempore transeunte, etiam Nectarius Constantinopolitanus episcopus defunctus est. mox ergo studia generantur, alijs aliũ ordinare cupientibus. nouissimè verò placuit, ut ab Antiochia Iohannes euocaretur Ecclesiæ presbyter. erat enim

Lex Theodosij de iniungendis pœnis.

Psal. 118.

Monstrum.

Archadius, Honorius Imp. 50.

Rufinus amputatur capite.

Ioh. Chryf.

enim fama doctrinæ mirabilis. Intra paucum autem tempus communi decreto clericorum & laicorum, imperator Archadius euocauit eum. Venit & Theophilus Episcopus Alexandrinus, qui studebat Iohanni detrahere, & Isidorum suum presbyterum ordinare. verum palatij iudices præposuerunt Iohannem, contradicente Theophilo. Tandem præpositus palatij Eutropius, accusationes scriptas nonnullas in Theophilum sumens, ei ostendit, dicens: Aut ordina Iohannem, aut accusationes hæ venient ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Iohannem ordinauit episcopum. Hic Iohannes adhuc laicus, aduocationibus vacabat, non diu tamen, sed in sanctam curiebat Ecclesiam. tandem lector in Ecclesia Antiochena constitutus est: deinde vbi ordinatur episcopus, propter castitatis zelum seuerior habebatur: & propter vitæ rectitudinem, incautus ad futura prospicere nesciebat. in confabulatione arrogans à nescientibus habebatur, in docendo erat præcipuus, in explanando egregius, ad mores coercendos optimus: & dum vitam clericorum repente corrigere voluit, omnes in suum odium concitauit. cuncti eum velut furiosum declinabant, & apud omnes ei detrahebant: & quia nunquam aliquem ad prandium inuitauit, nec ab aliquo inuitatus ibat, dicebant eum hoc ideo facere, quia turpiter manducaret. alij propter exquisitum epularum usum hoc fieri dicebant. Reuera autem, ut Palladius domesticus eius scribit, ob dolorem capitis obsecus erat, nec omnes cibi conueniebant: tum plerumque cibi oblitus, ad vesperam ieiunabat, partim occupatus Ecclesiasticis curis, partim spiritualibus intelligentijs abstractus. sed & ad euitandum risum ac vaniloquia. præterea ciuitatis ingenia considerabat, cogitans se oportere esse ut Christi dispensatorem, aut dignitates omnes ex æquo honorare, aut se subijcere nemini, & propter hæc solus edebat. Cumque odio haberet eum Theophilus, constantiam eius irreprehensibilemque fiduciam intuens, expectabat, immo obseruabat eum, donec incurreret odium quorundam aulicorum, cleri quoque, & in primis reginæ Eudoxiæ, quæ illum ob sermonem, in quo mulieres vituperas, quasi se denotasset, inculpabat, ita quod etiam imperatori conquesta esset, dicens, contumeliam illatam vxori, in eum redundare.

Accersit his, quod ipse Iohannes Dioscorum virum sanctissimum, ac Isidorum amicissimum, antè à Theophilo eiectos, & ad se venientes, honorabat, licet ante causæ cognitionem eis participare nollet. Ob quæ Theophilus indignatus, non solum vindictam in illos exercere, sed etiam Iohannem deponere quærebat. motusque imperator querelis Eudoxiæ, præcepit contra Iohannem synodum conuocari. accurrebant inimici Iohannis, Theophilo cooperante: & modò non de libris Origenis, sed de Iohannis depositione tractabatur. Venientes Constantinopolim, quater eum citabatur, qui venire noluit, asserens illos manifestos inimicos, sed synodum vniuersalem fieri proclamabat. vnde synodus damnauit eum, ex quo magna seditio populi exorta est. diligebant enim Iohannem. verum imperator iussit populum recedere. Inimici tunc dabant libellum accusationum contra Iohannem, petebantque ut ad concilium traheretur inuitus. Habebat tunc Iohannes congregatos 40. episcopos, & cum solus venire iussus esset, ad eos sermonem habuit: Orate, inquit, fratres, ac (si diligitis Christum) mei gratia nullus suam relinquat Ecclesiam, orationibusque vestris meminertis mei. Mœrore incredibili detenti, ut scribit Palladius, qui præfens erat, alij fundebant lachrymas, alij osculabantur eum. Sedete, inquit, & flere desinite, nec me amplius affligatis. mihi viuere Christus est, & mori lucrum. non enim patriarchis meliores sumus, nec prophetas nec apostolos antecellimus. Ad quæ illi, At vices nostras lugemus, qui pupilli relinquimur. Nolite, ait, plura loqui. neque enim à me doctrina Christi accepit initium, neque in me destituta est. nõne Moyses mortuus est? nõne Samuel? Ad hæc Elysius episcopus: Sed si retinuerimus ecclesias, necessariò communicare cogemur & subscribere. Cui Iohannes: Communicate quidem, ne scindatis Ecclesiam, sed nolite subscribere. Dum hæc inter se referunt, adstant proforibus hi quos Theophilus miserat ad citandum Iohannem: quibus episcopi Iohanni adherentes, dicebant, se respondere velle Theophilo, eique literas mittunt, rogantes ne scindat Ecclesiam, cum antè scripserit, non oportere episcopum citra terminos suos iudicari, iuxta Niceni statuta concilij. subiungunt, plures per Dei gratiam sumus, quam synodus tua, congregati ad pacem ecclesiarum. Nam 36. habes episcopos, nos autem 40. sumus, transi ergo ad nos. Verum his non attentis, mittuntur qui traherent hominem ex mandato imperatoris, crimen læsæ maiestatis prætendentes, quod reginam Iezabel in sermone nuncupauerit. Pellitur itaque Iohannes ab Ecclesia,

Theophilus episcopus Alexandrinus.

Eudoxiæ in Iohannem querela.

Oratio Ioh. Chrystoff. ad suos.

Phil.

Ioh. expellitur.

clesia, missō ad id comite cum auxilio militum, non secus quā ad barbaricum prælium. timens autem Iohannes seditionem, sine resistentia se eis tradidit, vt occultè duceretur ad agellos Bithyniæ. mox terræ motus factus est magnus, vnde exortus est clamor in vrbe, hoc contigisse propter iniustam Iohannis eiectionem. perculsa regina timore, rogauit imperatorem, vt Iohannem reduceret. missi sunt plures nuncij ex parte imperatoris & populi, rogantes vt rediret, & ciuitati succurreret, ne seditio fieret. Reuerso occurrit populus cum cereis & lampadibus. & cum populus vellet eum in sua sede collocare, nolēbat, dicens, oportere eum à synodo quæ damnauerat, reponi. tandem importunitate populi victus, acquieuit. Paulò post statua argētea chlamyde circumamicta, in platea iuxta Ecclesiam S. Sophiæ ad honorem Augustæ posita est, vbi milites & proceres ludos publicos exercebāt, quod Iohanni plurimum displicuit, cum videret hoc ad Ecclesiæ iniuriam spectare. Consueti igitur fiducia rursus vsus est, & cum oporteret (vt inquit Sapiens) principes supplicationis verbo deflectere, hoc non fecit, sed imperij sui vsus eloquio, aulicos lacerabat, quod Augusta ad suam trahebat iniuriam, & quærit vt denuo cōtra eum synodus celebretur. Hoc audiens Iohannes, illam famosam homiliam protulit, quæ incipit: Adhuc Herodias insanit &c. & sic magis prouocauit reginam. non audebat Theophilus venire propter indignationē populi in eum, misit autē canones quosdā, sic scriptos: Si quis episcopus aut presbyter, iuste aut iniuste depositus, ex seipso absque synodo in Ecclesiam redierit, hic iam excusationis non habeat locum, sed expellatur. Asserunt itaque in conspectu imperatoris missi à Theophilo, vigore illius canonis eum debere expelli. Contradicebant ex parte Iohannis, qui aderant, asserentes canonem illum ab Arrianis editum & inualidum. cumque peristerent aduersarij importunius canonem hunc catholicorum esse autoritate episcoporum editum, Elpidius episcopus Laodicæ, silentio impetrato, regem alloquitur: Non, inquit, diutius māsuetudinem tuam vexemus, sed istud fiat: subscribant fratres nostri Achatius & ceteri, se esse illorum fidei qui illos canones ediderunt, & soluta est controuersia. Imperator simplicitatem hominis subridens, dixit: Nihil asserri vtilius potest, erat enim in omnibus imperator innocens. Anxij igitur aduersarij Iohannis circa huiusmodi propositionem, cum regi respondere non possent, & licet inuiti, subscribere se pollicentur inconsultè: sed egressi, mox redeunt, & promissionem retractant. Quærebant igitur alia quibus Iohannem pellerent, licet inconuenientia. tum imperator fatigatus importunitate, mandat Iohanni vt Ecclesiam exeat: cui Iohannes: Ego à Deo saluatore nostro hanc Ecclesiam accepi in salutem populi, nec illam deserere possum. quod si id fieri omnino vis, vi mecum age, vt excusationem habeam tanquam tua autoritate pulsus. Veritus itaque rex diem sanctam & commotionem ciuitatis, aduersarij ipsius dixit: Videte ne forte non rectè consulatis. Tunc nimium audacissimi dixerūt: Super caput nostrum sit, imperator, Iohannis depositio. Interim Iohannis clerici vigilias inchoant, ritus baptizandorum prosequentes. Tunc Lucius tribunus 40. scē habens Thracēs, insilijt noctu vnā cum Acharij clericis & militibus in Dominiciana gregē vibratis gladijs, intra beatas aquas presbyteros fustibus in capite feriens, piscinā cruore scedauit, vnde nudæ mulieres vnā cum viris qui ad baptismū erant parati, fugæ se cōmittēbāt. alius manu vulneratus, abibat plorans, alius virginem * verberibus trahebat, omnes ad prædā intenti, presbyteri & diaconi in carcerem mittuntur: haud longè postea aduersarij Iohannis efficiunt, quod imperator missō notario mandat Iohanni, quia damnatus esset ab episcopis Achatio & Seueriano ac ceteris, vt seipsum cōmendans Deo, Ecclesiā egrediat. Ita episcopus Iohānes principis iussione discedit vnā cum episcopis sibi fauentibus: occurrit ei vir ex ciuitate potens, dixit: Egredere Ecclesiā vir Dei, ne inuitus traharis, & populi sequatur seditio inexplanda. Tūc Iohannes quibusdā episcopis & nonnullis vtriusque sexus fidelibus valedicens, ait: Quæ de me sunt, finem habent, nec vltra fortè videbitis faciē meam. hanc vobis Ecclesiā commendando. Ad hæc illi cum eiulatu ad pedes eius volutabantur. tunc vnus ex presbyteris Iohannis ait, Submouete vos hinc. Egressus autem ad Orientalem plagam, vbi erat iumentū paratū, videns præstolari populū, declinat, ne fieret seditio, clam se proripiens. mox verò de medio throni, in quo Iohannes sedere consueuerat, flāma proflitēs, totā sedē depascitur. Iohannes autē à militibus vnā cū Cyriaco & Eulyso in Bithyniā ducebatur. multi quoque Iohannis amici & monachi, ab eremo factione Theophili in exiliū missi sunt, & nonnulli occisi. Iohānes prædicās in Bithynia, animas Deo lucrificat plu-

Episcopi
contra Iohannem,
conueniunt.

Lucius
tribunus
in Christi
regem.

plurimas. sed inuidia inimicorum inde autoritate regis ad Armeniam detruditur.

ANNO Domini 402. Syricus papa moritur, & Anastasius natione Ro. subrogatur. sedit annos 3. hic statuit vt sacerdotēs starent curui & venerabundi dum euangelium legitur, & ne peregrini & maximè transmarini, in clerum recipiantur, nisi 5. episcoporum chirographis. ANNO Domini 404. synodus Alexandriae fuit propter doctrinam Origenis, & vt condemnarentur libri ipsius, Theophilus fecit congregari episcopos Aegypti, & Epiphanius virum sanctissimum episcopum Cypri, circumuenit ac amicum fecit, qui & similiter libros Origenis damnauit. venientes Constanti-nopolim, ibi quidam damnationi librorum Origenis ob reuerentiam Epiphaniij subscribebant. plurimi autem hoc recusabant. erat enim adhuc magna altercatio de doctrina Origenis. Tum Iohannes Chrysofomus indignatus est, quod absque regulis ecclesiasticis in Ecclesia sua Epiphanius ordinationes fecerat: sed tamen rogabat, vt inter episcopos cum eo maneret. at ille nec secum manere, ne orare respondit, nisi Dioscorum à Theophilo pulsum, deijceret, & damnationi librorum Origenis se subscriberet. Iohāne hoc renitente, Epiphanius ei detrahere cōpit, sed ductus à Theophilo, tanquam librorum Origenis defensor esset. Cui Iohannes respondit: O Epiphani, cōtra regulas multas fecisti: primū ordinationem fecisti in Ecclesia mea, deinde in ea sacra celebraisti. denuo in te confidis, observa ne in populo seditio oriatur. Hoc audiens Epiphanius, discessit, remādans Iohanni, Spero, inquit, quod d episcopus non morieris. Econtra Iohānes Epiphaniō, Spero quod ad patriam tuā non redibis. & vtrunque euenit. nam Epiphanius in via obiit, & Iohannes de episcopatu depositus, in exilio vitam finiuit. admiranda siquidem Dei iudicia. nam post tales altercationes sanctus vterque habitus est. ANNO salutis nostræ 405. Anastasio defuncto, Innocentius natione Albanus, Romæ episcopus creatur. sedit annos 15. Cōstituit vt sabbato ieiuniū celebretur, quo die Christus in sepulcro iacuisse, & discipuli ieiunassent. Sub hoc Innocentio pulsus est Iohānes Chrysofomus, & Theophilus author totius mali, quo se purgaret, literas suas ad Innocentium misit, significans depositionem Iohannis. quas cum legisset Innocentius, exhorruit temeritatem Theophili, ac factum eius ægrè ferens scripsit ad Honorium imperatorem fratrem Archadij, vt congregari faceret synodum Occidentalium episcoporum. rogat Honorius papam, vt mittat aliquos episcopos & clericos Romanæ Ecclesiæ, qui ipsius epistolas fratri præsentent. Erat autem tenor epistolæ Honorij ad Archadium: Tertio iam scribo ad mansuetudinem tuam, orans, vt quæ contra Iohannem Constantinopolitanum episcopum malignè gesta essent, corrigeres. verū id hæcenus factum nō est. idcirco rursus per sanctos episcopos atque presbyteros scribo, pacis Ecclesiæ auidus, & ingenti cura sollicitus. pacatis enim Ecclesijs, imperio nostro quoque pax proueniet. Iubeas ergo episcopos Orientales Thessalonicæ cōuenire. nostri quippe Occidentales episcopi electos viros miserunt episcopos ac presbyteros Romanæ Ecclesiæ, eos omni cum honore suscipias, quæso, vt si Iohannes iuste depositus est, doceant me ab eius communionem discedere: sin autem depræhenderint malignatos Orientis episcopos, ab illorum itidem communionem fecernant. Hoc autem ante omnia postulo, vt Theophilum Alexandrinum episcopū iubeas etiam inuitū adesse. per hunc enim mala omnia emeruisse memorantur. His scriptis, accesserūt Orientē versus missi. sed quæra sint aduersa per insidias passi, vix plenè possent narrari. Itaque tandem Innocentius papa excitauit Archadium imperatorem pro eo, quod assensit depositioni & exilio Iohannis, qui quidem Iohannes etiam ab Armenia interim detrusus, mittitur in desertum: & cum non posset egredi, ductus est à militibus: erat autem imber vehemens, & rursus ingens estus, quæ ipse pro delicijs habebat. Tum per trimestre tempus iter difficilimum conficientes, venerunt in templum S. Basilisci martyris, qui ei apparuit nocte, dicens: Frater Iohannes confide, cras enim simul erimus. laborabat febribus vir sanctus. ac sumptis ibidem cælestibus sacramentis, coram effudit orationem, dicens: Gloria sit Deo omnium causā. consignansque se cruce, migravit ad Dominum. Quo migrante, grando vehemens in Constantinopolim & in omnia suburbana eius descendit, dicentibus cunctis hoc ex ira Dei prouenisse. quibus verbis fidem fecit mors reginæ, quæ fuit magna causā eius exilij. mortua est post eum 4. die. Iohannes itaque Chrysofomus migravit ad Dominū anno Domini 408. vocatur aut Os aureū, eo quod cum in exilio libros Ecclesiasticos dictasset, diabolus atramentum quo scribebat, euertit: quo euerso, vir Dei calamū ori suo impingēs, aureas literas salua oris fertur scripsisse.

Anastasio
papa.

Libri Ori-
genis à qui-
busdam re-
probati.

Chryso-
mi & Epi-
phanij obi-
tus.
Innocentius
papa.

Ioh. cur vo-
catus Chry-
sofomus.

Hæresis cataphrygarū & Pelagij.

Per idem tempus Innocentius papa Cataphrygas hæreticos ab vrbe depulit, Pelagium monachum & Cælestinum hæreseos damnauit, eo quòd liberum arbitrium gratiæ diuinæ præferrent, & quòd dicerent, ad implenda diuina iussu voluntatem per se sufficientem esse. contra hos etiam multa scripsit Augustinus. Pelagius autem in Britanniam proficiscens, totam insulam suo infecit errore. Ad hæc infantes sine peccato originali nasci decernebat, & tam infantes, quàm infans fuit Adam ante peccatum, nec ideo baptizandos esse, vt à peccato soluantur, sed vt per adoptionem in regnum Dei admittantur: esse tamen eis extra regnum Dei, æternam & beatam vitam. Adam etiam dixit solum suo peccato læsum fuisse, eumque mortuum non ex culpæ merito, sed ex conditione naturæ, quia moriturus erat, etiam si non peccasset. dicebat etiam irritas esse orationes quæ fiunt ab Ecclesia. de hoc in epistola Augustini.

Hæresis Deum corpus asserens.

Orientalis etiam monachos tum grauius exagitabat quæstio, vtrum scilicet Deus humanum corpus haberet. simplicioribus enim eremitis Deum sub humano stemmate esse adstruentibus, quia scriptura sacra narrat de facie, manibus, oculis & pedibus Dei, alij autem spiritualiter hæc intelligenda dixerunt, & condemnatur hæresis contraria, de quo 24. q. 2. c. pe. Eodem etiam tempore, vt refert Sigisbertus, hæresis Prædestinatorum coepit serpere, qui hæretici de diuina gratia & prædestinatione disputantes, asserunt quòd nec piè viuentibus prosit bonorum operum labor, si à Deo ad mortem præciti sunt: nec impijs oblit quòd improbè uiuant, si fuerint prædestinati ad vitam. quæ assertio periculosa, & bonos à bonis retrahebat, & malos ad mala prouocabat. Hæc hæresis ex libris B. Augustini malè intellectis, initium habuisse dicitur, vt refert Antoninus.

Honorius Imp. ludum gladiatorii Romæ amouit.

Ad Honorium redeo, qui anno Domini 399. Theodosio patre defuncto, Occidentale imperium gubernabat. factus sanè imperator, mox ludum gladiatorium qui Romæ celebrabatur, remouit. quidam enim monachus Telemachus pro hac causa venit Romam: & dum nefandum spectaculum ageretur, & ipse intrauit in stadium, nitebaturque pugnantem gladijs separare. cumque spectatores aduersus eum seirent, & effusione sanguinis grassarentur, arbitrum pacis lapidibus occiderunt. Hoc agnoscens imperator, illum monachum qui ab Oriente hac causa uenerat, inter martyres numerauit, nefandumque spectaculum penitus abstulit. hæc ex Tripartita historia.

Gildo tyrannus.

Interim Gildo, quem Theodosius Africæ præfecerat, vt supra est dictum, cognita morte Theodosij, parum spei in pueris ponens, coepit Africam vendicare, cuius frater Mascezel, cum esset fidelis, germani perfidiam detexit.

Mascezel ex fidei peruersus.

Gildo autem duos fratris filios interim occidit, contra quem iam vt hostem, idem Mascezel cum exercitu missus, eum in fugam vertit, & strangulari captum fecit. sed & ipse Mascezel post fratris necem impietatis ipsius imitator, imperium affectauit, atque pro eo à militibus interfectus est.

Stilico tyrannus.

Supererat Stilico, quem Orienti præfecerat Theodosius, qui erat de gente Vandalorum, socerque Honorij factus. fuit autem perfidissimus, constituens imperium filio suo Eutherio, sed non priusquam imperatores ita calamitatibus inuoluisset, quòd facilè eis vel occisis vel occupatis, id patrare potuisset. itaque primùm Vandalorū, Sueuorum, Burgundorum, Alanorumque gentes excitauit contra Ro. imperium. Deinde Visigothos, quibus præesse debuerat, curauit stipendijs priuare solitis, dolosè suadēs imperatoribus illos minimè fore necessarios, sperans illos ad contumeliam acceptam, Italiam inuaduros, sicut & factum fuit.

Vandalorū origo.

Plinius Germaniam ex Agrippæ traditionibus describens, Vandalos & eorum partem Burgundiones, vnā dicit esse ex quinq; interioris Germaniæ partibus gentem. Alani autem, inquit, etsi sint Scythæ origine, in ipsis tamen Vandalorū regionibus habitabant. Consentire videntur Sueto. Traquillus & Cor. Tacitus, qui omnes volunt, Vandalos, Burgundiones, Sueuos & Alanos, vetustam originem ex Germania habere. Est autem Vandalia, regio & pars Poloniæ septentrionalis. fuit à Vandalis fluuius, qui regionem interfuit, cognominata. hanc regionem, vt refert Bergomensis, imperante Constantino Magno, Gebrich Gotthorum rex potenter inuadens, Vandalos cum Visimare eorum rege victos, à proprijs sedibus deturbauit, qui Vandalia relicta, nomine retento, Pannoniam habitandam à Constantino impetrarunt, vbi & 40. annis imperatoribus obsequentes manserunt. verum postea cum nec ibi confidenter propter Gotthorum metum diutius habitare auderent, ad Oceanum confugientes, piraticam aliquandiu exercuerunt vitam. sed à Gepidis fugati, rursus in Vandaliam reuersi, loca prisca incoluerunt, vsque ad Stiliconis tempora, qui huiusce gentis dominum accepisse fertur. Burgundiones verò scribit Vincentius à Scythicis locis primū

mum prodijisse à Scædia insula. sed vt supra dicitur, alij partem Vandalorum fuisse memorant, Suetonio teste, & bene, & referunt quòd Augusti temporibus ea pars Vandalorum, quibus Burgundionibus post nomen fuit, ad 80. armatorum millia vltiores Rheni ripas infederat, quos Drusus & Tiberius Cæsares, sicut Cornelius refert, p. Burgundionum origo. subactam interiorem Germaniam, in sedes proprias repulerunt, & extra vrbes locaque munita dissiparunt. At Bergomensis in supplemento inquit: Hi populi eisdem temporibus supra Rhenum fluuium confederunt, sed Valentinianus principis postea temporibus ad Rhodanum fluuium descendentes, ibidem castra ponentes, locum Burgos appellarunt, & exinde incolæ omnes appellati sunt Burgundiones. Cumque duobus annis eo in loco in tentorijs confedissent, nihil præsumentes, tandem à Rom. & Gallis iubentur locum cum vxoribus & liberis inhabitare. Nacti itaque domicilium secus Rhodanum, eum locum postea semper tenuere. Et refert historia Tripartita lib. 12. quòd pro maiori parte fuerint fabri lignorum, dum adhuc fuissent in patria. Audientes autem Deum Rom. suis fideliter succurrere, vexati ab Hunnis, venerunt in Galliam: & à quodam episcopo baptismum petentes, qui eis 7. diebus exindictio ieiunantibus, fidem exposuit, & baptismum concessit. Ea fiducia paulò post Suprarium regem Hunnorum, dum crapula nimium indulisset, habentem decem millia armatorum, cum tribus millibus aggredientes, interfecerunt. Deinde regem sibi more aliarum gentium elegerunt. hos autem reges constat per multa secula regnasse in Celtica Gallia, vbi fuerunt hæc ciuitates, Senones, Lugdunum, Vienna. hi populi aliquando Hedui, quandoque Burgundiones, interdum Sequani sunt appellati, hodie ducatus titulum tantummodo retinent. vnde Burgundiones Rhodanus à Gallia Rom. prouincia diuidebat, qui Heluetijs Heduisque ac Lingonibus finiri erant. Rhenum deinde fluuium pro fine habent, vnde & inter Rhodanum & Rhenum fluuios, Burgundionum ducatus quinque dierum itineris expediti habere dicitur, in cuius medio Bisuntina ciuitas situatur, vt refert Bergomensis. A N N O igitur Honorij septimo, Vandali, Burgundiones & Alani à Stilicone impulsu, Rhenum transierunt, Sueuosque in Heduis & circa ea loca repertos, in suam aduersus Rom. coniurationem receperunt. fuisse autem traduntur trecenta vel (vt alijs placet) quadringenta armatorum millia. Igitur Vandali, Burgundiones, Sueui & Alani, ad diripiendas vastandasque Gallias sunt profecti. Burgundiones verò sedes ilico capere constituerunt apud Heduos, Vesontios, Lingones, Cabilonenses, Matifconenses. verius tamen videtur, quòd prius easdem sedes occupauerint ex supra dictis. Vandali, Sueui & Alani, relictis Burgundionibus in Heduis, in Aquitaniam transiere, omnemque Galliarum partem intra Pyrenæum & Ligerim populationibus foedarunt, conati que in Hispanias irrumpere, difficultate montium reuerenti sunt. Eodem tempore Gratianus insulam Britanniam per tyrannidem inuasit, & à Ro. militibus mox occisus est. Constantinum quempiam ex infima militia, sola spe nominis inducti, imperatorē elegerunt. is transit in Gallias contra barbaros, & apud Cenomanos se continens, pacem cum illis tractauit, sed illusus, misit tamē iudices in Hispanias, quos prouinciæ obediēter receperunt, vsque ad Dindymum & Seuerianum Palatinos fratres viros nobiles. hi moliti magis sunt tyranno resistere, ac se & patriam Honorio conferuare. Misit in istos Constantinus Pictos, qui ab Honorio in foedus recepti, & in militiam Britannicam electi, Honoriaci appellabantur: eisq; Honoriacis, duce Constantio filio, quem ex monacho Cæsarem fecit, in Hispanias missis, Dindymum & Seuerianum occiderunt. vnde ipsis sublati, Honoriaci proximum Palatinorum agrum, permittente in præmium Constantio tyranno, populati sunt. Interea pagani proxima Pyrenæo incolentes, ipsius montis saltus pro sua salute tueri annixi sunt, quos Constantius & Honoriaci viribus deturbabant, ac Vandalos, Sueuos & Alanos intra Hispanias admiserunt, vt eorum freti auxilio, in præda semel degustata possent licentiùs desæuire. At hi patefacto Pyrenæi claustro, horrendas & inauditas strages hominum comiserunt, vrbem Asturgam expugnarunt, Toletanū agrū vastauerunt. duxere inde, quòd furor eos prædeq; spes certior attrahebat. Scribit Orosius lib. 7. quòd gētes istæ post vastationes & varias cædes, quarū ipsos quoq; modò pœnitet, habita forte & distributa vsq; ad nūc possessione consistunt. Multa, inquit, mihi de huiusmodi rebus loquendi facultas foret. Irruptæ Hispaniæ, cædes ac vastationes passæ sunt. ac nihil quidem nouum. illud enim sustinere à barbaris, quod per 200. quondam annos passæ fuerant à Ro. quod etiam sub imperatore Galieno per annos propè duodecim, Germanis

Germanis euerentibus, exceperunt. Id tamen clementia Dei procurauit, vt sicut in euangelio commonet, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: quisque egrediens quò abire vellet, ipsi barbaris mercenarijs ministris ac defensoribus vteter. hoc ipsi tunc vltro offerebāt, & qui auferre omnia, interfectis omnibus, poterant, particulam stipendij ob mercedem seruitij sui & transuersionis onus flagitabant: & hoc quidem à pluribus factum est. Qui autem non crediderunt euangelio, non dederunt locum iræ iustæ, ac superueniente ira oppressi sunt. quanquã & post hoc quoque continuò barbari execrati gladios suos, ad aratra conuersi sunt, residuosque Ro. vt socios modò & amicos fouent, vt inueniantur iam inter eos quidã Romani, qui malint inter barbaros pauperem libertatem, quam inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere. Hæc ille. Ex quibus elicio, Orosium commendasse Alanos, Sueuos ac Vandalos, quod & in sequenti cap. etiam innuere videtur, vbi ponit Vandalorum, Sueuorum & Alanorum scripti tenorem ad Honorium. Ad Stiliconem, qui hunc accendit ignem, redeo. Anno itaque salutis nostræ 407. Visigothi dolo Stiliconis stipendio priuati, in Pannonia secesserunt, vbi regem quo per annos 25. caruerunt, creauerunt ex familia Baltheorum, Alaricū nomine, cui Radagafus & ipse Gotthus cum ducentis millibus se iunxit. hi duo Thraciam & Pannoniam & Noricum, * omnemque Illyricum, ac primam Italiæ partem miserandis stragibus ac direptionibus affixerunt. Radagafus rex, qui nondum fidem Christi susceperat, ex composito repente totam Italiam peruasit. Scythia erat, qui omnem Romani generis sanguinem dijs suis deuouerat. Hęc igitur immanissima belua dum vrbi Romæ appropinquat, pauor ingens Romam inuasit: discurrunt in vrbe pagani clamantes hæc se ideo perpeti, quòd sacra deorum neglexissent, de repetendis colendisq; sacris grandis fit querela blasphemantium nomen Christi. Transgressus Radagafus Apenninum, inter hæc subito diuina virtute conterritus, in aspero Fesulani montis iugo se cum suis recepit copijs: & quibus antè angusta videbatur Italia, in vnum & paruum montis verticem traditur: qui cum fame & siti laborarent, Radagafus spem fugæ ponens, clam suos deseruit: sed in hostes qui missi fuerant, incidens, capitur, moxq; interficitur. sed & cæteri à Romanis aut capti, aut occisi sunt. Tãta tum multitudo captiuorū Gothorum fuisse fertur, Paulo teste, vt vilissimarum pecudum modo singulis aureis venderentur. Hoc rege occiso, Alaricus superueniens, Romanas cœpit vastare prouincias. hic tamen Christianus erat, mandauitq; imperatori Honorio, vt aut secum bello congregaretur, aut Gotthis locum ad habitandum in suo imperio tribueret. quare Honorius communicato consilio, Gallias furori Vandalorum tunc expositas, illis assignauit. cum itaque Alaricus hæc concessionem acceptasset, & Gallias petere constitueret, recreationem fuorū aliquantisper apud Placétiam facere tentauit. Stilico comes reip. intelligens Gotthos pacis fiducia militarem disciplinã contemnere, & castis omnino immunitatis salutem suam nimia securitate negligere, sacrū delegit pascha diem, in quo partim religione ociosos, partim epulis & vino obrutos, ad vnum omnes cõfodi posse non dubitat. Immisitque Saulem ducem suum gente Hebræum, cum paratissimis copijs, qui irrui sacro die in Gotthos, magnamque cædem in principio edidit, tantam tamen multitudinem tam celeriter conficere nequibat, sed dilapsi quisq; hostium manibus, ad regis tabernaculum conuenerunt. Gotthi cum nedum cessare hostem, sed magis ac magis instare conspexerant, rabidi consurgentes, relictis viribus, militibus Saulis mirabili procella repressis, in fugamque conuersis, eos penè ad internecionem ceciderunt. Consternatus animo ad eius stragis nũcium Stilico, exercitū reparaturus, supplementum ab imperatore postulauit. Honorius verò perfidiam ipsius, & quid moliretur intelligēs, immisit duces, qui dignam à scelestissimo sumpserunt vltionem. Eoque modo Stilico ipse, qui iuxta Orosij verba, vt vnum puerum purpuram indueret, totius generis humani dedit sanguinem, cum Eutherio filio, cui parabatur imperium, occisus est. Verùm parua prudētia in dolore iustissimo vsus est Honorius, qui in scelestos patrem & filiū animaduersurus, neminem subrogabat exercitui ducem, quo factum est, vt Gotthi in magnam ex perfidia iram moti, iam in Gallias pergere nolentes, sed furibundo animo cœptum iter deserentes, in Liguriam quam iam transierant, reuerterentur: eamque spoliantes, Aemiliam Flaminiamque deuastant, & per Tusciam vsque ad Romam percurrētes, quicquid ex vtroque latere fuit, in prædam diripiunt per totum annum. urbem deinde obsederunt, & nullo defensam exercitu, non tamen paruo negotio, irruerunt. Quo tempore Hieronymus apud Beth-

leem floruit. Capta est vrbs, quæ totum cepit orbem. sed fame perijt antè, quam gladio, & vt Hieronymus scribit ad Principiam, vix pauci qui caperentur, inuenti sunt. ad nefandos cibos irrupit esuriētium rabies, & sua inuicem membra laniant, dum mater non parcit lactenti, sed recipit vtero quem paulò antè effuderat. id factum est. Calendis Aprilis, anno salutis 412. ab vrbe condita 1164. Alaricus tunc iussisse fertur, vt si quis in loca sancta fugeret, nihil mali pateretur: deinde quantum possent, prædæ inhiantes, à sanguine temperarent: & ita quod antè inauditū fuit, immanissimi barbari confugientibus ad Ecclesias pepercere. de quo B. Aug. in principio lib. de ciuit. Dei. At Innocentius tunc Romanæ ecclesiæ præsul, tanquam iustus Loth subtractus à Sodomis, occulta prouidentia Dei apud Raennā tunc agens, peccatis populi non vidit excidium. In tanta vrbs direptione duo memoratu digna notat Bledus. Galla Placidia Theodosij filia, & soror imperatorū Honorij & Archadij, in captorū forte abducta, victoris castra barbari secuta, Athaulpho Alarici cognato copulatur matrimonio. sed & vasa S. Petri ministerio sacra, pondere, magnitudine & pulchritudine eximia, à Gotthis abportata, regis iussu in Basilicæ cuius erāt, arcam, magna cum Romanorum Visigothorumq; admiratione, fuerunt relata. Tertia deinde die qua ingressi fuerant Gotthi urbem, dereliquere. Campaniam mox & Lucaniam & Brutios populati sunt. fretum postea traiecere, vt Siciliam diriperent. conatos tempestas prohibuit, quæ, nauibus allisis, aliquot cohortes absumpsit. Moritur tum apud Consentiam Alaricus rex: cuius gens, sepulcri iacturam plurimi facere solita, ne vltio aliqua in mortui regis ossa exerceri posset, amne Buxento proprio ex alueo deriuato, corpus regis locello ditissima supellectili completo sepelierunt: & ne id sepulcrum ab incolis sciri posset, amne in cursum pristinum restituto, fossores qui operi intererunt, trucidant in loco. De hoc Alarico fertur, cum pergeret Romam, venit ad quendam monachum valde venerandum, qui eum admonuit, ne talia mala quasi necibus gaudens & sanguine, faceret. Cui Alaricus: Non ego volens proficiscor Romam, sed quidã mihi adeò molestus dicit: Perge, & Romam destrue. Alarico mortuo, substitutus est ei in regem Athaulphus ex Baltheorū gente cognatus, cui Galla Placidia primo capte vrbs die fuerat desponsata, cum qua postea apud forum Iulium constat nuptias fuisse celebratas. Gotthi, mortuo Alarico, Romam sunt reuersi, & si quid residuum fuit, locustarum more erodunt. Mulier autè sagax, fratrum non immemor, subtilibus blandimētis ad hoc mariti animum deflexit, vt vltro à Rom. imperatoribus pacem peteret. Deliberabat tum Athaulphus, Roma funditus euerfa, alteram edificare urbem, quæ in locum demortui nominis Ro. nomen Gothicum referret: & quemadmodum ea ciuitas Gothia Romæ suffecta esset, sic & ipse nouæ conditor vrbs, in Augustorum furrogatus locum, posteris imperij cognomentum à se relinqueret. Is tamen etsi barbarus, commemorante Placidia prudentissima muliere, considerauit Romanam rem creuisse, & ad ea tempora stetit legibus & bonarum artium disciplinis, à quibus Gotthi abhorrebant. ideo mutauit sententiam, egitque vt Romanæ dignitatis, cuius esse nequiret immutator, fore optauerit instaurator. hinc Honorij Archadijque fœdera quæsiuit, quæ post factas apud Forum Iulij nuptias, omnem emensus Italiam, cum abiret, & apud Barcinonem citerioris Hispaniæ consedisset, in dies magis magisque petiuit. Archadius interea defunctus est anno imperij sui xij. relinquens filiū nomine Theodosium octo annorū, quem ante mortem suā imperatorem appellauit. qui succedens patri, regnauit annis 41. cum patruo Honorio xv. postea 26. mortuus est Archadius anno Domini 413. Ad Constantinum tyrannum & Gallias redeo. Interea Constantius Cæsar ad Constantinum genitorem se contulerat, qui erat Arelati, sese in illa regione communiens aduersus Honorium imperatorem & Visigothos, qui rege Athaulpho duce, cum ipso imperatore aduersus tyrannos cæteramque barbariem se parabant. Qua adductus suspicione, filium Constantium Viennam misit, vt venturas ex Italia copias, ne se Visigothis, qui iam transierant, coniungerent, impediret. Tum Visigothi apud Barcinonem & citerioris Hispaniæ loca quieti sedebant, vt contra Vandalos aut imperij tyrannos pugnarent. Memor inter hæc Honorius, & suis & reipub. malis edoctus, quam perniciosus esset, barbaris reipub. cõmittere, Constantium comitem magistrū militiæ declarauit, atq; bello illi tyrânico præfecit, qui dux impiger expatricia gente Romanus, in Gallias cū exercitu profectus, Constantinum tyrannum apud Arelatum clausit, cepit & occidit: subsecutaq; est fortuna, siquidem tyranni sese lacerantes, labore illi ac periculo leuauerunt. Constantium etenim Con-

stantini

Roma capitur à Gothis duce Alarico.

Innocentius papa.

Galla Placidia capta.

Alarici mors.

Athaulphus rex.

Tempestiua Placidia admonitio.

Constantini tyranni motus.

Constantini obitus.

stantini filium, Gerontius comes suus apud Viennam interfecit, & in eius locū quendam Maximum substituit, ipseque Gerontius à suis militibus paulò post occisus est: quo occiso, Rom. milites qui prius rebelles, Constantinum in Britannia tyrannum creauerant, cum Honorio reconciliati sunt, & Maximum purpura exutum, in Hispaniam vltiorem relegarunt, quos quidem milites in Britannijs militare solitos, Honorius in Africam trajicere iussit, & inde in Italiam reuocauit. Per idem tempus Athaulphus gener Honorij, Visigothorum rex, petitam inquis cōditionibus pacem, ab Honorio impetrauit: quare intelligens imperatorem Italiæ claustra, ne in illam redire posset, communiſſe, vltiorem Hispaniam capere, & inde in Africam transmittere adnissus est, & Athalum quendam Romanum in imperatoris simulacrum erexit, qui in Hispaniam vsque Bæthicam nauigio aduectus, iudices in Africam misit. Sed missus ab Honorio ad Africæ conseruationem Heraclianus, iudices expulit, & classe parata in Athalum duxit, quem maritimo prælio superatum, in terram fugere compulit. Hic Athalus Hispanis se credidit, imperio Rom. fauentibus, qui eum ad Constantium comitem Arclatum in vinculis perduxerunt. Deinde missus ad Honorium, qui eum Romæ ante currum duxit in triumphum, & postea manu mutilatum, vitæ ludibrio apud Lipparim insulam relegatus conſenuit. Heraclianus autem ob eam rem cōsulatus honorem adeptus, in perfidiam & ipse prolapsus est. Sabino namque domestico suo, callidissimi ingenij viro, in generum assumpto, periculosissimos omnium conciuit motus. armarunt namque ambo classem maiorem quam vnquam visa sit. naues habuisse fertur 4000. septingentas, secundū Oroſium, qua littore Italico pulla, Heracliano ductore, occurrit cum populo Romano Marinus comes. sed priusquam prælium iniretur, Heraclianus territus, foedissimā cōmisiſit fugam. nam cum hostes instarent, arrepta onerariæ nauis scapha, solus Carthaginem redijt, atq; ibi militari tumultu interfecit. Sabinus gener eius Cōstantinopolim fugit, vnde post aliquantum tempus ad Honorium reductus, exilio est damnatus. Tyrannis tot tantisque sublati, adductus est in spem Honorius, posse instaurari Occidentis partē iam collapsam. nam in Africa, Britānijs & Italia res erant quietissimæ. Quare statuit Honorius barbaros inuadere, intra fines Romani imperij debacchantes, & Visigothos prius ea ratione, quod citerioris Hispaniæ loca tenerent, vnde in ipsos ex Italia exercitus mitti posset. accedebat quod ea gente, multo cæteris barbaris potentiore, deleta, sperabat facillimum fore, Alanos, Sueuos, Vandalos & Burgundiones remotiora incolentes loca imperij, & inter se (vt constabat) dissidentes, conficere. Iussus itaque ab Honorio Constantinus, apud Arclatum constitutus Galliæ urbem, exercitum reparauit, & breui magna rerum gerendarum industria, Athaulphum regem commearu, omni ora Galliarum & citerioris Hispaniæ maritima, interclusit, Narbonamque linquere, & in vltiorem fugere Hispaniam cōegit. Vnde & in illas adductus difficultates Athaulphus, vires reparare conatus est, sed sui Visigothi ferebant indignē eum Galliæ Placidia vxoris blanditijs credidisse, & triennio antea cōtemperasse à bellis, in quibus facillè potuerat Honorium, tyrannorum motibus agitatum, imperio pellere, ac quacunque maluisset prouincias occupasse. Hinc primò vocati, non paruerunt dicto, & demum regem ipsum dolo circumuentum, tertio anno quàm creatus rex fuerat, obtruncarunt. Sigericus autem illi fuit surrogatus. sed cum is etiam ad pacem que offerretur, promptus erat, dolo suorum pariter occisus est. Vallia huic successit, qui ad pacem & ipse pronus erat: & tamen Visigothorum rabiem expleturus, magnam eorum manū nauigio armisque instructissimam, transmittere in Africam est molitus. sed hi omnes Gaditani freti naufragio perierunt. quare eius memor, vltra adduci non est passus, vt aliam expeditionem in Africam mitteret: quin spreto Visigothorū iudicio, pacem cum Honorio imperatore datis obsidibus constituit, & Placidia, quam post Athaulphi mortem honorificè apud se honesteque seruauerat, ex foedere fratri reddita, suam reipub. operam est pollicitus aduersus ceteras gentes. Ea pace firmata, Honorius Constantio Cæsari declarato Galliam Placidiam sororem in matrimonium dedit, ex qua Valentinianum suscepit, qui postea Honorio fuit surrogatus, tertius eius nominis imperator. Exinde vsus Constantius Valliæ regis auxilio, in Alanos duxit apud Lusitaniam. barbari namque, Honoriacis prodentibus, Pyrenæi claustra ingressi, ilico Hispaniæ vltioris prouincias inter se sortiti sunt, solisque Vandalis Bæthica, Alanis Sueisque Lusitania sorte obuēnit. Primum autem Constantij bellum, Visigothis adiuuantibus, gestum fuit aduersus Alanos: quos superans apud Emeritam,

Heraclianus
tyrannus.

Marinus
comes.

Athaulphi
mors.
Sigericus.
Valliæ rex.

Placidia re-
stituitur.

Emeritam, regem eorum interfecit. Hinc territi cæteri, rem Romanam per virtutem Constantij ac pacem Visigothorum breui constituendam videntes, ab Honorio postularunt, vt pacem secum constitueret, in hæc verba: Vandalorum, Alanorum, Sueuorumque reges Honorio principi: Tu cum omnibus pacem habe, obsides recipere omnium. nos nobiscum conſigimus, nobis perimus, tibi vincimur. immortalis tuæ erit quæstus reipub. si vtrique pereamus. Hæc Oroſius lib. vij. Constantius autem Vandalis & Sueuis petita pacis spem maximam faciens, eamque ob rem ad imperatorem proficisci simulans, Rauennā & ipse cum vxore Placidia accessit, vbi Honorius Constantium purpura indutum, Occidentalis imperij fecit consortem. Prima deinde Constantio cura fuit, stabilito, quod cum Vallia Gotthorum rege fecerat, foedere, sibi Tolosam cū aliquot prouinciæ ciuitatibus, que omnis regio barbarorū vocabulo tunc Vasconia, Latine Gothia Occidentalis nuncupatur, permisit, armareque, in barbaros eum tentauit. Postquam verò imperatores satis multa de repub. administranda commenti fuerant, Honorius Romā est profectus: Constantius verò paradis his, que expeditioni Hispaniæ duceret necessaria, substitit Rauennæ, vbi septimo imperij sui mense immatura reipub. morte præreptus est. ANNO Domini 400. S. Martinus ad superna migravit. Anno Domini 401. sanctus Ambrosius carnis debitū persoluit. Circa hæc tempora cōponitur Thalmud Iudeorū, id est, Iudaica doctrina, à duobus Rabinis, scilicet Rabina & Rabasse, liber maior decē biblijs, in quo sunt inextricabilia mendacia contra omnem legē diuinam, naturæ, ac scripturam. Videntes enim legem suam in dies deficere, & fidē christianam proficere in toto orbe, hos duos instigarunt Rabinos, prohibentes sub pœna mortis, ne quis aliquid negaret de his que in eo continentur.

In hac generatione vastatur miserabiliter Gallia, de qua vastatione S. Hieronymus scribit ad Gerontiam de monogamia, vbi inter cætera: Quid ago? inquit. Fracta nauis, de mercibus disſuto. Innumerabiles & ferocissimæ gentes, vniuersas Gallias occuparunt. quidquid inter alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno clauditur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepidæ, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & (ò lugēda respub.) hostes Pannonij vastarunt. Moguntia cum nobilis quondam ciuitas, capta atque subuerſa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Rhemorum vrbs præpotēs, Ambiani, Atrebatenses, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemetes, Argētoracum, translatae in Germaniam & c. non possum absque lachrymis Tolosæ facere mentionem. Per hæc tempora Franci formidini finitimis esse cœperunt. Est Treuiris cisrhenana potens ciuitas, cui præerat Lucius patricius Romanus, cuius vxorem quia Lucius Galliæ præses prostituērat, consilium capit transferendæ ad Francos ciuitatis, remque felici euentu exequitur. potiti vrbe Franci, cum angusti sedibus, proferre terminos percuperent, pars se alio conferre statuit, triumque & viginti millium manum, Ibro duce, educentes, in penitentiorem Galliam irrumpunt, ad Sequanam vsque fluium omnia percurrentes: vbi agrorum & fluenti amoenitate delectati, stationem habuere. Eo in tempore nemo adhuc in Francis regium nomen assumpserat. primus omnium Marcomirus dominationem in Francos accepit, quē à Priamo Troianorum rege prognatum, in veneratione habebant Franci. hic præterquam vallo muroque, munire vrbes nihil illustre fecit, sed erat illi filius Pharamundus, corpore & animi præstantia insignis. hūc sibi primum regem constituunt, regendi permissa potestate, qua modestissimè administrata, vnde cimo post acceptum regnum anno morte absumptus est, relicto Clodio filio regni hærede. hic Pharamundus auctor fertur fuisse legis Salicæ. Nam cum ad Rhenum vsque peruēissent Franci, serisque moribus viuerent, quatuor ex Sicambrijs spectatos primates selegit, qui populo legem ferrent, Visogastum scilicet, Losogastum, Salogastum & Visogastum, qui communi gentis & procerum autoritate freti, legem conscripserunt, quam Pharamundus edidit atque promulgauit, ad nostram vsque ætatem nominatissimam. Hic Clodius, à promisso capillo, Capillatus appellatus est, qui augendi regni cupidus, cum adhuc tum in Germaniā angusti sedibus arctaretur, Thuringos sibi finitimos suæ ditioni adiecit, occupato Dispargo oppido, vbi regni sede constituta, cum iam per Gallias Romana vis laberetur, solique Belgæ imperium non detrectarent, in Galliam Belgicam modicis præsidijs suffultam traiecit, atque agris latè excursis, Cameracum cepit, prout in sequenti generatione patebit. de hoc etiam dictum est supra generatione xij. sub Valentiniano. Anno Domini 419. finit Hormesta Oroſij, à mundi verò exordio 5618.

Epistola Vā
dalorū, Ala-
norū ac Sue-
uorum.

Thalmud
Iudeorum.

Galliæ va-
statio.

De Treuiris
& de Frācis.

Primates
Francorum
legē Salicā
tulere.

Clodius Ca-
pillatus.

Zosimus
Papa.
Innocentius primus ubi sedit annos quindecim, moritur, & sepelitur in cœmeterio ad vrsu pileatum, cuique subrogatur in papatu Zosimus natione Græcus, sedit annum vnum sub Honorio & Theodosio iuniore, incepitque anno Domini 420. ab exordio mundi 5618. quintadecima generatio. Hic Zosimus constituit, vt diaconus lauam tegat. concessit item, vt in parochijs cerei sancto sabbaro benedicti possent. bibere autem in publico clericis vetuit, & ne serui in clerum reciperentur, prohibuit.

Bonifacius
Papa.
ANNO Domini 421. Bonifacius natione Romanus, vrbis creatur episcopus, præfedit annis tribus, mensibus quinque. Contra hunc quidam alius electus est, Eulalius dictus: quod ubi Honorius, qui tunc Mediolani erat, intellexisset, instante Placidia sorore, ambo ab vrbe pelluntur, reuocatur tamē septimo mense Bonifacius, & solus vrbis præsul constituitur. Circa hoc scribit Honorius Bonifacio, vt habetur lxxix. dist. Si duo fortè contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis fieri sacerdotem decernimus: sed illum solum in Apostolica sede permanere censemus, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerit. Vbi notat glo. quod cum ad imperatorem non spectet aliquid statuere de electionibus & alijs rebus ecclesiasticis, hoc fecit rogatu Ecclesie, & Ecclesia illud approbavit. Hic Bonifacius statuit, vt nulla mulier aut etiam monacha palam sacratam altaris cōtingeret aut leuaret, aut incensum ad altare daret. ANNO Domini 423. secundum Hermannum Contractum 420. sanctus Hieronymus presbyter moritur pridie Calendas Octobris in Bethleem, ætatis suæ anno nonagesimo primo. Quantum iste iuuerit Ecclesiam Dei, non attinet dicere, cum & vita eius sanctissima omnibus placeat, & scripta eius ita in precio sint, vt nemo magis ab eruditibus legatur. patre autem Eusebio natus est in oppido Stridonis, quod à Gothis euersum, Dalmatiæ quondam Pannoniæque in finibus fuit. Romæ puer baptizatus, Græcæ, Latine & Hebraicæ linguæ plenissimè eruditus, annorum autem triginta vnus dum esset, Romæ presbyter Romanæ ecclesiæ Cardinalis factus, dum ibi per triennium sacris literis insudasset, & puritate vitæ abstinentiæque eximia sanctitatis exempla præberet, tantum apud populum fauoris obtinuit, vt omnium iudicio, summo dignus sacerdotio censeretur. Sed dum quorundam clericorum & monachorum lasciuiam increparet, non ferentes illi, insidias ei struxere. vnde vesaniæ eorum locum præbens, ipse ab vrbe recessit, & ad Gregoriū Nazianzenum Constantinopolitanū episcopum profectus est eruditionis causa. deinde apprimè eruditus, ad eremū trāsijt. ibi quadriennio exacto, ad oppidū Bethleem remeauit. ibi in breui multos discipulos coadunatos in sancto proposito vitæ religiose instituit, & translationi scripturarū, vir omni laude dignissimus, insudauit annis quinquaginta. ANNO Domini 425. mortuo Bonifacio, clerici quidā Eulalium ad vrbem reuocant, qui vel indignatione vel contemptu rerum humanarū, reuocationem spernens, anno sequenti moritur. Eligitur aut in eius successorem Cælestinus vir deuotissimus, natione Campanus. sedit annis nouem. Hic constituit vt introitus Missæ diceretur ex psalmis David: sed & Gradualia, Offertoria, orationesque cum modulatione ad Missam addidit. Sub hoc Cælestino papa, vt habetur xv. dist. synodus Ephesina celebratur. Ibidem c. Sancta, dicitur, Sancta Rom. & c. & xvj. dist. c. prima. §. 3. Tertia, inquit, synodus vniuersalis in Epheso trecentorum episcoporum, contra Nestorium Constantinopolitanū episcopum, dicentem beatam virginem non Dei, sed hominis tantum esse genitricem, celebratur sub Cælestino papa & Theodosio iuniore. dicebat enim duas personas in Christo distinctas, sed determinatum est, vnā tantum personam esse in Christo, sed in duabus naturis, diuina & humana, & beatam virginem, matrem Dei debere dici. Reuertor nunc ad Honorium & imperij causas. Vbi enim Constantius obiit, vt circa finē præcedentis generationis dictum est, Honorius necessitate reipub. in eius locum * Etium virum patricium ex Mœsia oriundum, subrogauit. Hic Etius Burgundiones novos motus parantes bello compefcuit, Francosque iteratò Rheni ripæ insedentes, in Gallias irrupturos, magna superatos cæde, repulit in Germaniam, & Alanos coepit bello acerrimo agitare. Hi nanque post acceptam à Constantio Cæsare cladem, apud * Olysiponem sub tutela Sueuorum quieuerunt. Constantij autem morte audita, ad Emeritam reuersi, eam * Galatiæ prouinciam quærebant sibi in patriam retinere. sed Vandali arque Suedi, metu Constantij liberati, pacis voluntatem abiecerunt, & in Romanum imperium

Hieronymi
vita & obi-
tus.

Cælestinus
papa eligi-
tur.

Concilium
Ephesinum.

* Aetium
* Aetium
Erius.

* Vlysi-
ponem
* Galæcie

rium coniurantes, arma iunxerunt. Etius itaque tanta barbarorum mole territus, in citeriorem Hispaniam se recepit. Tulit eam rem grauius Honorius, Etium ignauia ductum, quod necessitas facere coegit, existimans: eamque ob rem Castinum comitem, genere Scytham, magistrum militum, & postea consulem declarauit, miserque eum Etio successorem. is nouus dux, contractis vndique auxilijs, exercitum quem Etius habuerat, reparauit, & tamen in citeriori Hispania continuit: ipsam nanque belli molem supra modum expauit, nec mouisset ex Hispania citeriori, nisi fuisset sibi auxilio Bonifacius comes Aphricæ. Hic Bonifacius Aphricam curabat, qui fuit paterna origine Thrax, sed morum ingenuitate Romanus. eundem S. Augustinus episcopus Hipponensis summè dilexit, vt infra apparebit. fuit & reipub. amantissimus. vocauit illum Castinus aduersus Vandalos, Sueuos & Alanos in consortem, gesseruntque mox hi duo res laude dignissimas: nec fuit dubium quin res Romana eorum ductu breui erecta fuisset. sed cum Bonifacius gerendis rebus & consilio præcelleret, Castinus ob virtutes eius odium concepit: ingratoque vsus consilio, illum in vltiora Hispaniæ missum, tanquam prædam hostium ab se ablegauit. quod quidem egrè tulit Bonifacius, & ilico comparatis occultè nauibus, in Aphricam exercitum transmisit. ita factum est, quod Castinus tanto collega priuatus, nihil dignum gerere posset.

ANNO dehinc Domini 426. Honorius Romæ moritur, anno impetij sui 31. quorum duos regnavit cum patre, cum fratre Archadio xij. & xv. cum filio fratris Theodosio. ANNO Domini 427. Theodosius iunior Archadij filius, solus tenuit imperium. Regnavit autem postea annis 26. Et cum nemo Romæ honore subrogatus esset, accepit tyrannidem Iohannes quidam, maximè curante Castino consule, vt refert Blondus, qui nouum imperatorem laudat, vt de Bonifacio comite à se transfuga sumeret vltionem, fuitque huiusmodi consilijs * Etius patricius, tum quod grauius tulit reuocationem ab Honorio suâ factam, tum quod Bonifacium ob virtutes oderat: vnde nouos imperio conscium motus, & cum primis ad Italiæ inuasionem Hunnos excitabat gentem Scythicam, quæ auditis Visigothorum successibus, eorum exemplo finibus egressa, apud Pannoniam per id temporis confedebat. Iohanne apud vrbem Romam imperante, Castinus consul, qui dolos vtcunque posset in Bonifacium strueret, vetustas sibi esse cum eo imperatore similitates præ se tulit, simulque vereri simulauit, ne hinc Visigothi, inde Vandali, Sueui & Alani, sublato Honorij metu, se inuaderent, quem Romanarum copiarum fauoribus destitutum, certissimum maneret exitium. quare nauibus contractis exercitum imposuit, & in Aphricam transportauit. ad Bonifacium ilico scribens, ostendit sese barbarorum gladios fugientem, tam diu in Aphrica futurum, quoad explorato noui imperatoris animo, aut tuto in Italiam traducere, aut rebus suis aliter posset prouidere. Interea Iohannes imperator doli conscius, Bonifacium hostem publicum declarauit. Castinus peti illud tempus apud Hipponem constitutus, exercitum reparabat: & quoties de Bonifacio incideret sermo, laudibus eum extollebat. Erat verò Bonifacius apud Carthaginem copijs abundè munitus, ad quem sanctus Augustinus ita scripsit: Aphricæ litus (vt audio) miles transmarinus attigit, sed eius exercitus dux, à catholica fide dissentit. quid autem secum importet, ignoro. ab Italia es hostis publicus denunciatus. pacem inter vos fieri vellem, si scirem plenius quod ignoro. sed dico quod sentio, tui cordis intentio dirigatur ad Deum. non militem timebis Hunnum, non Gotthum.

Ad hæc Bonifacius: Scio quod sit tua sanctitas pro mea vita sollicita, & quæ aduersus me ille ordinauerit atque disponat. obuiamus ad mortem vltro tendentibus, quos nostræ victoriæ, vt credimus, faciet Christus addictos. Breui post Castinus mediterranea Aphricæ accedens, omnes secum ducebat copias: nec erat obscurum, adniti illū, vt rebellionē populi concitata, vel captus ad se perduceretur Bonifacius, vel ad eò debilis redderetur, vt illum opprimere vel Aphrica posset expellere. aduersus quem aperto bello Bonifacius resistere tentabat. Augustinus verò tantis motibus cupiens obuiare, Bonifacium ad pacem tentauit fletere. Cui Bonifacius: Castinus ille priuatus ex consule, vitæ meæ & nominis, vt omnibus notū est, persecutor, meis se in Aphricam defensionibus tradidit committendum. omitto, pater beatissime, olim mihi ab eodem ingestas miseras, ostensa pericula. fugiens eum, nunc vitto. Thrax natus, vix Scytham euasi. iuravi Deo sub consule miles. sed diuina prouidentia, quæ nouit planare sublimia, & eleuare prostrata, fecit de superbo quod voluit, & hostem meū, me quieto, mihi addixit. sufficit mihi tanta deiectio. Timuit senator barbarū caput, timuit

militem dux. dolore dicuntur ista, pater venerande, nam honore illustrissimum cori-
fulem: sed ne consueta fallacia mali erga me, vt solet, aliquid molietur, putetque suis
fraudibus Romanis ducibus profuturum, quod in meum verratur exitium, de suis
sensus det tuæ beatitudini sacramentum, quod non sit aliquis in eius corde dolus:
ego item per omnia quæ sancta sunt, iuro, quoniam si apud eum animi reperero puri-
tatem, cum incolumem ac sublimem Italiæ reddam, hostis autem erit animæ suæ, si ali-
quid sinistra in eo inuenero. Ad quæ Augustinus scripsit: Vir illustrissimus Castinus
sacramento prodidit, quod sit ab omni culpa & errore alienus, quem tibi (vt dicit) be-
nè foederatum, ille Sostinius adhuc in palatio positus, falsis suggestionibus concitabat.
mittatur totum in medium. nam Daniel inimicis parcendo, regimen obtinuit. Chri-
stus pro Iudæis crucifigentibus orauit. Crede ei qui mihi iurauit. Quærit, me pollicen-
te, tua defensione vitæ subsidium. Sed paulò post Castinum infidiæ detexere. Quare
Bonifacius Augustino scribit: Graue nobis est bellum, inimici mucro pectora nostra
pullat. Deo funde preces, vt soles. Tua sit nobis comes oratio. Tuba terrificæ, hostium
clamor immanis adest. Sed his non terremur, venerande sacerdos: Ergo pete Do-
minum, vt iacula in hostes dirigat nostra. Rescuerat interea sanctus Augustinus
Castinum peierasse. quare et si Arrianæ sectæ hominem non diligeret prius, iam tamen
in illum exarsit, Bonifacioque scribit: Graui de pugna conquereris: vtile tibi tuisque
do consilium. arripe manibus arma, oratio aures pulsât creatoris: quia quando pu-
gnatur, Deus apertis cælis spectat: & partem quam inspicit iustam, illi dat palmam.
Tandem prælio factò, Bonifacius Augustino scribit: Manus superba, Deo adiu-
uante, cecidit, quæ audacia parum antè gladium vibrauit. multi ex aduerso cecide-
runt, de nostris autem, Christo iuuante, nullus. Ora igitur venerabilis pater, vt talis de
inimicis vltio sæpe procedat. Quamuis autem sanctus Augustinus catholici & amici
partes superasse gauderet, timere tamen non desijt, & Bonifacium ad pacem & fidem
Rom. reipub. seruandam hortatus est. Lecto, inquit, me vacare nobilitatem tuam non
credo latere, vltimumque mihi diem venire exopto. gaudeo tuæ victoriæ, ciuitatem
defende quæso Romanam, tuos vt bonus comes rege. nil de viribus proprijs præsu-
mas, de authore gloriæ virtutum, & nullum curabis penitus inimicum. Castinus
autem superatus prælio, fragmenta exercitus sui nauibus imposita, in ceteriore trans-
portauit Hispaniam. Hæc cum intellexisset Iohannes tyrannus, copias omnes Hono-
rio militare consuetas, nouo delectu auxit, nauigioque in Aphricam aduersus Boni-
facium ducere cœpit. erant interea in Aphrica multi motus. Bonifacius nullam in Iohanne
spem habens, Aphros gentem duram semperque rebellem, nullatenus (prout
consueuerat) à vastationibus prohibebat. Quo in tempore S. August. ad eum scri-
bit: Audi me, inquit, fili, immo Deum nostrum recolere, qualis fueris viuente vxore,
quomodo cupiueris seruitutem Dei, nos nouimus, nos testes sumus, omnes actus pu-
blicos relinquere quærebis, & te in ocium sancti conferre, viuere vt monachi: id au-
tem ne faceres, quid te reuocauit, nisi quia cõsiderasti nobis ostendentibus, quantum
prodesset Christi ecclesijs quod agebas, vt defensæ ab infestationibus barbarorũ, quietem
& tranquillam vitam agerent. postea ista quæ omnibus patent, secuta sunt mala.
Christianus es, Deum time. tu quidem dicis te habere causam, cuius ego non sum iu-
dex, quoniam partes ambas audire non possum. sed qualiscunque sit tua causa, nun-
quid coram Deo negabis, quod in istam necessitatem non peruenisses, nisi bona hu-
ius seculi dilexisses? Quomodo ergo potes tot hominum armatorum concupiscen-
tiam, non dico satiare, sed aliqua parte pascere, nisi ea facias quæ Deus prohibet? Quid
dicam de vastatione Aphricæ, quam faciunt barbari, resistente nullo, dum non ordi-
nas vnde ista calamitas auertatur? quis hæc crederet, Bonifacio Aphricæ comite, qui
cum paucis antè omnia pacauerat, nunc patitur tanta loca, quæ plena populis fue-
runt, esse deserta? Sed dices: Illis hoc est potius imputandum, qui tuis officiosis virtu-
tibus non paria, sed contraria reddunt. quas causas iudicare non possum. Tuam cau-
sam potius adspice, quam cum Deo te habere cognoscis. si enim bona tibi sunt præ-
stita ab imperio Ro. noli reddere mala pro bonis. si autem mala tibi irrogata sunt, no-
li reddere mala pro malis. quid istorum duorum sit, nec discutere volo, nec valeo. Ego
christiano loquor. si adhuc te in armis versari opus est, fidem teneas, pacem quaras.
Vale. Hæc & alia literis ac nuncijs vicissim egerunt. Interim Iohannes tyrannus
Aphricæ applicuit, cõmissa Castino Italia, qui per Galliã cisalpinam veniens, vrbes &
oppida confirmavit. Varia itaq; Iohannes prælia iniens, à Bonifacio superatus est, vt
Guido

August. re-
scribit Bo-
nifacio.

Luc. 23.

Bonifacius
August. de
victoria.

Augustinus
Bonifacio.

Iohannes
tyrannus.

Guido sacerdos Rauennas afferit, & interfectus, Blondo referente. In quo magis qua-
drat, quod nonnulli & præsertim hist. Tripartita affirmat, Iohannem misisse legatio-
nem ad Theodosium deprecatur, vt eum in imperio susciperet, qui legatis in car-
cerem reuulsis, Ardaburium prætorem contra eum misit, quem Iohannes apud Ra-
uennam circunueniens cepit. quo capto, sperabat Theodosium liberatione eius fle-
cti posse, vt sibi traderet imperium. Imperator autem mox filium Ardaburij Aspa-
rem designauit, qui vbi cognouit patrem à tyrano teneri, pro liberatione eius omnia
tentare statuit. Angelus autem Domini ad preces Theodosij in habitu pastoris appa-
rens, deduxit Asparem & qui cum eo erant, per paludem, quæ Rauennæ adiacet, prius
inuia. in ea nanque ciuitate tyrannus degebat. transeuntes nanque per * siccum palu-
dis aquam antè imbecabilem, venientesque Rauennam, portas inuenerunt apertas, &
Iohannem tyrannum occiderunt, Ardaburium à vinculis absoluerunt. hæc in Trip-
hist. lib. xj. in fine. Occiso Iohanne tyrano, vt refert prædicta hist. lib. xij. in principio,
Theodosius Valentinianum penè puerum, Placidia amatæ suæ ex Constantio filium,
Cæsarem declarauit in Occidente, regnauit xxx. annis. Placidia igitur & Valentinia-
nus filius, Castinum captum adduci fecerunt, simulque Etius in ipsa Roma captus, ad
Valentinianum Rauennam est perductus. Cumq; duorum huiusmodi ducum demer-
ita essent discussa, Castinum placuit in exilium mitti: Etius verò, quod Hunnos, quos
prius prouocauerat contra Italiam, retraheret sicut promiserat, est seruatus. Deinde
purgauit se Etius de iusto dolore, tantumque effecit, quod Placidia Galla hortante,
Valentinianus eum præfecit Galliarum regionibus, quas nec Visigothus, nec Bur-
gundio possideret: eoque profectus, ad Turonios, Andegauos, Cenomanos, Nam-
netes, * Cyantes, qui & Veneti dicti, sese recepit. Tum Scoti, Picti & Albiones Bri-
tanniam inuadunt, Britannosque parentes imperio, magnis calamitatibus affligunt:
quibus cum Etius non succurreret, necessitatis fuit deficere à repub. Sed cum barba-
riam sufferre non possent, redeunt, quibus tandem Valentinianus Gallionem cum
legione misit, ac Britannos in fide continuit. Cumque Bonifacius comes Aphricæ
gloriosè præfesset, inuidia ductus Etius, vt quidam volunt, accusauit eum apud Placi-
diam, quod rebellionem meditaretur. sed & Bonifacio scripsit, si accersitus fueris, ac-
cedere noli: inculatus enim es, & dolosè vocaberis. cui credens Bonifacius, arma de-
ponere, & imperatori prouinciam dimittere iussus, recusauit. Tunc imperator aduer-
sus Bonifacium duos misit duces, Mauortium & Galbionem. appulsis eorũ ducum
copijs Africano littori, Bonifacius illis congressus, eos profligauit, ducesq; ipsos prius
penè quam terram contigerant, interfecit. Clades hæc effecit, vt Franci denuo Gal-
lias irrumpere sint ausi. Etium enim bello Burgundionum implicari videntes, & im-
peratorem amissis in Africa copijs eneruatum viribus, ex Franconia sunt transiecti
duce Clodio, Anno Domini 430. transiisso Rheno. Habitabant autem vsque ad Li-
gerim fluium Romani, vltra Ligerim dominabantur Gotthi, Burgundiones habita-
bant iuxta Rhodanum, Vandali, Sueui & Alani vltiorem Hispaniam premebant.
Franci ergo, Clodio rege Francorum secundo duce, Romanos, qui Gallis impera-
bant, bello adorti sunt, & à Rheno vsque in Carbonariam syluam fugant, fundunt-
que. Ingressi Tornacum & Cameracum ciuitates, vniuersa maritima inter Scalden &
* Sunam fluuios violenter obtinent. sicque paulatim progredientes, Rhemos, Sues-
sonam, Aureliam, Agrippinam & Treuerim subiugarunt, adijcetes Senones Parisios-
que, & ibidem vsque in hodiernum perseverant. de hoc Vincen. in Spec. & commu-
niter omnes. Etius interea Burgundiones toties profligauerat, vt breui eos aut Gal-
lij expulsi, aut ad internecionem cæsuras videretur: sed tantos vndique imperio
labores imminere intelligens, pacem illis dolens concessit. Aphricam tutari volens
Valentinianus, misit illò Sifulsum ducem, qui animo & virtute Bonifacio par, saluo
exercitu, in Aphricam ingressus, Carthagine breui potitus est, cuius imperium fugiens
Bonifacius in Mauritaniam, desperansque salutem, Genserici tunc regis Vandalorum
auxilium implorauit, multa exorans prece, vt siue mallet stipendia, siue prædam vrbi-
um in præmium, opem sibi ferret. Gensericus rex Vandalorum occasionem ample-
xus, mox cum vxoribus & libris ex Bethico * Gadicensi littore soluit, non magis Bo-
nifacio auxiliũ laturus, quam nouas accipere sedes statuens, in Africam nauigaturus.
relictis itaq; Hispanijs, nauigauit in Mauritaniam, vbi in promissas sibi à Bonifacio ci-
uitates oppidaque, copias impedimenta; exposuit. fuerunt autem sibi pactione con-
cessa, quæcunq; à freto Leptæ ad Cæsaream vel mari imminent, vel littori sunt propin-
qua.

Ardaburius
prætor.

Valentinia-
nus tertius
Imp. 52.

Britannia
vastatur.

Francorum
in Galliam
accessus.

* Sequanam
* Sagonam

Vandali in
Africam mi-
grant.

Reges Sueuorum in Hispania.

* Bathicæ

Carthago capitur à Genferico.

* Possidoni

B. Augustini obitus.

Bonifacius comes.

Britannorum fortuna.

Saxones Anglici.

qua. sed Vandali gens effera, omnia per vtraq; Mauritanias Numidiamque hostiliter populati sunt. nec ea solum quæ Ro. imperatoris fidē sequerentur, sed & quæ Bonifacius obtinebat, Carthaginem & Hipponem Sisulpho pro imperatore tutante. Alani autem & Sueui manserunt apud captas per fortes Lusitanæ regiones, in quos Valentinianus comitem Sebastianum misit, qui Alanos profligauit: & omnino delesset, nisi ad Visigothos in Bathicam, quam occupauerunt post recessum Genferici, confugissent. Sueui autem & ipsi territi, Lusitanie urbibus excessere. Alij ita scribunt de Sueuis: Dum Vandali ex Hispanijs in Africam transmisere, Sueui in Gallicia soli remp. gubernabant sub eorum rege Emerico, qui regnavit annis 33. Eo defuncto, Rixilla filius eius in regno successit. hic Andeuotum Ro. militiæ principem, ad Sigillum * Bithyæ provinciæ fluuium prostravit, & thesauris potius, Emeritam ciuitatem, Hispaniam, Carthaginem & Bathicam provinciam, armis in suam potestatem redegit: regnansque annis 9. obiit. Reges autem Sueuorum qui illis in regno successerunt, reperiuntur infra generatione 19. vbi de regibus Hispanorum tractatur. Valentinianus cum accepisset Vandalos Africam occupasse, Hispanias ac Gallias afflictas, cum tanto furori vidit imperij vires impares esse, petenti Genferico pacem dedit, eique apud Mauritaniam peritas sedes largitus est inhabitandas, Carthaginem, Hipponem & reliquas Africae provincias, eo ex foedere saluas reddere meditatus. sed malè imperio prospexit, ut qui Vandalorum perfidiam, Romanorum damno famosam esse non ignoraret. nam paci confusus, Sisulphum ducem in Italiam reuocauit, ut illum cum exercitu mitteret Etio in Galliam. Genfericus anno Domini 437. perfidia vsus, intelligēs Carthaginem omni praesidio destitutam, pacem spreuit, & occupata Carthagine, eam caede & rapinis rerum omnium etiam sacrarum vbique foedauit. nihil enim humanitatis habens, cunctis infestus, & maximè nobilitati ac religioni, diuina ac humana exinanivit, Episcopum & clerum omnem Ecclesiae Carthaginensis expulit. loca sacra aut suis dedit inhabitanda, aut Arrianis, cuius ipse secta erat, attribuit. sicque Carthago illa pridem & tunc praepotens, à Vandalis capitur anno 535. postquam Ro. coeperat esse subiecta. Licet autem Genfericus omnia iam cepisset, quæ à fratre Gaditano Carthaginem vsque sunt sita, Hipponem tamen, sicut * Possidius B. Augustini familiaris scribit, mensis 14. obsidere coactus est, priusquam potuerit ad deditiōnem inducere. Sub hac turbatione B. Augustinus Hipponensis episcopus, ne suæ ciuitatis ruinam cerneret, 3. mēse obsidionis migravit ad Dominum, 76. vitæ suæ anno, 430. à natiuitate Christi anno. Legitur autē quod conuocatis fratribus dixerit: Ecce rogauit Dominū, ut aut nos de illis periculis eruat, aut patientiā tribuat, aut de hac vita suscipiat, ne tot calamitates videre compellar, & tertium quod petiui, obrinui. Intellegensque paulò post dissolutionem corporis imminere, septem psalmos pœnitentiales sibi scribi fecit, ipsosque lecto decumbens dicebat, vbertim flens, & ut Deo vacaret liberius, & eius intentio à nullo impediri posset, ante x. dies obitus sui, nullum ad se ingredi voluit, excepto medico, & eo qui refectionem portasset. accessit autem ad eum tunc quidam infirmus, & eius oratione sanatus est. Affirmat quoque * Possidius, Bonifacium comitem eam urbem intrasse, vnde creditur, ipsum postquam se à Vandalis deceptum videret, ad Augustinum confugisse, & eius suasionem suis hostibus, quoad potuit, restitisse. Interea quidam senatorum amici Bonifacij, intimabant Placidia Etij falsam accusationem, ostendentes epistolam ab eodem ad Bonifacium. Ex quo stupefacta, Etium quidem non læsit. Bonifacio tamen verbum exhortatorium, ut securus veniret, misit. qui veniens, omnem suspicionem dissoluit, & magister militum effectus est, ac non multò post morbo extrinsecus. Et licet alij aliter velint, id tamē satis consentaneum esse videtur, & tanto viro dignum. Inter hæc verò Genfericus Africam omnem vsq; * ad Aethiopiā suo subiecit imperio, ut Blondus scribit. Effecit is terror, scribit Blondus, ut Romani Britannias tunc amiserint. Britanni enim à Scotis, Albiensibus, Pictisque agitati, ab Etio postulabant, ut copias sibi mitteret. Etium verò Gallicanæ expeditionis cura occupauerat, & Hunnorum apparatus, qui diem nunciabantur, deterrebant, ut precibus Britannorum satisfacere non posset. Ita Romani ciues qui Britanniam inhabitabant, & ipsi simul Britanni, salutis desperatione aggressos Scotos Pictosque prelio superant, ac in vltiorem insulæ partem recedere compellunt. Sed paulò post cum Britanni se à Scotis Pictisque diutius tueri diffiderent, Anglicos Saxones, datis in stipendium pecunijs, ex proximis Germaniæ littoribus conduxerunt praesidio affuturos: qui quidem Saxones, cognomine Anglici, duce

duce * Vortigerio eorum rege, insulā ingressi, Scotos atq; Pictos represserunt. sed & ipsi postea Saxones ambitione ducti, magis Britonibus, quam Picti aut Scoti hostes, nocuerunt. Romanos enim ciues & Britannorū primores maiori ex parte vario mortis genere interfecerunt, ex eoque tempore coeperunt Saxones Anglici Britannia dominari. consentit Pomponius Latus. De hoc tamē Ganfredus Arcturi Monentis aliter scribit, & sic: Post Maximū qui Gratianū interfecit, ut dictū est generatione 13. Britannia longo tempore per * Gnanium regem Hunnorū & Melgam Pictorum, inquietata est, donec Gnetelinus archiepiscopus Londonensis, Constantinū fratrem regis Aldonei in minori Britannia, cum * gentibus adduxerat. is Britannos à piratis liberauit, & occisus est per quandam Pictum per dolum, relictis tribus filijs, Constantino monacho, Vterpendragone, & Aurelio Ambrosio, ex quibus Constantinus à monasterio reuocatus per Bortigernū consulem Gerfcorū, in regem sublimatur. sed paulò post Bortigernus, aliās Vortigernus, hunc per Pictos occidi fecit. anhelabat enim ad regnū, & ut scelus distimularet, percussores illos pœna capitali affecit, & acclamatione populi rex factus est, fratribus duobus Cōstantini ferè infantibus, in Britanniam minorem fugientibus. Bortigernus igitur conscius scelus suorum, timebat hæredes regni qui aufugerant, aliquando redituros. Saxones per id tempus sub Horfo & Engisto ducibus, casu ad insulam accedentes, & nouas sedes quærentes, in societatem assumpsit: & cum indices Saxones multiplicarentur, * Bortigernus captus amore filie Engisti, eam in vxorem duxit, ex qua * Vortunernum generauit, de quo & Saxonibus generatione sequenti dicitur. Per idem tēpus * Vortigerius, aliās Bortigernus Britannia rex, volebat edificare turrim munitissimam, quæ cum firmari nullatenus posset, suatum est ei à diuinis, ut hominem sine patre quæreret, & eius sanguine lapides & cæmentū adspergi faceret, & sic fundaret. Inuentus est tum adolescens, dictus Merlinus, cuius mater confessa est se à spiritu in specie hominis concepisse, hoc est per incubum. hic Merlinus Ambrosius est dictus, natus ex filia regis * Demetia, quæ monacha erat, referente Ganfredo, spiritu prophético plenus, cuius prophetiā Anglici hodie in precio habent. sed est scripta sub varia animalium differentia, magis ignota, quàm Apocalypsis. Hic Merlinus, ne occideretur, dicebat sub fundamento turris lacum esse, & ibi duos latere dracones, quorum vnus rubeus populū Britonū, alius albus gentem Saxoniam significaret, & quæ natio in conflictu praualeret. prædixit etiam Aurelium Ambrosium, deuicto Engisto & combusto Vortigerno, regnaturum, fratremque eius Vterpedragonem successurum in regno, & vtrunque veneno periturum. Arcturum verò, quem aprum Cornubiæ vocat, prophetauit, quod Ecclesia Dei succurreret, & insulas occidentales subiugaret, quod Gallicanas provincias possideret, & Romanis terribilis fieret, & tandem exitum dubium haberet. prophetauit etiam, quod sub Normannorum dominio futura esset Anglia, & de multis alijs quæ intelligi non possunt. Vincen. in Spec. de hoc. Interea Genfericus postquam Aphricæ per annū dominatus fuerat, ingenti classe traiecit in Siciliam, magnam insulæ partem incendijs & rapinis foedauit. At Valentinianus Sebastianum comitem iussit classem contrahere, & milites expedire in Africam. quod cum Genfericus percepisset, relicta Sicilia, in Africam est reuersus. Sebastianus tamen perfidus & tyrannidem affectans, cum Vandalis & Visigothis foedera iniit, per quæ sperauit Lusitanæ dominium obtinere, nec Valentiniani vires formidasset, si modò foedera stetitissent. sed ab ipsis barbaris deceptus occisusque, perfidiæ suæ pœnas soluit. Quo interfecto, Visigothi, Sueui, & Alani, Lusitaniam Tarraconensemq; Hispaniā & Aquitaniā ceperunt, à Ligeri fluuiio ad Pyrenæum vsque, quantum maria à sinu Aquitanico ad Britannicum Oceanum, & * Balearicum ad Carthaginem nouam ambiunt, nec erat à Balearico reliquum quicquā, præter Astures Cantabrosque, qui pro sua fidei constantia Romanos iudices seruauerunt. Valentinianus autem Augustus ad Theodosium confortinum Constantinopolim profectus, filiam eius Eudoxiam in matrimoniū accepit anno 440. Sequenti anno terræ motus magnus factus est ibidem per 4. menses. itaq; Byzantini extra ciuitatē in cæpo cum episcopo Proculo perseuerantes, in litanijs ad Deū vociferarūt. quadam autē die terra fluctuante, & omni populo Kyrie eleison attentius cantante, circa horam 3. omnibus videntibus, quidam adolescens in aërem subleuatur, audiuitque vocem dicentem sibi, ut nunciaret episcopo & populo litanias facere, & sic dicere, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis*, nil aliud apponentes. quod cum fieret, terræ motus cessauit. Porro B. Pulcheria soror

Vortigerius rex.

Merlinus ab incubo demone conceptus.

Sebastianus comes.

* Balearico

Terræ motus ingens.

Theodosij, cum fratre super hoc valde mirata, sanxit per vniuersum orbem hunc hymnum taliter decantari. ex Tripartita hæc. ANNO salutis 435. mortuo Cælestino, Sixtus natione Ro. papa creatur. sedit annis 8. sub quo ex præmissis multa sunt gesta. Sixtus hic à quodam patricio, Basso nomine, falso crimine accusatus est. quod audiens Augustus, autoritate Sixti synodum vocari iussit, in qua magna examinatione Sixtus satisfecit omnibus, licet euadere aliter potuisset, suspensionem tamen tollere curauit. alij tamen formam dare noluit, de hoc 2. q. 4. c. Mandastis. Cōdemnatus tūc est Bassus, ita quod vltima die ei viaticum non negaretur. Valentinianus autē & mater eius indignati cōtra Bassum, eum in exilium relegarunt, & omnes facultates eius Ecclesiæ attribuerunt, qui iusto Dei iudicio infra tres menses moritur, cuius corpus S. Sixtus iniuriæ immemor, proprijs manibus in Ecclesia S. Petri honorabiliter sepeliuit.

Sub hoc Sixto multi volunt synodum Ephesinam celebratam, vt supra de Cælestino diximus, quod quidem non quadrat. Per idem tempus Eudoxia vxor Theodosij, Hierosolymam ex voto petijt, & rediens Romam, catenam qua S. Petrus sub Herode ligatus in carcere tenebatur, sed ab angelo solutus fuit, adduxit: & iuncta alteri catenæ, qua idem Petrus sub Nerone ligatus fuerat, facta est vna, ad cuius contactum postea quidam comes à dæmonio liberatus est, & exinde institutum est festum S. Petri ad Vincula. Hieronymus aliter in epistola ad Eustochium scribit. In hac generatione claruit Iohannes Cassianus eremita, qui nescitur qua de causâ à Ioh. Chryf. de Ecclesia Constantinopolitana eiectus fuit, & in Massiliam Galliæ veniens, presbyter factus, multa scripsit. Inter cætera collationes patrum luculento sermone, qui liber numeratur inter apocryphos, 15. dist. c. sancta. Et hoc fortè ideo, quia B. Prosper, cuius doctrina est approbata ab Ecclesia, & post eum etiam Cassiodorus, arguunt eū, quod non catholicè scripserit de libero arbitrio & gratia, in collatione Moyfis, & in ea quæ dicitur Chremonis, de protectione Dei. In quo tamen aliqui, vt dicit Ioh. Dominici in lib. qui intitulatur Amor charitatis, excusant eum, dicentes, dicta eius posse saluari, si sanè & maturè intelligantur, non eo modo quo Prosper & alij nimis cursiuè & superficialiter intelligunt. Hæc post Vincen. in Spe. lib. 20. Anto. secunda parte tit. 10. c. 10. §. 2. etiam Cassianum rogatum à Leone archidiacono, postea papa eius nominis primo, scripsisse aduersus Nestorium hæreticum de incarnatione Domini libros 7.

ANNO Domini 442. post transitū Sixti creatus est Leo huius nominis primus, qui natione erat Tuscius, sedit annis 21. Sub eo quarta synodus Chalcedonenfis celebrata est, de qua in sequenti generatione dicitur. Leo papa varia pro Ecclesia statuit. primo, vt quicumque imagines sanctorum inhonestè tractauerit, aut eis irreuerentiā exhibuerit, à communionē separetur fidelium. Et quod in Missa diceretur, Orate pro me fratres & sorores, necnon in fine, Deo gratias. In canone apposuit, sanctum sacrificium, immaculatam hostiā. Hic Leo legitur sibi ipsi manum amputasse, pro eo quod in die S. Paschæ vehementer tentatus fuerat, cum mulier in Missa oblationem faciēs, manum sibi ex deuotione oscularetur, quam manum beata virgo sibi restituisse traditur. Hic Leo aduersus Eutychium & Nestorium scribens, epistolam supra sepulcrū S. Petri Apostoli posuit, ieiunijsque & orationibus insistēs, dixit: Quicquid in hac epistola vt homo errauit, tu, cui ecclesiarum cura cōmissa est, emenda atque corrige. & post dies 40. oranti illi Petrus apparuit, dicens: Legi & emendauit. accipiēs itaque epistolam Leo, inuenit eam manibus apostoli emendatam & correctam. quam ad Fabianum episcopum Constantinopolitanū dirigere mox curauit. Hic Leo aliquando orauit ad sepulcrum S. Petri, & petiuit vt sibi veniam peccatorum suorum dignaretur impetrare, cui apparuisse fertur S. Petrus & dixisse, Deprecatus sum pro te Dominum, & omnia peccata tua tibi dimisit. solummodo de manus impositione debes inquire, id est, si benè vel malè manus alicui imposueris, scilicet conferendo ordines vel beneficia. Quomodo verò vir sanctus Attilam Hunnorum regem exorauerit, quod vbi pepercit, dicitur in sequenti generatione.

ANNO Domini 449. vel secundum alios 50. Clodius 20. sui regni anno vita excessit, nullis liberis relictis, vt refert Robertus Gaguinus. Qui autem illi sanguine propior attinebat Meroueus, regno præfectus est, à quo vsque ad Pipinum Caroli Magni patrem, series generis regum perseuerat. fuit Meroueus regno commodissimus, quanquam ab Hunnis, Tungros Metensesque & reliquam Galliam incurstantibus, multa perpeffus sit, prout in sequenti generatione partim dicitur, vbi Erio coniunctus in campis Catalaunicis, præliatus est contra Attilam cum gloria, vt mox dicitur.

GENE-

GENERATIO XVI.

ANNO salutis nostræ 450. sub Leone papa & Theodosio iuniore ac Valentiniāno imperatoribus, 16. incepit generatio. Interea regnantibus his imperatoribus, Attila rex Hunnorum cum Bleda fratre regno Pannonicæ regionis sunt potiti, & erat titulus Attilæ huiusmodi: *Attila filius Benedekutz, nepos Magni Nemroth, nutritus in Engadi, Dei gratia rex Hunnorum, Medorum, Gotthorum, Danorum, metus orbis & flagellum Dei.* Quis autem fuerit, maximè docet Priscus historicus. is enim à Theodosio iuniore, cum esset epistolarum magister, orator ad dictos Hunnorum reges in Scythiam fuit missus, qui scripsit imperatori ingentia se flumina transeuntem ad loca peruenisse, vbi dudum Indigoia, Gotthorum fortissimus, Sarmatū dolo occubuerit, indeq; non longè ad vicum, in quo rex Attila morabatur, accessisse: vicum inquam ad instar ciuitatis amplissimæ. in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata vidit, quarū tabularum compago ita solidū mentiebatur, vt vix ab intento posset iunctura tabularum comprehendere. Erant triclinia ambitu prolixiore distincta, porticusque in omni decore dispositæ, area verò curiæ ingenti ambitu cingebatur, vt amplitudo ipsa regiam aulam ostentaret. Hæc sedes, erat regia Attilæ regi barbariem totam tenenti, hæc captis ciuitatibus habitacula præponebat. is nanque patre genitus est Mundizico, vel vt alij placet, Madlucho, cuius fuere germani *Ottar & *Rohas, qui ante Attilam regnum tenuisse narrantur. post quorum obitum cum Bleda germano, Hunnorum successit in regno. Erat verò Attila superbus incessu, huic illucque circumferens oculos, vt elata potentia, ipso quoque in motu corporis appareret, bellorū quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propicius autem in fide semel susceptis, forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis adpersus, simo naso, teter colore, originis suæ signa præ se ferens. Qui quanuis huius esset naturæ, vt semper magna consideraret, addebat ei tamen confidentiā gladius Martis, apud Scytharū reges inuentus & semper habitus, quem Priscus tali refert occasione detectum: Cum pastor quidam gregis vnam buculam claudicantem conspiceret ac vulneratam, sollicitus vestigia cruoris sequens, venit ad gladium, in quem latentē in herbis bucula impegit. hūc gladium pastor ad Attilam detulit, quo ille munere gauisus, & vt totius mundi principem constitutum se, ac per Martis gladium potestatem bellorum sibi concessam esse arbitrabatur. hinc multis nationibus bella inferens, Gepidarum regem famosissimum Ardaricum sibi subiugauit, Ostrogotthos quasi hæreditario iure subiectos habuit, & multarum gentium dominus factus, in Pannonia sedem tandem locauit.

De eo autem chronica ad Matthiam regem Yngarorum sic referūt, quod post annum Domini 401. Attila, aliās Ethelæ dictus, & frater ipsius, fuerint in reges Pannonicæ regionis vnanimi voto assumpti, qui Attila sedem sibi in ciuitate Sicambria elegit, tandemque innata sibi ambitione, vicina constituit inuadere regna. quamobrem ne se absente dominium suum periclitaretur, Bledam fratrem suum in consortium regni suscepit, & illum à flumine Ticæ vsque ad amnem Tanain, super vniuersas barbaras nationes sibi subiectas principem constituit. Post hæc prouincias circumstantes, Mœsiam, Achaïam, Macedoniam, & vtranque Thraciam inuasit. quibus perdomitis, victor redijt Sicambriam. Hac eius forte conterritæ multæ nationes, spontè se eius subiecerunt potestati. inter quas erat Valemir Orientalium rex Gotthorū nobilissimus, Ardaricus rex Gepidarum famosissimus, præterea Marcomani, Sueni, Quadi, Eruli, Thuringi, regi Attilæ in seruitutem pariter & societatem spontè se iunxere. aderant non minùs & Diermarus ac Vuintmarus, reges & fratres Valemiri iam dicti. Rex igitur Attila tantarum superbus imperio nationum, conuocata curia in Sicambriam solenni, Ro. imperiū inuadere statuit. aderat Dietricus de Verona princeps Alemanus, prius hostis, nunc confœderatus, persuasitque vt regiones occidentales Ro. imperio subiectas inuaderet, vt potè armorum præsidio dēstitutas: quò cōsilio rex Attila ductus, cum prædictis regibus sibi subiectis ac socijs nationibus, habens in exercitu 500. millia armatorum, de Sicambria est egressus. primò Illyricos inuasit, deinde penè omni Germania peruagata ac vastata, veniens tandem in regnum Constantiæ, vbi rex Sigismundus terræ princeps circa Basileam cum exercitu obritus ac fugatus est, & tandem illi subiectus. Deinde Argentinam ciuitatem obsedit, & vi cepit ac diruit, & præda facta, ne muti se viuente repararetur, vertit, & quia peruia facta, Straßburg nominari iussit. deinde exercitum in *Luxonium, Bilantiam, Cabilo-

Attila rex Hunnorum.

Priscus historicus.

Vicus mœnia lignea habens.

*Ottar *Rohas,

Martis gladius,

Attila rex Bledam in consortem quæsiuit.

Argentina ab Attila destructa.

Theodosij
vritus &
obitus.

nem, * Masticones, Lingones, Lugdunenses ducens, ciuitates omnes & munitissimas diripuit, vastat, & humotenus destrucere fecit, & sic saeva tempestas igne & gladio omnia consumpsit, vt historia Alemanorū habent. His malis Theodosius cum resistere pararet, pestilentia correptus, apud Constantinopolim obiit, vir quidē multum sapiens, patientia & clementia vniuersos præcellens. primum igitur * regaliter natus, attamen nutritus nihil habuit tepidum. sic fuit sapiens, vt inter confabulantes experimentum omnium crederetur habere causarum. perdurabat in frigore similiter & in aestu. plerunque ieiunabat, & maximè quarta feria & sexta studio Christianitatis. nec aliter quam monasterium regalia videbantur. ipse nanque marutino ad suas sorores pergens, diuinas dicebat laudes, sacras literas sine codice recitabat: loquentibus episcopis, velut olim sacerdos, ex diuina lectione respondebat: congregabatque sacros codices, & plus quam Ptolemæus Philadelphus studuerat. Porro non multū, gaudebat syllogismis Aristotelis. philosophiam exercebat operibus, iram, tristitiam, libidinemque deuincens, & in nullo se vlcisci desiderans. dum igitur à quodam familiarium interrogaretur, cur nullum se lædentium morti subijceret, Vtinam esset mihi, inquit, possibile ad vitam etiam mortuos reuocare. quem dum alter requireret, eodem modo respondisse fertur: Non est, inquit, magnum neque difficile hominem occidere: Deo soli autem facile, mortuum ex potentia suscitare. Si quando bella sibi mouerentur, confugiebat ad Deum, sciens eum præliorum authorem, & sic nonnūquam inimicos oratione superabat. Eius principis vxor heroico metro multa confecit. erat enim eloquens, filia Leontij sophistæ Atheniensis, quam dum imperator duxisset vxorem, Christianam Atticus fecit episcopus: & cū prius vocaretur Athenais, Eudoxiæ nomen imposuit, ex qua nata fuit Eudoxia Valentiniano nupta. Quod autem Eudoxia catenas S. Petri ab Hierosolymis Romam transportauerit, in sine præcedentis generationis scripsimus. Hic Theodosius Codicem legum librum edidit ex constitutionibus antiquorum principum, scilicet Hermogeniano, Theodosiano & Grégoriano. Nec tamen vir iste vitijs caruit. erat enim mobilis. vnde & in chartis non perlectis se nonnunquam subscribebat. mortuus est itaque anno imperij sui 41. Cuius tempore corpora septem Dormientium, qui sub Decio imperatore inclusi in spelunca, martyrio coronati sunt, suscitata autem à Deo sub Theodosio, ad confutandum errorem apud quosdam exortum, negantes resurrectionem mortuorum, qui postquam Theodosio & pluribus alijs locuti sunt, resurrectionem attestantes, in pace dormierunt. Theodosio mortuo, B. Pulcheria soror eius, nondum morte eius diuulgata, Martianum religiosum & in pudicitia conuersantem senem & idoneum virum, ad se accersit, & ei dixit: Quoniam imperator mortuus est, & ego te elegi, tanquam beneplacentem ex omni senatu, da mihi verbum quod virginitatem meam custodias, quam Deo deuoui, & pronuntiabo te imperatorem. quod ille cum sacramento pollicetur, accersitoque Anatholio patriarcha cum omni senatu, pronunciauit Romanum Imperatorem. ANNO igitur Domini 453. secundū Bedam anno Domini 449. ab vrbe condita 1204. Martianus Orientali aula præficiatur imperator, patrante (vt dictum est) Pulcheria sorore Theodosij, regnavit annis 7. cum Valentiniano quinque, & post mortem Valentiniani duos. Hoc in tempore cum Valentinianus intellexisset Theodosium vita functum, pacem cum Genserico rege Vandalorum constituit, certisque spatijs Africa imperatori Ro. & Vandalis est diuisa. eam autem pacem Gensericus anxie optabat, quia ortam inter suos seditionem, factamque in caput suum conpirationem, non prius armis comprimere audebat, quam Ro. imperatoris periculo lenaretur. qui quidem Gensericus, postea castigatis in concione militibus, seditione compressa, perfidus, nihil vltra * suspicatus, militum & ducum ingentem numerum securi percussit. Pari ratione & Martianus, vt Hunnis, Gepidis & Ostrogothis integer ceterisque solutus curis paratior resisteret, cum eodem Genserico atque cum Persis inducias est pactus. in Hunnos verò, Gepidas & Ostrogothos, misit Arnestidem magistrum militum, qui apud Martianopolim illis congressus, prælio superior fuit. Sed postea cum auidè nimis & incautè bellum gereret, eum Atrila circumuentum superatumque interfecit. & tamen nulli dubium tunc erat, quin Martianus imperator prudentissimus. 4. reges illos Hunnorum, Gepidarum & Ostrogothorum, tantam barbarorum colluuiem trahentes, aut ad dissidium seductos, aut comæatu interclusos, breui fuerit confecturus, si modò in Illyrico & proximis prouincijs fuissent diutius commorati. In ea nanque nobilitatis opumque

Eudoxia ar
tium perita.

Theodosij
codicē cō-
pilauit.

Septē dor-
mientes sus-
citati.

Pulcheria.

Martianus
Imp' 35.

Particio
Aphricæ.

Arnestides
cōtra Hun-
nos missus.

opumque paritate non satis concordēs erant, quin coeperant eorum aliqui Martiano cedere multa pollicenti, si Atrilam reliquissent. Sed callidissimi ingenij Atrila, ipsius imperatoris consilium occupauit. nam fratrem suum Bledam, virum mitioris ingenij, cingendæ muro vrbs Budalæ operi intentum, fraude peremit. Quo interfecto, Andaricum * Gepidarum, Valemiremque Ostrogothorum reges, subditos sibi potius quam socios habere coepit: duxitque postea eos, tanquam sui exercitus duces, quocumque effrenis libido illum audaciaque traxerunt. Hic repetita sunt, quæ partim supra ex rebus gestis Vngarorum sunt conscripta, vt quisque probet quæ veritati consentanea magis videantur. Itaque Atrila præclusis Martiani copijs, ad Constantinopolim proximasque ciuitates accessum intelligens, statuit emigrare. neque enim tantos exercitus in vastatis Pannonijs & Illyrici prouincijs diutius alere potuisset. verebatur etiam ne Romani & Visigothi arma coniungerent. Etiam itaque amicissimum primò tentauit, cum quo paterna origine de transitu in Italiam foedera antè inierat. misit & nuncios ad Valentinianum, nullatenus se aduersus Rom. hostiliter venire, nec reip. amicitias in aliquo se velle violare, sed contra Theodoricum Visigothorum regem, sibi certaminis causas existere. Theodorico verò, qui per id tempus Valliæ in Visigothorum regno successerat, persuasurus, multis varijsque modis est vsus, maximè tamen acceptas sæpenumero clades, impendensque à Rom. excidium memorauit. orauitque, vt partitum potius cum Hunnis, Ostrogothis & Gepidis consanguineis occidentale imperium securus retinere, quam sub perfido & superbo hoste Romano tremens periclitari mallet. Sed effecit Atrilæ superbia ac militaris gentium calamitatis recens memoria, eius quod quærebat oppositum. Etius nanque Patricius, qui tunc militiæ Ro. præerat, intelligens astutias & dolos Atrilæ, misit ex persona Valentiniani legatos ad Theodoricum regem, qui illo in tempore apud Tolosam regnabat, vt pacem firmaret cum illo. Consensit in hoc Theodoricus, pacemque cum Etio firmavit, seque cum eo contra Atrilam pugnare promisit. Etius istis foederibus, quantumcunque potuit, auxilia ex subiectis imperio prouincijs Italiaque contraxit, misitque ad omnes Romanorum quondam prouincias oratores, quorum suasionibus adducti Burgundiones, Meroueus rex Francorum, Saxones, Riparioli, Lambriones, Sarmatæ, Lutetiani, cōtra Atrilam in eadem foedera consenserunt. Contra verò pariter & patrijs eduxit sedibus Atrila non Scythiæ modò populos, sed ad latissimam quoque Danubij oram vndiq; expositos, in quibus notissimi erant supradicti, Andaricus Gepidarū, Valemir, Theodamir, Vindemir fratres Ostrogothorum reges, atque Marcomanni, Quadi, Heruli, Sueui, Thuringi, * Rugi, & aliæ barbaræ gentes, quæ habitabant partes Aquilonis, ad quingenta armatorum millia fuisse dicuntur. Et cum desperasset Atrila de quæsitâ per simulationes vtriusque hostis pace, Germaniam est ingressus, & ea incendijs, rapinis, cædibusque multis in locis vastata, transiit in Gallias. primū in Rhemenses duces, eorum vrbe corona circumdatus. tãdem refractis subita vi mœnibus, irrupit exercitus, tantæque sæuitiæ & cædibus indulisit, vt nec sexui parcerent, nec ætati, eo que in S. Nicasium vrbs episcopum, virtutate prouectum sæuitum est, ex cuius ore, postquam abscissum caput iacebat, diuini eloquij carmina sunt audita. Post multas hinc inde in minoribus locis cædes, tum rerum sacrarum direptiones, secunda ad Aurelianos Atrila fecit castra. sed duxerat interea in Vasconiam Etius, & Ro. legionibus apud Tolosam sedentibus, Visigothorum copijs coniunctis, exercitum summo studio contrahebat. Quod cum intellexisset Atrila, primò quid faceret dubitabat: nam qui semper paruificisset Visigothos, Alanos, Sarmatas, Saxones, ab Hunnis sæpe superatos, Gallos item & Francos accedentes facillè spreuisset, nisi summam Etij virtutem & rei militaris peritiam sibi cognitam timuisset. Ergo aruspice accito, ritu patrio exta inspici iussit. Aruspice autem dubium prælium ac thagnorum suorum cædem, sed præpotentis hostium ducis necem portendi renunciauit. In prælium Atrila exarsit, non dubitans quin sublato Etio, si etiam maiorem exercitus sui partem amississet, cum reliquis copiarū & supplementis, orbis imperio potiretur. qua adductus spe, ommissa Aurelianorum obsidione, in Vasconiam duxit. oppositi tales tantique exercitus, quales in Europa nunquam conuenisse constat, in subiectis Tolosæ campis, Catalaunicis dictis. tunc acies in hunc modum, prout refert Ablabius, struxere. Atrila imbellem mulierum puerorumque turbam, inter carros ad proximos colles primò semouit, & inde structa apertis campis acie, sese cum Hunnis medium locauit,

Bleda in-
terfectus.

Theodori-
cus Gotho-
rum rex.

Cōspiratio
multarum
gentiū con-
tra Atrilam.

* Rhugi

Atrila Ger-
maniam in-
greditur.
S. Nicasius.

Ostro-

Ostrogotthos verò reges sinistro, Ardaricum Gepidarū regem dextro cornibus præfecit. Structuros autem acies Theodoricum ac Etium, retardauit Singibaris perfidia regis Alanorum, quem rescuerunt ab Attila corruptum. dubitantes quid facerent, ipsum regem cum Alanis curarunt acie media inter auxilia contineri. Theodoricus exinde cum Thorismundo filio & Visigothis sinistram, Erius cum Ro. & Burgundionibus ac Meroueo Francorum rege dextrum cornua tenuere. Fortè erat in campo tumulus, vtrisque castris pari spatio proximus, de cuius opportunitate hinc inde certabant: hunc occupauit Thorismundus. concurrentibus inde cornibus, prælium ininitum est, pro numero & multitudine atrocissimum, eadem verò inauditam, riuos ac medio in campo sanguinis torrentem fuisse scribunt. Dum autem recedentes Hunnos & in fugam conuersos, ardentiori animo insequitur Theodoricus, suorum magis pressura allisus, quam hostium ferro interfectus, occubuit. Attilam sanè de morte Etij sefellit sua opinio. nam Theodoricus occubuit. tunc Visigothi diuidentes se ab Alanis, inuadunt Hunnorum cateruam, & penè Attilam trucidassent, nisi prouidens arte fugisset, & se suosque ilico intra septa castrorum, quæ caris ac plaustris vallauerant, reclusisset. Altera verò die intra claustra se continens Attila, cum progredi non auderet, nec tamen tubis perstreperè quasi incurSIONem minitans cessaret, vt victores suos inclusus saltè turbaret, Thorismundus Theodoricus regis filius, de paterna dolens occisione, statuit Attilam coarctare obsidione, eumque cum suis ad internecionem delere. Tunc Attila de vita desperans, ex fellis ingentem pyram construxit, vt si fortè Gotthi imminerent, supposito igne ipse ascenderet, seseque cremaret, ne quis de suo vulnere gauderet, aut rex tantarum gentium in hostium potestate veniret. Cæsa autem fuisse in eo prælio ex vtroque exercitu 100. & 65. millia, alij 100. & 80. millia scripserunt. Per idem tempus Thorismundus inuentum genitoris sui cadauer, regij funeris pompa Tolosam ferri, & se à Visigothis regem declarari & salutari fecit, & conuenientibus ad Etij tentorium ducibus, Etium Thorismundus cæterosque duces vt victoria vterentur, primus omnium est hortatus. Sed Etio non minùs Visigothorum, Alanorum, Sueuorumque & Burgundionum ac Francorum, quam Attilæ & Hunnorum suspecta erat potentia. metuebat enim, Attila perempto, Romanos postea impunè ab illis deprimi. ideo aliud consilium sibi fuit. Hunnos enim, Gepidas & Ostrogotthos nunc enervatos, & disciplinæ militaris (vt opinabatur) ignaros, voluit conseruare. Hinc arte laudatum, in maximamque spem erectū Thorismundum, admonuit, vt fratrum qui domi manserant, ambitioni occurreret, & ad suscipiendā paterni regni gubernationem festinus accederet, ne si à fratribus suis inuaderetur, ipse omnino priuaretur. Hoc ille consilium quasi pro sua salute prolātū, libenter amplectens, domum redijt. quo facto, cæteri principes & populi, qui Romana secuti erant signa, Etio dimittente, in patriam sunt reuersi. Cæterum Erius talia machinatus, heu nesciens quantum hac prouisione detrimentum patriæ dum auertere cupit, ingessit. nam Attila postquam tanto tremore ac periculo se vidit liberatum, mox inde in Tungros, post hæc in Trecenses duxit exercitum, & strages ac maxima edidit incendia. Erat autem hoc in tempore S. Lupus ciuitatis Trecensis episcopus, qui pontificali habitu decoratus, cum suo clero obuiam Attilæ venienti processit, cumque coram illo venisset admissus, ait Attilæ: Tu quis es, qui terram dissipas atque conculcas? Cui Attila: Ego sum Attila rex Hunnorum, flagellum Dei. ad quam vocem iussit episcopus portas ciuitatis aperiri, & ait: Beneuenerit flagellum Dei. & induxit illos in ciuitatem. sed Dei iudicio statim vt ingressi sunt, omnes percussus sunt cæcitate: & transfuentes per mediam ciuitatem, nulli læsionem fecerunt. Posthac, vt in chronicis Vngarorum legitur, Attila præfectum sui exercitus Iulium, aliàs Gyulam, ad obsidionem Colonæ destinauit. qui dum expugnare quæreret ciuitatem Agrippinam, cœtus ille xj. millium virginum, duce S. Ursula, simul cum illustri duce E. herio Anglorum regis nato sponso suo, ac Cyriaco papa, multisque alijs nobilissimis per Rhenum descendentes, Coloniam applicat. Ibi que à prædicto Hunnorum duce pro Christo martyrio sunt potiti, de quo tamen alij scribunt, circa annum Domini 218. trucidatos esse, prout de hoc supra generatione 8. scribitur. Igitur Attila cum Gallias deuastaret, audiuit Romanorū & Visigothorum simul iterum contra se copias aduentare, ac bellū instaurare: quo comperto, relictis Gallijs in Pannonias redijt, ibique maximo conflato ex supplemento & auxilijs exercitu, non vltra Gallias, sed Italiam ipsam inuadere constituit: in quam ducturus, primū Illyrici sinus oram circumuectus,

Acie bellū cum Attila.

Theodoricus obiit.

Cæsa in prælio.

Erius dolens agit.

Lupus episcopus.

Xl. millium virginum apud Coloniam strages.

uectus, plurima oppida, quæ in Martiani erant cura, nullo præsidio firmata diripuit & incendit: ad Arsam verò fluuium & Tergestinum sinum, Italiæ limites, nonnullas Valentiniani copias reperit ad tutandū prouincias, quas præfectus Liburnic & Aquileic Valentiniani dux adduxerat. sed ilico repulsus miles Ro. intra Aquileiā se recepit, quam ex hoc continuo triennio obsedit. Quo in tempore satis constat Martianum Constantinopoli imperasse, Gensericum apud Africam, Meroueam apud Francos regnasse, Burgundiones suis in sedibus, Thorismundum, Sueuos & Alanos in Hispanijs, Aquitania & Vasconia quietos fuisse. Sed de Valentiniano quid egerit, nihil inuenimus. Cum autem ex longa obsidione cunctam regionem adiacentem, exercitus Attilæ expoliasset, non minori fame atque penuria obsidentes quam obsessi laborabant, ita quòd capiendam urbem quasi desperasset. sed cum die quadam rex Attila muros ciuitatis circuiret, considerauit ciconias, quæ in turribus ciuitatis nidificauerant, vno impetu ex vrbe migrare, atque foetus suos exportare. Quo viso, Attila ad suos: Adspicite, ait, aues futurorum præcias, ciuitatem perituram relinquere. Hoc modo iritatis barbarorum animis, magno impetu urbem vndique aggrediuntur, atque fessis recentes succedentes, requiem negabant obsessis. Ad postremum effectis violenter muris, ingrediuntur urbem, opes diripiunt, occurrentes omnes sine ætatis aut sexus discretionem trucidant. solæ mulieres forma præclaræ, ad luxuriam referuantur. Erat in vrbe mulier præclara, nomine Digna, quæ se ex alto in gurgitem præcipitem dedit, ne fieret præda barbarorum. Igitur deleta Aquileia, circuniacentes vrbes aggreditur, ac velut fulgur ipsas demoliens destruxit, hoc est, Concordiam, Patonium, quæ hodie Padua vocatur, deinde per vniuersas Venetiarum vrbes, Veronam, Vicentiam, Brixiam, Pergamum aggredientes capiunt. Venetiæ, dum Aquileia obsideretur, & tandem vastaretur, in diocesi quæ Castellum dicitur, edificari ciuitas coepit. quidam autem scribunt anno salutis 422. esse ædificatam. Nam locupletes viri prouinciæ Venetiæ, fugientes exercitus Attilæ direptiones, cum famulis suis & preciosa suppellectilia portantes, proprijs sedibus relictis, nauibus onustis recedentes, in insulis quæ dicebantur Riuus altus, securi à barbarorum impetu, quibus non erat vsus nauium ad vim alijs inferendam, & cum arenæ habitaculis non sufficerent, nauibus vehentes arenas, ex industria mansiones munierunt, & ex communi prouinciæ vocabulo Venetiæ dixerunt. Post direptionem Aquileiæ & aliarum ciuitatum Veneticarum, prouinciæ Aemiliæ vrbes eodem modo diripiuntur. Rauennæ vrbi tantum hoc modo pepercit: Iohannes eius episcopus, suo clero comitatus, in albis extra urbem ad Attilam suburbia obsidentem supplex acclerat, oratque vt vrbi & ciuibus parcat. Attila, Episcopi audita oratione, respondit: Parcere volo, sed ne ciues tui suo consilio vel viribus gloriantur nostræ obstitisse potentia, portarum postes deponi volo, & quòd nostri exercitus vngulæ illas conculcent. Quam conditionem vrbis ciues libenter amplectuntur. Transiit ergo Attila per Rauennam cum suo exercitu, non aliter ciuitatem deuastans. Inde in Liguriam progressus Attila, Mediolanum atque Ticinum captiuatis vel occisis ciuibus diripit. nouissimè occisione hominū & præda satiat, eo loco quo Mincius fluuius in Padum fluit, castra posuit. Ibi que consistens, animo reuoluere coepit, vtrum Romam adiret. sed Alarici exemplum pauens, qui capta vrbe atque spoliata non diu superuixit, ire differebat. Inter hæc legatio placidissima de Roma ad eum venit. Igitur Leo sanctissimus papa filijs suis timens, per se ipsum ad regem venit, hortante etiam Valentiniano imperatore. reperit autem illum apud Mincium in castris. Ibi accedens, cuncta quæ optauerat, obtinebat, & non solum vrbs Roma, sed etiam totius Italiæ salutem reportauit. Nam rex ille crudelissimus, Dei nutu territus fuerat, nec aliud Christi sacerdoti loqui valuit, nisi quod sanctus præsul optauerat. Recedente autem pontifice, interrogatus Attila à suis, cur vltra morem tantam reuerentiam pontifici exhibuisset, & cur ad omnia quasi imperasset, obtemperauerit, respondisse fertur: Non ego eius personam qui aduenit, honorauit: sed iuxta illum stantem alium virum sacerdotali habitu, forma augustiorem, canicie venerabilem, illum mihi euaginato gladio terribiliter mortem minantem, nisi cuncta quæ ille petebat, explesem. Attila itaque tali modo à sua barbarie repressus, ex magna parte opibus expoliata Italia, multisque occisis & captiuatis, Pannoniam repetiuit. Ad quem non multò post in Norico iam superiori, quam nunc esse partim Austriam, partim Bauariam dicimus, statiuā ducentem, Honoria Valentiniani imperatoris soror per eunuchum scripsit, vt sese precibus a gminis in vxorem à

Augueium Attilæ.

Digna, castitatis exemplum.

Bergomū

Origovrbis Veneticarū, familijs

Rauennæ Attila pepercit.

Attila Leonis papæ oratione persuasus, Italiam reliquit.

fratre extorqueret. Id autem magna instantia Attila attentavit, mandans Valentiniano, peiora se proximè illaturū, nisi mox sibi germanam suam cum regaliū opum portione transmisisset. sed mox diuino iudicio ex hac vita deceffit. Nam reuersus ad Pannonias, inter plures quas habebat vxores, puellā quandā pulcherrimam, Hildico nomine, vxorem duxit, ob cuius nuptias mortē hauferat. nam post conuiuium profusus hilariusq; celebratum, resupinus alto in sopore cum demersus esset, sanguis e naribus profluens, vitalibus oppletis meatibus, eū necauit. quod quidē ea nocte scribūt multi cognouisse per soporē Martianum apud Constantinopolim, cui Dominus per visum apparuit, & Attilæ arcū fractū esse ostendit. Sed quia virtus semper inuidiā parit, Valentinianus inter hęc timēs prosperos Etij successus, & fortē motus etiam ex eo, quod victoria contra Attilā parta vti detrectauit, ipsum procurauit occidi, quo simul Occidentis imperium statusq; reip. corruiet, sed Valentiniano mors Etij non impune cessit. nam anno qui mortē Attilæ est secutus, Valētinianum Transyla Etij cōmilito occidit Romæ, vt ducis sui, de se deq; rep. optimè meriti, iustissimam sumeret vltionem: quod tamen facinus Transyla nunquam ausus fuisset, nisi eum impulsisset adiuuissetq; Maximus patricius, à quo Etius pariter fuit interfectus. Valentinianus itaq; occisus est, cum regnasset annos 30. Id Pomponius Lætus. Occiso itaq; Valētiniano, Maximus præfatus inuasit imperium anno Domini 456. qui vt sibi firmaret imperium, Eudoxiā Valentiniani relictam, vi in vxorem recepit. quæ nullum auxilium fore à Constantinopoli existimans, Theodosio patre & Pulcheria amita defunctis, missā legatione, Genfericum ex Africa inuitauit, qui subito per mare magna multitudine nauium Italiam intrauit, cum adhuc B. Leo Romanū regeret pontificatum. Adduxit autē Genfericus trecēta hominū millia, ad cuius improuisi potentissimi exercitus aduentantis nuncium territa ciuitas Romana, in mōtes syluasq; & munitiora oppida populariter demigravit. Maximus verò tyrānus dum fuga & ipse sibi cōsuleret, ab Vrō milite Romano occisus fuit. Leo itaq; sanctus (cuius prece & suasionibus Attilam ostendimus Italia excessisse) pater & pius, in tanta omnium trepidatione sibi securus, paucos adducens ordinis sui Christi conseruos, superbum adiit Genfericum: eumq; prius quā vrbem ingrederetur, orauit, vt præda ciuili contentus, sacra dimitteret intacta, & à ruinis incendioq; vrbis, populo vacuæ factæ, abstineret. Minimè tamen valuit oratio sancti viri apud barbarum, qui Arriana hæresi inquinatus, sicut in Africa, ibi itidem templa sacrasq; eides simul cum reliquis vrbis partibus diripi permisit. per 14. itaq; dies Romam omnibus suis diuitijs euacuabant, multosq; captiuos inde auferentes, vt narrat Blondus. alij tamen, vt Paulus diaconus, scribunt, quod Leo papa Genfericum intantum Deo adiuuante deliniuit, vt cum omnia potestati eius essent tradita, ab igne tamē, cade atq; supplicij abstineret. Eudoxiā quoque, quæ Genfericum ad hoc malū inuitauerat, cum 2. filiabus suis in Africam deportabant. Hoc modo capta est Roma secundò, anno Domini 456. postquam eam Alaricus inuasit, expletis ab eo tempore annis 43. à condita vrbe 1207. aliàs 1209. Egressi vrbe Vandali, Campaniam longè lareque populati sunt. Capua vi expugnata, & ad solū vsq; diruta est, quæ causa impulit sanctū virum Paulinum Nolanæ vrbis episcopum, vt in captiuū vnus redempcionem, semetipsum dederit pro seruo in Africam deferendum, qui factus ex episcopo hortulanus, tantam tribuente Deo est apud barbaros gratiam consecutus, vt omnes Nolanæ vrbis captiuos sibi donari obtinuerit, in patriam reducendos. & cum totius regionis Campaniæ oppida barbarorum furor attriuisset, ad Neapolitanā vrbem ventum est, qua mœnium firmitate & ciuium robore munita, pertinaciter resistente, Genfericus obsidione soluta in Africam redijt. sextus is erat Martiani imperatoris annus. Reuersus autem in Aphricam Genfericus, filiam Valentiniani principis Trasimundo filio suo vxorem dedit, ex qua Hildericus natus est, qui quartus post Genfericum regnauit, quia matris monita sequens, catholicus fuit. Quare autem quartus, cum Gēferici fuerit filij filius? Dicunt Genfericum successionis ordinem filijs constituisse, vt frater morienti fratri sine controuersia succederet. vnde Genferico successit Honoricus, qui regnauit annis 8. in Ecclesiam Dei grauiter efferatus, vt dicitur sequenti generatione. Post hunc Guntabundus frater secundogenitus, annis 9. regnauit. post illum Trasimundus, de quo supra, regnauit annis xx. hic Hildericum ex Eudoxia genuit, vt dicitur. Martianus imperator admodum religiosus, & egentibus multa beneficia præstans, regnum quod delicati prædecessores eius per annos ferè 60. vicissim imperantes minuerant, diuina prouisione inter turbationes præmissas reparare

Attilæ obitus.

Etij clarissimi viri mors.

Valentiniani ac Etij obitus.

Genferici in Italiam accessus.

Roma à Genferico capta.

Paulini inaudita pietas.

Genferici posteritas.

rare non desinit. Quo in tempore etiam B. Pulcheria dormiuit in Christo, quæ omnia sua bona pauperibus dereliquit. Hæc autem Martianus, cum multa essent, alacriter dispertiuit. Per idem tempus fides catholica à Nestorianis & Eutychianis superbius impugnabatur. Nestorius enim Mariam virginem non Dei, sed hominis tantum genitricem dixit, vt aliam carnis, aliam diuinitatis personā faceret. de qua in præcedenti generatione. Eutyches autem Cōstantinopolitanus abbas, ne sentire cum Nestorio videretur, diuinam cum humana natura in idem compositum recidisse affirmabat, vnumque factum, nec vllō modo inter se distingui debere. Hanc hæresim cum Flauianus Constantinop. episcopus damnasset, Theodosio annuente, synodus Ephesina indicitur, in qua Dioscoro Alexandrino episcopo præsidente, Eutyches restituitur, Flauianus verò damnatur. At Leo, mortuo Theodosio, in eiusq; locum Martiano suffecto principe catholico, concilium Chalcedonense indicit anno Domini 455. qui fuit annus imperij Martiani tertius, in quo concilio 600. & 30. episcoporum autoritatē decernitur credendum, duas naturas in Christo fuisse, vt quæ vnus idemque Christus Deus & domo crederetur, ac statim Nestorius & Eutychius nefandus Manichæorum præsul, damnarentur. Combuisti etiam publicè sunt libri Manichæorum, calcata & depressa est Dioscorigo superbia atq; hæresis. hæc dicitur synodus quarta Chalcedonensis, de qua habetur in c. prima. §. quarta, xvj. dist. sub papa Leone. Sub hoc Leone etiam orta est hæresis Acephalorum, qui ideo Acephali vocati sunt, quia sine cerebro & sine autore habebantur. hi Chalcedonense concilium improbant, proprietatem duarum substantiarum in Christo negant, vnam tantum eiusdem personæ naturam predicantes: quam quidē hæresim epistolis suis eleganter & doctè ad Christi fideles scriptis, acerrimè cōfutaui Leo. Leo vrbis Romæ episcopus, postquam sedit annis vno & xx. moritur, & apud S. Petrum in Vaticano sepelitur, cui Hilarius natione Sardus, substituitur anno Domini 458. sedit annis 7. hic constituit, vt nullus pontifex successor sibi eligeret: item, ne clericus à laico inuestituram reciperet. Interim sub Martiano successores Attilæ de regno contendunt, & dum inconsultè imperare cupiunt, omnes simul imperiū perdidērunt. nam filij eius gentes sibi diuidi poscebant. Vt autem Gepidarum rex Ardaricus hoc audiit, indignatus, contra filios Attilæ primus infurgit: nec solum suas gentes, sed & ceteras quæ pariter premebantur, ab his absoluit. Armantur igitur, bellumq; committitur in Pannonia. post multos autem conflictus fuit Gepidis inopinata victoria. nam 30. ferè millia tam Hunnorū quā aliarū gentium, quæ his ferebant auxilium, Ardaricus peremit, filiumq; Attilæ maiorem occidit. Quo interfecto, reliqui eius germani cum Hunnis fugantur iuxta littus maris Pontici, vbi prius leguntur fuisse Gotthi. Hæc victoria Ardarici, multarū gentium animos sub iugo Attilæ pressos, ad hilaritatem erexit. Venientes ergo multi ex eis ad Martianum principem, gratissimè sunt ab eo suscepti, distributasque sedes quas incolerunt, acceperunt. Gepidæ namque Hunnorum sedes vendicantes, totius Daciæ finibus potiti sunt, nihil aliud à Rom. imperio nisi pacē postulantes. Sarmatæ verò & * Scemandri, & quidam ex Hunnorum parte, ad * Maternam vrbem Illyrici sedes posuerunt, Scyri & Adageri Scythiam minorem & inferiorem Mœsiam acceperunt, * Rhugi alięque nationes nonnullæ Birim & Archadiopolim petiere. Hernach quoque, aliàs Hernacus, iunior Attilæ filius, cum suis extremas minoris Scythiæ sedes elegit. Gotthi verò vindicantes Gepidas Hunnorum sibi sedes vendicare, & Hunnorum populos suas sedes vendicare, maluerunt à Romanorum regno terras petere, quā cum discrimine alienas inuadere, Pannoniamque accipere, & sub rege Valemire ac eius fratre Diethmaro morabantur locis diuisis, consilio tamen vnitis, tertius quoque Vuithmarus cum vtroque manebat. Contigit autem vt Attilæ filij contra Gotthos, quasi desertores dominationis eorum, venirent: ignarisque alijs fratribus, super Valemirem irruerunt, quos tamen licet cum paucis ille susceperit, diu fatigatos ad eò prostrauit, vt vix aliqua pars remaneret. Eo tempore cum pro gesta re ad fratres suos Diethmarum & Vuithmarum direxisset nuncios, veniens nuncius in domum Diethmari, maius inuenit gaudium. Ipso siquidem die Theodoricus filius eius, quauis de concubina, bonæ tamen spei puer natus est. Post tempus verò non multum rex Valemir & fratres eius Diethmarus & Vuithmarus, dum consueta dona à principe Martiano nō reciperent, & foedera pacis tamen custodirent, missi ab eis legati ad imperatorem: & quia placita eis non respondit, Illyricum totum depradando vastant. Inter hæc Romani post receptum Genferici, Auitum senatorij ordinis Romanū, delegerunt in imperatorem, cum

Pulcheria obiit.

Nestorius & Eutyches hæretici.

Hæresis acephalorum.

Hilarius papa.

Ardaricus rex.

Attilæ filij vincuntur.

Gotthi. Gepidæ.

Auitus imperator.

quo Martianus mitissimi vir ingenij, damnis & periculis occurrere cupiens, foedera iniit, secundum quæ Respublica administrari deberet. Annos tunc septem Thorsmundus Visigothorum rex post Catalaunici campi prælium sese continuerat intra Valconiam Tolosamque. partim nanque successus Attilæ timuerat, partim expectauerat, quem in locum euaderet res Romana: qui Attilam necatum, Etium Valentinianumque occisos, & Romam à Vandalis expilatam esse audiens, omnem postergauit Romani imperij reuerentiam. Romanorum enim maxima potestas, à ferrea sua firmitate in testaceam ferme deuenerat fragilitatem, propter Gothorū & Francorum incendia, incursiones & inauditas cædes, quæ Romanæ laudatiss. reipub. continuis vaftationibus intulerunt. Thorsmundus itaque cepit Hispaniam citeriorem, & Gallia ciuitates extra Burgundionum Francorumque ditionem, atque vltra Ligerim constitutas: & solum Narbonensem prouinciā cum his, quæ Ligerim inter & Rheni fluenta sunt, tunc tutatus est Geruandus quidam Romanus, præfectus à Valentiniano constitutus. Interea Martianus cum Orientalem rempublicam feliciter administraret apud Constantinopolim, facta suorū conspiratione Ardaburij & Asparis, vij, imperij sui anno peremptus est. ANNO igitur Domini 460. vrbis conditæ 1211, Leo Beflica ortus progenia, ex tribuno militum inaperator est electus, & ab Anatolio patriarcha coronatus, regnum Orientale suscepit, & 16. annis tenuit. Hunc vrbs Constantinopolitana primum ex Græca progenie imperatorem habuit. Itaque primo eius anno cum Auitus Romæ mortuus esset, Maioranum quendam exercitus apud Rauennam, Leone suadente, imperatorem assumpsit: sed anno post tertio interfecit. Surrogatus verò est illi per Romanos Seuerianus, sub quo Alani, duce Biorgo eorum rege, per montes Tridentinos Italiam sunt ingressi. Missus in eos à Seueriano Richimer gente Gothus, sed in patricium senatusconsulto authoritate Seueriani allectus, Benacum inter lacum & Bergomum vrbem sese illis cum exercitu opposuit, conflixitque, ac Biorgum regem occidit. Seueriano interim tertio anno imperij Romæ defuncto, Anthemius, qui fuit Martiani imperatoris gener, à Leone consensu totius militiæ ex patricio Cæsar factus est, ac Romam missus, cuius imperij initio Geruandus Narbonensis Gallia præfectus, de quo supra mentio fit, tyrannidem assumpsit, qui ab ipsius Anthemij ducibus prælio superatus, captus, & in exilium est actus. deinde post annum Rom. Patricius imperium affectans, iussu Anthemij occisus est. Gensericus inter tantos motus tempus esse ratus, ex omni Africa ingentem contraxit classem, atque ad littora Italiae nauigauit. eandem classem cum in Africa parari intellexisset Leo imperator, Anthemio principi Rom. opem ferre instituit. Basilisco patricij ordinis belli duce declarato, haud contemnendas illi copias dans, quas nauigio impositas in Italiam perduxit, paraueratque alias copias Anthemius, quibus iunctis, Basiliscus Genserico occurrit. Commissum autem est prælium acerrimum, à quo Gensericus se subtraxisse legitur. Superatus itaque, multis nauibus militibusque amissis, in Africam se recepit. Meroueo Francorum rege interim defuncto, filius eius Hildericus suscepit regnum circa annum Domini 462. quem luxuriosè viuētem, & cum filiabus populi fornicantem, Franci interficere nolentes abiecerunt, ac Aegidium quendam Rom. super se posuerunt, sed post annos 8. poenitentes, Hildericum reuocabant, factusque est rex virtute magnus super omnes priores. Agrippinam enim ciuitatem, occisus à parte Aegidij multis Romanis, Franci ceperunt, eamque Coloniam nominarunt. Treuerim quoque incenderunt, & totam illam terram vastabant. Mortuo autem Aegidio, Siagrius filius eius successit in locum. Sedit in Sueffionum ciuitate, vbi sedes regni erat. Sed Hildericus superueniens, omnem terram illam prædatus est, & Aurelianensem ac Andegauensem ciuitates regno suo adiecit. Eo in tempore Clodoueam generauit ex Basina regis Thuringorum vxore, quam ei abstulit, vt in fine generationis diceretur. Nec tamen interea quietus fuit apud Constantinopolim Leo. siquidem Aspar quidam patricius & Ardabur, cum illum insidijs tentatum interficere nequiuissent, apertam vim parabant, quibus vt resisteret Leo, classem reuocauit, quam Basilisco duce miserat in Italiā. Aspar interim mora ac fauore ciuium auctus, Ardaburem filium Cæsarem appellauit, vnde post reditum exercitus, aliquandiu in vrbe pari certamine est pugnatum. vicit tandem Leo, & captos Asparem filiosque iugulari iussit. Motibus prædictis ab initio intellectis, Ostrogothi reges Valimir Theodamirque, fratres, vti sub Martiano, Illyricum vastauere. sed Leo mox ad pristinam cum eis amicitia venit, & tam præterita quam præsentia munera tribuit, ac pacis

obsidem

obsidem Theodoricum infantulum Diethmari filii accepit, qui iam annū 8. intrauit, quem dum pater dare tardaret, patrius Valimir promittit, vt exinde pax stabilior inter Romanos & Gothos maneret. Igitur Theodoricus obses imperialem gratiam promeruit, quia elegans puer erat. Postquam verò firma pax inter Romanos & Gothos esset, videntes Gotthi sibi non sufficere quæ ab imperatore susceperant, more solito coeperunt vicinas deprædare gentes, & in Hunnos cōuertunt, atque à finibus suis inglorios expulerunt, vt ex illo tempore qui remanserant Hunni, Gotthorum arma pertimescant. Quiescete iam tandem Hunnorū gente à Gotthis, Cunimundus rex Sueuorum cum suis inuadens fines Diethmari ac Valimir fratrum, eos deprædatur, omniaque abducens iumenta, in terrā suam reuertitur. Diethmarus verò non tantum iacturā dolens, quantum metuens, ne Sueui, si hoc impunè lucrifacerēt, ad maiorem licentiā prosilirent, in tempestiue noctis silentio, dum adhuc in itinere essent, eos dormientes inuasit: confertoque inopinato prælio, ita eos oppressit, vt etiā regem Sueuorum captum, Gotthorū seruituti subdidit: sed dum esset multum misericors, facta vltione, veniam Sueuis cōdonauit: eundemque Cunimundū quem ceperat, adoptauit in filium, ac in Sueuiā remisit, qui tamen postea fretus auxilio Sarmatarū & Scyrorū, rursus inuasit Visigothos, vbi multis occisus Diethmarus Gotthorū rex victor euasit. Quod cum intellexisset Leo, gentē ipsam quā impossibile duceret superare, statuit in Ro. imperij amicitia liberalitate beneficioque allicere. Theodoricum itaque vnicū filiū Diethmaro tale munus non expectanti remisit, regio indumento comitatuque conductum. accepit libens Diethmarus tantum munus, & quod tacentem Leonem desiderare intellexit, induciarum foedera in optimā Romanæ reip. pacem cōmutauit. Theodoricus tum erat 18. annorū. hic sibi mox ex satellitibus & populo patris selegit penè 6000. virorum, cum quibus patre incio, per menso Danubio, Sarmatarū regem incurrit atque peremit, ac cum victoria ad genitorē suum redijt, magnæ spei adolescens habitus. ANNO 462. Hilarius papa moritur, & in eius locum Simplicius patria Tiburtus eligitur, qui sedit annis duodecim. Hic Simplicius diuisit vrbem in quinq; regiones presbyteris: prima erat Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Ioh. Lateranensis, quinta S. Mariæ maioris. Instituit quoque ne clerici inuestituras à laicis recognoscerent, quod fuit postea per alios magis roboratum, vt habetur xvj. q. vj. per totum damnauit etiam Petrum Eutychnianistam Constantinopolitanū episcopum, Romanam quoque Ecclesiam omnium primam declarauit. Per idem tempus Richimer in Italia nouis studuit rebus. cum imperator Anthemius cisalpinæ præferebat Gallia, ob rem in ea benè gestam. quinctiam Anthemius iuncta Richimeri in matrimonium filia, generū fecit: neque tamen tam multa potuerunt beneficia barbaro collata, facere, quin viribus cisalpinæ Gallia, cui præerat, fretus, copias aduersus focerum compararet. Sed eum priusquam ad facinus perueniret, cum imperatore in gratiam redire fecit S. Epiphanius Ticinensis episcopus. rupit tamē pacem barbarus, duxitque in focerum vrbemque Romanā copias, quantas ex cisalpina Gallia potuit contrahere. Diuersa tunc Romanorū erant studia, multis Anthemio, pluribus Richimeri cupientibus. & licet Richimer metatus esset castra ad vrbē, Anthemius tamen aliquandiu mœnia portasque tutatus est sustentabantque, Anthemium in vrbe fautores Bilimeris etiam, quem Narbonensī prouinciæ præferebat, licet Gotthum, tamen fidelem, is quā primū de Richimeris perfidia certior est factus, cohortes, quarum præsidio prouinciā regebat, auxiliaque tumultuaria contracta ad vrbem duxit. Ea cum Leoni Constantinopolim essent denunciata, Olymbrium ducem suum cum exercitu in Italiam misit, qui copijs in Rauennā expositis, Anthemium Romanosque de suo aduētū fecit certiores. Latatus eo nuncio Anthemius, insignia imperij deposuit: & in priuatā concedens vitam, vrbis custodiam senatui & Romano populo commendauit. Dum hæc fierent, Bilimer ad viam Cassiam delatus, in vrbem properabat. tamē illi occurrens Richimer, certamen iniit, fortiterque institit. fuitque ad ipsam Adriani molem commissum prælium, in quo Richimer victor Bilimerem interfecit. ea Richimer potitus victoria, vrbem ingressus est, & ilico focerum Anthemium quarto quā imperare coeperat anno, iussit à carnificibus lacerari. Olymbrius verò apud Rauennam Anthemium imperio se abdicasse, Bilimerem interemptum, Richimerem vrbe potitum, vnicō ferme die certior est factus, mansitque Rauennæ. Sed quæsito tanta perfidia imperio Richimer paruo tempore est gauisus: nam tertio quā vrbē erat ingressus mense, acerbis morbi cuiuspiam cruciatibus est consumptus, & Olymbrius à populo Rom. vocatus, imperatorque appellatus,

Bbb 3

latus, Occidentalis imperij gubernationem accepit, Gundibaro nepote, quem cum exercitu Rauennę dimiserat, in patricium declarato. Is verò Olymbrius cū restituendę rei Romanę instaret, post quartū quā aduenerat mensem, Romę obijt. Admissi sunt tunc Romani simul & Itali, repetita Maiorum disciplina, deligere per suffragia imperatorē. sed obstetit vnus Gundibari patricij audacia. eo enim instigante, Glycerius quidam senator Rauennę constitutus, primū petijt, & sic per suffragia declarari imperator tentauit: sed cū petitio illi non succederet, Gundibarus exercitu Rauenna educto, ita fauores ostendit, vt cōtracti malis, quę tot per annos Romani viderāt & ipsi Itali, eum potius imperatorem eligere, quā tyrannū (prout eis videbatur) habere decreuerint. Quem Glyceriū eodē anno Nepos Patricius, Leonis imperatoris autoritate & Romanorū auxilio fretus, & deiecit imperio, & apud Salonā episcopū constitui curauit. cōciuit verò ea res magnos in Italia motus, quia Gundibarus eieci Glycerij iniuriam vlturus, Rauennates & multos Italię populos in Nepotem Romanosq; armavit, nec tamen inertes tunc & deiectis animis quiescebant Romani, sed & ipsi vim inferre potius quā propulsare, maximo cum alterius partium incommodo parabāt. sed S. Epiphanius Ticinen. episcopus hos etiā, sicut Richimerē & Anthemius, meliore tamen successu, sua virtute ad pacē perduxit. Interim Leo imperator postquam Orientale imperium 16. annis rexerat, Leonem nepotem suū ex filia Mariagne Zenonis filium, ordinans imperatorem, morbo correptus, diem clausit extremū. Ipse verò puer Leo cū paucis mensibus imperium gubernasset, Zenonem genitorem suum, vulu & moribus deformem, fecit imperatorē, breuiq; post rebus excessit humanis. ideo nec in catalogo ponitur. Zenone Chalcedonē abeūte, Verrina eius socrus Basiliscum fratrem suū, imperatorem in Constantinopoli appellauit, nec defuit quorundam nobilium & plebis assensus. quod cū intellexisset Zeno, Isauriā se contulit, malens cum Mariagne vxore exulare, quā vt sui causā respublica bellis agitata ciuilibus, aliquod accipere incōmodum cōmitteret. latus ea fuga Basiliscus, Marcum filium suum Cęsarem appellauit. Sed cū Basiliscus in hęresim Nestorianā prolapsus, & propter alias vitę turpitudines populo esset inuisus, conuertit se ciuitas ad Zenonem, isq; Cōstantinopolim reuersus, fauore populi adiutus, Basiliscum, Marcumq; & Verrinam captos, in Cappadociam relegauit. ANNO igitur Domini 476. ab vrbe verò condita 1227. Zeno genere Isauricus, gener Leonis II. vt dictum est, propria manu Leonis coronatus, adipiscitur imperium Orientale. regnauit annis xvj. Occidentale verò imperium Nepos tenuit, qui Orestem militię suę magistrū, constituerat nātrere in Gallias tutandas ab inuasiōe Visigothorū. sed Orestes quā primū Rauennę cum exercitu applicuit, Augustulū filiū suum qui Rauennę erat, imperatorē creauit. id cū audisset Nepos, nullas sibi adesse ad resistendum copias videns, in Dalmatiam fugit, Augustulus verò imperij insula apud Rauennam ornatus, fœdera cum Vandalorum rege Aphricā tenente, Genserico s. constituit, quibus in fœderibus ipse & pater Orestes firmissima estimabant esse p̄sidia imperij constituta. Dum autē ab Aphrica sibi cauet prospicitq; Augustulus, Odoacer genere Rugus, Thuringorum & Scyrorum Herulorumq; turbis fretus, ab inferioribus Danubij ostijs ex Pannonia in Italiam contendit: qui dum adhuc per Noricorum rura duceret exercitū, cognita fama ferui Dei Seuerini, qui illis tunc degebat in locis, ad eum benedictionem petiturus ingreditur: qui benedictione accepta, egreditur à cellula: & dum caput inclinaret ne impingeret, à Dei viro futurorū p̄scio, audiuit: Vade nunc ad Italiā Odoacer, vade, vilissimis interim animalium pellibus indutus, multis citò plurā largiturus. Hęc verba exitus vera probauit. nam postmodum per omnem Italiam regnauit. Ingressus igitur Italiam, Aquileia ad sinistram relicta, in Taruisinos Vincentinosq; & inde in Brixianos flexit. Igitur Augustulus de aduentu eius certior, immisit Orestem genitorē, cuius ductu legiones Ro. & cōtracta accuratissimē ex omnibus Italię populis auxilia, apud Laudā conuenerunt. Contulit autē illico castra, & primus pugnandi copiā fecit Odoacer: parantē verò signa educere, & pariter pugnandi copiā facere Orestem, auxilia deseruerunt: quibus vndique dilabentibus, territę legiones Rom. & ipse p̄liū detrectauerūt. In eamq; adductus est difficultatem Orestes, vt solutis castris in vrbe Ticinū se reciperet. Insecutus illum Odoacer, vrbe corona cinctā vallauit, recepitq; diu & pertinaciter expugnatā. Eo in ardore cędes ciuium, Romanarumq; legionū tanta, quanta nusquam alibi in Italia ab annis plurimis est facta. Tūc nedum direpta vrbs Ticinū, sed & cum agro igni ferroq; vastata. Orestem autem captum, Placentiamq; per-

Romani imperatorem per suffragia creare nituntur.

Glycerius Cęsar.

Leo II. imperator.

Zeno 55. imperator.

Basiliscus tyrannus.

Nepos Cęsar.

Augustulus Cęsar.

Odoacer rex Gothorum Italiā inuadit.

Ticinum captum ac dirutum.

ductum, Odoacer ipse, spectante exercitu, gladio suffosum interfecit: quibus territi crudelitatibus ceteri Italię populi, certatim deditiōē fecere. Et Augustulus animo consternatus, Romam quidem ex Rauenna profectus, sed enestigio recedens, in Lucullano oppido Campanię purpuram diademaq; abiciens, sese imperio, quod annum vnū mensesq; duos tenuerat, abdicauit. Ita Ro. imperiū toto orbe venerandum, & augustalis dignitas, quę ab Augusto quondam Octauiano incepit, in hoc Augustulo periit anno salutis 477. consentit Pomp. Lætus. Deiecto itaq; Augustulo, Odoacer vrbe Romam ingressus, totius Italię regnum adeptus est. Illum enim primo ingressu regem Romę & Italię appellatum, Romani summis honoribus in Capitolium deduxerunt, qui & si barbarus esset, Romam & Italiam quietissimē primò gubernauit.

Augustulus imperio se abdicat.

ANNO eodem, salutis scilicet 477. Simplicio papa defuncto, ac in basilica B. Petri sepulto, Felix tertius patria Rom. surrogatur. sedit annis octo. Felix papa cū intellexisset Petrum Eutychianum ob hęresim antē in exilium pulsū, ab Achatio Constantinopolitano episcopo reuocatum, fraudem subesse veritus, autoritate Sedis Apost. ac consilio benē sentientium approbato, Petrum & Achatium damnat. Post annos verò tres cū Zeno imperator fidem faceret, hos homines pœnitere, Felix eō misit episcopos duos Messenum & Vitalem, qui re cognita, damnatos absoluerunt. Hi itaque Heracleam ciuitatem ingressi, pecunia corrupti, nihil ex sententia Felicis egere. Vnde pontifex indignatus, habita de more synodo, hos vt p̄uaricatores & simoniacos, à communionē deiecit. Messeno tamen pœnitentię tempus adscriptum est, qui errorem suum confitebatur. Idem Felix constituit, vt ecclesię non nisi à pontificibus consecrarentur. statuit etiam vt accusato inducię darentur. de quo fit mentio in c. Osius. 56. dist. ANNO salutis 478. apud Britannos, vt in p̄cedenti generatione dictum est, Ambrosius Aurelius regis Britannię filius, sese contra Saxones ducē obtulit Britonibus, qui desiderabāt se Romano imperio recuperare, Saxonibus vel pulsus, vel cæsis. Hunc scribit Blondus induisse purpuram, & imperator à Britonibus est appellatus. rum multuariē primū, postea iusta acie cum Saxonibus Anglicis sæpenumero est congressus, superatus verò est ad extremum & Britones cum illo, ipseq; Ambrosius in bello est occisus, qua victoria Saxones crudelissimē vsi sunt. Postquam enim eos interecerant qui arma contra se induerant, in omnis ætatis sexusq; multitudinē gratari est cœptum: nec solū id contigit in locis p̄lio propinquis, calentibus adhuc ex victoriā animis, sed super multos dies vrbes singulas vicusq; discurrunt, eadem vbique similem committentes. Ea impulsū necessitate Britanni, constituerunt ex insula populariter emigrare. Itaque perterritis omnibus, naues sibi quisq; aut scapham, prout potuit, comparauit: tantamq; fuisse referunt, completis vbique littoribus, contentionem conscendere volentium, vt multitudine atque onere nonnulli deprimerentur lembi. Itaque Britannias tunc pro se ceperunt Angli Saxones, quos ad ætatem vsq; nostram retinuerunt, tantis aucti opibus, vt de Francia, cui pridem manum iniecerunt, subijcienda, cum rege Francorum gerant bella, multos retro annos continuata. Britanni verò patria extorres eo anno, qui fuit Zenonis & Augustuli imperij & Odoacris regni initio, cœperunt oceanotenus in Turonibus, Cenomanis & Ciantibus, qui & Veneti, ac per ea Gallię Celticę maritima loca, in quibus Britannicum nomen idiomaq; ad ætatem vsq; nostram retinuerunt, habitare, prout refert Blondus decadis primę lib. 2. & sequitur Aeneas Syluius. Sed Gāfredus Arcturi in Chron. suis longē ab his discordat, dicēs: Postquam vt in p̄cedēti generatione dictum est, Saxones à Vortigerno intruso rege inuitati fuissent, & Vortigernus Engisti filiam vxorē duxisset, ciues & habitatores regni iam Christiani, & per sanctū Germanum Antiliodorensē, & Lupū Trecent. episcopos in fide confirmati essent, Saxones ferre non poterant. reiecto propterea Vortigerno rege, filium suum Vortunerium in regem accipiunt, qui Saxones quater p̄lio vincens, eos in Germaniam redire compulit, & postea veneno nouerę suę extinctus est: quo mortuo, Vortigernus pater regni gubernacula repetijt, & suasu vxoris filię Engisti victus, Saxones reuocauit, vt tamen socer cum paucis veniret. Qui cum 30. millibus Saxonum in Britanniam venit, ex quo rex & Britones commoti, volentes iugum à se excutere, à Saxonibus capto rege occiduntur per insidias, & Saxones Londinum, Eboracum, Lindocolium, Gunitreniam, & aliā loca ditiori suę submitunt. Cū hæc fierent, Aurelius Ambrosius iam adultus, auxilio Britonum in Armorica, vbi cum fratre nutritus fuit, intravit Britanniam, & Vortigernum persequens, in regione Cambrię in oppi-

Felix iij. papa.

Ambrosius Aurelius occisus.

Britanni terram relique suam propriam.

Britannia moderna.

Ambrosius Aurelius.

do Getore, in turri cremavit: quod cum Engisto nunciatum fuisset, sese cum Saxonibus in partes Cambriae recepit, loca omnia muniens, sub spe, si illinc cedendum esset, ad manum haberet Albaniam, ubi Picti, Scoti, Daci, Noruegi habitabant. At Aurelius congregatis suis, Engistum insequitur: & commissio praelio, Saxones de dijs suis, nam infideles erant, frustra sperantes, manu Dei percussis, & Engistus eorum dux captus, & capite truncatus est. Otho vero filius & Cossa cognatus suus, cum reliquijs Saxonum, Eboracum fugerunt, ibique obtenta regis gratia, terram iuxta Scotiam ipsis datam colere coeperunt. Aurelius autem Ecclesias Dei per Saxones destructas reformare, & status regni restituere coepit, & in monte Ambri nobilibus suis sepulturam erexit. tandem per insidias cuiusdam Saxonis, fingentis se medicum, veneno perijt. Eodem tempore Pascentius filius Vortigerni, qui in Germaniam fugerat, congregatis Saxonibus, & iuncto foedere cum Gilomanio rege Iberniae, Britones aggreditur, quos Vterpendragon excipiens, ambos duces occidit, victoria potitus est: similiter & Occa filius Engisti, & Cossa cognatus, mortem Aurelij audientes, novos motus excitauerant. Sed ambo capti sunt per Vterpendragonem, & exercitus eorum dissipatus. Post hanc victoriam rex Vther faciens festiuitates cum suis principibus, inter quos Gorloius dux Cornubiae, cum Igerna coniuge pulcherrima aderat, cuius amore captus rex, ducem persequitur, & tandem Merlini opera, eius concubitu potitus, Arcturus Magnum ex ea genuit: Gorloioque occiso, vxorem eius coniugio copulauit. Verum successu temporis Occa & Cossa e carcere lapsi, ingentem Germanorum multitudinem ducentes, ingressi sunt Britanniam, a parte aquilonari longelateque eam dissipantes. Quibus Vther agrotus, in pheretro positus, sub Gail consule, qui Annam filiam regis vxorem habuit, obuiauit: & commissio praelio, Occam & Cossam vicit, ac occidit. Reliquiae Saxonum sese in partes aquilonares transferentes, & insidias regi tendentes. Tandem venenato fonte vnde aquam sumebat, ipse cum pluribus alijs perijt. Sepelitur in conobio Ambri * infra choream gigantum, iuxta Aurelium fratrem suum, cui successit in regno Arcturus filius aetatis annorum xv. Vincentius in Spe. lib. xxj. c. l. adducit Sigisbertum, referentem quod Leo imperare coepit anno 458. salutis, cuius Leonis anno circiter quinto mortuo Vterpendragone, successit ei in regno filius, Arcturus dictus, cuius mirabilia gesta decantata sunt, licet plura fabulosa esse videantur, aduersus Saxones, Scotos, Pictos vario conflictu decertans. tandem conclusit eos in quodam saltu, & datis obsidibus, eos abire dimisit. Sed ipsi postea fidem frangentes, redeunt: quibus congregatis Arcturus, impetu facto in hostes, occidit suo gladio Caliburno dicto 470. viros, ceteros in fugam vertit, principibus eorum prostratis. Hac Vincentius lib. xxj. c. lvi. de hoc plura infra dicentur in sine generationis sequentis.

Odoacer igitur tyrannus Romae & in tota Italia 14. regnavit annis. Cogitavit autem de vrbe transferenda, & noua Colonia deducenda, vt a suo nomine urbem appellaret Odoacriam, primus externarum nationum quietus per decem annos possessor, postea infelicem regno & vitae finem dedit, vt Pomp. Laetus scribit. De Childerico rege Francorum refert Robertus Gaguinus, quod tempore suae deiectionis venerit ad Byssinum Thuringiae regem. Interea vnus ex amicis suis Guinomadus, cogitans eum reconciliare, suadet Aegidio, quem Gillonem nominat, Francos terrore regendos, eique laesa maiestatis quendam Childerici osorem defert. mox Gillo delatum necat, & post eum plures alios. qua crudelitate Franci permoti, Guinomadam consulunt: quibus ille, mirari se eorum inconstantiam, qui electum regem execrantur, nisi tolerabilius mulierosum regem quam sanguinarium habere velint. Placuit, his auditis, omnibus reuocare Childericum. Recuperato itaque regno, Aegidium pepulit, regni que fines ampliare coepit. Eius prosperitate cognita, Basina Thuringiae regis vxor, dimisso viro, ad ipsum venit. Interrogata a Childerico, cur deserto viro alium sequeretur: Quia, inquit, communionem tua vsura sum, modestiam & virtutem tuam sum experta: & si meliorem te quempiam scirem, illum terra marique indefessa persequeretur. Hac libertate sermonis delectatus rex, eam accepit vxorem, Byssini hospitalitatis minime recordatus. ex ea genuit Clodoueam.

GENERATIO XVII.

A NNO Domini 480. sub Felice papa tertio, regnante Zenone imperatore, xvij. incepit generatio. Per idem tempus Gundobaldus (vel, vt alij volunt, Gandebrandus)

dux) rex Burgundionum, Italiam ingressus, & praeda onustus, redit in Burgundiam. Fuit autem Gundobaldus regis Gundobadi filius, habuit tres fratres, Gundegisilum, Chilpericum & Godomarum. Gundobaldus autem Chilpericum fratrem interfecit gladio, vxoremque Chilperici ad collum ligato saxo, in aqua suffocat, filias quoque duas, senior vocabatur * Trona, quam exilio condemnauit, iuniorem Crochtildim, alias Gothildim nomine, secum retinuit. Eodem tempore mortuo Childerico Francorum rege, Clodoueus filius eius successit in regno. Hic cum Siagrio Sueffonen. bellum habuit, fugientemque; ad Alaricum regem Gothorum, missa legatione, reposcit, & reditum interfecit, totumque; regnum eius subiiciens, Romanos intantum deleuit, vt nulla eorum vestigia reperirentur. Erat Clodoueus rex adhuc paganus, accepitque quod Gundobaldus rex Burgundionum neptem haberet elegantem atque sapientem, vnde ad eum legatos mittit, qui sibi vxorem concilient, ratus vna cum puella Burgundia quoque potiri posse. Legati secretius explorare satagunt, nunquid puella Clodoueo desponsari vellet. Ad haec puella, cui regis Clodouei fama & regni potentia nota esset, consensit, quanquam non dubitaret patrum ob commissum homicidium & patris & matris, si id resciret, prohiberetur, eaque; in sponcione id solum est pacta, vt cum ipsa esset Christiana, Clodoueus, qui cum Francia idola coleret, fieret Christianus: qua passione facta, accepit occulte munuscula matrimonij causa data. Reuerso Gundobaldo, quia forte aberat cum legati venissent, Clodoueus Gothildim iam vxorem coepit poscere. quod, & si nuptiae non satis placerent, consilio tamen aulicorum habito, permisit. Regis enim potentiam formidabat. Gothildem quoque eo celerius tradidit, quod sine dote aliqua fuit postulata. Conuentu igitur apud Sueffonem habito, rex Gothildim regio apparatu suscepit. Christianus tamen factus non est iuxta conditum, nec multo post bellum instituit contra Gundobaldum, quo in bello ciuitates & oppida Ligerum inter & Sequanam sita, omnes suo adiunxit imperio. Eo tamen bello interuentu Gothildis sedato, alterum quod, multos durauit annos, aduersus Alemanos suscepit, cum qua gente non minus quam cum viris fortibus armis instructissimis praelio decertauit. quo in praelio suos in fugam versus videns, memor factus est promissionis, quam multoties requisitus, vxori seruare neglexit, & ipsam praelij aduersitatem ob id solum sibi accidere suspicatus est. hinc Deo cali & terrae, quem Gothildis praedicaret, vouit, illius consilio precibusque; acquiescere, si sui victoriam obtinerent. tantaque mox facta est mutatio, vt qui multa caede afflicti primo fugiebant, Franci hostem repellerent, ac caede commissa in fugam conuerterent. Alemanis in ditionem receptis, regisque; eorum occiso, quibus tributa imposuit, & in Franciam reuersus Clodoueus, a S. R. emigio Rhemeni archiepiscopo, cum omni Francorum gente, exorante Gothilde, baptizatus est: & cum sacrum oleum, quo liniri ritu Christiano qui abluntur, solent, ministrorum incuria, siue ordinante Deo, allatum non esset, ecce de superis delapsa columba, ampullam odoratissimi liquoris oppletam, ad manus pontificis detulit. eo liquore hic Clodoueus primum, posteri deinceps Francorum reges haecenus sacrantur. Fama quoque vulgata est, fuisse regibus Francis bufones tres nobilitatis insigne, Clodoueo autem Christianis sacris initiato, demissum caelo esse id, quod nunc reges gestant, aurea lilia, quibus subest caeli sereni color insignis. Traditum quoque est, pannum sericeum rubrum, instar signi militaris quadratum, fulgorosum diuinitus esse acceptum, quo in expeditionibus contra fidei hostes pro signo Franci reges vtentur. Fuitque vexillo nomen Aurisamma, haecenus apud S. Dionysium ad haec seruatum, sed abutentibus signo contra Christianos, euaniuisse; alterum tamen non dissimili forma instauratum esse, quod inter sacra reseruatur. Sunt tamen qui id signum Carolo Magno collatum fuisse contendunt. ANNO Domini 485. mortuo Felice Ro. pon. Gelasius natione Apher, illi successus est. praesuit annis octo, vir sanctus, amator pauperum, doctissimus, declarauit scripturas noui & veteris testamen. & quae essent authentica, & quae apocrypha, de quo xv. dist. Sancta Romana. Ipse etiam Anastasium imperatorem execrari posse ostendit, de quo 96. dist. duo sunt. Composuit canonem & nouem praefationes, ac de temporibus ordinandorum. Inter haec Genfericus Vandalorum rex moritur, cui successit Honoricus primogenitus, & primum coepit mitius agere per simulationem circa religionem Christianam, & vt se religiosum ostenderet, sollicitus quarebat haereticos Manichaeos, ex quibus incendit multos: similiter & Arrianae haereseos presbyteros ac diaconos. Dedit etiam licentiam ad instantiam Zenonis imperatoris ac Placidiae vxoris, vt Carthaginensis Ecclesia sibi quem

Otho filius Engisti.

Pascentius Vortigerni filius.

Vther rex.

Arcturus rex.

*infra choream.

Caliburnus gladius Arcturi.

Odoacer.

Childerico rex Francorum. Byssini rex.

Gundobaldus Butgundiae dux.

Clodoueus rex Francig.

Praelij Alemanorum cum Clodoueo.

Insignia Francorum.

Gelasius papa.

Honoricus Vandalorum rex.

Eugenius
episcopus.

quem vellet, episcopum ordinaret, quæ iam per 24. annos fuit destituta. Destinavit ergo notarium cum edicto, vt iuxta petitionem imperatoris propriū eligerent episcopum: & licet clerus intelligeret dolum subesse, tamen ordinatus est Eugenius episcopus, vir sanctus & Deo acceptus, quo immenso gaudio Ecclesiæ Dei exultauit multitudo. mox vir Dei conuersationem bonam ita sedulo habens, ad Dei culturam cunctos inuitauit, eratque omnibus gratus & acceptus. Sed cum fama eius esset vbique celebris, coeperunt Arrianorum episcopi inuidia graui torqueri. Sugerunt ergo regi, vt eum arceret, ne Dei verbum ad populum faceret: deinde quod mares & foeminas in habitu barbarico incedentes, in Ecclesia conspici prohiberet. Mandat ergo rex. Ad quæ episcopus: Domus Dei omnibus patet, nemo repelli potest, & maxime, quia plures Christiani in habitu illo incedebant de domo regia. At vbi accepit tale responsum, statuit tortores in portis Ecclesiæ, qui incedentes in specie suæ gentis, ilico castigarent: inde multi sunt vel afflicti vel trucidati. At vbi isto modo non profecit, ordinat quod catholici in eius aula constituti, nec annonas nec stipendia reciperent, multis in super eos laboribus exposuit. & ne quid perfidiæ omitteret, vt filijs suis regnum stabiliret, Theodoricum fratrem filiosque eius persequitur. primū vxorem illius, crimine imposito, interfici iussit, postea occiditur & filius magnæ spei vir, deinde Theodoricum fratrem in exilium misit: post cuius mortem, filium qui supererat, duasque filias eius adultas, imposuit asinis, eiecitque. Sed & multos comites ac nobiles, quos ei Genfericus sacramento interposito commendauerat, ille oblitus sacramenti, diuersis pœnis ac incendio trucidauit. Amputatis itaque breui omnibus quos timebat, & solidans sibi regnum, vt putauit, vniuersa persecutionis tela in ecclesiam conuertit. ante tamen persecutionem, multa præibant signa & visiones futurorum malorum. Censuit igitur primò tyrannus, vt nemo in eius palatio militaret nec ageret, nisi Arrianum se fecisset: quorum ingens numerus militiam abiciens, in fide perstitit, quos postea domibus proiectos, omni que substantia spoliatis, in Sardiniam relegauit. statuit etiam per totam Africam, vt mortuo episcopo, sicus sibi illius substantiam vendicaret, & quod successor non ante ordinaretur, quam fisco regali quingentos solidos daret. præcepit & sacras virgines congregari, varijsque cruciatibus persequi, vbi acerbitate pœnarum plurimæ extinctæ sunt. Deinde episcopos, presbyteros, diaconos, & alia Ecclesiæ membra quater mille nongenta 65. in exilium destinavit, in quorum numero erat Felix Habiritanus episcopus, habes in episcopatu 44. annos, qui paralyti tactus, nec sentiebat, neque loquebatur, de quo rogatus rex, vt eum permitteret Carthagine prope moriturum, eo quod in exilium nulla posset ratione duci, fertur respondisse tyrannus: Si iumento duci non potest, iungantur boues in domiti, qui funibus colligatum ducant, sicut præcepi. quem velut truncum super burdonem positum, portabant. Congregatis itaque vniuersis, Mauri affunt vt eos perducant. venerunt comites duo, blandimentis Dei confessores aggrediuntur: Quid, inquit, ita pertinaces estis, qui possitis esse in conspectu regis honorabiles statim? clamant ingenti vociferatione: Christiani sumus, Trinitatem & vnum Deum immobiliter confitemur. Ita nullum blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas mouit. sed vbi aduersarius nil profecit, recluduntur in angusta ac teterrima loca, iactantur vnus super alium coarctante angustia, vt agmina locustarum, in qua constipatione succedendi ad naturale officium non dabatur locus, sed stercoreum & vrinae necessitatem ibidem fecerunt, vt ille foetor ac horror vniuersarum genera pœnarum superaret, iuxta illud Hierem. Qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt stercorea. Deinde ad iter cohortantur. Exeuntes itaque die Dominica, linita habentes stercore vestimenta, & faciem simul & capita, licet à Mauris crudeliter eis minæ inferebantur, tamen cum exultatione hymnum Domino cantant, Gloria hæc Deo in omnibus sanctis eius. Aduenerunt tunc aliqui, & episcopus Cyprianus, qui singulos pio fouens affectu non sine fluminibus lachrymarum, totum quod habuit, egentibus expendit. quærebat & occasionem qualiter eis sociaretur, qui postea per multos agones in exilium vt desiderabat, cum exultatione perrexit, carceris squalores perpeffus. Eò tunc multitudo populorum de diuersis regionibus ad videndos Dei martyres vndique concurrunt, innumerabilis ibi turba fidelium per montes ac valles confluentes, cereos in manibus tenentes, suosque infantulos vestigijs martyrum proijcientes, ita clamabant: Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi sunt, & vincula peccatorum soluturi? vobiscum & nos licebat pergere, si liceret, vt tali modo filios

Immanissima
Honorici
regis
facinora.Felix
episcopus.Cruelis
Christianorum
persecutio.Miserima
martyrum
conditio.

Thren. 4.

Cyprianus
episcopus.

à pa-

à patribus nulla necessitas separaret. In his vocibus nullus iam pergere admissus est consolator, sed ardebat multitudo ad currendum, quo venirent ad naues. deficientes verò aut delicatos, Mauri cuspidibus ac fustibus ad iter tundebant. Post verò imperatum est Mauris, vt qui ambulare non possent, ligatis pedibus veluti cadauera traherentur mortuorum per deuia & aspera, vbi primò vestimenta, postea membra carpebantur, illi caput cõterebatur, alteri latera scindebantur, & ita inter trahentiū manus spiritum exhalabant. Reliqui ad solitudinem perducuntur, in qua hordeū ad vescendum vt iumenta accipiunt, vbi etiam venenatorū animalium atque scorpionum multitudo tanta, quæ solo flatu procū positus veneni virus infundit vsque ad lætum, quorum tamen feritas nulli seruatorum Dei nocuisse fertur, Christo defendente. Deinde tyrannus iste Eugenio episcopo tale dirigit præceptum, quod etiam vniuersæ Africæ destinavit, huius tenoris: Rex Honoricus Vandalorum & Alanorum, vniuersis episcopis Homouianis: Non semel sed sæpius constat esse prohibiti, vt in fortibus Vandalorum sacerdotum vestri conuentus non facerent, ne sua seditione animas subuerterent Christianas. Quam rem spernentes plurimi, nunc reperti sunt contra interdium fecisse: & quia in prouincijs nobis à Deo concessis scandalum esse nolumus, ideo Dei prouidentia cum consensu sanctorum episcoporum nostrorum, hoc nos statuisse cognoscite, vt ad diem Kalen. Ianuariarum, omnia omni excusatione, omnes Carthaginem veniat, vt de ratione fidei nostris venerabilibus episcopis possitis inire conflictum, videntes si integram fidem teneatis. Huius edicti tenor futuræ persecutionis præ se ferebat indicia: vnde sanctus Eugenius, regem accessit, petens etiam transmarinos vocari episcopos. Hoc autem agebat Eugenius, non quod in Africa deessent qui aduersariorum obiecta refellerent, sed quod illi venirent, qui alieni à dominatu tyranni, maiori libertate calumnias oppressionis populis ac terris nunciare vellent: sed exauditus non fuit, immo eos ex Africa, quos sciret rex præcipuos, occasione accepta, in exilium trusit. Eodem tempore cæco nato beatus Eugenius circa fontem baptismatis, cruce facta, visum in nomine Domini restituit, quod cum regi innotuisset, dicunt episcopi Arrianorum hoc Eugenum per maleficia egisse. Appropinquabat iam futurus ille dies ab eo statutus. conueniunt & Africæ multarum insularum episcopi, afflictione & mœrore confecti. Inter hæc tyrannus lætum virum doctissimum post diuturnos carceris squalores incendio concre-

Honorici
tyrannicum
edictum.

Lætus.

Girilla.

Disputatio
catholico-
rum cum Van-
dalis.Catholica
fides.Heb. 1.
Ioh. 14. & 16.Iohan. 14.
1. Cor. 12.
1. Cor. 15.

tho-

Crudeliffi-
ma Hono-
rici tyrānis.

tholicos se nominabant, statim suggerunt regi de catholicis nostris, quod strepitum fecissent, audientiam fugientes. Quibus mox ille tyrannus accensus, iam conscriptum decretum habens, per prouincias cum decreto dirigens, episcopos Carthagine positos, vna die vniuersas Ecclesias clausit, vniuersamque substantiam episcoporum & ecclesiarum suis episcopis, id est, Arrianis condonauit. Post hæc edicta iubet cunctos episcopos qui Carthagini erant, iam spoliatos, in hospitij spoliari, ac foras muros propelli, sine seruis, sine iumentis. qui autem miserationis causa eis succurrere tentasset, cum vniuersa domo incendebatur. Verum episcopi sic eieci, noluerunt abire, ne vel violenter reuocarentur, vel fugisse certamen dicerentur, maximè cum nil eis iam superesset, domibus eorum ac substantia occupatis. Dum ergo gemetes in circuitu murorum nudo sub aere iacerent, regi fortè ad piscinas eunti vniuersi occurrunt, dicentes: Vt quid taliter affligimur? si ad disputationem sumus vocati, quare spoliati sumus? quare trucidamur? sine ecclesijs ac domibus nostris quare deserimus foras, fame & nuditate laborantes? Quos ille toruis oculis adspiciens, iussit super eos sessorum equorum irruere, quo multi tunc contriti sunt, & præcipuè senes. Deinde iubentur viri Dei ad locum, qui dicebatur Aedes Memoriae, conuenire. Eo tum in loco proponitur hoc modo: Dominus noster Honoricus, licet doleat quod fueritis contemptores, vt adhuc eius voluntati obediatis, & eius efficiamini religionis qualis est ipse, si iuraueritis in id, quod ista charta continet, dimittet vobis Ecclesias vestras ac domos restituet. Ad quod vniuersi responderunt episcopi: Semper diximus, dicimus, & dicturi sumus, Christiani sumus, apostolicam fidem tenemus. deinde scripturam chartæ ostendunt, cuius hæc series: Iurate, si post obitum regis filium Hildericum desideratis esse regem, vel quod nullus vestrum ad regiones transmarinas epistolas dirigat. quod si hæc iuraueritis, restitue mini ecclesijs vestris. Noluerunt tunc sancti viri iuramentum præstare, ne populus se postea diceret ab episcopis deceptos. Sentientes nihilominus fraudem subesse, dixerunt: In euangelio scriptum est, Non iurabis omnino. Alij pia simplicitate ducti, iurare deliberabant, ne in posterum Dei populus diceret, quod vitio sacerdotum qui iurare noluerunt, non fuerint Ecclesiæ restitute. Ad hæc ministri regis: Secedant qui iurare volunt. Qui dum secederent, aderant notarij, scribentes quæ quisque diceret, & ex qua ciuitate esset. Postea verò fraus apparuit. nam iurantibus dictum est: Quia contra præceptum euangelij iurare voluistis, iussit rex vt ciuitates & Ecclesias vestras nunquam amplius videatis, relegati ad colendos agros, ita tamen, vt neque psallatis, neque oretis, nec ad legendum codicem manibus gestetis, non baptizetis, non ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus: Quia regnum filij domini nostri non optatis, idcirco iurare, noluistis, ob quam causam in Corsicam insulam relegamini, vt ligna profutura nauibus incidatis. Addiditque bestia illa, sanguinem sitiens innocentium, episcopis nondum in exilium directis, per vniuersas Africæ prouincias vno tempore tortores destinari, vt nulla remanserit domus Christianorum, vbi non esset vlulatus, vt nulli etiam ætati parceretur, neque sexui: hos sustibus, alios suspendio, cremabant multos, & præcipuè nobiles mulieres nudas in facie publica trucidabant. Ex quibus vna, nomine Dionysia, pulcherrima, quæ cum pateretur, dixit: De Deo sum secura. cruciate vt libet. verecunda tamen membra nolite nudare. Tunc tortores celsiore loco nudatam, spectaculum constituunt atque excruciant. Hæc quoque vnicum filium, nomine Maioricum, pauidum cernens, autoritate materna corripiens, confortauit vt matre fortior apparet. Memento, ait fili mi, quod in nomine Trinitatis in matre catholica baptizati sumus, non perdamus indumentum nostræ salutis. Ad huius Dionysie exhortamenta, multi tormenta cum promptitudine subierunt. In ciuitate Elufana martyrum numerum impossibile est supputare, vbi quædam matrona, nomine Victoria, à marito iam perduto filijs presentibus rogabatur, ne vel se, vel paruulos despiceret: sed illa nec filiorum fletus, nec mariti audiens blandimenta, mundum cum suis desiderijs contemnebat. Victorianus quoque Adrmeti vrbis cuius potentissimus, proconsul regis, quibus promissis aut blandimentis, vt regi obtemperaret, fuerit tentatus, audire longum esset. Sed ille vir Dei, missis tale dedit responsum: Securus sum de Christo Domino & Deo meo, & hæc regi dicatis: Subrigat ignes, & adigat me bestijs, excruciet omni tormentorum genere, non audiam. & cum excrucietur, cum tripudio coronam martyrij expleuit. Quid loquar de innumeris alijs martyribus, ex quibus alij sine manibus, alij sine oculis, alij sine pedibus, alij

Episcopi in
exiliū acti.

Marth. j.

Calūnia ne-
quissima.

Dionysia
mulier.

Maioricus.

Victoria
mulier.

Victorianus
martyr.

alij truncati auribus, alij scapulis euulsi, nonnulli in altum suspensi, statim spiritum emisserunt? In Trachensi ciuitate dum Arrianum episcopum ciues vidissent sibi præpositum, omnes simul relicta ciuitate, in Hispanias confugerunt: relicti paucissimi, qui naues non inuenerunt: illos Arrianorum episcopus primò blandimentis, postea minis compellere coepit, vt faceret Arrianos. Sed hi non solum suadentis insaniam deriserunt, verum etiam publicè diuina mytheria in domo vna celebrare coeperunt. quæ cum regi innouissent, deferente episcopo, iracundia motus, comitem quandam misit, qui omnibus linguas eorum & manus dextras abscindi fecit, qui tamen sancto spiritu præstante, non minus quàm antè, vsum linguæ habebant. Eugenius quoque cum clero in exilium trusus est à Carthagine, vbi erat episcopus, præmissus ipse cum reliquis episcopis, vt supra dictum est. vniuersus deinde clerus eade inediaque macerati, in exilium ferè quingenti mittuntur. parantes igitur vniuersi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt. quibus adhuc in itinere longioris viæ constitutis, destinantur episcopis Arrianorum suggerentibus homines crudeles, vt illud quod eis fortè misratio Christiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur. Ita & factum est. Quo facto, cantabant: Nudus exiui de vtero matris, nudum me etiam ad exilium oportet pergere. De multitudine autem pergentium confessorum, suasu cuiusdam perditum ex clero, quos ille nouerat aptos modulibus & cantibus, duodecim infantulos separari curauit, atque effecit apud barbaros, eos ab exilio reseruari. mox segregabantur à grege sanctorum, qui omnes cum suspirijs lachrymarum, ne diuellerentur, constringebant manibus genua sociorum. quos violentia tamen Arrianorum gladijs minacibus Carthaginem reuocauit. sed superiores inuenti sunt annis, & lucernæ euangelicæ accendentes, hæresim detestabantur propalam. Indignantur ad hoc Arriani, & à pueris superatos se erubescabant. Vnde sustibus subdi iubentur, imprimuntur vulneribus vulnera, & rursus instaurata crudescunt. Factum est autem Domino confortante, vt nec ætas minor deficeret in dolore, & animus roboratus, magis cresceret in fide. sed & annuente Domino, tadem permitti fuerit suo modo viuere. Constituerunt itaque vt simul vescerentur, pariter psallerent, quos postea Carthago miro affectu colens, quasi xij. Apostolorum chorū conspexit. Illo etiam in tempore crudelius Arrianorum episcopi, presbyteri & clerici, quàm rex & Vandali, sequebant. erat quidem grauis ista violentia tyrannorum. nam Vandali vbiq; transeuntes, sacerdotibus suis adduxerunt iugulandos. non licebat siue priuatis, siue negociatoribus alicubi transire, vel emere, aut vendere, nisi qui haberent characterem bestie in fronte vel in manu sua. Nam & presbyteri ac episcopi illorum, manu armatorum nocturnis temporibus vicos circuibant, domusque intrantes, alios vigilantes, alios fortè in lectis sopitos opprefferunt. Violentiam itaque eorum plurimi metuentes, alij in speluncis, alij in desertis locis viri vel foeminae, nullo sibi conscio, sese claudabant, & ibi nulla succurrere sustentatione, fame vel frigore victi, contritum & contribulatum spiritum exhalabant: inter hæc afflictionis incommoda, inuiolata secum fidei securitatem portantes. Ea tempestate suborta est incredibilis fames: nullus affuit imber in Africa, lurida facta est terra, neque boues superstitis, nec castra vsquam remanserant, sed rusticorum manus alia interierat, & superstitis iam sepulturam querebant, alij diffusi per campos, alij secreta syluæ petebant, radices arborum vel quiscuillas requirentes. strata & semita cadaveribus repleta. foetor quoque necabat gradientes, neque sufficiebant ad sepeliendum viui. Fame dominante, accidit vt multitudo Carthaginem intrare pararet. at vbi rex inferendarum mortium vidit strages, pelli vrbe ilico omnes iubet. Tandem verò iste pessimus tyrannus Honoricus, iudicio Dei percussus, scatenus vermibus miserabiliter expirauit, dum regnasset 8. annis, post quem regnum suscepit Guntabundus, post illum Trasimundus frater eius, qui regnauit annis 26. de quo infra dicitur.

Eugenius in
exiliū mis-
sus cū quin-
genarijs alijs

Tob. i.

Duodecim
pueri ex re-
legatis.

Fames ma-
xima.

Honoricus à
vermibus la-
ceratus per-
ijt, in star-
Antiochi &
Hierodis.

Theodori-
cus rex Ostro-
gothorum,

non liceret, licet stipendia acciperent, & Pannonia Mœsiaque prouincia necessaria suppeditarent,angebantur,quòd audirent alios ex Scythia profectos,opibus & gloria florere, Visigotthos, Sueuos, Alanos in Vafconia, Hispania, Hispania, Vandalos in Africa, Burgundiones in Gallijs, & demum Herulos & Thuringos in Italia. maximis igitur precibus infiterunt apud Theodoricum, vt eorum importunitati vltra nequireret reluctari. vnde rupto pudore, ferociam suorum primùm imperatori accusauit, quòd omnibus abundantes rebus, nescirent quiescere, petijt quod imperatoris & Reip. commodo conducere æquè ac suorum importunitati satisfacere opinabatur. Ostendit enim, si Italia & vrbs Roma sibi permitterentur, futurum vt aut Ostrogotthi sui cum Herulis & Thuringis pugnando delerentur, & sic imperium tanto onere stipendiorum leuaretur: aut victores essent, sicque Herulis & Thuringis imperio inimicis cæsis, ipsi Ostrogotthi emolumento honorique reip. in posterum sine stipendio forent. Ea Zeno cum ad senatum retulisset, perucit sententia, non æqua solum fore, sed vltro offerenda Theodorici postulata. Itaque Zeno Theodoricum sacro honestatum velamine, quod erat tunc insigne maximū, ipsiq; Italiam populūq; Ro. cōmendauit. Profectus itaque Theodoricus cum omni multitudine Ostrogothorum, & cum omni supellectile, priusquam ad Italiam veniret, Trapestillam alias Strapiliā Gepidarum regem, insidias sibi parantem, bello superans extinxit, Busarim quoque Bulgarorum regem suis agminibus prostrauit. Deinde per Noricum ingressus Italiam, venit ad Sontium Aquileia diruta fluuium. Eò Odoacer, qui omnes motus anno antè habuerat exploratos, paratissimum adducens exercitum, sese illi tam proximè posuit, vt castra solo amnis alueo fuerint diuisa. Primus tamen pugnandi copiam fecit Theodoricus, & commissio prælio, post multam cædem superauit Ostrogothus. Odoacer verò ad Padum, quem classe & præsidijs per oppida communierat, delatus, in eo loco, vbi nunc est Ostilia Veronensium, de fuga substitit: destitit verò insequi Theodoricus, & Veronam ducens, eam deditibus ciuibus breui cepit, in qua præsidia firmata, prædamque constituit cum impedimentis, vt Odoacrem fugientem expeditiū seque retur. Sed ecce Odoacer reparatis copijs, in campos processit Veronæ subiectos, & copia pugnandi facta, Theodoricum lacessiuit. desertus tamen auxilijs Italarum & Padi accolarum, defectus succubuit, atque etiam fugatus est, inde Romam contendens. sed Romani de Theodorici aduētū certiores facti, portas præcluserunt. vicissim ipse suburbiorum ædificia agrumque latissimis stœdauit incendijs. Theodoricus interim omnibus Italiæ transpadanæ ciuitatibus oppidisque potius, Mediolani constitit, & Romam in Odoacrem ducere curauit. Odoacer Romam linquens, Raennam se contulit. non aberant etiam qui ei ex Italia præmiorum spe adhererent. paucis enim interiectis diebus, dediticius exercitus Odoacris partibus sese reddidit. quæ res Theodoricum in tantum exterruit, vt se suumque exercitum apud Papiam, tunc Ticinensem urbem, communiret. demum tamen, relictis ibidem fororibus & matre, vniuersaque vulgi multitudine, cum expeditis armatorum copijs ad obsidendum Odoacrem Raennam perduxit. Cepit autem ilico omnes prouinciæ ciuitates, præter Ariminum & Cæsena. Odoacrem verò in Raenna per triennium obsedit. fiebant tū ab obsessis crebræ eruptiones, nouissimè noctu irruens in castra Odoacer, exercitū Theodorici magna cæde prostrauit: sed Gotthis fortiter resistentibus, ad extremū victus in urbem fugit. nec multò post Odoacer, hortante episcopo loci, deditiōnem fecit pactis interpositis, vt aliqui scribunt, vt Theodoricus simul & Odoacer socij dominationis essent. Verum hæc regni societas non diuturna permanfit. cum enim occultas inter se suspiciones haberent, speraretque Odoacer saltem aliquam particulam sibi in Italia, suisque Herulis attribui possidendam, misit Theodoricus qui illum & filium adolescentem, primoresque gentis interficerent, Herulorum plebem conseruans. breui deinde omni Italia & Roma Theodoricus summo senatus & pop. Ro. applausu est potius. Is autē rex omnium, quos Italia & Roma pertulit, barbarorū mitissimus fuit. quod quidē statim in initio regni ostendit, siquidē mittēs S. Epiphaniū Ticinensem. Ecclesie episcopum in Burgundiam, ingentem illi pecuniarum vim ex publico fisco dedit, qua redempta sunt multa mortalium millia, quos Gundobaldus rex Burgundionum, vt supra dictū est, in prædā abduxerat. ibi Epiphanius quoque ab immani Gundobaldo sine precio prece sua obtinuisse liberationem sex millium captiuorum fertur, præter redemptos. Theodoricus deinde Romam senatus curæ & gubernationi reliquit, sed demq; regni Rauennæ constituit. eo in tēpore post multas agitationes Roma pariter & Italia

Theodorici
cus petit
Italiam.

Odoacer
ex.

Odoacer
interimitur
anno Do-
mini 490.

Theodorici
mors.

Italia respirauit. Theodoricus autem rex licet Rauennæ sedem habuerit, amauit tamen atque ornauit urbem Romam, quod qui intelligere gestit, legat Cassiodorū, qui Theodorici cancellarius fuit, in cuius scriptis videbit, ipsum regem religionis Christianæ, sacrorum locorum, cæremoniarumque, pontificum Ro. dignitatis curam gessisse. senatui sæpenumero cōmendauit loca vrbs sacra, vetera vrbs insignia restaurauit, præfecit vigilas, qui curam die noctūque susciperent, ne vrbs ornamenta, statuae & ingeniorum monumenta ex ære aut marmore excisa, abspportarentur. sepulcrum Augusti in valle Martia instaurauit, leges ac instituta Maiorum mandauit seruari, malos ciuitatis mores corrigi, omnia denique, excepta militari disciplina, ad vetustā ciuitatis formam redigi opauit, spectacula proprijs fiscis sui pecunijs ex vetusto more edi, & alia munera publica exhiberi voluit. Prohibuit autem edicto, ne quis Romanus aut paterna origine Italus, nedum militaret, sed nec arma domi haberet, Saionibus, vt ipse appellauit, ex Ostrogottha gente per urbem regionesque Italiæ constitutis, qui præfectorum centurionumque vice fungentes, barbaros suos in pace & ocio à ciuium prouincialiumque iniuria prohiberent, educerentque in turmas & phalanges, cum belli aut tumultus ratio postulet. Simili item pietate vsus est erga vniuersā Italiæ vrbes, quibus alijsque bonis artibus præstans princeps effecit, vt per omnes sui regni annos, excepto extremo, & Roma ac Italia Octauij Augusti, Traiani aut Adriani, vel melioris cuiuspiam principis tempora non desiderauerint. Interim & opibus aucta est Raenna, quam à Tiberio Claudio Germanico aiunt cinctam esse muro, qui nunc extat, vt indicant literæ, ad portam ipsius ciuitatis, cui Aurea est nomen, quem murum Valentinianus ampliauit Gallæ Placidie filius, & post translatum imperium à Constantino, magistratus sunt primò Raennæ constituti, quorum munus fuit, mutuas Rom. Constantinopolitanisque commoditates alternatim curare. Theodoricus verò Herulis post occisum Odoacrem conseruatis, nouum regem constituit, quos in extremis Italiæ partibus apud Augustam prætoriam & sub alpibus Apenninoque habitare permisit, atque regem ipsum in adoptionem suscepit. Clodouei regis Francorum filiam, nomine Andefledam, Theodoricus in vxorem accepit: sororem verò propriam, nomine Amalafredam, Honorico Vandalorum, & filiarum vnam Alarico Visigothorum, alteram Gundibaro Burgundionum, neptemque Amelbergam Hermenfredo Thuringorum regibus in matrimonium locauit. Tertiam filiam Eucharion nobili ex Baltorum genere, veriùs ex Alemanorum stirpe venienti, vt refert Paulus diaconus, Amalafuntham vxorem tradidit: quo genero per aliquot quibus vixit annos, tanquam filio vsus fuit. Nec fuit aliqua vicina Italiæ, quæ Theodorico aut affinitate aut fœdere non esset sociata. Pauca deinceps bella suscepit, sed cum Francis, Visigotthis & Burgundionibus, quoad potuit, in pace vixit, missisque oratoribus exhortabatur, ne Rom. imperatoribus viam patefacerent ad iura imperij resumenda. Interea cum hic esset Romæ & Italiæ sub Theodorico status, Zeno Augustus dum præfuisset annis xvij. vitæ terminum accepit, cuius frater Longinus imperium tentans inuadere, ab Ariagne Zenonis relicta repulsus est, & Anastasius Silentiarius per eius suatum ab omni senatu & populo eligitur, indutusque purpura, eandem Ariagnem in coniugio fortitur. ANNO Domini 492. vrbs autem conditæ 1243. Anastasius imperium suscepit, & xxvij. annis regnauit, viuente adhuc Gelasio papa. quod ex eo verum est, quia ipse Gelasius ad Anastasium scripsit, vt habetur 96. dist. duo sunt. Anno verò eodem idem Gelasius moritur, & in eius locum Anastasius papa ordinatur, qui sedit anno vno, mensibus decem. Hic Anastasius papa primò bonus fuit, sed postea seductus est, quo in tempore multi ex clero à communione illius se subtraxerunt, eo quòd communicasset sine concilio Phorino, qui Achatio hæretico fauebat, sicut & Anastasius imperator. vnde quia voluit occultè reuocare Achatium ad dignitatem, sed non potuit, diuino iudicio percussus creditur, de quo 19. dist. c. Anastasius, vbi dicit Glossa, quòd opus nature perficiendo, intestina emisit. Et decretalis eius missa Anastasio imperatori, quæ incipit, Secundum, xix. dist. vt dicit Glossa, est reprobata cum suo authore, quia in ea videtur dicere, quòd ordinatj ab hæretico, sicut ordinati fuerant ab Achatio hæretico, sine aliqua dispensatione exequi possent officia ordinum: quod falsum est. Post Anastasium assumptus est ad summum sacerdotium anno 494. Symmachus natione Sardus, sedit annis xiiij. secundum alios xvj. In ordinatione autem illius, magnum in clero & populo dissidium est ortum. Symmachus nanque in Lateranensi, Laurentius verò in Ecclesia S. Mar-

Instauratio
Roma.

Theodorici
edicta.

Rauennæ opi-
bus aucta.

Andefleda
vxor Theo-
doric.

Zenonis
mors.

Anastasius
Imp. 56.

Anastasius
papa.

Symmachus
papa.

ria, vterque Romæ in pontifices sunt electi. Post multam controuersiam super hoc Rauennam pergunt, & regis Theodorici, qui tunc regnabat in Italia, iudicium experunt. quibus auditis, censuit rex illum qui prius & à meliori parte fuisset electus, in pontificem accipi, obtinuitque Symmachus, qui Christiana vius clementia, Laurentium competitorum in Nuceriam episcopum dedit. Sed Romani, quos parata nunc pax per Theodoricum fastidiret, intestinis discordijs cœperunt se lacerare, & Laurentium post quatuor annos Romam reducunt. causam iterum Rauennam deferri oportuit. diuisus enim fuit clerus & populus, & cædes ac homicidia in medio ciuitatis grassabantur. insuper Festus & Probinus, subornatis falsis testibus, miserunt ad Theodoricum regem, petentes vt rex Visitatorem daret Apost. sedi. Rex vt sedaret negotium, canonum ignarus, Petrum Altini episcopum Romam misit, magis vt vtroque electo, in pontificatum ipse se intruderet. Symmachus verò vir animo constans & prudens, nil hæsitabat. Interim enim Theodoricus rex, vt habetur distinct. xvij. §. hinc etiam, ex diuersis prouincijs ad urbem Romam episcopos præcepit conuenire, vt sanctum concilium iudicaret de his quæ Symmacho impingebantur. Episcopi ibi conuenientes, asserebant Symmachum debere synodum conuocare: ipsam enim primam sedem, minorum non subiace- re iudicio. Ad hæc serenissimus rex, Deo adspirante respondit, In arbitrio synodi esse, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliud ad se, præter reuerentiam, de ecclesiasticis negocijs pertinere: committens potestati pontificum, vt siue negotium audire vellent, siue nollent, quod magis vile videretur, deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur. Verum Symmachus, habita centum & viginti episcoporum synodo, primò se purgavit à criminibus, quæ sibi obiecta erant. inde clero synodali autoritate reconciliato, omnium sententijs obtinuit, vt Laurentius & Petrus malorum omnium capita, relegarentur. Orta autem ob hanc rem tanta est seditio Romæ, vt multi tum ex clero, tum ex populo trucidarentur, nec sacris virginibus parceretur: nec finis cædis factus fuisset, nisi Faustus ex consul clericis miseratus, in Probinum tanti mali authorem arma sumpsisset. Eo in tempore Trasimundus Genferici filius, anno Domini 496. Honorico fratri succedens, clausis catholicorum ecclesijs, ducentos xx. episcopos in Sardiniam exilio relegavit, quibus B. Symmachus papa quotidiana subsidia ministrare non desistit. amator enim fuit pauperum, vnde pauperibus ad basilicam B. Petri & Pauli habitacula extruxit, curauitque ne quid eis deesset quod ad victum pertineret. redemit & captiuos in diuersis prouincijs multa pecunia. Idem B. Symmachus Manichæos vrbe expulsi, eorumque libros ante fores Constantinianæ basilicæ concremavit, basilicas multas à fundamentis erexit. His ipsis diebus apud Africam dum Arrianus, Olympius nomine, in balneis lauaretur, & blasphemata verba contra fidem S. Trinitatis proferret, subito ignis de cælo veniens, eum combussit. Deterius autem episcopus Arrianorum, baptizans quandam Byzantij, nomine Barbam, cum diceret, Baptizo te Barbas in nomine patris, per filium, in spiritu sancto, subito aqua nusquam comparuit. quod videns baptizandus, confestim ad Ecclesiam confugiens, iuxta morem fidei baptismi suscepit. Idem temporibus Alamundo Sarraceno- rum principis

Theodorici religio.

Symmachi virtus.

Miraculade Arrianis.

Alamudrus Sarraceno- rum princeps

Alaric^o rex.

Aluerni.

ria, vterque Romæ in pontifices sunt electi. Post multam controuersiam super hoc Rauennam pergunt, & regis Theodorici, qui tunc regnabat in Italia, iudicium experunt. quibus auditis, censuit rex illum qui prius & à meliori parte fuisset electus, in pontificem accipi, obtinuitque Symmachus, qui Christiana vius clementia, Laurentium competitorum in Nuceriam episcopum dedit. Sed Romani, quos parata nunc pax per Theodoricum fastidiret, intestinis discordijs cœperunt se lacerare, & Laurentium post quatuor annos Romam reducunt. causam iterum Rauennam deferri oportuit. diuisus enim fuit clerus & populus, & cædes ac homicidia in medio ciuitatis grassabantur. insuper Festus & Probinus, subornatis falsis testibus, miserunt ad Theodoricum regem, petentes vt rex Visitatorem daret Apost. sedi. Rex vt sedaret negotium, canonum ignarus, Petrum Altini episcopum Romam misit, magis vt vtroque electo, in pontificatum ipse se intruderet. Symmachus verò vir animo constans & prudens, nil hæsitabat. Interim enim Theodoricus rex, vt habetur distinct. xvij. §. hinc etiam, ex diuersis prouincijs ad urbem Romam episcopos præcepit conuenire, vt sanctum concilium iudicaret de his quæ Symmacho impingebantur. Episcopi ibi conuenientes, asserebant Symmachum debere synodum conuocare: ipsam enim primam sedem, minorum non subiace- re iudicio. Ad hæc serenissimus rex, Deo adspirante respondit, In arbitrio synodi esse, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliud ad se, præter reuerentiam, de ecclesiasticis negocijs pertinere: committens potestati pontificum, vt siue negotium audire vellent, siue nollent, quod magis vile videretur, deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur. Verum Symmachus, habita centum & viginti episcoporum synodo, primò se purgavit à criminibus, quæ sibi obiecta erant. inde clero synodali autoritate reconciliato, omnium sententijs obtinuit, vt Laurentius & Petrus malorum omnium capita, relegarentur. Orta autem ob hanc rem tanta est seditio Romæ, vt multi tum ex clero, tum ex populo trucidarentur, nec sacris virginibus parceretur: nec finis cædis factus fuisset, nisi Faustus ex consul clericis miseratus, in Probinum tanti mali authorem arma sumpsisset. Eo in tempore Trasimundus Genferici filius, anno Domini 496. Honorico fratri succedens, clausis catholicorum ecclesijs, ducentos xx. episcopos in Sardiniam exilio relegavit, quibus B. Symmachus papa quotidiana subsidia ministrare non desistit. amator enim fuit pauperum, vnde pauperibus ad basilicam B. Petri & Pauli habitacula extruxit, curauitque ne quid eis deesset quod ad victum pertineret. redemit & captiuos in diuersis prouincijs multa pecunia. Idem B. Symmachus Manichæos vrbe expulsi, eorumque libros ante fores Constantinianæ basilicæ concremavit, basilicas multas à fundamentis erexit. His ipsis diebus apud Africam dum Arrianus, Olympius nomine, in balneis lauaretur, & blasphemata verba contra fidem S. Trinitatis proferret, subito ignis de cælo veniens, eum combussit. Deterius autem episcopus Arrianorum, baptizans quandam Byzantij, nomine Barbam, cum diceret, Baptizo te Barbas in nomine patris, per filium, in spiritu sancto, subito aqua nusquam comparuit. quod videns baptizandus, confestim ad Ecclesiam confugiens, iuxta morem fidei baptismi suscepit. Idem temporibus Alamundo Sarraceno- rum principis

fidem ad ea vsque tempora serauerant: ideoque Visigothorum partes sunt secuti, duce Apollinare. itaque commissum est prælium, in quo Visigothis & Aluernis superatis, rex Alaricus & Apollinaris ceciderunt. Deinde Clodoueus Theodoricum filium ex ancilla, in Albienfem & Ruthenos Visigothorum subditos, ac in Aluernos misit focios: quibus subactis, & Francorum regno additis, in Tolosam tunc caput regni Visigothorum, Vasconiamque, arma Theodoricus conuertit. Almaricus verò filius Alarici, sese intra Pyrenæum communierat. quare licet Tolosam cum paternis thesauris & Vasconiam amiserat, Hispaniam vltiorem cum Pyrenæi saltibus defensauit. Cumque pacem obnixè peteret, procliuis in illam primùm Clodoueus fuit: sed audiens Arrianos esse, Engolismam & Burdegalam eorum ciuitates aggressus, & cæde Visigothorum ciuiumque, qui hæresi diutius abrenunciare recusarunt, commissa, episcopos in illis catholicos instituit. Ea cum essent nunciata imperatori Anastasio, gauisus est vltionem de Visigothis Romanæ reipub. euerforibus, imperij sui tempore sumptam esse, & ob eam rem benè gestam, Clodoueo tunicam & Blatteam epistolasque misit, in quibus eum patricium consulemque appellauit. Erat Turoni Clodoueus tum. quare votis ritè solutis, post solennes Christianorum cæremonias eam induit vestem, & sedens in equo, pecuniam in vulgus dispersit. acclamauit verò tunc multitudo non patricium fore & consulem, sed Augustum etiam Clodoueam. Fertur, pro victoria obtinenda Clodoueam B. Martino Turonis equum transmissum, voluisse redimere pecunia, datis pro eo solidis centum: quibus datis, equus ille nullatenus moueri potuit. At ille: Date, ait, alios centum solidos, quos cum dedissent, statim equus solutus abiit. Tunc rex gauisus, ait: Verè beatus Martinus bonus est in auxilio, sed carus in negotio. Deinde grandi rex sociatus pompa, Parisios accedens, eorum urbem tunc primò regni Francorum sedem fore constituit. Hæc Vincentius in Spec. lib. xxij. cap. xij. ex Gregorio Turonensi. Hæc cum intellexisset Theodoricus Ostrogothorum rex, tunc in Italia potentissimus, ægerimè tulit, vel quia focii Clodouei audaciam damnarit, vel quòd indignè tulerit tantam cum Romano imperatore amicitiam. Itaque coactis lectissimis ad quadraginta millia militibus, duces eis præfecit, eisque in Vasconiam ducenti occurrerunt Franci, quos Clodoueus prouinciæ illius præsidio deputarat. commissum est prælium periculosissimum. superiores fuerunt Itali regis copias, & Francis qui erant in Vasconia, ad triginta millia hominum profligatis, magnaque ex parte cæsis, recepta est pro Almarico defuncti Alarici filio Vasconia. Siciliam verò, & adiacentes Italiæ prouincias insulasque obtinuit, Narbonensem Galliam, & ea loca Galliarum, quæ extra Burgundiam ad Theurones pertinent, exceptis Aluernis, regno suo adiecit. Arelatis moenia iussit restaurari, Pannoniam & Noricos obtinuit. quin etiam futura prouidens, claustra Italiæ ab ipso Alpium & maritimarum initio vsque ad Tridentinos montes, attribuit Gotthorum proceribus inhabitandam, excitauitque ciuitatem Tridentum, muroque cinxit, ad fines Italiæ tutandos. Hæc Blondus pri. deca. lib. iij. Clodoueus rex Francorum, fundauit primus Ecclesiam nunc cathedralem in Argentina, & eam dedicarique fecit in honore gloriose virginis Mariæ, anno Domini D. X. sed nondum erat cathedralis donec sub Dagoberto. Postquam autem Franci Gallias totas occupassent, eam in duas diuiserunt partes: illam regionem quæ versus septentrionem tendit, & intra Mosam ac Rhenum est, Austrasiam vocauerunt: illam verò quam Mosæ & Ligeris pertransit, Neustriam, quasi nouam Austrasiam, nuncuparunt: pars verò quam Burgundiones occupabant, Burgundia est dicta. Videas supra plura de Clodoueo. Arcturus Magnus filius Vterpendragonis regis Britanniæ, id est, Angliæ, mortuo patre, erat xv. annorum. anno Domini 490. regnare cœpit, & primò deliberauit Saxones omnino à regno detrudere, quos primùm iuxta flumen Duglas uicit, & fugauit, quorum dux Cognius Eboracum fugit, quem Arcturus cum fratre suo Baldulfo obsedit, & dum obsessi sic ferè desperassent, subito venit nuncius, duces Childericum sexcentas naues Saxonum aduexisse: quo audito, Arcturus obsidionem soluit, & Londonas se recepit, & in auxilium regem Hoel, quem Henelum vocant, de Britannia minori aduocat, qui cum xv. millibus pugnatorum adueniens, vnà cum Britannis Saxones prælio fugat, ac cum eis, datis obsidibus, pacificatur, vt relictis opibus omnibus, insulam dimittant, ac domum redeant. Qui pacti pœnitentes, dum nauigant per littus Themesium, insulam inuadunt, & vndique populantur, quos Arcturus ad vnum vsque profligauit, paucis seruatis & in seruitutem redactis.

his. Scotos similiter & Pictos, qui tertio contra regem & nepotem suum dimicabant, in insulam Nomonden coegit. Hoc autem stagnum circa adstans, est mirabile: continet lx. insulas aut terras aridas, lx. flumina habet, & nisi vnum solum ad mare decurrit, illic nidificant aquilæ. Arcturus ergo videns omnia prosperè sibi succedere, * Iberniam, Orchadas, & * omnes insulas Oceani, breui tempore ditioni suæ adiecit, conuersusque ad Orientalem plagam, Noruegiam subegit, ipsamque Lotho nepoti S. Thelini regis Noruegiæ commisit. qua victoria elatus, etiam Gallias impetere coepit. Arcturus itaque rex Gallias intrat, cui Irollo tribunus sub Leone imperatore cum exercitu occurrit. sed citò fugatus, intra Parisios se recepit, vbi Arcturus & Irollo ad singulare certamen ex condito venientes, Arcturus victor Parisios obtinuit, & commissâ exercitus parte Hoelli de Britannia minori, vt ducem Aquitanie vinceret, ipse cum alia parte exercitus totam Galliam potestati suæ subegit. Henelus autem Aquitaniam, Vasconiam & prouincias illi adiacentes, ferro & igne vastans, tandem illius regionis ducem Arcturo parere coegit. Arcturus ergo Parisijs triumphando, curiam tenuit insignem, cui similis à nullo vnquam visa est. Tunc largitus est Vueduero pincernæ suo, Neustriam, quæ nunc Normantia dicitur. Caio quoque dapifero prouinciam Andegauensem, & alijs nobilibus alia secundum cuiusque meritum. Et his peractis, reuersus est in Britanniam. De hoc & alijs in fine sequentis generationis dicitur. Vnum tamen in hac historia Arcturi non benè quadrat, cum velit sub Leone imperatore Arcturum Parisios obtinuisse, cum sub Leone vix fuerit natus, qui Leo anno Domini 475. defunctus fuerit. id tamen parum refert, dummodo veritas historiae maneat. Sed mirum mihi videtur, cum hoc tempore Clodoueus rex Francorum longè lateque in Gallia dominaretur, quomodo Arcturus credatur Parisijs & Gallia bello potitus, cum etiam potentia Clodouei in Gallijs per omnes historias celebretur, nulla de Arcturo mentione facta. Hoc me facit cogitare, si fortè sub Leone imperatore primò Arcturus regnauerit. illud affirmat Vincen. in Spec. lib. 21. cap. 56. quod quidem relinquo curiosis. satis est mihi mouisse. Idem Ganfred. Peractis supradictis, inquit, reuersus in Britanniam Arcturus, in ciuitate Legionum super fluuium Ostam conuocatis omnium prouinciarum circuniacentium regibus & principibus, ipse per B. Dubritium coronatus est. Dum hunc ageret triumphum, Leo Rom. imperator eum vocat Romam, vt respondeat quo iure Gallias occupet, tributumque dare de Britannia neget. Iratus Arcturus, Cur Rom. inquit, imperatores mihi tributa non solunt, cum Belgij Britonum rex, auxilio fratris sui Brennij ducis Allobrogum, suspensus in campo Martio xx. nobilibus Romanis, Romam tributariam fecit? Constantinus item & Maximianus mihi cognati, Romam sub ditione sua tenuerunt. Volo ergo vt mihi reddant tributa. Quæ sententia cum omnibus regibus & principibus placuisset, contra Rom. ire disposuit, confidens in multitudine gentium suarum & gladio Caliburno. Magno igitur exercitu congregato, vt etiam Ioh. de Columna, in Burgundia finibus aduersus Lucium Hispanorum ducem, qui sub Leone principe eas regiones gubernabat, processit ad prælium, vincitque, vt refert Ganfredus. Arcturus Lucio perempto, in via ante prælium quoque gigantem singulari certamine strauit. Interim dum hæc in Gallijs agerentur, Modiedus nepos eius, cui regnum Britannie commiserat, oblitus honoris & famæ, sibi diadema imposuit. quod cum nunciatum esset Arcturo, & iam insulam plenam esse Saxonibus, dimisso Hoelle Britannie minoris rege cum exercitu Gallico, cum insulanis duntaxat in Britanniam redijt, & Modiedum aggressus, vsque in Cornubiam fugauit: quem cum persequeretur, atroci prælio vicit & occidit, sed non sine damno suorum, sui que corporis cladè. Nam vulnus accepit lætale, ad quod curandum, sese ad loca tutiora recepit, commissâ regni cura Constantino cognato suo, filio Cadoris ducis Cornubie, anno Domini 542. qui post triennium moritur, & sic mortuus fuisset generatione seq. xix. anno secundo, sub Vigilio papa. Aurelianus Cononus ei succedit, & secundo anno regni sui moritur. succedit illi Verteperius, in quem Saxones iterum duxerunt, sed citò fugati, ipse regnum in pace tenebat. Sequitur hunc Maëlgon, omnium ducum Britannie pulcherrimus, sed Sodomitica peste infamatus, moritur repentina morte, cuius regnum accepit Creticus, amator ciuilium bellorum, inuisus Deo & Britonibus: eius inconstantiam Saxones comperientes, auxilio Africorum freti, insulam rursus ingrediuntur, & Britones bello ac armis adè atterunt, vt illi desperantes, Saxoni-

Arcturi obitus.

Maëlgon.

Duces Britannorum.

bus cedere, illis insula relicta, & partim in minorem Britanniam, partim in Cornubiam & Vallias secedentes, abirent. Tunc Archiepiscopus Londinensis & Eboracensis cum omnes ecclesias sibi subiectas per Saxones gentem infidelem destructas vidissent, cum ornamentis & reliquijs sanctorum in Gallias defugiunt. Interea S. Gregorius papa Augustinum monachum in Britanniam mittit, vt Saxones ad fidem conuerteret. cessauit extunc dignitas regia ad multum tempus. Nam Britones suos regulos, Saxones similiter suos habebat. Hæc Arcturi Ganfredus. Hæc Ganfredi scripta, vt dixi, non benè quadrant propter reges Franciæ, eo quod ex supputatione annorum Leo imperator Arcturum longè præcessisse inuenitur. mirum etiam videtur, quod Beda venerabilis, qui historiam regum Britannie fideliter conscripsit vsq; ad sua tempora, nec tamen Arcturi regis meminit, sed claro stylo lib. 1. de gestis Anglorum, tradit Anglorum siue Saxonum gentem inuitatam fuisse à rege Britannorum Vortigerno, scitu populi anno Domini 449. imperantibus Martino & Valentiniano. refert etiã, quod Saxones perfidia vsi, noluerunt esse stipendijs suis contenti, sed insulam inuaferunt. & quomodo postea Ambrosio Aureliano duce, Romanæ gentis superstites Britones profligauerint Saxones, non tamen extinxerint. vnde alternis conflictibus nunc illi, nunc hi victi sunt, varia fortuna, vsque ad annum Domini 582. quo Mauricius imperator suscepit, huius anno imperij decimo, Gregorius vir sanctus, pontificatum Rom. ecclesie adeptus est, qui diuino admonitus instinctu, misit seruum Dei Augustinum & plures cum eo monachos, prædicare verbum Dei genti Anglorum. Erat eo tempore rex Edelbertus in Cantuaria potentissimus, quem ad fidem conuerterunt Christianam, baptizabantque cum innumera gentium multitudine, ad quem regem paulò post S. Gregorius missis donis epistolam scripsit, cuius exempli posuit in historia sua Beda. incipit: Domino gloriosissimo ac præcellentissimo filio Edelberto regi Anglorum. deinde Beda lib. 2. c. 5. Anno, inquit, ab incarnatione Domini 613. Edelbertus rex Cantuariorum, post regnum temporale quod 56. annis tenuit, æternum regnum adeptus. Erat autè rex filius Irmentici, cuius pater Occa, Occa pater Orich cognomento Oisich, à quo reges Cantuariorum solent se Oisingas cognominare, cuius pater Hengist, qui cum filio suo Oisich inuitatus à Vortigerno, Britanniam primus intrauit. Fuit autem Edelbertus tertius in regibus gentis Anglorum cunctis australibus eorum prouincijs. Nam primus rex australium Saxonum, Elli dictus est, secundus Calui rex Occidentalium Saxonum, tertius Edelbertus, de quibus per Bedam. Successit Edelberto filius Cadhuld, de quo dicitur infra generatione xx. prope finem. Licet autè historia Arcturi propter ea præmissa satis videatur ambigua, tamè Vincen. in Spec. lib. 22. c. 74. eius meminit, & ferè omnes chronicorum scriptores, de quo Bergomenis in supplemento lib. 9. Arcturum, inquit, Britannorum regem cantatissimum, virum fanè bellicosum aiunt, qui & lorica pulcherrima vrebatur, sed & in capite aurea galca, in qua draco insculptus videbatur, clypeum quoque aureum præ se ferri faciebat, in quo Dei genitricis imago depicta erat, vt eam semper aduocatam in memoria haberet. lanceam præterea nomine Ron, arduam, latam, & cladibus aptam: quam, quocumque ibat, secum deferri faciebat: Caliburnum etiam gladium habuisse dicitur, cum quo quadringentos & sexaginta viros vno prælio interfecisse perhibetur. Hunc etiam virum optimum & Christianissimū fuisse ferunt, & ecclesie collabenti in Gallia & Britannia plurimum subuenisse, necnon & catholicam fidem mirū in modum ampliasse. vnde & regiones multas, Franconiam videlicet & Daciam, Vasconiam & Germaniam cum orbe suo subiecit imperio. tam multa etiam commisit prælia, vt circiter triginta regna sibi vendicauerit. quamobrem & rotundam mensam apud Cornubiam ciuitatè instituit. Tandem cum multas in bellis strages fecisset, vulneratus in insulam desertur, ibique constitutus, vt Britonum tradunt historiae, inde sublatus, nunquam comparuit, quem & hodie Britones expectare dicuntur. Hæc ille. Vnde secundum Merlini vaticinium, vt Iohannes de Columna scribit, dubium exitum habuit. Ego, an veritas, an fabulæ sint de Arcturo scripta, relinquo curiosis examinanda. Tu tamen de regibus Angliæ tenere potes, vt in generatione xx. inuenies.

Mauricius.

Edelbertus Cantuariensis rex.

Anglorum reges.

Arcturi insignia.

Ron lancea Arcturi.

Arcturi postestas.

Hormisda papa.

GENERATIO XVIII.

ANNO salutis 510. sub Anastasio imperatore & Symmacho Ro. pontifice incepit 18. generatio. paulò post Symmachus moritur, & in basilica S. Petri sepelitur. vacat tū sedes dies vij. Defuncto Symmacho, Hormisda patria Frusinonius successit.

fedit annos nouem & aliquot diebus. Hic cum audiret Anastasium imperatorem in Eutychnam heresim prolapsum, duasque in Christo naturas, deitatis scilicet & humanitatis, negare, hortante etiam Theodorico, prouincialem synodum in vrbe habuit, omniumque consensu Eutychnos iam ante improbatos damnauit. Iohannem quoque Constantinopolitanum episcopum literis & nuncijs adhortatus est, vt ab eadem heresi desisteret. desijt parere Iohannes, Anastasij viribus fretus, quem non ita multo post fulmine ictum, dedisse poenas, creditum est, tum propter heresim que grauis erat, tum vel maxime, quia legatos ab Hormisda missos, contra ius gentium magna affecerat contumelia. Reiectos enim a se naui quassa & rimosa, ea conditione nauigare iussit, vt resti in Italiam redirent, nec vllum Graciae litus attingerent. Hac etiam eisdem mandata ad pontificem dedisse ferunt, vt sciret imperatoris proprium esse imperare, & non imperata pontificis aut cuiusuis accipere. Fuere autem legati, *Euodius Ticinensis episcopus, Fortunatus Catinensis, Venantius vrbs Romae presbyter, & Vitalis diaconus. Mortuo itaque Anastasio, xxvij. imperij sui anno, Iustinus orthodoxae fidei amator imperium accepit, regnavit annis octo. eligitur anno Domini 519. Thrax fuit, vt refert Pomp. Laerus, sine imaginibus, sine tribu, vtroque parente ignobilis, a teneris annis suum custos, deinde boum, post lignarij cuiusdam minister, natus annos 16. militare coepit, manu promptus, & doctus hostem ferire, sortem mutauit, princeps ordinis factus, & hinc promotus, comes fit. Mortuo Anastasio, ad Iustinum Amantius spado libertus superioris Augusti ditissimus venit, magnam vim pecuniarum secum ferens, orauitque, vt in toto exercitu ductoribus & militibus partiretur, & ipse acciperet, quantum vellet, promitteretque, donatiuum per singula capita, si Theocritianum imperatorem legissent. Pecunia satis integrè soluta est, non ad vota Amantij, sed Iustini, qui pro se suffragia cautè emit. Itaque cum eligeretur, & eum diademate ornatum adorarent omnes, Amantius & Theocritianus & Andreas minister à cubiculo, insidias illi parauerunt. ea de causa è medio sublati sunt. Iustinus imperator factus, statim nuncios ad summum pont. mittit, qui & Sedis Apost. auctoritatè confirmarent, & pacem ecclesijs darēt. quare permotus Hormisda papa, Theodorico annuente, Germanum Campanum episcopum, Iohannem & Blondum presbyteros, & Felicem ac Dioscorum diacones ad Iustinum mittit, qui eos nullo non genere honoris adhibito, effusa obuiam honoris gratia, monachorum ac orthodoxorum & illustrum virorum multitudine, honorifice suscepit. At qui cum Achatio sentiebant, istorum aduentum veriti, in templum quoddam munitissimum se in cluserunt, nunciosque ad imperatorem mittentes, affirmant se nullo pacto in sententiam Apost. Sedis venturos, nisi eis reddita fuerit ratio, quam obrem Achatius damnatus esset. hos omnes Iustinus ex templo atque vrbe expulit. Idem fecit Hormisda contra Manichaeos iterum in vrbe pullulantes, quorum codices ante fores basilicae Constantinianae incendio consumpsit.

Eodem tempore mortuo in Africa Trasimundo Vandalorum rege, Hildericus eius filius ex captiua Valentiniani filia ortus, successit, qui non patris haeretici, sed matris catholicae monita sequens, recte fidei cultor enituit. hunc pater ad mortem veniens, sacramento adstrinxit, ne vnquam in suo regno catholicis cōsuleret. Sed ille mox vt deceffit, prius etiā quam regni iura suscipere, vniuersos episcopos quos Trasimundus pater in exilium coegerat, regredi fecit, eosque ecclesias reformare voluit, septuaginta iam & quatuor annis euolutis, ex quo à Genferico primitus apud Africam ecclesiae afficerentur. Ad Clodoueam Francorum regem redeo. hic postquam synodus eius iussu celebrata est *Aureliana, in qua de Missa Dominicis diebus vsque ad finem audienda, & Rogationes instituuntur, cum multis alijs salubribus decretis, cum annis 30. regnum administret, quattuor superstitibus liberis, vita deceffit, & in aede S. Petri Parisijs sepultus est anno Domini 512. Succedentes Clodoueo filij, regnum quadrifariam concordibus animis partiti sunt. Theodoricus Mediomaticis, qui & Metenses, Clodomir Genabis & Aurelianus praesuit, Clotharius Sueuonensibus, Childebertus verò Parisijs regnavit. Inter haec Gothildis filios ad se Parisium venire mandat, atque iniurias illis aperit paternae necis, ad se Burgundiae regni portionem pertinere, sed Gundobaldi crudelitate vtroque parente orbatam, precari, vltionem faciant. Moti maternis precibus, contraeas copijs, bellum Burgundis indicunt, quos tum mortuo Gundobaldo, Sigismundus filius moderabatur, qui occurrit pugna Francis, sed victoria ad Francos se inclinante, Sigismundus in fuga capitur, & Aureliam missus est, quem non multo post Clodomir pariter cum liberis interemptum, in altissimum

Anastasius obiit.

*Euodius

Iustinus eligitur Imperator 519.

Manichaei expulsi.

Trasimundo Hildericus successit.

*Aureliae

Clodoueus obiit.

Gothildis filios ad bellum incitat.

munim puteum deijci iubet, sed inde tandem exempros, ad diui Maurij monasterium, quod non longè ab Octodoro vico Sabaudiae, Simon Sigismundi frater extruxerat, efferr, ibique sepeliri permittit. Post hoc, cognito quod Gundobaldus Burgundiorum imperium vindicaret, Clodomir bellum redintegrat: & dum hostem pugna persequitur, circumuentus ab hoste percussus interijt. quod videntes Franci, dolore & ira commoti, versis in fugam Burgundis, Gundobaldum occidunt, omnem regionem vastant. Clotharius mortuo fratre, uxorem eius (vt refert Vincen.) in coniugem suscepit. Erant autem è Clodomire liberi, fratres tres, quos educandos Gothildis suscepit, Theobaldum, Guntherum & Clodoaldum: & cum aliquando Childebertus Parisium veniret, videns quod Gothildis filios fratris defuncti nimis diligeret, dixit Clothario: Mater nostra vult filios fratris nostri eleuare. sed ne regnum praecipue, tondeamus eos aut interficiamus. Miserunt igitur Parisios ad reginam Archadium quendam, petentes mitti filios. Iata nuncio Gothildis, missos nepotes patruales valde commendat, quibus in conspectum adductis, maiorem natu Clotharius mox terrae allidit, ense perimit. perterritus alter, ad Childebertum se proripuit, orans vt se protegeret, qui misericordia motus, Clotharium placare pergit, in quem indignabundus rex: Tu inquit, huius auctor facinoris es, & nunc poenitet te consilij? eijce eum à te, aut certe pro eo morieris. Ad haec à Childeberto dimissum puerum Clotharius interfecit. Interim dum fratricidio reges intentos videt Clodoaldus, auxilio procerum elapsus, clericatum assumens, vitam religiosissimam vixit. Ecce regnum ambientibus quam odiosa miseratio est. tam crudelem nepotum necem, etsi modestissime ferret Gothildis, attrita tamen vehementer, corpuscula eorum Parisijs sepeliri fecit. horum vnus erat x. annorum, alter xvij. tertius vix euasit. Legitur etiam, vt Vincen. refert, quod Theodoricus auxilio fratrum, in Hermenfridum Thuringiae principem bellum mouerit, propterea quod suam Amelbergae uxoris, duos fratres suos quasi affectasset regnum, peremisset. Thuringus occurrit illis pugna iuxta flumen *Onestent. victoria Theodorico cessit, tanta strage edita, vt occisorum cadaueribus pontis loco Francus vteretur. Hermenfridus tamen cum paucis euasit, cui Theodoricus salutem pollicetur, ad se vt veniat. ille fidem adhibens, accessit, & dum vna ad pinnas castelli ambulabant, Theodoricus Hermenfridum cubito impellens, praecipitat, quo lapsu interijt: deinde liberis eius necatis, regionem in potestatem suam recepit, ibique ad tempus moratus, fratrem Clotharium dolo appetens, precatur per nuncios, ad se in Thuringiam veniat, habere quod ex vtriusque commodo sit. Clotharius nihil metuens, accessit. occultos post tapetum milites armatos locauerat. Clotharius coenaculum ingressus, forte armatorum pedes conspicatus, resistit: admonitisque quos secum habebat clientibus, clam armari iubet. Theodoricus animaduertens dolum compertum, ioco suspicionem purgauit. habito deinde cum fratre colloquio, argenteo vase quod peluim vocant, Clotharium donat. hanc tamen breui post, metu belli vitandi, Clotharius illi restituit. Parum probitatis aut fidei apud reges: libidine enim habendi, nec amicis, nec generi indulgent. Inter haec Hormisda papa mortuus est anno primo Iustini imperatoris, & Iohannes primus patria Tuscanus, apostolicam cathedram ascendit anno Domini 520. fedit annis 2. Iustinus autem imperator princeps catholicus & deuotissimus, non solum eos quos Anastasius in exilium miserat, reuocauit ab exilio, sed etiam ordinauit, ecclesias quas tenebant Arriani in Oriente, eis auferri, & catholicis episcopis dari. Tulit eam rem grauius Theodoricus rex Italiae, labe Arrianorum inquinatus, quanquam non magis Arrianorum molestam habuisse in societatione, quam suspectam boni imperatoris vitam duxisse videtur. hinc optimos ciues Romanos Symmachum & Boethium affectatae libertaris suspectos habens, eosque deferentibus Opilione & Gaudentio factiosissimis ciuibus, Papiam relegauit, & ne Romani ciues ob Symmachum & Boethij relegationem de solita benignitate diffiderent, rex senatui permittit, vnum ex gente patricia mitterent Theodato in Narbonensi successorē. Mox tamen Iohannē pontificem summum, Agapetum & patricium consules, ac Theodorū & Importunū senatores praestantissimos viros, è Roma tollere constituit, idque, vt sine nota faceret, ipsos legationis nomine misit Constantinopolim ad imperatorem, vtrique, eam simulationem melius concinnaret, episcopum Rauennatē eis adiunxit. fuit autem legationis summa, vt agerent cum Iustino de Arrianorum episcoporum sacerdotumque restitutione, & nisi hoc impetraret, comminatus est omnē Italiam atque urbem Romam cedibus ac incendijs vastaturum. Venientibus

Clodomir occiditur.

Clotharius fratris filios occidit.

Theodoricus Francorum rex.

Iohannes papa primus eligitur.

Theodoricus crudelitas.

Constantin-

Iohann. papa Constanti-
Constanti-
nopolim ve-
niens, hono-
rificè à Iu-
stino susce-
pit.

Constantinopolim, Iustinus cum clero & populo obviam illis processit, ad pontificis-
que pedes prostratus, illum pro Dei vicario adoravit. Summus itaque pontifex ma-
ximis honoribus introductus, mandata simul cum Romanis consulis ac senatoribus
Ravennateque episcopo exposuit: & cum flectere Iustinum Christianissimum impe-
ratorem non possent, ad lacrymas versi, suppliciter petiit, ut peritura Italia vna cum
catholicis omnibus subueniat. hinc magna vtrique dicentium audientiumque; com-
miseratio est suborta: hinc fidei causa, si Arriani tolerarentur, inde urbis & Italiae de-
solatio. Vicit tandem grauissimorum, in quibus sanctus timor erat, virorum sententia,
postponendam pro tempore fidei causam, & urbis Italiaeque saluti consulendum. Ita
pium principem perpulere, ut Arrianos restitueret, atque eos vivere suis legibus atque
institutis sineret. Verum honores effusius impensi à Iustino pontifici ac legatis Ro-
manis, adduxerunt Theodoricum in maiorem suspicionem: & qui prius summa di-
gnissimus laude tot per annos, melioribus quos antea cetera tulissent secula, principibus
Romanis æquari meruit, ad extremam vitam flagitijs sese inquinavit. nam pontificem in
carcerem coniecit, parumque abfuit quin eum statim occidisset: adeo in hominem
exarserat, & fide ac moribus cum Iustino sentientem. Perijt tamē sanctissimus homo
in carcere, pedore, siti & inedia. Pari modo Romanos legatos cruciatos in carcere, fa-
me peremit. Boethium verò & Symmachum in Papia, vbi per aliquot exulauerant
tempora, pariter iugulari iussit. Quam quidem sceleratam præter mores suos, ira diuina
grauiori multauit poena. cœnanti enim, ut ait Procopius, cum esset caput piscis alla-
tum, visio horrenda apparuit: eaque consternatus ipse, mox nimio pauore grauem
ægritudinem incidit, in qua crudelitatem suam confessus fertur, quòd si pontificē san-
ctum virum, & cum eo alios insignes Romanos, Symmachum quoque & Boethium
ad perditorum hominum suggestionem occiderit: conuocatisque Gotthis & gentis
sue primatibus, Amalafuntha filia tunc vidua cum Atalarico filio suo, quem ex Eu-
chario Alemanno maximæ nobilitatis viro susceperat, 8. annū agentem regem consti-
tuit, exhortans suos ut regem colerent, senatum populumque Rom. amarent, princi-
pem Orientis placatum semper & propiciū facerent. & sic profluuiū, ut quidā scri-
bunt, ut alij, apoplexia interijt, 99. die postquam Iohannes mortuus est, atque anno 38.
postquam Italiae dominio potitus est. cuius animā, ut S. Gregorius scribit in dialogo,
solitarius quidam vir magnæ virtutis apud Liparam insulam vidit inter Ioh. papam &
Symmachum patricium discinctum & discalceatum deduci, & in ollam Vulcani de-
mergi. Quo defuncto, Gotthi (ut præcepit Theodoricus) Atalaricum cum matre sua
præficiunt regno, qui penè per 8. annos regnabāt. Et quia constat omnibus, quòd
Iohannes I. Iohannes primus fuit tempore Iustini, & Iohannes secundus (qui & Mercurius) tem-
pore Iustiniani, cum ad eum scripserit, ut habetur de summa Tri. & si. ca. l. inter claras,
& inter Iohannem primum ac secundum fuerunt pontifices 2. Felix quartus & Boni-
facius. quorum duorum temporibus simul ac tempore Iohannis secundi, Atalaricus
regnauit in Italia, qui tamen 8. duntaxat annis in regno vixit, necesse est dicere, quòd
iam dicti pontifices, aliqui paucioribus, aliqui pluribus vixerint annis. vnde etiam ad ple-
num eorum tempora non scripserim ex industria, ut cum his tempora imperatorum
Iustini & Iustiniani concordarem, feci sine præiudicio veritatis. Mortuo itaque Io-
hanne primo, viuentē adhuc Theodorico ad aliquot dies, Felix quartus natione Sa-
mianus, in Ap. Se. extitit surrogatus anno Domini 523. qui sedit annis circiter 4. (ut cre-
do) mortuus est deinde anno 527, & in Ecclesia S. Petri sepultus. Interea Iustinus
Augustus cum iam 8. annos augustalem dignitatem tenuisset, mense Aprili ægrotare
cœpit, prouexitque dum adhuc viueret, ad imperium sororis suæ filium Iustinianum,
quo factō, apud Constantinopolim rebus excessit humanis anno Domini 526. AN-
NO igitur Domini 527. secundum alios anno 529. ab vrbe condita 1278. Iustinianus fi-
lius sororis Iustini, imperium solus obtinuit, & 38. annis regnauit. Hic mox vti imperia-
lia iura percepit, ad reparandum reip. statum animū conuertit, ac primū Belisarium
patricium ingentem virum, cōtra Persas qui Rom. fines inuascerant, direxit, qui de illis
viriliter triumphauit. Inter hæc etiam rex Herulorum veniens Constantinopolim
cum populo suo, baptizatus est, similiter rex Hunnorum Gorda dictus. Eodem an-
no Domini 527. mortuo Felice, Bonifacius secundus natione Ro. in sede B. Petri col-
locatur, non tamen sine contentione. nam & Dioscorus, diuiso bifariam clero, in de-
mortui Felicis locum surrogatur. exagitatus autem clerus hac seditione diebus 28.
morte Dioscori à tanta perturbatione liberatur. hic Bonifacius alimonijs multis in
famis

Bonifacius
2. papa.

Iustinianus
Imp. 58.

Felix 4. pa-
pa.

Olla Vul-
cani.

Atalaricus
rex.

Augurium
Theodorici
regis Italiae

Martyres à
Theodorico
ex carni-
ficari.

famis periculo clero subuenit. hic congregata synodo in basilica S. Petri, Vigilium
subdiaconum sibi successorem ordinauit. Sed postquam contra canones hoc esse
intellexit, mox reuocauit, instituitque ne quispiam in episcopatu sibi successorem eli-
geret, & ut in demortui locum alter pontifex, si fieri posset, tertia die succederetur, ne
dilatio seditionem faceret. Hoc tempore multi ex Ro. nobilitate Benedicti sancti-
tate moti, in montem Cassinum peruenere religionis gratia. Huic Bonifacio suc-
cessit Iohannes 2. qui & Mercurius, natione Ro. anno Domini 530. sedit annos 2.
menses 4. Eo tempore Iustinianus imperator summo Christianæ religionis amore
misit fidem suam in scripto proprio chirographo ad Se. Ap. per episcopos Hypatium
& Demetrium, prout habetur in l. inter claras. de summa Tri. & si. cath. Ex quo colli-
gitur, quòd fuit valde catholicus princeps, sicut & luculenter in multis suis probatur
constitutionibus. Eodem quoque tempore idem Iustinianus sententiam promul-
gavit, ne militarent pagani vel heretici, dans illis 3. menses ad inducias conuersionis.
Hic Iustinianus postquam Belisarius patricius Persas deuicit, & ex voluntate sua tri-
umphans Constantinopolim intrauit, mox eundem Belisarium cui fortissimos mi-
lites dedit, mittit ad Africam Vandalis occupatam. Regnauit tunc in Africa Gilimer
annis 5. qui successit Hilderico, de quo supra dictum est. Fuit autem Gilimer tantæ cru-
delitatis homo, quòd etiam parentibus non parceret. Belisarius igitur vir pruden-
tissimus in Africam traiecit, & noctū cum plaustris rusticorum Carthaginem intro-
euntibus ingressus, urbem cepit, vbi diuitias reperit, Gilimerem regem ex fuga ad de-
ditionem reductum, argentea catena vinctum secum abduxit, ac de eo Constantino-
poli gloriosè triumphauit. nam antequam caperetur, commissō pradio, magnas co-
pias fudit. sic tandem illa Vandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. cir-
ca annum Domini 536. anno 96. postquam à Gensericō extitit occupata. Nec debet
quenquā mouere, quòd Iustinianus scribit in li. C. de of. præfec. præto. Afri. quas gra-
tias aut laudes Deo nostro &c. excedit omnia mirabilia opera, ut Africa per nos tam
breui tempore reciperet libertatem, ante 105. annos à Vandalis captiuata, qui anima-
rum simul fuerunt hostes & corporum. à Kalen. enim Septembris vsq; ad Kalen. De-
cembris, Belisarius eam recuperat. quia dicendum, quòd Iustinianus nō statim Codi-
cem composuit, sed ut apparet, post 9. annos & plures. ita cōcordari poterunt. Inter
hæc & antequam Iustinianus imperaret, sub Iustino Theodorico rex Gotthorum vi-
ta excellit anno 523. Atalaricus regnare cœpit in Italia cum matre Amalafuntha. erat
autem Atalaricus puer annorum 8. vnde adhibuit prudens regina singularem in sub-
ditos humanitatem, laxioreque cum Ro. quam fecerat Theodoricus, gubernatione
vta est, & inter aliqua quæ rescidit Theodorici facta, filijs Symmachi & Boethij patri-
monium restituit. Atalaricum quoque filium Ro. moribus ac disciplinis imbuere cum di-
ligentia curauit, ut facile in optimum principem euasisset, nisi tres Gotthi illius educa-
tores, rapinis inhiantes, id reginæ consilium euertissent, non placere Gotthis, dicētes,
eorum regem sub præceptoribus vivere, formidinem sibi incurientibus: prodesse, vi-
tam inter Gotthorū duritiem agere, inter coæquales arma & equos tractare, quibus
animi vigor, generositasque à Maioribus accepta indies augeatur. Quæ cum mater, in-
sidias cauens, libetè audire se simulasset, Atalaricum paulò mitioribus permisit edu-
candum, etsi puerum sodales omnibus vitijs statim infecerunt, matri tamen obsequēs
erat: & cum Gotthi educatores pueri, Iustinum pium principem nouissent, pacem
Francis, Vandalis, Visigothis, Burgundionibus, alijsque barbaris à Theodorico paratā,
omni consilio conseruarunt. Turbauit autem hanc reginæ ac nati concordiam mors
Iustini. siquidem Atalaricum sodales, metu imperatoris liberati, facile in lasciuio-
rem vitam transuersum egerunt, adeo ut nedum matrē audire aut alloqui dignaretur, quin
potius ipsi insidias parari pateretur. Quibus artibus cum se regina priuari regno videret,
Theodatum ex gente Amula sibi consobrinum, administrantem prouinciam per
Hetruriam coercuit pecunijs. Inde Atalarico cum sodalibus suis Romæ relicto, Ra-
uennam se contulit, & cum nequiret filium à perniciosā vita reuocare, quod proxi-
mum fuit, tres Gotthorum proceres qui puerum seduxerunt, interfici curauit. At-
tamen Atalaricus licet indisciplinatus & secta Arrianus esset, Bonifacium tamen papam
& Iohannem secundum, cui Mercurio fuit etiam nomen, summos pontifices non so-
lum profecutus est fauoribus & honore, sed à Ro. senatu ac populo honorari cura-
uit. decreta eius extant de episcopis à Ro. pontifice, & nullo alio ordinandis, rebus sa-
cris à nemine distrahendis, & demum de ecclesiastica libertate seuerius conseruan-
da, Ro.

S. Benedi-
ctus.

Ioh. 2. papa.

Belisarius
patricius.

Carthago
capitur.

Vandali ex-
tinguuntur
in Africa.

Atalaricus
rex.

Atalarici
decreta.

da, Ro. & Italiae * oppidorū * vrbes frequentare, ac bonis artibus operam dare edicto iussit, salarijs in vrbe Roma liberalium artium praeceptoribus, quod multos annos fuerat neglectum, constitutis, & inchoatam à Theodorico publicorum vrbes aedificiorū instaurationem continuauit. titubauit tamen demum ob Francorum Burgundionumque aduentum in Italiam. Quod cum intellexisset Amalafuntha, ad reges Francorum mittens, pericula ostendit ab imperatore Iustiniano tunc florente imminentia, si Ro. reip. prouinciarum inuafores, praesertim Italiae propinqui, bellis inuicem disiderent, foederaque inter Atalaricum filium & Theodeberthum regem Franciae constitui impetrauit. Accessit pueri Atalarici incommodis Theodati auaritia, sed postquam Atalaricus tam suam adolescentiam quam matris viduitatem Deo commendauit, octauo quo regnum assumpserat, anno defunctus est. Tunc Amalafuntha videns se à Gothis spretam, secum deliberans ipsa, Theodatum sibi consobrinum ad se vocauit, & multis in eam sententiam dictis, prius iniuriam, reconciliatum tamen, regni consortem declarauit, eratque Theodatus Latinis ac Graecis literis eruditus, ac philosophus Platonius, nulli rei tamquam cumulatam pecuniam intentus, & tamen in initio regni Theodeberthum Meresium regem, Burgundiones, multa armatorum millia in Liguriam atque Aemiliam ducentes, Alemanos vero in Venetiam venientes, Gothis Italisque militibus vtranque gentem non sine caede illorum Italia expulit. tegebat autem multum ipsius regis ineptias, virtus reginae omnia administratis. hunc enim regem scribit Cassiodorus elephantes tunc ex aere via sacra ad naturalem bestiae magnitudinem extantes, qui ruinam minabantur, instaurari iussisse, ea ratione, ut populo Ro. conduceret, si pueri bestias intuerentur, in quas Maiores eorum pugnare non horruerint. Sed cum Theodatus rapinis pro sui ingenij vitio manum apposuisset, dissuasissetque illi primo, & post obstiteret Amalafuntha, mox summa ingratitude vsus, eam in insulam Vullinensium relegauit, occidique permisit. Tulerunt eam mortem aegerimè Ostrogothi, sed & Romani Italicique, omnes, ut si aliquem inuenissent, à rege defecissent. fuerat enim mulier, ut Cassiodorus tradit, Graecis Latinisque literis egregie imbuta, ac bonis artibus intenta. vnde tantam sibi comparauerat auctoritatem, tantum sibi conciliauerat omnium amorem, ut necem suam cuncti nefariam praedicarent. Ita illius morte post factum considerata anxius Theodatus, existimare cepit, quantum immineret periculum, si Iustinianus sumpta occasione necis Amalafunthae, cuius virtutem dilexerat, Italiam inuaderet. itaque placaturus imperatorem, inter multas literas ad ipsum ac Theodoram, vnam epistolam accuratius scripsit, in qua Romam Italiamque loquentes facit, pacem optimo regi, doctissimo principi, Romae & Italiae amantissimo patri, mitissimoque Domino implorare. Mittit ad haec senatores Ro. vna cum Agapeto pontifice, quem tamen in comitatu non iuuat, vnde haberet viaticum, sed bonus pontifex vasa aurea argenteaque ex B. Petri sacratio scenori subiecit, ut haberet sumptus. Blondus haec. His sane diebus Iohannes secundus vita sanctus erat, & Agapetus natione Ro. surrogatus anno Domini 532. qui sedit annis ferme 4. Hic Agapetus cum venisset Constantinopolim, summa cum veneratione est receptus à Iustiniano, & quia Iustinianus Eutychniana haeresi laborabat, orta est inter eos de rebus fidei maxima altercatio. Iustinianus enim ab Anthemio Constantinopolitano episcopo seductus, petijt eam labem à summo Pon. confirmari: & cum ab ea re hominem sanctissimum abhorrederet, precibus minas addidit: Aut, inquit, consenti nobis, aut faciam te in exilium deportari. Cui pontifex nihil motus: Ego, inquit, ad Iustinianum Christianissimum imperatorem venire optavi, sed Dioclerianum inueni. Cuius sanctam constantiam admiratus imperator, mandauit Orientalium episcoporum in regia vrbe congregari concilium. quo congregato, B. Agapetus in conspectu principis contra Anthemium ex euangelica scriptura clarè probauit, in Domino Iesu Christo fuisse duas naturas. eo autem conuicto, cum in sua pertinacia maneret, Anthemius damnatus est & depositus. Tunc Iustinianus gaudio repletus, humiliavit se Ap. Se. ac beatissimum Agapetum adorauit, rogauitque, ut in Constantinopoli catholicum ordinaret episcopum, qui Mennam virum sanctum instituit loci episcopum. De pace vero, cum mandata Theodati pontifex exposuisset, ita adulanter & simulatè imperator respondit, ut posthac nimis sibi securus rex Theodatus, multa sit ausus ad ruinam sui status. Iustinianus autem tempus idoneum ratus Italiae liberandae, mentem & cogitationem ad hoc conuertit. Inuitabat & eum prosperitas impetij, quod paulò antè per Belisarium ducem Vandalis Aphricam abstulerat: nec ferendum

Atalarici mors.

Amalafuntha regina.

Theodatus rex.

Amalafunthae mors.

Epistola Theodati ad Theodoram Augustam.

Agapetus papa.

Altercatio Iustiniani & Agapeti.

Anthemius damnatur.

ferendum iam sibi videbatur, ut contra decus imperij Romani Italiam occupari à barbaris pateretur. Agapetus autem quam primum Romam redijt, defunctus est, & ei, Theodato iubente, Syluerius ex patre Hormisda episcopo Romano, ex matrimonio tamen natus, successus est, anno Domini 534. sedit annum 1. menses 5. dies 12. in insula Pontia moritur. Et cum antea non regum, sed imperatorum auctoritas interueniret, Theodatus illata vi consensum electorum extorsit, & pecunia per pactiōnem accepta, Syluetium in pontificem creauit. Blondus scribit, plus tunc valere Theodati minae, quam decreti ratio. mortem enim clericis intentauit, qui nomina sua non subscriberent. vnde neque decretum confirmauerunt ante consecrationem eius, secundum morem antiquum, sed postmodum propter scandalum quod oriri poterat, subscripserunt. Hanc ob rem, & ut Amalafunthae necem rescisceretur, simulque Italiam recuperaret, Iustinianus Belisarium in Italiam transmisiit. His rationibus motus Iustinianus, oratoribus ad Theodatum missis, mandauit ut aut Italia & eius insulis decedens, Constantinopolim se conferret, diuitias accepturus maximas, & in ocio quod à teneris annis fecerat, philosophiae operam daturus: aut si id facere recusaret, bello quod ex tunc sibi indictum sciret, necessaria praepararet. Is vero etsi rescisceret Iustinianum sibi infensissimum, hominum tamen ineptissimus nec oblati consensit pactiōibus, nec se contra vim magis solito communiuit. At Iustinianus certior factus Theodatum negligere iussa, mox Belisarium iubet simulata in Africam nauigatione classem soluere, & ea in Siciliam ducta, incumbere pro viribus insulae receptioni. Cavit tamen, ne forte alias barbaras gentes prouocaret. Ad Clodomirem, Childeberthumque & Clotharium reges Francorum, ut quiescerent, maxima misit dona, additis literis huiusmodi sententiae: Graue fuit haecenus, Ostrogothos reges, qui Theodorico indigni successerunt, tolerare, cum propter illatas nobis singulos per dies iniurias, tum maximè propter Arrianae haeresis labem, qua vrbes Romam & Italiam inficere non desinunt. insuper à nobis requisitus rex Theodatus, nedum respiscit, sed conuicia iniuriasque viri petulans adiecit. quod cum diutius ferre Christianos principes indignum ducamus, bellum illi in diximus, spem maximam victoriae in vestris aliorumque principum Christianorum viribus non minùs quam in nostris repositam habentes. Postquam vero reges spem pacis fecissent, Iustinianus Mundum quandam ducem suum cum copijs Dalmatiam inuadere imperauit. paulò post Mundus Gothos, qui Salonam praesidio tenebant, superat, Salonam cepit, inuoluitque tumultu Dalmatas omnes. concurrunt vndique Gotthi circa Salonam, & commisso praelio Gotthorum praestantiores ceciderunt. Hoc in certamine vbi Mundus filij interitum conspexisset, mox homo natura vehemens & bellicosus, rabidus in hostes defertur. adferant omnes copiae Gotthorum, quae tandem fractae, in fugam vertuntur. sed Mundus dum insatiabiliter Gotthos persequitur, ipse sua victoria occiditur. vnde refert Leonardus Aretinus, Sibyllae carmina vetustissima inuenta, quibus significabatur, cum Africa recepta iterum à Ro. foret, tunc Mundum cum prole sua periturum. Hoc Sibyllae vaticinium paulò antè inuentum multos perterruit, sollicitos ne terra & caelum cum genere humano periret. Tunc autem Africa iam virtute Belisarij recepta, huius ducis, Mundi scilicet ac filij, interitum à Sibylla apparuit esse praedictum: adeò vaticinia ambigua semper inueniuntur. Belisarius vero militibus impositis, quasi in Africam nauigaturus, in Siciliam applicuit. Catanam vrbes repente adortus, occupauit. postea Syracusis, deditibus ciuibus, est potitus, fecitque statim Siculorum in Gotthos odium, ut quam primum copias Belisarius ostendit, propositumque aperuit, mirabilis victoriae cursus fuerit, populis vrbes oppidaque certatim Romanorum imperatori, cuius desiderio iam pridem tenebantur, vltro offerentibus. hortabatur autem ad id maximè Belisarij praesentia, & qui à Vandalis Aphricam liberasset, sperabatur à Gotthis Italiam liberare posse, adiuuabatque Theodati ignauia, qui nullos per Siciliam fecerat apparatus. attoniti itaque subira ciuium defectione Gotthi, maiorem spem in fuga quam in resistentia ponebant. Haec Theodato cum esset in Italia nunciata, anxio animo legatos ad Iustinianum mittit, cum mandatis huiusmodi: Sicilia se spontè secedere, & in Italiae tributum recognitionisque signum, coronam auream librarum 30. ac in omnem quancunque iusserit imperator expeditionem, Romanos milites cepit polliceri, insuper in episcopos virosque senatorios iurisdictionem permittere, & ut maiestas imperij in vrbes & Italiam restituta esse videretur, se curaturum nomē imperatoris inter sacra caeremoniasque primum

Syluerius papa.

Iustiniani oratores ad Theodatum.

Epistola Iustiniani ad reges Francorum.

Mundus dux occisus.

Belisarij in Siciliam applicat.

Theodati legatio ad Iustinianum.

proferri, statumque nullam regi Italico, nisi secundum imperatoriam locari debe-
re. Iustinianus ad regis legationem benignè respōdit, vt & pollicitationes amplecte-
retur, sed Italiam omnino reddi postulans, se Theodati rebus ac amplitudini promi-
sit consulturum. Theodatus interea accepit, Vandalos in Africa novos motus susci-
tasse, ad quos cōprimendos Belisarius traiecerit. elatus animo, simulque ex eo quod
post Mundi interitum, Gotthi duce Gropa reparato exercitu in Dalmatia, Theodati
rem adeo restituerunt, vt Iustiniani exercitus omnia quæ Mundus ceperat, linquere
sit coactus: & nedum spreuit ea quæ cum Iustiniano agere cōperat, sed & illius ora-
tores in custodia teneri iussit: & vt meliorem solito vitam instituisse Romanis ac Ita-
lis ostenderet, vasa aurea ac argentea, quæ Agapetum legationis causā, vt supra est di-
ctum, vsuris subiecisse notum erat, ex fisci pecunia redimi, & in B. Petri sacrarium re-
ferri curauit, annonæque caritate Italiam laborātem, maxima liberalitate solatus est.

Eodem tempore Belisarius in Siciliam reuersus est, quam illico pacatam obtinuit.
præsidijs itaque impositis inde soluens, Rhegium est delatus. eam urbem & circum-
adiacentia oppida euestigio recepit, sese in deditionem ob ingens in Gotthos odium
offerentibus. Ea cum fieri vidisset Embrimus, aliās Euermid, Theodati gener, Bruti-
orum provinciam administrans, sese etiam ipse permisit Belisario: à quo cum esset
Cōstantinopolim missus, imperator eum patricium allectum multis muneribus do-
nauit. deinde Belisarius mouit Neapolim, moxque suburbana potius est. cumque ob-
sidionem pararet, Neapolitani Stephanum magnæ auctoritatis virum mittunt cum
talibus mandatis: Optare quidem ciues Neapolitanos urbem dedere imperatori, sed
facultatem eis sublatam, quod eorum vxores liberosque, Theodatus obsides Rauennæ
haberet: esse quoque in ciuitate Gotthorum præsidium, qui deditionem impediret.
Belisarius consutando suasit deditionem, quia non inde recederet, nisi vrbe expu-
gnata. sed nihil egit. vnde eam maximis laboribus tandem expugnavit. Tūc ingres-
si milites diripiunt, incenduntque ædes passim, quos tamen Belisarius longa oratio-
ne vix tandem adduxit, quod præda contenti, Neapolitanis vxores, filios & ciuitatem
permiserunt, nullosque postea ciues vel capere deinceps, vel occidere curabant mi-
lites. in Gotthos etiam qui in præsidio fuerant, non solum sanctia non est vsus Belisa-
rius, sed eos humaniter tractauit. Interea Theodato apud urbem torpescēte, Got-
thi & Romæ & circum ea loca degentes, cum antea Theodati malignitatem occul-
tè damnare consueuissent, auditis his gestis lamentabantur: & cum sciret Belisarium
ad urbem venturum, se ipsos cohortati, 35. ab vrbe milliario apud Tegere oppidum
Vitigim sibi & Italicis regem creauere. is nanque etsi obscurò genere ortus erat, ma-
gnitudine tamen animi ceteros excellere. Audiens hoc Theodatus, per deuia fugit
Rauennam versus. sed missi post eum à nouo rege Gotthi, eum peremerunt. Exinde
Vitigis Romam venit, Syluerium pon. Rom. quem, vt dictum est, pecunia corruptus
ordinauerat Theodatus, & senatum populumque Ro. allocutus, beneficia Theodo-
rici regis memorauit, hortatus vt in fide manerent, tantas esse Gotthorum vires, vt
benè se defenderēt. cum Gotthis verò de gerendo bello multa disseruit, quibus lon-
ga oratione persuasit, conducere præsidio Romæ relicto Rauennā accedere, & Got-
this cōgregatis, Belisario congregari. Profectus itaque è Roma, Luderim cum 4. milli-
bus militum vrbi præsidio reliquit, accersitos etiam quosdam senatorij ordinis viros,
obsides secum abduxit. veniensque Rauennam, Matasuntham Theodorici ex Ama-
lasuntha filia neptem, inuitam duxit vxorem, disposuitque potenter armorum co-
pias. Belisarius verò reparato exercitu, præsidioque Neapoli relicto, Romam tendit.
quod cum Romani habuissent exploratum, Syluerio papa suadente, publico consilio
statuerunt, non modò illum & copias suas admittere, sed ei accessum properum nun-
ciare. Missus ad eam rem Mediolanensis quidam, Fidelis dictus, Atalarici quondā præ-
fectus, qui Belisarium perduxit ad portam Asinariam. Conterriti ob hoc Gotthi in
præsidio, fide publica à Romanis impetrata, abire statuerunt. euenitque vt qua die
Belisarius Asinariam portam intraret, eadem Gotthi portam Flaminiam sint egressi.
Receptus intra urbem Belisarius, senatum ac populum Rom. multa dubijs in rebus
vt erant accommoda allocutus est. mox vrbs quoque mœnia instaurauit, multisque
excitatis propugnaculis, aggere & fossa circumductis, firmiorem urbem reddidit. de-
inde ciuitates & oppida in circuitu plurima cepit, non sine Vitigis pugna ac vtriusque
partis cæde maxima. Vitigis igitur cum propter vrbum defectionem videret sibi
periculum imminere, ante omnia foedus cum Francorum regibus iniit: quo icto, cum
toto

Gropa dux.

Belisarij in
Italia suc-
cessus.Neapolis
capta.

Vitigis rex.

Theodati
mors.Luderis præ-
fectus.Belisarius
Roma po-
tetur.Vitigis ob-
sides vrbe.

toto Gotthorum robore in bellum descendere statuit. itaque Romam ducens, ha-
bens secum ducenta millia hominum armatorum, non aliud verebatur quam quod
Belisarius non expectaret. Belisarius autem cum tantam molem in se conuerti senti-
ret, Constantinum & Bessam cum suis copijs aduocauit. Cumque Gotthi Romā ap-
propinquarent, ad Anienem fluuium constiterunt. nam illic pontem turribus & præ-
sidio munitum Belisarius fecerat. ibi Gotthi castra ponunt. variæ committuntur pu-
gnæ. Gotthi postea ad obsidionem se præparant, & profecti circa urbem aquædu-
ctus omnes interruperunt, ex quo molendi magna incommoditas prouenit Rom.
paulò deinde post per insidias introgressi, ad molem Adriani inuadendam, quæ nunc
dicitur castrum S. Angeli, scalisque admotis primum receperunt ambitum. sed Con-
stantinus ex superiori parte cum militibus repugnans, molem ipsam seruauit. Exin-
de Vitigis ad Prænestinam portam cum multitudine Gotthorum expugnandam ac-
cessit, quam tamen Belisarius cum suis, etsi difficulter, defendit. Durante itaque ob-
sidione multis conflictibus habitis, etsi Ro. Belisarij virtutem admirarentur, tamen
querela ipsorum erat, quod contra tantas Gotthorum vires exiguis ipse copijs Ro.
mam in præsentem difficultates misisset. Belisarius etsi aliàs paucitatem suorum Iusti-
niano significasset, & quod d. urbem exire aduersus Gotthos non auderet, tamen nunc
vehementius scribit vrbs obsidionem, & sibi non supra 5. millia militum esse, Roma-
nos verò horum periculorum insuetos, obsidionem ægrè tolerantes. quantum ve-
rò ad se attineret, vitam imperatori deuouisse, ceterum videndum esse quid ea res vel
honoris vel infamiae sit allatura. His literis acceptis Iustinianus commotus est, ac mit-
tere exercitum renunciat. Interea Vitigis mille ciues, quos pridem Rauennam ex
Ro. obsides duxerat, interfici fecit, præter paucos qui fugerant in Galliam. sed & Be-
lisarius famem timens, effecit vt Romani vxores & filias ac omnem imbellem turbā,
Neapolim mitterent. tanta enim fames tum, anno scilicet Domini D. XXXIX. vt re-
fert Datus, per vniuersam Italiam fuit, vt in partibus Ligurum mulieres fame filios
comederent proprios: in vrbe autem eo valentior, quod Gotthi omnem comme-
atum intercluserunt. Per idem tempus superuenerunt à Iustiniano primò mille sex-
centi equites, Thracæ 800. peditum tria millia. durauit autem arctissima obsidio, fa-
mes ac pestis non parua. Sæpe inter hæc tentat Vitigis hac & illac urbem inuadere.
sed præstantissimi ducis Belisarij obstitit in re militari peritia. Multis igitur hinc inde
incommodis fatigatis obsessis & obsidentibus, cum insuper nouas copias aduenisse
Belisario Gotthus perciperet, nec Belisarius pugna copiam faceret, & multitudo
Gotthorum vel peste vel ferro consumpta erat, obsidionem Vitigis soluere cogita-
bat, missaque legatione ad Belisarium Vitigis, multa hinc inde dicta ac responsa de
causâ iustitia dum fuissent, tandem ad Iustinianum imperatorem controuersias de-
ferri conuenit, vt ex eius autoritate res componeretur: legati que ob hoc missi, ac
interim 3. mensium induciæ factæ sunt, obsidesque hinc inde traditi, pro inducijs ex
fide seruandis. Interea vxor Iustiniani Theodora, hæresi Eutychetis contaminata,
dolens quod Anthemius patriarcha pro errore suo ab Agapeto papa fuit depositus,
misit epistolam ad Syluerium papam, rogans vt aut ad eam veniret, aut amoto Men-
na, Anthemium reuocaret. sed Syluerius papa rescripsit: Absit à me domina Augu-
sta, vt reuocem hominem hæreticum iam damnatum. Quo audito, foemineo furore
repleta, rescripsit Belisario, vt sumpta occasione, Syluerium papam à pontificali sede
amotum, in exilium deportaret. Vtebatur autem tunc Augusta consilio Vigilij, qui
eo tempore Romanæ eccl. in regia vrbe apocrisarius erat. hic enim ambitione ductus,
ad papatū adspirabat. Excogitabant autem causam, quod Syluerius Gotthis urbem
tradere pararet. quod audiens Belisarius, minimè fidem adhibuit. nihilominus Sylue-
rium vocauit ad palatium, & Iohannes quidam subdiaconus, falsis acceptis & audi-
tis testibus, subito pallium de collo Syluerij traxit, pōtifficalibusque exutum vestibus,
monastica veste induit. Quem & Vigilij diaconus, eius sedem recipiens, ad Pontia-
nas insulas in exilium misit. Alij dicunt occupatum Belisarium, Antoniae vxori suæ
commisisse negocium, quæ subornatis à Vigilio testibus, qui affirmabant Syluerium
in urbem Romam Gotthos per insidias introducere parasse, coegit ita hominem ab-
dicare se pontificatu, & misit in exilium, in quo non sine opinione sanctitatis mori-
tur, vbi annum vnum, menses 5. in pontificatu sedisset. de hoc 23. q. 4. Belisarius. vbi Syl-
uerius execrauit Belisarium, pro eo quod ipsum relegasset, & postea damnauit Vigi-
lium diaconum. ex quo habes, quod in superscriptione debet stare, Syluerius, nō Syl-
uester.

Accusatur
Belisarij re-
meritas.Fames ma-
xima.Induciæ tri-
um mensiu.Theodora
imperato-
ris vxor.Syluerius
papa rele-
gatur.Vigilius pa-
pa.

uester: & Belisarius, non Guilisarius. Syluerio itaque defuncto anno salutis D.38. Vigilius diaconus creatus est in papā, qui erat Romanus, & sedit annis 14. quod postquam comperit Theodora Augusta, ad eum scribit, vt secundum promissa Anthemium reuocet. Ad quam Vigilius responsa dedit, scribens: Absit a me domina Augusta. si enim ego à principio malè locutus sum & insipienter, doleo: nūc autē quantum indignus Christi & B.Petri vicarius, nullo modo consentio, vt hominem hereticum & per summos pontifices prædecessores meos damnatum, in statum pristinum restituam. quod postquam Augusta comperit, nimis turbata est, sed ad tempus furorē occultauit, viquequo vindicaret, vt dicitur. Cū autem post inducias factas, vt supra dictum est, Belisarius urbem, Gotthi verò castra custodirent, querelæ & altercationes ortæ sunt pro inducijs contra fidem violatis. nam desertas à Gotthis vrbes aliquas Ro. occupauerunt. quare Vitigis missis nuncijs ad Belisarium, restitutionem petebat. Quibus Belisarius: Redite, inquit, regi vestro dicite, patere omnibus, quod Gotthi eas vrbes pro derelicto habuere: occupare verò quæ à nullo possidentur, nequaquam prohiberi posse. Ex hoc suspiciones surrexere, quærentibus Gotthis paria referre. Nec multo post Gotthi furtim Romam capere tentauerunt, primo per aquæductum quendam noctu, deinderatibus traiccto anne iuxta Martium campum, sed in vtroque loco eos sefellit spes. nam & per aquæductum conspecta lumina fraudem detexerunt, & in campo Martio non processit proditio. duo tamen plebeij homines iuxta templum B. Petri habitantes, (nam nec templum, nec ædes circa id Gotthi violabant) sermonem cum Vitige habuerunt de vrbe prodenda, dantes modum, quod ratibus annem transirent: & ne vigiles vrbis in eo loco obstarent, corrupti sunt duo Romani, qui poculum somniferū optimo vino mixtum, vigilibus propinarent. sed volente Deo, alter eorum pœnitentia ductus, rem Belisario patefecit, captoque altero, torro & confesso, nasus & auriculæ amputatæ sunt, ipseque asino impositus, ad castra Gotthorum missus est. Belisarius itaque his fraudibus depræhenfis, seruandas inducias nequaquam existimabat: quare ad Iohannem ducem suum scripsit, vt bellum exequeretur. Ille igitur cum duobus millibus equitum agrum Picenum peruadens, vxores natosque Gotthorum cepit, prædis ac rapinis regionem rotam inuoluit. Inde captis multis oppidis, Ariminum obsidere statuit, ductus ea spe, quod ciues nō benè conuenire cum Gotthis audiuit. & cū copias admouisset, tantum terrorem intulit Gotthis, vt diffisi, Rauennam omnes hinc demigrarent. ciues autem mox portas Iohanni aperuerunt. ita Ariminum cepit, relictis post se duabus validis vrbus à Gotthis custoditis, Auximo & Vrbino. Fuit hoc rotum contra Belisarij præceptum, sed ipse Iohannes sperabat Ariminum capto, Vitigim Romæ obsidionem soluturum. quod & factum est. simul enim vt intellexerunt Gotthi Ariminū captum, obsidionem vrbis Romæ dissoluere ac inde abire statuerunt. Itaque Vitigis paucis post diebus obsidionem soluit, ac crematis castris cum omnibus copijs abiit. Durauit autem hæc obsidio anno integro ac diebus nouem, nec in tota obsidione Gotthi apostolorum Petri & Pauli templa, extra muros vrbis posita, in aliquo violauerunt, sed sacerdotes in illis permanentes, liberè rem diuinam exequabantur, vt Leonardus scribit. Vitigis autem licet Rauennam properaret, vrbes tamen Hetruriæ & aliarum prouinciarum continere in potestate studebat, præsidijs impositis: ipse cum reliquo exercitu ad obsidendum Ariminum profectus est, in eoq; oppido Iohannem obsedit. Belisarius autē Martinum & Ildigerem cum equitibus mille festinare Ariminum iussit, vt inde Iohannem cum equitatu ante obsidionem educerent. sed Iohannes ibi mansit ac suos retinuit, pauloque post (vt dictum est) obsessus fuit. Vitigis ante Ariminum lineam turrinam fabricari fecit, sunt excursus & pugnae, & certo die committitur atrox prælium circa turrinam, vbi multi Gotthorum cadunt, & post longum certamen turrinam Gotthi retraxerunt, sed tanta suorum cede, vt spem abijcerent vi expugnandi, sed fame peruincere obsessos cogitabant. Per idē tempus Mediolanensiu legatis qui Romam venerant, ciuitatem imperatori offerentibus, auxiliares copias Belisarius concessit. præfecit autem copijs Mundilam virum strenuum: hi omnes ex vrbe Roma classe Genuam delati, inde pedestri itinere Mediolanum petiuerunt. obuiant Gotthi, conflictuque habito, Fidelis cuius Mediolanensis occiditur. non minùs Mundilas ac sui, fugatis tandem Gotthis, Mediolanum peruenere. quod intelligens Vitigis, Vraiam fratris filium cum exercitu ad ea loca transmissit, quia aliqua vrbes vicinæ defecerant, timens ne reliquæ sequerentur. nō minùs ad Theo-

Seditiones
propter vi-
olatas indu-
cias.

Iohannes
dux Belisarij
bellum
redintegrat

Vitigis Ari-
minum ob-
sedit.

Mundilas
dux.

Vraias Got-
thorū dux.

Theodobertum Francorum regem scripsit confederatum sibi, & auxilia petiuit.

Belisarius inter hæc Roma egressus, Tudertum pactione recepit cum nonnullis oppidis. Interim verò Vitigis Anconem urbem, quæ Belisarij præsidio tenebatur, experiri cōstituit. Conon qui præfectus vrbi erat, timens suburbanis, cum omnibus copijs obuiam it, impar tamen hosti, nihilominus congregitur: & cum tantam multitudinē ferre non posset, postremum in fugam versus à Gotthis, magnam suorum partem amisit. sub ipsis enim moenibus magna strages facta est, & ipse Conon nō aliter quam per funem de moenibus dimissus, in urbem receptus est. Inter hæc Narfes cum exercitu in Italiā venit. Erat autē Narfes eunuchus, multumq; gratia & potentia apud Iustinianum valens. vnus enim aulam imperialem gubernabat. Venit & Belisarius in Picentes, & circa * Firmum duces ipsi simul & exercitus conuenerunt, vt de communi bello consultarent. Belisarius Auximum obsidere consuluit, Narfes Iohannem Arimini obsessum, liberandum dixit. accusabant alij Iohannem, quod contra præceptū Belisarij sese Arimini in cluisset. Narfes longa oratione habita, subueniendū esse conclusit obsessis primū. Adiuuabant Narfesis sententiā literæ Iohannis ad Belisarium scriptæ, quibus fame confectos milites pepigisse moram vij. dierum significabatur. sententia Narfesis in consilio approbata, Belisarius rebus prouidit, & Ildigerem classis præfecit. copiam omnes Arimino appropinquant. Gotthi itaque cum à duobus exercitibus & à classe terra marique circumuentos se vidissent, obsidionem ilico dissoluerunt, nullo ordine Rauennam ex fuga repetentes. Ildiger cum classe primus applicuit, ac castra Gotthorum diripuit, post eum Martinus & Belisarius. cū verò Iohannem & milites qui cum eo obsessi fuerant, pallore & inedia confectos Belisarius conficeret, Iohannis temeritati illudens, Permagnas, inquit, gratias Ildigeri debes. Ad hæc Iohannes superbè, se Ildigeri nullas gratias debere, sed Narfeti, dicens, nullam Belisario curam fuisse salutis suæ, nisi Narfes compulisset. Hæc verba Belisarium turbauerunt, & fuerunt diffensionis initium. Iohannes enim post hæc Belisarium timens, Narfeti adhæsit. cæteri quoque Narsetem iritabant, quod quæstor & secretorū principis particeps, nō deberet sequi Belisarium, cū & exercitum haberet Belisarij præstantiorem, gloriam Italiæ sibi vindicare deberet. Hæc verba Narsetem ita extulerunt, vt seorsum castra sua faceret. simul tamen ad obsidionem Urbini profecti sunt, sed diuersis studijs & castris: & cū Belisarius urbem expugnare statuisset machinis, Narfes quasi rem vanam derisit, ac paulo post Ariminum abiit. at Belisario soli instanti, Urbini pacto tandem deditonem faciunt. postea etiam * Vrbeuentanos penuria laborantes, in suam quoque potestatem redegit. Mundilas per idem tempus in maximas difficultates peruenit. nam Theodobertus Francorum rex à Vitige vocatus, decem millia Burgundionum miserat, qua ille multitudine fretus, non procul à Mediolano castra faciebat, & importationem frumenti commeatuque prohibebat. Mundilas copias suas Comi, Bergomi & Nouariæ habebat. Hæc intelligens Belisarius, Martinum & Vliarium cum magnis copijs Mundilæ misit. hi Padum transire non audebant. Obsessis indies spes & virtus deficiebat. De hoc certior Belisarius, Martino, Iohanni & Iustino scripsit, vt Mediolanum festinarent, socios liberaturi. illi nihil facturos se absque Narfesis iussu respondent. Narfeti dum scriberet Belisarius, & Narfes exercitum mittere respondit, lentè tamen & incuriosè, quasi alienum negocium ageretur, frustrationem res accepit. premebantur interea Mediolanenses. Tandem ad extremam necessitatem deducti Mundilas & milites, in columibus sibi abire liceat, paciscuntur. Gotthi urbem ingressi, nulli ætati pepercerunt, trucidati passim ciues etiam senes & impuberes, mulieres in seruitutem Burgundionibus traditæ. vrbs ad solum euerfa. ita pulcherrima & populosissima vrbs, ob discordiam Narfesis & Belisarij, vltimam cladem subiit. Interfecta sunt in illa necessitate Mediolanen. ciniū supra xxx. millia. quæ cū audisset Belisarius, in maximo luctu constitutus, imperatori scripsit rei feriem. Iustinianus ista ægrè tulit, non tamen quenquam puniuit, Narsetem solummodo ab Italia reuocauit, auctoritatem denique totius belli penes Belisarium esse iussit. Belisarius etiam omnem curam in Vitigim & Rauennam conuerteret, duo tamen prius oppida Gotthis adimēda statuebat, Auximum & Fesulas, neque ea post tergum relinquere volebat. Exercitu igitur trifariam partito, partem ad obsidionē Auximi ordinauit, aliam cum Cypriano & Iustino præfectis Fesulas misit, tertiam Martino & Iohanni ducendam permisit. Ipse itaque Belisarius Auximum cum valida manu circumsedit: Vitigis ibi præsidium præualidum locauerat. & cū situm

Narfes no-
tum exerci-
tum addu-
xit.

Consilium
ducum de
bello.

Mediolanū
Gotthis de-
ditur.

Belisarius
Auximum
obsidet.

Belisarius loci adspexisset, spem Auximi expugnandi deposuit, fame autem domare statuit. quare obsidione urbem cingens, importationem prohibuit. Gotthis nonnunquam excurrentibus, obsidentes occurrunt, multitudinè retundunt. hæc eadem certamina Fesulis erant. Cum hæc esset conditio belli, nouæ res circa Padum oriuntur. Franci enim Theodoberto duce, superatis Alpibus, in citeriorem Galliam ingenti multitudine descenderunt. Vraias per hæc tempora à Vitige vocatus, Padum transferat, Rauennam petiturus. Iohannes autem & Martinus castra non procul ab eo fecerant; transitum prohibere quærentes. Inter hæc Franci circum ea repente loca superuenerunt. hos Vraias & Gotthi propter foedus nuper istum, auxilio sibi venisse arbitrabantur. erant autem Francorum 80. millia hominum, potissima pars peditum. hi veluti amici circa Papiam pontem transgressi, mox vbi castris Vraia propinquarunt, prælio cum Gotthis implicantur. Gotthos in fugam facile verterrunt, fugientes non longè à castris ducum Belisarij, qui nihil audierunt tum de aduentu Francorum. armis igitur raptim sumptis, inopinatè Francis occurrunt, citoque funduntur, sola fuga sibi consulentes. sic Franci victores, vna eademque die Gotthorum & Belisarij copiarum castra vtraque ceperunt, commeatu in illis abundè inuento. Hic subitus aduentus Vitigim simul & Belisarium turbauit. Franci autem commorantes circa Padum, cum neque vna neque cætera opportuna reperirent, utpote in terra bello exhausta, in varios languores breui inciderunt, quibus vexati, per eadem vestigia qua venerant, trans alpes redierunt. Fesulæ interea pactione urbem Cypriano & Iustino dedidere. hi cum copijs * omnes Auximum profecti sunt, & cum auxilia sæpius promissa obsessis, nequaquam venirent, & Belisarius fontem vbi tollere sarageret, obsessi egressi oppidum, prælium acerrimum iniierunt. perierunt vtrinque plurimi. tandem Belisarij milites Gotthos intra cœnia fugere compulerunt. Deinde cum Belisarius fontem tollere non posset, eum inficiendum curauit, & sic penitus inutilem reddidit. Orta demum mentio est deditionis. composita est res, ut dimidia rerum pars militibus in prædam daretur, reliquam Gotthi retinerent, utque Gotthi qui erant Auximi, in exercitu Belisarij remanerent. Auximo recepto, Belisarius aduersus Vitigim Rauennam duxit cum maximis copijs, importari nihil permisit: & cum Rauenna arctissimè obsideretur, Francorum legati ad Vitigim venerunt, offerentes Francorum quinquaginta millia armatorum auxilio fore. Hæc grandia partim extollebant Vitigim, partim deterrebant. Nam venturos Francos victores non dubitabant, sed regni societatem seruaturus esse, nullo modo credebant. Hanc etiam suspensionem augebat Belisarius. vbi enim cognouit per Francos Gotthis oblata, suos etiam legatos Rauennam misit, commemorando infidelitatem Francorum, offerentes concordiam cum imperatore Rom. Gotthi Francorum & Belisarij hincinde discussis legationibus, tandem imperatoris concordiam prætulere, & sic legati Francorum irrita legatione dimissi sunt. Compositionis autem hic exitus erat, ut controuersia omnes ad arbitrium imperatoris delegarentur. Legati partium huius rei gratia missi, & induciæ inter obsessos & obsidentes pactæ fuere. Inter hæc accidit, ut horrea publica Rauennæ cum omni frumento cremarentur, quæ res in maximas difficultates Gotthos induxit. alij autem opera Belisarij incendium patratum, alij fulmine, regina quoque in suspensionem veniebat, quoniam inuita nuptijs Vitigis erat accepta. hoc enim incendium Gotthos quasi in desperationem adduxit. Multi Gotthorum per hæc tempora Belisario adhærere cœperunt, & cum hæc esset conditio rerum, legati ab imperatore venerunt. Summa erat decreti Iustiniani, Vitigis omnia trans Padum loca retineat, circa Padum seu citra omnia dimittat, mediam pecuniarum regalium partem imperatori tradat, reliquam retineat. concordia Vitigij placuit.

Belisarius autem secum indignans, quod cum plenè de Gotthis victoriam habere posset, sibi aufereretur, vnde nec subscribere voluit. quod Gotthis displicuit, quasi nihil actum videretur. legati verò contra Belisarium indignati, quibus ex hoc nata est suspicio, quasi imperium affectaret. qua opinione inducti, clam ad eum Gotthi miserunt, hortantes ut imperium susciperet. si id faceret, Gotthos sibi parituros. sensit hoc Vitigis, ac per suos nuncios eadem hortatus est. Ista considerans Belisarius vilia fore, per frequentes nuncios hinc inde, inter eos tandem conuenit. Erant verò promissorum genera duo: vnum de legitima gubernatione, institutisque Gotthorum conseruandis: aliud, quod ipse Italiae Gotthorumque

Nota Francorum erupio in Italiam.

Auximum Belisario deditur.

Rauenna obfessa.

Francorum pollicita.

Horrea regia deflagrant.

Conditio-nes pacis.

rumque posthac rex esset. hæc si ille iuret, portas sibi Gotthos aperturos. Belisarius cætera irruit omnia, de regno autem suscipiendo, cum Rauennæ foret, coram Vitige Gotthorumque proceribus se præstaturum iusurandum dixit. legati nequaquam suspicantes, quin rex esse velit, cum magna pompa Belisarium Rauennam introducunt. Belisarius Rauennæ constitutus, paulatim dedit licentiam Gotthis domum remeandi. Ita multitudine Gotthorum Rauennæ attenuata, Belisarij exercitus longè potentior māsit. Sed cum susceptio regni à Belisario differeretur, ea res admirationem parabat. Interea autem fama peruenit ad Iustinianum, Belisarium affectare Italiae regnū, quo metu Iustinianus eum ad se vocauit. Gotthi hoc audientes, persuaident quod nullo modo pareret. sed vbi apparatus viderent, deceptos sese à Belisario cognouerunt. sed quid agerent, non habebant, cum proceres Rauennæ in potestate sua haberet. At Gotthi qui trans Padū erant, vbi hæc senserunt, Papiæ conuenientes, de fraude Belisarij cōquesti, Vraiam constituere sibi regē voluerunt, quod ille passus non est, cum fratris filius Vitigis esset. Hac excusatione author fuit, ut Ildouadus rex constitueretur vir magnæ autoritatis. Is ergo ex Verona vocatus & purpura indutus, rex appellatus est. Ildouadus ergo consilio Gotthorū ad Belisariū misit, cōmemorata illius promissione de regni susceptione, defectum fidei palam arguit, & si rex iuxta promissa fieri velit, Ildouadū Rauennam venturū, & purpuram ad pedes eius positurum: sin aliter, ne grauius ferat, si Ildouadus & Gotthi de communi gentis salute provideant. Belisarius palam ad hæc, Iustiniano viuente nunquam se regnum esse suscepturum.

Cum hoc responso legati ad Ildouadum Papiam redierunt, & Belisarius parata classe cum Vitige ac cæteris Gotthorum proceribus, cumque thesauris regijs Byzantium nauigauit quinto anno postquam bellum in Italia gerere inceperat. Cumque Byzantium venisset, Belisarius magna lætitia à Iustiniano susceptus est, omnem de se suspensionem deleuit. Gotthi secum venientes, suscepti sunt humanissimè. Videns autem Iustinianus Vitigim, valdè gauisus est, & non multò post fecit eum patricium, multoque prosequeretur honore. Admirabantur autem omnes Belisarij virtutem, tollentes illum in cælum laudibus, quod nuper Aphricam, nunc Italiam ad imperium renouarunt. Per hæc tempora Theodoricus rex Metensium moritur, cui Theodobertus filius succedit, qui aduersus Clotharium in societatem belli, quod iam diu Childebertus Parisiorum rex animo agitabat, accinctus. iunctis ergo pari fide exercitibus, in Clotharium proficisci constituunt. Ea re Gothildis cognita, relictis Parisijs, Turonum abiit, diui Martini ædem lachrymans ingreditur, orat religiosa mulier sanctum Martinum, impediatur regis filios inter se confictari, qui tametsi pluribus essent inquinati vitijs, occurrat tamen furentibus. Gothildis oratione creditum est, in beneuolentiam fratres rediisse. nam cum acies non procul constitissent, ortis imbribus, tonante supra modum cælo & ventis flantibus, tanta tempestate Childeberti Theodoberti que copiae attrite sunt, ut nihil illis armorum præter clypeum reliquum fuerit. procumbentes humi milites, laceris vestibus & sagis, illum diem vltimum sibi credebant. Nec tamen illius tempestatis gutta saltem, Clotharij exercitum attigit. Hoc terribili prodigio moti, missisque ad Clotharium legatis, pacem vltro pollicentur: qua vtrinque data, discessum est. Hæc in agro Aurelianensi acta. Hac tempestate Childebertus & Clotharius vniti, Hispaniam intrant, & ea auro spoliata, & secum assumpta stola S. Vincentij martyris, iuxta Parisios ecclesiam præfato martyri, in qua stolam ipsam collocarent, ædificant, Iustino imperante. Gothildis, aliàs Crothildis, dignissima vidua, mater distorum Clotharij & Childeberti, plena dierum suorum moritur, & Parisijs in ecclesia S. Petri sepelitur, Iustiniano imperante.

GENERATIO XIX.

ANNO salutis nostræ 540. sub Vigilio papa & Iustiniano imperatore incepit xix. generatio. Quo tempore Theodora imperatrix Vigilium in iudicium vocauit, & quod eius fraudibus Syluerius in exilium fuerit missus, accusat. addidit, quod eo cooperante, adolescens quidam cæsus ad mortem sit. pro eo Anthemium quendam cum his mandatis Theodora Romam mittit, ut Vigilium parere recusantem, ad se vi perduceret. Anthemius Romam veniens, in basilica S. Cæcilie hominem comprehendit, munera populo ob diem natalem suum distribuentem: captumque, quibusdam Rom. adiuuatis, Constantinopolim perducit. Vectus est itaque Vigilius per

D d d 4

Tiberim,

Gotthi nouum regem creant.

Belisarius cum Vitige Byzantium redit.

Mors Theodoric.

Gothildis moritur.

Theodora imperatrix.

Templum
Sophiæ.

Tiberim, feruntque eum tam fustibus quam faxis cum execratione à populo impetum, cum hac verborum exprobratione, Malè meritis es de Romanis, mala omnia tecum veniant. In Siciliam verò perueniens, concedentibus his qui eum ducebant quosdam ad sacros ordines adsciuit, ex hisq; Ampliatum presbyterum & Valentianum episcopum, qui clerum & Romanum pop. immo Ecclesiam gubernarent. Ei verò è Sicilia mouenti Constantinopolim, Iustinianus cum magno comitatu fit obuiam. ingrediuntur urbem clero præcedente, vsque ad templum S. Sophiæ, quod Iustinianus erexerat, cætera mundi opera excellens. Tentabat autem Theodora Vigilium, vt quod pollicitus erat, præstaret, & Anthemium restitueret. Cui ille, malle se quoduis supplicium pati, quam illum restituere. Tunc quidam dedit ei alapam, dicens: Nescis quibus loqueris homicida? Ex quo fugit in S. Euphemie templum, sed inde à crassatoribus trahitur, & iniecto in cõllum eius fune, tanquam latro per totam urbem vsque ad vesperam trahitur. deinde in carcerem inclusus, pane & aqua aliquandiu duxit vitam, ita patienter & æquo animo, vt semper diceret se peiora meritis. clerici autem qui hominem secuti fuerat, partim in exilium, partim ad excidenda metalla deportati sunt, & Vigilius quoque in exilium missus est. Verùm post Belisarij recessum ex Italia confestim apparuit, quantum inter gubernationem aliorum & Belisarij interesset. vt

Magna Belisarij
virtus.

enim omittamus rei militaris scientiam, qua omnes mortales excessit, erat in illo humanitas summa, per quã pauperi æquè vt opulento par erat. accessus ad eum facilis, liberalitas admiranda: rusticorum verò tãtam habebat curam, vt in ducendo exercitu neminem eorum violari, nemini damna inferri pateretur. milites sui ne poma quidem in arboribus pendentia attingere audebant. Qui verò in gubernatione successerunt, neque humanitate, neque virtute, neque abstinentia valere. nam & ipsi rapinas prædasque sectabantur, & milites in omnem licentiam prolabi permisissent, superbi quidem in focios, in hostes non satis feroces. Id cum intelligerent Gotthi, animos resumpserunt, & Vraia regnum aspernante, Ildouadum Veronæ dominum purpura indutum, regem Gotthorum Papiæ declarant, qui summa cum diligentia curam exequi cœpit. Gotthos enim omnes & Italos qui cum eis sentiebant, Papiam cum armis venire iubet. adiuuabant autem non mediocriter Gotthorum partes auaritia & iniuria successorum Belisarij, qui quanquam multa per quæstiones rapèrent, non tamen militem, vt par erat, pecunia adiuuabant. Ildouadus collectis Gotthorum reliquijs, breui omnes trans Padum, omnesque Veneticæ regionis vrbes in potestatem recepit: & commisso prælio cum Vitali apud Taruissum, illum fugat: ceteri trucidati sunt aut capti, qua victoria auctus Ildouadus, Vraiam ad mortem vsque persecutus est, suspicione prætexta, quòd cum hostibus sentiret. re autem vera motus est, quia sibi suspectus erat hominis, genere & virtute conspicui potentatus. Mortem Vraia per multi Gotthorum improbarunt, cuius causa ipse Ildouadus à Builla, vno ex custodibus sui corporis, in conuiuio occisus est. Iussus illi Araricus, qui quinto, postquam rex creatus fuerat, mense & ipse etiam est occisus. Duobus his regibus intra biennium interfectis, ad Totilam, qui & Baduilla, magno Gotthorum consensu regnum peruenit. Erat tum in Taruissio dominans, & cum Iustiniani ducibus fœdera pepigerat, quod Gotthis non displicebat fessis. nunc eo facilius, Ararico de medio sublato,

Vraia occiditur.

Totilam ipsum regem creauerunt, vel vt alij volunt, quia nondum fœdera pactus cum Romanis erat Totilas, sed quærebat eorum amicitias: ideo priusquam Romanis iungeretur, regem faciunt & retrahunt. Cognouerat interea Iustinianus ea quæ in Italia contigerant, & ducum suorum imperitiam seuerè increpat: quibus permoti duces, Rauennæ omnes conuenerunt, & Veronam capere statuerunt, quam per insidias cum cepissent, & Gotthi in arcem refugissent, dum de præda inter se contendunt, illam amiserunt. nam negligentes in campis, ex arce visi sunt à Gotthis, qui subsequi debuissent. vnde Gotthi descendunt, & exercitum qui intrauerat, perimunt. eo duces Iustiniani retrocesserunt, & cum exercitu Totilæ nunc congregato, apud Trebiam fluuium conflixerunt, victique sunt. omnia militaria signa ad Totilam relata sunt, magna gloria exultantem. Vfus est autem humanè hac victoria, captiuosque multos gratuito dimisit, & postea partem exercitus mittens, Florentiam obsidere iubet. sed non diu ibi morati, habitis hincinde conflictibus, obsidere dimiserunt. atque ita finitum est septimi anni bellum. Sequenti anno Totilas in Hetruriam transijt, & deinde Tiberi transmissò, Beneuentum petijt, eamque urbem moenibus spolijauit. Neapolim deinde obsedit, in cuius præsidio erat

Totilas rex
creatur.

Conon

Totilæ exercitus
vicit
Iustiniani.

Conon

Totilas Neapolim
obsedit.

Conon

Conon cum mille militibus, & durante obsidione, partem exercitus Cumas misit, in qua ciuitate mulieres ex nobilitate Romana quasdam cepit, & liberas parentibus & maritis cum honesto comitatu remisit: cepit Apuliam, Lucaniam atque Calabriam. Interim Neapolis acrius obsidebatur. quod intelligēs Iustinianus, Maximianum cum nouis copijs misit, quo apud Epirum cunctante, Demetrium cum classe in Siciliam nauigare iussit. Demetrius iterum à Totila victus est, captus & vinculis traditus. Alloquitur tunc Neapolitanos Totilas, deditioemque suadet, quibus inducias xxx. dierum petentibus, ter xxx. dies concessit. Tandem Neapolis deditur, in qua nulla violentia facta est. Conon abire permixsus, & nauigia ei concessa sunt. His rebus cognitis, Iustinianus iterum Belisarium ad Italicum bellum elegit, qui medio tempore aduersus Parthos bellum gesserat, nec planè finierat. Veniens in Italiam Belisarius, Hydruntum oppidum Calabriae obsidione liberat. misso Valentino, ipse Polam nauigauit & Rauennam venit, reperitque res peius se habere quam putarat, ita vt pœniteret eum in Italiam venisse. Totilas verò Tibur in potestatem accepit, deinde ad Auximum obsidendum peruenit, Firmum quoque & Asculum pactione cepit, Spoleterumque & Assisium, & Cyprianum qui Perusia præerat, prouocatum à suo milite interfici curauit. milites tamen post mortem Cypriani urbem egregie defendebant, itaque circa illam commemorari Totila nolens, soluta Perusiae obsidione, Romam petere contendit. Interea cum rex Totilas sanctum virum Benedictum spiritum prophetiæ habere audisset, ad eius monasterium pergens, explorare conatus est an sic esset. cuidam ex suis regalibus indutum ad monasterium ire præcepit, in cuius obsequium tres comites adiunxit, vt ante seruum Dei regem Totilam simulant, salutarent. Rigo vestibus & obsequijs vt rex decoratus incedit. eum cum vir Dei eminus confexisset, dixit: Fili, deponè quod portas, non est tuum. Expauescens simulator, protinus in terram cecidit: idem fecerunt comitantes. Vnde abhorrentes virum Dei, surgunt, & ad Totilam redeunt, nunciantes se depræhensos. Tunc per se Totilas ad eum processit, & cum longè sedentem cerneret, non ausus est accedere, sed in terram corruit pronus. Cui vir Dei ter dixit, Surge. ipse autem surgere non audebat. Tunc Benedictus eum de terra leuauit, ac de actibus suis increpauit, paucisque

Neapolis
capitur.

fermonibus cuncta quæ erant ei euentura, prædixit, dicens: Multa mala facis, multa fecisti, equidè Romam ingressurus es, mare trāsiturus, nouem annis regnabis, decimo morieris. quibus auditis rex territus, oratione petita, recessit: & ex illo iam tempore minùs crudelis fuit. Eo in tempore Constantinopoli ob pestem ingentè instituitur B. Mariæ purificationis festum: quo facto, statim cessauit pestis. Anno quoq; Domini 543. terræ motus factus est per totum mundum. Eodè anno Italus quidam nomine Andreas, habebat canem rufum & cæcum, mira peragentem. quum enim hunc secum in foro, circumstante turba, haberet, reges preciosos annulos in terram ei delatos, domino præcipiente, vniciq; suum reddidit. similiter & imperatorum numismata mixta per nomina porrexit. sicque fornicarios, adulteros, auaros & magnanimos ex a distante turba ostēdebat. Postquam autem Totilas à S. Benedicto discessit, Romam perrexit, & opportunis locis circumfedit, non tamen agricolis molestus fuit. toto enim bello rusticos & agricolas offendi à suis militibus non est passus. Belisarius autem Romæ Besiam & Cononem præsidio reliquit duces, qui cum militibus Roma egressi contra Gotthos, & primùm in fugam versos, tandem circumuenti à Gotthorum multitudine, maioriq; parte militum amissa, vix in urbem refugerunt. Ex eo tempore etiam fames secuta est maxima, nec quidquam, impediēte Totila, poterat importari. fecit etiam super Tiberim pontem & turrinam ligneam, sic quòd transitus custo diebantur. Pelagius quidam diaconus per idem tempus Romæ erat, qui in hac fame maxima pietatis opera in plebem dederat, pecunias erogando. ad hunc igitur Rom. conueniunt, postulantque suppliciter, vt pro salute populi Ro. legatus ad Totilam proficiscatur, paucorum dierum inducias petiturus, quibus diebus nisi auxilium superueniat, deditioem vrbs promittat. Pelagius parat, in castra ad Totilam cum his mandatis accedit. Totilas ex coniectura hoc cognoscens, simul edoctus de fame Romanorum, venientem ad se Pelagium honorificè suscepit. sed antequam Pelagius mandata exponeret, præueniens ipse, longa & acerba oratione contra Romanos inuectus est, beneficia Theodorici Romanis exprobrans, ac perfidiam Romanorum in Gotthos. ad extremum conclusit, nullā esse colloquij vel pactionis viam, nisi euerfis moenibus, sese & sua in arbitrium & potestatem Gotthorum permittant, eas passuri leges

S. Benedictus
Totilæ
vaticinatur.Festum
purificationis.Canis rufi
mitanda.Obsidio
Romæ.Pelagius ad
Totilam
mittitur.Totilas in
uehitur in
Romanos.

quas

quas victor dedisset. Hanc acerbitatem orationis Pelagius audiens, non vltra cum eo insistendum ratus: Quoniam, inquit, tu Totila vocem legati non sustinisti, sed praecidisti omnem viam colloquij, ad Deum confugimus, qui solet superbas ac supra modum elatas mentes hominum, iudicio suo deprimere. Hæc factus, eueffigio in urbem reuertitur. Romani autem Pelagium re infecta rediisse cernentes, quid agerent, aut quod se verterent, ignorabant. hinc enim fames intolerabilis premebat, illinc Totila Gothorumque crudelitas, potiusque inedia mori, quam in manus Gothorum venire statuebant. Belisarius autem cum de periculo urbis Romæ plurimum sollicitus esset, & de Rauenna opem ferre non valebat, statuit alia via opem ferre. itaque Iustino Rauennæ relicto, ipse per Dalmatiam Dyrrachium profectus est. ibi cum Iohanne quem Iustinianus cum exercitu miserat, consultans, Hydruntum perrexit, & ab obsidione Gothorum liberauit. Inde iter mari arripiens, ad portum Romanum peruenit, cuius aduentum Romani cum audissent, meliori spe omnia tolerabant. Timens autem Belisarius ne Rom. obsessi, desperatione sinistri aliquid molirentur, coactus suorum paucitate per Tiberim auxilium ferre, parauit 200. naues cursorias, mœnia lignea habentes, structaque classe militum, ipse vnam illarum nauium ingressus princeps ducebat, cæteræ sequebantur. ibat vna pedestris exercitus iuxta ripam. Miserat quoque Belisarius Romam ad Bessam, vt eruptione facta hostes vexaret, qui tamen nil egit. Cumque prope pontem quem fecerat Totilas super Tiberim, longè tamen ab vrbe, peruenisset classis, ibi pugna durissima orta est, conantibus Gothis pontem defendere, & Belisario pontem peruincere. Cum autem rates in quibus turris erat, Belisarius ad turrim pontis in qua erant Gothi, appropinquare fecisset, pice & sulfure turrim cum ducentis Gothis cremauerunt, sicque Gothis in fugam versis, pontem incidentes, tota classe Romam profecti, frumenta intulerunt. Sed occulto Dei iudicio impedimentum à suis ortum, omnia peruertit. Belisarius enim vxorem & res suas in vrbe Portuensi reliquerat, cui præfecit Isaacem virum strenuum & fidelem, cum militum præsidio, obtestans ne ex oppido discederet. Isaac, audito quod Belisarius pontem subuerterat & omnia proculcarat, ipse quasi victoriam in manu habens egreditur, & inuadit subito Gothos, qui primo impetu victi, mox redeunt, & caesa magna militum parte, Isaacem capiunt. Hæc re Belisario confestim nunciata, Portum ratus cum vxore omnibusque bonis ablati captam esse, magno ardore affectus, quasi vesanus, classem ac milites cursim reduxit, certissimo proposito vel oppidum recuperandi rebus adhuc recentibus, vel in prælio moriendi. per hunc modum iam parata victoria, deserta est ab eo. Cum autem ad Portum peruenisset, salua esse omnia, & errore se deceptum fuisse cognouit, magna ægritudine correptus, in terram prolabitur, febrique secuta diu ægrotauit. Isaac autem tantorum malorum causa, iussu Totilæ in vinculis occiditur: & omnino humanitatem illam quam ab initio regni ostenderat, in superbiam crudelitatemque conuertit, siue successu prosperitatis, siue quod facta ab initio virtus, diu simulari non potuit. De populo autem Rom. sic acerbe loquebatur, vt vel hic terror causa fuerit pertinacius famem tolerandi: quæ tanta fuit, vt immundorum animalium carnes pro delicijs essent, herbis omnium generum, rosas radicibus herbarum & corticibus arborum vescerentur. Sed cum audirent Rom. quæ Belisario acciderant, de auxilio desperabant, in lachrymas conuersi, alij spontè suam vitam finiebant, alij latitantes per noctem, stationem hostium fallere nitentur, multos intra parietes proprios inedia necauit. In his ergo calamitatibus cum esset Roma, quatuor Isauri de prodenda vrbe consilium inierunt. hi custodiam agebant ad Cælimontanam portam, quam Aſinariam vocant, & sine nocte ex mœnibus demisso, per eum descendunt, Totilamque aduentem, prodere urbem pollicentur: qui ad hoc hortatus eos est, & multa pollicitus. Missi ergo Gothi, ab Isauris recepti sunt mœnibus: mox inde ad portam descendentes, securibus portas aperuerunt. Totilas per hunc modum urbem ingressus, exercitum ad portam continuit, diem expectans. clamor subito ab ea parte exortus, hostes intra mœnia esse significat. abibat fugientium agmina per alias portas, multi etiam ex nobilitate & plebe ad ecclesias confugiunt. Capta sic vrbe à Gothis anno Domini 545. Gothi per urbem discurrunt, & omnes citra delectum interficiunt. Totilas verò à Laterano mouens ad ecclesiam B. Petri, quasi voti exoluturus, iter faciebat per urbem, stipatus cateruis hominum ferocium, nudis gladijs ac sanguine plenis. Cùm autem ad B. Petri limina peruenisset, Pelagius diaconus præsentiam eius formidans, solenni religionis habitu indutus, euangelia

Belisarius cum classe Romanam venit.

Isaacis temeritas.

Fames vrbana.

Vrbs Totilæ proditur.

Totilas Romam cepit.

gelia Christi tenens in manibus ac genua submittens: Parce, inquit, rex supplicibus tuis. Cui Totilas quasi dedignatus: Nunc, inquit, Pelagi mihi supplicaturus venis? Ad hæc Pelagius: Nunc, inquit, quando Deus te mihi esse dominum voluit, misere domine seruatorum tuorum. Ex hoc Totilas iam quasi lenita ira præcepit, vt nemo post hæc feriretur, sinem imponens cædibus. præcepit etiam vt nulla ingenua foemina, virgo seu vidua violaretur, idque seuerè custodijt. bona duntaxat ciuium in prædam liberè concessit, corpora libera esse voluit. Volens autem mentes Gothorum victoria elatas deprimere, in concionem postridie vocabat eos, memoras eis mutationes fortunæ, & reru humanarum fragilitatem: Romamque dicebat quondam dominatricem orbis, in eorum manus nunc venisse, & pariter Gothorum ducenta armorum millia, qui possedissent vniuersam Italiã cum Sicilia, Corsica, Sardinia & Dalmatia, à septem millibus Græcorum duce Belisario fuisse omni propè dominatu pulsos: se paulò post cum quatuor millibus superasse xx. millia Græcorum, qui præter Papiam, Veronam & Taruisiũ omnia per Italiam obtinerent. Hæc igitur considerantes ne superbirent, sed fortunæ mutabilitatem expauescerent, Deum timentes, & imperia ac potentias facillè amittere posse, quæ absque iustitia, prudentia & industria gubernantur. Gothi autem in his dictis regis potentiam prudentiamque laudauerunt.

Totilas mihi exercet victoriam.

Totilas post hæc Rom. ad se vocatis, eorum ingratitude erroresque redarguit, quod cum prius fuissent in manibus Odoacris, opera Theodorici & Gothorum libertati ab illius tyrannide, tanta suscepissent beneficia, quanta vix sciuissent optare, propter quæ diuites atque beati multos annos vixissent, demum verò, nulla iniuria accepta, contra fidem & iusiurandum fecissent, seque ad Græcos suscipiendos conuertissent homines leuissimos, & sine vlla virtute, qui statim obsessi à Vitige, nunquam prodire in aciem ausi fuerint, sed intra mœnia inclusi, & fame macerati, omne dedecus tolerauerint: qui postquam non armis, sed proditionibus & fallacijs facti sunt domini ciuitatum, publicanis, exactoribus, delatoribusque omnia refarserunt: qui Italiam mirabili acerbitate ad solutionem eorum tributorum compulerint, quæ iam multis annis à Theodorico cæterisque regibus remissa fuere, vt imperatores sui inexplibili auaritia implerentur. Dicite, inquit, Romani, si quid vnquam mali à Gothis passi estis & eorum regibus: dicite rursus, si quid boni vnquam à Græculis istis accepistis, qui vobis amicis plura mala quam hostibus intulere, genus vitiosum ac maleficum, & in nulla re magis efficax, quam in mentiendo. atqui Gothi in Italia nati, & vnà vobiscum educati sunt. vobis autem magis ignoti & peregrini placuerunt: vos ergo contra rectam fidem, contra vestram vtilitatem hæc parantes, poenas merito luitis & luetis. & his dictis, Romanos sine vlla spe melioris status, reliquit. Deinde Totilas Pelagium diaconum & Theodorum Rom. ad Iustinianum misit, quibus mandatorum summam hæc fuit, si imperator ipsum & Gothos in amicis habere velit, se urbem Romanam seruaturum, & in cunctis expeditionibus fidelia auxilia præstaturum: si autem bellum cum Gothis habere malit, Romam ad solum esse diruturum, quoniam neque tueri illam in bello occupatus possit, nec hostibus eam relinquere. Scripsit etiam in hunc modum: Quæ facta sunt, ex vrbe Roma te omnia cognouisse scio. quorum verò gratia legatos ad te mittimus, hæc sunt: Pacis bona optamus & suscipere & exhibere, vt nuper ab imperatore Anastasio cum rege Theodorico fuit, quorum concordia & pax, illorum temporum tranquillitatem, & permaxima commoda vtrisque peperit. cuius igitur mentis simus erga te, legati exponent, ad quæ respondebis. Missi igitur legatis, vsque ad eorum reditum Totilas Romæ mansit. Belisarius interea apud Portum febre & dolore confectus iacebat. Iohannes inter hæc multa in Lucanis & Brutijs innouat. ita Totilas illuc mittere & bellum resumere coactus est. Sed & non multo post certior fit de Iustiniani responso, quod fuit, Belisarium in Italia esse, in cuius potestate atque arbitrio res Italiæ commississet. id postquam Totilas intellexit, & Iohannis factum indignatus, quod se ob missos nuncios quiescentem lacesseret, de euertenda vrbe Roma consilium sumpsit. itaque mœnia Romæ pluribus locis ad solum reduxit. fuit autem quasi tertia pars illa quæ euersa est, totius ambitus mœnium subuersa. Capitolium deinde incendit, circa forum & suburbam & viam sacram omnino conflagrauit. fumabat Quirinalis mons, Auentinus flammam incendij euomebat, fragor ruentium domorum vbiq; audiebatur, inter incendia multitudo vrbana cum coniugibus & liberis sedibus patrijs educebatur. & populum quidem ac turbas per oppida Campaniæ dispersit, rex ipse senatores ac patricios loco obsidum secum retinuit.

Oratio Totilæ ad Ro.

Legati à Totila Constantiâ inopoli missi.

Mœnia Romæ subuersa.

nuit. Romam post hæc cum toto exercitu egressus, eam desolatam penitus & vacuam dereliquit, vt neque vir quisquam nec foemina remaneret. Exinde partem exercitus contra Portum collocauit in presidio. ipse in Calabriam profectus est contra Iohannem, qui hoc sentiens fugit, & Hydruntum se recepit. vbi autem Totilas accessit, paruo momento & Lucanos & Brutios recuperat. Spoletum etiam tunc recepit, mœnibus subuersis. exinde cum exercitu Rauennam ire contendit. Belisarius inter hæc longa febre liberatus, audax cœptum ac temerarium aggressus est. constituit enim urbem Romam desolatam occupare ac munire. celat consilium. relictis apud Portum paucis militibus, cum cæteris copijs profectus est, nemine vel suorum vel hostium id suspicante, Romam occupauit, & incredibili celeritate munire illam cœpit, ac tumultuanti opere muros refecit, fossas profundas ante muros egit, turres ligneas & propugnacula ad tutelam muris imposuit. hæc summa militum voluntate in 26 diebus opera perfecit, frumenta in copia importauit. at Romani ciues audita restauratione vrbis, qui dispersi erant, desiderio magno in patriam remigrabant. Totilas cum ista sensit, relictis cæteris curis, Romam festinauit: nondum portas vrbis Belisarius imponere valuerat. hostes superuenerunt, & positis castris urbem oppugnare cœperunt, Belisarius cum suis resistere. tandem Gotthi in fugam vertuntur, & signifer Totilæ lancea transfixus est. deinde Totilas Tibur se recepit. Romani cunctos pontes Anienis fluminis euerterunt. Tunc Belisarius portas vrbis quietè fieri fecit, clauis vrbis Romæ ad Iustinianum in Græciâ misit. deinde Totilas Perusiam obsedit, in qua occupato, Iohannes senatores & patricos, quos secum adduxerat è Roma Totilas, per Campaniam sub custodia militum relictos liberare volens, multum festinans, cum Gotthis acerrima pugna, multis occisis, superior factus, Romanos capiens de manibus Gotthorum liberauit. Totilas auditis gestis per Iohannem, commotus, se vindicare statuit. relictâ ergo parte exercitus in obsidione Perusie, ipse cum reliquis in Apuliam & Calabriam properat, repertumque Iohannem inuasit, & eum cum toto exercitu profligauit, castraque eius cepit. Iustinianus interea crebris Belisarij litteris permotus, nouas copias in Italiam mittit, ductores erant Valerianus ductor Armeniorum, & Verus Erulorum. Cum audisset Belisarius illos Hydruntum venisse, confestim Conone Romæ relicto, per mare delatus, cum nongentis militibus Calabriam petere contendit, & Tarenti copias adunare: sed aduersante tempestate, transmissis exercitu, ipse cum vxore Crotone remansit. Interim Totilas magna cæde hostes fugat, Ruscianumque oppidum pacatione cepit. Conon verò præfectus qui Romæ à Belisario constitutus fuerat, ab iratis militibus interficitur, maximè quòd ille mercatura frumentaria clam inita, precium annonæ quoridie augetet. postulant tum milites per legatos à Iustiniano huius delicti abolitionem, asserentes, nisi id concedat imperator, ac stipendia eis debita persoluat, se Romam Totilæ esse tradituros: quo metu omnia sunt illis concessa. Antonia verò Belisarij vxor, per hoc tempus Byzantium profecta, Theodoram Iustiniani vxorem rogat pro Belisarij ex Italia reuocatione. Reuocatur itaque Belisarius & quidem facilliter, præsertim cum belli Parthici timor ingens esset, Romæ verò abiens, tria millia militum delectorum presidio dereliquit, sub gubernatione Diogenis legati, viri ad bella gnari. Demum Perusia à Gotthis, abeunte Belisario, longo tempore obsessâ, vi & armis capitur. Mandauit Totilas ei qui præerat exercitui, episcopo prius à vertice vsque ad calcaneum corrigiam tollere, & tunc caput eius amputare: omnem verò populum qui illic inuentus est, gladio occidere. Tunc præfectus Herculani episcopum super vrbis murum deductum truncauit, eiusque cutem iam mortui à vertice vsque ad calcaneum incidit, moxque corpus eius extra murum proiecit: tunc quidam humanitatis causa corpus collecto capite iuxta murum sepeliuit. ciues postea qui dispersi fuerant, reuersi, corpus quaerunt, inueniuntque caput corpori ita vnitum, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, quòd nulla vestigia permanerent sectionis. Totilas deinde expeditis Calabriæ rebus, contractis vndique copijs, Romam veniens, obsedit. faciebat sibi animum Belisarij recessus ab Italia. cum autem in lögum protraheretur obsidio, oratores Romani ad Iustinianum profecti sunt, exorantes vt Belisarium ad Italiam remitteret. Cæterum differendo & procrastinando nihil efficiebat. Gotthi autem expugnata Portuensi * vrbe & oppido, finitima, ne quid importari posset, in suam redegerunt potestatem: sed Romani omni diligentia intra urbem & loca vacua frumentum feri fecerunt, & per hunc modum obsidionem pertulere. denique seruassent urbem, nisi prodi-

Vrbis restauratio per Belisarium.

Nouæ copia mittuntur Belisario.

Antonia Belisarij vxor.

Herculani episcopi supplicium.

proditio paucorum eos peruertisset. ad portam enim qua via Ostiensis ad S. Paulum itur, statio erat militum. hi ad Totilam accesserunt, tradere ei portam polliciti sunt. Totilas duabus nauiculis in Tiberim demissis, tibicines imponit. ipse verò cum silentio exercitus proficiscitur ad portam. tunc Romani terribili sonitu nauigantium perterriti, hostes ab ea parte adesse rati, concurrunt. dumque concurrunt & cætera negligunt, proditores soli relictis, porta refracta, Totilam & Gotthos intra urbem recipiunt. statimque cædes cœpta est fieri Romanorum, nec iam de resistendo, sed de fuga cogitatum. Diogenes autè præfectus quoniam remedia non vidit, cum parte militum Roma egressus, Cærum cellas petit. Erat in vrbe Paulus quidam ex Sicilia præfectus equitum. is cum vrbe capta prælia plura inisset, tandem ad Adriani molem cum suis militibus se recepit. orta luce, cum cætera capta essent, ad molem dehinc Adriani venit. habebat enim Paulus 400. equites, qui pontem & molem egregiè defendebant, qui die rota & nocte insegura absque cibo commorati, consultabant quid eis agendum esset. Itaque alloquitur milites Paulus: Quocunque, inquit, nos vertamus commilitones, extrema nobis adesse videtis. nam fuga nulla facultas est, circumfusis hostibus: dedi verò nos Gotthis, supra omnem turpitudinem. barbarorum enim sauitia, simplici morte contenta esse non solet. durare verò in obsidione, eorum esset, qui sibi auxilia futura sperarent. ego verò dedi hostibus & tabescere inedia, eorum puto qui sanguinem non habent & cor. moriamur itaque, vt sanguine hostium madentes, non inulti cadamus, nec rideat hostis nostro interitu, sed fletat. quid enim paucorum annorum accessio nobis prodest, cum etsi nunc seruati, tamen paulò post obituri? ite igitur mecum ad gloriosam mortem, quam & hostes mirabuntur, ac laudibus in cælum ferent. His dictis incensum milites, sese morti deuouerunt, erantque consilium in proximam stationem ruere, factaque cæde interire. quos cum videret Totilas ad extremum casum parari, veritus ne hominum desperatorum conatus maiorem cladem afferret, mittit ad eos ac electionem dat, mallent relictis equis & armis incolumes abire, an omnia retinentes secum militare. Ea cum audissent milites, lætati sunt, & tandem omnes manere apud Totilam elegerunt, præter Paulum eorum ducem, & Mandum Isaurum, quos Totilas viatico & cæteris adiutos liberaliter Byzantium misit. Quotquot etiam ad ædes sacras confugerunt, Totilas inuiolatos permisit. in urbem Romam neque desauit, nec desolatam fecit vt prius, sed ciues tam ex Campania quam alijs locis studiosissimè reuocauit, ludos equestres & cætera magnificentiae opera, quæ tranquillis ciuitatibus fieri consueverunt, insigni apparatu Romæ edidit, quo ciues bonam spem reciperent, & desiderio vrbis allicerentur. euerfa opera complura restaurari iussit, tantumque frequentandi Romam studium dedit, quantum prius ostenderat desolandi. Cepit postea Syracusas in Sicilia, oppidaque reliqua, deinde Ariminum Gotthi capiunt, nec procul à Rauenna conferto prælio, Verum Erulorum ducem cum omnibus copijs interfecerunt. Iustiniano cum hæc omnia vno tempore nunciata essent, Germanum patruelem suum Italico bello præfecit. hic relictam Vitigis Matasuntham vxorem habuit. verum cum esset in Illyrico, Sclauorum gens transmissis Danubio, Rom. imperij prouincias inuadit. hi tantum metum Iustiniano addiderunt, vt Germanum reuocaret. paulò post mortuo Germano, filios eius in Italiam misit, sed & Liberum cum classe in Siciliam, qui pauca in tantis facere poterant bellis. Tandem Iustinianus Narsetem eunuchum Italico bello ducem præfecit, illique pecunias & exercitus largè promisit. Narses itaque suscepto impigre negotio, magnas vndique copias instituit, & in Illyrico adesse præcepit. Totilas iam cognito hostium apparatu, in Italia singula prouiderat. vt verò potentiam ostenderet suam aduersus Græcos, & vice versa eos inuaderet, classem magno cum armatorum numero in Græciam misit, iubens vt quàm maximo tumultu omnia popularentur. ea classis insulas aliquas diripuit, moxque transgressa per Epirum, cuncta rapinis incendijsque foedauit, mareque obseruans, multa nauigia Græcorum quæ in Italiam nauigabant, excepit. Totilas interea Anconitanam urbem obsedit. sed Valerianus ac Iohannes duces classis Græcorum, classi Gotthorum se iungunt. nauali prælio submersis nauibus, superiores in pugna fuerunt. quod cum viderent Gotthi, fugam demum arripiunt, & sic soluta obsidione Anconitana, desertis castris, Auximum se receperunt. Iohannes igitur & Valerianus cum victrici classe, in credibili Anconitarum gaudio portum sunt ingressi, castra hostium inuaserunt, & paucis post diebus Iohannes Salonas, & Valerianus Rauennam reuersi sunt. hæc pugna naualis

Totilas Romam repetit.

Capitur iterum Roma.

Difficilis in cæcisuram conditio.

Roma restituitur à Totila.

Totilas Siciliam petit.

Narsesi bellum Italicum defertur.

Ecc

vehc-

Bellicus
Narfes
apparatus.

Isdrilas pre-
fecus.

* Brixellum

Totilas in-
teritus.

Teias crea-
tur rex à
Gotthis.

Vrbs à Nar-
fete capitur

vehementer confregit Gotthorum animunt, & quasi initium fuit ruinæ eorum. Narfes, cum hæc conditio rerum esset per Italiam, coactis per hyemem copijs, ad iter se præparat. habebat autem exercitum tantum, quantum vix alij omnes per Italiam duces, pecunijs abundè concessis à Iustiano, qui in erogando erat magnificus. Longobardorum quoque 5. millia pugnacissimorum hominum Alboino rege concedente susceperat, & Erulorum ad eum tria millia venerant, Hunnorum multitudo ingens confluebat, Gepidarum quoque plures. Narfes igitur has copias habens, ex Illyrico mouet per Dalmatiam & Liburniam, primoque ingressu in Venetis constitit, & tandem Rauennam cum copijs peruenit. erant autem per Italiam veterani milites permulti, quibus stipendia multis temporibus debebantur. his omnibus Narfes stipendia persoluit, animosque illorum erexit, demum Romam petere contendit. Isdrilas per id tempus Arimino præerat, vir inter Gotthos bello insignis. is cum in agrum Ariminensem peruenisset, primò Narfetes agminis transitum impedire conabatur. pugna itaque non longè à mœnibus vrbs cõmittitur, in quo Erulorum quidam eques cominus pugnans, Isdrilam occidit, militesque eius, morte ducis conterriti, in oppidum fugerunt: caput Isdrilæ ad Narfetem relatum est, qui quasi bono augurio lætatus est, quòd primo congressu aduersarius à suis interfectus esset, & spe plenus iter perfecit. itaque Ariminum prætergressus, Romam profectus est. Totilas cognitis his quæ in Venetis gesta sunt, aduentuque Narfetes Rauennam intellecto, quanquam copia suæ apud Teiam erant, tamen ipse Roma discedens, exercitum contra Narfetem parauit. ac Longobardi statim apud * Brixillam habentes, multas abegerant prædas, multa incendia commiserant. quare Totilas copijs omnibus ex transpadanis raptim contractis, in Longobardos ducere perrexit: adeoque festinauit, vt accersitus ex Verona Teias, non prius Ticinum amnem attigerit, quam fuerit debellatum. fuit verò Totilas sciens, se in ferocissimam gentem & suo paratiorem equitatum habentem, venturum. at Longobardi venienti nequaquam prælium detrectauerunt. Ferunt Totilam, quod extremo vitæ tempore multis sæpe præstantissimis euenit ducibus, nunquam melius struxisse aciem, nunquam attentiori oculo, quid hostis, quidve suus ageret miles, circumspexisse: nunquam denique fortius, nunquam prudentius dimicasse. sed erat illi certamen cum militum robore gentis, quæ sub Alboino rege Longobardorum maximis erat enutrita bellis. vnde asperissima inter partes pugna inira, ad extremum Gotthi superantur cum maxima eorum strage, ac Totilas interficitur. secundum B. Benedicti prophetiam, anno regni ipsius decimo. Gotthi verò, interfecto Totila, quicumque ex prælio aufugerunt, Padum amnem transgressi, Papiæ & circa ea loca consistere. vbi cum de nouo gentis suæ duce cogitarent, Teias omnium iudicio rex Gotthorum eligitur, qui rex factus, thesauros quos Totilas Papiæ congesserat, ilico suscepit, ac reparare vires, exercitum congregare, arma tribuere, equos clargiri, & omnia impigrè facere non destitit. ad Francos etiam misit, eos ad societatem sollicitans. Narfes Gotthorum apparatus audiens, Valerianum cum suis copijs circa Padum ad custodiã esse iussit. ipse verò cum omni exercitu Romam petijt, inter eundem Narniam cepit. Perusia erant discordiæ inter duos præfectos militum, ita vt vnus alter occideret. qua seditione Narfeti Perusia à superstitibus traditur. Narfes igitur Romam veniens, eam obsedit, quæ plena ruinis præteritis adhuc erat, & pauci in ea ciues: & cum urbem expugnare statuisset, pluribus simul locis mœnia aggressus est. concurrentes Gotthi, de mœnibus repugnabant. Milites autem quidam Narfetes remotiora loca inuadunt, & scalis mœnia conscenderunt. inde clamor factus, captam urbem. Gotthi itaque omnia defensione, alij Portuensem urbem fugam petierunt, alij ad arcem Adriani se receperunt. per hunc modum Narfes Roma positus est, arcem verò non multò post pacatione recepit. Erant verò in Campania nonnulli Rom. generis patricij & senatorij ordinis, quos vt suspectos, eò miserant Gotthi. hos omnes cum filijs & agnatis Gotthi interfecerunt. similiter & trecentos adulescentes Rom. quos Totilas milites elegerat, sed reuera obsides abduxerat, trans Padum Gotthi capta Roma occiderunt. Et quia dum Totilas viueret, pecunias regias partim Papiæ congregauerat, partem etiam non paruam in Cumarum arcem deposuerat, eique arci fratrem suum præfecerat: Narfes quum hoc intellexisset, partem exercitus misit ad obsidendum Cumas. Ipse autem Romæ consistens, reparare urbem conabatur. Ne verò Gotthi qui erant trans Padum, succurrere Cumis possent, misit qui conatus eorum reprimere. Teias vbi sensit Cumas obderi,

deri, ferre opem constituit. & cum Franci auxilia negassent, ipse profectus ex Papiæ, per Picentes & Marfos venit in Campaniam. quod postquam Narfes intellexit, Iohannem cum exercitu ex Hetruria reuocauit, & ipse cum suis Campaniam petijt. Fertur autem non procul à Nuceria esse fluuius quidam, Tracon nomine, non latus, sed ad eò profundus, vt neque peditibus neque equitibus sit transmeabilis. circa dictum fluuium ambo exercitus constituerunt. classem præterea Gotthi in mari habebant satis propinquo, quæ frumentum & ceterum comæatum apportabat: sed postquam ea classis proditione amissa est, quia necessaria non poterant eis importari, necessitas compulit Gotthos locum deserere. Exinde in proximum montem, qui Lacteus dicitur, migrare, ibique atrox pugna & acerrima commissa est. Gotthi enim desperatione certabant, Narfes conscientia multitudinis cedere erubescerebat. Teias Gotthorum rex inter primos pugnatore fuit. sinistra scutum, dextra pilum quatibat. aduersus hunc congressi plures, ceciderunt. sed dum scuto transfixo aliud accipere vellet, vulneratus à volitante telo, cum multum sanguinis effudisset, nihilominus fortissimè pugnans, nunquam pedem retraxit: sed in hostes conuersus, continuè dimicans, ad extremum in faciem corruit, & mortuus est. Gotthi ob mortem regis nequaquam territi, vsque ad noctem pugnaverunt, cum magna tandem vtriusque partis cæde. Gotthi adueniente die extremo, oratoribus ad Narfetem missis, velle se Italia excedere obtulerunt, si incolumes abire, suaque absportare permittantur: sin hoc non permittat Narfes, quandiu viuant, paratos esse ad pugnandum. Narfes consilio habito, Gotthis permittere decreuit liberum recessum cum suis bonis. Inter hæc tamen mille equites aufugerunt Papiam, & ad alia oppida trans Padum: reliqui autem federe inuito, sua priuatiim absportantes Italia excedere, & nunquam bellum aduersus Ro. imperium gerere promiserant, libertate tamen retenta, sine vlla Ro. imperij subiectione. quo facto, Cumas & ceteras ciuitates Narfes recepit. Superfuerunt autem huic prælio non contemnendæ Ostrogotthorum reliquæ in Italia transpadana, quibus delendis Narfes animum adiecit. nam & ante Teiæ mortem, Sisualdus Erulorum seu Brentorum rex in auxilium Narfetes veniens, cum Longobardis Eporediam urbem cepit, & Taurinos obsedit. Erant his in locis tunc etiam Theobaldi, aliàs Theoberti regis Metensium duces, in auxilium missi Gotthorum. violauitque vtraque barbaries federa, quæ Sisualdus cum Narfete, Bucelinusque, Amingus & Lotharius cum Teia rege solenniter constituerant: partitque sunt inter se vniuersam transpadanæ Italiæ regionem, multamque partem occupauerant. vnde cum Gotthi transpadani mortem Teiæ intellexissent, cum Theobaldi Metensium regis ducibus accuratè egerunt, vt secum resisterent Narfeti, & duas cisalpinæ Galliæ ciuitates Lucam & Forum Cornelij instaurabant. Venit Narfes ad Lucam celeriter, & ad fluuium castra posuit, & dimissis aliquibus, alios ad forum Cornelij ire iussit. Luca 7. mensis capta est, & * Forum Cornelij paulò post. expugnataque ad solum subuersa. fugientes Franci & Burgundiones, postquam Dagisteus Narfetes dux acerrima pugna victoria est potitus, Hunidim quendam Ostrogotthorum ducem assumpsere, Veronamque se recipere voluerunt. sed Etheus Ostrogotthus, qui vrbi præerat, illos intromittere noluit. Hunidis deinde Papiam ire statuit, & Lotharius, eo relicto, trans alpes. sed in itinere Hunidis à Dagisteo captus, & ad Narfetem missus est, Amingus autem interfectus. Francis hoc modo depulsis, Dagisteus contra Sisualdum Erulorum regem & rebellem tendens, captum de alta trabe suspendit, & cuncta recepit quæ Metensium rex, Sisualdusque in Italia tenebant. Tuncque belli Gotthici verus finis fuit, 18. anno postquam fuerat inchoatum. ab Ostrogotthis enim, vrbiumque & oppidorum ciuibus Italis in Venetia & cæteris transpadanis, certatim deditiones sunt factæ. cuanuitque tunc Ostrogotthorum nomen anno 72. postquam Theodoricus in Italiam intrauerat. nam qui superfuerant huic prælio, omnes in Italia nati erant, ac Italos se vocabant. Ita Narfes vniuersam Italiam cum Ro. ciuitate ad reipub. iura reduxit. hoc peracto, Longobardos multis honoratos muneribus ad propria remisit benè commendatos. Quare Narfes omnia cernens pacatissima, Romam properat, eiusque vrbs ad pristinam dignitatem instaurandæ tantam suscepit curam, vt diligentissimi patrisfamilias sollicitudinem superauerit. Eius viri bonitatem cum Romanus clerus perspectam haberet, apud illum institit, vt postquam Dei munere & summa eius virtute, libera erant à barbarorum iugo, Romanorum ciuium corpora, animarum quoque salutem prouideret. quod quidem efficacius fieri non posse

consecrarent, quàm impetrata à Iustiniano imperatore Vigilij pontificis restitutione. de-
 functa enim erat iam pridem Theodora Augusta. Scripsit Narfes imperatori, qui ad
 Proconissum Gypsumque insulas mittens, Vigilium & simul sacerdotes clericosque
 Ro. ad se perducere iussit: nec tamen potuit contineri imperator, quin eos tentauerit sa-
 cerdotes, si Pelagium potius vellent quàm Vigilium in Ro. pontificem habere. quod
 cum illi constanter abnuissent, sic omnes cū Vigilio dimisit Romam. sed appulsa Si-
 ciliae nauis, Vigilium valetudine correptus, lateris dolore consumptus est anno 14. sui
 pontificatus. Hic Vigilium constituisse dicitur, ne canon nisi in altari consecrato & ve-
 stibus legatur: quia pastores pane super lapidē posito, protulerunt verba consecra-
 tionis ridiculose, repenteque feruntur vidisse carnem humanam, & diuinitus percussis
 obierunt. Sub hoc Vigilio, licet diu fuerit in exilio, congregata est quinta synodus in
 Constantinopoli cōtra Theodorū Mesechenum, qui dicebat aliud esse verbum Dei,
 & aliud Christum, & S. Mariam virginem negabat Dei genitricem, de quo tex. 16. dist.
 c. prima. §. quinta sub Iustiniano imperatore. Vigilio defuncto, sacerdotes memo-
 res Iustiniani vori, anno salutis nostrae D. LI. vel potius secundo, Pelagium creauerunt
 in pontificem. sedit annis 12. mox accusatur, quod malorū Vigilij causa fuisset nō par-
 ua. quam obrem congregato clero & populo, ad S. Petrum coram Narsete ascendit in
 ambonem, tenensque euangelia ac crucem super caput, iuravit se nullū malum Vigilio
 intulisse, & sic populus ac clerus sedati sunt. Hucusque Iordanis chronicorum libros
 perduxit. Postquam autem Gotthi Italia abeunt, Narfes eam possedit in pace annis
 17. omnia in meliora reformans. Per id tempus Visigotthi in Hispanijs manserunt,
 & in longa pacis quiete ipsi Alani coaluerunt, vt illius gentis nomen sensim con-
 fuderint: ac nostra ætate permanet gens nomine composito, vt qui Gotthi & Alani
 dicebantur, nunc corrupto nomine * Cathelani, gens profecto quæ ferocia illius ge-
 nerique suo in omnibus respondeat. Gotthi igitur Italiam relinquētes, Hispaniam
 suis sedibus occupauerunt, quam ab Hispano decimo Hispanorum rege, nuncupa-
 tam esse tradunt. Hispalus enim Hercules filius, nonus Hispanorum rex, in Hispa-
 lim urbem à se conditam, regni solium posuit, cui filius Hispanus supra dictus suc-
 cedens, Hispaniæ nomen indidit. Ante Gotthorum verò ingressum tres nationes
 Hispaniam occupabant, Sueui, Vandali atque Alani. abeuntibus autem Vandalis in
 Africam, Sueui Galitiam soli gubernabant sub Emerico eorum rege, qui 33. annis su-
 per eos regnavit. Successit illi Rixilla filius, vt supra generatione 15. memoratum est.
 Huic Rixarius filius succedit in regno Sueuorum. hic habuit uxorem filiam regis
 Gotthorum Theodorici, qui in initio regni sui prædatur Vascones, deinde regio-
 nem quæ est vbi Casaraugusta, auxiliantibus Gotthis, vastat. iste ad vltimum, dum
 Gotthi Hispaniam cum potentia ingrediuntur, occiditur, dum regnasset annis 9. De
 hoc tamen Rixario alibi legitur, quod vltro Theodoricum cognatum prouocauit,
 & cum Theodoricus victoriam obtinisset, absumpto Rixario, permisit vt Sueui
 de genere suo principem constituerent. vnde elegerunt in regulum Romismundum.
 Masdrugo ei succedit, regnavit annis 2. quem Armisundus subsequitur, post illum
 regnum suscepit Theodomirus, post hunc Mirus, in illo deletum est regnum Sueuo-
 rum, & translatum in Gotthos. Gotthi de secta Arriana vsque ad tempora S. Leandri
 episcopi Hispalensis fuerunt. is nempe primus eos ad vnitatem fidei orthodoxæ
 reduxit. hi Gotthi post destructam urbem Romam sub Alarico eorum rege, Athaul-
 phum sibi regem præficiunt, qui de Italia recedens, Gallias adit. post relictas Gallias,
 dum Hispanias peteret, iugulatur. Occiso Athaulpho, Sigericus fit rex anno salutis
 450. Sigericum Vallia sequitur, hic cædes magnas in Hispania fecit. Vandalos ac Se-
 lingos in Bathica omnes vicit, dataque ei ab imperatore ob meritum victoriæ secun-
 da Aquitania, anno salutis 464. Theodoredus succedit, moritur anno 480. Thurif-
 mundus sequitur, qui cum multa nefanda pararet, à Theodorico & Friderico fra-
 tribus occiditur. Theodoricus succedit, qui à germano suo occiditur anno Chri-
 sti 509. Henricus succedit, hic multa bella strenuè gessit, partes Lusitanæ & Cæ-
 saraugustam submisit, Tarraconensem prouinciam subuertit: eius tempore Hispani
 & Gotthi legum instituta acceperunt, cum antea moribus & consuetudine vi-
 uerent. hic moritur anno Christi 521. Alaricus succedit, & apud Pictauiam per Fran-
 corum regem occiditur, dum regnasset annis 22. Grisaloricus bastardus Alarici succe-
 dit. Theodoricus iunior subsequitur. hic nedum Hispania, sed & in Italia mira fecit,
 muros vrbs Romæ redintegrauit. Almaricus succedit, apud Narbonem prælio vincit-
 tur,

Vigilij pa-
pa obitus &
mittitur.Theodorus
Coriarius
hæreticus.Pelagius pa-
pa eligitur.

* Cathalani

Hispania
vnde sic di-
cta.Sueuorum
reges in Hi-
spania.Gotthorum
reges.

citur, interijt à suis iugulatus anno salutis 573. Trundus illi successit, & perfoffus est in
 suo palatio anno Domini 578. hic licet esset hæreticus, annuit tamen vt catholici
 episcopi circa Toletum concilium facerent. Mortuo Trundo, Narfes patricius To-
 tilam Gotthorum regem in Italia superauit & occidit. Tendisus, aliàs Theodego-
 silus, in Hispania regnans 4. annis, & plurimarum connubia maculans, inter epulas
 iugulatur, anno Domini 582. Agilla succedit, hic à militibus suis occiditur, apud alios
 Agla. Atanagillus succedit, bonus catholicus. regnavit annis 15. post cuius mortem,
 quia Gotthi de electione regis discordabant, vacauit regnum annis 6. Erat autem
 rum Narbonæ Luiba, in Aquitania à Gotthis præfectus. hic tandem adeptus est prin-
 cipatum in Hispania, quem postea dimisit Leongillo suo germano, contentus sua
 Gallia. hic Leongillus, aliàs Lenogildus, apud Legionem urbem Romanos vicit,
 urbem cepit, & Legionem à suo nomine vocauit. Arrianus fuit, & Christianos via
 rectæ persecutus est. vnde & Hermogillum filium suum, suis erroribus contradicen-
 tem, securi percussit. moritur Toleti anno salutis D.C. Nigunda Chilperici foror,
 fuit vxor Hermogilli. Recaredus, aliàs Ricardus, succedit. hic per Leandrum epi-
 scopum Hispalensem in fide instructus, errores prædecessorum suorum minimè secu-
 rus est. nam & nedum in se bonus fuit, sed & totum populum Gothicum ab errore
 & hæresi Arriana ad veritatem reduxit. obiit Toleti anno Christi 613. * Luiba succe-
 dit, regnat vno anno, & iugulatur innocens per Vindericum. Vindericus vsurpat re-
 gnum 6. annis, & occiditur. Gundemarus succedit, moritur Toleti. Sinsebutus,
 apud alios Sinsebutus, subsequitur. hic voluit compellere Iudæos vt fidem Christi
 assumerent, & bis de Romanis triumphauit. Sintilla regnavit annis x. hic totius Hi-
 spaniæ monarchia primus potitus est. apud alios Suitilla. Sigimandus filius eius regna-
 uit annis 3. aliàs Sifenandus. Cintilianus succedit, regnavit annis 5. aliàs Cintilla. Tlu-
 ga succedit, moritur Toleti, regnavit 2. annis. apud alios Tulgas & Tolga. Sindasmun-
 dus, aliàs Videfuidus, regnat annis 4. solus, & post cum filio suo Reccesuindo annis 6.
 quo tempore Hispania quieuit ab omni turbatione. Reccesuindus post genitoris obi-
 tum regnavit annis 12. totus fuit religiosus. Bamba similiter religiosus, 27. naues Sara-
 cenorum ad Hispaniæ littus applicantes deleuit, tandem religioni se tradidit. Herin-
 gius consanguineus Sindasmundi regnum obtinuit. Erica post illum gener Herin-
 gij, regnum accepit. cum Francis ter præliatus est, nec vicit, nec victus est. Toleti
 moritur. Vitiza, aliàs Vitica, regnum patris eo viuente obtinuit. fuit homo flagitio-
 sus & luxuriosus, despexit Ecclesias & ecclesiastica sacramenta, episcopis cæterisque
 Ecclesiæ ministris vxores habere præcepit, & ne obedirent Ro. pontifici, sub intermi-
 natione mortis prohibuit. fecit quod tota Gotthorum nobilitas libidinibus & vitijs
 Deum prouocauit, & ne sibi obesse possent subditi, urbium sui regni rex muros iussit
 deponi. Rodericus filius Tondofridi, in regno succedit, expulsis filijs Vitizæ. hic fuit
 vir bellorum, sed moribus Vitizæ non dissimilis. huius tempore Saraceni Hispa-
 niam ceperunt hoc modo: Erat in Africa rex, Muca nomine, cuius auxilium im-
 plorauit Iulianus comes ex Gotthis, eo quod Rodericus rex, Iuliani uxorem, aliàs fili-
 am, dum ipse esset in legatione, stuprauit. Misit rex Muca grandem exercitum in Hi-
 spaniam cum Iuliano comite, aduersus quem Rodericus cōgregauit omnem poten-
 tiam Gotthorum, quorum numerus vltra centum millia se extendebat. Sedebat au-
 tem rex in curru eburneo, indutus pannis poderis aurei, & corona aurea coronatus,
 sicut mos tunc erat regum Gotthorum. commissumque est prælium acerrimum, in
 quo Gotthi post multam stragem in Mauros, ipsi terga verterunt. Saracenis victoria
 cessit. de rege dubitatur, an in pugna fuerit occisus. inuenitur enim in regno Portu-
 galix, in ciuitate Vilio lapis vnus sepulcri, in quo talis erat scriptura: Hic iacet rex Ro-
 dericus, vltimus rex Gotthorum. periit in eodem bello omnis nobilitas Gotthorum.
 Post hoc Saraceni totam Hispaniam ferro, fame, flamma attritam, suo dominio
 manciparunt, quod creditur à Deo permissum, propter peccata Roderici & sui præ-
 decessoris * Vincizæ, aliàs Vitizæ, de quo in Fortalitio fidei lib. 4. consideratione 9.
 de xj. bello. Cum autem Saraceni Hispaniam subiugassent, Carolus Martellus eos va-
 rijs bellis contriuit, de quo dicitur infra generatione 25. plenius. Licet autem Deus
 permisit ita Hispanias flagellari, quia tamen diuina pietas quos percutit, etiam & sa-
 nat: vnde sibi Deus seruauerat cum paucis Christianis virum cordatum, Pelagium
 nomine, qui erat filius ducis * Sauillæ. hic factus est rex Christianorum. Et in 2. anno
 regni, anno salutis 736. innumeros Saracenos bello proftrauit, cepitque ciuitatem
 Eec 3 Legio

Legio vrbs.

*Luiba

Vitice regis
flagitia.

Muca rex.

Saraceni
Hispania
potiuntur.

* Vitizæ

Hispaniarū
reges.

Legionū. regnavit annis 13. cui Fauilla filius successit. Fauilla rex à quadā vrsa interfectus est, dum 2. regnasset annis. Alphonſus primus, gener regis Pelagij creatur, vir per omnia catholicus, qui multa cum Saracenis prælia feliciter peregit. Eodem tempore Carolus Martellus eisdem Saracenos percussit, de quibus in Fortalitio fidei. regnavit Alphonſus 19. annis feliciter. Fruela vel Friola filius illi successit, regnavit annis 13. catholicè. Aurelius frater eius subsequitur, regnavit 6. annis. * Dolos Silo successit, regnavit 7. annis. Alphonſus secundus illi successit, filius regis Fruelæ. ad Hispaniam venit Carolus adolescens, cui postea Magno nomen: offenderat enim in aliquo patrem Pipinum. vnde declinavit ad regem Galastram, propter filiam Galianam, quam postmodum fecit Christianam. de hoc in Fortalitio. Ea tempestate & Alphonſus rex, dictus Castus, & Carolus contra Saracenos feliciter præliati sunt: & cum regnasset 41. annis Alphonſus vir catholicus, obiit. Ramirus Veremundi regis filius succedit. tempore istius regis incepit ordo S. Iacobi. hic rex miris fuit bonis, terribilis malis, cui in bello contra Saracenos adiutor erat apostolus Iacobus, apparuitque omni populo Christiano. Ea tempestate Normani venerunt in Galliam, & etiam ad portum Galitiæ. ibi rex iste plures superavit, regnavit annis 6. Ordoneus illius filius successit, iste rex pius fuit, & vicit in bello Mucam regem multis caſis. deinde filius Mucæ, factus vassallus Ordonei, & pugnavit contra Saracenos. regnavit 10. annis, & mortuus est in podagra. Alphonſus tertius in regno successit, varia bella cum Saracenis feliciter gessit. & cum regnasset 46. annis, dedit regnum filio suo Garchiæ. peregrinatus est ad S. Iacobum, dictus est Magnus. Garchias, aliàs Garſias, post mortem patris percurrit terras Saracenorū, cepit regem Aiolam in bello, regnavit 3. annis. Mortuo Garchia, regnavit pro eo frater eius Ordoneus secundus. hic contriuit multos Saracenos, obtinuit spolia multa, edificavitque mirificum templum in ciuitate Legionum, in quo iacet sepultus. Alphonſus quartus illi successit, regnavit 5. annis. nil magni fecit. hic ingressus est monasterium, renunciens regnum fratri suo Ramiro. sed post poenitentia ductus exiit, & aduersus fratrem rebellionem excitans, à fratre exoculatus est, cum duobus Fruelæ filijs. Ramirus II. contra Abdamiramem Cordubensem & Albenihaia reges pugnavit, ceciderunt in prælio ex Saracenis 80. millia. postea in secunda pugna iterum de eis triumphavit tempore Henrici I. circa annum Domini 900. Iste morbo grauatus, fecit se deferri in ciuitatem Legionum, vbi expoliavit se regno, quod receperat ab Alphonſo, dicens: Nudus egressus sum de vtero matris, nudus reuertar. quibus dictis, spiritum exhalavit. Ordoneus filius eius regnum suscepit, & sub eo * Fernandus comes multas strages in Saracenos edidit. Sanctius I. dictus Craſſus, iste fecit pacem cum Saracenis. regnavit 8. annis, & occidit cum venenato pomo comes Gundisaluus. Ramirus III. pro eo regnavit filius eius, regnavit annis 25. Successit in regno Donus Heriundo filius regis Sanctij. Sub ipſo ter vicerunt Saraceni, deinde bis de eis triumphavit. regnavit 27. annis. Alphonſus quintus subsequitur illius filius. vincunt Saraceni, & captus est comes Castellæ, & mortuus est in carcere. sub isto milites Castellani obtinuerunt libertatem, quòd non contribuerent nec irent in exercitum, nisi Donus daret eis stipendia sua. vicit rex Alphonſus Saracenos, & reparavit muros ciuitatis Legionum. regnavit 27. annis. Donus Heriundo filius eius regnare coepit. sub ipſo Saraceni vici sunt à regibus * Nauariæ, quorum vnus duxit filiam comitis Sanctij Castellæ. inde generavit Fernandum. post mortem Sanctij Donus Fernandus duxit in vxorem fororem regis Legionum. Deinde Donus Heriundo cum regnasset x. annis, mortuus est in quodam bello. quo mortuo, * Ferdinandus collecto exercitu obsedit Legionem, & finaliter receptus est in regem Legionis, & sic coniuncta sunt illa duo regna, & ipſe dictus est rex Castellæ & Legionis. Eo tempore surrexit vir strenuus Rodericus de Viuar, hic in bello cepit quinque reges Saracenorū, quos postea liberè dimisit, qui se ipsius vassallos fecerunt magna cum humilitate. Ferdinandus rex, cui nomen Magnus, quia multos reges Saracenorū humiliavit, caſis quibusdam, quosdam tributarios fecit, subiugavit Celtiberiam, ac liberavit Hispaniam à subiectione imperatoris Romani. Huic etiam B. Isidorus, quem tranſtulit in Hispalim, reuelavit diem mortis suæ. vnde diuiso regno tribus filijs, post sacramentorum deuorum susceptionem migrat anno regni sui 22. Sanctius filius eius successit in regno Castellæ, Alphonſus in regno Legionis, Garſias in Galetia & Portugalia. Sanctius videns quòd pater suus acquisiuit prouincias Portugaliæ & Lusitaniæ, Celtiberiam & Carpen-

Carpentaniam, ideo cum exercitu obsedit Cæsaraugustā & expugnauit, regem eius tributarium fecit. Iste Sanctius fratrem suum Garſiam inuasit, captumque carceri mancipauit. vicit etiam Alphonſum fratrem in bello, & in monasterium destruxit, & sic omnia regna solus obtinuit, qui tamen postea à familiari quodam suo, venabulo percussus est. Alphonſus rex, quia Garſias frater mortuus erat in carcere, regna suscepit. ipse enim prius, quam frater occideretur, exiit monasterium, & ad regem Toleti se recepit. vocatus est Alphonſus 6. Sub eo militabat Rodericus, aliàs Cid dictus, miles admirandus. expugnauerunt rex & Cid infinitos Saracenos diuersis prælijs. Obtinuitque Cid priuilegia multa à rege nobilibus: primum, quòd cum aliquis nobilis peteret exire de regno, daretur ei spatium 30. dierum: secundò, quòd rex nihil faceret contra nobilem aut ciuem inauditum: tertio, quòd nil faceret contra bonos vsus villarum: quarto, quòd non faceret impositiones inordinatas: quinto, si contra aliquod illorum faceret, quòd tota terra posset rebellare, donec rex emendaret. Hac tempestate Vrbanus II. apud Clarum montem Aluerniæ, concilium celebravit pro succursu terræ sanctæ seu potiùs recuperatione. Anno salutis 1096. prædictus Cid moriens, ordinavit cadauer suum armatum equo superponi & ligari, atque contra regē Buccar & alios 36. reges Saracenos, qui tum prælium à Christianis expectabant, ad locum pugnæ quasi viueret, deduci. quod factum est, & Christiani victoria sunt potiti. Mortuo Cid, rex quoque catholicè è vita emigravit, cum regnasset annis 43. Alphonſus nepos regis Alphonſi prædicti, in ordine septimus regnare coepit. huic omnes reges Saracenorū Hispaniæ, subiecti sunt. pacificeque possidens regna Aragoniæ, Castellæ & Legionis, confirmatus est per papam, vt decetero vocaretur imperator Hispanorum. erat autē vir iustus. imperavit annis xl. filijs suis Sanctio reliquit regnum Castellæ, regnum Legionis * Fernando. Sanctius regnavit anno vno feliciter, ideo Desideratus est dictus. Alphonſus filius ipsius successit ætatis quatuor annorum, & vocatur viij. Fernãdo regi Legionis, successit filius Alphonſus. Alphonſus 8. infeliciter pugnat cū Saracenis. sed postea non immemor iniuriarum anno 1233. in bello Saracenorū victoriam obtinuit, caſis ducentis millibus Saracenorū. hic virtuosus rex post gloriosas victorias feliciter migrat anno regni 53. Henricus I. filius eius successit illi. regnavit 13. annis. hic cum luderet in ciuitate Palantia, percussus tegula quæ cecidit è tecto, moritur. Fernandus regis Alphonſi Legionis filius, successit in regno. Henricus enim non dereliquit filium. & sub hoc Fernando, mortuo patre suo, coniuncta sunt regna Castellæ & Legionis. iste rex post multos triumphos contra Saracenos, moritur anno regni 35. Alphonſus filius eius subsequitur, dictus IX. iste rex tantæ fuit magnificentiæ, quòd imperatorem Constantinopolitanum à Sultano captum, solus sua impensâ redemit. fuit etiam tantæ famæ, quòd fuit electus in imperatorem Ro. in discordia. tamen sapiens fuit, & regnavit 32. annis, & abstulit sibi regnum in vita sua filius eius Sanctius. Legitur quòd rex iste quandam contra Deum dixerit blasphemiam, scilicet si ipſe fuisset cum Deo dum mundum creauerat, quòd multi defectus qui fuerunt facti, non tranſissent: propter quod verbum cum oraret in oratorio aliquando, apparuit ei angelus, & reuelavit sibi sententiam mortis, præfixo termino 30. dierum. & factum est. moritur, & cum patre sepelitur. Sanctius filius eius successit, regnavit 9. annis. Fernandus filius subsequitur, regnavit 15. annis. huius mortis causa hæc fuit. quum enim præcepisset occidere duos scutiferos de Carnaial inauditos, illi videntes iniustitiam, citauerunt regem, vt compareret coram Deo xxx. die, ad dandam rationem huius iniustitiæ: & sic factum est, quia in præfixo termino moritur. Alphonſus x. rex Castellæ filius eius successit. tunc Acon obsessa est à Saracenis, capitur anno Domini 1291. Kalen. Iunii, occisus plus quam 30. millibus Christianorum. Anno deinde 1310. Hospitalarij S. Iohannis insulam Rhodi capiūt: sequenti anno cassatus fuit ordo Templariorum, qui in sua prophana professione abnegabant Christum, expuebant super crucem, & adorabant diabolum sub specie carti, sicut plures eorum confelli fuerant. Hæc in Fortalitio, de quo videas plura infra. Anno Domini 1340. maximam de Saracenis victoriam obtinuit. trãsiuit enim rex Balamarim cum infinitis copijs mare mediterraneum, & obsedit quandam ciuitatem, venit etiam in adiutorium ei rex Granatæ. Obsidentibus itaque Saracenis Carifam, insurrexerunt Alphonſus rex Castellæ & Alphonſus rex Portugaliæ cum copijs contra prædictos Saracenos, & aciebus ordinatis, pugna facta, tandem Saraceni fugam faciunt. Insequentes Christiani tantam stragem edunt, quòd aestimare numerum occisorum nemo poterat. ibi Borra

* Dolosillo

Ordo diuini Iacobi.

Iob 1.

Rodericus Cidus vir admirandus.

Miraculum ingens.

Templariorū ordo delectus.

Prima pestis
in regno
Castellæ.

III

vxor regis Balamarim mortua est, & ipse elapsus in Aliecyram. Expoliantes nostri ten-
toria Saracenorum, inuenerunt tantum de auro & argento, quod nemo excogitare
valebat. captus etiam fuit Abenamar filius regis * Benamaim. In signum huius vi-
ctoriæ rex Alfonso vexillum suum domino papæ Benedicto 12. misit, quod in hunc
diem in sacello papæ conseruatur. Sequenti anno perijt etiam classis magna vltra xx.
millia Saracenorum ope regis Alfonsi. postea cepit Aliecyram. Anno sequenti 1348.
fuit prima pestilentia in regno Castellæ: & cum rex iste gloriosus obsideret ciuita-
tem quandam prope mare, propinatum fuit sibi venenum, & mortuus est. ibidem
nunquam postea nata fuit herba, vt narrat historia Hispaniæ. sepultus est in Ecclesia
maiori Cordubensi, cum regnasset annis xl. Petrus filius eiusdem successit, vir sangui-
num & amicus Saracenorum, quem occidit rex Henricus II. & successit ei in regno.
Henricus II. rex Castellæ moritur, cum regnasset 14. annis. Iohannes filius eius illi suc-
cessit primus in ordine, hic etiam nihil famosum fecit contra Saracenos. intrauit re-
gnum Castellæ dux de Albencastre cum vxore filia regis Petri, intrauit & cum eo rex
Portugalliæ, secuta est pax, quia tradita fuit in vxorem domina Catharina filia præ-
dicti ducis, infanti Henrico filio regis Iohannis, qui rex cecidit in campo de equo, &
equus super eum cadens, interfecit eum anno regni sui 12. Henricus * II. illi successit,
cum esset nouem annorum, sub quo Christiani vicerunt Saracenos, cæsis penè 2. mil-
libus, regnavit 17. annis, & mortuus est. Fuit deuotissimus princeps & iustus. Iohan-
nes 2. illi successit, puer erat, habebat autem fratrem. Eo tempore Iohannes rex Por-
tugalliæ * Cepram ciuitatem Maurorum in suam potestatem redegit, quam hodie
Christiani tenent. Iohannes Hispaniæ rex, regi Granatæ multa damna intulit. regna-
uit annis 48. sepultus in monasterio Carthusien. de Miraflores. reliquit duos filios He-
ricum & Fernandum. Henricus successit, qui paruo tempore regnans, obiit. reliquit
autem filium Iohannem puerulum, cui Fernandus patruus tutor datus, regni admi-
nistrationem non segniter gessit: sed statim contra Maurum Granatæ bellum iniens,
puero tributarium fecit. Inter hæc Martinus Siciliæ rex moritur, & paulò post pater
eius, rex citerioris Hispaniæ seu Aragoniæ Martinus obiit. vnde factum est, quod Hi-
spani Fernandum apud Valentiam urbem citerioris Hispaniæ regem declarant, à tri-
bus ordinibus electum, procerum scilicet, sacerdotum, & plebis. Hic Fernandus Ba-
learium insulas & Sardiniam simul acquisiuit, & sic factus est trium regnorum rex.
hic etiam filiam vnicam Iohanni nepoti suo vxorem dat, regi scilicet vltioris Hi-
spaniæ, quem & adultum in regnum stabiluit. Moriens Fernandus, quatuor mares
reliquit, Alfonsum regni successorem, Iohannem Lusitaniæ regem, Henricum S. Ia-
cobi magistrum, & Petrum natu minimum. Iohannes rex Hispaniæ habuit filiū Hen-
ricum nomine, & filiam Elizabeth. hic Henricus rex vnà cum vxore sua & filijs inter-
fectus est ab Eduardo rege Anglorum. sola Elizabeth superstes remansit, quam Fer-
dinandus Iohannis Aragoniæ regis filius vxorem duxit, adhuc patre Iohanne viven-
te, deinde deficiente patre, Ferdinandus vltioris Hispaniæ simulque citerioris, hoc
est, Aragoniæ, * Nauariæ, Siciliæ, Balearium ac Sardinia tandem regna obtinuit, & cum
Christianissimus rex censeretur, & regnorum potentia, consilij, magnanimitate cun-
ctos Christianorū principes excelleret, fidei zelo succensus, anno Domini 1480. con-
tra Granatæ regem bellum terra marique per 6. annos continuauit, & multa de re-
gno Granatæ suo regno adiecit. Ferdinandus iste rex Christianiss. vnà cum regina Eli-
zabeth vxore sua, post multas ingentesque clades Mauris illatas ac munitissima op-
pida Granatæ vi capta, Granatæ regem anno salutis 1492. ad deditionem compulit,
omneque Maurorum imperiū in Hispanijs esse desijt. Nati sunt illis filius & duæ filia. fi-
lius duxit Margaritam Maximiliani Ro. imperatoris filiam, qui tamen pauco tem-
pore vixit, & sic vsque ad præsens domina Margarita vidua remansit, vnā verò
ex filiabus Ferdinandi regis, duxit in vxorem Philippus archidux Austriæ & Burgun-
diæ dux & c. imperatoris Maximiliani filius, qui plures genuerunt liberos. Natio, vt
refert Pomp. Latus, Longobardorum fuit Germanica, quæ ex Cimbrica peninsula
ad quærendas sedes profecta erat, & non statim cepit arma. ferè triennio post, cum
vxoribus, liberis & omni supellectile Italiam petierunt. numerus fuit CC. millium sub
rege eorum Alboino, qui ad inuitationem Narsetis, subactam ac domitam Italiam in-
potentatus diuise: tenuerunt annis 204. Hæc ille. Quia supra de Longobardis men-
tio facta est semel & bis, ac inferius multa de his veniunt dicenda, non alienum erit,
originem eorum hic altius aliquanto repetere: Septentrionalis plaga quāto longius est

est ab ardore solis, tanto sæuiore homines semper habuit, & eo aptior ad multipli-
candas gentes. vnde fit vt tanta multitudo in ea plaga nascatur, quæ ibi viuere non
possit. Ex eisdem partibus exierunt Gepidæ, Rhugi, Vandali, * Eruli, Hunni, * Turci-
lingi, * Vuinuli, id est, Lombardi. Est insula in septentrionalis parte Oceani, Scandia
dicta, quæ apud alios Scandinaria, Scanzia & Scandinauia legitur: quæ, vt quidam di-
cunt, non est in Oceano, sed propter planitiem eius vndæ maris æstuant, circundant
eam. in hac enim dum multus populus excreuisset, ita vt in ea habitare non posset,
consilio inuito, in tres partes se diuiserunt: quæsitumque est per sortis diuinationem,
quæ pars ex illis patriam relinqueret. Igitur illa pars quam fors iubebat exire, ordi-
nauit super se duces fratres suos, Iborem & Aionem, corpore valentiores, quorum
mater Gambara erat prudentissima. Osculantes ergo parentes & amicos, exiuerunt, &
in * Stornigam venientes, aliquot annis ibi federunt. Illo tempore Ambri & Assi du-
ces Vandalorum, mandauerunt Vuinulis, qui & Longobardi, vt aut tributa darent,
aut ad pugnam se præpararent. tunc duces Vuinulorum diffinierunt, melius esse vel
pugnando mori, quam tributis subijci. renunciant Vandalis se ad pugnam paratos.
Commisso verò prælio, Vuinuli pro libertate pugnantes, victoriam habuerunt. sed
postea fame cruciari, de prouincia * Storinga exeunt, & venerunt in Maringam. Mor-
tuis tum ducibus eorum Ibore & Aione, Vuinuli Agelmundum regem eligunt, qui
fuit filius Aionis de gente Turingorum. His temporibus meretrix vno partu 7. filios
generauit, & in piscinam proiecit. quam fortè Agelmundus præteriens, vidit infantu-
los. hastam misit, eos huc illucque reuoluit, quorum vnus apprehendit hastam regis,
& sic eum rex de aqua leuauit, & Lamisso ei nomen imposuit, quia eorum lingua
Lamisso vel
Lamissius
II. rex.
Lethus III.
aqua lama dicebatur. hic cum creuisset, factus est pugnator fortissimus & sapientis-
simus, ita quod post Agelmundum regnauerit. Post hunc successit Lethus vel Tethus,
quem sequebatur Childioch vel Hildooch filius. hoc defuncto, regnavit Godeoch,
aliàs Gludeoch. deinde Calpho, aquod alios Claffo, & Daphon. post hunc Tado vel
Tatho vel Tacchon. Eo tempore egressi sunt de Rhugorum patria, habitauerunt
in plano campo, vulgò Gesh/ in quo loco pugna habita est inter Tadonem & Rodol-
fum regem Erulorum. causa fuit, quod frater Rodolfi inuitatus ad Tadonem pro
pace, derisus est à filia regis, quia statura pusillus erat. quod cum ille ad iniuriam tra-
heret, insidijs filia Tadonis occisus est. illud vbi audiuit Rodolfus, rupit pacem, & Ta-
doni pugnam indixit. veniens ad locum pugnae rex Rodolfus, ac de suis confidēs, qui
nudi, sola femoralia habentes, pugnant, ipse pugna inita ad tabulam lusit. Tadem
victi sunt Eruli. quo audito rex perterritus, nesciuit quid faceret. Tunc Longobardi
supervenientes, regem & omnes qui cum eo erant, occiderunt. Longobardi itaque
victores prædam inter se diuiserunt, & Tado vexillum & galeam Rodolfi regis accep-
pit, quam postea in bello semper portauit. Ex eo tempore Eruli humiliati sunt, vt re-
gem non haberent. Longobardi ex hoc diuites facti, cœperunt pugnas vltro querere,
& gloriam ac virtutem suam extēdere. postea Tado à filio fratris sui est occisus, Vua-
cho nomine. Tadonis filius Hildegis, ab eodem victus, fugit ad Gepidas, pro qua cau-
sa Longobardi cum Gepidis inimicitias habuere. Vuacho tres habuit vxores: primā
Ranigundam filiam regis Turingorum, deinde Austrigofam filiam regis Gepidarum,
de qua duas filias habuit, Vuifalgaidam quam Theodorico regi Francorum tradi-
dit, Vualtiadam alteram tradit Cufabaldo Francorum regi: tertiam vxorem habuit
Vuacho Salingam filiam regis Erulorum, de qua generauit Vualtherum vel Vualta-
rich, qui postea regnavit annis septem. Post hunc regnavit nonus rex Andoin, qui
primum Longobardos in Pannoniam duxit. hic de vxore Rodelinda habuit filium
Alboin fortem & astutum. Gepidis postea cum Longobardis rixam habentibus, pu-
gna facta est, in qua Alboinus filius Andoin, & Turismundus filius regis Gepidarum,
sibi inuicem obuiabant. sed Alboinus Turismundum peremit, quo mortuo, Gepidæ
fugiant, & in fuga multi obteruntur. Victoria potius Longobardi, rogant regem, vt
filium suum Alboinum secum ad mensam sedere iuberet, quibus rex Andoin: Vos
scitis consuetudinem apud nos esse, vt filius regis cum patre suo antè non prandeat,
quàm ab extraneo rege arma recipiat. Hoc audiēs Alboinus, sumpsit secum xl. iuue-
nes, & perrexit ad Turismundū regē Gepidarū, cuius filiū interfecit, & dum illic federet
ad mensam, Turismundus rex alta traxit suspiria, propter interfectoris filij præsentia. quo
intellecto, alter filius regis cœpit iniuriari Longobardis, & quia fasciolas albas habebat
in cruribus, deridebat eos, dicens: Tibias habetis albas vt iumenta. cui vnus ex Longo-
bardis:

Alboinus
rex Longo-
bardorum.

bardis : Perge in campum, & videbis quales derides : ibi & inuenies ossa fratris tui dispersa. Gepidæ de tam manifesta iniuria vindicare se parant, contra verò Longobardi arma sumunt. quod videns rex, surgit è mensa : in medium illorum se misit, & suos ab ira compescuit, dixitque : Non est illa victoria adeò placita, cum quis in domum inimicum etiam susceptum occiderit. & sic pace facta, læti conuiuium ineunt. quo completo, Turisindus rex tollens arma filij Turisimundi, tradidit ea Alboino, & saluum dimisit. qui reuersus in patriam, coniuua patris factus est. & auditis quæ facta sunt, laudabatur Alboinus pro audacia, & Turisindus pro fide maxima. Igitur mortuo Andoin, filius eius Alboinus regnum suscepit, qui cum esset nominatissimus & fortis, Lotharius rex Francorum filiam suam nomine Goltfundam, dedit ei in coniugium, ex qua filiam suscepit Alsuindam. Interea mortuus est rex Turisindus, & regnum accepit Chunimundus : qui cum vellet vindicare iniurias Gepidarum, rupit pacem cum Longobardis. Ibi tum Alboinus fecit firmam pacem cum Auariis, qui primùm Hunni vocabantur, reliquæ Attilæ à Gepidis victæ, qui tamen sub rege Zeli-orbe, cum xx. Hunnorum millibus, bello quod Iustinianus contra Parthos feliciter gessit, Cosdroæ Parthorum regi aduersus Rom. auxilium tulere. sed Cosdroas illos Hunnos tanquam suspectos, vt qui ab imperatore Ro. munera accepissent, incautos maxima oppressit clade, quæ clades super alias acceptas effecit, vt Hunni qui super-fuerant, nomen antea gloriosum exosi, sese ab Auario qui successerat Zeli-orbi regi, Auares nuncupauerint : qui quidem tanquam à cætera barbarie profugi, relictis Pannonijs, in Noricum recesserunt. vnde factum est, vt prouincia Noricorum ab Auariis, addita litera B, Bauaria sit dicta. Ea autem prouincia habuit ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Sueniam, à meridie Italiam, à septentrione Danubiū. sed eam Bauariæ partem, quæ pertinebat ad Italiam, Australij ante aliquot annos occupatâ nunc tenent, simul Austriam cum alijs partibus eius prouinciæ appellatam. Strabo tamen à Boijs, qui eam terram coluerunt, Italia relicta, Boioariam potius appellari velle videtur. Cum autem Childebertus & Lotharius fratres, ac Theodebertus nepos Francorum reges, vsque Bauariæ & Austriæ fines ditionem protulissent, Auares adducti illorum precibus, cum Longobardis contra Gepidas bellū accepere. sed cum Gepidæ contra Alboinum pergerent, Auares statim in terras eorum Pannoniam superiorem intrauerunt. Hac de causa Chunimundus cepit orare suos, vt primùm cum Longobardis pugnarent, & postea ad expellendos Auares redirent. inito itaque prælio Alboinus occidit Chunimundum, & ex capite eius postea fecit scyphum, ac filiam eius Rosimundam cum multitudine virorum & mulierum abduxit captiuam, & sic Gepidæ deleti sunt, vt ab eo tempore iam de suis regem non haberent. deinde mortua *Goltfunda filia Lotharij, Alboinus ad interitum suum duxit vxorem Rosimundam, vt dicitur infra. Temporibus illis, hoc est, anno Domini 564. Pelagius papa cum sedisset 12. annis, moritur, & in basilica B. Petri sepelitur. Circa quæ tempora quidam Iudæus cum alijs pueris Christianorum communionem accepit. quapropter eius pater indignatus, eum in fornacem ardentem proiecit, sed illæsus exiit dicens : Mulier illa quæ in ecclesia est depicta, puerum tenens in vlnis, pallio suo ignem excussit. Item Iudæus quidam hoc in tempore imaginem crucifixi telo transfixit occultè, & sanguis exiuit, Iudæumque tinxit. Christiani, hoc comperto, ipsum lapidibus continuo obtulerunt. Mons magnus in Gallia mugitum dedit, & discissus ab alio est monte, cum hominibusque & ecclesijs in Rhodanum cecidisse fertur hoc in tempore. Anno itaque eodem, defuncto Pelagio, Iohannes III. eligitur. sedit annis 12. hic Iohannes restaurauit cœmeteria martyrum, & ecclesiam B. Apostolorum Philippi & Iacobi. Eodē anno Iustinianus obiit, qui iustissimus princeps fuit, & Ro. imperium reparauit. nam per Belisarium Persas debellauit, Africam liberauit de manibus Vandalorū, Italiam de manibus Gotthorū per Narsetem. Belisarius autē iussu Iustiniani duo hospitalia Romæ ex spolijs Maurorum & Africæ erexit, ad hæc multa alia munera S. Petro donauit, inter quæ crux aurea gemis ornata. A N N O deinde Domini 565. vrbis autem conditæ 1366. Iustinus iunior, Iustiniani nepos, genere Thrax, monarchiâ accepit, & xi. annis regnauit, habens vxorē nomine Sophiā. coronatus est ipse cum Augusta ab Eutychio patriarcha, & certè Iustiniano in nulla re similis fuit, auarus, improbus, rapax, deorum atque hominum contemptor habitus est. Hanc obrem cum totus auaritiæ & cupiditati inhæreret, libidine habēdi in insaniam vertitur, cuius vxor Sophia imperiū vsq; ad Tiberij secūdi tēpora gubernauit. Per idē tēpus misit Iustinus

Pelagius
mortur.

Miracula
de Iudæis.

Iohannes
papa 3.

Iustinus II.
imperator 58.

Iustinus Iulianum magistrum ad Aretham regem Indorum. Enarrabat Iulianus cum Iulianus ma-
redisset, quòd Aretha rex quando eum suscepit, nudus esset, habens in lumbis cinctu- gister.
ram & linea vestimenta auro contexta. Circa ventrem verò portabat vestimēta scissa, Arethæ re-
margaritis preciosis conferta, habens in brachijs quinos circulos, & aureas armillas gis ornatus.
in manibus, in capite autem pannum gemmatum, habentem ex vtroque ligamento
fibulas quatuor, & in collo torquem aureum : & stabat super excelsum solium vela-
tum petalis aureis, stansque desuper ferebat scutum parvissimum deauratum, & du-
as lanceolas aureas : & senatus eius omnis aderat cum armis, canentes modulationes
musicas. Introductus ergo legatus Rom. cum adorasset, iussus est ab eo erigi, & addu-
ci ad se. Cum autem accepisset imperatoris * sacrum, osculatus est signaculum, sus-
ceptisque donis gauisus est valde. Porro cum legisset epistolam, inuenit vt se armaret
contra regem Persarum, & eius regnum vastaret : quod protinus fecit, tenensq; cap-
ut Iuliani, dedit ei pacis osculum, dimisitque eum multis donatū muneribus. Nar-
ses autem patricius erat vir sapientissimus, in fide Christi catholicus, in pauperes lar-
gus, recuperator ecclesiarum, in vigilijs & orationibus assiduus : intantum vt victori-
am magis credatur oratione obtinuisse, quàm armis. Hic quum superata gente Got-
thorum, Italiam iam per multa tempora securam tenuisset, Ro. per inuidiam accusa-
tionem aduersus eum direxerunt Iustino Augusto in sui imperij initio, sed & Sophiæ
vuxori eius, dicentes : Melius esset nobis seruire Gotthis, quàm Græcis, vbi Narfes ca-
stratus imperat, & nos seruitio premit, & modò sanctissimus princeps hoc nescit. Aut
igitur libera nos de manu eius, aut certè ciuitatem Romanam & nosmetipsos genti-
bus trademus. Audiens hæc Narfes, scripsit ad Augustum : Si malè feci cum Ro. malè
inueniam. Sed Augustus ira commotus, in Italiam misit Longinum Narseti succes-
sorem. Sophia quoque Augusta inter alia verba. Rom. scripsit de eo : Ponam illū ca-
stratum in gynæcio, vt pensâ distribuatur ancillis, & cum eis fileat. Ad quæ Narfes fertur
respondisse : Talem ei ordiar telam, vt quandiu vixerit ipsa Sophia, nō possit pertexe-
re. & quàm primùm Longinum in Italiam venire intellexit, secessit Neapolim vrbem
optimè de se meritam. Ea in vrbe cum aliquot fuisset menses, ad Alboinum regem
Longobardorum sibi amicissimum misit, suadēs vt Pannoniam, quod vlti antea com-
pertum erat, semper nouis barbarorum incurfibus expositâ, linqueret : gentem Lon-
gobardam traduceret in Italiam, terram omnium orbis terrarum primariam, & cu-
ius possessio illos etiam nolentes ad imperium sublimaret. Intelligens hæc Iohan-
nes vrbis Romæ episcopus, qui merita Narsetis de Italia vrbeque Roma nouerat, sen-
sit ingratiissimum & simul periculofum, talem virum spernere. Accessit Neapolim,
& à Narsete viro omnium miratissimo facillè, quod voluit, impetrauit. Venerunt nanque
ambo Romam, & populus Ro. honores Narseti cupiēs meritos exhibere, eum & Ba-
silium gentis patriciæ Romanum, consules declarauit. vnde & tunc conatus est secre-
tò Narfes per nuncios & epistolas Alboino persuadere, vt sese in Pannonia retine-
ret, sed tardè venit. Per id tempus S. Medardus & S. * Childaledus gemelli fratres,
vna die leguntur geniti, vna die ad scholas missi, vna die presbyteri ordinati, vna die
episcopi consecrati, & ambo vna die defuncti. A N N O salutis nostræ 552. cum iam
Clodomir, Theodoricus, ac liberi eius decessissent, Childebertus vastatis agris Cam-
paniæ, moritur : & quia liberis carebat, omnia ad Clotarium peruenērūt. Habuit au-
tem Clotarius inter cæteros filios vnum, Cranium dictum, de vxore Cusenna, qui Pi-
ctauis grandem contra patrem coniurationem fecit. Id sentiens pater, eum persequi-
tur, quem filius in Britanniam fugit cum vxore & liberis. fit bellum ingens, & pugna
commissa, cæcis multis Britonibus, Cranium cum vxore & liberis capitur : Cranium pa-
ter in scamno per listorem alligatum, cremari cum vxore & liberis duobus iussit.
Cranium merita poenæ affecto, pater accepti à Deo beneficij memor, in Franciâ re-
uertens, ad diui Martini sepulcrum se contulit, muneribusque templo placato, petit
præteritæ ætatis sibi offensas dimitti. nec mora. Sueffionem repetit, moxque ad feras
venandas animum intendit. vbi dum cursu clamoreque supra quàm rege dignum
est, curiosius oblectatur, morbum contrahit : quo languore, cum annos vnum &
quinquaginta imperasset, absumptus est, assistentibus quatuor filijs, Ariperto, Gon-
tranio, Chilperico atque Sigiberto, qui funus prosequentes, regio more in Sueffio-
num ciuitate sepeliunt. A N N O salutis nostræ 563. filij Clotarij regnum diuidunt.
* Theoberto, quòd prior natu esset, Parisiorum regnum, Gontranio Aureliano. Diuisio re-
gum, Metensium Sigiberto obuēnit, Chilpericus Sueffionum adeptus est. Theo-
ber-

Rom. Nar-
seren accu-
sant.

Narfes Al-
boinum in
Italiam al-
licit.

S. Medardus
& S. Childaledus
gemelli fratres,
vna die leguntur
geniti, vna die ad
scholas missi, vna
die presbyteri ordi-
nati, vna die
episcopi consecrati,
& ambo vna die
defuncti.

Cranium
Clotarij
filius.

Diuisio re-
gni Franciæ.

Aripertus rex. bertus, qui & Aripertus, nulla re insignior fuit, quàm Machouex & Merofidis stupro, quas Nigebrida eius vxor seruitio habebat, quarum gratia Nigebridam abiecit, nec pellices deseruit, licet à pontifice Germano admonitus & execratus esset. Verùm paucis diebus vtraque, vnà cum filio quem altera ediderat, repentino obitu perierunt, sed nec diu superstes Theobertus fuit. Sigibertus verò rex duxit vxorem Brunehildem filiam regis Hispaniæ, puellam pulchram & ingeniosam. & quia Arriana erat, in nomine S. Trinitatis eam baptizari curauit, ex qua filium suscepit Childebertum. Eo tempore S. Columbanus ad Sigibertum venit. Gontranius autem quam benignior natura fuerit, petulantia tamen atque libidine Theoberto non dissimilis erat. Nam præter virgines prostitutas, alienas etiam nuptias, spretis legitimis vxoribus, inquinauit. Ita scribit Robertus, de quo tamen in sequenti generatione aliud videbis. Chilpericus verò rex duxit Andoueram vxorem, quæ peperit ei tres filios. duxit & alias nonnullas. Videns autem fratrem Sigibertum regali coniugio sublimatum, sororem Brunehildis Galsundam in coniugium petijt, promittens perlegatos, omnes alias vxores se dimissurum. qua desponsata, & cum multis thesauris accepta, cui cum Fredegundis quædam, forma insigni puella, inseruiret, insolens ea mulier in Chilperici se insinuauit amorem, regemque ita blanditijs deprauauit, vt odio habitam Galsundam, non foederis nuptiarum memor, laqueo per noctis silentium strangularet. Deinde cum Chilpericus in exercitu esset contra Suenos fratri auxilium laturus, & Andoueram vxorem imprægnatam domi reliquisset, illa filiam peperit. erat tum Fredegundis præsens, curauitque quòd quasi necessitas posceret Andoueram propriam filiam de baptismo leuare. redeunte autem rege, ait Fredegundis: Non licet te decætero Andoueram habere vxorem, quia impedimentum cognationis interuenit. filiam enim propriam de sacro fonte leuauit. Hæc loquēti Fredegunda rex sanctè iurat, si ita compertū haberet, se eam vxoris dignitate donaturum. ingredienti palatium Chilperico Andouera occurrit, congratulans ob natam filiã. At rex exulceratus animo: Abi, inquit, imprudens mulier, quæ tua me insipientia à tuis nuptijs exclusisti. nec multò post, pontificem qui baptizasset, ire in exilium iubet. Andouera verò vnà cum filia intra ecclesie septa vitam agere compulsi, designatis, quantum ad annuū alimentū satis esset, prouentibus. pellicem mox Fredegundã in suis ambitiosis malis vxorem accepit. Deinde Chilpericus Sigibertum fratrem persecutus est, & irruentibus in eum, Cacanno duce, Hunnis, Chilpericus in Rhemos ad Sigibertum spectantes incurrit, & in potestatem recepit. verùm fugatis Hunnis, Sigibertus victor reuertens, Sueffionum agrum cepit, Theobertum filium Chilperici captum abducit. Sed non multò post intercessione patris & fide data liberatus est, sed fidem frangens rex, bellum redintegrat, cuius ilico pœnituit. nam inferior factus, condiciones pacis quas Sigibertus voluisset accepit. Clodoueus Chilperici filius similiter Sigibertum damnificat, sed mox repellitur. bellū postea Chilpericus Sigiberto mouet infestis signis. quo pacato, nonnulli partium Chilperici ad Sigibertum deficiunt. hac re per nuncium accepta, Chilpericus suis desperans rebus, Tornacum vnà cum Fredegunda & liberis se recepit. cognita fratris fuga, Sigibertus fugientem insequi pergit, ciuitatem milite circūdat. eo metu fractum animo regem cum intellexit Fredegunda, vocatos ad se clam duos ad negocium promptos, magnis pollicitationibus allicit, in castra Sigiberti se conferant, regemque interimant. recepto negocio, securi sui satellites in familiam regis Sigiberti se insinuāt, Sigibertum paulò post confodiunt. ad regis necem tumultu per castra exorto, sicarij interficiuntur. Hæc Robertus Gaguinus. Alij scribunt quòd post multa strenuè facta, de quibus in generatione sequenti, per Sigibertum Chilpericus contra imperatorem exercitum vsque ad Rhenum duxit. Sigibertus hoc videns, assumptis gentibus quæ sunt vltra Rhenum, Chilpericum fratrem cum Fredegunda & filio vsque Tornacum fugauit, & fecit vt Franci suæ partis eum regē eligerent. sed cum Parisijs cum exercitu contra S. Germani monita ad persequendum fratrem exiret, Fredegunda solita fraude duos subornauit, qui venientes ad Sigibertum, & cum eo amicè loquentes, incautum occiderunt, vbi & ipsi occisi sunt. ita moritur rex per insidias foeminae, qui multa peregit strenuè, vt in sequenti dicitur generatione, dum regnasset annis 13. At fratris obsequijs debita religione absolutis, Chilpericus Brunehildem Sigiberti vxorem, quæ filiu Childebertum Parisijs habebat, Rothomagum exulare cogit, recepta ingenti pecunia quæ penes eam erat. Causa exilij fuit, quòd Childebertum filium, ne in Chilperici potestatem

tem perueniret, Gundebaldi ducis ministerio, fune per fenestram missò, ad Metenses deferri mandauerat. Meroueus filius Chilperici, Brunehildem duxit vxorem: qua re indignatus Chilpericus, filium renitentem à Brunehilde Parisium abducit, quem haud multò post Fredegunda, consentiente patre, occidit. reliqui filij omnes sunt mortui, puta Chilperici. Chilpericus multa post in Childebertum machinatus est, sed frustratus. Natus est post hæc Chilperico ex Fredegunda Clotharius, cuius exoritur tanta latitia Chilpericus excepit, vt recludi ergastula & custodias laxari, emissis inde vinculis, mandauerit.

GENERATIO XX.

Venerunt autem in Italiam Longobardi, rege eorum Alboino duce, anno Domini 570. ab vrbe verò cõdita 1321. in quo vigesima incepit generatio. Tunc autem seu paulò antè per Italiam apparuerunt signa in cælo, scilicet igneæ acies, sanguinem humanum, qui postmodum effusus est, significantes, & de vestibus quorundam verus sanguis effluxit, domus etiam cuiusdam adpersa sanguine apparuit, & signa in vasis quæ non potuerunt abluui. tantæ etiam pluuiæ inundauerunt, vt humiliora loca plurima submergerent. Alboinus itaque in Italiam à Narsete inuitatus, licet pœnitentia Narsetis ductus dehortaretur, non desistit, sed omnino proficisci constituit, magna tamen vsus est prudentia. Nam relinquere volens Pannoniam, ne, si aliqua ingrueret necessitas, sibi præcluderetur reditus, illam Hunnis nunc amicis concessit precario inhabitandam. qui Hunni (vt supra dictum est) Attilæ reliquæ, multa acceperunt incõmoda, & tandem præter spem vel suam vel eius qui concessit, Alboini sedes sunt nati, in quibus ab eo tempore in nostram vsque ætatem floruerunt, nullatenus inferiores vel gloria vel diuitijs alicui gentium Scythicarum. In hoc verò feliciores, quòd soli ex omnibus, prouinciæ quam obtinuerunt, suum dedere nomen. Pro Pannonia enim postea Hungaria est dicta, vt Blondus vult. Pius verò ait Hungaros adhuc in vltiori Scythia esse, quorum filij in Pannoniã venere, & Hungariam à se nominauere. Nec verò Alboinus reditui solùm prospexit, sed violentiæ cauit. Nam vt munitior iret in Italiam, 20. millia Saxonum amicos sibi adiunxit, qui omnes vxores filiosque cum supellectile carris impositos duxere: insuper ad fœtus suscipiendos equarū boumq; armenta, ac innumeram animalium multitudinem cibo mortalium suffecturam. Fuit verò ea migratio, populis alijs etiam, accommoda. Clotarius nanque & Sigibertus reges Francorum, Suenos ad Rhenum sedentes, in deserta à prædictis Saxonibus loca Germaniæ transtulerunt, qui nec illos, nihil mali de se meritos, delere vellent, neque in Galliarum partibus sibi vicinis coalescere æquanimiter tolerabant. Decedentes igitur Longobardi Pannoniam, per Noricum, quæ prius Bauaria, nunc autem dicitur Austria, peruenerunt Liburniam: dicta prouincia Foriliuij, oppidoque Foroliuio cum ipsa prouincia per incolarum deditionem potiti, ad Plauem fluuium confederunt, Tunc Sisulfum nepotem suum Alboinus Foroliuio præfecit ducem. Præerat tunc ecclesie Aquileiensi Paulus patriarcha. Is muro vrbs diffusus, cum clero sanctorumque reliquijs & sacra supellectile migravit in insulam. Præerat etiam Taruisinæ ecclesie Felix episcopus, vir vita integer & doctus. Is ciues suos Alboino regi reconciliauit. Eo tempore Longinus imperatoris legatus apud Rauennam manens, *Cesaream muniuit, & Venetis vrbibus præsidia imposuit. Non erant tunc in Italia armatorum copia, sed vrbes à suis magistratibus regebantur. Coeperunt autem tunc vrbs Roma & Italia nouam habere gubernationis formam, ex qua dignitatem, gloriam & apud orbem terrarum timorem magis amiserūt, quàm omnibus ex illis calamitatibus, quæ eos centum & sexaginta annos attriuerunt, atque aliquando Romam fecerant relinquere habitandam. Longinus nanque nouum in Italiam introduxit dignitatis nomen, Exarchatus Italiæ, id est, summus magistratus. & Rauennæ se continens, nunquam iuit ad vrbem Romam. In administratione verò Italiæ & vrbium hunc primus seruauit morem, vt nō prouinciæ aut regioni præesset præses, sed singulæ vrbes à singulis regerentur magistratibus, quos appellauit duces, parem itaque faciens vrbem Romam alijs vrbibus vel oppidis, hac vna in re illam honorauit, quòd impositum tunc magistratum, præsidem appellauit: sed qui successerunt, sunt appellati duces, vt postea per multos annos sic Romanus appellaretur ducatus, sicut Narniensis, Spoletanusque est dictus. Neque post Narsetem & Basilium, vel consules Roma habuit, vel senatum legitime coactum, sed duce Graculo homine, quem exarchus ex Rauenna mittebat,

res Romana per multa tempora administrata est. Profectus inde à Plauē fluuio Alboinus, vrbes Longini praesidio firmatas declinauit, & primā Venetæ regionis urbem adiit Vincetiam, qua, & paulò post Verona, deditibus se populis, potitus, nullos habuit labores in capiendis cæteris vel urbibus vel oppidis Venetæ regionis. Deinde Mediolanum duxit, eamque urbem deditam, Honorati episcopi suasionibus, breui capit. Sperauit enim Honoratus hoc modo suauitiam barbarorum mitigari, sed contrarium euenit. Deinde Genuam se contulit. Sed ea dimissa, contra Papiam castra posuit, cui vrbi Longinus quicquid habebat egregij militis, praesidio imposuerat. Ea tempestate fames vniuersam fatigauit Italiam, vt populi vltro se dedentes, cibum quererent. Relicta igitur parte exercitus ad Papiæ oppugnationem, reliquos misit ad Italiam inuadendam. ducta verò est primùm in Hetruriam expeditio, & vrbes oppidaque capta maiori vastauerunt crudelitate Longobardi, quam antè aut postea alias afflixerint regiones Italiae. deinde Ariminum capiunt. Roma tunc sustentata est, misso per Iustinum ex Africa frumento, & pariter oppida quæ in fide manserunt, adiuta sunt. Alboinus Papiam triennio obsessam capit. vouerat autem omnes Christianos gladio se perempturum. licet enim tunc Longobardi baptizati essent, idola tamen colebant, ac simulacra viperæ venerantur vt deum, à quo errore B. Barbarius Bencuentanus episcopus eos amouit, & dictum viperæ simulacrum in pulcherrimum calicem commutauit. Capto igitur Ticino, id est, Papia, cum introisset per portam S. Iohannis à parte Orientis, equus super quem sedebat, fixus stetit in medio portæ, ita vt nec verberibus moueri posset. tunc vnus ex Longobardis ait regi, Memento rex quid vouisti, & frange tam dirum votum, & ingredieris. verè enim Christianus populus est in hac ciuitate. renunciauit voto, ac mutauit mentem, & continuò se equus mouit, & sic ciuitatem intrauit. Tunc omnis populus, data pace, ad eum tandem cucurrit. Alboinus itaque omni penè Hetruria & Arimino ac cisalpinæ Gallie partibus à Bononia Papiam vsque omnibus, excepto Brixello, potitus, Veronam se contulit, in qua vxorè reliquit, disponens in ea constituere regni sedem. Ibi verò conuiuio exhilaratus, Rosimundam vxorem ea patera bibere compellit, quam ex patris ipsius Chunimundi quondam capite à se occisi, in poculum redigi fecit, dixitque vxori, vt latè biberet cum patre suo. Insedit hæc iniuria mulieri, atque vlcisci statuit. Helmechildus erat Longobardus forma præstans, & in armis ferox, qui puellam in obsequio Rosimundæ insistentem deperibat. quod cum nō ignoraret regina, effecit vt puella se illi in concubitum daret. Id cum puella recusasset, regina ancillam monuit, vt adolescentem vocaret clanculum: quo veniente, mox abiret. Re vt iusserat cōstituta, induit regina ancillæ vestes, & in designatum confedit locum: venit ad horam adolescentens, ac voluntatem adimpleuit. Volentem abire interpellat regina, ac detegit se non esse ancillam. Causam autem facinoris exponit. Aut, inquit, regi accusatus peribis, aut eo obtruncato, Longobardorum regno, & hoc ipso amplexu, perpetuò fruëris. Tunc verò victus, licet inuitus, ramen aggreditur facinus, Alboinum quiescentem, & ad primum vulnus resistere conantem, occidit. eo ad funus maximis Longobardorum lachrymis elato, annis est Rosimunda Helmechildum declarare regem. Necdum verò assentire voluerunt Longobardi, sed aliquandiu reginæ comminati, arma in illam constituunt. vnde sibi timens regina, fide publica à Longino habita, quicquid pecuniarum & reginæ suppellectilis habuerat Alboinus, imposuit nauibus, & Alsuindam filiam secum ducens, adulterumque, Athesi in Padum sunt delapsi, & in Adriatico nauigantes, Rauennam applicuerunt, vbi à Longino magnis accepti honoribus, aliquot menses quietissimi fuerunt, multa interim machinati, vt Longobardi Italia pellerentur. Francorum autem reges, Longobardorum egrè ferentes potentiam, Saxonibus persuaserunt, vt relicto Italiae seruitio, in patriam remearent: quod Saxones libentissimè amplexi, peregerunt anno 574. vt infra dicitur, quod huc referendum est. Interea Longinus forma mulieris aurique cupiditate accensus, illam pertentauit, vt Helmechildum maritum de medio tolleret, atque sibi iungeretur, fore vt regnum Italiae obtinerent. Sperauit, si eam habuisset vxorem, rex fieri Longobardorum. Præbuit Longino assensum impudicissima inconstansque muliercula. Factum est vt quadam die cum Helmechildus de balneo veniret, illa sibi poculum veneno infectum porrexit, dicens: Si hoc biberis, magnam salutem inde consequeris, qui cum biberet ac venenum esse sentiret, apprehenso gladio, Rosimundam per capillos tenuit, & venenum quod remanserat, illam bibere coegit: sicque diuino iudicio, ambo perierunt

Alboini successus.

Alboin⁹ Papiam potitur.

Patera ex cranio Chunimundi facta.

Rosimundæ machinatio in mortem mariti.

Occiditur Alboinus.

Dignus ad ulcero & ad ulcera interitus.

perierunt veneno. Iustinus imperator inter hæc octauo imperij sui anno pedibus cepit infirmari, qua de re assumens comitem excubitorum Tiberium, adoptauit in filium, & successorem declarauit suum: & merito certè, cum in homine ea ornamenta essent, quæ in optimo principe requiruntur: clementia, iustitia, pietas, religio, sapientia, constantia & perpetua fortitudo. Mortuus est deinde Iustinus cum regnasset annis II. in amentia, & scribunt quidam quòd in hæresim Pelagianam incidit, & ideo iusto Dei iudicio sensu perditò, cum amentia vitam finiuerit. ANNO igitur Domini 576. vrbs verò conditæ 1327. Tiberius Constantinus genere Thrax, imperium accipiens, coronatus est ab Eutychio patriarcha, regnauitque annis vij. Qui mittens adduxit Anastasiam vxorem suam, & coronauit eam. in eius coronatione acclamatum est: Anastasia, tu vincas, salua Domine quos iussisti imperare. Hoc audiens Sophia relicta Iustini, animo perculsa est: nesciebat enim quòd haberet vxorem, volebatque ipsa nubere Tiberio, & manere Augusta. Tiberius iste cum præfesset palatio, adhuc viuentem Iustinum, & thesaurum quem malè congregauerat, pauperibus distribueret, Sophia Augusta vehementer eum increpasse fertur, dicens: Quod ego multis annis congregaui, tu in modico tempore expendis? Cui ille ait: Confido in Domino quia pecunia non deerit regali fisco. Hic Tiberius cum primam imperialem coronam accepturus esset, eumque in circo populus iuxta consuetudinem expectaret, quidam aduersarij insidias ei parauerunt, & Iustinianum nepotem Iustini sublimare voluerunt. Ille autem prius loca sancta perambulauit. Postea vocans ad se pontificem vrbs Eutyrium cum consulibus cæterisque honoratis, palatium intrauit: & induens se purpura, coronamque sibi imponens, sedit super sedem imperialem, & cum magnis laudibus in gloria regni est confirmatus. Quod videntes eius aduersarij, magna confusione sunt cooperiti. Iustinianus verò post paucos dies venies, proiecit se ad pedes eius, & vt gratiam eius haberet, quindecim centenaria auri dedit ei. Ille vt semper fuit patiens, suscepit eum, & iussit in palatio semper manere. Exeunte autem Tiberio, vt per 30. dies iocundaretur cum suis ad vindemiam, Sophia Iustinianum clam vocauit, eumque in regnum sublimare quæsiuit. Hoc audiens Tiberius, festinanter Constantinopolim redijt, apprehensamque Sophiam omnibus suis rebus expoliari, dimittens ei tantum vnde viueret: & tollens omnes pueros eius, de suis fidelibus fecit: præcipiēs, vt nullus ex his ad Sophiam amplius attenderet. Iustinianum vero solum verbis corripuens, intantum eum postea dilexit, vt filiam suam filio illius promitteret, rursumque filiam eius filio suo expeteret, licet ad effectum non perduceret. Hic quoniam multas elemosynas quotidie fecit, multas diuitias à Deo habuit. quadam enim die deambulans per palatium, vidit in pavemento petram, in qua sculptum erat S. Crucis signum, & ait: Cruce Domini frontes & pectora nostra signare debemus, & ecce sub pedibus nostris eam calcamus. vnde iussit eam auferri. quæ cum leuaretur, inuenerunt aliam simili modo signatam. cumque & hanc subleuari iussisset, apparuit tertia. hanc quoque cum leuassent, inuenerunt plus quam mille centenaria auri. de quo multa largitus est pauperibus Christi, anno eius imperij primo. ANNO deinde sequenti, hoc est, 577. postquam Armeni fidem Christi receperunt, moritur Iohannes tertius, ac in basilica B. Petri sepelitur. Quo anno Narses quoque Romæ moritur, cuius corpus in locello plumbeo positum est, & cum multis diuitijs Constantinopolim est delatum, siue vt alij volunt, Neapolim, vir per omnia catholicus. Ad Chilpericum redeo. Nigunda (alij Inguldis) Chilperici soror, Hermegildo Gottho nupta, qui Hispaniæ cum patre Hengildo vel Lemugildo imperabat, virum Arriana impietate deceptum, tum sua tum Leandri sanctissimi viri opera, ad rectæ fidei regulam reuocauit. qua re per Gonsalam ad regem Lemugildum delata, Hermegildum pater Dominicæ resurrectionis die in ergastulo securi trucidauit, progressusque ad malitiam, multis persecutionibus affecit Christianos, cuius vt suauitiam fugeret Nigunda, Hispania excedere, & ad Francos proficisci tentauit. In itinere verò à militibus Santinis, quos aduersus Gothos Mauricius imperator in armis habebat, cum filio deprehenditur. Illa dum ad Mauriciū ducitur, in cerore confecta mulier interijt, filius Constantinopolim ad Mauriciū ductus est. Chilpericus grandi exercitu coacto in Hengildum mouet: fiunt vtrinque cædes, sed Gotthorum longè plures: quibus abundè satiatus, & ingenti præda onustus Chilpericus, domum se contulit. Erat autem Chilpericus homo perfidus, nec in homines tantum, sed & in Deum iniquitatè meditatus est: de diuina siquidem Trinitate ita credi voluit, vt non tres in illa discretas personas, sed vnam consisteret,

Mors Iustini secundi.

Tiberius ij. IMP. 59.

Tiberij pietas.

Thesaurus inuentus.

Nigunda regina captur.

Chilpericus maliciosus rex.

retur, quam patris interdum nomine, interdum filij, interdum spiritus sancti, sacra littera designarent. De qua perniciosissima heresi ad pontificem atque in primis Gregorium Turonensem, litteras dedit, ut quae idoneos sui erroris testes adhiberet, Hilariū & Augustinum in hac parte confirmat esse. At Gregorius homo sanctitate spectatus, regem admonet, caueat Dei indignationem tanta impietate prouocare, nec religioni conuenire, Augustinum & Hilarium contrarium sentire. ægerimē tulit rex Gregorij responsum, à pontifice igitur, inquit, de hac re consilium capiemus. sed cum reliquos omnes repugnatos sentiret, in sententia non perstitit. Tradunt authores, Chilpericum, cum Græcè Latineque non mediocriter eruditus esset, ad litteras nostras insuper tres Græcas addidisse. Et quo magis regis huius efferatissimos mores, inquit Robertus, stupeas, sequentia attende: Cum Dacus quidam accusatus de certo crimine à Sanstrio duce, in carcere iussu regis teneretur, quia scilicet admissus ad captiuū in carcerem erat sacerdos confitendi gratia, inconsulto rege, necari protinus iubet eundē. Nec finis erat malorum Chilperici. legem fert, singulos qui vineas vel possiderent, vel colerent, pendere quotannis in usum regis vini amphoram, cui tributo legendo Marcus quidam apud Aquitanos quaestor positus, dum pensionē superbè exigit, à Lemonicibus occiditur. Chilpericus quadam die parans se ad venationes, in cubiculum Fredegundis ingressus, cum eam quietis causa decumbentem vidit, virgula seu tenui bacillo Fredegundē à tergo ludens percussit, quo ictu non conuersa, sed putans Lendaricum (alij Landricum) esse, qui palatio præerat, Lendarice, inquit, ut quid me feris? huius uxorem Chilpericus stuprabat. hoc responso percussus rex, de adulterio Fredegundem accepit, atque ita leuandi mœroris causa venatum pergit. Fredegundis mox sensit offensam regem: quare veritate sibi stupri suspicio animo sederet, mulier multis homicidijs insignis, Lendaricum vocat, remque indicat, ut sepulcrum cogiter. turbatus ille, & præsentem sibi adesse mortem non dubitat. Vna, inquit Fredegundis, res est, quæ nos à periculo eximat: solet à venationibus nocte reuerri rex, agē impiger facinorosos quosque & sanguinarios pecunia sollicita, qui per insidias Chilpericum perimant. hoc pacto mortem superabimus, & regno potiemur. Secutus Lendaricus, sicarios in insidias locat. hi, ut conuenerat, regem inter tenebras adoriuntur atque interimunt, atque noctis beneficio defensi, perpetrato homicidio, clamant Chilpericum interfectum esse, & quasi homicidij expertes ipsi essent, Chilbertum auctorem homicidij vociferantur. aulici assensus equis, huc atque illuc discurrunt frustra. rex ad diui Germani de pratis adē fertur ac sepelitur. Tam misero vitæ exitu Chilpericus regnum reliquit, homo impudens arrogansque, qui cum amicum neminem obseruaret, nemo illi amicus fuit. Epigramma eius tale extat:

*Chilperici ingenium et mores execrari debet,
Quisquis ad regendam rempublicam optimus accedet.*

At Iohanne tertio sublato de medio, creatus est papa Ix. Benedictus primus natione Ro. anno Domini 577. & sedit annis 4. Hic Pontifex B. Gregorium Leuitam ordinauit cardinalem, atque Anglicis prædicaturum misit. Erant tunc Anglici pagani ferè omnes, qui prius fuerant Christiani nonnulli, licet plures pagani, ut infra dicitur, quorum pueros ut fortè vidisset Gregorius adhuc in minoribus Romæ venales, & audisset esse paganos, dictos Anglicos, Benè, inquit, quia angelicam faciem habent. Accessit papam Benedictum, rogans ut in Angliam prædicatores mitteret pro conuersione tam pulchræ gentis, & ad hoc paratum se obtulit. Motus Benedictus, B. Gregorium cum benedictione illuc misit. Postquam autem Romani Gregorium missum intellexere, ægrè tulerunt, currentesque ad papam, dixerunt: Quid fecisti? S. Petrum offendisti quod Gregorium dimisisti. quibus permotus pontifex, celeriter eum reuocauit, & cum iam tres dies peregisset, ac die quodam in prato legeret, locusta libro insedit, ex quo Gregorius mox coepit sodalibus interpretari, se longius ire non posse, exponens, locusta, id est, in loco sta. & venerunt subito nuncij reuocantes illum apostolico cum mandato. Licet autem per se ire non posset, postea tamen per Augustinum eos visitans conuertit. Sub Benedicto quoque Hispani & Franci de pascha dissentiebant. nam Hispani xij. Kal. Aprilis, Franci verò xiiij. Kal. Maij pascha celebrabant. Sed Francos rectè celebrasse, per hoc diuinitus claruit, quod fontes sacri Hispanorum in S. sabbato paschæ ad baptizandum non sunt diuinitus repleti, ut in Francorum pascha repleti fuerant, ut dicitur infra. Eodem tempore Richardus rex Gotthorum cum esset Arrianus, in concilio Toletano 74. patrum conuersus est, & tota gens Gotthorum

Chilpericus ad litteras nostras tres Græcas addidisse fertur.

Fredegundis adulterium detegitur.

Chilperici interitus.

Benedictus Papa.

De Pascha controuersia

thorum monitis B. Leandri episcopi Hispalensis. Vnde Richardus rex ab Arriana heresi conuersus, totam Visigothorum gentem ad fidem conuertit, ita ut nullum in regno Dei hostem permitteret, de quo habetur 24. q. 1. c. 1. Obijt Toleti anno Domini 613. ut apud quosdam inuenio, & sic generatione sequenti. Interea apud Papiam conuenientes Longobardi, Clephem, aliàs Daphon, in suum regem crearunt: qui truculentissimus fuit, quia non solum in hostes, sed etiam in illos qui se spontè dedebant, saeuus fuit. quotquot enim in suam potestatem redegit vel Romanos, vel Italos, occidit. Tannetum opidum solo æquauit. Ille tamen Imolam ædificauit, ex qua Rauennates voluit exagitare. mittens verò in urbem Romam duces suos, omnes ciuitates & oppida quæ Alboino restiterant, cepit, excepto Tibure, atque Roma, quam tamen obsedit. Eo tunc Benedictus sollicitudine & dolore, quæ in calamitatibus urbis Romæ & prouinciæ Italiæ conceperat, moritur. Et Pelagius secundus patria Ro. in eius locum est electus, anno Domini 581. sedit annis 10. menses 6. Electus fuit autem absque decreto principis contra consuetudinem. nihil enim tunc à clero in eligendo pontifice actum erat, nisi imperator approbasset. sed Longobardis eo modo Romam prope modum obsidentibus, facultas mittendi Constantinopolim nulla fuit. Non autem erat tunc cuiquam dubium, quin Clephis captam Romam atque Rauennam obtinisset, nisi dolo vnus suorum maturè interfectus fuisset: sed quia etiam in suos tyrannidem exercuerat, factum est ut post eius mortem nullum Longobardi regem habere voluerint, sed vrbibus inter se distributis, 30. duces fecerunt, qui per Ariminū & Vrbium delati sunt in Umbros, & ea capta regione, Picentes, Pelignos, Marfos, Samnitesque peruasere. Campaniam omnem, & quæ usque ad Tibur ac Romam, subiecere. Potiti tam multis regionibus, in urbem duxere, & quod miraculum fuit, vno anno 30. tyranni omnia hæc gesserunt, maiora etiam inferentes damna captis vrbibus, quam tot per annos Heruli & Ostrogotthi. Basilicas namque & ædes sacras, omnem denique publicum ornatum demoliti sunt. Hoc in tempore filij Clotarij regis Franciæ nuper defuncti, ægrè tulerunt Longobardorum potentiam in Italia, utque minuerent vires eorum, Saxonibus suaserunt, ut relicta Italia in qua ferirent, in patriam se reciperent: quod cum Saxones aliquot annos facere distulissent, tandem ducibus Longobardis bello Campaniæ occupatis, alpes transcendere constituerunt. Id cum Longobardi rescissent, non vltra differendum rati, periculis occurrere statuerunt, quæ eos multa manebant, si res Galliæ spreuissent. Hinc petitas à Ro. inducias facile hi concesserunt, quibus iureiurando firmatis, duces vnum in vrbe veteri, alterum in Narnia dimiserunt, ipsi in citeriorem Galliam duxerunt. Taurino & Epiro dia ac oppidis quæ ad alpes pertinent, breui sunt potiti: deinde alpes transcendentes, facto prælio, multa Burgundionum millia interfecerunt. Longobardi ut sic magna ditati præda, in Italiam sunt reuersi. Interea considerans Pelagius pontifex non paruum sibi periculum ab imperatore imminere, si fortè copias mitteret in Italiam, eo quod se passus esset sine principis decreto eligi atque ordinari, statuit Gregorium diaconem cardinalem suo nomine mittere Constantinopolim, ut se à necessitate excusaret & expurgaret, ac alia quædam ageret ecclesiastica, & Romanæ rei præsidia operamque imploraret. Gregorius itaque vir optimus atque doctissimus veniens Constantinopolim, ubi ex sententia pontificis omnia peregisset, libros etiam Moralium in Iob composuit, & Eutyrium episcopum Constantinopolitanum, præsentem Augusto, disputatione conuicit, ut omnia quæ in libro suo de resurrectione conscripserat, retractare coactus sit: dicebat enim corpus nostrum in illa resurrectionis gloria vento aereque subtilius futurum, ob eam rem tangi non posse, contra illud Dominicum, Palpare & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere. & sic hunc errorem explosit. Infirmatus tum Tiberius, dum mortem sibi appropinquare sentiret, cum consilio Sophiæ Augustæ, Mauricium generum suum Cappadocem, ad imperium elegit, atque dixit: In mente habere ut rectitudinem & iustitiam semper ames. Hoc postquam dixit, de hac luce migravit, quem omnes populi multum planxerunt. Fuit enim summæ bonitatis vir, ad eleemosynas promptus, in iudicio iustus, discretionem cautissimus, nullum despiciebat, & quia dilexit omnes, ab omnibus est amatus. Hic cum temporibus Benedicti vastantibus omnia Longobardis, Roma fame laborabat, multa millia modiorum frumēri nauibus ab Aegypto dirgens, eam misericordiæ studio releuauit. Legitur quoque quod Narfes patricius in sua domo cisternam faciens, multum auri & argenti in ea recondidit, quod senex quidam Tiberio in-

Visigothorum conuersio ad fidem.

Clephis ij. Longobard. rex.

Imola ædificatur.

Pelagius ij. papa.

Triginta duces Longobardorum.

Saxones patriam repetunt.

Epiro dia

Error Eutyrii de resurrectione.

Luc. 24.

Mors Tiberij.

Aurei num-
mi genus.

rio indicavit, qui misit pueros suos cum prædicto fene, & cum aperiret cisternam, tantam pecuniam inveniunt, quod per multos dies vix poruisset deportari: quam more suo penè omnem pauperibus erogavit. Ad hunc Tiberium Hilpericus rex Francorum nuncios suos misit, ac multa dona obtulit. Tiberius verò aureos talos, quorum vnus solidus libram pensavit, & habebant ab vna parte figuram imperatoris, ac per gyrum scriptum, *Tiberij Constantini perpetuo Augusti*: ex altera parte currum & hominem super eum qui regebat illum, & ibi erat circumscriptionem, *Gloria Romanorum*, remisit. Et nequid ad integram eius felicitatem deesset, contra regem Persarum duce Mauricio exercitum misit: rediensque Mauricio tantam prædam cum xx. elephantis auexit, quantam nullus vnquam antea. ob quæ benè gesta dedit filiam suam Constantiam Mauricio coniugem, quem post hæc sibi quoque fecit successorem. Per id tempus Saxones reuersi iussu regum Franciæ in Italiam, Longobardos solito magis elatos offendentes, iterum emigrare constituunt, & ad Sigibertum Metensium regem foedera ineuntes, cum vxoribus filijsque & omni suppellectili Italia excessere. Interuenerat verò in foedere, vt eos ille rex Sigibertus in patrias restitueret sedes, optaueratque rex id facere, & Sueuis persuaserat, vt regionem partiri paterentur, vellentque æquo iure cum Saxonibus habitare. Saxones verò econtra contendere, patriam sibi totam, non dimidiam, ex foedere adiudicandam: & cum altercationibus res diu protracta esset, insititæ Saxones, vt si nollet rex aut nequiret Sueuos aliena deturbare terra, æquo ferret animo, si armis ipsi conquirent, quod tanta iniuria negabatur. Passus verò est ille Saxones in Sueuos ducere, neque interea desistit quærere pacem inter eos foederaque componi. Dedit eis Sueui duas partes, retenta sibi tertia duntaxat, sed nullis pollicitationibus Saxones poterant molliri. & ventum est ad prælium, in quo superatis & magna clade cæsis Saxonibus, mansit regio Sueuis. Idem asserit Aeneas Syluius post Blondum, licet inuenim qui contrarium scribat, tamen primum verius videtur: quam vsque ad ætatem nostram (vt scribit Blondus) Sueuiam appellant. sed hoc minimè verè est, quod scilicet regio olim Saxonum, hodiè Sueuia appelletur. Id autem verum est, quod Sueui manserunt in Saxonia, quorum hodiè super sunt reliquiae non contemnendæ, Sueuorum genus ac nomen referentes, prout in Speculo Saxonum cauetur, Sueuique appellantur. Postea rex proditoriè occidit, vt in præcedenti generatione habitum est. ANNO deinde à natiuitate Christi 583. ab vrbe condita 1334. Mauricius genere Cappadox, primus ex genere Græcorum adeptus est imperium. regnavit annis 21. Hic secundo imperij sui anno consul appellatus est, & multos thesauros vrbi donauit. Eo in tempore Gregorius Gordiani apud Constantinopolim fuit, & præter curatâ optimè rem Ecclesiasticam, rei etiam Romanæ & Italiæ subueniri apud Mauricius imperatorem contendit. nam Pelagius pontifex ex vrbe Roma cum per literas & nuncios sæpe fecit certiorum, quo essent loco res Romanæ, quantisque à Longobardis afficerentur incommodis: id indicat epistola huius tenoris: Pelagius episcopus Gregorio salutem: Omnia quidem que necessaria fuerint, per Horatiū tibi curauimus indicari, quia tantæ calamitates nobis à perfidia Longobardorum illatæ sunt contra suum proprium iusturandum, vt nullus possit referre. Promisit autem nobis Sebastianus episcopus, necessitatem & pericula totius Italiæ pijsimo imperatori narrare. Tractate igitur pariter, quomodo possitis nostris periculis obuiare, quia ita coangustata est nostra Respub. vt nisi Deus principem inspirauerit, in omni sumus angustia destituti, quia maximè Romanæ partes omni præsidio sunt vacuæ, & exarchus scribit nullum nobis posse remedium facere, quod nec ad Rauennæ partes possit sufficere. Multa alia in hunc modum scripsit Pelagius. Tandem Gregorius ipse, & quos miserat Pelagius oratores, à Mauricio impetrauerunt copias parari, quibus cum Smaragdus vir patricius alter exarchus Longino successor missus esset, venit ilico Smaragdus in Italiam, cum quo Gregorius Rauennam applicat. Interim Feroaldus vnus ex Longobardis ducibus, Classense oppidum tenens ac Rauennam, vexauit Longinum exarchum. Dotrula verò Sueuus, vnus ex 30. ducibus Longobardorum, ad Longinum defecerat, eo quod intellexisset Longobardos agrè ferre Sueuorum victoriam aduersus Saxones, quasi Francos fortiores faceret victoria Sueuorum. sibi ergo timens, accessit Romanis. hunc Dotrulam Smaragdus aduersus Feroaldum armavit. Inde Feroaldus captus & occisus est cum copijs suis omnibus, & multæ cinitates ad Smaragdum defecere. quo metu compulsi Longobardi, x. anno post mortē Clephis, regem

Feroaldus
dux.

Dotrula
Sueuus.

regem creauere filium eius Antharim adolescentem, cui duces dimidiam pecuniarum suarum partem tradiderunt. Hic Antharis mox Brixellum obsedit, in quo Dotrula erat, qui cum amplius resistere non posset, dedito oppido, Rauennam nauigauit, Antharis Brixellum solo æquauit. Antharis deinde confirmandi regni studio primus cum Smaragdo exarcho induciarum constituendarum fecit mentionem, qui libens consensit. non enim satis confidebat posse nouo potentissimoque regere resistere. Fuerunt autem induciæ vniuersales inter Longobardos & Romanos per totam Italiam. Eo tunc Smaragdus Germanum Constantinopolitanum præfectum Romam misit, cum quo & Gregorius Leuita domum redijt. respirauerat enim aliquantisper Romanus populus. sed noua mox calamitas exorta est. Tiberis mense Octobri vrbs moenia aliquibus in locis superauit, Italia fame oppressa est, & pestilentia ingens maximum absumpsit populum. visaque sunt elementa in Romanæ vrbs & Italiæ excidium coniuirasse, vbiq; per Italiam aquis latuerunt campi. deinde aquis terra destituta, limo nihilominus mansit obducta, fætaque putrefacta sunt. Inde pestis inguinaria secuta, qua vi multa hominum millia infra paucos dies interierunt, ex qua peste Pelagius papa defunctus est anno imperij Mauricij vij. Pelagio autem defuncto, acclamante clero, senatu, populoque Rom. vno omnium consensu Gregorius papa nominatur. Ille honorem declinans, indignū se tanto sacerdotio protestabatur. at vbi totius populi viderit instantiā, imperatori Mauricio, cuius filiū de sacro fonte leuauit, scripsit, adiurans eum & multa prece deposcens, ne populi decreto consensum præberet: sed præfectus vrbs Germanus, Deo volente, cum electionis decreto direxit: quo accepto imperator inire gauisus est, moxque consensum præbuit, ac decretum firmavit. Interca dum principis præstolatur assensus, lues ipsa grauissimè populum deuastabat. Congregata ergo multitudo, populum ad poenitentiam inuitauit Gregorius longo sermone. Inter alia, Reuoceus, inquit, ante oculos mentis quicquid errando commisimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus: præueniamus faciem Domini in confessione, nullus de immanitate iniquitatum suarum desperet, scientes per prophetam dixisse Deum, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Proinde fratres charissimi, cōtrito corde & correctis operibus, crastina die primo diluculo ad septiformem litaniam deuota cum lachrymis mente veniamus: nullus vestrum ad terrena opera in agros excat, nullus quodlibet negocium agere præsumat, sed ad sanctæ Dei genitricis Ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, omnes simul mala facta ploremus. Igitur dum maxima multitudo omnis sexus atque ætatis iuxta præcepta ipsius conuenisset, diuino iudicio intantum ipsa lues desauit infra vnus horæ spatium, dum plebs vocem ac supplicationem emitteret, vt octoginta homines ad terram corruentes, expirarent. Sed nequaquam desistit facundissimus doctor ipse, populum exhortans, ne ab oratione cessaret, donec miseratione diuina pestis ipsa quiesceret. Dicebatur autem septiformis litania vel processio, quia Gregorius statuit per ordines septem procedere debere. In primo ordine antecedeabant clerici, in secundo monachi, in tertio sanctæ moniales, in quarto infantes & pueri, in quinto virgines, in sexto viduæ & continentes, in septimo omnes coniugati & reliqui. & dicitur tunc pestis aded ingrauata, vt stertendo aut oscitando solum homines spiritum exhalarent. Vnde ortum habet, quod dicitur, Deus te adiuuet: vel quod signum crucis fiat. Interca remittit Mauricius imperator nuncios, qui Gregorium confirmarent, cogentque hominem sanctissimum pontificatus gubernacula in tanta perturbatione rerum suscipere: quo intellecto, egredi vrbum voluit, sed non poterat palam, clam mutato habitu syluas requirit, in quibus dum summa solitudine ab omnibus quæreretur, indicio columnæ super se iugiter è cælo dependentis agnoscitur, capitur, trahitur, & apud Ecclesiam principis apostolorum consecratur. Suscepit igitur vit sanctus gubernacula Reipub. Christianæ, licet inuitus, anno Domini 591. seditque annis 13. menses sex, & quia adhuc pestis Romam vastabat, more solito processionem cum litanijs per circuitum ciuitatis paschali tempore prosequi mandauit, & imaginem B. Mariæ virginis ante processionem portari ordinauit. Hæc imago dicitur adhuc esse in ecclesia S. Mariæ Maioris, depicta à Luca euangelista medico & pictore egregio. Cum autem deferretur imago, tota aeris infectio & turbulentia imagini cedebat, quasi præsentiam illius ferre non posset. Tunc iuxta imaginem (vt fertur) audire sunt voces angelorum canentium, *Regina celi laetare, alleluia* &c. statimque Gregorius addidit: *Ora pro nobis Deum, alleluia*. viditque Gregorius super castrum S. Angeli, quod tum dicebatur Crescentij, vel

Antharis
rex Longo-
bardorum.

Gregorius
pontificatū
renuit.

Pestis ma-
xima.

Ezechas.

Septiformis
litania.

Gregorius
primus pa-
pa.

Pestis fedatij, vel moles Adriani, angelum, qui gladium euaginatam cruore detergens, in vaginam reposuit: ex quo sanctus vir intellexit finem adesse pestis, prout experientia postea edocuit. Gregorius itaque non sibi ipsi, sed vtilitati hominum ac honori diuino consulens, quem certè ob religionem ac pietatem rebus omnibus semper antetulerat, spretis opibus, posthabitis voluptatibus, atque omni ambitione & potentia, ita vixit, vt vsque ad tempora nostra neminem ex successoribus parem habuerit, nedum superiorem vel sanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina & scriptis. nam & librum de sacramentis composuit, & Antiphonarium tam diurnum quàm nocturnum, & commentarios in Ezechielem, in Iob quoque allegorias edidit, & libros quatuor dialogorum & Pastorem. Instituit quoque, vt introitus caneretur, & alleluia. eius quoque inuentum est, vt nouies Kyrie eleison cantaretur. Idem quoque in canonem redegit, *Diesq; nostros in pace disponas.* præterea verò supplicationes maiores, quas Græci *Αραχίας* vocant, instituit: stationum quoque magnam partem. Ne verò vlla in re vir sanctissimus ecclesiæ deesset, synodum habuit apud S. Petrum anno 595. quatuor & viginti episcoporum, qua certè multa sustulit quæ nocitura, multa etiam addidit quæ profutura fidei nostræ videbantur. Misit & anno sequenti viros optimos in Britanniam, hoc est, Angliam, Augustinum, Melitum, & Iohannem, & cum his monachos probatissimæ vitæ, quorum monitis & prædicationibus, fidei nostræ dogmata primum integrè post Lucij fundamenta ab Eleutherio iacta, receperunt. Tum quoque Gregorius ad Theobertum regem Austrasiæ, & Theodoricum eius fratrem regem Burgundiæ, & Brunehildem eorum auiam, dum Augustinum ad Anglos fidei Christianæ doctrina imbuendos mittit, scripsisse legimus, vt haberent legarum apostolicum commendatum, secundum Robertum Gaguinum. Rediere etiam Gothi Gregorij opera ad vniouē catholicæ fidei. Sub hoc Gregorio tunica Domini, super quam milites sortem miserunt, apud urbem Zaphath in arca marmorea inuenitur.

Inducijs interim, quas Smaragdus Italiæ exarchus cum Anthari rege constituerat, expletis, misit ipse Longobardus exercitum in Istriam Liburniæ continentem: tantisque cædibus & rapinis eam afflixit, vt multis auri millibus Istri pacem redimere sint coacti. Antharis postea expugnata vrbe Comò, circa lacum Larij, Francilione Romano duce pulso, ingenti thesauro ditatus est. Auçtus his opibus Antharis Longobardus, Childebertum Francorum regem per legatos pacem orauit, ac sororem illius in vxorem sibi dari petijt. Spondit Francus. sed cum Richardus Hispanorum rex eandem puellam peteret, mutauit sententiam, dicens, Longobardum idololatriam, Richardum autem Visigothum catholicum. Paulò enim antè filius * Lemugildi Visigothorum regis * Helmegildus, ad prædicationem Leandri Hispanensis episcopi, ab Arriana hæresi conuersus est, quem propterea pater in carcere iugulauit, Leandrum verò insectaturus, paulò post ægritudine laborans, pœnitentia ductus, Leandrum vocauit, & impetrata venia peccatorum, rogauit vt talem faceret * Richardum, qualis erat Helmegildus, moriensque Richardum regem reliquit, qui horrante Leandro, 72. episcoporum synodum apud Toletum coegit, in qua Richardus cum gente sua, abdicata Arriana hæresi, catholicam fidem complexus est, & filiam Childeberti accepit vxorem. Hoc facto, Antharis Garibaldi Bauarorum regis filiam Teudelindam accepit vxorem. Childebertus autem non contentus sororem Longobardo denegasse, in socerum quoque eius Garibaldum furere cœpit, illumque inopinatè aggressus, Bauaria expulit. Is cum fratre Gundobaldo in Italiam fugit ad generum Antharim, cui tunc filiam nuptui tradidit: suscepit cum Antharis cum gaudio in campo Veronensi. Eratque ibidem inter alios Longobardos Agilulphus dux de ciuitate Taurinensi, futuri ominis causa. Childebertus Bauarorum regno potitus, in Longobardos ducebat exercitum, eo quòd Mauricius imperator quinquaginta millia solidorum ei miserat, vt Longobardos de Italia pelleret. venit in Tridentinos agros, prædas egit, ac Longobardos tentare cœpit aduersus regem, vt eo oppresso, xxx. duces rursus instituerent, cui aliqui consenserunt. sed tandem veritus Francus, ne debilitatis Longobardis, imperator nimis suam potentiam auget, dimisso Anthari & postergata fide, redijt in Franciam: post cuius recessum & Antharis apud Ticinum veneno (vt dicitur) extinctus est. video tamen, ab Francorum historicis longè aliter illa & in Childerici & in Childeberti mentione scribi. Tum Longobardi in futuri regis electione discordes, tandem conuenere, vt ille regno potiretur ex Longobardis, quem Teudelinda sibi virum eligeret. illa Agi-

Teudelinda Longobardorum regina.

la Agilulphum Taurinensem ducem, bellicosum adolescentem, forma decorum, sibi maritum, & Longobardis declarauit regem, de quo fatatum erat. Agilulphus initio regni captiuos, quos Childebertus ex Tridentinis abduxerat, redempturus, missis Agnello episcopo & Ennio duce Tridentino, pacem ab eo obtinuit. Fertur tunc Brunehildis Francorum regina mulier pijsima suis pecunijs captiuos redemisse. Peropportunè autem eam pacè nactus est Agilulphus: nisi eam tunc impetrasset, nunquam potuisset compefcere duces suos: at pace hac habita, constituit eos qui Anthari fuerant rebelles, duces punire. Minulphum insulæ S. Iuliani ducem, primum interfici curauit. hoc intelligens Gandulphus Bergomi dux, exemplo territus, Bergamo se clausit, sed prudenter rex missis ex gente amicissimis, Gandulpho reconciliatus est, vt datis obsidibus obedire promitteret. sed & Vlsarim Taruisinum ducem res nouas molientem persequitur, capit, atque in vincula coniecit. Per id verò tempus Mauricius Smaragdo Italiæ exarcho dederat successorem nomine Romanum, moribus & natione Græcum, attributis ipsi copijs, cum quibus Longobardos pelleret. Romanus itaque Patanium, montem * silicem, Mantuam & Cremonam muniuit copijs, & vrbis Romæ quieti consulturus, ad illam se contulit. Exercitu autem quem secum ex Rauenna duxerat, Romæ adauçto, intendit receptioni vrbium, quas Longobardi post constitutas à xxx. ducibus inducias occupauerant, recepitque æstate vnica Sutrium, * Polimartium, Hortam, Tudertum, Ameriam, Perusiam, Luceolum, & complura oppida ac castella. Exarchus Romanus post tantarum vrbium recuperationem in omnia vitia est prolapsus, occultè cum Longobardis sentiens, nec permisit Ro. cum hostibus inducias habere, nec eos defendens. Mauricius etiam imperator corruptus, legem edidit, vt qui militiæ Romanæ esset adscriptus, nisi finita militia, aut debilis effectus, Deo militare non posset. De primo scribit Gregorius ad Firmiensem episcopum in hæc verba: *Quæ autem de amici nostri domini Romani persona patimur, loqui minimè valemus, quia eius malitia in nos gladios Longobardorum vicit, ita vt benigniores videantur hostes qui nos interimunt, quàm reipub. iudices, qui nos rapinis & fallacijs consumunt.* Sed & Mauricio imperatori Gregorius resistit, scribens: *Ad hoc potestas super omnes homines datur, vt cælorum via latiùs pateat, vt terrestre regnum cælestifamuletur. & ecce lex fertur, vt qui semel in terrena militia signatus sit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus, Christo militare non debeat.* Ad hæc per me seruum vltimum suum & vestrum respondet Christus, dicens: *Ego de notario comitem te feci, de comite Cæsarem, de Cæsare imperatorem. sacerdotes meos tibi commisi, & tu à meo seruitio milites tuos subtrahis? Requirat (rogo) dominus, quis prior imperator hanc legem dedit.* Tunc quoque alius non minor emerfit Gregorio labor. Cum enim Iohannes Constantinopolitanus episcopus in superbiam elatus, nuper synodum Græcorum fecisset, in qua se *ὀικουμενικόν* vniuersalem ecclesiæ præsidem appellare conatus est, propter quod Pelagij pontificis auxilio B. Gregorius prædictum Iohannem sæpe monuit, & acquiescere renuicentem pari sententia multauit, mandans omnibus episcopis, ne vnquam Vniuersalis prophanum nomen aut scriberent, aut susciperent. Sed ad hæc Mauricius Gregorium monuit per epistolas, vt pacem cum Iohanne haberet. Cui respondens Gregorius, ait: *Ecce clausus regni cælestis haud dubiè Petrus suscepit, cui cura rotius ecclesiæ & principatus committitur, & tamen vniuersalis apostolus non vocatur: & vir sanctissimus Iohannes coepiscopus meus, vocari Vniuersalis episcopus conatur? O tempora, o mores, ecce in Europæ partibus barbarorum iuri sunt tradita oppida, destructæ vrbes, euersa castra, nullus terram cultor habitat, sed sæuiunt quotidie in necem fidelium cultores idolorum, & tamen sacerdotes vanitatis sibi nomina expetunt, & nouis ac prophanis vocabulis gloriantur. Nunquid ego in hac re domine causam propriam defendo, & non causam omnipotentis Dei, causam Ecclesiæ vniuersalis? Ecce multos Ecclesiæ Constantinopolitanæ in hæreseos voraginem cecidisse nouimus sacerdotes, etiam hæresiarchas factos. illè non minùs coercendus est, qui sanctæ Ecclesiæ vniuersali iniuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit: ecce omnes de hac re scandalum patimur. ad vitam rectam reuertatur author scandali, & omnium sacerdotum iurgia cessabunt.* Interea dum ea in conflictatione esset Gregorius, moritur Rauennæ Romanus exarchus. missusque est ei successor à Mauricio ex Constantinopoli Gallinicus, quartum exarchatus gerens magistr-

Romanus exarchus.

Mauricij impietas.

Gallinicus 4. exarchus.

gistratum. Fuit verò Gallinicus & à rapinis temperans, & belli contra Longobardos cupientissimus: principio tamen à motibus temperavit, & vt copias compararet, & res Italicas pridem desertas repararet, qua ratione Gregorij suasionibus inducias cum Agilulpho rege constituit. Speravit enim pontifex rem Ro. Italicamque posse restitui. Hinc prudenti foemina Teudelinda scipis dialogorum libros, quorum lecti-
 one religiosa mulier mentem animumque religioni addixit. Et Agilulphus rex cum gente Longobarda ab omni idololatria ac hæreseos spurcicia se abdicauit. insuper Agilulphus rex bona ecclesiarum, quæ à Longobardis vbique tenebantur, dimitti intacta curauit, donationesque ecclesijs fecit. Sed & Childebertus rex Franciæ, Brunehildis matris monitis, vitam moresque composuit. Hinc Bauaria, quam tyrannicè tenebat, relicta, regem in illa Tassillonem instituit, cum quo id solum egit, vt Sclauos gentem Danubio accolam & idolis seruientem persequeretur, donec fidem susciperet Christianam. Tassillo Sclauorum intrans regionem, magnas prædas abegit. sed Bauari paulò post Cacanni regis Sclauorum copijs circunuenti, ad internecionem quasi sunt cæsi. Interim Cacannus alter, siue illius fortunis, siue regni spe excitatus, Francos, è Pannonijs egressus, adoritur, quòd Brunehildis vt muliebrem animum, ita vires infirmas putaret. sed barbarum illa multis prælijs ita fatigauit, vt accepta pro præda pecunia, in Pannonias redire coactus sit. Vbi Mauricius imperator Hunnos vltra Danubium Pannonijs pellere aggressus, multa tum per filium suum Theodosium ac socerum Germanum legatos prælia feliciter gessit, adeò vt Cacannus rex Hunnorum, quoties congressus fuit, inferior recesserit. Pannoniæ tunc pro imperatore sunt receptæ, & nisi felicissima essent tunc vsi ignauia, Hunni ad internecionem cæsi fuissent. sed ad Sclauos delati, salutem ab illis suppliciter orauere. protexerunt eos Sclaui primùm, sed postquam considerauerunt quantam belli molem susciperent, ipsi à finitimis, quibus etiam Mauricij imperatoris suspecta fuit potentia, præsidia implorauere. His illi assensu, & in fœdera præcipites ruunt Franci, Bauari & Longobardi. Sclaui verò tantis ausi sociorum regum fauoribus, vnà cum Hunnis arma præparant: & videntes clausam Pannoniam armis Mauricij, retro sunt conuersi. Hortatus nanque est eos Agilulphus, ostendens paratam esse in Istris prædam ingentem. nam ob inducias inter se & exarchum constitutas, quiescerent, nullis muniti præsidijs. Itaque irrupentes improuisi in Istrum Sclaui & Hunni, omnes eius regionis agros populati sunt. Agilulphus propter eam sociorum ac regum potentiam superbiens, in suos quosdam duces, qui pridem sibi rebellauerant, animaduertit. Sed & Longobardi, qui Beneuentani erant, inducias violabant. Zotho enim dux Beneuentanus monasterium Cassinense inuasit, & ad solum vsque destruxit. Clades illa fuisse videtur, quam, Gregorio teste, sanctus Benedictus futuram prædixit, affirmans vix potuisse ex eo loco animas à Deo impetrari. Sed Zothone paulò post defuncto, Arrigis dux Beneuentanus surrogatur ab Agilulpho, ad quem pro restauracione B. Gregorius plura scripsit. Sed nec Romæ tunc pepercerunt Longobardi. nanque Arnulphus Hetruriae dux in agrum Romanum delatus, illum vsque ad vrbs moenia depopularus est: & quia coloni pacis fiducia in agris erant, multi capti sunt, in Francia venundati pro seruis Gallinicus verò exarchus Longobardorum iniurias iniquo ferens animo, cladem vlcisci statuit, & Parmam inuadens, ea breui potitus est, filia Agilulphi regis cum Godescalco marito in oppido capta. hanc suscepit Agilulphus ex priore vxore filiam. At Agilulphus amissa vrbs & captorum filia tunc prægnantis & generi dolore incensus, iram exercuit aduersus transpadanas vrbes, quæ in Ro. semper partibus manserant, Rauennati que paruerant magistratui. duxere primùm Longobardi in Patauium, quæ tunc erat sine muris valentibus, in qua omnia tam publica quam priuata ædificia ex materia lateritia asseribusque erant constructa. id cum cernerent Longobardi, ventos nacti, ignita iacula iniecerunt, vnde vrbs pars maxima est cremata, tandem dedita. Habuere hoc cum Padua commune malum vicini. Quia verò Gallinicus exarchus magnis nunciabatur copijs adesse, Agilulphus Cremona & Mantua intactis, Veronam & inde Ticinum est reuersus, ad omnes Longobardos mittens, auxilia postulauit à Sclauis Longobardisque ducibus, vt ipsi ad prima veris signa adessent Mediolani, imperauit. Interea Gallinicus Rauennæ obiit, creatusque ab imperatore iterum exarchus Smaragdus, ad Italiam nauigauit. Erant autem Romæ ante Gallinici obitum ab imperatore missi, Gregorius præ-

Teodelinda pietas.

Tassillo Bauarus.

Brunehildis virtus.

Hunnorum noua seueritas.

Arrigis dux

Smaragdus exarchus 5.

præfectus & Castorius magister militum, ambo Græci: habebant ij milites paucos, sed præstantes, qui sub Theodosio contra Hunnos conflixerant, ad mille veteranos, quos à ducesuo, Theodosiacos Romani appellauere. Tanta autem erat Mauricio in rebus Ro. negligentia, tanta auaritia, vt debita militibus stipendia nollet persoluere. quidquid verò ab Ro. poterat abradi, id insuper Rauennam deferri curabat. quare pontifex operæ & præsidij militum necessitatem in vrbs Romæ custodia considerans, publica ecclesiasticaque frumenta illis diuisit. Et paulò post præfecto ac magistro militum in prætorium vocatis, de pace faciendâ interrogauit, audiens * Arnulphum Hetruriae ducem id exposcere. præfecto autem ac magistro militum, quibus pericula vrbs ante oculos versabantur, pacem constitui laudantibus, scripsit pontifex Smaragdo exarcho atque Iohanni Rauennati episcopo in hæc verba: Destituta in omnibus est ciuitas, si pacem non habet, quomodo subsistet? milites stipendia non accipit, nec ad custodiam sufficit vrbs. Smaragdus verò, fortè quòd aut sine iussu principis paci noluit assentiri, aut spem ponens in armis, nihil Gregorio respondit. Quare pontifex videns vrbs summo in periculo, præfecto ac magistro militum hortantibus, pacem cum * Ariulpho constituit. Misit verò tunc ad Mauricium imperatorem Smaragdus Nordulphum. quendam Longobardum perfugam, quo exarchus ipse conatus est omnem negligentiae culpam in pontificem Gregorium rejicere, tanquam pax inter Ariulphum ac Romanos facta, vires Longobardorum adauerit: & tamen paulò post diffidens rebus, pacem ipse cum * Agilulpho constituit, per quod fœdus Parmam vrbs reddidit, exinde regis filia generumque dimisit. Nordulphus interea venit ad imperatorem, quo audito, Mauricius gratissimū habuit, cam sibi oblatam causam, cuius obtentu visus est sibi ignauiter tutata Italia notam abolere. Hinc ira in pontificem exarscens, milites qui Romæ erant, Narnia & Perusia præsidijs adiuncti, & ne pontificis autoritas alicuius momenti foret in posterum, Theodosiacos milites aliosque præcepit bellum in Hetruscos * Ariulpho subiectos, innouare, nec tamen Ariulphus bellum in Ro. egit, sciens id pontificis opera non fieri, & quòd Agilulphi potentiam augere non curauit. Interea Agilulphus Longobardorum rex, audita Mauricij cum pontifice & Romanis dissensione, spem concepit Roma & Italia potiundi. vnde licet Teudelinda intercederet, nihilominus cum Sclauis adessent à Cacanno rege eorum missi, Longobardique duces vt erant iussi, Mediolani conuenirent, rex magnis comminationibus Ariulphum ducem compulsi, vt bellum vndique innouaret. Tunc Ariulphus regis imperio victus, perfidia in pontificem Romanosque est vsus. nanque improuisos aggreditur, bello indicto inuasit Balneum regium, ac Vrbs veterem occupauit. Paulò post Agilulphus traductis Pado copijs, Hetruriam est ingressus. quæ cum Romæ essent nunciata, ilico pontifex & magister militum prætorie in vrbe relicto, Nepe sum accesserunt, & confirmatis regionis incolis, præsidia singulis addidere. Agilulphus cum equitatu aduolat tanto impetu, vt parum abfuerit quin pontifex magisterque militum fuerint intercepti. Ob-

Roma obli-

detur.

Gregorij & Mauricij conuicia.

ui do-

Malchus
episcopus.

ui dominorum indignatione affecti sunt, qui pariter mecum in tribulatione fuerunt, & post laborem pariter tribulantur. Mauricius verò imperator, ne aliquid omittet, in quo famæ sancti viri detraheret, eum in simulavit necesse in custodia Malchum episcopum, qui in furto deprehensus erat. Ad quæ respondens Gregorius, scribit Sabiniano: Vnum quod te oramus, inquit, suggeras imperatori, quia ego seruus suus si in mortem Longobardorum me miscere voluisssem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comitem haberet, atque in summa confusione esset: sed quia Deum timeo, cæde cuiuslibet hominis me miscere formido. Malchus autem episcopus neque in custodia fuit, neque in aliqua afflictione, sed die qua causam dixit, subito mortuus inuentus est. Igitur dominantibus per omnem Italiam Longobardis, dum veniret Agilulphus in partes Romanas, B. Gregorius de aduentu eius intantum territus est, vt ab expositione Ezechielis, vt ipse testatur, cessaret, in quo lamentabiliter inter cetera scribit: Quid est quod iam in hoc mundo libeat? vbi que luctus, vndique gemitus, destructæ vrbes, euerfa castra, depopulati agri, in quibus nullus agricola, nullus in vrbe habitator remansit, alios in captiuitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. ipsa quæ aliquando mundi domina videbatur Roma, qualis sit conspiciamus. vbi senatus? vbi iam populus? omnis denique in ea ordo extinctus est.

Saraceni Sicilia vastat.

In eodem quoque tempore, quo Romam Agilulphus per annum obsedit, Saraceni Arabes Siciliam ingressi, omnem maritimam oram, vt antè quædam Orientis loca, prædanti, incendio quoque vastauerunt. Scripsit propterea Gregorius vniuersis Siciliae episcopis, vt ad redemptoris Christi remedia se referentes, quibus nequirent virtute resistere, lachrymis obuiarent. Tum & Sclauis Istriæ imminabant, qua de re scripsit idem vir sanctus prouinciæ episcopis in hæc verba: Equidem de Sclauorum gente quæ nobis imminet, & affligor vehementer, & turbor: affligor in his, quæ in vobis iam patior: conturbor, quia per Istriæ aditum iam in Italiam intrare coeperunt. A Sclauis his, Istria Sclauonia est dicta. Venerunt autem Sclauis ex regionibus trans Danubium sitis, nec tamen ea loca reliquerunt, sed manserunt eorum reliquæ Bohemi & Poloni, Blondo authore, licet historia Bohemica Bohemos ac Polonos dicat ex Dalmatis ortum habere. Credo ego * distribuenda esse tempora, & concordabit scriptura. Vandalis quoque eiusdem linguæ cum Sclauis fuisse traduntur, qui sub Genferico fuere, quorum adhuc reliquæ in Germania appellantur Vindelici, Saxonibus contermini. sed ego arbitror in hoc errari. Nam Vindelici sunt Augustenses, à duobus fluminibus ita dicti, Vinda & Lico, nec contermini sunt Saxonibus. vnde puto Vuendos, qui subsunt Marchiæ Brandenburgensi, reliquias Vandalorum superesse. Per hoc quoque

Vuendi.

Aquileien. schisma.

tempus Seuerus patriarcha Aquileiensis in hæresim lapsus est, cui hortantè Gregorio ac Iohanne Rauennate episcopo renunciauit, tamen postea redijt ad vomitum, præsidio (vt fertur) imperatoris. Cuius pseudoepiscopi pertinacia est factum, vt Aquileiensis Ecclesia in duas sedes sit diuisa. Seuerus namque defuncto, Iohannes à Sisulpho Foroliuiano Longobardorum rege apud Aquilegiam, & Candianus in Venetis apud Gradum à pont. Rom. in patriarchas ordinati fuere. Annus interim obsidionis Rom. vrbs exactus est, quo in anno Agilulphus rex nunquam efficere potuit, vt Arrigis (de quo supra) Beneuentanus dux, Longobardorum aut in castra iret, aut subiectis imperatori & Romam fouentibus, bellum inferret. tenebat verò Arrigis, quidquid vetusto nomine Campania est appellata, præter Neapolim & Puteolos. Exinde quidquid vrbium à Rauenna in Sipontinam vrbem, & vltra ad oram maritimam quidquid in Italiæ ambitu ad Neapolim situm est, & à Siponto Nuceriam, inde in Lucanos, in Salentinos, Calabros, Brutiosque habetur, imperatori tunc parebat: vt non sit dubitandum, quin potuerit vbi Romæ atque Italiæ imperator subuenire, nisi mala illi mens fuisset. itaque Agilulphus postquam nullam potiendæ Romæ spem reliquam vidit, quippe quæ diuino magis quam humano auxilio seruabatur, obsidione soluta, in Hetruriam, deinde Mediolanum reuersus est. ANNO Domini 586. Chilperico rege Francorum per insidias mortuo ope Fredegundæ, vt dictum est, suis fortunis ipsa

Gontranus Clotarij tutor.

timens, se cum opibus omnibus ad ædes B. Mariæ Parisiensis tanquam ad asylū transfert. deinde cum esset ab antistite liberaliter excepta, Gontranum Aureliæ regem per nuncios orat, sibi filioque tutor assit: nec tardat Gontranus, susceptaque tutela, per vrbem ac regnum Clotarium ferri iubet, atque in æde diuæ Mariæ populo vocato: Viri, inquit, Parisienses seruate stabilius in me fidem, quam in fratrem habuistis, vt & meum nepotem in pace educare, & vos iustitia moderari possim. ad hæc lætus populus, prin-

principis humanitatem fidemque laudauit, salutē ei imprecatus. His noui regis motibus Gondoaldus qui spiam Clotarij se filium dicens, procerum sibi Francorum animos conciliauit, quibus fretus, regni, vt paterni, portionem repetit. Sed interceptis primū nuncijs, alios mittebat, qui veluti pacis aures, oliuæ ramos gestantes, regem ad eunt, regni partem postulant, armis suis & Childeberti vindicandam. Gontranus verò legatos ludibrio habitos, equorum rapru distendi iussit. immane certè, qui ius legationis tam sacrum violarit. Vastata diu Britannia à Saxonibus, multæ partes, multi que principatus erant in Anglia, quo & de regibus, si qui fuerint, pauca scribimus, & quæ quisque princeps gesserit in tam vario rerum omnium tumultu, obseruari non potest. Atque hoc Gregorij tempore pacata parumper insula, rursum amplexa est pietatem sub Eteberto, ad quem Gregorius scripsit. ab Augustino baptizatus est ille. Habebat Britannia regulos tum sanè multos. sed regni hæres Sicobertus ab Eteberto relictus est, hinc Egebertus, is fratris filios patre extincto necauit pueros. huic successit frater Lotharius, qui in bello contra Saxones occubuit. post eum Edricus Egelberti filius, deinde Egebertus alter, Etebertus, Egfridus, Cudredus, Vadredus. Quo tempore Saxones Britanniam denuo infestarunt, superatoque Vadredo, regnum tenuere Vuestofaxones, è quibus est Cadualdus rex, qui regno deserto, Romam pietatis causa profectus, Petri nomen assumpsit sub Sergio pontifice, id quod & suo successor huius fecit. Vuestofaxonibus ab Offa Anglo superatis, inde Dani, noua pestis, huius regni partem, quæ Scotiæ confinis est, inuasert. Verum erat tum è regibus Anglorum Cadualdus fidei desertor. E Vuestofaxonibus memoratu dignus Egbrutus, qui suorum regnum ampliauit, & cum Danis pugnavit feliciter. horum temporum rationem in Carolū Magnum referas velim lector. Sub Gregorio & Mauricio, in Nilo Aegypti flumine visa sunt animalia humana forma vir & mulier vsque ad lumbos, qui ad iurati per Deum, à mane vsque ad nonam se videndos dederunt. Vir erat pectorosus, rufa coma canis permixta. mulier mammillas habebat cesarie proluxa. nudi erant. Per superiores dies constitutum inter Gontranum atque Childebertum erat de conuentu habendo, ad quem Gontranus cum venisset, accepta lancea, extremum eius ad Childebertum extendens: Hoc, inquit, indicium tibi esto chare nepos, regni te mei hæredem fore: & nunc quidem totius gentis atque vrbium potestatem committo: tu enim & alter meus nepos Clotarius tantum superestis, quibus hæc optimo iure conueniant. Hoc dicto, apprehensum dextra seorsum Childebertum deducit, primò illum monet, tacitus quæ dicturus sit seruet, deinde docet, quos ad gerenda regni negocia admittat, quos item rejiciat, caueat à Brunehilde matre, à Gillone præterea Rhemenfi præfule. His dictis, redijt. absolutis rebus, concilium dimittit. Gontranus multis in regno fortiter perfectis, anno xxx. regni sui moritur, & Cabillone Burgundiæ ciuitate in monasterio S. Marci, quod extructum magnis prouentibus cumularat, sepultus est.

Anglorum principes & reguli.

Vuestofaxones.

Monstra visa.

Conuentus Gontrani & Childeberti.

Childebertus Francorum rex.

Fredegundæ mors.

Adepto Gontrani regno Childebertus, Fredegundam necis paternæ consciam, persequi statuit, contra quam, Landerico reginæ partes tuente, infeliciter pugnavit, nec longè post moritur vnà cum vxore, non sine veneni suspitione. Fuere ei liberi duo. Theodebertus maior natu, Metense imperium, cui Austrasiæ appellatio erat, adeptus est, quod Campaniæ superioris partem continens, ad Alemanos vsque protendebatur, Austrasia vocata, quod Austracus rex, vel (vt alijs placet) Auster eam incoluisset. Theodorico Burgundia obuenit. Hi sunt reges duo, ad quos & ad Brunehildem eorum auiam, Gregorium papam, dum Augustinum ad Anglos mitteret fidei causa, scripsisse legimus. Hos reges Fredegunda cum filio Clotario bello petijt, sed non multò post defuncta est, & in sepulcro Chilperici regis sepulta. Longa postmodum inter reges Clotarium, Theodebertum & Theodoricum concertatio fuit, nunc victor Clotarius, nunc victus. Exortum quoque bellum est inter fratres. sed & Brunehildis agrè tulit, quod Theodebertus eam ab se relegauerat. Erat inter aulicos Theodoricus Protadius Italus, qui cum Brunehilde stupri consuetudinem (vt credebatur) habebat. Hoc Protadio freta, Theodorico persuadet, Theodebertum thesauros patris abstulisse, quorum partim hæres ipse esset, simulque Theodebertum ait ex alieno concubitu fuisse susceptum, & ex horum lano prognatum. Talibus frequenter animatus Theodoricus, requirit partem suam à fratre, & frustra: quare mouet bellum, in quo variæ pugne habitæ ancipiti victoria. Tandem Theodorico fortuna cessit, fraterque per Metenses fugiens, Coloni-

G g g Ioniam

Ioniam peruenit. Traditum est, tam confertos milites eo pralio concurriffe, vt sedentes in equis vulneribusque saucij, dilabi ab equis, turba digladiantium impediante, non possent. Theodoricus cognita fratris fuga insequitur, omnia in itinere perdens. Regionis verò incolæ illum conuenientes, orant pacem, se dedentes. Respondit ille, se veniam aliter nulli daturum, ni fratris caput ad se perferant. Igitur illi Coloniam pergunt, Theodebertum adeunt, gladioque caput illius amputatur, & per ciuitatis muros ad Theodoricam projicitur. Ad hæc Theodoricus urbem ingreditur, regnum Austrasia cum thesauris omnibus accepit. Mox rebus ex sententia compositis, duos Theodeberti filios occidit, & formosissimam puellam abduxit, eamque in coniugium accipere voluit, quod Brunehildis impediuit, dicens nefarium esse filiam fratris vxorem ducere. Ob id iratus rex: Nonne, inquit, dixisti mihi quòd frater meus non esset? quare me fratrem perimere compulisti? Hæc loquens, Brunehildam occidere tentauit, sed ope aulicorum euasit, nec differt crudelis mulier vltionem, potionem lœtiferam conficit, quam Theodorico per ministros idoneos dum è balneo egrediebatur, offert: quo veneno epoto, repente interijt. Alij tamen profluuio alui eum obiisse scribunt.

Theodeberti
to caput
fra
ter amputat

Theodorici
interitus.

GENERATIO XXI.

SVb Mauricio imperatore anno imperij illius xix. sub Magno Gregorio anno Domini 600. ab vrbe condita 1351. incepit vigesima prima generatio. Anno sequenti, qui fuerat imperij Mauricij decimus nonus, postquam varijs affectisset B. Gregorium iniurijs Mauricius, apparuit ei vir quidam monachico indutus habitu in foro Constantinopolitano, spatham manu tenens, per forum discurrens, imperatorem gladio periturum, omnibus pronunciauit. Quod Mauricius audiens, à tyrannide Gregorio inferenda sese continuit: & iudicium diuinum tanto magis timuit, quanto Gregorium non credidit posse mentiri, qui aliquando per epistolas similia comminatus fuerat. Compositasque scripto preces eidem Gregorio, & ad omnes patriarcharum sedes, ad omnes ciuitates & monasteria, cum cereis & pecunijs transmisit, & vt pro peccatis suis intercederent, supplicauit, hoc potissimum deprecans, vt hic, & non in futuro, quæ meruit, reciperet. Cumque hoc vehementius per multa postulasset tempora, quadam nocte dormiens, vidit apud æneam palatij portam se coram populo imagini saluatoris assistere, & vocem terribilem ex eadem audire, dicentem: Date Mauricius. & capientes eum iudiciorum ministri, statuerunt ante imaginem saluatoris. Cui eadem vox: Vbi vis reddam tibi mala quæ fecisti, hic ne, an in futuro? At iller respondit: Amator hominum Domine & iudex iuste, hic mihi potius quam in futuro tribue. Et iussit diuina vox tradi Mauricius & Constantinam vxorem eius & filios & omnem cognationem, Phocæ militi. Euigilans ergo Mauricius, vocauit ad se generum suum Philippicum, quem dudum de affectatione regni habebat suspectum. Philippicus timens, vxori propterea Gordiæ valedicens: sciebat enim se imperatori suspectum, communionem insuper sacramenti suscepta, ad palatium ingreditur, & ad pedes imperatoris prouoluit. Cui assurgens imperator, ad pedes generi corruit, dicens: Ignosce mihi propter Deum, quia peccaui in te. nunc enim certissimè noui, quia nihil peccaueris in me, si quem verò scis in agminibus nostris Phocam, dicito mihi. Philippicus secum cogitans, dixit: Vnum Phocam cognosco, qui nuper ab exercitu procurator constitutus, tuo contradicebat imperio. est autem iuuenis temerarius, attramen timidus. Tunc Mauricius ait: Si est timidus, tunc homicida est. & narrauit illi somnium. Porro imperator poenitentiam quidem tenuit, sed à cupiditatibus vsque adeo non recessit, vt exercitum in periculosis locis hyemare, & victum ab extraneis iuberet cum periculo quærere apud Sclauos, ne alimenta publica manducarent. Quod cum exercitus intelligeret, dixisse fertur, Imperatori non obedire, scænum est: obedire autem, scæuissimum. moxque ad seditionem conuertitur, Phocamque super clypeum exaltatum, proclamant exarchum. deinde fugato Theodosio filio imperatoris & Germano socero, commoto deinde graui tumultu Constantinopoli, Mauricius murata veste cum vxore & filijs noctu Dromonem conscendit fugiens. Phocas ab exercitu imperator salutatus, Mauricius apud Chalcedonem capite truncat. verum Mauricius patienter infelicitatem sustinuit, Deum in omnibus inuocans, & crebro pronuncians: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Hæc Iohannes diaconus.

Philippicus
Mauricij
gener.

Mauricij
cædes.

Psal. 118.

ANNO

ANNO igitur Domini 604. Phocas ad militiam prouectus à populo procurator factus, ad vltimum verò, viuente adhuc Mauricio, ab exercitu ad imperium electus est non sine virtutis opinione. Romam imperatoris nuper electi & Leontia Angusta imagines missæ, publico cleri, senat us, & populi Romani consensu, in sacro Cæsarium oratorio locatæ sunt. Et pontifex Gregorius Phocæ principi per literas congratularus, voluit vt memor esset, gentium reges dominari seruis, Imperatores Romanos liberis. paulò post Phocas mitti ad se Romanæ sedis diaconum cum magna humilitate postulabat à Gregorio. Ob hoc Gregorius rescripsit: Considerare cum gaudio & magna gratiarum actione libet, quantas omnipotenti Deo laudes debemus, quòd remoto iugo tristitiæ, ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestra pietate peruenimus. Nam quòd in palatio iuxta antiquam consuetudinem Ap. Se. diaconum vestra serenitas non inuenit, non hoc meæ negligentia, sed grauissimæ necessitatis fuit. quia dum ministri omnes huius ecclesiæ tam contrita asperaque tempora cum formidine declinarent, nulli eorum poterat imponi, vt ad urbem regiam in palatio permansurus accederet. sed postquam vestram clementiam, omnipotentis Dei gratia disponente, ad culmen imperij peruenisse cognouerunt, ipsi quoque suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant. Lator autem presentium, qui primus omnium defensorum fuit, bene mihi & longa assiduitate compertus est, vita, fide ac moribus approbatus: hunc aptum pietatis vestra vestigijs esse iudicauit, vnde cum auctore Deo diaconum feci, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore, valeat clementiæ vestra suggerere, cui rogo clementia vestra piæ aures inclinare dignetur, vt tanto celerius nobis valeat misereri, quanto afflictionem nostram veriùs ex eius relatione cognoueritis. Qualiter enim quotidianis gladijs, & quantis Longobardorum incurfionibus ecce iam per 35. annos premimur, nullis explere suggesti onis vocibus valemus. sed in omnipotenti Deo cõfidimus, quòd qui suscitauit in republica pios dominos, extinguet crudeles inimicos. Eo in tempore à Longobardis Italia premebatur. Smaragdi nanque patricij aduentus parum profuerat. Et Agilulphus quàm primùm intellexit imperium ob res nouas vacillare, contra hæc vndique copijs, Cremonam obsedit, & ad 30. diem expugnatam, ad solium redegit. Manuum quoque pari dierum numero vi expugnauit, & moenibus immunitam reliquit. Ea dum agerentur in Italia, Phocas anno imperij sui primo omnes Asia, Europa & Aphrica prouincias, quæ Mauricio subiectæ fuerant, confirmauerat: tantamque spem prouincialibus de se dedit, vt fama probitatis suæ in Italiam perlata, Agilulphum & Longobardos terruerit. Hinc inter Smaragdum & Longobardos in aliquot menses induciæ primùm, & post in annum pax constituta est, quo in anno Agilulphus, vt præsidia sibi aduersus nouum imperatorem pararet, affinitatem cum Theodeberto Francorum rege quæsiuit, filiam illius desponsauit filio suo Adoaldo vix quadrimo. Ea pace constituta, Gregorius anno imperij Phocæ secundo, confirmata omni ratione Ecclesia Dei, anno 13. mense 6. moritur, vir certè omni laude dignissimus, si vitam, si mores, si doctrinam, si solertiam in rebus tum diuinis tum humanis inspicias. Hic multa salubriter in Ecclesia constituit, quòd Introitus reiteretur decreuit. ea ex re cum pro quodam defuncto ante annos 180. die anniuersario constituto in ecclesia sancti Petri celebraret Gregorius, & cantaretur introitus, Requiem æternam dona eis Domine, audiuit vocem de cælo, Non faciam. sed vir Deo deuotus, putans illusionem esse, iussit reincipere Requiem; tunc rursus audiuit vocem, Non faciam, quia anima illius damnata est. Prosequitur Gregorius officium, orans causam damnationis reuelari sibi, cui reuelatur idco damnatus, quòd propter inimicitias quas remittere noluit, corpus Christi semel in anno omiserit recipere, & de hoc confessus non fuisset. Instituit vt in die Purificationis Mariæ, & in Dominica Palmarum solennes fierent processiones: instituit & Cinerum benedictionem in capite ieiunij fieri, & quòd Christiani ab illo die ieiunare incipiant. instituit in coena Domini pedum lotionem, & in Parasceue nudis pedibus crucis adorationem. Insuper B. Gregorius Ligures, Venetos, Iberosque schisma sub libello confessos, Chalcedonensi synodo compellens, ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ reuocauit. Brutianos, Sardos & Campaniæ rusticos, tam verberibus quàm prædicationibus emendatos, à gentium vanitate auertit. Donatistarum hæresim penès Aphricam, Manichæorum penès Siciliam, Arrianorum penès Hispaniam, Agnoitarum penès Alexandriam, scriptorum suorum

Phocas
Imp. 61.

Gregor. ad
Phocæ epi-
stola.

Cremona
solo aqua-
tur.

Sacra Gre-
gorij insti-
tuta.

validissimis autoritatibus opportunisque legationibus à corpore totius Ecclesie sequestrabat. sola penes Galliam Neophytorum hæresis, quot Simoniacis muneribus, quasi tot radicibus pullulans, longè lateque excreuerat, contra quam apud Brunehildim reginam, Theodoricum quoque ac Theodebertum Francorum reges, fortiter pugnauit, donec collecta generali synodo, hanc sub anathemate damnandam penitus impetraret. Ipse quoque scholam cantorum instituit, quæ hæctenus in S. Rom. Ecclesia seruatur. eius gratia duo habitacula fabricari fecit, ubi usque hodie lectus quo recumbens modulabatur, & flagellum illius quo pueris minabatur, ueneratione congrua cum authentico antiphonario reseruatur.

Schola cantorum.

Sed cum officium Ambrosianum magis seruaretur tempore Caroli Magni, Adrianus papa in concilio generali statuit officium Gregorianum debere omnino ab omnibus obseruari, cuius Carolus executor fuit diligentissimus. Sed nec sine diuino miraculo hoc factum dinoscitur. beato enim Eugenio suadente, de communi consilio decretum fuit, ut utrunque Missale, Ambrosianum & Gregorianum, super altare B. Petri poneretur: & clausis ianuis, custodibus adhibitibus, nocte in oratione persisterent, Dominum exorantes, ut per signum aliquod ostendere dignaretur, quod sibi magis placeret seruandum. Manè factò, inuenerunt Missale Ambrosianum in loco suo clausum, Gregorianum uero apertum; & per quaternos dispersum. ex quo statuerunt, Gregorianum per totam ecclesiam seruandum, Ambrosiano uero solum in sua ecclesia uendum. Qualia uero sustinuerit etiam post mortem sanctus uir opprobria, dicitur mox in uita successoris. Defunctus Gregorius, ut supra dictum est, sepelitur, collachrymantibus omnibus in basilica S. Petri ante secretarium, 4. Idus Martij. Post mortem Gregorij Magni Sabinianus, cuius patria ignoratur, successit anno Domini 606. homo obscuro loco natus, obicurius moribus, rebus gestisque Gregorij aduersarius. Nam cum fame tunc laboraretur, instarentque pauperes, ut pietatem Gregorij in eleemosynis imitaretur, respondebat, Gregorium popularem hominem famam aucupantem, patrimonium Ecclesie largitionibus dissipasse. Vnde ob uindictam, ad comburendum libros eius ceterorum animos inclinauerat: quorum dum quosdam combussisset, & reliquos comburere uellet, Petrus diaconus de quo in dialogo loquitur, uehementissimè restitit, asserens hoc ad delendam eius memoriam non ualere, cum in diuersis mundi partibus exemplaria tenerentur, adiungens immane sacrilegium esse, tanti uiri libros comburere, super cuius caput ipse Spiritum sanctum in specie columbe frequentissimè perspexisset. Tandem in hanc eos duxit sententiam, ac iureiurando rem confirmans, Gregorij libros seruauit. Sunt tamen qui scribant, Sabinianum, instigantibus quibusdam Romanis, hoc in Gregorium molitum esse, quod ueterum statuas tota urbe, dum uiueret, & obruncauerit & disicerit. quod à uero dissonum est: iacent enim statuarum propter uetustatem collapsæ, tum etiam quia basibus sublatis uel æris uel marmoris causa, tantæ moles stare non poterant. quod autem capitibus careant, mirum uideri non debet, cum ea pars fragilior facilius frangatur. nec est etiam carpendus, quod suo mandato ueterum sunt ædificia diruta, ea de causa, ut peregrini templa potius quam illa reuisant. Absit hæc calumnia ab eo uiro, cui certè patria charior fuit, quam uita. multa profecto ædificia exedit uetustas, multa demoliuntur homines ædificandi gratia, aut querendorum thesaurorum causa factum id à Romanis dicimus, cum & Epirotæ, Dalmatæ, Pannonij, & fex totius orbis terrarum huc missa, Romani possunt appellari. At durante fame, Agilulphus Longobardorum rex, suggerente pontifice, & quod noui imperatoris potentiam formidaret, ad Phocam Constantinopolim misit, pacemque constituit in Italia triennio seruandam. Interim Sabinianus papa, Gregorio sibi apparente, ac eum ter & quater corripiente de auaritia, & quod necessitatibus pauperum non succurreret, unde ille non acquiescens, & ut antè beato uiro detrahens, dolore capitis percussus, cum annum unum ac menses quinque in pontificatu sedisset, moritur, & in basilica S. Petri sepelitur. Tanta uero hoc in tempore apparuerunt prodigia, quanta nunquam antea. nam & cometes uisus est perlucidus, & Byzantij puer quadrupes nascitur, & apud Delon insulam duo marina monstra humana specie uisa sunt. Ad Phocam imperatorem redeo. cognita enim morte Mauricij, grassantur per Romanas prouincias hinc Persæ, inde Hunni. Causa quare rex Persarum insurrexit, contra Ro. imperium, hæc fuit: imperante Mauricio, Persarum populi seditione facta, regem suum ceperunt, & priuatum oculis in carcerarunt. huius regis filius

Infamatur Gregorij pontificatus.

Prodigia.

Costo-

Costoës dictus, populi furorem declinans, ad Mauricium confugit, qui eum benigne suscepit, filiam deinde Mariam uxorem dedit, in recuperando regno adiuuit. Quare Persa uxoris monitis baptizatus est, regnauit annis 38. Itaque postquam socerum interisisset accepit Phocæ insidij, Romanam perfidiam detestatus, imperium inuasit, Syriam uastauit, Hierosolymam diripit. ijs malis implicatus, uitam prius amisit, quam quid ageret constituit. Defuncto, ut prædictum est, Sabiniano papa, Bonifacius 3. ^{Bonifacius 3. papa.} patria Romanus, electus est anno Domini 607. sedit annum unum, menses 5. Is insolentiam patriarche Constantinopolitani *δὲ κωνσταντινῶν* se appellantis, compefcuit. Phocas enim pontificis suasionem publicam ac ad uniuersum orbem dimissa sanctione constituit, ut Romanæ ecclesie Romanoque pontifici omnes orbis ecclesie obedirent. quod retroactis temporibus non ad unquam seruabatur, maximè à Græcis, assentibus eo loci primam sedem esse debere, ubi esset caput imperij: contra quos multa militabant, & quod Græci imperatorem suum non Græcorum, sed Romanorum uocabant, & quod Petrus apostolorum princeps successoribus suis Romanis regni celorum clauem à Deo sibi concessas reliquit. Idem quoque Bonifacius instituit, habita synodo episcoporum duorum & 70. presbyterorum 30. diaconorum trium, ne quis sub anathemate in locum demortui pontificis subrogetur, nisi transacto tertio die. uoluit item electionem episcopi à clero pariter & populo fieri, eamque ita ratam fore, si à principe ciuitatis approbata esset. est enim, ait, simile uero, clerum ac populum & principem ciuitatis, si libera suffragia sunt, non alium electuros, quam qui merito possit & debeat alijs præesse. moritur immaturè, & in ecclesia S. Petri sepelitur. ^{Bonifacius 4. papa.} Bonifacius 4. natione Marfus, anno Domini 609. surrogatur, sedit menses 8. & 6. annos, qui ab eodem Phoca impetrauit, ut templum Romæ celeberrimum à Marco Agrippa ædificatum, & omnibus dijs prophanatum, antiquo nomine Pantheon, S. Mariæ & Omnium sanctorum ecclesia uocaretur. Per id temporis, licet Itali quietem per Longobardos nacti essent, tamen hostes Longobardorum non quieuerunt. Auares nanque & Hunni, à quibus Noricum Bauarorum nomen accepit, sibi confines Venetiarum & Foroiulij prouincias inuasere, quibus Sisulphus eius prouincie dux cum omnibus comprouincialibus Longobardis, qui arma ferre poterant, occurrit: præliumque est commissum. ibi exercitus Bauarorum multitudine excedens, Longobardos corona cinxit, pugnatum est acriter. tandem Sisulphus multis confectus uulneribus cecidit, cum quo multa Longobardorum millia sunt cæsa. Deinde Bauari diuisi, prouinciam ubique incendijs rapinisque uastauere. Erat Bauaris rex, dictus Caçannus ex gentis consuetudine, qui audiens Sisulphi ducis uxorem cum filijs Roaldo & Grimoaldo ac gaza ingenti sese intra oppidum Fori Iulij communiuisse, illuc duxit: & cum obsidens locum circumuequit, uisus à Romilde è moenibus flauo crispanti que capillo, mox cum ea adamat us est, & oppidum deditum, si se uxorem duceret, spondit. Caçannus oppido potitus hoc modo, una tantum nocte foemina ad se admisit: deinde uelut impudicam mulierem, Bauaris militibus passim prostituendam tradidit. Emissa plebe, oppidum igne consumpsit, ita ut iam uestigia eius non uideantur, abduxitque Bauarus captiuos omnes utriusque sexus homines, pollicitus se illos ad Pannonia loca, unde exiuerant Maiores eorum, restituere. Interim omnes Longobardi Papiæ ad regiam conuenerunt, ubi de clade accepta & excidio oppidi certiores facti prius sunt, quam potuerint subuenire. Grafulphum tamen fratrem Sisulphi Agilulphus rex ducem Iulienibus præfecit. Bauari interea Italia egressi, cum primum in patria consistere, captiuos pubertatem supergressos, in campo, cui Sacro post nomen ob id facinus fuit, interfecerunt: pueros uero & foeminas pro seruis pellicibusue habuerunt, partim hæc subiectos uendiderunt. Roaldum autem & Grimoaldum fuga prolapsos amiserunt, ut scribit Paulus. Eodem propè tempore Sclauj, quos scripsimus in Dalmatia & Istriæ ora confedisse, quæcunque erant in propinquis regionibus parentia imperio, inuasert, & militibus quos Phoca in præsidio posuerat, occisis, omnem Dalmatiae & Illyrici Adriatico adiacentis prouinciam subegerunt. quam ob rem Phoca Iohannem Lemigium Thracem, Smaragdo in exarchatu dedit successorem. Tandem Græcorum uirorum uxoribusque & spadonum copijs aduectis, Rauennatibus imperat, & dum Græci haud secus ac si res imperij integræ essent, importunè Rauennatibus molesti sunt, exorta est incerto auctore concitatio, & Iohanne ac magna iudicum parte occisis, in petulantem uirorum ac spadonum turbam petulantius est grassatum. Ad Phocam redeo. Eo tum Priscus patricius summo apud

Sisulphus Hunnorum armis perit.

Caçannus Bauarus.

Iohannes Thrax Exarchus.

Heraclius
Imp. 61.Fumi v̄di-
tores apud
Phocam.Cosroes
crucem Do-
minicam
aufert.Heraclius
vincit Per-
sas.* Cosdroas
* Cosroas

Phocam loco, coniurationem init cum Heracliano socero, Aphricæ prætor, pro Heraclio fratre vxoris affectante imperium. quàm primùm enim Cosroes Mesopotamiam occupauerat, Heraclianus (vt cum genero constituerat) imperatori in Aphrica rebellauit. Tum Priscus componendis soceri cum imperatore rebus, sequestrum se exhibuit. Heraclius Constantinopolim tanquam paternæ fidei obfes venit, & copias Heraclianus quantas potuit ex Aphrica contrahere, tanquam imperatori subdidium allaturus, parauit: quibus copijs nauigio in Thraciam transportatis, Phocam coniurati obtruncant, Heraclio imperatore per vim & arma constituto. Heraclianus pater ad tuendas Aphricæ partes est reuersus. ad hæc autem, ob absentiam & ignauiam Phocæ, senatus Heraclium sollicitauit. Siquidem ille ab scelerato exercitu cui dux erat, imperator lectus fuit, auarissimè tributa exegit, secreta cum suis aulicis Persico more disposuit, legatos audiebant, iudicia pendebant, magistratus dabant. Quo in eo qui imperat, miserius & deterius est nihil. paulatim enim fumi grauius lædere solent. Gratiore apud eum erant, qui inexplibili rapacitate populos vexabant. Vnum porro sanxit, quo laudem meruit, hoc est, urbem Romam totius salutaris vitæ caput esse, cum antea propter sedem principis, Constantinopolis caput haberetur. Desidia & ignauia imperatoris, Romanorum hostes potentiores facti, in Occidentis orbe Germanias cum insulis, Gallias, Hispaniasque & bonam partem Italiæ, Pannoniasque & Mysiam abstulerant, & magnam partem Aphricæ. In Oriente vero Iberos, Armenias, Arabes, & hinc Dardanos, & mediterranea Macedonia & Græcia, Cacanum Thrax Hunnorum rex, modò huc, modò illuc vndiq; discurrebat. penè totam Assyriam Persæ occupauerat, Aegyptum Saraceni vastauerat. proh dedecus, nostræ vires adeò defecerant per luxum ac libidinem, vt imperium Romanum solo tantum nomine constaret. res enim publica vindices non habebat. Magnam spem præbuit Phocas, sed omnes sefellit opinio. eoque ventum est, vt aut Romanum imperium deleteretur, aut Phocas occumberet. Milites primi Heraclium imperatorem pronunciant, populus deinde & senatus ingenti acclamatione probauit. Et Sergius Constantinopolitanus pontifex Heraclij caput diademate cinxit. Pendebat eo tempore res imperij ambigua omnis, & miles Ro. tot bellis absumptus erat. quare Europæ hostes sedaturus, cum Cacanno foedere coijt, cum Longobardis erant induciæ, Aphricam præsidia tuebantur. Itaque ad Orientem liberandum conuersus, prius quam bellum gereret, legatos bis misit ad Cosroem Persam, vt à vastatione cessaret, vtque iam satur humano sanguine rediret in Persida. deinde frustra orauit inducias, ille contumeliosè respondit, se nunquam quieturum, nisi postposita & abnegata Iesu Nazareni religione. Imperator indignatus, desperata pace, expeditionem acri habito delectu vndique parauit, in Orientem pergit. Cosroes factus de bello certior, Palæstinam Iudæamque diripuit, Hierosolymam despoliauit, maxima cede facta, lignum sancte Crucis vnà cum Zacharia episcopo transportauit. Ostanem satrapam cum valido exercitu contra Heraclium misit. res primùm leuibus prælijs tentata, deinde totis viribus pugnatum est, Persæ victi terga dederunt. caesa sunt hostium supra 30. millia. Ostanes fugit, Saraces & Sarabasses duces cecidere. nec tanta cæde vlti sumus. iamque iterum & tertio victores, deleto & cæso supplemento longè maiore, cum duce Saie & Razerene in viscera Persidis, superato Tigride, penetrauimus. sauitumque est non modò in homines, verùm in vrbium direptione, nec temperatum est à prophanis hostium templis. Secundo & tertio prælio cælesti auxilio vsi, victoriam assecuti sumus. sed tertius ille congressus, cæsis multis millibus, finè bello Persico fecit. Cosroes desperatis rebus, Ctesiphontem aufugit, vbi à Syroeo filio interceptus est, eo quòd pater Medarsæ filio alteri, sed natu minori, regnum tradiderat: quare & hic cecidit, vxoresque, negotio perfecto, Syroes ablatas opes quas reperit, captiuosque Romanos & lignum vitæ restituit Heraclio, & primus ipse de morte patris ac fratris scripsit ad principem, paxque ei data est his conditionibus, vt limes Persici ac Romani imperij Tigris esset, vtque Persæ Mesopotamiam non attentarent. Tertiae pugnae dies, fastis Ro. adscriptus. exercitus victorum laureatus magna lætitia & ingenti gloria Constantinopolim redijt, dux purpuratus aureo inuectus curru, non lauream manu; sed lignum crucis tenens, se lætabundis populis spectaculum præbuit: gratum & salutarum spectaculum occurrentibus sacerdotibus regio ornata insignibus, pompaque admirabili præeunte pontifice, in sanctissimo templo positum est. Regibus Theodeberto & Theodorico, vt præmissum est, interemptis, supererat Clotarius, ad quem regnum pertinebat:

nebat: sed Brunehildis plurimorum cæde audax, Sigibertum Theodorici nothum, Austrasiæ regno præficere conatur. Cuius coeptis repugnant Austrasij proceres, quòd crudelis foeminae mores execrarentur, tulitque agrè rem illam Clotarius. Quo intellecto, mulier sanguinis auida, bello rem componere statuit. mittit ad Germanos legatos, inter quos erat Garnerius: & dum essent in via, Brunehildis suspectum habens Garnerium, mittit ad collegam literas, vt illum occidat. collega lectas literas lacerat ac abijcit, quarum fragmenta vnus ex amicis Garnerij cogens, sententiam Garnerio pandit. Dissimulare, Garnerius suadet clam Germanis, Brunehildis partes ne sequantur, sese Clotario reconciliat. Mox nonnulli à Sigiberto ex Austrasia ad Clotarium deficiunt. fit postea pugna, in qua Sigibertus cum duobus fratribus Corbo & Meroueo, in potestatem Clotarij venit. Gildbertus autem equi pernicitate saluus, nullo postea tempore comparuit. adducta quoque Garnerij opera est Brunehildis captiua, vnà cum Eudelina Theodorici sorore. Nec tardat rex, præsentè Sigiberto, Corbum necare, seruato Meroueo, quem de sacro fonte leuauit. deinde de castiganda Brunehildi consilium capit, acclamantibus cunctis crudelem foeminam vilissima morte afficiendam. decem enim regum necis ream esse, præter multorum cædes. Quare equo imposita, per totum exercitum ducta est: deinde indomitorum equorum pedibus alligata, membratim est discerpta. Ne tamen sua laude fraudetur Brunehildis, complura collegia sacerdotum ac monachorum apud Burgundos Austrasiosque, extruxit maximis sumptibus. apud Heduos, assentiète Clotario, est sepulta. Reductis ad vnus regis imperium 4. regnis, Clotarius palatij præfectum Garnerium constituit. Longobardis, qui annum censum 12. auri pondo quotannis soluebant à Gontrano vsq; ad ipsum, tributum abrogauit. Clotarius duos filios, vnum ex Bergedruda Dagobertum, alterum mortua Bergedruda ex Sichilde Aribertum suscepit. Dagobertus postquam sibi per ætatem licuit, seras indagare pergit. Excitato autem ceruo prope vicum Catulianum, ille profugit in sacellum, vbi condita erant corpora beatorum Dionysij & sociorum eius, & inibi per annos 30. supra 500. religiosè obseruabantur: in sacellum se ceruus proripit, soloque quieti se dedit: canes insequentes, sacellum ingredi non aucti, voce frequenti personant, nec ipsis venatoribus intrandi facultas fuit, suam ædem tuentibus sanctis. Ea re per loca vicina perlata, loco veneratione fecit, & Dagoberto admirationem simul & pietatem cumulauit. Habebat Dagobertus præceptorè ducatu Aquitaniae à patre donatum. hic superbè satis regis filium tractabat, propter quod exasperatus iuuenis, præceptorem iubet virgis cædi: qua accepta iniuria, ad Clotarium ille lachrymans procurrit. Eam rem pater furenti animo exceperit, Dagobertum protinus venire iubet. Exasperatum patrem Dagobertus accipiens, ad sacellum sanctorum, in quo à canibus ceruus fuerat tutus, aufugit. Hoc cognito, Clotarius eum extrahi iubet. abeuntibus seruis, cum prope sacellum constitissent, fixi stupentesque hæserunt. hoc reuersi patri nunciant. non credidit rex, alios misit, quibus idem accidit. nec retrahi pater potuit, donec experimētum ipse fecerit. In sacello per quietem Dagobertus vidit tres viros reuerendissimos, dicentes: Dagoberte, martyres sumus, petimus vt cum tibi patrem reddimus placatum, digniore apparatu tumulos nobis extruas: & ne te illud somnio existimes, terram effodito: suo quenque nomine caracteribus signatum comperies. Confidentior factus iuuenis, impleturum se iussa promittit. Interea pater adueniens, stupore miraculi perculsus, filio pepercit, eumque non multo post regni consortio donatū, regno Austrasiæ præfecit. Dagobertus itaque post obitum Clotarij patris, votis satisfaciens, apud diuum Dionysium Ecclesiam solennem constituit: conuocatisque pontificibus 6. Kalen. Martij dedicanda basilicæ gratia, pridie ipsarum Calendarum homo lepra percussus ab ædituis impetrat in æde pernoctare. vbi dum vigil in oratione perseuerat, vidit Christum comitantibus Petro & Paulo vnà cum S. Dionysio, Rustico & Eleutherio intrare, qui candida veste dedicationis munus abfoluit, illumque à lepra mundauit, iubens dicere pontificibus, ædem à se Christo consecratam: in signum, contacta hominis facie, auferens eam, proximo lapidi adglutinauit, quæ & hodie pro miraculo videtur. episcopi hoc accepto, dedicatione abstinerunt. Repetenti Austrasiam Dagoberto, Saxones qui vltra Rhenum incolunt, regi nouo bellum duce Bertholdo inferunt. in quos & ipse Dagobertus, traiecto Rheno, non impiger copias ducit. Pugna facta, Dagobertus gladio diuisa casside, vulnus accipit, quo humo delapsus, in hostium potestate venisset, nisi à suis protectus fuisset. mittit protinus Dagobertus ad patrem, is non procul ab Arduenna agebat. cognito filij periculo,

Clotarius
Francorum
rex.Sigibertus
nothus vin-
citur.Vltimū Bru-
nehildis
supplicium.Dagobertus
& Aribertus
filij Clota-
rij.Ecclesia S.
Dionysij
ædificatur,
& argento
tegitur.

riculo, magnis itineribus suppetias filio ferre contendit. & cum venisset ad castra filij, reciproca militum salutatione clamor sublatus, ad hostium castra refertur. quod miratus Bertholdus, rogat, quid id lætitiæ quod in castris Fracorum audiret. neque enim Clotarium adesse credebat, quem ante aliquot annos mortuum acceperat. cum non procul castra hostium distarent, ut sui aduentus fidem Clotarius faceret, galea nudavit caput, quo signo agnatum regem, Bertholdus voce infamat. Eo verbo indignatus rex, flumen tranat quod medium erat, nec destitit donec Bertholdi caput ad suos deferret. Deinde fugientibus Saxonibus, memorabilem edidit stragem, nemini masculini sexus parcens in Saxonia, qui gladij sui longitudinem excederet. vastatis simul & vicis ac agris, victor postea in Franciam redijt. Bellis iam plurimis feliciter gestis, Clotarius posteritati suæ consulens, procerum concilium Treccas contrahit. mox conuentum apud Cypiacum habuit. vbi de regni commoditatibus consultitur. Anno, ut plures scribunt, regni sui 44. moritur, duobus filijs Dagoberto & Ariberto relictis: & sic anno Domini 630. Id quo modo fieri possit admiror. nam liquidò constat ex literis foundationis monasterij in *Wyssemburg* / quod fundauit Dagobertus, Clotarium iam diu fuisse defunctum, quarum literarum tenor talis est: Dagobertus magnus diuina clementia rex Francorum, omnibus regni sui primatibus, immo cunctis Christi fidelibus presentibus ac futuris &c. Notum facimus, quod patre meo Clotario defuncto, paterni regni curam suscepi, sed viuendi ductus leuitate, deceptus regalis officij debitum neglexi &c. Inter alios excessus meos & Ecclesiarum Dei destructor & dissipator esse cœperam, nec diuinæ maiestatis oculos, nec hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinatæ mentis superbiam conterens, virga correctionis iniquitates meas corripuit, & castigato mihi veniam non negauit. nam raptus in sublime, diuinæque maiestati inter choros sanctorum, in habitu iudicantis sedenti, presentatus, à sanctissimis ecclesiarum patronis pro rebus Ecclesiasticis per rapinam à me distractis & consumptis, grauiter sum accusatus &c. Cumque conscientia grauatus, non auderem delicta defendere, ex arbitrio presidentis pœnæ sum additus: deinde cæso & pœnis grauioribus affecto, succurrit mihi tandem specialis meus patronus S. Dionysius martyr, qui precibus suis & instantis pœnæ dilationem, & pœnitentiæ mihi tempus obtinuit. Idem quasi modum pœnitentiæ imponens, in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ, si ad honorem Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum sanctorum, quos magis offenderam, domum diuinis aptam seruitijs construerem: qua promissione lætatus, libens voui, dimissusque à superis redij. Igitur sub certa spe remissionis peccatorum nostrorum reddentes alacri studio votum quod fecimus, Ecclesiam in honore S. Trinitatis, & S. Mariæ perpetuæ virginis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in loco qui dicitur *Wyssemburg* / construimus: quam sublimare, & regali munificentia ditare decreuimus. Donamus ergo ei, & perpetuò dari volumus de rebus fisci illic adiacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis quam municipijs &c. Item nullus secularis iurisdictionem ibi habeat &c. illud etiam pari decreuimus auctoritate, ut nullus pontificum Nemetensis ciuitatis vel reliquorum episcoporum, aliquam ibi dominandi vel quaslibet causas agendi habeat facultatem, sed sub nostræ emunitatis defensione pater monasterij omnia possideat, homines eiusdem monasterij per fines regni nostri nulli telonium persoluant &c. ut hæc inconuulsa permaneant, chartam hanc adiectione sigilli nostri roboratam signauimus. Dat. in ipso monasterio, mense Maio, die xj. anno regni nostri 23. anno Domini Dc. xxij. Et sic ex supputatione annorum conuincitur error scribentium. literis enim authenticis & taliter munitis magis credendum est, quam historiæ scriptoribus. Constat etiam ex his literis, quod Dagobertus regnare cœpit anno Domini Dc. quod credo in Austrasia, in qua diu regnauit viuente patre, sed post mortem patris in tota Francia regnare cœpit. & cum ex his literis habeatur, quod Clotarius diu mortuus fuit, sequitur quod non regnauit vsque ad annum Dc. 30. hæc tamen relinquo alijs discutienda. Mortuo Clotario, & apud S. Germanum de Pratis sepulto, Dagobertus in Austrasia agens, de morte patris nuncio accepto, ne quis oriretur à nouarum rerum studiosis tumultus, in Burgundiam & Franciam exercitum partitur. Ipse cum apud Rhemos agit, veniunt ad eum ex Francia & Burgundia legati, regi nouo debitum honorem ac fidem præstantes. Erat Dagoberto ex patre frater Aribertus, cui cum regni pars deberetur, cōuenit inter eos, ut in Aquitania Tolosam & alias vrbes que intra Pyrenæos montes

Saxones à Clotario & Dagob. vincuntur.

Clotarius moritur.

Testimoniū literarum.

Monasteriū in *Wyssemburg*.

& Ligerim continentur, Aribertus reciperet, eo contentus esset. Igitur Aribertus regni sui primariam sedem Tolosæ instituit. Dagobertus verò impigre quæ regni sollicitudini impendebant, exequabatur, ius cuique postulanti dicens. templum quod diuo Dionysio extruxerat, argento textit solido. in id corpora sanctorum collocari fecit, condita aureo feretro, additis multis preciosis muneribus, insuper annuis redditibus in alimoniam ministrorum designatis. in opum præterea curam non obmittens, reconditorium proximè aram maiorem templi argenteum composuit, vbi quæ diuis donaria martyribus offerrentur, reposita sacerdotes egenis impartirent. Dagobertus Gertrudem vxorem, quod sterilis esset, reliquissè fertur, & superinduxissè Machthildem virginem: & cum deessent illi propter sterilitatem liberi, concubitu virginis Raguetrundæ filium suscepit, cui Aribertus Dagoberti frater nomen dedit. & appellatus est Sigibertus, quem S. Amandus baptizauit, de quo sancto ita legimus: Cum aliquando venisset Romam, in Ecclesia S. Petri pernoctauit, vbi apparuit ipsi S. Petrus, iussitque ut pergeret ad Dagobertum regem, ac de peccatis suis eum corripere. quod & fecit. & cum illi verbum salutis prædicat, regno extruditur, sed tandem respicienti Dagoberto Amandus gratus fuit. Ille cum Sigibertum baptizat, & ad orationem nemo respondebat de more, infans ipse qui tantum dies 40. natus esset, cunctis tacentibus, AMEN expedito sermone respondit. quod diuinitus factum esse quis non crederet? Idem rex S. Amandum in Traiecto fecit episcopum, quem tamen paulò post amore ductus reuocauit, & episcopum in Ecclesia Argentinensi constitui fecit, cui cum populus non bene obtemperaret, monasterium ingreditur, mundum perosus. Legitur quoque in vita S. Arbogasti episcopi Argentinens. quod Sigibertus adolescens filius Dagoberti, in venatione quadam ab equo cadens, strepa reuentus discerpitur, & tertia die est defunctus. quem cum rex & regina inconsolabiliter lugerent, S. Arbogastus deuotis precibus suis à Deo obtinuit eum ad vitam reuocari: vnde rex pro tanto beneficio oppidum Rubiacum cum attinentijs suis, vbi habitare consuevit, Argentinensi Ecclesiæ ac gloriosæ virgini Mariæ perpetuò donauit, quod & vsque in hodiernum diem retinuit. Eo penè tēpore, Heraclio imperante circa annum Domini 616. res Romana Persarum insidijs tentata, nō sine sanguine est seruata, fœdere inter Cosroen & imperatorem isto. verum premebatur Italia non tam externis hostibus, quam exarchis suis, è quibus Iohannem Thracem pridem Rauennates occiderant. Accedebat his malis pontificis Bonifacij 4. interitus, cui vix post menses 7. est successor datus, id quod discordiæ erat intestinæ. Præterea Neapoli erat Iohannes Campsinus, ex gente patricia Constantinopolitanus, illius vrbs præfectus, qui ratus opportunam inuadendi imperij rationem, Neapolim & oppida quædam Lucanorū, Apulorum, Brutiorum & Campanorum, in tyrānidem accepit. Interim Deusededit patria Romanus, pontifex lectus est omnium cōsensu. Et Eleutherius exarchus ab Heraclio missus, Raueennam applicuit. vbi sine controuersia admissus, postquam exercitum nauigio eduxit, milites qui Raueennæ erant, sacramento in Heraclium adegit. Exinde cōstituti rebus, habita cædis Iohannis & iudicum quæstione, noxios punituit. Post accedens Romam, à pontifice populoque Ro. honorificè receptus est: ex eo loco omnes qui sub Phoca stipendia meruerant conuocans, ac ducens Neapolim contra Iohannem tyrannum, obuiantemque armis superauit & interfecit. Omnibus itaque recuperatis, Raueennam redijt, vbi non solum debito ære, sed donis etiam animos sibi militum conciliavit. Itaque ad regnum adspirans, consciusque sibi quantum facinus aggredere, cum Longobardis nuper per Bauaros oppressis, nouam in decennium pacem constituit. addebat animum Heraclij ignauia, qui per ea tempora res bellicas in suos duces reijciens, apud Constantinopolim ocio luxurique vacans, Martinæ nepti quam duxerat, adhærebat. Et Eleutherius exarchus se regem Italiæ declarat, sed paulò post cum Romam peteret, à suis militibus interficitur, & caput Constantinopolim mittitur, cui mox successorem dedit Heraclius Isaacium patricium Constantinopolitanum. In aduentu itaque Isaacij Agilulpho Longobardorum regi vita functo, Adoaldus filius puer cum Teudelinda genitrice in Longobardorum regno succedit. Ea regina à principio sui aduentus in Italiā sibi cōparauerat Longobardorū gratiā, quam ad eum conferuauit, in diesque adauxit, ut duces militesque, Longobardos verbo magis regeret quam armis. Hinc fœderibus ictis, per decem annos cum puero in regno quietissimè vixit: quin etiā multa innumeratq; beneficia in Italicos cumulauit. Nō enim modò ecclesijs pijsq; locis regis nomine donationes maximas fecit, sed & vrbes nonnullas instaurauit.

Interea

Dagobertus cum fratre paritur imperium.

Sigibertus Dagoberti filius.

Amandus episcopus Argentinens.

S. Arbogastus episcopus Argentinens.

Ioh. Campsinus præfectus.

Deusededit papa. Eleutherius exarchus 7.

Eleutherij tyrannis.

Eleutherij cædes.

Isaacius exarchus viij.

Adoaldus Longobardorum rex.

Carthago
& omnis A
frica Persis
cessit.

Bonifacius
v. papa.

Persarū gra
uiss. cades.

Tempestas.

Honorius
1. Papa.

Interea Persæ omni Asia quæ ad meridiem vergit, sunt potiti. Quo tempore Heraclianus imperatoris pater defunctus est, cum magnum exercitum ex Africâ duceret in Aegyptum, quod cum esset Persis renunciatum, ilico in Africam duxerit, ac Carthaginem ceperunt. inde potiti Africæ imperio, impositisque illi præsidij competentibus, in Asiam sunt reuersi. Heraclius imperator tum petijt à Cosroa rege pacem, quam magno cum dedecore Romani imperij erat accepturus. sed barbarus rex victorij insolentior, ut consentiret paci, nullis precibus præmijsve adduci potuit. quam ob rem imperator timore potius quam virtute animum in barbaros destinavit. Deinde dedit papa inter hæc moritur anno pontificatus sui tertio, quo in tempore (ut Platina scribit) scabies quædam ita in elephantiasin tendens inualuit, ut deformitate cognosci homines non possent. ipse verò in basilica S. Petri sepelitur. ANNO Domini 623. Bonifacius v. natione Campanus, est substitutus. Hic constituit, ne confugientes ad Ecclesias, inde extraherentur. Deinde anno Domini 624. Heraclius ducere in Persas constituens, anno imperij sui xij. primùm omnium Constantinopolis. defensionem prospecturus, Constantinum filium Cæsarem declarat, ac regni consortem facit. exin rei diuinæ ex Christianorum institutis religiosissimè intendens, accuratissimè per faciem ieiunij tempora omnibus in templis supplicationes habuit. profecturus autem, dextram armavit tabula gloriosæ virginis imagine depicta, quam fama erat de cælo cecidisse, & nullo fuisse humano opere fabricatam. Egressus dux in Syriam, audiens Cosroen se apud Azotum urbem continere, venit illuc. quod cum intellexisset Cosroes, inde profectus est in Persidem, exustis omnibus in itinere segetibus quæ tunc flauesciebant, Sarace & Sarabassa ducibus relictis, qui Heraclij impetum retinerent. quod intelligens Heraclius, flexit iter ad sinistram, & magnis itineribus superato Tauro monte, Saracen Cosroæ ducem anteuenisse reperit ad pontem, eumque inde deturbatum in Persidem repulit. Et ultra procedens, Saym ducè illi substitutum, cum maioribus copijs obuium habuit: cum quo prælio commisso, ab ortu solis usque ad vesperam magna vtriusque partis cæde, postremò inclinauerat victoria ad Persas, nisi Dominus exercituum subsidium attulisset. exortus est enim in magnam tempestatem imber grandine mixtus, & in faciem hostium fulminans, excecabat Persas, & impetu prouoluebat. Confractus est itaque, & magna occisione prostratus hostium exercitus, ad cuius cladis nuncium Cosroes omnes effudit regionum vires: copijsque vndique contractis, Razatenem opposuit Heraclio ducem. Igitur Heraclius cum vno duce pugnans configit, idque prælium eo continuatum est die in vesperam, sed ad solis occasum cum multi in vtroque exercitu cecidissent, Razatenes dux superatus est & interfectus, relata sunt ex eo prælio 27. Persarum signa militaria, maiore exercitus parte vel occisa vel capta. Sunt qui scribant, quòd exercitibus vtriusque partis circa Danubium congregatis, placuerit vtrique principi, Heraclio scilicet & Cosroæ filio, siue is ex Persis alius quispiam fuerit, ut ipsi soli in medio pontis configerent: & cui fors victoriam ferret, is sine damno vtriusque exercitus imperaret. qua in pugna pulsatus Dominus precibus suorum, concessit Heraclio de hoste triumphum. Vnde tanta mentis exagitatio Cosroæ inuasit exercitum, ut spontè cum omni familia Heraclio se subderet. Persidem ingressus Heraclius, turrim Cosroæ thesauris plenam capit, partem militibus tribuit, partem verò reparandis templis quæ Persæ diripuerant, designauit. Occiso rege Cosroa, filium eius alterum captum & baptizatum, in regnum restituit. Fertur ab alijs, perijsse Cosroam filij Syroæ insidijs, ut suprâ scripsimus, vbi historiam ceu quodam compendio breuiter complexi sumus, alijs vñ scriptoribus. vtranque sententiam perpende. ANNO deinde salutis nostræ 628. Bonifacius quinto pontificatus sui anno moritur, & in eius locum Honorius primus subrogatur, sedit annis ferè vndecim. Hic vrbis Romæ sacras ædes restaurauit. operum suorum hodie præter B. Petri basilicæ relictum, æreis tegulis coopertum, nil visitur, quas tegulas ex Romuli templo Heraclij imperatoris permissione pontifex aucti curauit. Heraclius post tam celebrem triumphum, post tantam maximarum rerum gloriam, siue superbia, siue temeritate, ut hæc ple-runque vitia res hominum splendidiss. comitantur, Christianæ pietatis desertor, magicis vanitatibus se dedit. Cecinerant vates, grande illi periculum atque imperij euersionem à circūciso populo imminere. existimabat autem Iudæos fore, quare petrotum imperium mandauit Iudæos, qui nolent conuertere, interfici. Idem per nuncios Dagobertum regem Francorū & Sifibodum Hispaniarū regem, præterea fidei Christianæ

fianæ causa rogauit, ut omnes in suis regnis Iudæos fieri Christianos iuberent, nolentes verò neci darent. Obediunt illi, & multi tum Iudæi conuersi sunt ad fidem, multi occisi nolentes conuertere. Sed Heraclius in sua astrologia fuit deceptus, quia non ad Iudæos, sed ad Arabes & Saracenos, qui ex mandato Mahumeti circunciduntur, præfagium spectabat. Ad hoc Heraclius instinctu Pyrrhi Constantinopolitani patriarchæ & Cyri Alexandrini episcopi, incidit in heresim Monothelitarum, dicentium esse in Christo vnicam tantummodo voluntatē: quem errorem multi sunt secuti. Sed cum Honorius papa Heraclium per literas & nuncios tanti erroris arguisset, passus est Pyrrhum patriarcham Constantinopolitanum ob id in Africam relegari.

GENERATIO XXII.

ANNO salutis nostræ 630. anno Heraclij 19. Honorij verò papæ tertio, incepit 22. generatio. Mahumetus, ut aliqui volunt, Arabs, ut alij, Persa, nobili ortus parente, deos gentium adorante, sed matrē Hebraicæ gentis habuit Ismaeliten. ex his duabus omnino sibi aduersantibus sectis originem trahens, nulli eorum omnino adhaesit. Nanque inter Arabes, apud quos magnū ambierat honoris locum, publicè concionatus est, non iniuria Cosroen deletum esse, quòd se pro Deo adorari fecisset homo scelestissimus: quin exquisitissimè de lege Hebræorū, quam magna ex parte Arabes ea tempestate sectabantur, Christianorumque traditionibus disputabat, ut vnam eandemque esse vtranque affirmaret, licet magnis vtraque gens abduceretur erroribus: quos quidem errores ita ipse moderabatur, ut Hebræos reprehenderet, Iesum Christum de virgine natum negantes, quod sui maiores futurum expectandumque prædixerunt: Christianos verò redarguit leuitatis, quibus persuasum sit, Iesum Dei amicissimum & ex virgine natum, opprobria & demum crucis mortem à Iudæis perpeti voluisse: & suam ipse prædicans legem, fore affirmabat, ut si eam acciperent custodirentque Saraceni, & sibi diuino ob id nuncio obsequerentur, sese in libertatem recipiant, principatu regnoque in finitimos potiantur. Hæc Blondus. Scribitur & Mahumetus mercator fuisse, & à Sergio apostata, qui propter errorem Nestorij à suis fuit expulsus, instructus, duxisse prapotentem vxorem, præterea vsum ferunt præceptore quodam Iacobita, ex his qui circuncisionem prædicant, & Christum hominem tantum fuisse, non Deum, sed iustum & sanctum, ac de spiritu sancto conceptum & de virgine natum. quæ omnia Saraceni credunt. Itaque populus tunc vario laborans errore, facile deceptus est, multi que tam ex Iudæis quam Saracenis, ei adhaeserunt. Asseruit enim constanter se prophetam à Deo missum, ut legem quæ Iudæis, & eam quæ Christianis data esset, quia nimis rigida erat, temperaret: & quo fidem suam adstrueret instar Moysis, vocata plebe, hæc diuino nūcio prædicari clamabat. Nam cum morbum homo scelestus haberet caducū, ita ut sepe caderet, de quo vxor eius plurimum tristabatur, affirmabat sibi angelum Gabrielem loqui solere, cuius splendorem sufferere non posset, ideo se in terram cadere. Deinde ut regno Arabum potiretur, consilio Sergij legem suam composuit. hic verò monachus erat: ideo ordinauit, ut eius legis sectatores cuculla vterentur, quod hodie Saraceni seruant. deinde multas gentis flexiones fieri mandauit, & ut meridiem versus adorarent, lotiones etiam usque ad verenda instituit, & vt orantes vnum confiterentur Deum: vnde trinitatem negant. se non Deum, sed Dei prophetam eximium haberi. quòd omnes carnes præter porcinas & morticinia ac sanguinem comedere possent: quòd quatuor legitimas vxores cuique habere liceret, & de propria cognatione liceat eas accipere. Docuit autem auditores suos, quòd qui occidit inimicum, vel occiditur ab inimico, paradysum ingrediatur: paradysum verò, carnalis cibi ac potus locum & indulgentis mulieribus, perhibebat: fluuium quoque vini & mellis ac lactis ibi esse, & affluentem voluptate: multa que alia stultitiæ plena, quæ stultis videbantur credibilia, vel eo quòd delectabilia. His & alijs propheta Dei se affirmans, illius regionis obtinuit principatum, omnesque Arabes suasiōne vel tandem gladij timore ad ipsum venerandum & legem suam seruandam adiecit. Ausus autem tum fuit Mahumetus, comparato ingenti Arabū exercitu, fines Rō. imperij turbare, cuius motus Heraclius citò cōpescuit, sollicitatis eius ad defectiōnem militibus pollicitationibus & præmijs. Verum hi postea minimam ob causam ab Heraclio defecerunt. dum enim militibus stipendia darentur, dispensator vni ex Saracenis importunius perenti: Vix, inquit, Romano & Græco militi possumus dare, & hæc canum turba tantopere stipendia efflagitat: ad quam vocem cōmoti qui aderant Saraceni,

Mahumeti
origo & in
genium.

Sergius mo
nachus.

Iacobita.

Morbo co
mitiali labo
rauit Mahu
met.

Arabes Ma
humero du
ce impetū
inuadunt.

Saraceni, suos vndique conuocant, in Syriamque secedunt, & in magnum coacti exercitum, prima ad Damascum fecerunt castra: qua breui capta, Phœnicen quoque occupauere, deinde in Aegyptum ducentes, duce (vt aliqui volunt) Mahumeto, ea facilius sunt potiti, quod à suis Arabibus comite auxiliariibusque copijs sunt adiuti. Processit autem latius quam principio est creditum, huiusmodi incēdium, quod Arabes Mahumeti præstigijs seducti, apud Persas, vt eandem susciperent legem, primum precibus insitire: deinde illos assentiri nolentes, bello agitauere. Successerat Syrorum Persarum regi, qui primo regni anno deceffit, Adheser filius: quo item defuncto, Persæ regem assumpserant Hormisdam. Hunc cum Arabes in prælio superassent interfecissentque, subacti sunt à Saracenis Persæ. Ita Mahumeti legem suscepta, illius iussu primum nomen deposuere, & pro Persis Saraceni dicti sunt, qui quidem facti Saraceni, in Antiochiam urbem Rom. imperio subiectam ducentes, illam ceperunt. Id cum intellexisset Heraclius, Hierosolymam mittens, curauit Dominicam crucem Constantinopolim importari. Interim Mahumet annos natus penè xl. postquam tam tetra peste animos hominum infecisset, extinctus est. Visitur in Persidis vrbe Meca ferrea illius arca. Et sunt qui putent hoc tempore Hierosolymam captam. id ego fretus bonorum scriptorum opinione, in Agathonis & Constantini quarti tempora refero, scilicet sub Homaro, qui rex à Mahumeto tertius est, gestum. Hic misertus vrbs, popululum seruum & tributarium, sua religione frui permisit. Hinc & pontifices vrbs eius in historia non negligemus. Cœperat his temporibus sub Honorio pontifice Arioaldus Longobardorum regno præfesse, cieto post Teudelindæ mortem fratre Adoaldo. Et Isaacio exarcho viro bono constans cum Longobardo pax erat, qua fretus papa Honorius, vrbs Romæ magnificentiam sacris ædibus & plerisque rebus alijs iterum instaurauit. Mortuus est hic circa annum pontificatus vndecimum, sepultus in basilica Petri. Seuerinus, cum vacasset sedes annum vnum & aliquot menses, patria Romanus, in demortui Honorij locum subrogatus est, anno Domini 638. confirmatur inde ab Isaacio Italiae exarcho. Vana tunc enim habebatur cleri electio, nisi imperatores aut exarchi eam confirmassent. Isaacius itaque ob eam causam Romam profecturus, Mauricio Chartulario Græco homini, per quem Romam gubernabat, mandauit, vt thesauros in Lateranensi episcopio seruos, quibus posset modis conquireret. Mauricio iudicibus Ro. sibi subiectis pecuniaria pactione corruptis, vocatis militibus, multa de Honorij pontificis defuncti auaritia, multa de illius in milites odio dicit, quod pecunias ab imperatore, vt illis in stipendia darentur, transmissas, in arculis concluderet: hortaturque vt armis correptis, sese sequantur. Resciuit verò pontifex Seuerinus Mauricij concionem ad milites, quam ob rem sacerdotes cum valida propinquorum clientum manu conuocans, sacrarium in quo preciosa seruabantur, obicibus repagulisque firmavit & militibus. Venit Mauricius, quem cum Seuerinus auertere non poterat, introduxit, ostendens quo præsidio sacrarium seruaretur. Mauricius tantum videns apparatus, dolo aggressus est pontificem, & primates blanditijs alloquitur, sese dicens ea solum aduenisse causa, vt in illa sedis vacatione, furtum aut rapinam sacræ suppellectilis prohiberet. Vnde à Seuerino socijsque suis facile impetrauit, vt arculæ sacrarij duplici pontificis & Mauricij signo ad feras munirentur, communisque sacerdotum & militum statio episcopion custodiret. His ita paratis, Isaacius exarchus Romam à Mauricio vocatus venit, egitque in exilium primarios sacerdotum, quos dixit seditionem tumultumque in populo suscitasse. paucis deinde diebus electione Seuerini confirmata, episcopium Lateranum tanquam visendi gratia ingressus, præda concupita expletus, exercitum primò illius particula donauit, reliquum Rauennam deferri iubet. ipse euestigio subsecutus, Heraclio imperatori eius sacrilegij partem transmisit. Fuit is annus, quo maxima clade à Saracenis est affectus Heraclius. Romæ interim Seuerinus pontifex anno secundo vita functus est, successit Iohannes papa iij. Dalmata, anno Domini 640. Statuit, vt qui Ecclesiæ res temerarius inuaderet, quadruplum restitueret, sedit annum vnum, menses ix. sepultus est moriens in basilica Petri. Successit ei Theodorus primus natione Græcus, vir bonus, anno Domini 642. His temporibus Mauricius Chartularius post sacrarij expilationem maiora cœpit audere, quod vires imperij comminutas duceret, Isaacium exarchum spernebat, consilio & auxilio iudicum Ro. quos præda Lateranensi sibi reddidit obligatos, rebellare cœpit: cunctisque sibi subiectis locis fido præsidio firmatis, conuocat concionem, ostendens Isaacium Italiae affectare regnum, hortatur vt illi aduer-

Perfæ accēpta Mahumeti lege, Saraceni dicuntur.

Mahumeti mors.

Arioaldus Longobardorum rex 6.

Seuerinus papa.

Mauricius vrbs Rom. præfectus thesauros inuadit.

Isaacij facti legum.

Ioh. papa 4.

Theodorus papa 1.

aduerfantes, in Ro. imperatoris fide manerent, omnesque nouo aduersus Isaacium adstrinxit iuramento. Quæ cum Isaacio essent nunciata, exercitum coegit, Romamque misit, maxima omnibus stipēdia dari iussit. appropinquans deinde Romæ præfectus, præmisit aliquos qui ductibus in exercitu ordines & in populo potētoribus renunciarent, dona se ab Isaacio maxima afferre, tantumque orare, ne Mauricij hominis perditissimi perfidia, imperatoriam gratiam & sua quæ afferret dona postponerent. Ea verò effecerunt dona, vt nec iudex nec ciuis Rom. nec miles inuentus sit, qui Mauricio fidem seruare voluerit. Præfectus ab Isaacio missus, quam primum Romæ applicuit, cum exercitu fuit introductus. quod cum cerneret Mauricius, in Ecclesiam B. Mariæ maioris confugit. sed eum præfectus abstractum, Rauennam in vinculis duci curauit, cum quo pariter sunt missi complices Ro. in illa coniuratione notiores. Mauricius tum Isaaci iussu decollatus est, caput hastæ infixum in circo Rauennæ diu pendit. complices verò illius in carcerem sunt coniecti, quibus secunda arrisit fortuna, quod Isaacius per eosdem dies repentina morte subtractus est, & Rauennates ciuis illos ob Ro. nominis reuerentiam abire incolumes permiserunt. At Heraclius varijs (de quibus supra tactum est) agitur malis à Saracenis per Asiam, de Isaacij quoque certior morte factus, Theodorum patricium, cognomine Caliopam, misit ad regendum Italiae exarchatum: & nisi amens secorsque fuisset, intelligere potuit, Deum qui piè & ex religione Christiana viuenti dederat, vt perditum primò in Asia imperium recuperaret, se postea flagitijs deditum, ipso Asiæ imperio & summa gloria priuasse. Cœpit autem laborare hydropisi, qua periit anno imperij sui 31. eam se cum perferens infamiam, quod Ro. principum primus Asiæ imperium amisisse dicitur. ANNO Domini 642. quo Heraclius Cæsar vita functus est, Constantinus iunior Heraclij & Endoxiæ filius, imperium accepit, qui noueræ Martinæ dolis quarto mense veneno sublatus est. aucta est hoc facinus mulier Pyrrhi pontificis consilio, redierat enim ille post Heraclij mortem ex Aphrica, confestim in urbem Romam orthodoxæ fidei formam ac titulum postulans, inde Byzantium veniens, quo erat ingenio, nouum hoc scelus molitus est. Senatus populusque Constantinopolitanus inauditum crimen detestatus, Martinam lingua, Heracleona naso spoliatur, vtrunque in exilium mittit, Pyrrhum antistitem à fuga retractum interim. Et Constans Constantini filius, à senatu imperator habetur, Pyrrho patriarchæ successor datur Paulus, qui pari contumacia Monotheletarum hæresim sectatus est, Constantis imperatoris fauore fretus. Ad Dagobertum redeo, qui vñs est potissimum Arnulphi Metensis atque Pipini consilio. Arnulpho fato absumpto, Cunibertum Coloniensem episcopum in eius locum substituit. His consultoribus ad regis mores congruentibus, iustitiæ illius atque æquitatis tanta fama etiam apud externos percrebuit, vt ferè ex omni parte Europæ Dagobertum iudicem expocerent, Pipinus palatio præerat. Interea Aribertus Dagoberti frater, relicto filio Chilperico, vita defungitur, quem filius non multò postsecutus est: quam ob rem Tolosanum regnum Dagobertus recepit. Dum Sclauonibus in Thuringiam irrumpentibus, selectis copijs ad Rhenum Dagobertus peruenit, ibi Saxones ad eum mittunt oratum, vt tributo, quod patri filioque hæctenus pependissent, leuantur. id enim tantum quingentorum bouum erat. Si id ab rege impetrarent, suis se impensis Sclauones debellaturos spondent. Conditione admissa, pensum Saxonibus remissum est. Interim cum hæc aguntur, Dagobertus Sigibertum filium in Austrasiam mittit, diademate illi imposito, attributoque Cuniberto Colonienfi episcopo, & comite Palatino Adalgiso, quorum moderatione regnum administraretur. Eo tempore natus est Dagoberto ex Mathilde Ludouicus alio nomine Clodoueus: quo adulto, dissidij causam fratribus auferre studuit Dagobertus, distributa cuique hæreditate. Sigeberto enim omnis Austrasia, Ludouico Burgundia, Neustriaque cessit. ANNO Domini 643. Dagobertus Clypiaci residens, mittit nuncios in Britanniam, vt Britones quod malè admiserant, velociter emendarent, & suæ ditioni se traderent, alioqui sese bello eos aggressurum. Quod audiens Nidicahil rex Britonum, cursu veloci Clypiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit: ibique veniam petens, cuncta quæ sui in Francos illicitè perpetrassent, emendaturum se spondit, semper se & regnum suum subiectum ditioni Dagoberti & Francorum regibus esse promisit, & ad suos repedauit, muneribus à Dagoberto honoratus. Tum multis rebus à Dagoberto præclare gestis, prouidus futurorum, ex regno Francorum pontifices proceresque Bigarium ad consilium vocat: vbi

Mauricij corra Isaacium coniuratio.

Theodorus exarchus 9.

Constantinus iunior imp. 63.

Constans imp. 64.

Tolosanum regnum Dagoberto recipit.

Britones se dedunt.

throno insidens aureo, duobus sibi affidentibus regibus filijs, inter multa quæ de breui & misera hominum vita locutus est, filios Clodoveum & Sigibertum ad mutuam charitatem hortatus, testamentum condidit. Quo in primis quæ Christi sacerdotibus donasset, rata esse mandat: confectis inde quatuor vno tenore syngraphis, vnum Lugduni, alterum Metis, tertium Parisij, quartum apud se in arcis reponi fecit. Sacerdotes verò, id est, pontifices qui regis beneficijs donati essent, adstrictos facit, dum de ipsius morte nuncium accepissent, tribus continuis à morte annis rem diuinam quisque in suis locis ter per singulas hebdomadas faciant: eius testamenti curatores Sigibertum Clodoveumque instituit. Paucis deinde exactis diebus, rex alui profluvio afflictus, apud Spinogillum decumbens, ad diui Dionysij adem se transferri iussit. illic spe salutis destitutus, Againum, cuius probitas fidesque spectata sibi esset, accessit: vxorem Mathildem illi filiumque Clodoveum commendat, vt eius prouidentia regnum administraretur. Proceres quoque palatinos qui aderant, adiurat, reginæ filioque obsecundent. Morbo tandem superante, obiit. elatum cadauer eius est, vniuersis collachrymantibus, in templo martyrum regio apparatu sepultum anno salutis nostræ 649. Fertur quòd Iohannes anachoreta insulanus, per quietem viderit in medio mari turbam daemonum, animam regis Dagoberti cymba deuehentium ad poenas, vbi rex aduersus sæuientes in se demones, sanctorum Martini, Mauricij & Dionysij opem precatus sit. sancti opitulandi gratia aduenientes, & supplicijs regis animam tormentis eximentes, secum in cælum vixerunt, sine intermissione repetentes: Beatus quem elegisti & assumpisti Domine in atrijs tuis. hoc Audoenus Rhotomagensis archiepiscopus literis conscripsit. His temporibus imperio præerat Constantinus, tum cate-
 ritis vitijs egregius, tum hæresi maxime pollutus. quare & Paulum patriarcham Constantinop. qui palam Christianos insectabatur, summopere defendit. Hic à papa Theodoro, vt rectam fidei normam acciperet, per literas requisitus, obstinatè renuit obedire. Quamobrem & ipse, sicut Pyrrho contigerat, dignitate priuatus est, quanquam alium Pyrrhi priuatio finem habuit. Nedum enim Paulum, sicut Heraclius Pyrrhum, priuari passus est imperator Constantinus, sed in hæresim & ipse prolapsus est, quo in tempore obiit Theodorus, pontificatus sui anno sexto, & in basilica B. Petri extitit sepultus. Subrogatur in locum Theodori Martinus papa, huius nominis primus, anno Domini 649. sedit annis septem. Hic legatos statim Constantinopolim misit, qui Paulum adhortarentur, vt ommissis erroribus, aliquando ad veritatis callem regresseretur. Is autem non modò pontifici non obtemperat, verum etiam eius legatos, Constantis autoritate abusus, in diuersas insulas relegat. Quam ob rem indignatus Martinus, synodum centum & quinquaginta episcoporum Romæ habuit, in qua Cyri Alexandrini, Sergij & Pyrrhi damnationem renouauit, Paulum autem patriarcham omni anathematis vinculo damnatum priuauit. Interea verò dum hæc agerentur, pax Italiæ quæ inter Rom. & Longobardos annis 30. durauerat, turbata cepta est. Erat Longobardis Rhotaris rex, Arriana labe infectus, in quam omnes Longobardi præcipites corruebant. Theodorus & Martinus rem sapius frustra attentauerunt. Ob has igitur causas, instante etiam Theodoro Italiæ exarcho, bellum Longobardis indicitur. At non recusant illi, ad Scultennam Mutinæ amnem acriter vtrinque pugnatum est. Tandem verò Theodorus superatus, funditur & fugatur, ex suis septem millibus amissis. Rhotaris tanta victoria elatus, Liguriam omnem breui in potestatem suam redegit: quam regionem ab vrbe Luna in Varum amnem Aniciensis prouinciæ & Galliarum fines, Longobardi per duos de nonaginta, quibus tunc Italiam premebant, annos, nunquam prius capere potuerunt. hic rex multas leges edidit. Per hoc tempus nedum subuenit afflictis Romanis ac Italis rebus aut hæresi Arrianæ inuale-
 scenti imperator Constantinus, sed nouas ipse addidit afflictiones. Olympium enim cubicularium suum misit ad Italiæ exarchatum Theodoro successorem, iubens & pontificem omnesque Italiæ episcopos sua Monotheletarum hæresi inquinare. quod si suasio, precibus, aut armis efficere nequiret, apprehensum Martinum papam in vinculis ad se mitteret. At Olympio Romam veniente, synodus habebatur: & cum virus conceptum spargere non posset, lictorem suum immisit, qui Martinum in Ecclesia S. Mariæ maioris caperet, ad se perduceret, vel saltem parere recusantem interficeret. Facturus mandata lictor, Dei miraculo subita cæcitate corripitur, atq; ita diuinæ maiestatis nutu Martinus præseruatur. Hac verò Orientalis & Occidentalis ecclesiæ discordia freti Saraceni, Alexandria cum ingenti classe soluentes, Rhodum

Dagoberti
testamentū
& interitus.

Psal. 64.

Paulus hæ-
reticus.Martinus
papa I.Rhotaris
Longobar-
doru rex 7.Olympius
exarchus x.

Rhodum peruenere: captaque vrbe, Colossum fama celeberrimum demoliti sunt, ex cuius ære nongentos camelos onustos ferunt. Rhodo vastata, Saraceni in Aegæum delati pelagus, Cycladas affixerunt. Vnde in Siciliam nauigantes, multa damna Siculis intulere, quos tandem Olympius Italiæ exarchus Martini precibus motus, insulam pepulit, non sine magna nauium, militum ac suis ipsius iactura: ibi quoque morbo correptus moritur. Constans verò tot calamitatibus nihilo melior factus, Theodorum Calliopam cum his mandatis iterum in Italiam mittit, vt primo quoque tempore Martinum pontificem ad se vincitum mitteret, eique rei socium addidit Paulum Pellarium, qui tantum facinus curaret. Calliopam quidem ob exarchatum primum iustè ac integrè administratum, omnis Italia benignè excepit, qui Romæ aliquot moratus dies, ad Lateranen. basilicam se contulit, tanquam pontificem salutaturus. Accedens illum, nihil tale suspicantem capit, & catenis iniectis, Constantinopolim mittit. actus est inde in exilium Martinus pontifex in Cherronesum Ponti ciuitatè, apud quam S. Clemens quondam exulauit. Martinus autem multis calamitatibus circumuentus, acinopia rerum omnium pressus, tandem in exilio moritur pontificatus sui anno 7. Rhotaris interea Longobardorum rex, postquam 16. regnauit annos, mortuus, regnum filio suo Rodoaldo dimisit. ipse iuxta Ecclesiam B. Ioh. Baptistæ sepultus est, cuius post aliquod tempus quidam cupiditate ductus, aperuit sepulcrum nocte, & tulit omnia ornamenta corporis. apparuit autem ei per visionem B. Iohannes, dicens: Quare ausus es tangere corpus hominis istius? quantum non rectè crediderit, tamen se mihi commendauit, nunquam ergo hanc Ecclesiam intrabis. quod factum est. nam volens ingredi, à quodam euaginato gladio fuit semper repulsus. Rodaldus igitur dux duxit vxorem Gunzburgam, filiam Agilulphi & Teutelindæ. Ista Gunzburga construxit Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ in Ticino. hæc dum accusata esset apud maritum de adulterio, Carellus seruus eius petiuit à rege, vt ad singulare certamen pugnare sibi liceret cum illo, qui dominam suam infamarat. pugnansque cum eo coram omni populo, eum prostrauit. sic regina honorem recuperauit. Rex verò Rodaldus dum adulterasset vxorem cuiusdam Longobardi, ab eo occisus est, cum iam per quinque annos regnasset. Huic successit Aribertus filius Gundoldi, qui fuit frater Teudelindæ reginæ, hic fecit Ecclesiam S. Saluatoris in Ticino, qui cum Longobardos rexerat per annos nonem, mortuus est. ANNO 12. Constantis, qui erat nepos Heraclij, pestilentia grauissima tribus mensibus grassata est, & à multis visis sunt angeli bonus & malus circuire ciuitatem: & quoties iussu boni angeli malus angelus venabulo, quod manu ferre videbatur, ostium cuiusque domus percussisset, tot ex eadè domo sequenti die interibant. ANNO salutis nostræ 649. Dagoberto mortuo, Ludouicus aliàs Clodoveus, Againo tutore, Francorum atque Burgundionum regna suscipiens, & duce matre, Aureliam profectus est. Non multò post Mathildis mater moritur, & in eodem quo Dagobertus humatus sepulcro, condita est. deinde Ludouicus regere remp. solus coepit. Cuius quarto regni anno tanta annonæ caritas fuit, vt fame atque inedia populus absque modo deperiret, cui malo rex occurrens, reatum quod argenteum erat, à templo martyrum auferri, & per loci abbatem Agulphum indigentibus & peregrinis distribui iubet. mox à Landerico Parisiorum antistite impetrat, liberos ab eius potestate dimitti ministros, qui monasterio deputati erant, vt omni libertate donati, sine molestia Deo inferuient. Sigibertus rex Austrasiorum frater Clodouei, maiorem domus habuit Pipinum: quo defuncto, filium eius Grimoaldum in patris locum constituit. Habuit autem rex filium paruulum nomine Dagobertum, quem Grimoaloo filio Pipini præfecto palatij cõmendauit, vt eius auxilio conseruaretur in regno. Sigiberto defuncto, Grimoaldus maior domus, filium Sigiberti Dagobertum contudit, Dodonemque Pictauiensis Ecclesiæ episcopum, ad Scotos in exilium mittens, Dagobertum episcopum præposuit, & filium suum Hildebertum Austrasij regem præfecit: quo indignati Franci, Grimoaldum captum Clodoueo deferunt, quem ille incarcerauit, & mortuus est in carcere, Hildebertusque interfectus.

Saraceni Si-
ciliam va-
stant.Theodorus
exarchus 8.Rodoaldus
Longobar-
doru rex 8.Aribertus
Lōgob. rex
9.

Pestis.

Clodoveus
Francorum
rex.

Fames.

Dagobertus
iunior.Eugenius
papa 1.

GENERATIO XXIII.

Martino vt sic defuncto, Romanus clerus populusque Eugenium elegit, eius nominis primus, anno Domini 659. vbi sequenti mox anno incepit 23. generatio, anno Domini 660. ab vrbe verò condita 1410. hic pontifex sedit annis duobus,
 H h h 2 men-

Gundebertus & Partharis Longobardorum reges.

Grimoaldus Beneuentanus Longobardorum rex xj.

Garibaldus occiditur.

Partharis ad Grimoaldum redit.

mensibus nouem. Eodem quoque tempore Petrus in locum Pauli hæretici Constantinopoli sufficitur. Hic verò etiam melius aliquanto de religione sensit quam Paulus, non tamen usque adeo eandem fidei normam tenuit, quam sancta Romana Ecclesia prædicat & seruat. Cuius quidem literæ Romam missæ duas operationes & voluntates in Christo negantes, ita sunt explosæ, ut clerus ipse interdiceret pontifici ausus sit, quo minus in Ecclesia S. Mariæ maioris sacrificaret, nisi prius tam prophanas literas reiecisset. Per idem tempus Ariberti filij Partharis & Gundebertus, regnum Longobardorum tenebant, Partharis Ticinum, Gundebertus Mediolanum colebat. Et Longobardi pacem cum Rom. Rauennatibus & alijs Italiæ populis imperio subiectis ubique seruabant, sed varijs ipsi inter se fratres motibus agitati sunt, intantum ut alter ab altero regnum tollere decertaret. Pro hac causâ Gundebertus direxit Garibaldum ducem Taurinensem ad Grimoaldum ducem Beneuentanum, ut veniret & adiuuaret eum contra fratrem, promittens sororem ei dare in uxorem. Garibaldus dux perfidus suavitè Grimoaldo, ut quia fratres regnum dissiparent, ipse veniret, & regnum Longobardorum apprehenderet, quòd & maturus ætate esset, & potens, & consilio valens. Audiens hoc Grimoaldus, animum mox adiecit, ordinans filium suum Romoaldum Beneuenti ducem, ipse cum delecta multitudine armatorum Ticinum tendit: vnde cum Partharim expulisset, Gundebertum Mediolano eiectum trucidat. Quod ubi Clodoueus Francorum rex filius Dagoberti intellexisset, casum adolescentum miseratus, magnas copias statim in Italiam misit, ut adolescentes in regnum paternum restitueret. In transpadana ergo regione prælium acerrimè committitur: tandem verò fortuna se inclinante ad Grimoaldum, fusi atque fugati Galli, Italia expelluntur. Sunt qui scribant eos hac ratione deceptos: Longobardi enim simulata fuga, castra rerum omnium ac vini potissimum plena relinquentes, rari Franci veram esse hostium fugam, in omnem voluptatem inuoluuntur, epulis & vino replentur: quare superuenientibus ex insidijs hostibus, caduntur Franci ad vnum omnes, ut vix cladis nuncius superfuerit, qui stragem istam ad Clodoueam referret. Hac victoria fretus Grimoaldus, omnem prouinciam statim in potestatem suam redegit. Post hæc malignus homo Garibaldus Taurinensis dux, cum paschali die ad orationem in Ecclesiam B. Joh. Baptistæ Taurini venisset, quidam homunculus de genere Gundeberti ascendit baptisterium, sinistra manu se tenens ad columnam, ubi transire habebat dux, cum dextra vibrantem gladium sub veste tenet. cumque propè Garibaldus venisset, ille gladio tota qua potuit virtute utens, caput eius amputauit. est & ibi Garibaldi percussor multis plagis similiter interfectus. Grimoaldus firmatus in regno, occidit Cunibertum Gundeberti filium, & sororem eius duxit uxorem. Beneuentanum verò exercitum remisit ad propria, donatū magnis muneribus, aliquantos etiam secum retinuit, quibus largissimas possessiones concessit. Supererat adhuc Partharis adolescens, qui ad Bauarorum principem Cacannū fugerat. huic mandat Grimoaldus, si pacem Bauaricam cum Longobardis firmam velit, adolescentem Partharim regno suo eijciat. Quare Partharis à Bauaro pulsus, ad Grimoaldum redire statuit. Hoc audiens Grimoaldus, gauisus est, mandauitque ei ut securè veniret. igitur Partharis ad Grimoaldum ingressus, voluit se ad pedes eius iactare, sed Grimoaldus hoc fieri non passus, eum retinuit. Tunc adolescens ad Grimoaldum, Seruus tuus ego sum, potui quidem viuere inter paganos, sed audiens te Christianissimum, ex magna fiducia bonitatis tuæ venio ad te. Tunc rex promisit ei iurando coram omnibus, Quia ad meam fidem venisti, nullum malum erit tibi. & dedit ei optimam domum, præcipiens suis ministris, ut omnia necessaria ex publico abundanter acciperent. Paulò post Ticinenses omnes cœperunt ad eum concurrere, & quasi dominum salutare. statim nonnulli accedunt Grimoaldum, dicentes: Nisi Partharim occideris ocyus, regnum non retinebis, omnes enim ad eum recurrunt. Credulus rex dictis, oblitus iurandi, quæsiuit eum occidere. consilioque habito, misit illi diuersos cibos & optima vina inebriandi causâ, ut mero sepultus, noctu occideretur facilis. Sed vnus ex suis qui potum obtulit, clam in aurem consilium Grimoaldi detexit, qui statim pincernæ suo iniunxit, ut per simulationem pro vino aquam propinare curaret. Expectantes regij an copiosè biberet, & cum vidissent eum hilariter vasa euacuare, credentes vinum, renunciant regi consilia procedere. Vocauit, cœna facta, Partharis Hunnulfum fidelem suum ac vestiarius, consilia regis retractantur, & Hunnulphi puerum circa Partharis lectum recubare faciunt, statuuntque, intra se, quòd vestia-

vestiarius regis superuenientibus dicat, Partharim illic obdormiuisse, quod vestiarius gratanter suscepit. Tulit inter hæc Hunnulfus culcitram & pellem vrsinam, inuoluit Partharim tempore quo milites regis in custodia stabant, & cœpit quasi seruū rusticorum cum veste cadere, extra cubiculum trudere. Cumque milites regis interrogarent quid hoc esset, dixit: Seruus iste rusticus inuentus est iuxta lectum Partharis, quem inde ne turbet eum, expellimus. ita Partharis elapsus est, ac ope Hunnulphi cum quibusdam seruis fuge est emissus. deinde fuga noctu facta, perueniunt pedentim in Franciam, nullo prodeunte. sicque Deus omnipotens Partharim saluauit. Nocte illa missi regij ad persequendum Partharim, cœperunt adire cubiculum: obuiat vestiarius, ac ait: Rogo, dormire illū permitte, quia de vino lassus est, & nimium obdormiuit. Rursum illi ut intrarent, vestiarius iterum eos eadem rogabat: qui irati, dixerunt: Satis iam dormiuit ebrius ille, & calcibus irrumpebant regiam, requirentes eum in lecto: & non inuenientes, interrogabāt vestiarius ubi esset. respondit ille intrepidus, quòd fugisset. Tunc illi vestiarius vinctis post tergum manibus regi præsentabat, renunciantes Partharim fugisse, & illum fugæ consciū esse. Rex vestiarius solui iubet, & per ordinem, qualiter Partharis fugisset, edicere petit, qui mox omnia per ordinem narravit. dicebant omnes: Mala morte moriatur homo ille. Rex autem dixit: Homo iste nil mali vnquam habebit, qui pro suo domino morti se tradidit, multa ei promittens, si sibi adeò fidelis foret. Deinde requisit rex de Hunnulpho quid factum esset. respondit vestiarius, in Ecclesiam S. Michaelis archangeli recipere se dixit. Misit rex, & ita inuenit, ac securitatem veniendi ad se dedit. Hunnulfus fidem habens regi, accessit, & ad pedes eius se prouoluit. Quem cum rex de re gesta interrogasset, per omnia similia vestiario dixit. ad quæ rex prudentiam illius ac fidem admiratus, dedit munera multa, & ut in palatio suo viueret optauit. Post aliquot dies interrogauit eum rex, vtrum secum, an cum Parthari libentiùs esse vellet. ille se male cum Parthari mori, quàm secum in delicijs viuere. deinde rogauit vestiarius, vtrum in palatio vellet viuere, an cum Parthari peregrinari. ille eadem quæ Hunnulfus, respondit. Rex his auditis, laudauit fidem illorum, dixitque ad Hunnulfum: Quicquid volueris de domo mea, homines & iumenta tolle, & vade ad dominum tuum sine aliqua læsione. Similiter & ad vestiarius. illi omnia sibi necessaria secum ferentes, perrexerunt ad dominum suum in regnum Francorum. Inter hæc Eugenius, anno 3. nondum exacto, moritur, vir miræ pietatis, religionis & munificentia, & Vitalianus patri Signinus ex Volscis, in sede Petri collocatur, anno Domini 662. sedit annis 9. menses 6. Sunt qui putent hoc tempore Casaream Persarum reginam, nesciente marito, cum paucis fidelibus Constantinopolim venisse ad imperatorem, quæ quidem honorificè suscepta, non multò post characterem baptismi suscepit, cuius causa venerat. Hoc ubi intellexisset Persarum rex, legatos statim mittit, qui uxorem ab imperatore repetant. respondit imperator, in arbitrio reginæ esse standi vel discededi, prouinde eam sciscitentur. interrogata regina, respondit nunquam se redituram in patriam, nisi rex Christianum nomen susciperet. qui rex statim re cognita, cum 40. millibus hominum Constantinopolim pacato agmine venit. benignè ab imperatore susceptus, vna cum militibus suis baptizatus, in regnum suū cum vxore reuertitur. Constantans interea ubi intellexit Vitalianum pontificatum inijsse, nuncios misit, qui ei suo nomine gratularentur, qui euangelia aureis literis scripta ac multis gemmis ornata beato Petro condonarent. sed & zelo Dei, ut aliqui scribunt, hæresim abdicauit. Deinde verò mutata sententia, nec dijs nec hominibus pepercit, diuina humanaque omnia confundens, expeditionem in Italiam parauit, non quidem ut iuxta famam tunc à se accuratè disseminatam, Longobardos Italia deijceret, sed ut urbem Romam & subiectas illi vel prouincias vel ciuitates, diuinis ornamentis spoliaret. Constantino itaque filio consorte imperij declarato, apud Constantinopolim relicto, classem instructam Constantans præmisit Athenas. ibi nauigium ingressus, ventos naclus secundos, apud Tarentum substitit, copijs in eam ciuitatem expositis. erat exercitus Romano principe dignus. Constituit autem primum ducere Beneuentum. verum ubi intellexit urbem valido præsidio multisque cōmeatibus Romoaldi diligentia munitam esse, Luceriam mouens, urbem vi capit, ac direptam solo æquauit. inde Acheroniam profectus, cum urbem capere non posset, Beneuentum expugnare adortus, sed obsidionem mox soluit, quòd intellexit Grimoaldum propediem cum magnis copijs affuturum, ut filio Romoaldo opem ferret. Neapolim ergo primum, mox

mam inde Constans petit, vbi magna incommoda in itinere passus est. iturus autem à Neapoli Romam, Suburrum ciuem Neapolitanum ducem sui exercitus declarauit, 20. millibus militum lectissimorum attributis, vt subiecta turaretur oppida. Eunti Romam via Appia Constanti, Vitalianus pontifex clero & populi multitudine sociatus, sexto ab vrbe miliario obuiavit, introductusque imperator, beati Petri primò, post alias vrbes ecclesias accuratissimè inuisit, nulla (prout effectus docuit) deuotione ad ductus, sed magis vt ornamèta illorum furacibus oculis perlustraret. Interim Romoaldus Suburrum aggreditur: commisso praelio, patris auxilio fretus superat, ac multos Græcos interficit. Hac desperatione motus Constans, quinta postquam urbem ingressus est die ad direptionem conuersus, omnes statuas ex ære & marmore ad ornatum vrbes positas, omnia ecclesiarum ornamenta paulò decentiora distrahit, & nauibus imponit, plusque ipse ornamentorum 7. diebus vrbi detraxit, quàm barbari antè 200. & 38. annis. Duodecima autem die Roma in malam rem abiens Græculus & Neapolim contendens, inde, nulla belli Longobardorū cura vltèris suscepta, in Siciliam nauigauit sacrilegio plenus. æstimant nonnulli vsque huc nō posse inueniri, quòd vnquam ecclesia Romana habuerit plenè post mortè Constantini Magni dominium vrbes, & Vitalianus iste pro magna gratia accepit, quòd imperator iste pessimus priuilegia ecclesiæ confirmauisset, quæ tamen mox infregit. His implicitè periculis remp. Romanam relinquens Constans, grauissima clade affectisset ignauia sua, nisi Grimoaldus nostrorum cædibus exultantem, domestica seditio reuocasset. Commendauerat Grimoaldus Ticino profecturus, Lupo Foroiulianorum duci gentis Longobardæ protectionem. habebat is Papæ statua, vt Aemilia & Hetruria ciuitates cum transpadanis cōmodè tutari possent. Sed cum de belli magnitudine & Constantis potentia multa acciperet, periturum Grimoaldum sperans, ad Longobardorum regnum adspirauit. quod Grimoaldus intelligens, vt vires exercitus sui auget, Banaros vi foederum nuper inter eos ictorum aduocauit. quo audito, in Foroiulianos versus, apertam in regem suum rebellionem ostendit Lupus, nisi omnia in transpadanis tumultu inuoluere. Inuasuri Foroiulianos Bauari, ad littora Adriatici sinus descendunt, quibus occurrit Lupus. tantum autem inerat vtrique genti animorum, vt nulla fuerit mora: & multis in vtroque exercitu occisis, prima & iterum secunda ac tertia die pugnatum est. cesserunt Bauari, & eorum impedimenta Longobardi diripiunt. Sed interea multitudo Bauarorum superuenit: Quare praelio die quarto redintegrato, maximis animis est pugnatum, vicitque Bauarus, & Lupus inter confertissimas acies pugnans, cadens interfectus est. Bauari Foroiulianum diripiunt. Superueniens Grimoaldus, gratias Cacanno Bauarorum regi egit, suavitque vt copias reuocaret, deinde clam in Forum Popilium duxit, vturus iniuriam quam à Raenatibus ibi accepit, dum transfret in auxilium filio. sabbato sancto resurrectionis Dominicæ die ex inopinato ciuitatem aggressus est, clerumque cum omni populo interfecit, & urbem solo æquatam reliquit. Interim Arnefites Lupi filius, ad paternum adspirans ducatum, in Dalmatiæ se contulit regionem, Sclauorumque agrestium non contemnendam manum secum duxit: improuidus fines Foroiulienium irrupit, multis occisis, ipse quoque interfectus est. Dalmatæ in vltionem sunt armati, sed fugat eos Vectaris nouus dux Foroiulianus, quem Grimoaldus creauerat. Adèd crudelis victor nimirum omnes imperij vires fregisset, nisi matura esset morte præuentus: minuerat ille ex consuetudine sanguinem incisa vena, quam, priusquam curasset, rupit, arcum intendens. Tam facili casu tantus vir interiit. Fuere in eo multæ corporis & animi dotes. tantum enim prudentia & cōsilio valuit, vt quadam capitula Rho-taris regis edictis addiderit. fuit mediocris statura, corpore validus, capite caluo, promissa barba, nec animo minùs quàm corpore promptus. sepultus est Papæ in basilica beati Ambrosij, quam sua fabricauerat impensa. Reliquit autem filium suum Garibaldum, quem de filia regis Ariberti habuit, successorem regni adhuc puerum, Romoaldum filium suum iam Beneuenti ducem firmanit. Partharis interim dum esset in Francia propter timorem Grimoaldi, quia huic cum rege Francorum foedus intercedebat, voluit fugere in Britanniam: cumque nauigasset per pelagus, sibi àudiuisset vocem, dicentem: Si Partharis est in illa nauì, redeat in patriam, quia iam tres dies sunt, ex quo rex Grimoaldus mortuus est. Audiens Partharis, respexit, & neminem vidit. vnde incidit sibi, quòd angelus bonus hæc renunciaffet: statimque reuersus, venit Ticinum, & inuenit ibi multitudinem Longobardorum, qui cum gaudio

Romoaldus
Græcos vin
dit.Vrbem diri
pit ConstansLongobar
dorum dif
cordia.

Populium

Populienf
um strages.

Arnefites.

Partharis
Longobar
rex it.

gaudio suscipiunt, quorum ope expulit Garibaldum puerum Grimoaldi de regno, & post mensum tertium voluntate Longobardorum obtinuit regnum. erat iustus, nutritor pauperum, & fide catholicus. Misit deinde Beneuentum, & obtinuit vxorem suam Rodelindam, & Cunibertum filium suum, quos Grimoaldus illuc misit in exilium. postea fecit ecclesiam in eodem loco, de quo olim fugerat, in honore S. Agathæ virginis, & vxor eius Rodelinda aliam fecit ecclesiam in honore B. Mariæ virginis extra muros Ticini, & dicitur, ad Parthicas. Ad Constantem imperatorem redeo, qui, vt dictum est, in Siciliam contendit. voluit autem, vt aliqui ferunt, & imperium transferre Romam, odiosus factus Byzantijs, eo quòd Martinum ignominiosè tractans, in exilium miserat, & Maximum sapientissimum virum lingua manuque truncarat, duosque Anastasios discipulos eius, tormentis & exilio tradiderat, ac multos orthodoxorum verberibus ac exilio damnauerat. Sed dum in Sicilia aliquot iam annos luxui vacans, balneum Syracusum ingrediatur, Misselli Armenij studio post annum imperij 26. cæsus est. ille fauore quorundam militum fretus, tyrannidem occupauit. Ad primam interfecti Cæsaris famam, omnes Italiae & Aphricæ populi exultarunt, vt Italiae exarchus Theodorus nullum in publico gaudio ausus sit tristitiæ aut mœoris signum ostendere. paulò post disseminatum est, milites Orientales non satis voluntarios esse. quam ob rem incensum sunt militum Italiae animi, & Theodoro exhortante, in Siciliam sunt delati, vbi seditione facta, oppressus interfectusque est Missellus. & qui illius fauoris principes fuerant, victi Constantinopolim sunt perducti. His ita vertentibus, Saraceni tanta imperij trepidatione percepta, magna classe Syracusas totamque insulam occupant. vnde tam splendida onusta præda Alexandriae redeunt, vrbes Romæ ornamenta secum tulere, quæ Constans Syracusas aduererat. Indicabat profectò rot clades stella crinita, quæ tribus continuis mensibus apparuit, & pluuia magna, & frequentia tonitrua, qualia nunquam antea fuere. ANNO igitur Domini 670. Constantinus filius Constantis imperium suscepit cum fratribus suis Heraclio & Tiberio, imperauit annis 17. Hic interfecto patre Constante, omnia adèd trepidè administravit, vt si aliqua fuisset vis illata, visus sit imperium facillimè amissurus. Confirmatus tamen audita morte Misselli, primùm omnium maxima vsus est crudelitate: fratres pueros adhuc, ne ad imperium adspirarent, naribus mutilauit, vt scribit Blondus, & sequitur eum Pius abbreviator eius. ANNO Domini 672. Vitalianus composita regula ecclesiastica, cantum ordinauit, adhibitis organis, beneque gubernata ecclesia moritur, & in eius locum Adeodatus patria Romanus, ex monacho pontifex creatur. sedit annis 4. vir religione & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes beneficus, in hospites benignus, supplicationes frequentes habuit, leprosum osculo mundauit, petentibus nil negauit. Sub eo quoque translatus fuit corpus S. Benedicti, & corpus S. Scholasticæ ad monasterium Floriacense. demum 4. anno moritur, & ab omnibus fetus, in basilica S. Petri sepelitur. ANNO deinde 676. Donus patria Ro. eligitur. sedit annis 1. mensibus 5. hic clerum diuersis ordinibus distinxit, monachos quosdam Syros cum Nestorianis sentientes, in monasterio Bœotiano deprehensos & castigatos, in varia monasteria diuisit. deinde benè meritis moritur, ac in basilica S. Petri sepelitur. Agatho verò natione Siculus, ex monacho pontifex substituitur anno Domini 678. sedit annis 4. mensibus sex. hic instituit, vt distinctus sit habitus virorū & mulierū. Per huius tempora Raennas ecclesia, ecclesiæ Ro. à qua descuerat, est subiecta. Theodorus illi præerat archiepiscopus, & alter Theodorus exarchus. Archiepiscopus, cum esset magnus elemosynarius, qui & famis tempore multis profuerat, clerum præter morem in moribus continere bonis satagebat, vnde maximam in illum inimicitiam exercebat. Contigit dum in Apollinaris æde archiepiscopus solennia Missarum celebrare vellet in die natalis Christi ante ortū solis, quòd omnis clerus eum destitueret: cum verò sol iam in meridiem secessisset, exarchi opera reductus ad archiepiscopum clerus, illum ad martyris ecclesiam deduxit: qua motus indignitate archiepiscopus, ad Agathonem Romanum pontificem se contulit, Raennatemque ecclesiam Romanæ subdidit, ne quisquam vt antè præsumeret parem hanc facere Romanæ ecclesiæ, quod multi antea præsumperant. ANNO 10. Constantini, cum multas accepissemus à Saracenis clades, & Hierosolyma rursum esset Homaro duce capta, seruaretque iam hostibus, inuenimus illum in Saracenos duxisse, & victoria celebri potitum opera & artificio Galeni cuiusdam, qui ab Heliopoli Syriæ ad Romanos confugit: is tum

Constantis
cædes.Missellus
opprimiur.Constanti
nus 4. imp.
65.Adeodatus
papa.Donus pa
pa.Agatho pa
pa.

Naves Sa-
rac. medio
mari exuste.

Bulgari
Thraciam
ingressi.

Sexta Con-
stant. syno-
dus.

Iohan. 10.

Iohan. 14.

Matth. 8.

Clodovei
stupor.

Bathildis.

Clotarius 3.
Francorum
rex.

Ebroinus.

ignem marinum inuenit. quo vsi Romani exercitus, qui cum Saracenis tunc bella gef-
serunt, Saracenorum naues combusserunt, & ita multis occisis, captis atque submer-
sis, victoria sunt potiti. Nihilominus prudens princeps in triginta annos cum his pa-
cem firmavit, hoc pacto, vt Saraceni tria millia librarum auri annuatim soluerent.
Insuper quinquaginta captiuos nobiles redderent, & equos nobiles vigintiquinque
singulis annis in tributum darent. necessitas autem componendæ pacis cum illis
suberat. Nam Bulgari eo tempore è Scythiæ finibus egressi, noua barbarorum col-
luuiis, omnem populabantur Thraciam. occurrit eis Constantini exercitus, sed vi-
ctus, pacem quam hostes offerebant, cupidus accepit. prouinciam feracem illis, isto
foedere, Danubio proximam, princeps Romanus habitandam dedit. Cessit hæc non
modò ei genti prius barbaræ, verum omni Europæ fausta modestia, qua Bulgari
tunc sunt vsi, quòd habitam eo ex foedere prouinciam hætenus annis 763. possident,
vt Blondus narrat, vbi tanquam limitanei milites excubitoresque Christianorum,
aduersus cateram barbariem permanent. Benè etiam tunc vsus est pace illa Con-
stantinus, quòd eo qui secutus est, anno curauit 6. synodum apud Constantinopolim
celebrari. Interfuerunt autem Agathonis papæ legati Iohannes Portuensis episco-
pus, Iohannes Romanæ ecclesiæ diaconus, conueneruntque ad imperatoris edictum
289. episcopi. Acta autem est causa Monotheletarum, dicentium vnicam tantum in
Christo esse voluntatem. Erant tum duo primarij causæ aduersarij, Georgius Con-
stantinopolitanus & Macarius Antiochenus. Georgius auditis rationibus, facillè in
sententiam catholicorum se adduci est passus. Macarius autem pertinax, non solum
est dignitate priuatus, sed simul cum mortuis, Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro eiusdem
hæresis authoribus, fatanæ traditus, ad extremum cum aliquot perfidiæ complici-
bus Romam relegatus. De hac 6. synodo habetur 15. dist. De hac Damianus Tici-
nensis & Mansuetus Mediolanensis inquirunt: Hæc est vera Dei & hominis fides, vt
duæ credantur in Deo voluntates, duæ operationes. Ego, inquit, quantum ad diuini-
tatem, & pater vnum sumus: quantum verò ad humanitatem pertinet, Pater maior
me est. præterea verò secundum humanitatem, eum in naui dormientem cernis: si
diuinitatem inspicias, ventis & mari imperat. Fertur autem quòd cecidit Macario
hæretico, statim in medio concilij tela aranearum nigerrima in medio populi cecide-
rit, adeò vt omnes mirarentur, & dicerent quòd sordes hæresium expulsa essent, & ita
auxiliante Deo tum vnita sunt Latinorum & Græcorum ecclesiæ. Tunc in regia vrbe
Iohannes cardinalis Portuensis episcopus in die S. Paschæ Missam in ecclesia S. So-
phie, præsentibus principe & patriarchis & toto populo, Latine cantauit. Sub isto
Agathone luna eclipsin passa est, quam secuta est in vrbe Roma mortalitas grauissima,
ita vt patres cum filijs & sororibus simul efferrentur, ex qua etiam ipse Agathon pius
papa defunctus est, atque apud sanctum Petrum sepultus. Inter tantos totius penè
orbis tumultus, Francia ocio & pace fruebatur. rex erat illi Clodoveus, miri ingenio
præditus, qui sacris rebus animum adiciens, multa pietatis argumenta suis ostendit.
Atque tandem aperto diui Dionysii feretro, brachij partem inde abstulit, quod tametsi
reuerenter tractaret, mox tamen mente consternatus humi concidit. Dionysianum
templum adeò tenebris inhorruit, vt qui illic aderant, pauidi fugerent. Rex etsi in sa-
no non dissimilis esset, brachij partem ablatam auro circumdatam & gemmis orna-
tam, beato corpori restituit, simulque monasterio donaria dedit multa, quibus melio-
rem sibi mentè reciperet: sed annos 2. hac afflictus calamitate, interiit regni sui anno
16. expleto, anno Domini 662. Reliquit ex Bathilde Saxonum genere illustri libe-
ros 3. Clotarium, Childericum, Theodoricum. Hæc Bathildis est, quæ Calense mo-
nasterium à Clothilde regina diuò Georgio dicatum ampliavit. vbi cum virginibus
sacris monialis facta, religiosè conuersata est. Cuius item opus est Corbientse coenobi-
um. Clotario paterna possessio obrigit, qui authore matre, dum adolefceret, regno
præfuit, constituto primario palatij pro more Ebroino. hic ille est Ebroinus, qui diuò
Leodegario sancto Hedduorum antistiti oculos euulsit, & Lambertum Leodiorum
præsulem sua ecclesia extruxit. Clotario post quartum imperij annum defuncto,
Franci Theodoricum minorem natu in regem assumpserunt, misso in Austrasiam
Childerico. Sed per Theodorici incuriam & secordiam res Francorum deterior est
facta, quippe cum resp. cubicularijs regijs & præfecto palatij omnis crederetur, regi
mos inoleuit, regiã non nisi Kalend. Maij ingredi, vbi se populo vno dūtaxat die osten-
debat. In hoc tam inerti ocio Ebroinus occasionem nactus, oppressit multos, vexauit

uit plurimos, rem in Theodoricum regem transferens. Quare proceres monaste-
rio Theodoricum includunt, & Ebronium malorum omnium principem, ad Luxo-
uium cœnobium mittunt. Inde ex Austrasia Childericum cum pædagogo Vulphano
reuocatum, regem appellant, cuius facti statim eos poenituit. nam à primarijs coniu-
ratione perimitur, vnà cum vxore prægnante. Vulphanus Austrasiam repetit, Theo-
doricus in regnum reuocatur, qui Lendefillum palatio præfecit. Sed Ebroinus magi-
stratum vi repetijt, quo mortuo, Franci Garaconem palatio præficiunt, quem non
multò post filius Gilemarus à magistratu deijcit, hic post bella aduersus Pipinum, qui
in Austrasia erat, gesta, cum repentina morte interijisset, Garacon præfecturã recepit.
quo defuncto, anceps inter Francos quæstio fuit, quem in demortui locum subroga-
rent. Francorum dissidio cognito, Pipinus arma capere instituit, Theodoricum fu-
gat, atque isto modo magistratum palatij recepit. Per eadem tempora cum Par-
tharis rex Longobardorum solus regnasset per 7. annos, in 8. anno ordinauit Cunib-
bertum filium in regno, vt pariter regnaret cum eo. cumque in omni tranquillitate
regnarent, surrexit contra eos Alachis de Tridento, quem tamen Cunibertus dili-
gens, in gratiam patris mox reuocauit. Insuper filio roganti, vt Alachi daret ducatum
Brixie, Partharis, etsi videret inde nonnihil mali regno imminere, concessit. ciuitas
enim Brixia semper habuit multitudinem nobilium. propter hoc timuit rex, quòd
Alachis aliquando affectaret regnum. postquam autè regnarat annis 18. defunctus est.

Post mortem verò eius, Cunibertus filius eius duxit vxorem nomine Ermelindam
de genere Saxonum. Alachis verò oblitus omnium bonorum, quæ in cum Cunib-
ertus fecit, iunxit se cum Aldone & Gransone de Brixia, & cum multis Longobardis, in-
transque in absentia Cuniberti Papiam, occupato palatio, rebellauit ei. Quod au-
diens Cunibertus, fugit intra lacum Larium circa Cumam. facta est autem magna
tribulatio omnibus qui eum amabant, maximè clericis & episcopis, quos Alachis odio
habebat. Denique cum quadam die solidos super mensam numeraret, vnus tremis-
sis decidit, quem filius Aldonis adhuc puerulus de terra sustulit, ei que reddidit, qui
puerum non curans, dixit: Pater tuus multos habet de istis, quos mihi breui est datu-
rus. Puer nocte rediens domum, patri omnia retulit. extimuit pater, moxque vadit ad
domum fratris sui Gransonis, nuncians verba regis: statimque vocatis amicis. coepe-
runt tractare de interitu illius. manè autè cum starent in conspectu regis, venationem
prætendunt recreationis causã, cum quibus Alachis exiuit. Interea vadunt ad Cunib-
bertum, prouolentes se ad pedes illius, veniam petunt, ac regem in venatione esse af-
firmant. sed quia sol declinauerat, coniurant, diemque statuunt, quo veniat Ticinum
Cunibertus. Constituto itaque die venit Cunibertus, & illi sicut promiserant, eni
intromittunt, ad quos episcopus, clerici, iuuenes & senes cum gaudio cõcurrunt, am-
plectebanturque; genua eius, gratias agentes Deo pro reditu ipsius. Hæc cum intelle-
xisset Alachis, discedens mox, iuit per Placentiam, blanditijs atque vi congregans ex-
ercitum grandem. Cunibertus similiter contractis copijs ad eum exiuit, & dum in
campo qui coronatus dicitur, conuenirent, misit Cunibertus ad Alachim, dicens:
Vt quid perit tanta hominum multitudo? pugnemus ego & tu, & qui vicerit, re-
gnum teneat. Cui Tuscus quidam: Fortissimus es Alachis & audax, pugnam idcirco
non declina. Et cum recufaret, dixit Tuscus: Nisi cum illo pugnaueris, amplius me-
non habebis. & statim relicto eo, iuit ad Cunibertum. Interea deliberauit Alachis
certamen inire. quod audiens diaconus quidam nomine Zeno, qui multum amabat
Cunibertum, accessit & dixit: Mi rex, omnis nobis in te sita est spes. si mortuus fueris
in pugna, omnes nos occidet tyrannus ille per diuersa tormenta. da mihi arma tua,
& ego pugnabo pro te: si mortuus fuero, salua est causa tua: si vicerò, maiorem
inde habebis gloriam. renuit primùm Cunibertus, sed à suis rogatus, vix tandem con-
sensit. armatur Zeno, cumque pugnaretur, Alachis vicit, ac diacono caput ampu-
tauit. quod in hasta leuatum, ad suos reportauit. verum ablata casside, cum clericus
appareret, vidit se deceptum, & ab aduersa parte derisum. votumque vouit, quòd si
victoriam de Cuniberto haberet, puteum vnum de clericorum testiculis impleret.
Renunciat Cunibertus Alachi, vt ad pugnam se præpararet. sed Alachis renuit, dicens
ad suos: Non possum hoc facere, quia video Archangelum Michaellem contra me.
Haud mora, exercitus vtriusque ducis pugnam incunt, in qua Cunibertus, occiso Ala-
che, victor euasit. caput Alachis & crura abscissa sunt illi à corpore, vti mernit. rex ve-
rò Cunibertus cum gaudio Ticinum est reuersus. regnauit post hæc annis duode-
cim.

Pipinus.

Cunibertus
Longobar.
rex 13.

Alachis ty-
ranus Tici-
nũ occupat.

Redit regnũ
ad Cuniber-
tum.

Leo 2. papa. cim. Agathone peste extincto, successit in pontificatu Leo secundus, natione Siculus, anno Domini 683. sedit annum vnum, vir doctissimus Latine & Græcè, præterea adeo musices peritus, vt psalmodiam composuerit, hymnos ad meliorem concentum redegerit. Idem quoque instituit, vt in celebratione pax populo daretur. Sextam verò synodum, de qua dixi suprâ, Græcè scriptam transtulit in Latinum, & eos anathemate expulit Ecclesia, quos sancta synodus præsentè Constantino damnauerat. Statuit etiam, ne electio cleri Rauennatis valerit, nisi eadem Romani Pon. auctoritate confirmata fuisset. antea verò exarchorum potentia freti, diuina ac humana pro arbitrio miscebant, quasi Rom. pontifici pares. Leonis erat institutum, ne ad archiepiscopatu assumptus, pro vsu pallij quicquam perfolueret. In pace Leone hoc quiescente, Benedictus natione Romanus, ad regendâ ecclesiam vniuersalè assumptus est, eius nominis secundus, anno Domini 685. sedit mensibus 10. vir fuit humilis, pius, misericors & mansuetus, qui in diuersis officijs militauit in Ecclesia Ro. vt in eo verè benedictionis gratia redundaret. Ad hunc Constantinus imperator hominis sanctitate permotus, sanctionem misit, vt deinceps quem clerus, populus, exercitusque Rom. in pontificem delegisset, eundem statim verum Christi vicarium esse omnes crederent, nulla aut Cōstantinopolitani principis, aut Italiæ exarchi expectata auctoritate. antè enim id ratum erat in creando nouo pontifice, quod princeps confirmasset, vel qui eius vices in Italia gerebat. Huius pōtificis tempore ignis fertur cecidisse de cælo. Iris etiam adeò magna apparuit, vt putarēt homines consummationem seculi aduenisse. maximè aquarum inundationes sequebātur, & tum pestilentia grauissima cum signo iræ Dei. multis enim visibiliter apparuit, quòd angelus bonus & alter malus circumcunctes Romam nocte, quot vicibus domus aliqua percutiebatur, tot ex ea sequenti die interibant. Ex * Veseno tunc quoq; monte Campania tantus ignis erupit, vt loca circunquaque exusta sint. Moritur primo anno Benedictus vir sanctus, in cuius locum Iohannes Syrus, huius nominis quintus, extitit electus anno Domini 686. sedit annum ferme vnū. hic fuit vir valde strenuus, ad cuius preces pius princeps Cōstantinus releuauit ac abstulit cæsum patrimonij, qui de insula Sicilia dabatur exactoribus imperalibus. pontificatus sui anno primo moritur. Eodè anno moritur Constantinus princeps, quum 17. ab eo imperatum esset annis, catholicus & bonus per omnia, qui contra hæreticos ecclesias reparauit, & Græciam Ro. Ecclesiæ reconciliauit. tandem migravit ad Christum, Cōstantinopoli sepultus. Annus igitur Domini 687. noui imperatoris Ro. & Armirathi Saracenorum creatione insignis, pontificem etiam Romanum habuit nouum. Iustinianus 2. filius Cōstantini imperium accepit, & x. annis imperauit. paulò antè Saraceni ad primam Cōstantini ingrauescentis morbi famam spe adducti, Africam & Libyam inuasērunt, omniaq; mari exposita occupauerunt. sed sicut Africâ & Libyam amittere, defuncto patre, res nouæ fecerūt, ita eadēdē prouincias exorte in Saracenis res nouæ, rursus amittebant. Siquidè Gyzirè Armiratho Saraceno hoc tempore vita functo, * Baldalam suffectus est, sunt qui posteriorem Abimelech nominent, qui audiēs Iustinianum imperij iura omnium principum consensu accepisse, paratumq; magno exercitu in Saracenos mouere, pacem illi vltro obtulit, per cuius foedus Africa & Libya in primis fuerunt imperio restituta, affirmantque nonnulli pactum, vt per annos x. qui terminus fuit paci statutus, Saraceni singulis diebus mille aureos soluere, seruumque vnum ex gente sua equo insidentem Ro. imperatori mittere debuerint. Romano pontifice vita functo, non minima contentio facta est inter clerum & exercitum. nam clerus ad quendam Petrum in clinabatur, exercitus verò Theodorum archiepiscyterum flagitabat, virum pecuniosum, cuius muneribus principes militiæ corrupti erant. At dum non concordari possent, diuino instinctu clerus tertiam personam nominabat Cononem Thracem, institutione Siculum, virum angelicum, qui Deo militans, nunquam se negocijs secularibus inquinauerat, quod vrbicis valde placebat. Videntes autem milites & principes vna voluntate clerum ac populum conuenire, ipsi quoque flexi sunt, ac deuotè subscripserunt. Idem fecit Theodorus exarchus Rauennas, cui in magistratu non multò post mortuo, Iohannes Platina in exarchatu successit. Hic pontifex sincera Iustiniani imperatoris amicitia vsus, ab illo impetrauit, Brutios, Lucanosque & Siculos multis leuari tributorum oneribus, quanquam alij velint ad Cōstantino patre Iustiniani Benedicto esse remissa. Hic etiam recepit Iustiniani literas, in quibus scribebat se acta sextæ synodi reperisse à pio genitore suo firmata: hanc synodum promittebat

bat inuolabiliter se seruaturum, sed in hac voluntate non permansit. Post paulò Conon Ro. Pont. graui languore decubuit, cuius incurabilem infirmitate in videns Paschalis archidiaconus, scripsit Iohāni exarcho multa promittens, si post mortem eius pontifex eligeretur. Ingrauescente igitur morbo, cum se mori intelligeret, quicquid auri cumulauerat, clero & singulis vrbis Romæ monasterijs ac sacris ædibus legauit, eius distributionis curam Paschali archidiacono demandans. moritur autem pontificatus sui anno primo.

GENERATIO XXIIII.

ANNO Domini 690. mortuo Conone Ro. Pont. Sergius primus natione Syrus subrogatur, in quo inchoata est 24. generatio, anno imperij Iustiniani 4. Electus autem fuit hic Sergius non sine altercatione. populus enim Ro. bifariam diuisus, hinc Theodorum, illinc Paschalem petebat. Irruperat iam Theodorus cum factione sua in interiorem partem episcopatus Lateranensis. Exteriora verò Paschalis obtinebat ab oratorio S. Syluestri vsque ad basilicam domus Iuliæ. Verum cum ibi tantus esset tumultus, vt de pugna nō ambigeretur, principes ciuitatis, clerus, militiaq; Ro. vnum in locum sedentes, quid maximè fieri deberet ad tollendam seditionem, consultant. Tandem re discussa, neutri eorum qui ob ambitionem tantos motus concitauerant, demandandū pontificatum censuerunt: & Dei nutu, nemine aduersante, Sergium v. ^{Sergius primus papa.} rum laude dignum, pontificem deligunt, eundemq; è media turba humeris tollentes, in palatium Lateranensè detulere, refractis vi foribus, repulsisq; his qui locum occupauerant. At verò Theodorus, cognito omnium consensu, Sergium Pont. salut. idem fecit Paschalis, licet inuitus. hic tamè clanculum Iohannem exarchum Rauennatem literis & pollicitationibus adeò concitauit, vt qui antè largitione corruptus, promissa solueret, in vrbem venit, nullis præmissis nuncijs, vt incautos opprimeret. Verum vbi intellexit Sergium omnium consensu declaratum Pon. donaria quædā ex basilica B. Petri sustulit. Sed & Paschalis tanti mali causa, magiæ accusatus & cōuictus, archidiaconatu suo priuatur, & in monasterium ad peragendam poenitentiam detruditur. Ibi in pertinacia moritur. His ferme tēporibus Theodoricus cum annos in regno Francorum 19. exegisset, fato functus est, relictis ex Clothilde liberis duobus Clodoueo & ^{Clodo. & Chil. reges Francorum.} Childeberto. Clodoueus regnū accipiēs anno Domini 697. tertio anno mortuus est. Successit Childebertus princeps, nulla re alia, quàm Pipini præfectura, clarus. Per ea ^{Luitpertus Longobard. rex 14.} tempora Cunibertus Lōgobardorum rex obiit, regnumq; Luitperto filio puero, sub Asprandi ducis tutela reliquit. Tunc Ragimbertus, Taurinensium dux inuidia ductus, arma in regem suum mouit, cui quum obuiant Asprādus & Rhotaris dux Bergomensium, pugna facta, vicit Ragimbertus, & Asprando ac Rhotari cum infante rege fuga prolapsis, nullo resistente, Papiā veniens, regno est potitus. Hoc intra paucos menses ^{Ragimbertus Lōgob. rex 15. Aribertus 16.} vita functo, Aribertus filius regnū sibi retinere conatus est, sed ducibus Longobardis cum rege adhuc puero arma sumentibus, fit altera pugna acerrima, quo in prelio post maximas cades vicit adulterini regis exercitus, & Luitpertus puer vnicus venit in hostiū potestatem. Asprādus ad insulam Comaciā, Rhotaris in Laudam ciuitatem suam recepit se. Fecitq; vt à comitibus militibusq; rex declararetur. Quæ cum Aribertus accepisset, duxit in Laudam: qua breui capta, fines Bergomensium ingressus, obsedit Rhotarim apud Bergomū, adhibitis machinis oppugnationibusque, vrbe munitissima potitus est. captum in ea Rhotarim, detonsumque, quod erat maximum Longobardis opprobriū, post paucos dies eū iussit simul cum Luitperto vero rege iugulari. Exinde Aribertus duxit in * Comaciā, sed Asprādus confugit ad Bauaros. Aribertus autem cum securus nūc regnaret, apprehendit Sigibrandū filiū Asprandi, & excæcauit eum, omnemq; parentelā per diuersa tormenta afflixit. Luitprandus autem filius Asprandi puer abire permissus, ad patrē venit. Aribertus pacatū habens regnum, cui præfuit ferè annos 12. tunc zelo religionis ductus, fertur B. Petro cōdonasse alpes * cotias & quicquid à Taurinis Genuam vsq; Ligusticam protenditur. Igitur postquam Asprandus per ix. annos mansisset in Bauaria, adiutorio Theodeberti ducis Bauarorum cum exercitu venit in Italiam, pugnavitq; cum Ariberto. Cæsi sunt multi vtriusque partis, dicunt tamen Bauaros fugisse, & Aribertū nocte ad castra sua rediisse, qui cum nolisset manere in castris, sed iret Ticinum, desperare fecit populū suum, audaciamque addidit hostibus, ita quòd etiam in ciuitate populū inuenisset malè sibi motum. Quo intellecto, tulit de palatio aurum immensum, delibans ire in Franciam: & cum Ticinum ^{fluuium}

Asprandus
Longobardorum
rex 17.
Luitpran-
dus 18.

Iustiniani
perfidia.

Iustinianus
imperio de-
iectus à Le-
ontio.

Leontius.

Abfimar.

Leontium
Tiberius in
carceres co-
iecit.

fluvium oneratus auro transire pararet, ab aquis est suffocatus, cuius corpus die sequenti est inuentum, & in ecclesia Domini Saluatoris sepultum. Post cuius mortem Asprandus Longobardorum regnum omnium consensu obtinuit, & solummodo tres menses superuixit, vir per omnia bonus ac sapientissimus. Eo defuncto, Longobardi statuerunt sibi regem filium eius Luitprandum, cuius referas tempora in Constantinum pontificem. regnavit annis 32. Interea verò Iustinianus imperator tum in Deum, tum in homines mira inconstantia vsus est. foedera violabat cum Saracenis ista, eosque maximis affecit incommodis. Illi verò reparatis viribus irruunt, multò plura inferunt damna. redintegrata tamen pax est. fregit insuper aliam pacem à genitore Constantino cum Bulgaris constitutam. ex improviso enim profectus in eos, cædibus & incendijs per vniuersam Bulgariam est debacchatus. Illi verò animis post tantam consternationem resumptis, saltus loca per quæ redire Iustinianus debebat, munitionibus intercluserunt. Quare rediturus imperator, ad Bulgarios mittere coactus: eaque conditione pacem reditumque impetrauit, vt captiuis rebus omnibus quas diripuerat, dimissis, abiens, pacem precario concessam, iureiurando confirmaret. Iustinianus ex Bulgaria reuersus, apud Constantinopolim contemptui fuit, ea præsertim causa, quòd Stephanum cui curam vrbs reliquerat, non puniuit, pro eo quòd matrem verberibus affecerat, & multa sæua alia commiserat. Sed nihil hæc aduertens, synodum congregauit, vbi aliqua conclusa sunt non consonantia fidei. subscripserunt verò imprudentes oratores Romani pontificis, sed eam subscriptionem Sergius Ro. Pont. vt pro hæretica iudicatum, noluit approbare, de quo lætatus imperator, mittit Zachariam protospatharium Romam, iussitque Sergium Pont. Constantinopolim deportari. quod cum in vrbe ac Italia auditum esset, luctus publicus fuit. sed Rauennatis exarchatus milites, constituerunt pontificem, urbem ac Italiam à tanta iniuria vindicare. armis captis, factoque agmine, ad urbem properant. Intellexit eorum aduentum Zacharias, qui terrore percussus, pontificem orauit, vt se seruaret. nec defuit illi pontificis pietas, qui conuenientibus populo ac militibus, concione habita, milites delinuit, & spatharium fide publica abire permisit. Præterea Iustinianus à Gallinico patriarcha exegit, vt orationem ad destruendam ecclesiam Dei genitricis iuxta palatium faceret, volens ibi ædificare. Recusante patriarcha, institit imperator atque coegit. tunc patriarcha: Gloria Deo, inquit, qui iugiter sustinens patitur, nunc & semper & in omnia secula seculorum. quo audito, destruxerunt ecclesiam. alia quoque multa improuidè faciens, odium populi in se excitauit. Vnde Leontius patricius, quem ipse quondam prætorem & magistrum militum orientalium fecerat, sed iam per annos tres in custodia tenuerat, & postea in exilium miserat, annuente Gallinico patriarcha, dum imperator absens erat, superuenit, & plebe vrbs Constantinopolitanæ ad arma excitata, restructis omnibus custodijs vrbs, carceres aperuit, atque omnibus tam nobilibus quam alijs eductis, animos ciuium sibi conciliauit. Inde magno exercitu conflato imperatorem aggressus cepit, & captum amputatis naribus in exilium in Pontum misit anno Domini 696. Eos imperij motus exploratos habens Abimelech Saracenorum armirathus, Africam inuasit, in quem Leontius Iohannem patricium magistrum militiæ cum exercitu misit, qui cum Saracenis congressus, eos fugere compulso, omni Africa exterminauit: & quia accreuerat illis ex Arabia, Aegypto & Perside exercitus, supplementa à Leontio postulabat sibi dari Romanus in Africam transportanda. verum cum mittere negligeret, exercitus tumultuarii cepit. Abfimarum, cui Tiberio fuit cognomen, Constantinopolitanum ciuem, ducem primò, post imperatorem acclamauit. is imperium (vt aliqui) quæsitum, vel (vt alij) oblatum accipiens, mox antequam noua de sua creatione ad Leontium peruenirent, cum exercitu penè omni nauigans Constantinopolim peruenit. fauebant illi ciues, affinium agnatorumque factio potentissima. Vnde dum Leontius forum ac palatium munitum seruare nititur, Tiberius urbem cepit, & captum paruo negotio Leontium, naso, sicut & ille Iustinianum, mutilauit, quem coniectum in carcerem, maiori infortunio referuauit. Itaque Tiberius anno Domini 700. imperium inuasit metu quam maiestate maiore. nam Philippicum quandam Nicephori patricij filium, qui ei in adipiscendo imperio fauerat, in exilium misit, quòd socijs narrauerat, se per quietem vidisse aquilam caput suum alis obtegentem, veritus ne imperium adolescenti portederetur. Ad Sergium redeo, qui in sacratio S. Petri capsam inuenit argenteam, & in ea crucem diuersis ac preciosis lapidibus exornatam, de

de qua tractis quatuor petalis, quibus gemmæ incluse erant, portionem Dominicae crucis miræ magnitudinis conspexit, quæ singulis annis in basilica Saluatoris, quæ dicitur Constantiniana, die Exaltationis eius ab omni populo salutatur. Synodus quoque Aquileiæ congregatur sub eo, vbi ecclesiam Aquileiensem, quintam synodum non omnino approbantem, ad sanitatem reduxisse fertur. Eius institutum etiam est, vt in fractione Dominici corporis cantetur, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Hic S. Vuigbredum ad Frisios misit, qui eos ad fidem conuertit. Eius tempore claruit venerabilis Beda, doctus Græcè & Latinè, qui dum cæcus prædicaret lapidibus, putans se prædicare hominibus, lapides, dum benedictionem in fine optaret, responderunt, Amen venerabilis Beda. Claruit in Anglia. sunt qui fratres eius asserant Strabonem & Haymonem. Circa hæc tempora rex Phrisiorum Radbodus cum baptizari deberet, & pedem vnū lauacro intinxisset, quæsiuit, quòd maior pars antecessorum suorum peruenisset: & audiens plures ad inferna descendisse, retraxit pedem de lauacro, dicens, sanctius esse sequi plures quam pauciores, & honestius sequi diuites & potentes, quam pauperes & leprosos. quarto autem die subito obiit. Eo tempore in Campania frumentum, hordeum & legumina instar pluuie de nubibus ceciderunt.

Hoc in tempore Romani in Syria se contra iniurias Saracenorum colligentes, 200. millia Saracenorum interfecisse narrantur, & iuxta supputationem annorum credit Blondus missos à Tiberio. Defuncto interim Sergio, Iohannes 6. natione Græcus, pontificatum inijt anno Domini 706. sedit annis 3. ad cuius pontificis initium Theophylacius imperij cubicularius pro exarcho ab imperatore Tiberio Abfimarum misit, non vt consueverunt alij, Rauennam iuit, sed Siciliam primò accedens, Romam venire constituit. de quo certiores facti Ro. & Italici, aliquod ab illo incommodum timuerunt. iam enim erat exosum Græciæ & imperij Constantinopolitani magistratum in Italia nomen. quare conuenientes omnes Reip. * & Rauennatis exarchatus milites in vrbe, ipsum tanquam hostem publicum expectabant. verum Theophylacius auctoritate Iohannis pon. defensus, qui sequestrum se inter ducem ac milites fecerat, compositis rebus omnibus, Rauennam proficiscitur. Exarcho ab vrbe digresso, Sisulphus Beneuenti dux, militum & exarchi discordia fretus, Campaniam inuadit, Soram & Arpinum occupat, villas incendit, rusticos & pecora abigit. Quibus malis permotus pontifex, ad Sisulphum mittit qui ei mandent, vt in Samnium reuertatur, si Dei euitare velit iram. His monitis perterritus, oppida restituit, captiuos omnes, quoad per ararium ecclesiæ sibi licuit, Iohannes redemit. At Iustinianus animo redeundi ad imperium, cum in Cherroneso exulans præsentiret per ciues Tiberio fideles, sibi insidias strui, clam aufugit ad Bauaros, quorum rex, vt ipsi appellabant, Cacannus illi filiam spondit vxorem, & tamen post pecunia & muneribus à Tiberio corruptus, hospitem & generum ei prodere instituerat. Hoc vbi Iustinianus intellexisset, ad Trebellium Bulgarorum regem confugit, qui susceptam aduenæ curam ex fide gessit. Igitur Iustinianus socijs Bulgarorum Turcarumque fultus, cum instructo exercitu Constantinopolim venit. cumque appropinquaret, plures principes imperij, relicto Tiberio, ei coniuncti sunt: vnde absque negotio ciuitate potitus, Tiberium cepit. adducto quoque Leontio, qui eum deiecit, fecit ambos catenis constructos, dum ludi equestres agerentur, per plateas trahi: tractos publicè, ante pedes suos dum in folio resideret, proijci, vbi calcavit colla eorum, vniuersa plebe clamante: Super aspidem & basiliscum ambulasti, leonem draconemque conculcasti: sicque eos præcepit decollari, complices verò eorum diuersis tormentis cruciari. quia enim se naso detruncauerant, quoties guttam manu deterfit defluentem, toties penè aliquem ex illis iugulari præcepit. Gallinicum patriarcham, cruris oculis, Romam exulem misit, & pro eo Cyrum abbatem prouexit, qui illū alens exulem in Ponto, in imperium restituendum prædicauerat. Resumpsit autem imperium Iustinianus anno Domini 707. præside Iohanne 6. quo anno natus est ei filius Tiberius ex Theodora filia * Caiani, quam accepit in exilio. coronauit puerum cum matre, regnavit que adhuc annis 6. Hoc tempore Saraceni nuper Africam Leontij imperio pulsi, imperatoris contentionibus auditis, Africam omnem & Libyam infinitis gentibus inuadentes occupauerunt. deinde omnibus confirmatis, ex * Septa vrbe in fretum Atlanticum expositi, omnem Hispaniam quæ intra Pyrenæum mari ambitur, in Tarraconensem & Bæthicam ac Lusitaniam prouincias diuisam, ceperunt, Cantabris Asturibusque exceptis, qui sicut vltimi fuerunt in Hispania, quos Romanum subegit imperium,

Iohannes 6.
papa.

Theophylacius 13. exarchus.

Sisulphus
Italiam inuadit.

Iustinianus
recuperat
imperium.

Psal. 90.

* Cacanni,
Saraceni Africam recipiunt.

imperium, vltimi quoque qui ab eo deficerent, soli postremò, qui Visigothorum à se discernerent iugum: ita nunc demum accepta Christi fide & religione, armis se à perfidia Saracenorum constantissimè tutati sunt. Africa igitur quæ à Belisario Iustianiani Magni duce recuperata, centum & septuaginta annis Romano paruit imperio, à Saracenis vnà cum Bæthica Hispanorum, quam nunc Granatam vocant, tum est occupata. Quorum moribus & legibus iam 700. ferè & 60. annis obtemperat, cum maxima Christiani nominis ignominia. Sunt qui Bedam principibus hanc cladem prædixisse ferant. Per idem tempus Iustinianus, eiectis tyrannis occisisque, ilico diuino spiritu compunctus, legatos ad Iohannem papam misit, adiurans pontificem exhortatur, vt congregato concilio, quicquid circa orthodoxam fidem visum esset ei, stabiliret, atque diligenter perquiret: Tomos à se scriptos prauo cõsilio, pro voluntate sua corrigeret, & malè scripta cassaret. Sed interim Iohannes 6. moritur, & in eius locum Iohannes 7. natione Græcus surrogatur, qui sedit annis duobus, præficitur anno Domini 708. ad hunc scripsisse fertur rursus Iustinianus, vt habita synodo, quæ de homouasio crederent Orientales, eadem etiam Occidentales affirmarent. homines autem missos, re infecta ad imperatorem remisit pontifex, neque tamen vt par erat, timore forsitan, errores malè de Deo opinantium emendauit. Moritur autem Iohannes secundo pontificatus sui anno. Et in locum eius Sisinnius est assumptus anno Domini 711. sedit dies xx. subita enim morte correptus est. aliqui illum non ponunt in catalogo pontificum, eo quòd schisma inter eum & Dioscorum asseratur subortum. Deinde eodè anno Domini 711. successit in sede Petri Constantinus natione Syrus. sedit annis 6. vir mitissimus ab omnibus amatus. Per cuius tēpora Iustinianus in sua crudelitate perseueras, Mauricium patriciū & Heliam spatharium magna cum classe misit Cherronesum, qui cunctos pubertatem supergressos interfecerunt. Insuper fuit tantæ ingratitude, vt Trebellium regem, cuius ope in regnum resitutus erat, cum Thracibus contendente, improvisè adortus sit, quem tamen Trebellius viriliter repulisse fertur. vnde pristinam vitam Iustinianus minimè mutauerat, excepto quòd Ap. Sedis, contra quàm antè consueuerat, venerationem deinceps obseruauit, tutatusque est. nam cum Felix archiepiscopus Rauennas ordines à Romano pon. accepisset, cogere turque de more formulam obtemperandi scripto & pecuniam Romam mittere, neque id præ arrogantia facere vellet, Iustinianus re cognita, Theodorum patricium classis præfectum statim admonet, vt primo quoque tempore ex Sicilia in Rauennates moueat. Is dicto imperatoris obtemperans, Rauennates prælio superatos maximis. affecit cladibus, & Felicem catenis vincitum, Constantinopolim misit, quem postea Iustinianus in Pontum relegauit, orbatum prius luminibus, anco vase concauo ac quidem candente diu inspecto. inde enim pyramis ignea exit, quæ faciliè oculorum aciem excæcat. Fuit autem ea clades Rauennæ vrbi maior, quàm vnquam antea fuerat perpeffa, quòd Theodorus primarios quosque, partim occidit, partim cum episcopo relegauit, direptis eorū diuitijs. Iustinianus videndi pontificis Constantini admodum studiosus, rogat vt ad se proficiscatur, præmissa classe, quo tutius nauigaret. placuit pontifici. cui appropinquanti vrbi regie, Tiberius Iustianiani filius cum regio comitatu, & Cyrus patriarcha cum omni clero honoris causa ad octauum lapidem obuiam prodeunt, eumque pontificali amictu indutum, solenni pompa vrbe ingressi, in regiam perduxere. Inde verò Nicomediam proficiscitur, quòd venturus & imperator erat. Iustinianus autem non ita multò post vrbe ingressus, non solum pontificem amplectitur, verum etiam eius pedes venerationis causa osculatur. Cum sequentibus diebus multa colloqui fuissent, confirmassetque Iustinianus pontificum decreta atque priuilegia, Constantinus abiens hominem adhortatur, ne in Philippicum in Cherroneso exultantem, grauius aliquid decerneret. æstuat autem imperator in Cherroneso & Philippici interneccionem. Quare Iustinianus pontificis monitis non obtemperans, classem in Pontum mittit, vbi Philippicus deficientibus ad se militibus, eadem classe vsus, duo decimo ab vrbe Constantinopoli miliario cum Iustiniano ac filio eius Tiberio dimicans, eos vincit & interficit, imperioque statim omnium consensu potitur. Itaque anno Domini 713. Philippicus imperium inuasit, regnauitque anno vno, mensibus quinque. Cyrum patriarcham relegauit primum, quòd benè cum pontifice Ro. sentiret, in eius locum Iohannem monachum hæresiarcham posuit, cuius quidem dogmata statim Romam misit, mandatque vt omnium consensu approbarentur. At Constantinus habita synodo non

Iohannes 7.
papa.Sisinnius
Papa.Constantinus
papa.Rauennatis
clades.Iustinianus
Constantino
supplex est.Philippicus
Imp. 67.

modò Philippici & Iohannis monachi improbat opiniones, verum etiam decernit, vt sanctorum patrum imagines, qui sex concilijs ab omnibus approbatis interfuerant, in porticu B. Petri depingerentur, cum intellexisset eas à Philippico è parietibus S. Sophiae ignominie causa abrasas. Præterea idem pontifex constituit, ne imperatoris hæretici nomen publicis scriptis aut priuatis in ære, argento, plumboue reciperetur. Nec mansit hæc in imperio pestis diu. nam sexto mense post annum, quàm cœperat imperare, oculis & imperio priuatus est ab Anastasio quodam qui eum oppressit: Anastasius Imp. 68. Is circa annum Domini 714. imperium occupans, ad Pont. Constantinum, siue is Stephanus posterior fuit, scripsit, fore se pollicitus acerrimum orthodoxæ fidei propugnatores. pontificum & conciliorum decreta probauit. classem contra Saracenos Alexandriam misit, cuius præfecti Theodosium Constantinopolitanum quendam ignobilem hominem extulerunt, qui Anastasium apud Niceam victum, coegit relicto imperio sacris initiari, ne ad imperium redire posset. Fuit hic annus imperij Anastasiani tertius. Illis ferè temporibus circa annum Domini 715. mortuo Childeberto rege, filius Dagobertus tertius regnum accepit. Erat adolefcens sub Theobaldi præfecti palatini & Pletrudæ Pipini vxoris tutela. Perierat enim per hos dies Pipinus rex. 3. Francorum rex. cuius interitu maius malum Francia non habuit. nam post Pipinum Theobaldus præfecturam palatij accepit, quam Ragafredus ambire solebat, quæ res ciuili Fræcorum bello causa fuit. Tandem ad Cosiam syluam maximis vtriusque principis viribus pugnatum est, vbi Theobaldo superato, Ragafredus palatio præfectus est. Superstes erat tum Pipino vnicus filius, cui Carolo Martello erat cognomen, è Calpiade concubina natus. Superstes erat & Pletruda vxor Pipini, quam Carolus non vt nouercam, sed potius vt genitricem venerabatur. nec tamen se continere potuit mulier, quin ad adolefcens exitio inhiaret. dolo enim eum interceptum tenebat in custodia Colonia, ita quòd rebus suis nullum afferre potuit adiumentum. Dagobertus interea Ragafredi impulsu cunctas copias in Pipini quondam dominia ducens, per Carbonariam syluam iuit, & omnem regionem quæ ad Mosam fluuium pertinet, rapinis & incendijs foedauit. Sed pauco post tempore Dagobertus moritur, & Carolus Martellus è carcere liberatus fugit. Præfectus est regno Franciæ Daniel Daniel Fræcorum rex. quidam ignotæ profapie sacerdos, qui barbam & comas nutriens, reges fastu habituque æquabat. Hic à nonnullis est Hilpericus appellatus. Verum erat in Francorum nobilitate Clotarius, quem Martellus, adepta libertate, in Dagoberti locum subrogare conatur, dum palatij præfecturam repetit. armis res agitur. Danieli regi auxilia sunt Ragafredi præfecti & Radbodi Frisonum ducis, & primo apud Mosam conflictu Caroli res perijisse videbantur, nisi fuga copijs suis consulisset. Ita diu vtrinque varia fortuna pugnatum est, donec apud Ablauum Daniel victus fugit, cumque rursus Eudonis Vasconis auxilijs pugnasset, in agro Cameracensi superatus, in Vasconiam fugit. Vnde mox anno sequenti eum Carolus recepit, Clotario mortuo, in regnum restituit, sed in eo regendo diu non vixit. Itaque successor datus est ex Martelli consilio Theodoricus Dagoberti filius, mansitque summa regni totius apud Martellum palatij principem. Qui Ragafredi nuper vltus iniuriam, Rhenum traiciens, Saxones, Alemanos, Sueuos, Bauarosque regno suo adiecit. Deinde transmissa Danubio, Pletrudam nouercam ex Bulgaria quò fugerat, in Franciam sine molestia reduxit. Tum anno Domini 717. Constantinus papa moritur, & Gregorius secundus ei substituitur. licet Blondus id improbet, & eum sequitur Pius, dicens Petrum Guilhermum Lateranensis ecclesiæ bibliothecarium errasse, alijsque semina erroris reliquisse, scribitque Blondus codicem se vetustissimum in Lateranensi ecclesia inuenisse, ponentem mox post Constantinum Stephanum secundum, deinde Gregorium secundum, tertio loco Zachariam, post hunc Gregorium tertium. Carolum quoque Martellum scripsisse Stephanum secundum, Saracenorum suo ductu trecenta lxx. millia fuisse occisa. Hæc quoquo modo misceantur, ego à trito ordine non recedam, ponendo post Constantinum Gregorium secundum, deinde Gregorium tertium, post hunc Zachariam, quarto loco Stephanum secundum. Et quòd iste verus ordo sit, adduco tex. in c. antecessor. ii. q. 3. vbi Bonifacius martyr scribit Zachariæ papæ in hunc modum: Antecessor prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, ad prædicandum Germanicis gentibus &c. Ex quo patet, quòd Gregorius secundus, non fuit immediatus antecessor Zachariæ, sed antecessor prædecessoris sui, qui secundum positionem Blondi est Stephanus,

nus, quem textus ille vocat Gregorium. taceo alia quæ in sequentibus sequerentur inconuenientia, quare communem chronographorum sententiam sequor. Hoc ordine anno Domini 717. Gregorius secundus magna fidei & integritatis vir, in sede B. Petri collocatur, cuius laus peculiaris, quod eius opera nonnulli Germani ad fidem conuersi sunt. sedit annos 16. menses octo. Rom. imperio Theodosius præerat, Christianæ pietatis obseruantissimus, qui imagines sanctorum patrum, quas Philippicus demolitus erat, restitui mandauit, annum in imperio egit vnum. Hoc tempore Felix in Pontum à Iustiniano relegatus, à pristina hæresi discedens, in patriam reuertitur. Declaratum est, Ticinensem episcopatum Sedi tantum Apostolicæ, non Mediolanensi archiepiscopo, subijci debere. Eo tempore Longobardi Beneuentani Cumam Romanorum oppidum furto occuparunt, quod cum illi sæpe requisiti reddere nolissent, pontifex ducis Neapolitani Cæsarei vicarij auxilio fretus, furto recuperavit. Quo in tempore Leo, qui erat prætor Orientalium exercituum constitutus ab Anastasio, abiecto Anastasio, ipse venit Nicomediam, ac filium Theodosij cum omni apparatu regio & primis viris palatij apprehendit. deinde cum Theodosium insectaretur, à patriarcha Germano rogatus, vitam illius & Ecclesiæ integritatem seruauit. Theodosius vnà cum filio suo clericus factus, residuum vitæ tempus transegit in pace. Vnde anno Domini 718. Leo præter Orientalium, genere Syrus, imperare cœpit. regnauit annis 24. hic à Iustiniano, cum regnaret, in exilium missus in Thraciam, posteriori verò tempore cum secundo regnaret, veniens ei obuiam vnà cum Bulgaris, obtulit munera oues 500. placatusque Iustinianus, fecit illum spatharium. vnde quidam inuidia detraxerunt ei, tanquam affectanti imperium, sed reperi sunt falsi. Iustinianus tamen illum postea suspectum habens, misit cum pecunijs in * Alaniam: vbi cum multa ei feliciter prouenirent, Iustiniano interfecto & Philippico visu orbat, ab Anastasio factus est prætor Orientis. Quo pulso, imperij spem concepit, Theodosium eiecit, insuper multa fuit in Ecclesiâ impietate. In hac generatione anno Domini 708. Paulus Lucius Eraclianus, primus Venerorum dux, hoc anno à patriarcha populoque Veneto, videlicet tribunis, proceribus, cunctisque plebeijs in Veneta ciuitate creatus dux, præfuit annis 8. à conditione nanque vrbis Venetæ vsque in id tempus, resp. in tribunorum & centurionum potestate fuerat. nunc verò propter frequentes aduersariorum incursums reprimendos, de communi omnium consilio Paulum hunc elegerunt, qui magistratu suscepto, statim cum Longobardis vbiq; fœdus iniit, & Venetam ciuitatem ampliare curauit. vnde & inter cetera, Venerorum fines à * Plauis longius promouit, domesticum etiam vrbis cultum integritate & prudentia sua celebriorem reddidit.

GENERATIO XXV.

Leone tertio imperante, & Gregorio 2. in Petri folio sedente, anno Domini 720. vrbis verò conditæ 1471. inchoata est 25. generatio, in qua Caroli Martelli magnanimi principis in primis gesta referuntur. Is cum nonnullos Alemanicæ populos in fidem recepisset, in Franciam rediens, accepit Eudonem Vasconem fidem fregisse. itaque hostem quærit anxius multis magnisque itineribus. sed ille Caroli ingenium & potentiam timens, fuga sibi consuluit, maiores interim contra tam pertinacem militem vires comparaturus, Saracenorum qui ab annis X. Hispanias occupauerant, auxilia flagitauit. cuius gentis rex potentissimus Abidramus, Garumnâ annem nauigio transuectus, Burdegalam urbem. vi captam diripuit, & cæde in omnem ætatem sexumque odio Christiani nominis commissâ, ecclesias solo æquauit. Inde in Pictanos est delatus, vbi occisis pluribus, regionem quoque incendio vastauit. ardebant verò animis Saraceni Turonum petere. Senserat venientes Saracenos Martellus, & quod præter nominis Christiani dignitatem periclitantem, sibi quoque & suis timebat, bellum instruere satagebat. Hinc ad Eudonem mittens, ab eo tandem impetrauit, vt pace secum constituta, communibus animis armisque Saracenos, gentem perfidam Christianis, pelli delerique adiuuaret. Carolus itaque & Eudo iunctis castris, magna celeritate vsi, raptimque ducto in Turonios exercitu, donec vrbe post tergum relicta, sese inter illam & hostes medios collocarunt. Nec mora, paribus animis viribusque & ardore partes in prælium concurrunt. Breui itaque & ad primos clamores concurrentium fractis Saracenis, Abidramus rex inter mortuos cadauerumque cumulos est repertus. occisorum eo in prælio numerum, bibliothecarius qui illis fuit

Ca. Martelli cum Saracenis pugna.

fuit penè temporibus, in Stephani II. vita narrat, Saracenos cum vxoribus venisse in Aquitaniam, belloque commisso, ex Saracenis trecenta & septuagintaquinque millia fuisse occisa, cum ex Francis mille tantum & quingenti fuerint interfecti. Affirmat bibliothecarius scripsit Stephano pontifici à Carolo Martello epistolam, itaque e factum esse declarasse. Verum res gesta est mea opinione sub Gregorio. Potitum tanta victoria Carolum, libido incescit prouincias conterminas inuadendi, primumque in Burgundiones arma mouens, eos sibi breui subiecit, quos tamen appellauit pro sua modestia fœderatos. Interim obiit dux Eudo. quod cum audisset Carolus, copias trans Ligerim duxit, cepit Burdegalam ciuitatem, eaq; potitus regione, dux strenuus animum induxit Frisones domare, tunc dololatrâs. Ea verò gens ex continenti Galliæ, quod ad Rheni ostia vergit, leuibus prælijs pulsa, in insulas se recepit. sed Carolus nauigio Aquitanico sinu ducto, eas insulas vi captas diripuit, & multa cæde idololatriam, eorumque phana igni ferroque dirui curauit. Acta sunt hæc anno 725. Domum rediens Carolus, reperit Burgundiones à Gotthis persuasos, nouas res intentare. ægrè enim Visigothi ferebant circa Narbonem habitantes, Eudonis principatum à Carolo captum, inimicissimosque in illum animos ostendere incipiebant. Inuasit itaque primum Carolus ea, quæ Burgundi extra fines proprios possidebant, & Lugdunum, * Arelaten, ac Massiliam in suam redegit potestatem. Quæ dum fierent, præter omnem Caroli suspicionem maior apparuit Visigothorum machinatio. Saracenorum nanque Hispanicorum rex Athinus, ab illis in societatem belli & rerum omnium communionem vocatus, ingentem adduxit classem, cum qua Rhodanum est ingressus. at extensione facta, Saraceni Auinionem adueantes vi ceperunt, qua vrbe munitissima pro arce belli & imperij capta, copias illic collocant. Carolus tunc omnes copias, quæ sibi à Francis atque à cæteris amicitiâ aut fœdere coniunctis vbiq; erant, contraxit. legatos primum in proxima Auinioni loca cum copijs mittens, ipse postmodum maiori cum exercitu illuc ducens, urbem obsidet atque viriliter expugnat, Saracenorum multitudine interfecta. Capta vrbe, rex Athinus nauigio fugiens, Narbonem cõfugit, vbi iterum à Carolo mox obsessus est. Sed Amorreo altero Saracenorum rege, suppetias obsessis ex Hispanijs afferente, dimissa obliuione, ad fluuium Birram vallemque Carbonam castra muniuit. ibi in planitie copiam pugnandi Saracenis fecit. commissoque prælio, Amorreus rex omnium primus peremptus est. territi tum Saraceni, prius in fugam sunt conuersi, quam acies ordine essent structæ: dumque magna fieret à Caroli exercitu cædes, nec fugientes satis celeritas adiuuaret, sese in proxima stagna paludesque plurimi præcipites demittebant: & licet nonnulli pondere armorum grauati interirent, multi tamen nandi peritia euadentes, à Francis sequentibus post necati sunt. Abijt verò incolume quoddam nauigium Saracenos ferens, qui veloci cursu aut dum alij cæderentur, se proripere potuerunt. abeuntes eius nauigij beneficio Athinus rex, & quos secum Carolus ante Amorrei aduentum obsederat in Narbone, veki sunt ad Tyrreni maris insulas, quas incenderunt. Saraceni eo conflictu ita territi, vt intra Pyrenæum, arma Caroli formidantes, quieuerint. tum omnis regio, quam Visigothi & eis cohabitantes Alanorum Suetorumque reliquæ in citeriori Hispania & Gallia possidebant, Caroli Martelli & sui exercitus præda fuit. Quare victores periculi memores, in quod Visigothi non magis Franciam, quam omne Christianum nomen adduxerant, crudelissimè ea victoria vsi sunt. Et quidem nisi Carolus illis potitus esset victorijs, Saraceni omnem Asiam, omnem Africam, ac penè omnem Hispaniam tunc tenentes, cuncta Europa facilliter potiti fuissent. Debacchatus totus in Visigothorum regno Caroli exercitus, postquam cæde prædaque satius est, Narbonem, Nemausum & Biteras deuastat. nam eas vrbes Franci incensas dirutasque, penitus deserarunt. Creuit inde gloria Francorum in immensum. si enim Saracenos à citeriore Hispania, & quod fuisset consequens, ab Italia pellere ingentis gloriæ facinus fuit, magna Carolus gloria censebitur, quod inchoatam ante ducentos annos à Meroueo Francorum Christiano rege primo vindictam consummauit. Visigothos, qui magnam Hispaniæ & Galliæ partem occupauerant, penè funditus deleuit, cum trecentis propè annis imperij Rom. vires contudissent. Sed Carolus cum per tot bella sumpru defecisset, ecclesiarum decimas militibus, non dissentientibus episcopis, distribuit. Sunt qui putent Luitprandum Longobardū regem Carolo Martello auxiliares copias misisse, quæ, re benè gesta, magna cum præda domum redierūt.

Ca. Martelli Burgundiones & Frisones domuit.

* Arelate,

Auinio à Saracenis capitur.

Amorreus Saraceni cædes.

Athini Saraceni fuga.

Visigothi delati.

Augustini
translatio.Cōstātinopolis ob-
fidetur.Paulus ex-
archus 13.Leo imagi-
nes tollit.Finitur ex-
archorum
potestas.

Erat per illud tempus B. Augustini Hipponensis corpus in Sardinia ante annos 250. ex Hispania translatum, quando Vandali catholicas Ecclesias Arrianis tradiderunt. quare Luitprandus in Sardiniam mittit, corpusque beati viri magno redemptum precio, in Italiam produci, & inde Papiam deferri curauit. Apud Constantinopolim tunc omnia pessimo loco erant, quod Leo imperator in Christianam religionem impius fuit. eo nanque tempore, quo Athinus * Amoreusque Hispaniam inuaserunt, Saraceni Asiam incolentes, in Thraciam traiecerunt: & Armirathus eorum dux, classem trium millium nauium adducens, Constantinopolim terra marique obsidet. Erant verò apud obsessos prima in hostes arma, seruatorum Dei orationes & habite per singulos dies à clero & populo supplicationes, cum interea pubes tota & iuuenum robur moenia armis pro viribus tutaretur. Passi autem sunt Saraceni maiora in ea obsidione incommoda. siquidem per totum biennium quo obsessa est ciuitas, fame, frigoribus & morbis ingens obsidentium perijt multitudo. Quid quod naues turrimo in portu magna parte tempestatibus elisae perierunt, pars igne nec ab hostibus iniecto, absumptae sunt? Cogebantur obsidionem soluere, inermesque abierunt, ex tanta copia nauium vix quinque saluis abductis. ciuitas verò etsi tum ab hostibus non est capta, horrendam tantum perpeffa est calamitatem. pestis sanè ad trecenta millia absumpsit. At Leo imperator, diuina protegente ciuitatem gratia, nec erga Deum aut vicarium eius gratus, nec peste melior factus, nihil postquam à timore Saracenorum liberatus est, accuratius intentauit, quam Italiam & Romam pecunijs exhaustam, basilicas quoque diuitijs spoliare. Et cum exactiorem praedamque pontifex dissuasisset, eum capi & Constantinopolim duci, aut si id non successisset, interfici iussit, Marino & imperiali spathario ad hoc missis. Sed Marinus Dei iudicio apoplexia concidit, Paulusque patricius exarchus Romam missus, cum coniuratis nihil egit, coniurati à Romanis capti sunt, plerique interfecti. Inde exarchus Rauennam se contulit. Leo verò, etsi Spoletinus dux, deinde & Luitprandus Longobardorum rex subiectos imperij molestarent, nihilominus his spretis, occidendi pontificis curam non remisit. Mittit alterum spatharium qui exarcho assisteret, imperatque ut si sibi pontificis interficiendi facultas non daretur, saltem ei eiecto alterum subrogent. quae cum exequi exarchus contenderet, cohortes suas cum spathario Romam misit. Ad eas angustias pontifici auxilium Deus insperatum attulit. Longobardi enim cum Italiam imperatori rebellare optarent, suam Romanis, ut pontificem tutarentur, operam & praesidia sunt polliciti: & cum spatharium cum militibus aduentasse prope urbem perlatum est, ex Hetruria Spoletoque Longobardi affuere. Spoletini milites pontem Salarium, Hetruscique pontem Miluium insidentes, pracludunt spathario in urbem viam. Intentauit tamen importunitus per pontem Salarium irrumperere, sed à Spoletino milite repulsus, Rauennam coactus est redire. Insuper alio se scelere polluit Leo. nam per apostatam quempiam seductus, praecepit in Constantinopoli, ut quicumque haberet imagines Domini Saluatoris, vel S. genitricis eius aut sanctorum, sibi afferrent, quas ille in medio ciuitatis incendit: & quia multi de populo huic impietati non consenserunt, decollati sunt. Germanus patriarcha à sede sua eiectus, & Anastasius quidam in locum eius constitutus est. Mandatum est, ut qui Romano imperio subderentur, imagines quasque tollerent, abraderent & exurerent. Cui impietati tantum abfuit, quod pontifex consentiret, quod ecòtra per vniuersum orbem scripsit, ne impijs prophanisque, huius imperatoris iussionibus obediret: tantamque auctoritatem tunc habuerunt Rom. pontificis decreta, ut Rauennates primi, exinde Venetiae populi atque milites, apertam in imperatorem exarchumque rebellionem praese tulerint, impulerintque pontificem & ceteros Italiae populos, ut abrogata Constantinopolitani imperij maiestate, alter in Italia Ro. imperator deligeretur. Ac eò processit ipsa rebellio, ut depositis exarchi magistratibus, singulae ciuitates, singula oppida proprios magistratus, quos duces appellabāt, creare & praeficere curarent. Compescuit tunc pontifex eam deligendi imperatoris noui Italorum voluntatem, eo quod sperabat Leonem saniori post hoc consilio à flagitijs temperaturū. procedebat tamen in dies rebellio. Marinus enim spatharius qui Romae urbis dux erat, eiusque filius Adrianus, dum Campaniam penetrāt, à Ro. interfecti sunt. Quorū in locum, ducem ipsi sibi Petrum nomine creauerunt. Rauennates etiā, cum alij imperatori, alij pontifici obtemperandum dicerent, facto tumultu, Paulum exarchum cum filio occidit. quae dum fierent, Longobardi nouis rebus intendebant, Bononiam & alia quaedam loca occupant es.

Tunc

Tunc Leo Imperator Eurithium patricium misit ad accipiendum Italiae exarchatum, qui nullam Romae aut Italiae curam praese ferebat. nam pontificis Romanorumque exitium, sicut à Leone iussus erat, quarens, Longobardos multis donatos muneribus, in amicitiam foedusque recipere est admissus. Non minus literis quosdam Romanos in caput pontificis primatumque Romanorum armare quaesuit. haec literae cum peruissent in manus pontificis populi que Romani, publice lectae fuere. Moxque ad suggestionem populi pontifex exarchum anathemate percussit, in eamque adducti sunt difficultatem pontifex & Ro. ut nec imperatoris sauitiam declinare, nec Longobardorum iniurias possent arcere. Reitaque discussa, oratus est Luitprandus Longobardorum rex ad pacem sine ulla ablatorum restitutione. assensit ille. Deinde rex in Spoletinos Beneuentanosque duces imperia sua contemnescentes, exercitum duxit: quibus reconciliatis, B. Petri limina visitare statuit. & cum esset iam ab urbe non procul, in Vaticano iussit exercitum consistere, ubi regi pontifex occurrit, populus in urbe se continuit. Exosculatus est rex pontificis pedes, & in basilicam est ab eo adductus: deinde nulli molestus, Papiam se contulit. Per quod tempus pontifex Longobardorum periculo liberatus, Eurithium exarchum ad ecclesiae communionem reconciliatum, ut Rauennam accederet, est exhortatus. Inter has turbationes tamen Gregorius papa curam Germanorum non obmisit. Nam cum accepisset Christianos gentis huius nonnullos, sub religione Christiana idolorum culturae de-
ditos adhuc, aliquos etiam nondum catholicos esse, misit illis virum religiosum, do-
ctum & magnanimum, * Vuunifridum postea Bonifacium dictum, Anglicum, Ap. Se.
legatum, & in fide bene instructum, quem & consecrari fecit in episcopum, vnde in
epistolis dicti Gregorij ita inuenitur scriptum: Gregorius episcopus seruus seruorum
Dei, vniuersis reuerendiss. & sanctiss. fratribus, coepiscopis, religiosis, presbyteris seu
diaconis, gloriosis ducibus, magnificis comitibus, & cunctis Christianis Deū timen-
tibus: Solitudinem modò gerentes pro speculatione credita, quia in umbra mor-
tis aliquas gentes in Germaniae partibus, vel plaga Orientali Rheni fluminis, antiquo
hoste suadente errare, & quasi sub religione Christiana idolorum culturae eos seruire
cognouimus: aliquos verò, qui necdum cognitionem Dei habentes, nec baptis-
matis sacri vnda loti, sed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non
recognoscunt: necessariò pro vtrorunque illuminatione ad praedicandum rectae fi-
dei verbum harum portitorem Bonifacium, reuerendiss. fratrem nostrum episcopum,
ad easdem partes dirigere studuimus, ut & illis praedicando verbum salutis, vitam pro-
uideat sempiternam: & si quos fortè vel vbiunque à rectae fidei tramite destitisse cog-
nouerit, aut astutia diabolica suados, erroneos repererit, corrigat, atque sui educa-
tione ad portum reducat salutis, eosque ex Apostolicae sedis huius doctrina infor-
met, & in eadem catholica fide permanere instituat. Cui, horramur, ob amorem Do-
mini Iesu Christi & apostolorum eius reuerentiam, ut in omnibus pareatis nisi-
bus totis, eumque in nomine Iesu Christi recipiatis, ut scriptum est de suis discipulis: Qui
vos recipit, me recipit: prouidentes insuper necessaria itineris eius, comites tribuen-
tes, cibum etiam & potum, vel si quid egerit largientes, ut vno labore & socia volun-
tate opus sibi creditum pietatis & negocium salutis, annuente Deo, perficiatur,
atque premia laboris perpetuò percipere mereamini. Si quis itaque huic Dei famulo ad
illuminationem gentium ab hac Ap. Se. destinato, assensum vel concursum praebue-
rit, exorantibus Apostolorum principibus, confortia mereatur sanctorum. Si quis
verò, quod non putamus, aduersando eius praepedire conatus fuerit labores, aut
contrarius extiterit ministerio sibi credito, successorumque eius eundem laborem
intrantrum, ex sententia diuina anathematis vinculo percellatur, perpetuae damna-
tioni subiaceat. Bene valete, data Kalen. Decembris, imperante domino pijsimo Au-
gusto Leone à Deo coronato magno imperatore, anno 7. imperij eius, sed & Con-
stantino Magno imperatore eius filio, anno quarto indictione sexta. Scripsit &
idem pontifex Thuringis, inter quos erant aliqui Christiani, plures adhuc pagani.
sic enim est in epistola ad illos: Ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifacium epi-
scopum ad vos direximus, ut vos debeat baptizare, & fidem Christi docere. Scri-
psit etiam Saxonibus, quos hortatur ut Bonifacium audiant, & eius doctrinam se-
quantur. Caetera de Bonifacio dicentur sub Gregorio tertio. ANNO deinde 725.
S. Priminus episcopus Augiam intrauit, eamque à serpentibus multifariam vexatam
liberauit. His temporibus Leo imperator coegit Iudaeos & Montanos baptiza-

Eurithius.

Bonifacius
episcopus
in Germa-
nia missus.
* VuunifridūGregorij ij.
epistola ad
Germanos.Qui
Luc. 9.

Induorum
scelera.

ri, sed Iudaei abluebant unctionem chrismatis, & post cibum participabant sacris, contaminabantque fidem. Montani verò definites sibi diem, introierunt domos errori suo deputatas, & se incenderunt. Gregorius itaque Leonem aeterni iudicij comminationibus admonens, tandem benè de Deo & de patria meritis moritur, ac collachrymantibus cunctis in basilica Petri sepelitur, pontificatus sui anno 16. secundum veram supputationem. Sub Gregorio II. Bonifacius in Germaniam circa annum sextum missus fuit, qui legatione 36. annis functus inuenitur, peruenitq; de Gregorio II. ad tertium, & de tertio ad Zachariam, & de Zacharia ad Stephanum II. Ideo inter illos pontifices annos, prout mihi possibile visum est, sine prauidicio tamen veritatis, assignare curavi. Gregorio itaque II. defuncto, Romani Gregorius huius nominis III. in pontificem deligunt anno Domini 733. sedit annis 8. Nulla ab initio maior Gregorio cura fuit, quam imperatores, fecerat enim iam Leo Constantinum imperij sui consortem, ad rectae fidei cultum, imaginumque restitutionem, per oratores & scripta adducere. Celebravit hic pontifex in B. Petri basilica concilium Italiae praetorum, in quo decretum est imagines summa veneratione conseruari, vt est in canone, perlatum, de consec. dist. 3. Statimque cleri Romani consensu Leonem III. imperatorem Constantinopolitanum imperio simul & communione fidelium priuat, quòd sanctas imagines demolitus esset, & quòd etiam de homousio malè sentiret.

Gregorius
3. papa.

Gregorius hic tertius, vir singularis doctrinae & humanitatis praecipuae, Graeca ac Latina lingua eruditus, Bonifacio nuper ad Germaniam legato missus, scripsit epistolam in haec verba: Gregorius seruus seruorum Dei, reuerendiss. ac sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo, ad illuminationem genti Germanorum vel circumquaque in umbra mortis morantibus, missus: Magna nos habuit gratulatio, lectis fraternitatis tuae literis. cum in eis repertum fuerit, Domini nostri Iesu Christi gratia plurimos de gentilitate & errore ad veram fidei agnitionem conuersos esse. Hinc iure tibi sacri pallij direximus munus, quod B. Petri Apostoli autoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos vnus, Deo auctore, praecipimus vt censearis, ita vt dum Missarum solennia geris, vel episcopum consecraris, illo ratummodo tempore vtaris. Quia verò turbas Domini gratia in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisti conuersas, praecipimus vt iuxta canonum statuta vbi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore Ap. Se. debeas ordinare episcopos: pia tamen contemplatione, ne vilescat dignitas episcopatus. de hoc habetur tex. 16. q. 1. praecipimus. Interrogauit etiam Bonifacius Gregorium papam de multis sibi occurrentibus, super quibus respondit: Caballum aliquos scripsisti comedere agrestem, plerosque domesticum. Hoc decetero fieri non sinas, sed Christo adiuuante, gentem ab esu tali compescere, poenitentia iniuncta. Immundum enim est & execrabile. Item hoc tene, quòd quisque fidelis pro suis mortuis verè Christianis licet potest offerre, debetque presbyter eorum facere memoriam. Et in epistola quae incipit, Desiderabilem, Leprosi, inquit, si fideles Christiani fuerint, Dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur, cum impuris autem conuiuia celebrare negetur. Quòd si pestifer morbus aut mortalitas in Ecclesias vel monasteria irrepserit, quos necdum tetigit, à loco fugere valde fatuum iudicatur. non enim valet quisquam Dei effugere manus. Idem etiam Gregorius scripsit episcopis prouinciae Boioariorum & Alemaniae, vt Bonifacium episcopum cum digno honore susciperent, eumque autoritate Apostolica missum audirent, gentilitatis ritum & doctrinam falsorum sacerdotum abijcerent. Et ad Bonifacium scribit sic: Reuerendiss. fratri Bonifacio coepiscopo Gregorius seruus seruorum Dei: Doctoris omnium gentium apostoli Pauli vox est, dicentis: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. agnoscimus itaque hoc in syllabis fraternitatis tuae de Germanis gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberavit, & ad centum millia animas in sinu sanctae matris ecclesiae tuo conamine & Caroli principis Francorum aggregare dignatus est. Sed & in Boioaria prouincia quae acta sunt agnoscetes, datori omnium bonorum, extensis ad caelum palmis, gratias retulimus, qui ianuam misericordiae in illis partibus Hesperijs ac salutis ostium aperuit. Igitur quia indicasti perrexisse te ad gentem Boioaricam, inuenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viuentes, dum episcopos non habeant in prouincia, nisi vnum nomine Vnulo, quem nos ordinauimus: & quia cum assensu Odilonis ducis eorum seu optimatum prouinciae illius, tres alios ordinasti episcopos; & in quatuor partes prouincia illa diuisisti, & vt quaeque parochia ex quatuor suis habeat episcopum, benè & prudenter

Gregorius
ij. dat. Boni-
facio vltim
pallij.

Rom. 8.

Boioaria fi-
dem Christi
recipit.

peregisti frater, quoniam apostolicam praeeptionem nostra vice adimplesti, ita quòd non desinas horror. De concilio verò iuxta ripam Danubij debeas ne celebrare, valde placet. Non pigeat te dilectissime frater operari opus bonum &c. In fine, epistola data 4. Kalen. Nouemb. imperante domino pijsimo Augusto Leone, imperij eius anno 24. Constantini imperatoris filij anno 20. indictione 8. Haec ideo scribere volui, vt ostenderem quam tunc reuerentiam Romani Pont. etiam inter turbationes plurimas haberent. Multa alia scripsit idem Gregorius Bonifacio pro salute Germanorum, faciens in vna epistolarum suarum potestatem illi, vt concilium in Augusta celebraret. Interea neglecta fide, Luitprandus rex Longobardorum, cupiditate imperandi motus, urbem Romam obsedit, captis circumquaque oppidis. Tum Gregorius legatos nauì, quoniam terrestri itinere non licebat, ad Carolum Martellum Franciae principem statim mittit, qui hominem rogarent, vt primo quoque tempore laboranti Romae & Ecclesiae auxilium ferret. Consueuerant autem pontifices Ro. si quid mali ab externo hoste immineret, auxilia ab imperatoribus Constantinopolitanis petere. quod facere Gregorius substitit, cum ob easdem causas quas paulò antè commemorauì, tum vel maximè quòd vrbem regiam aegre Leo à Saracenis tutaretur. His itaque rationibus accidit, vt tunc primùm turela ecclesiae ad alios translata sit. Carolus autem rogatu Gregorij patrocinium ecclesiae suscipiens, Luitprandum regem amicum & compatrem rogat, urbem ne obsideat, pontificemve vexet, haec nil sibi fieri molestius aut grauius posse. Obtemperat Carolo Luitprandus, atque urbem obsidione soluit. Nam inito iam inter se foedere, Carolus Pipinum filium in cisalpinam Galliam ad Luitprandum miserat, vt ei capillum de more sacrorum succideret, vnde compates more Christiano inuicem facti sunt. remisit puerum ad parentes Luitprandus multis ac maximis donatum muneribus. haec Platina. Eo tempore Luitprandus ferunt donationem Ariberti regis ecclesiae factam confirmasse, nihilominus Rauennam urbem quam antè expugnauerat, retinuisse. Gregorius verò anno salutis 740. benè de Deo ac hominibus meritis, pontificatus sui anno 8. moritur, admirabilis praedicator orthodoxae fidei & acerrimus defensor, in basilica S. Petri sepelitur. Sedes dies octo vacat. Tum succedit Zacharias natione Graecus. Sedit annis xj. & inter optimos pontifices numeratur. cum autem initio pontificatus sui ardentem bellis Italianis offendisset, legatos de pace componenda statim ad Luitprandum Longobardorum regem misit, persequentem adhuc bello Trasimundum ducem Spoletinum. verum cum à legatis nihil fieret, ipse comite clero in Sabinos, vbi Longobardus erat, proficiscitur. Ferunt autem, octauo milliario à Narnia regem pontifici honoris causa obuiam factum, ex equo descendisse, ac pedibus virum sanctissimum in urbem comitatum fuisse. Qui sequenti die inter Missarum solennia orationem publicè habuit, qua ostendit, quid maximè regem Christianum deceret, siue pacem, siue bella gerat. hac oratione ita permotum regem ferunt, vt statim arbitrium omne componendae pacis ei commiserit. Iam verò Trasimundum ducatu priuauerat, ac in eius locum Hilbrandum nepotem successerat. Accipitur tamen in gratiam Trasimundus rogatu pontificis, & in clerum ex duce est attonsus. Redduntur item Romanis oppida sua ex Sabinis capta, redditur Narnia & Ancona ex Picentibus, & quicquid à Longobardis triginta iam annis in Hetruria occupatum fuerat. redduntur & captiui omnes eo bello capti. Sutrini quoque agri vallem magnam rex pontifici dono dedit, & cum Romanis pacem in decem annos firmavit. Mira etiam humanitate pontifex vsus est. adhibito enim regem conuiuium, nullum genus comitatus & gratiae praetermisit. redeuntem autem Romam pontificem Hildebrandus dux Clusinus regis nepos, & Ramingus Tusciae dux, comitati sunt, atque oppida donata reddiderunt. Reducebat Luitprandus copias in patriam. Reuersum in urbem pontificem populus Romanus omni honore est profecutus. ANNO Domini 741. Leo tertius vir impius in errore suo moritur, & successit ei filius Constantinus quintus, magis impius. non enim solum errore imaginum, sed etiam omnibus vitijs extitit superior. Primò quidem à Deo & intemerata Dei genitrice ac omnibus sanctis discedens, magicis maleficijs, luxurijs ac cruentis sacrificijs, inuocationibusque daemonum oblectatus, non minùs quam Diocletianus malus. sedit autem annos 34. malo suo. vnde de ipso rectè dicitur: De medio colubri regulus prodijt, & de patre nequitiae filius iniquitatis. Habuit autem uxorem Irenen, Bauarorum ducis filiam, quae cum catholica esset mulier, malè cum haeretico fuit iuncta. Hoc in anno quoque dux Franco-

Luitprandus
Longo. urbem
obsidet.Zacharias
papa.Luitprandus
cum Rom.
fecidus.Constantinus
5. Imp.
71.

Pipin^o, Car-
rolomannus
& Grypho
filij Martel-
li.

Carolus Martellus, post exactos Saracenos domitosque Visigothos, qui & omnem olim Galliam Theodoricus Dagoberti filij Francorum regis ditioni reddidit. Ut autem mortuus est Theodoricus, Carolus in locum eius post 15. annos quibus regnavit Theodoricus, Childericum in regno statuit. Hoc peracto, ipse Carolus Mart. princeps clarissimus obiit, duobus filijs Carolomanno & Pipino regna à se armis iure belli occupata, testamento relinquens, vir certè (vt gesta docent) gloriosissimus. Moritur autem in villa Carisfaco apud Isaram fluium, præfecturæ suæ anno 35. sepelitur Parisijs in basilica Dionysij martyris. Habuit & alium filium, quem Gryphonem appellabant, cuius cum nomine etiam mores conueniebant, vt dicitur. Sunt qui Tassilionem quendam illis addant, præter Francorum historias. Statim post Caroli Martelli interitum Sunahildis Odilonis Bauariæ ducis neptis, dolens filium suum Gryphonem testamento præteritum, iuuenem excitat, hæreditatis portionem à fratribus repetat. Nec mora. Laudunum plenus spei Grypho occupat, fratribus bellum indicit, qui celeriter exercitu collecto Laudunum obsidentes, fratrem in deditioem accipiunt, in castello quod est iuxta Arduennam, custodiri iubent. Interim Carolomannus & Pipinus regna paterna diuidunt, Carolomannus Austrasiam, Alemaniam atque Thuringiam sortitur, Pipinus verò Burgundiam Neustriamque prouinciã. vtriusque gesta paulò post describemus. De Austrasia & Neustria ita inuenitur: Postquam Franci Galliam totam occupassent, eam in duas diuiserunt partes. Illam regionem quæ versus septentrionem tendit, & intra Mosam fluium ac Rhenum sita est, Austrasiam vocauerunt: illam verò quam Mosã & Ligeris pertranfit, Neustriam, quasi nouam Austrasiam nuncuparunt. Pars verò quam Burgundiones occupabant, Burgundia est dicta. Hic annus maximorum principum fati insignis, Luitprandum Longobardum sustulit. Fuit hic vir sapiens & fortis, & orationibus & vigilijs deditus, in elemosynis largus, literas non nouit, philosopho tamen erat assimilandus. multas ecclesias construxit. monasterium quod Cælum aureum dicitur, extra Ticinum ædificauit. Ecclesiam Saluatoris in palatio suo constituit, & ordinauit ibi sacerdotes & clericos, qui quotidie diuina celebrarent. Obijt regni sui anno 32. Cui successit in regno Hilprandus Longobar. rex 19. Et sic eodem anno Rachis Foro Iulianus dux, omnium suffragijs rex est declaratus, vir certè omni laude dignus. redintegratum quoque est foedus cum hoc rege à pontifice missis legatis, quibus omnia ex animi sententia rex ipse pius & religiosus concessit. Ad res nostras redeo, quas è maiorum monumentis & literarum testimonijs malo, quàm reliquorum scriptorum opinionibus tractare. Præerat adhuc feruentibus Germanicæ pietatis initijs Bonifacius, à Gregorio secundo Pontifice missus, miri quantæ cura, quanto studio is feram gentem coercuerit. Hic Zacharias nuper electo congratulatus per literas, magnum dedit mutuæ charitatis argumentum: scripsit insuper quid impendisset Germanis officij, sic: Per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum correctis, tres ordinauimus episcopos, & tres parochias in tribus urbibus, illas vrbes in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis authoritatis vestræ confirmari & stabiliri precantes. vnam esse sedem episcopalem decreuimus in castello quod dicitur *Wirzaburg*, & alteram in oppido quod nominatur *Suraburg*, tertiam in loco qui dicitur *Erphesind*, quæ fuit iam olim vrbs paganorum rusticorum. Norum similiter sit paternitati vestræ, quòd Carolomannus dux Francorum me accersitum ad se rogauit, vt in parte regni Francorum, quæ in sua est potestate, synodum inciperem congregare, & promisit se de Ecclesiastica religione, quæ per sexaginta vel septuaginta annos calcata & dissipata fuit, corrigere & emendare velle. Franci enim plus quàm octoginta annis synodum non fecerunt, nec archiepiscopum habuerunt. modò autem maxima ex parte per ciuitates episcopales sedes traditæ sunt laicis vel adulteratis clericis seculariter ad perfruendum. Est insuper quidam, qui viduam quæ fuit vxor consobrini sui, & quæ votum vouit Deo castitatis, & velata extitit, abiecto cum velamine, vxorem duxit, asserens se licentiã à prædecessore vestro habere, de quo miramur. Tale enim matrimonium ab Ap. Se. affirmat confirmatum, quod non æstimamus verum, quia synodus & ecclesia in qua natus & nutritus fui, id est, in transmarina Saxonia, Lundunensis synodus talem copulam, incestum & damnabile piaculum indicauit, & quia carnales homines idiotæ Alemani, vel Bauari, vel Fræci, si iuxta Romanam urbem aliquid fieri viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & concessum esse putant, & nobis improprium, & sibi scādalum concitant, sic vt affirmēt se vidisse an-

Hilprandus
Longobar.
rex 19.
Rachis 20.

Epistola Bo-
nifacij ad
Zachariam.

Herbipolis
Bamberga.
Erphurdia.

*cū pudore

nis singulis in Romana vrbe, & iuxta ecclesiam S. Petri in die vel nocte, quando kalendæ Ianuarij intrant, paganorū consuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium & carmina sacrilega celebrare, mensas illa die ac nocte dapibus onerare, & nullum de domo sua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle: dicunt quoque, se vidisse ibi mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas in brachijs & cruribus ligatas habere, & publicè venales offerre, quæ omnia videntur impedimentum nobis præstare prædicationis & doctrinæ. Episcopi quoque & presbyteri generis Francorum, qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos filij fornicationū arguunt, reuertentes ab Ap. Se. dicunt sibi Romanum pontif. licentiã dedisse, vt antea ministrare: verum nos contra contendimus, quia Apostolicam Sedem contra decreta canonum nequaquam audiuimus iudicasse. hæc omnia propterea nota facimus, vt vestræ authoritatis responsum habere possimus. In columem valere & in Christo proficere beatitudinē vestram, in longitudine dierum valde opramus. His respondet papa Zacharias in hunc ferè modum: Zachariæ Reuerendiss. & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias seruus seruorum Dei. Susceptis fraternitatis tuæ literis, quia te sospitē vt semper cupimus, esse cognouimus, omnipotenti & misericordissimo Deo nostro magnas retulimus grates, qui tibi in bonis prosperari dignatur. magna enim in cordibus nostris infundis iactitiam, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittuntur, dum quotidie in gremiū sanctæ matris Ecclesiæ noui populi adducuntur, vbi & tres episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognouimus, qui eidem populo præesse debeant: vnde quæ poposcisti, absque mora concedi patimur, & statim per Apostolicam authoritatem episcopales illic Sedes, quæ per successiones episcopos mereantur & populis præsent. Ita nulli post hæc liceat, ea quæ à nobis sancita sunt, aliquo modo violare, quæ authoritate B. Petri Apostoli firma esse decreuimus. De eo autem quod nobis intimasti, quòd te Carolomannus filius noster ad se rogauit accedere, vt in parte regni Francorum in sua ditione synodum celebres ex causis descriptis, tu cum eodem excellentissimo viro concilium celebra: & si quos inuenis episcopos, presbyteros aut diaconos contra canonica statuta excessisse, aut in adulterio, vel si plures vxores habuerint, aut si sanguinem fuderint, vel etiã alijs capitulis canonicis contrauenisse repereris, sanctitas tua nulla ratione authoritate Apostolica permittat sacerdotio fungi. Quidquid, verò aliud, vt dictum est, eos contra Ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones siue instituta patrum præ manibus habeto: & iuxta quod habueris, discerne. De illo autem qui viduam auunculi sui habere monstratur, & à beatæ memoriæ prædecessore nostro sibi licentiã concessam esse diuulgauit, absit hoc vt antecessor noster ista admiserit. Nec enim ab Ap. Se. illa diriguntur, quæ contraria esse patrum institutis probantur. Eos igitur admoneas, vt omnimodo desistant, quia scriptum est: Qui conuertit fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animã Iac. 5. eius à morte, & suorum operiet multitudinem peccatorum. De calendis verò Ianuarijs, augurijs & incantationibus, quæ gentili more obseruari dixisti in vrbe apud B. Petrum Apostolum: quia hæc abscissa esse à patribus sumus edocti, & quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, à die qua nos iussit diuina clementia Apostolice vicē gerere, ilico omnia hæc amputauimus. Pari modo volumus populo tuo hæc prædicari. Nam & sanctæ recordationis prædecessoris atq; nutritoris nostri domini Gregorij papæ constitutione omnia hæc piè atque fideliter amputata sunt. Sed de sacerdotibus, qui adulteri & fornicatores probantur, quique sibi hoc ab Ap. Se. indultum esse, & licentiã sibi prædicationis affirmant largitam esse, hoc nulla ratione credit tua fraternitas, sed similiter in eis exerces canonicam vindictam. Non enim aliud te agere volumus, quàm quod præcipiunt canones. De tribus episcopis singulas confirmationes misimus, quas per sanctitatis tuæ manus eis largiri volumus, & Carolomanno filio nostro alia scripta direximus, vt quæ tibi promisit, adimplere festinet. Tua verò sancta fraternitas, si quid de cætero euenerit, vt sacri docēt canones, studeat emendare in plebibus sibi à Deo commissis. Si verò & noui aliquid acciderit, quod tua S. F. minimè per canonum statuta discernere possit, huc non pigeat nunciare, vt Deo iuuante, quæcunque ad emendationem nouæ plebis esse possint, tibi absq; tarditate respondere maturemus. Confortare in Domino frater charissime. Data kalen. April. imperate domino pijsimo Augusto Cōstantino à Deo coronato magno imperatore, anno 24. indictione xj. Nec puto incōmodum, si cōcilij illius acta perscripsero, atq; id

Zachariæ
Pont. respō-
sum.

Iac. 5.

qui-

Concilium
prouinciale
sub Boni-
facio.

quidem ex illorū monumentis. sic enim legitur: In nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Carolomannus dux & princeps Francorum, anno ab incarnatione Domini 742. vndecimo Kalen. Maij, cum consilio seruorum Dei & optimatum meorum, episcopos qui in regno meo sunt, cum presbyteris in synodū pro timore Christi congregaui, Bonifacium archiepiscopum & Burchardum, Ragafredum & Vuincanum, & Vuilibaldum, & Dedanum, & Edanum cum presbyteris eorum, vt mihi consilium darent, quomodo lex Dei & religio recuperetur, quæ in diebus superiorum principum disposita corruit, & qualiter populus Christianus ad salutem animæ peruenire possit, ne per falsos sacerdotes deceptus pereat, per consilium sacerdotum & optimatum meorum ordinauimus per ciuitates episcopos, & constituimus super eos archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri. Statuimus per annos singulos synodum congregari, vt nobis presentibus canonum decreta & ecclesiæ iura restarentur, & religio Christiana emendetur. & fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesijs restituumus, falsos presbyteros & adulteros vel fornicatores diaconos & clericos, desecrauiumus, & ad poenitentiam coegimus, seruos Dei armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi qui propter diuinum ministerium, Missarum solennia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt. vnum vel duos episcopos & capellanos princeps secum habeat, & vnusquisque præfectus vnum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare & indicere poenitentiam possit. Necnō venationes cum canibus, omnibus seruis Dei interdiciamus, similiter vt accipitres & falcones non habeant. Decernimus quoque sanctorum canones sequentes, vt vnusquisque presbyter in parochia habitans, episcopo suo subiectus sit, & semper in Quadragesima rationem & ordinem ministerij sui, siue de baptismo, siue de fide catholica, siue de precibus & ordine Missarum episcopo reddat & ostendat: & quodcumque iure canonico episcopus circumierit parochiam ad confirmandos populos, presbyter paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione & adiutorio populi. In coena Domini semper nouum chrisma ab episcopo quaerat, vt episcopus testis assistat castitatis & vitæ & fidei & doctrinæ illius. Statuimus vt secundum canonicam cautelam, omnes ignotos episcopos vel presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittant. Decreuiumus vt secundum canones vnusquisque episcopus in sua parochia sollicitudinem adhibeat, ne populus Dei paganas faciat: sed vt omnes spurcicias gentilitatis abiciat, siue sacrificia mortuorum, siue sortilegos aut diuinos, aut auguria, siue incantationes, siue hostias immolatiuas, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorū, Deum & sanctos suos ad iracundiam & vindictam grauitatem pronocantes. Statuimus, vt post hanc synodum vnusquisque seruorum Dei vel ancillarum Christi, si in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod in carcere poenitentiam faciat in pane & aqua: & si ordinatus presbyter fuerit, duos annos in carcere permaneat, & antea flagellatus & excorticatus videatur, & post episcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi poenitentiam agat. Similiter & velata eidem poenitentiam subdantur, & radantur omnes capilli capitis eius. Decreuiumus quoque, vt presbyteri vel diaconi non sagis laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruorum Dei. nullus in sua domo mulierem habitare permittat, vt monachi & ancillæ Dei ministeriales, iuxta regulam S. Benedicti ordinare & viuere, vitamque propriam gubernare studeat. Item in alia synodo episcopi cum clericis subiectis promiserunt se velle antiquorum patrū canones seruare, similiter & monachi ordinem S. Benedicti. In qua etiam synodo ita cauetur: Statuimus quoque cum consilio seruorum Dei & populi, propter imminentem belli apparatus & persecutiones exterarum gentium, quæ in circuitu nostro sunt, vt sub precario censu aliquam partem ecclesiasticæ pecuniæ in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei, aliquanto tempore retineamus ea conditione, vt annis singulis de vnaquaque casata solidus, id est, 12. denarij ad ecclesiam vel monasterium reddantur eo modo, vt si moriatur ille cui pecunia accommodata fuit, ecclesia cum propria pecunia reuestita sit: & iterum si necessitas cogat vt princeps iubeat, precarium renouetur, & omnino obseruetur, vt ecclesiæ vel monasteria penuriam non patiantur, quarum pecunia in precarium præstita est: sed si paupertas cogat, ecclesiæ & domui Dei reddatur integra possessio. Vt mancipia Christiana paganis

nis non tradantur. Decreuiumus quoque, quod & pater meus antè præcipiebat, vt qui paganas obseruationes in aliqua re fecerit, mulctetur xj. solidis. Hæc decreta ideo inserui, vt probarem Carolomannum in anno 742. ripam Rheni vltra citraque tenuisse, & quod Germania pleraque dudum ante aduentum S. Bonifacij ad fidem Christi conuersa fuit, cum referatur hæc synodus habita, vt religio Christiana repararetur. ANNO 742. Zacharias papa seruando patris morem, binos mittit ex clero Ro. presbyteros ad Constantinum in Græciam nuper electum, cum formula catholice fidei, in cuius obseruatione deberet Romano Pon. imperator cōsentire. sed eo tempore mouit Constantinus cum classe in Saracenos. Interim Arthauustus quidam ad tyrannidem aspirans, multa largitione plebem seduxit, & ad imperium est assumptus. Id cum intellexisset Constantinus, ilico classe reducta Constantinopolim obsidet, vi expugnat, & captum Arthauustum excæcat, cumque factionis suæ primoribus damnauit exilio, & sic rebus confirmatis imperator presbyteros Romanos audiuit. Hoc tempore circa annum Domini 744. infinita Hunnorum multitudo finibus suis egressa, bello Pannonias, vbi Hunnorum prima colluies confederat, lacessit apud locum cui Herdel est nomen, partita in septem exercitus turba. hi septem ibi castra munierunt, firmum hodie Christianæ Reip. præsidium. septem castra appellatur. Sed è barbarorum ducibus erat potentior Harpad, qui longius progressus, ad Albam castra metatus est. occurrit ei Zuarapolingus Pannonum dux magna suorum manu, verum imbelli. Itaque casu Pannone, Harpad victor regionem obtinuit. inde post annos sex, vicinos infestare cœpere, Carniam, Stiriam, Carinthiam, nec profuere his populis externorum auxilia. nam Gregorius Aquileiensis patriarcha cum iuare illos vellet, sibi vix fuga consuluit. fuitque ex illis victorijs iam regia sedes Hunnis seu Hungaris Alba. neque verò mihi quorundam chronographorum sententia probatur, qui Harpadi huius gesta in Imp. Cunradi tempora referri putant. Sunt enim alij Hungarorum motus Cunrado primo imperante, quos compescuisse Suenos legimus. ANNO Domini 744. cum Carolomannus & Pipinus natu minor regnum à Gryphonis insidijs liberatum, auctumque Aquitanorum prouincia diuisissent, obuenerit Carolomanno Alemannorum natio seruitutis nescia, quæ cum nuper rerum nouarum studio defectionem esset molita, à Carolomanno non sine iactura est recepta. vastauit ille agros nostros longè lateque, loca quædam diruta æquauit solo. Inde cum Francos repeteret, Odilonem Boioariæ ducem bellum aduersus reges meditari accipiens, temerarium principem facile oppressit. Tum & Saxonum tumultibus intercedens, castrū Hochsburg cepit, duce tributario facto. ANNO sequenti, qui fuit 746. salutis, indultum est paci, quod Carolomannus seculi militiam destitutus, ad sacra se componebat, quæ res Pipinū, fratris scilicet studiosum, domi quoque continuit. Carolomannus Romam veniens, Zachariæ se Papæ obtulit, & ab eo clericus factus, habituque murato sit monachus, in monte Soracte cōstructo monasterio, pro se & fratribus secum venientibus, vbi per aliquot annos quietè manebat. sed cum ex Francia multi nobilium ex voto Romam commearent, & eum ceu dominum salutarent, ocium quo delectabatur, crebrò interrumpentes, reliquit montem, & in Samnium prouinciam ad monasteriū S. Benedicti in monte Cassino situm, se contulit, vbi reliquum vitæ suæ expleuit. Interea Pipinus cui ac patris vitam æmulatus, eos gloria adæquare studuit, fratremque suum Gryphonem, quem honorificè data libertate fouebat, fugientem in Saxoniam collecto exercitu secutus, ad pacem reduxit. sed Grypho cum copijs quæ ad eum de Francia confluxerant, Bauariam intravit, ibique Tassilonem ducem cum Hilgarde ad deditonem compulit, ac in potestatem suam ducatum redexit. Quod cum accepisset Pipinus, exercitum maximum duxit in Bauariam, fratrem Gryphonem cum omnibus suis cepit. Tassilonem ducem restituit, atque Gryphoni fratri xij. Comitatus dedit. sed ille tantis beneficijs nō contentus, eodem anno ad Gaifirum Aquitaniam ducem profugit, vbi non sanè multo tempore vixit: nunciabatur enim, cum Pipinus regni coronam acciperet, interemptus. Cœptum est & illis temporibus ædificari Fuldense monasterium maxima tum impensa tum opera. Locus est hic, vt Britannorum mentionem faciamus. siquidem supra in 20. generat. regulos quosdam qui probis historijs clarum habent nomē, in ista ferè deduxi tempora. nam Carolo Magno Imp. Egbrutus omnem insulam in suam potestatem redactam Edeuolpno successoris reliquit, quare hic primus totius insulæ imperium tenuisse fertur: verum restituit regna omnia patris armis subiugata,

Arthauustus
affectat im-
perium.

Herdel.
Septem ca-
stra.
Harpad
Hunnus.

Carolomā-
nus que in
Germania
gesserit.

Carolomā-
nus religio-
nem profi-
tetur.

Anglorum
regū à Ca-
rolo ad Hē-
ricū nume-
rus.

Kkk tantum

tantum sibi occidentalium Saxonum regno retento, decimas omnium fructuum Deo & B. Mariæ iussit offerri è tota insula. Romam deinde profectus ad Leonem quartum, tributum duorum denariorum à singulis exactum domibus pensitavit, quod hodie quoque Apostolicis quæstoribus pendi solet. Successerunt ei tres ex ordine filij, è quibus vltimus Alfredus, qui cum patre Romæ fuit, studium literarum Oxoniæ instituit. fauebat enim literis maximopere, lecturæ & meditari studiosus, libros plurimos in linguam suam conuerti fecit. Eduardus Segnior cognomento, Alfredo patre potentia maior, Danos, qui multos annos Angliam tenuerant, bello expulit. liberos habuit, Arelstanum nothum: Edimundum, Edredum & Edimum ex matrimonio. filiam Carolo Crasso vxorem dedit. Venit regnum post aliquot annos in Edimundi manus, qui Danorum reliquias expulit, à latrone quodam interfectus. regno successit Edredus frater, is ab Odone sancto præfule Cantuariensi regium diadema accepit, auspiciatus Anglici regni honorem. à S. Dunstano tumulatus est apud Vinctonium. Ab eodem sancto regni diadema filius accepit Eduinus, qui Dunstanum in concubinæ suæ gratiam in exilium misit. quamobrem & ipse regno pulsus est, subrogato Egdredo, pacis & quietis Britannicæ authore. Huic Eceldredus ignauus princeps præter patris sententiam successit. Instituerat enim Egdredus Eduardum in regnum, qui veneni poculo interijt. Regnum accepit inde Cunto Daciæ rex, à proceribus Eceldredi filio Edio prælatum, anno salutis nostræ millesimo. regnavit annos viginti. Hic vniuersam Angliam, Scotiam, Daciæ, Noruegiam obtinuit.

GENERATIO XXVI.

ANNO Domini 750. sub Zacharia papa & Constantino quinto, 26. incepit generatio, in qua facta est regum Francorum innouatio, regum Longobardorum exterminatio, & imperij Ro. à Græcis transferendi dispositio. Has mutationes forte præfagibant mira, quæ hoc in tempore contigerunt. In Mesopotamia terra disrupta est ad duo milliaria, & mulus humana voce locutus fertur: cinis de celo cecidit: sue terre motus mirabiles: ciuitates quadam montanæ, diuisis montibus, vnâ cum illis transmigrarunt ad loca campestria vltra sex milliaria, & non sunt fractæ: cruce in vestibus hominum apparuerunt: in mari Pontico glacies fuit spissitudine 30. & nix 20. cubitorum: vnde reuerti homines, æstimabant finem mundi adesse. In Germania his maximarum rerum inijs penè nihil inuenio, præter pacis & quietis studia fuisse, siue quod nuper essent à Carolomanno maxima clade plerique Alemanie populi affecti, siue quod Bonifacij cura & doctrina gentis feritas miteret. Ita ille omnem hunc orbem religione & pietatis cultu illustrauit. Erat tum inter Britannorum regulos Edoaldus, qui quod fornicationem matrimonio præferret, cæterum bonus vir, à Bonifacio per literas est admonitus, quarum exemplum huc adscripsi: Bonifacius Edoaldo in Christo salutem: Audiuius quod elemosynis intentus, pacem diligis, rapinam prohibes, pauperum & viduarum defensor es, de quo Deo gratias agimus. quod verò legitimum spernis matrimonium, & cum sanctimonialibus voluptuaris, vituperamus. Quare scias quàm turpe sit, quod de te alij talia exempla sumunt: doceat te alienæ gentis institutio. In antiqua Saxonia, vbi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo stuprata, vel matrona fuerit adulterata, strangulatam cremant, & super fossam sepulturæ corruptorem suspendunt, aut cingulo tenus vestibus succis flagellant, castæ matronæ pungunt de villa in villam donec interimant. Sedenim si gentes Deum ignorantes, tantum castimonie zelum habent, quid tibi conuenit charissime, qui Christianus es? Obsecramus ergo, parce animæ, parce multitudini populi tuo pereuntis exemplo. Audiuius optimates tuo exemplo legitimas vxores deserere, de quorum animabus redditurus es rationem. Recogita, quæso, quàm terribilè vindictam Deus in anteriores reges exercuerit eius culpæ socios. nam Eceldredum prædecessorem tuum, stupratorem sanctimonialium & ecclesiasticorum priuilegiorum fractorem, splendide cum militibus suis epulantem, spiritus arripuit malignus, & sine confessione & viatico animam extorsit. Ofredum quoque regem earundem culparum reum, ita effrenem egit, vt regnum contemptibili morte amitteret. Inscrui huic epistolæ Bonifacius, Vuendos foeditimum genus hominum hunc habere morem, vt marito mortuo, mulier se in rogam cremandam præcipitet. Cæterum Bonifacij præclara opera enarrabo, quanto breuius potero. Scripsit enim post concilium, de quo supra habitum, Zachariæ papæ, quæ possumus ex responso intelligere. Extat

Epistola Bonifacij ad Edoaldum Anglum.

Prodigia.

Regium Anglorum diadema.

Cunto rex.

Oxonien-
se studium.

tat epistola Zachariæ, quæ incipit: Cum nobis sanctiss. frater. vbi legitur: De incur-
sione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta est, moerendum nobis est. sed hæc ad-
uersitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet: quia & Ro. ciuitas ex accidentibus
facinoribus sæpius est depopulata, tamen potentia sua Dominus ex supernis eam di-
gnatus est consolari. sic enim credimus, quia & vos consolabitur. De synodo autem
congregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pipino & Carolomanno ex-
cellentiss. filijs nostris, iuxta nostrarum syllabarum commonitionem, qualiter egisses
cognouimus, gratiasque agimus, quod tibi adiutores extiterunt, tam de fornicarijs
episcopis, * falsis & schismaticis sacerdotibus. De eo quod suggeris, elegisse vnam
ciuitatem Francorum principes, contingentem paganorum fines & partes Germa-
nicarum gentium, Moguntiam, vbi antea prædicasti, vt ibi sedem metropolitica per-
petuo tempore habere debeas, cæteros episcopos instruas, & post tui successores per-
petuo iure possideant: hoc quod decreuerunt, nos læto suscepimus animo, quod ex
Dei nutu factum est. Et quia tibi principes Francorum etiam in hoc adiutores exti-
terunt, retribuatur illis omnipotens vicissitudinis præmium. De illo autem falso episco-
po, quem dixisti adulterati clerici & homicidæ filium, tibi sæpe iam scripsimus, vt nul-
lus homicida, nullus adulter, nullus fornicarius sacrum ministerium debeat tractare.
Et hoc pariter suggestisti, quod illi qui à te proiecti sunt sacerdotes, à nobis absolutos
se apud Francorum prouinciam diuulgent, quod tua sancta fraternitas nullo modo
credat: quia si hoc fecissemus, per nostras literas indicassemus. Hortamur autem vt
sanctorum instituta sequaris, quia nos nullatenus aliud prædicamus, aliud facimus. De
censu expetendo, eo quod impetrare à Francis ad reddendum ecclesijs vel monaste-
rijs non potuisti aliud, quàm vt vertente anno ab vnoquoque coniugio seruorum
duodecim denarij reddantur, gratias Deo ago, quod potuisti hoc impetrare: & dum
Dominus donauerit quietem, augebuntur & luminaria sanctorum. De ciuitate illa,
quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta Francorum petitionem,
per nostræ autoritatis præceptum nomini tuo metropolim confirmamus, & tuæ
sanctitati direximus pro futuris temporibus eiusdem metropolitane Ecclesiæ stabili-
tatem. Deus in te incolumem custodiat. Nec caruit Bonifacij virtus æmulis. erant
enim in Gallijs hypocritæ quidam homines, pietatis hostes, subita proborum pestis,
Aldebertus Gallus & Clemens Scotus, qui plebis & auræ popularis studiosi, ingen-
tem populi turbam ad se pelliciebant. ita facilius, multitudine freti, Bonifacium op-
primi posse putabant, apostolorum se successores esse, de arcanis cælestium mysterijs va-
na, de hominis vita & moribus ineptissima disputabant. Sed Bonifacius archiepiscopus
tanto periculo occurrens, Romam ad pont. Zachariam perscripsit omnia, qui in
episcoporum summorum concilio rem exponit, sententiam doctorum hominum &
præsidium aduersus istam barbariem & vesaniam, ceu contra cacos aliquos, postulat.
Ibi omnium consensu Aldebertus & Clemens sacerdotio priuati excrantur, & ana-
themate à fidelium communionem eiciuntur. Eadem sectatoribus quoque poena sta-
tuitur. Sententiæ concilij Zacharias subscripsit primùm, deinde nomina sua adnota-
runt cardinales, episcopi, & presbyteri 24. His armis explosa est Aldeberti & Clemen-
tis hæresis, & Bonifacij honor ac reuerentia maior inde fuit, tum apud populum, tum
apud Rom. præfules. Scripsit ad eum Zacharias de pietatis studio plurima, quæ par-
tim in historijs, partim in decretis sacris videre licet: quin & Carolomannus singula-
ri obseruantia sanctum virum coluit. Extat in veterum monumentis eius epistola: San-
ctis patribus, episcopis, ducibus, comitibus, vicarijs, amicis nostris, Carolomannus,
palatij Francorum præfectus salutem: Cognoscatis qualiter Apostolicus vir in Christo
pater Bonifacius episcopus, ad nos venit, & nobis suggestit, quod sub nostra defensione
eum recipere debeamus: quod ita nos gratuito animo fecisse cognoscere proinde ei
manu nostra roboratam damus fidem, vt vbiunque ambulare voluerit, nostro amore
vel sub nostra defensione quietus vel conseruatus esse debeat, * in ea ratione, vt iusti-
tiam reddat, & similiter iustitiam accipiat. Et si aliqua causatio vel necessitas ei adue-
nerit, quæ per legem definiri non potuerit, vsque ad nos quietus vel conseruatus esse
debeat, tam ipse quàm qui per ipsum sperare videntur, vt ei nullus vllam contrarieta-
tem facere debeat. Ac vt omni tempore sub nostra defensione quietus & conseruatus
residere debeat: & vt certius credatur, manu propria subter firmauimus, & de annu-
lo nostro subter sigillauimus. Solebant Franci ex antiqua stirpe reges habere, qui
à Meroueo Clodij II. regis filio, Merouingi dicebatur, quorum genealogia vsque ad
Francorum regum igna-
uia.

Zachariæ
ad Bonif.
epistola.

* q̄ falsis &

Census ec-
clesiarum.

Colonia fit
metropolis.

Aldebertus
& Clemens
hæretici.

Carolomā-
ni literæ de
Bonifacio.

Francorum
regum igna-
uia.

dericum permanebat, in quo etiam tunc deficiebat. Nam iam dudum nullius vigoris erat, nec quidquam clarum in se præter inane nomen regis vocabulum præferbat. Opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos summa imperij pertinebat, qui tum erant Caroli Martelli successores, duces dicti: nec aliud quidquam regi permittebatur quam ut regis tantum nomine contentus, crine profuso, barba promissa, folio resideret ac specie dominantis effingeret, legatos vnde cunq; venientes audiret, eisque ab euntibus responsa quæ doctus erat aut iustus, velut ex sua potestate redderet: tum præter precarium viræ stipendium, quod ei præfectus aulae prout videbatur exhibebat, nihil aliud possidebat, quam vnâ & eam paruo redditu villâ, qua domû & famulos paucos haberet. Quocunq; eundem erat, carpento vehabatur, quod iunctis bobus & bubulco more rustico agere trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum conuentum, qui Kalen. Maij ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, & coram tota gente præsidens, omnibus salutatis, debitisque, obsequijs honoratus, domum redibat. At regni administrationem & omnia quæ vel domi vel foris disponenda erant, præfectus agebat aulae, quo tum Pipinus velut hæreditario iure fungebatur. Itaque Pipinus regem Franciæ inertia persecta, cum domi delitesceret, nec reipub. procuracionem ullam suscipere, Zachariam Romanum pontificem, quod & proceres populique eius gentis, Pipini virtutem & regis Hilderici amentiam debitis pensarent meritis, Zachariam pontif. consultit, ineptum ne regem & inutilem tolerandum, an Pipinum meritum fraudandum regia dignitate censeret. Cumq; pontifex respondisset cum qui regia melius obire posset munera, habendum regem, Franci publico rotius gentis consilio Pipinum regem eligunt, quod & per Zachariam probatum extitit, de quo tex. 15. q. 5. c. alius. vbi dicitur, quod Zacharias regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tanta potestate erat inutilis, a regno deposuit, & Pipinum Caroli imperatoris patrem, in eius locum substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Hunc Bonifacius, qui catalogo sanctorum adscribitur, Sueffione more regio vnxit, ac Hildericus homo vecors, de tonsio capillo, monasterio deputatur. acta sunt hæc anno salutis 750. Per idem tempus Rachis Longobardorum rex, cum magnis copijs agros Rauennates populatur, Perusinam ciuitatem circunvallans expugnauit. Quod audiens Zacharias papa, regem accessit, & ipsum precibus commonitum, a ciuitatis vastatione renouauit, cum quo postea aliquot diebus moratus, illum suis sanctis exhortationibus ad bona opera inuitauit, ita ut post paucos dies idem Rachis regalem dignitatem relinquens, deuotè cum vxore & filijs ad limina apostolorum visitanda, simulque sanctum episcopum videndum adierit: & peracta oratione, relicto seculo, per manus pontificis vnâ cum filijs habitum religionis suscepit, cum regnasset annos quatuor. Ad eodẽ suere boni principes sub Zacharia multi, bono scilicet & integro pontifice, qui tot rebus bene gestis clarus est, siue vrbantum eius cultum, siue reipub. studium, siue domesticam meditationem adspicias. erat pacis studiosus, quam sacris rebus precipue deberi videbat. Venetis inhiuit sub anathematis poena, ne Christianos Saracenis venderent. bibliotheca B. Petri restituit, libros 4. dialogorum Gregorij transtulit in Græcam linguam. moritur xj. sui pontificatus anno, sepeliturque in basilica Petri. ANNO Domini 753. successit Stephanus II. patria Romanus, vno omnium voto. Nam Zacharia defuncto, Stephanus quidam lectus erat, qui die tertia apoplexiæ morbo interiit, tum hic Stephanus singulari vir prudentia & religione, humeris omnium in basilicâ Constantinianam deportatus est. sed ita annis quinque.

Aistulphus hoc tempore fratris Rachis regnum acceperat, Longobardorum 21. princeps, callidissimi vir & superbissimi ingenij, pacis hostis, qui Romani Imp. ignauia fretus, nouum pontificem exterrere statuit, Italiam irrupit subito. sed Stephanus papa hominem muneribus placatum persuasit, ut foedere pacis secum coiret in annos quadraginta. quod ille factum, quarto mense rupit. Rauennam obsedit & cepit. Pontifex datis ad Constantinum literis, scripsit quo in statu esset res Rom. & omnis Italia, protestatus, fore ut, nisi subueniat, Roma & omnis Italia in Aistulphi veniat potestate. Constantinus imperator Aistulpho scribit per Iohannem imperialem silentiarum, qui simul cum Paulo Germano pontificis legato ad Aistulphum venit. sed nihil præter verba quædam aspera reportarunt. Addidit tunc Longobardus, vnum ex oratoribus suis Romam se, & deinde Constantinopolim missurum. Pontifex cum eos audisset, & nihil actum comperisset, Romanos in concilium adhibuit, quorum precibus ac suasionibus censuit taliter cum imperatore agendum, ut nisi afflictis Romæ & Italiæ rebus sua præ-

Pipinus eligitur Francorum rex.

Rachis religioni se addidit.

Dialogi Gregorij Græci facti.

Stephanus 2. papa.

Aistulphus Longob. rex 21.

præsentia & cum Romani imperij viribus subuenisset, alia via vnde posset haberi salus & defensio, quaereretur. Iuerunt Constantinopolim Longobardi regis nuncij & Paulus pontificis germanus: vix dum profecti, Aistulphus pontifici & Ro. populo minatur, fore ut, nisi sese & urbem Romam dedat, eos postea in potestatem redactos ad vnum iugulet. In quem adductus tremore pontifex, populo in Lateranen. basilicam vocato, hominiam habuit, lachrymis singultibusque imminere dicens Rom. populo excidium, nec ullam clementiæ spem habendam, nisi deditioe impijssimo regi facta: viribus autem Ro. populi non posse illi resisti, cum omnem penè Italiam in potestate haberet. In his angustijs ad præsidia omnipotentis Dei recurrendum suadet, & in sacro & cinere, vigilijs & ieiunijs diuinum auxilium esse implorandum. Quid enim contra perfidiâ huius hominis armis contendendum, cuius literis (nam eas pontifex ostendebat) non esset fides? Necdum cessauit pontifex regem pollicitationibus pertentare, si forte Rauennam exarchatum reddere, & pacem seruare vellet. Cum nihil proficeret, legatus quoque ad imperatorem missus non rediret, nec spem præsidij literis significaret, cum populo Ro. constituit, opem Pipini regis Franciæ implorandam. veritus tamen, si Longobardus id rescisceret interim, quod vel opprimeret, vel plus solito sæuiret, epistolam peregrino homini dat, cuius hoc est exemplum: Quoniâ Aistulphus rex nec pacem cum Romanis seruaret, nec foedera, nec exarchatum Rauennam & alia de Romanis capta, nec prece nec precio adduci posset ut redderet, opem ipse Christianissimus afferret, cuius opis ratio ut commodè fieret, scripsit pontifex oportere regem Pipinum tanquam proprio inductum motu, ab ipso pontifice postulare, ut in Franciam veniret. Interea Paulus pontificis germanus, & Iohannes silentarius, & Aistulphi regis nuncius, a Constantinopoli Romam sunt reuersi: fuitq; imperatoris responsio, pontifici ad Aistulphum pro pace properandum esse. Dumq; pontifex ad iter se accingit, Roringrandus episcopus & Antharius dux à Pipino Francorum rege venientes, pontificem ut veniret in Franciam, orauerunt. Cum quibus ad Aistulphum pontifex profectus, illis præsentibus, eius malefacta narrauit circa violationem pacis, petijtque restitui ablata. quæ cum negaret rex, rogatus est à Francis, ut pontificem in Galliam tunc transire permitteret: quod quauis ille inuitus audiuit, tamen negare ausus non fuit. iuit itaque pontifex in Franciam. Carolus tum Pipini filius adolescens, Magnus postea dictus, regni fines ingressum pontificem, a centesimo lapide perduxit in Carisiacum vsque. Et Pipinus ibidem ad tertium lapidem equo descendens, pontificis pedes osculatus, illum terra incedens duxit, & à freno equi quo pontifex vehabatur, nunquam discessit, donec in urbem perduxisset, & in cubiculo vbi diuersaturus erat, collocaret. Porro cum consedissent, pontifex regem lachrymabiliter deprecatus est, ut Ecclesiam Romanam defenderet. sed Carolomannus monachus ab Aistulpho missus, iuxta quæ ab iniquo rege informatus erat, nitebatur omnino & vehementer decertabat sanctæ Ro. Ecclesiæ causam subuertere. Putatur à quibusdam inuitus hoc fecisse: nec enim abbatis sui iussa contemnere, nec abbas præceptis regis Longobardorum, quæ hic imperauerat, audebat resistere. Sed non valuit illis germani regis Pipini animum immutare, quin promitteret & suo iuramento firmaret, causam Ecclesiæ se pro posse defendere, fratrem autem pertinaciter nimis obluantem, in Viennense monasterium relegauit, vbi post mœrens interiit. Alij dicunt cum febre correptum, spontè ad monasterium hoc declinasse, & mortuum: quod credibilis est. Stephanus papa ut Ecclesiæ defendendæ spem accepit, Pipinum sacra vnctione in regis dignitatis honore confirmauit, duos filios Carolum & Carolomannum cum matre eorum Bertruda inunxit: Pipino benedixit & posteritati eius, atq; qui temeritate aliqua aduersus Francos bella moueret, comunione Christiana interdixit. Primo insequenti vere Pipinus in Longobardos exercitum duxit, cui ad alpium angustias occurrit Aistulphus, transitu Francos prohibere contendit. sed irruentium in se Francorum imperium non sustinens, Papiam se recepit: ibi milite Franco circunvallatus, obsides xl. Pipino dat, iuratq; Romano pontifici quæcunq; abstulisset, restituere. atque ita attributis Stephano copijs militum, pontificem in sedem restituit Pipinus. Cognito Pipini in Franciam abscessu, Aistulphus fidei negligens, nihil reddidit pontifici: contractisque copijs, Romam obsidione cinxit, suburbana omnia vastat & incendit, maioraque intulit damna, ut fertur, quam antè per quadraginta & trecentos annos Visigothi, Eruli, Ostrogothi, & ipsi intulerunt Longobardi. In his angustijs pontifex & Romani ad Pipini auxilia rursum confugere coacti sunt: duo Romani Vuarnerio, qui à Pipino relictus fuerat, additi, per ma-

Pontificis ad Pipinum epistola.

Stephanus Pipino benedixit.

Aistulphum Pipinus obsedit.

re Massiliam, & inde Franciam petierunt. Auditis Aistulphi excessibus, Pipinus exercitum comparat. Interea Constantinus audito Iohanne silētiario de rebus Italicis, & intellecto quod Pipini auxilium quærerent, eundem silentiarium & Gregoriū protosecretarium Romā misit, qui urbem turbarent, eundem silentiarium & Gregoriū protosecretarium Romā misit, qui urbem turbarent. Hi cum audissent legatos in Franciā missos, Massiliam applicuere, ubi accipientes Pipinū Italiā ingressum, cum in Papiensi agro conueniunt, datisque muneribus orauit silentiarius, ut Rauennā ac eius exarchatū imperio, cuius esset iure, non pontifici aut Romanis redderet. Pipinus non se cōmodi sui causa iam secundo Italiā petiuisse respondit, sed propter animæ salutem, ne Longobardi Ecclesiam laceffant, Rauennam autem & eius exarchatū & alia de Italia, velle ab illis auferre, & pōtifici ac Ro. Ecclesiæ tradere. hinc expediti abeūt. Aistulphus graui obsidione pressus, tandem ex superioribus pacis foederibus deditiōne fecit. Pipinus dimisso abbate Volcado, cum parte copiarū quæ pacem exequeretur, ad alpes se contulit. Abbas Volcatus cum legatis Aistulphi singulas ingressus ciuitates Pentapoleos & Aemiliæ, obsides earū & claus recipiens, Romam peruenit. Erat exarchatus in regiones duas distributus, Pentapolim & Aemiliā: habebat vrbes Pentapolis quinque, Rauennā, Cæsēnā, Classēm, Forū Liuij, & Forū Popilij. fuere in Aemilia, Bononia, Rhegium, Parma, Placentia, & quidquid tertæ est à Placentinorū finibus & Ticinensium ad Adriam vsque, & ab Adria Ariminum vsque. Hæc dum ex foedere reddi deberent, Aistulphus in artes suas versus, Fauentiam & Ferrariā restituere differbat, dum Pipinus alpes transiret. continebat enim adhuc se ad alpiū radices Francus, ne mali quippiam pro suo ingenio Aistulphus moliretur. Verū diuino sublatus est Longobardus iudicio, apoplexia in venatione concidit anno regni sui 8. Quo audito, Pipinus alpes transijt. Isto ferè tempore è Græcia organa Pipino missa sunt, magna virtutis Fræcicæ testimonium. Mortuo Aistulpho, Desiderius qui dux Hetruriae fuerat siue præfectus, copiarū quibus præerat, robore confusus, regnum Longobardorum inuasit. Id autem adeo molestè tulit Rachisus germanus Aistulphi, ut relicto monasticæ vitæ proposito, arma indueret, omnesque Italiæ Longobardi secuti sunt cum, exceptis Hetruscis. Desiderius sibi timens, pontificis fauores multis precibus implorabat, fore pollicitus, ut si pontificis fauore regnum adipisceretur, ea redderet quæ ex foedere erant reliqua: & non solum pacem initam seruaret, sed pontificem & Ecclesiam perpetuò veneraretur. Ea cum audisset pontifex, Volcadi abbatis consilio vsus, statuit Desiderium exaudire, misitque ad illum cum Volcado Paulum fratrem, qui foedera constituerent. Desiderius tunc proceresque sui atque commilitones derisi, in sua ac filiorum suorum capita, si fidem fallerent, conceptis execrationibus, iuristurandi religione se obstrinxerunt. Tunc misit pontifex ad Rachisum, Longobardosque sua secutos arma, admonens ne Desiderio quem appellasset regē, aduersarentur. aderat Volcatus abbas, eadem persuadens: quibus territi Longobardi, Desiderio consenserunt: qui fidem pontifici seruaturus, Fauentiam & Ferrariam postremò reddidit. rex constituitur anno salutis 756. Hoc in tempore finem habuit omnino magistratus exarchorum, à Constantinopoli in Italiam missorum, anno 75. supra centesimum, postquam magno Italiæ malo, Narsete deiecto, ea calamitas incepit. Adhuc in humanis erat Bonifacius Moguntinen. archiepiscopus, ille scripsit Stephano papæ in hunc modum: Domino excellentiss. Stephano papæ, Bonifacius exiguus episcopus discipulus Ro. ecclesiæ, in Christo charitatis salutem: Sanctitatis vestræ clemētiam intimis obnixè flagito precibus, ut familiaritatem & vnitatē sanctæ Sedis apost. à vestra clemētia habere merear, & in discipulatu pietatis vestræ Sedi apost. feruendo seruus vester fidelis ac deuotus permanere possim, eodem modo quo antè sub tribus prædecessoribus vestris, apost. Sedi seruiebā, Gregorijs duobus & Zacharia, qui me semper hortatione & autoritate literarū suarū muniebant & adiuuabāt: quod apud vos inuenire deprecor, ut præceptū paternitatis vestræ eo melius perficere & implere possim. nā si quid in ista legatione Romana, qua plus quam 30. annos functus sum, vtilitatis Ecclesiæ præfata peregi, adhuc implere & augere desidero: si autē minis perire aliquid aut iniuste à me factū vel dictum reperitur, iudicio Ro. Ecclesiæ, prompta voluntate & humilitate emendaturum me spondeo. Interea deprecor, ut pietas domini mei non dedignetur, quia tam tardè missum meum & literas ad præsentiam vestrā direxi: hoc idcirco contigit, quia præoccupatus fui in restauratione Ecclesiarū quas pagani incenderāt, qui per titulos & cellas nostras plus quam 30. Ecclesiæ vastarunt: & hæc causa fuit tarditatis meæ, & nō aliqua negligētia incuria. Ex hac

Exarchatus.

Desiderius
Lōg rex 22.
& vicinus.Exarchorū
fuit.Bonifacij
ad Steph.
epistola.

stola clarè probatur, quod ordo quem seruauit de Stephano, fuit verus. Itaque fuit Bonifacius vir religiosus, prudens & magnanimus, cuius opera Germanicæ gentes multis erroribus implicatæ, quasi sub religione Christiana idolorum culturæ deditæ, ad viam veritatis sunt reductæ: & qui necdum cognitionem Dei, habebāt, eius salutaribus monitis à paganismo ad veram fidem conuersi. Huius etiam celebre ac vulgatum contra Ro. pont. dictum, ab Ecclesia est receptum, quo scripsit, Papam à fide deuim, iudicari posse, cum regulariter cunctos ipse iudicaturus sit, à nemine iudicandus, ut habetur 4o. dist. c. si papa. Mansit autē in Germania per tempora quatuor pontificum, & cum esset senex, petijt à Zacharia, si posset in Ecclesia Moguntinen. alium idoneum loco sui ordinare episcopum. Cui Zacharias, alioqui reprehensibile, ex gratia singulari concessit, quod possesibi ordinare coadiutorem episcopum, quem & decedēs sibi substituere valeret concilio fratrum successorem, de quo 7. q. 1. c. petisti. Fertur autem de se prophetizando dixisse, Vado predicare gentibus Frisonum, & ibi pro Christo occidar. quod & factum est. Nam consilio principis ministrum sibi idoneum Lullum ad episcopatus gradum prouexit. Ipse autem per fluentem Rheni vestus, Frisiam ingreditur, verbum Dei instanter prædicat, ubi tamen plures Christiani fuerunt antè per Vuilibrodum conuersi. De hoc extat epistola, quam idem Bonifacius scripsit ad Stephanum papam secundum, ubi salutatione præmissa dicit: Nam tempore Sergij pontificis venit ad limina sanctorum apostolorum presbyter quidam miræ abstinentiæ & sanctitatis, generis Saxonum, nomine * Vuilibrodus, quem præfatus papa episcopum ordinauit, & ad prædicandum paganæ genti Frisonum transmisit in littoribus Oceani * occidui, qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Frisonum maxima ex parte conuertit ad fidem Christi, phana & delubra destruxit, & Ecclesias ædificauit, ac sedem episcopalem & Ecclesiam in honore sancti Saluatoris constituens in loco & castello, quod dicitur Traiectum: & finitis longeuæ vitæ diebus, in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit sedem illam ad constituendum & ordinandum episcopum, quod & fecit. Nunc autem Colonien. episcopus illam sedem sibi vsurpat, & ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructæ à paganis Ecclesiæ, quam Vuilibrodus dirutam vsque ad solum in castello Traiecto reperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honore sancti Martini consecrauit. Ex quibus scriptis habetur, quod sanctus Bonifacius Frisonum gentem non conuertit, sed remanserunt in Frisia reliquæ aliæ paganorum & in circuiacentibus. Veniens illò cum multis alijs, pro fide Christi à paganis occisus est. cum autem reduceretur ad Fuldam monasterium, quod ipse fundauit, sepelendus, tum omnes campanæ vbique diuina virtute sine motu alicuius hominis sonuerunt. vir postea deuotissimus, inter sanctos honorabiliter relatus est. Sed cum tantis fluctuat vrbs atque Italia periculis, nullam reipub. curam habuit Constantinus. Tum anno salutis 755. Turcæ primū inuadentes Asiam, Armenios, Persas, Saracenorumque populos deprædationibus incendijsque vastabant. Sunt qui scribunt hos fuisse Scythas, ex his præsertim quos Alexander Macedonum rex inter Hyperborcos ceu ferreis repagulis clausit, quod Hieronymus probat. Verū cum post multas vtriusque gentis illatas iniurias atque acceptas clades, de pace inter se tractare cœpissent Saraceni atque Turcæ, conuenit ut Turcæ qui in Perside habitabant, Saraceni appellarentur, darentque tributum Persis. Dicitur autem Turcæ à quodam eorum duce Turco, sub quo post Troianum excidium feruntur ad Hyperboreas regiones migrasse, ubi armorū relicto vsu, procurandis gregibus atque armentis operam dabant. certam non habentes sedem, vagabantur, nec urbem habentes, nec oppida: migrantes autem, secum trahebant vniuersam substantiam, seruos, ancillas, armenta, greges. nusquam agriculturæ operam dabant, commercia emptionum nesciebant, sed solis permutationibus vitæ necessaria sibi quærebant, donec multitudine pressi, aliquos è regione miserunt, qui venerūt in Persidem, ut supra dictum est, sub tributo. Et ratio quidem illa viuendi, Scythica est, ut probat vetustissimi scriptores. Turcarum autem appellatio ferè in antiquis nusquam est, præter Pomponium Melam, qui Turcas, eo vsus nomine, inter Scythicas gentes retulit Stephanus pontifex benè de religione & patria meritis, pontificatus sui anno quinto moritur. hunc ferunt ad Francos imperium trāstulisse, quod eos ceu imperatores Ecclesiæ Ro. tutores quæsserit. Itaque quod Stephanus argumentum transferendi imperij ostendit, Leo pontifex consummauit. Paulus frater Stephani huius, bonorum omnium suffragijs

Lullus Bo-
nifacij suc-
cessor.* Vuilibro-
dus,
* septentri-
onalis,Mors Boni-
facij.Turcarum
origo.Paulus pri-
mus papa.

pontifex decernitur. sedit annis decem, vir fuit ingenij mitissimi, & adeo Saluatoris nostri imitator, vt nulli vnquam malum pro malo redderet, sed malos in bono vincret. tantæ pietatis & humanitatis fuit, vt noctu cum duobus aut tribus familiaribus cubicula pauperum ægrotantium circuiret, vnumquenque & verbo & elemosynis iuuaret. carceres frequenter adibat, inde plerofque ere alieno grauaros, perfoluto debito, liberabat. Interea Constantinus imperator cum esset sacras imagines vbique demolitus, Constantinum regie vrbs episcopum, impietati sue resistentem, verberibus necauit, in locumque demortui, Nicetam spadonem sui sacrilegij conscium suffecit. Pontifex Rom. religioni consulens, nuncios Constantinopolim mittit, qui imperatorem adhortarentur, vt sacras imagines & statuas restitueret, recusanti anathematibus censuram minarentur. sed Constantinus in sacrilegio pertinax, sacras admonitiones contempfit, Sabinum Bulgarorum regem in demoliendis sacris imaginibus eius impietatem imitatum, in gratiam recepit, cum antea bello Bulgaros persequeretur. id de rege suo illi adeo molestè tulerunt, vt ipsum interficere sint annisi, qui fuga prolapsus, Constantinopolim se recepit. Tãta autem impietate Constantinus ardebat, vt cum Abdala Saracenorum duce nulla alia ratione foedera iniret, quàm vt Christianos Saracenis cohabitantes persequeretur. Administrabat Thraciam proprator Constantini eunuchus, qui apud flagitiosum imperatorem nutritus, illo truculentior erat, & nedum imagines deponi cremarique curabat, sed omnibus quoque ecclesiarum ornamentis ad hastam distractis, precium imperatori misit, quem Constantinus literis secundum cor suum à Deo sibi datum, summis præconijs extulit. Qua quidem tempestate Constantinus Leonem filium imperij consortem fecit, cui Irenen Atheniensem, mulierem omnium pulcherrimam, in matrimonium collocarat. Sed apud Francos interea rex Pipinus gloriam indies potentatumque adaugebat. quo enim tempore ab Italia redijt, Tassillo dux Boioariorum, cum primoribus gentis sue fidelitatem tam ipsi regi quàm filiis suis Carolo & Carolomanno super corpus S. Dionysij promissit. Sed & cum exercitu Saxoniam ingressus, commissioque prelio, plurimam Saxonum multitudinem occidit ac cœgit, vt promitterent se omne quod iuberet, facturos, & annis singulis 300. equos honoris causa duros. Maius verò negocium fuit Pipino in Aquitanos, quibus subigendis octo æstatibus laborauit. verum huius belli primo anno cum vidisset Gaifirus castra Pipini, bello concertare non est ausus. missa legatione ad regem, ait se imperata facturum, & ecclesiarum iura, quarum causa bellum gerebatur, redditurum. obsidibus acceptis, rex à bello abstulit, domumque redijt. Sequenti verò anno, scilicet Domini 761. Gaifirus licet obsides dedisset, sacramentaque iurasset, satius tamen sibi ratus, si de illato bello superiori anno vltionem exigeret, exercitum qui Fræcorum possessiones popularetur, vsque ad Cabillonem ciuitatem duxit. Quod cum Pipino generalem conuentum in villa Duria agenti nunciatum esset, coactis copijs, magno belli apparatu Aquitaniam ingressus, omnia ferro & igni vastat, & quædam oppida ac castella manu cepit, quædam se vltro dedit. hoc bellum partim Pipini, partim Caroli filij ductu gestum est. Sic deinde iterum & quarto Pipinus Aquitaniam intrauit. scribunt aliqui septies eum intrasse. Tandem multis castellis & pagis captis, ad Santonicam ciuitatem contendit. eo in loco mater, soror ac neptes Gaifiri ducis ad eum adductæ sunt, quas cum piè susceptas seruari iussisset, ad Garumnam fluium proficiscitur, vbi ei Hereuingus cum alia præfati ducis sorore occurrit, seque & illam regi dedit. Rebus ergo prosperè gestis, rex reuertitur, & in castello Sels pascha celebravit, assumpraque secum vxore sua ac familia, ad urbem Santonicam redijt: dimissaque ibi vxore ac familia, cum omnibus copijs ad persequendum Gaifirum ducem animum intendit: nec prius destitit, donec hostis interfectus est: sic Aquitania regno Francie subiecta est. Quo in tempore Pipinus Santonas reuersus est, vbi agrorare cœpit, delatus ad Turonios, apud S. Martinum orauit: deinde Parisum veniens, octauo Kalend. Octobris obiit. corpus eius in basilica S. Dionysij humatum est, anno Domini 768. pontificatus Pauli decimo, qui & eius vitæ vltimus fuit, per cuius pontificis tempora tantum valuit Pipini regis Francorum maiestas, vt nullis interea motibus Longobardorum Italia aut Roma fuerit agitata. Pipini autem morte audita, Desiderius in Romanam rem machinationibus vt cœpit. Nam cum Paulus in extremis laboraret, Tothonem Nepefinum ducem Desiderius impulit, vt Constantinum fratrem vi etiam, quando largitione aut ambitione fieri non posset, pontificem

Sima Constantini impietas.

Leo 4. imperio adfectus.

Pipinus Saxones & Aquitanos deuincit.

Caroli Magi tyrocinium.

Pipini & Pauli pontificis interitus.

pontificem deligeret. Is itaque Romam cum exercitu profectus, Constantinum, fauentibus quibusdam amicis corruptis, pontificem creat. fuerit etiam qui Philippicum quendam huic præponeret, qui statim se abdicare magistratu armis compulsus est. Cogitur & Gregorius Prænestinus episcopus Constantinum adhuc laicum, sacris statim initiari atque episcopum inungere, cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur, vt eas ori admouere non posset. Perstitit autem per annum in Petri cathedra Constantinus, & episcopos presbyterosque more pontificum ordinavit, quousque clero populoque Romano in tribus foris, quæ est S. Adriani ecclesia, per Christophorum primicerium coacto, Constantinus est eiectus, & in eius locum omnium suffragijs Stephanus tertius extitit suffectus. tum in ecclesia Saluatoris Constantinus magistratu se abdicans, in monasterium est detrusus. Pipino pusillo duo fuere ex Bertha (quam nonnulli Bertrudam nominant) liberi Carolus & Carolomannus, quiambo è procerum sententia reges appellati, partito inter se paterno regno, Carolomannus Sueffione, Vormatix Carolus regium diadema suscepit. At priusquam tantorum principum gesta exponam, regie Francorum præcipuum ornamentum, Parlamentum, describam. Cuius instituendi author ab historicis non traditur. id enim cuiusque anni definito tempore, loco quem rex designasset, habebatur. Seruabatur autem hoc modo, vt ex maioribus ciuitatibus & prouincijs periti iudiciorum & consuetudinis homines, ad id munus delecti, ius cuique per prouocationem litiganti dicerent. Quæ institutio cum vaga interdum, incertaque mutatis sedibus esset, decreta est Parlamento apud Parisios curia & sedes, in qua iudices designati, se iugiter sifterent, perpetui prouocationum definitores, qui 80. sunt, annua ex regis fisco stipendia capientes. Et hi quidè per 4. curias constituti seorsum confidunt, suosque præsidentes habent. In prima quam Franci Cameram vocant, præsidentes 4. & consiliarij 30. causas & lites audiunt, dilaciones & quæ ad iuris cognitionem attinent, constituunt, leuiores quidem & temporanea finientes. In reliquis singulis duabus cameris, 18. inquisitionibus præfunt, qui enquestarum, id est, inquisitionum consiliarij dicuntur, quibus præsidentes 4. præficiuntur. Horum omnium pars ex clero, parsque ex laicis constituitur. Sententias dicunt, quas statutis diebus alter præsidetium in prima curia palam enunciat. idque arrestum, id est, fixum & firmatum vocant, à quo videlicet nemo prouocare possit. Qui verò reus sententiam in se excipit, 60. librarum Turonen. multa afficitur. Si quis tamen in iudicio error admissus reo esse videbitur, errorem proponendi & in iudicium curie deducendi potestatem habet: nec prius auditur, quàm duplicatam multam deposuerit. Quarta curia est eorum, quos requæstarum, id est, supplicationum palatij magistris vocant, apud quos causa eorum tantum agitur, qui regijs obsequijs deputati, vel priuilegio donati sunt. Et ab his quidè iudicibus, qui sex sunt, prouocare ad Parlamentum licet. At cum in decidendis iudicijs nodus aliquis & anceps in causa difficultas surgit, omnium curiarum consiliarijs conuenientibus, sententia fertur. Solent & quæ de rep. rex statuit, huius senatus decreto edi: & singulis annis regijs rescriptis promulgatis, regem esse authorem huius concionis constat. Habet & Parlamentum coniudices, dum assunt Francie pares, & alios supplicationum magistris familiares regis comites, qui post primæ curie præsides primi sedent. Illis cum Francie paribus centum appellationum cognitio, regalium & parium causæ committuntur certa sententia finiendæ. Sunt autem pares Francie ex omni nobilitate duodecim selecti: Rhemensis archiepiscopus, Laudunensis atque Lingonensis pontifices duces: Bellouacensis, Nouionensis atque Catalaunensis episcopi comites appellati: ex seculi principibus Burgundus, Normadus & Aquitanus, ducatus dignitatem, Flandrensis autem, Tolosanus & Campanus, comitatus prerogatiuum obtinuerunt: quos primum Carolus, vt refert Robertus, instituit, vt secum in militiam perduceret, eos pares appellans, quia scilicet æquali inter se dignitate regi constantes essent, nec cuiusquam, nisi Parlamenti tantum, senatus iudicio obnoxij teneretur, coronandoque regi adessent. De Flandrensi comite non benè quadrat. nam Flandria comitatus dignitatem sub Carolo Caluo consecuta est. ANNO Domini 768. Stephanus 3. natione Siculus, canonicè est electus. sedit annis 3. mensibus 5. qui octauo electionis die cōsecratus, indixit conciliū, cui Constantini Nepefini acta proponeret. mittit itaque ad Pipinū regem, de cuius interitu nodum cōstabat, legatos, quod eius nomē in rep. Christiana magnū esset, modo destinaret Ro. cōcilio qui è clero probarentur. Carolus paternæ pietatis æmulus, 12. Gallie episcopos ad hanc rem idoneos mittit. Idem quoque ceteris prin-

Constantinus intrusus papa.

Factio in pontificis electione.

Stephanus 3. papa.

Carolus & Carolomannus Franc. reges.

Parlamenti institutio.

Duodecim Francie pares.

Stephanus concilium conuocat.

principibus Christiani nominis scribit. obtemperauerunt omnes, in Lateranensi basilica concilium habetur. ibi multa inter se de componendis Ecclesiae rebus sunt locuti, Constantinum ad se perduci iubent, accusatusque est, quod nullis sacris initiatus, Ap. Se. occupasset. Ad haec ipse omne crimen in vim populi & quorundam rejicit, quod se etiam inuitum coegerint pontificatum obire: cum vero in pavemento pronus & supplex iaceret, veniam petens, miseratione moti qui aderant, eum educi iubent. Sequenti vero die Constantinus in concilium rediens, mutata sententia, ostendit quae egerat, Maiorum exemplo facta, quod & Sergius Rauennatum episcopus, & Stephanus Neapolitanorum ex laico episcopus creatus sit. ob hanc vero impudentiam indignati qui in concilio aderant, cum turpiter eicientes, ad componendam rempu. Christianam animum adiecerunt. abrogatisque primò Constantini decretis, institutum est, ne quisquam laicus, nisi per gradus ecclesiasticos ascendens, pontificatum occupare audeat sub anathematis poena. promulgatum est item, ut qui episcopatus dignitatem à Constantino consecuti fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordines reciderent. quod si istorum vita & mores mererentur, ad Se. Ap. venientes, denuo consecrari valerent. Idem statuunt de presbyteris & diaconis. constitutum est praeterea, ut quae Constantinus in re sacra egisset, irrita haberentur, praeter baptismum & chrisma. denique abrogata synodo Constantini, qua decretum inter Gregocos fuerat de sanctorum imaginibus abolendis: constitutum est, ut statuae reponerentur atque imagines, ut homines eorum aemulatione sanctorum quos repraesentarent, ad deuotionem incitari valerent. His ita peractis, decretum est ut sequenti die nudis pedibus processio fieret. itum est tum à Lateranensi basilica ad S. Petrum nudis pedibus, & à pontifice simul & ab alijs. Ea cum fierent, Desiderius Longobardorum rex occultè fauens Constantini partibus, tractat cum Paulo Afiarta Graeco cubiculario imperatoris, qui & si ducatum Romanum non regeret, quorundam tamen Romanorum & Desiderij regis fauori innisus, aliquid pristinae auctoritatis imperij praese ferebat. Desiderio suspecta erat regum Franciae in Ro. affectio. vnde multis Ro. pontificem blanditijs demulcere conatus est, ad eò ut se Romam vocari, & ad limina B. Petri visitanda inuitari curauerit. Venit summam praese ferens Christi religionis deuotionem, pontifici verba dedit humilima, & talia ex quibus in spem venit, fore ut nulla inter eos posthac contentio oriri posset. quae omnia rex se iureiurando affirmabat seruaturum. Deinde multa loquitur de Constantino & Philippico, censuitque in fauores impulsosque, non in simplices presbyteros, qui se passi essent in pontifices prophanari, animaduertendum. Et Afiartam increpans, quod seditionis viris non occurreret, impulit ut in Christophorum primicerium, summamque auctoritatis virum & pontificis amantissimum, & Fracorum partibus studiosum, manus iniiceret. Euocatusque, Sergius nuper ad reges Francorum missus, & Christophorus, oculis sunt priuati. sed & Afiarta post Desiderij recessum, auctoritate quae illi aucta erat, fretus, multos ex Romanis in carceres coniecit, plurimos relegauit. Eapropter, & etiam quod interim vacante Ecclesia Rauennatum, Desiderius largitione corruptus, Michaellem scriuariarium eiusdem Ecclesiae, pulsu Leone archidiacono, quem populus clerusque petebat, intrudere conatus est, pontifex ad Carolum Francorum regem scribit, rogans, Desiderium admoncat, ut ab iniuria inferenda caueat. Fecit id Carolus, & quidem per diligentem, retinere tamen hominem in officio sine armis non potuit. urgebant enim eum regni sui tumultus. Pastor diligentissimus quarto pontificatus sui anno moritur, & Adrianus Romanus papa 95. subrogatur anno 771. Itaque cum Carolus qui Magnus est appellatus postea, cum fratre Carolomano regnum diuisisset, statim bello ab Hunnullo Aquitaniae duce laceffitus est. sollicitabat ille ad defectionem Aquitaniae vrbes, quas Pipinus pater subegerat. Carolus contra hostem profectus, continuo eum auertit, scilicet vir bellorum gloriae natus. Fugit Hunnulus ad Lupum Vasconum ducem, quem Carolus insecutus non prius cepit, quam à Lupo traditus est. Miserat Fracus ad Lupum legatos, qui hostem dedit Carolo peterent, alioqui sensuros Vasconas omnem belli molem. ille non solum Hunnulum, verum etiam sese dedit. Ita Carolus Aquitaniae omnem Fracorum imperio adiecit. Sed habuit ea victoria non nihil etiam incommodi, quod cum frater Carolomannus fato functus erat, relicta ex Bertha aliquot filijs, cum quo annos tres Francorum imperium rexerat. Incidit & hic casus in annum Domini 771. Occupauit imperium totum Carolus communi procerum consensu, ei que praesuit annos circiter 40. Quo tempore Adrianus quam primum in

Desiderij
arces.Petitur Ca
rolus contra
Desiderium.Adrianus
pontifex.Hunnulus
Aquitaniae
dux à Caro
lo vincitur.

in papam electus est, in publicum prodijt, carceratos ab Afiarta omnes liberauit, exulesque in patriam reuocauit. Desiderius cum magnanimitatem pontificis horret, tanti viri amicitiam, ne Francis adhereret, occupare quaesuit. Itaque mittit Theodorum Spoletinum, Tumionemque Hyporegien. duces, qui pontificem orent, ut foedera secum iniret. Ad quae respondit pontifex, se, qui pacem cum omnibus & imprimis cum Longobarda gente cupiat habere, nullum posse verbis Desiderij fidem adhibere, quod eum sciuerit promissam Stephano Pont. fidem, intra foedera toties violasse, quoties illi laedendi data esset occasio: & dum instaret legati, in aliud tempus pontifex negotium distulit. Interea vero Bertha Carolomanni relicta, Hildegarda Bertha Ca. Caroli uxori propter mariti amplitudinem inuidens, Andoarij cuiusdam consilio vsa, rolomanni vxor. cum filijs ad Desiderium regem in Italia confugit, qui eam per benignè suscepit, & quod se tutiore futurum hac ratione ab impetu Gallorum existimabat, & quod Francos propofitis Carolomanni filijs, facilius sumpturos arma in Carolum regem, si quid moueret, arbitraretur, res suas in tuto collocans, instat apud pontificem, ut Carolomanni filios reges inungeret. & cum ab Adriano precibus hoc obtinere non potuisset, sperans, si bello ageretur, animos demissurum, per multas itaque Italiae partes concituit motus, in Rauennates mouens ditioni Romanae tum obtemperantes, Fauentiam, Ferrariam & Comaclum vi cepit. Siquidem Leo tunc archiepiscopus Rauennas, & Iulianus, Petrus ac Vitalinus tribuni plebis, Rauennam exarchatumque, pro Ro. Pont. administrabant, qui tres tribuni simul Romam petentes, afflictis rebus praesidia implorauere. Tunc pontifex eosdem & Stephanum Sacellarium ac Paulum Ro. ciues ad Desiderium misit, orans, ut à motibus intentatis temperans, occupatas redderet ciuitates. Ad quae rex magna vius insolentia, oportere respondit, ut pontifex secum de rerum summa locuturus, ad suam praesentiam veniret. Interim Longobardi praeda facta onusti, alia loca inuadentes, post direptos vsosque agros, aliquas quoque ceperunt ciuitates. occupant Vrbinum, Eugubium, Senogaliam, Bleram, Oriculum. Instat vero Adrianus apud Desiderium literis atque nuncijs, orans & obtestans, ut capta redderet: & cum nihil proficeret, abbatem monasterij Sabinensis, & cum eo 20. monachos celeberrimos sanctimoniae oratores misit, de B. Petri iustitia, deque Dei iudicio, nisi B. Petro satisfaceret, audenter locuturos. non aliter Desiderius quam prius, epistolas ac nuncios exaudiuit. Suos tamen ad pontificem mittens, inuitans ut ad se iret, petiuit. Perstitit in sententia pontifex, dicens ut omnia restitueret in locum, in quo initio sui pontificatus fuerat: quo facto, venire vellet, addiditque alios oratores qui similia peterent. tantum vero absuit ut postulata impleuerit Desiderius, quod se ad vrbes Romae obsidionem ducturum est comminatus. Quo tristi nuncio perculsus pontifex, vrbes portas claudi, muros instaurari, & caetera perferendae obsidioni necessaria parari curauit. Misit & ad Carolum regem Franciae oratores, opem imminente Ecclesiae excidio imploratum. Id cum intellexisset Desiderius, magna astutia est vsus, ut pontificem in sententiam suam duceret. nam cum Adelgisio filio & magnis copijs profectus, Carolomanni relictam Bertham & filios Romam versus ducere perrexit: & cum Spoletum applicuisset, Adrianum Pont. de suo & Francorum pacifico accessu per Andream Celerem fecit certiore. Pontifex futurum intelligens, ut Carolomanni filijs vnctis, Carolum patruum animo abalienaret, urbem Romam primum copijs muniuit, inde apostolorum Petri & Pauli basilicam, omni ornatu ac sacra suppellectile in urbem portata, clausit, ac repagulis ad intra firmavit, ut perfidus rex nulla apostolorum visitandi limina, nisi valuis refractis, haberet facultatem, atque tres episcopos, Albanensem, Praenestinum, Tiburtinumque impio regi obuios misit, qui apud Iteramnam inuentos Desiderium, Adelgisium filium, Bertham ac filios Francos, ne Romani ducatur terram ingrederentur, sub anathematis denunciatione monuerunt: quae ad eò apud ferocem Longobardum valuit, ut tacitus cofususque Papiam sit reuersus. Per hos dies Gregorius episcopus, Volcadus abbas, & Albinus cubicularius à Carolo Francorum rege Romam venientes, pontificem sciscitati sunt, nunquid Desiderius quod suo regi respondisset, capta de Rauennate exarchatu, deque Romano solo integre reddidisset. Cumque nihil factum intellexissent, abeunt, duobus pontificijs legatis comitati, Longobardum rogaturi, ut capta reddat. obstinato id animo rex recusat. Quare pontifex Francos orat, ut domum celeriter profisciscantur, quae acta sint, regi referant, & auxilium efflagitent. At Carolus rex his auditis, quae sui & Ro. oratores attulerant, eosdem ad Desiderium ire iussit, illique obtulit vigintiquatuor millia aurcorum,

Desiderium
ItaliavastatDesiderij
vasificus.

aureorum, si modò pontifici reconciliatus, rem in integrum restitueret. Et cum infu-
per precibus additis, Longobardi pectus moliri nequisset, iter ad Italiam est aggres-
sus. Cumque multas praemisisset cohortes, quae alpium claustra montis Iouis occu-
parent, ipse robur ducens totius Francorum militiae, montem Cinisium conscendere
coepit. occupauerat autem montis Iouis saltus claustraque Desiderius, & Longobar-
dis in Taurinensibus apud * Augusta praetoria coactis, omnes alpium aditus, per quos
Francis erat veniendum, stationibus ac munitionibus confirmabat. Ea cum essent
Carolo in vertice Cinisij montis renūciata, tentauit iterum per legatos Desiderium,
si vellet auro accepto consentire: quo magnam fiduciam praese ferente, iussit Caro-
lus cohortes summa alpium superare. quam primum verò discurrentes vndique nun-
cij Desiderio attulerunt, Francos, occupatis saltibus, claustra oppugnare, alpes etiam
antea inuis penetrare, ilico cōsternatus, recessit, & abiecta spe cum Francis iusta acie
pugnandi, coactum magna ostentatione exercitum dimisit, Adelgisioque cum Caro-
lomanni vxore & filijs Veronam misso, ipse Papiam communire, & in ea Caroli im-
petum morari, ac tædio obsidionis frangere statuit. Sunt è Francorum historicis,
qui putant Desiderium, cognito Caroli aduentu, in plana se recepisse, atque Caro-
lum, cum superatis iugis Taurinum peruenisset, certiorum factum, hostem cum gran-
di exercitu apud Vercellas esse, mox conuerso in illum agmine Vercellas perijisse, De-
siderium ibi pugna superato, Ticinum fugisse. Mortariae nomen esse loco, vbi sit pu-
gnatum, incolae ferunt. visuntur ibi facella duo, alterum B. Petro, alterum diuo Ense-
bio dicatum, in illo Amelius, in hoc Amicus est sepultus, viri adedò indiscreta facie,
vt neuter ab altero discerni posset. Fugientem Desiderium Carolus infecutus, Tici-
ni obsedit. interim plurimae Italiae ciuitates, vt Longobardorum res declinare vident,
pontifici sese spontè dedunt. quare Carolus in isto affinium studio firmas satis vires
suas rarus, obsidionem Bernardo patrueli suo continuandam cum copiarum parte
tradit, ipse Veronam * accepturus proficiscitur, vbi cum Adelgisio Bertha Carolo-
manni relicta erat. sed Adelgisius mulierem in deditonem pronam videns, aufugit ad
imperatorem Constantinopolim: quo abeunte, nulla de deditone mora intercessit.
Verona in potestatem Caroli redacta, omnis regio transpadana illi se permisit. Inde
Romam visurus Carolus, cum iam vrbi appropinquaret, resurrectionis festum cum
pontifice celebraturus, pontifex obuios qui eum deducerent, & clerum & Rom. iu-
dices ad tria millia militum: expectabat verò pontifex cum clero suo in gradibus S. Pe-
tri, quem quidem accedentem mira beneuolentia complexus est, nec retinere eum
potuit, quo minus pedes suos oscularetur. Inde post datam acceptamque salutem
basilicam ingressi, cum ad altare Apostoli simul venissent, iurarunt mutuò Carolus &
pontifex Rom. & Franci perpetuam se amicitiam seruaturus, & communes eorum
hostes fore, qui alteram partem laceissent. urbem deinde ingressus, omnes basilicas
piè admodum & religiosè inuist, ac muneribus quibusdam priuilegijs confirma-
uit fide interposita. Sunt autem haec: quicquid in Liguria ab vrbe Luna iam pridem
euerfa, vsque ad Alpes Italiae fines pertinet, huic ditioni additur & Corsica insula, &
quicquid Lucam & Parmam interiacer: additur & Forum Iulij cum Rauennarum
exarchatu, cum Beneuentano & Spoletino ducatu. Cum autem aliquot diebus Ro-
mae resedisset, Papiam reuersus est. Quo tempore Spoletinorum & Reatinorum, qui
se nuper pontifici dederant, exemplum secuti, Romam deorso capillo (quod ma-
ximum deditonem est iudicium) veniunt Anconitani, Picentes, Auximates, Firmiani,
pontifici se ac sua liberè dedunt. tantum valuit Caroli in Italiam aduentus. Longo-
bardis autem quibusdam deuotionis causa abire nolentibus, Vaticanam sedem ad inco-
lendum concessa, quo postea ex tota Italia multi suę gentis cōfluxere: sicut & postea
Saxonibus concessum fuit, vnde dicebatur Longobardorum Saxonumque vicus. In-
terijt autem haec nominatio, quando eo in loco hospitale S. spiritus fuit ab Inno-
centio 3. aedificatum. Carolus ad obsidionem Papiam reuersus est. at x. demum mense cum
Franci urbem vehementer vrgerent, intus verò fames & pestilentia grassarentur, ci-
uitas capitur, & Desiderius cum vxore & filijs comprehenditur, qui Caroli ordinatio-
ne in Galliam deportatur, Leodium relegatur. Carolus Papiam Mediolanoque, & si
quid erat reliquum in Italia, potitus, Francos illis vrbibus praefecit, qui earum cetera-
rumque regionum ab Apoenino ad alpium radices vergentium, Longobardos in pa-
ce studerent continere. reliquit etiam Beneuentanis & Foro iulianis Longobardis ex
sua

* Augustam
PratoriamCarolus al-
pes superat.Carolus Ti-
cinum obse-
dit.Carolus Ro-
mam ingre-
ditur.Carolus Tici-
ni no potitur.

sua gente duces. Romae synodus, Adriano auctore, in patriarchatu Lateranensi in
ecclesia S. Saluatoris celebrata est inter 153. episcopos religiosos & abbates. Adrianus
papa & vniuersa synodus tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi pontificem,
& ordinandi Ap. sedem, dignitatem quoque patriciatu ei concesserunt, insuper vt ar-
chiepiscopi & episcopi per singulas prouincias ab eo inuestituram reciperent diffini-
uit: vt, nisi à rege laudetur & inuestiatur episcopus, à nemine cōsecratur: si quis con-
tra hoc decretum egerit, anathematis vinculo teneatur: & nisi resipiscat, bona eius
publicari praecipit, vt de hoc 63. dist. in c. Adrianus, cauetur. Hoc Franci vsurpant ho-
die, quòd in quibusdā prouincijs Galliae, & praesertim tribus, videlicet Cenomansi, Rho-
tomagensi, & Rhemeni sede vacante, rex de singulis, prout vult, disponit, & in his ipse,
non capitulum, succedit. Iraque Longobardi 4. & 200. anno, postquam in Italiam
venerat, amittere regnum circa annum Domini 773. Carolus cum domum redijisset
intermissum, nunc repetiuit, quo nullum neque prolixius nec atrocius, Francorumque
populo laboriosius fuit, quia Saxones, sicut ferè omnes Germaniae nationes, & praeci-
pites & natura feroces sunt. Erant autem Saxones idolorum cultui dediti, nec inho-
nestum arbitrabantur, polluere & diuina & humana iura. Susceptum est aduersus eos
bellum, quod per continuos 30. annos durabat. quoties enim superati se dederunt,
imperata facturi polliciti, obsides spontè qui imperabantur dabant. sed sicut ad hanc
facienda prouincia, sic ad eadè peruerrenda semper fuere praecipites. Regis verò magna
nimitas aut per se aut per alios perfidiam eorum semper vltimebatur, donec omnibus
qui resistere volebant, prostratis, 10. millia hominum ex his qui vtraque ripas Albis
fluminis incolebant, cum vxoribus & cum paruulis sublatos transtulit, & per Germa-
niam ac Galliam multimoda diuisione distribuit: eaque conditione bellum per tot
annos tractum, constat esse finitum, vt abiecto daemorum cultu, Christianae religio-
nis sacramenta susciperent. reaedificauerat in Saxonia castrum Eresburg/ quod inua-
dentes Saxones, mira specie diuinitatis pulsi sunt. Inter Saxones sunt & * Vuestuali,
cum quibus multa Carolus gessit praelia, eosque magnis afflixit cladibus, coegitque
Christi religionem amplecti relicto idolorum cultu: quam cum saepius abnegassent,
nec iurandum aduerterent, vt metu poenae rebellionem compesceret, occultos
constituit iudices, quibus potestatem dedit, vt quam primum deierasse aliquem com-
perissent, aut fregisse fidem, aut aliquod aliud flagitium cōmississe, mox illum suppli-
cio afficerent, vbi primum comprehendi posset, nulla citatione praenua aut defensionis
permissa. elegit enim viros graues & recti amantes, quos plectere innocentes haud
verisimile fuit. terruit ea res Vuestualos, ac demum in fide continuit, cum saepe in
membris & proceres & mediocres viri laqueo suspensi inuenirentur, nulla accusatio-
ne prius audita. Querentibus tamen causam, constabat fregisse fidem, aut magnum
aliquod scelus commississe, qui necatireperiebantur. Id iudicium ad nostram vsque
durat aetatem, vocaturque VESTALVM: qui ei praesunt, Scabini appellantur, quorum
ea praesumptio est, vt per totam Germaniam iurisdictionem extendere velint. secre-
tos habent ritus & arcana quadam, quibus malefactores * indicant. nondum quif-
quam repertus, qui vel precio vel metu aut in ebrietate reuelauerit. Ipsorum quoque
scabinorum magna pars occulta est, qui per prouincias discurrunt, criminosos no-
tant: & reuertentes iudicio accusant, probantque, vt eis mos est. Damnati scribun-
tur in libro, & minoribus scabinis committitur executio. reus ignarus suae damnatio-
nis, vbicunque repertus fuerit, supplicio afficitur. Degenerauit hoc iudicium. nam &
viles aliquae personae admittuntur, & ciuilia negocia tractare audent, quibus erat so-
lum de criminalibus permissa potestas. haec Pius Aeneas Syluius. ANNO verò
Domini 775. Constantinus elephantiae morbo grauari coepit, ex quo adusti spuman-
tisque sanguinis vitio putrida caro, nervos ossaque destituens, illum vbique vlcera-
rum, ad crudelissimum, & sua omni vita dignissimum perduxit interitum. Cui succes-
sit filius Leo, huius nominis quartus. reg. annis 5. hic primum videbatur pius esse, san-
ctaque Dei genitricis ac monachorum amicus. vnde & monachos metropolitanis
praefecit, multosque ordines in vrbe regia benè ampliauit. Quapropter principes
omnes cum multitudine populi petierunt filium eius Constantinum consortem im-
perij facere, qui cum diceret illum sibi vnicum esse & paruulum, vereri se ne fortè illi
fidem non seruarent, iurauerunt ei omnes, se nō admitturos aliū imperatorem praeter
Leonem & Constantinum, & ex semine ipsorum, hocque scripto confirmauerunt.

Carolo pri-
uilegia con-
cessa.Longobard.
regulatus.Saxonicum
bellum.

Eresburg.

* Vuestphali

Vuestualo-
rum iudicium.

indicant

Leo 4. Imp.

72-

Hispanicū
Caroli bel-
lum.

Milo An-
glerius.

Aigolandus
Saracenus.

Ferracutus
Egas.

Rolandus ce-
des.

Proditoris
supplicium.

Constanti-
nus 6. Imp.
75.

Irene Con-
stantini ma-
ter.

Fuit autem Leo hic, quanuis dissimularet, moribus patri similis: & si diuturniorem habuisset in imperio vitam, totum se flagitijs immerisset. Ferunt eum cum inspidum cupiditate flagraret, preciosissimam quæ in S. Sophia sacratio erat, coronam capiti imposuisse, gestasseque per urbem, quibus gemmis ita frequenter utebatur, ut ob frigiditatem lapillorū subito morbo correptus, imperij anno excesserit. ANNO Domini 778. Saxonibus victis, Carolus bellum in Hispaniam numine, ut aiunt, admonitus transfuit, ne seua Saracenorum dominatio, quæ opprēsserat Hispanias, longius forsā procederet olim. fato vsus Pipini patris, qui vires eorum nuper contuderat, exercitum tam suorum quàm Romanorum & Longobardorum auxilijs auctum, in Hispaniam ducit. Pampiloniam statim diuina magis quàm humana ope cepit. Inde & alijs quoque urbibus dirutis, mox Hispanis potentissima Saracenorum manus ex Africa venit auxilio duce Aigolando, qui vrbes illas recepit & munivit. Carolus cum ex Hispania proficisceretur, in hostem iterū versus, Vasconiam repetijt, vbi cum sepe esset ceu ex prouocatione dimicatum, iusta acie concurrirur. cæsa hominum 40. millia Christiani nominis. cecidit ibi Milo Rolandi pater, fortissimus dux totius exercitus. Eratque penè derebus nostris actum, nisi principis Caroli animo & opportuno auxiliarium copiarum aduentu, militum fiducia firmata fuisset. Quod vbi Aigolandus sensit, fuga vires suas instaurare statuit. nam ex Gennio vrbe in Santonas pulsus erat, & Carolus in Galliam profectus, rem agendam maiori robore censuit. exercitum opulentissimum contraxit ex omni penè Germania & Gallia. Erant inter principes Rolandus palatinus comes ingenti corpore, & Arnoldus Bellanicus, qui bonam operam nauauit, & Naaman Bauariæ dux, & reliqui quos numerare haud possum. Carolo Hispaniam ingresso, subitus timor Aigolandus, et si Cordubæ & Sibigliæ reges in exercitu haberet, inuasit: quare cum Carolo constituit, ut per partes dimicaretur, ne tanta hominum multitudo mortis obiret periculum. euadebant ibi plerunque Christiani superiores. Demum acre prælium copijs iustis commissum est, in quo Aigolandus à Bellanico occisus est, Cordubæ & Sibigliæ reges fuga elapsi. Sed erat in Saracenorum exercitu vir quidam maior, quàm credi possit, aut tam strenui militis Gallici robur ferret: Ferracutus nominabatur. hic cum sepe aliquem è Christianis militem deposceret, exercitus nostri omnem ferè spem fregit. Tandem Rolandus cum eo congressus, animū Christianis dedit, atque altero die pedestri pugna Goliathum arte magis quàm vi vicit, sub stomacho gladio ictum. Tum Corduba & ferè omnis regio recepta est, S. Iacobi Apostoli ædes inuisa est, & multis muneribus ornata. Inde cum Vasconibus res acta est, vbi insidijs & proditoris Gaualonum fraude circumuenti duces Christiani, à Marsurio & Belingando, quos Armirathus ad Hispanias obtinendas miserat, clade maxima sunt affecti. Perijt ibi Rolandus intoleranda siti pressus, cum inter præclara eius dici gesta Marsurium ducem interfecisset. Carolus ducum suorum iustis perfolutis, proditorem Gaualonum rapidis quadrigis distractum, crudelissimè laniavit, id quod scelestum facinus merebatur, & Vasconum regulos paulatim inde perfidiæ vindex interfecit. Atque hæc ferè, quæ (si fides est scriptoribus) Carolus in Hispanijs egit per multos sanè annos: quare & omnem historiam plurimi in posteriora tempora digesserunt. Hispania citerior, tantis bellorum periculis Francorum regno adiecta est.

GENERATIO XXVII.

ANNO Domini 780. ab vrbe condita 1330. in generationis 27. initio Leo Imp. moritur. succedit imperio filius Constantinus, eius nominis sextus, vnà cum Irene matre sua, fuitque apud eos simul imperiū annos 10. Erat Irene mulier rebus generendis nata, quare quod imperio confirmando maximè fuit necessarium, primum sacra & religionis causas composuit, concilium secundum in vrbe Nicea 300. & 50. episcoporum congregari curauit, in quo constitutum, ut qui sacras imagines delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. quam quidem constitutionem Constantinus adolescens, patris flagitia securus, quorūdam improborum suasi non multo post abrogauit, cum & matris omnino administrationē imperij abstulisset: solus imperans, habebat in delicijs multos excæcare, plures necare, adeo ut Constantinopolitani de imperio alteri demandando cœpissent cogitare. sed coniuratio detecta est, ex qua re Nicephorus Constantini 5. filius, cui parabatur imperiū, in carcerem coniectus, lingua oculisque mutilatus est. Deperibat Constantinus Theodoram Mariæ vxoris cubiculariam,

biculariam, vnde ut in adulterio liberius insaniret, Mariam derruſit in monasterium, & Theodoram imperiali corona insignitam accepit vxorem. ANNO Constantini ac Irenes matris primo, quidam in Constantinopoli fodiens, inuenit monumentum sub terra antiquissimum, in quo corpus mortuū reperit, super cuius pectus lamina aurea erat, in qua literis Græcis ita scriptum erat: Christus nascetur de virgine Maria, & in eum credo: sub Constantini & Irenes imperio, ð sol, iterum me videbis. Ad Carolum redeo, regem omnium & prudentia maximum, & animi magnitudine præstantissimum. nihil enim in his quæ vel suscipienda erant, vel exequenda, aut propter laborem detrectauit, aut propter periculum exhorruit. durate enim eo in principatu, tanta ex diuersis partibus terarum bella exorta, solertia sua administravit, ut in dubium venire possit, vtrum laborum patientiam, an potius felicitatem eius mirari cōueniat. Itaque in narranda virtute bellica adhuc moramur, reliqua principis præconia postea laudaturi. Carolus cum bello Saxonas primum, hinc Longobardos, Hispanos, iterumque Saxonas & quosdam in Italia tumultus opprēssisset, nouum repente ingruit ei bellum Bauaricum, quod non tam Tassillonis ducis temeritas, quàm vxoris in Carolū odium excitauit. fuit ea regis Longobardi Desiderij filia, patris exilium pertēsa, rem bello vindicare conata est. Tassillo inuito scedere cum Hunnis ab Oriente conterminis, Carolo rebellis factus est, cuius contumaciam animositas regis ferre nequiuit. Contractis vndique copijs, in Baioariam ducit, ad Licum amnem peruenit, qui Baioarios ab Alemanis diuidit, i. Sueuis, cuius in ripa castris collocatis, prius quàm prouinciā intraret, animū ducis statuit per legatos experiri. Sed ille pertinaciter agere nec sibi nec genti vrile ratus, regi se supplex permisit. obsides qui imperabatur: dedit, inter quos filius suus Teudo, dato sacramento, quod ad defectionem nullius hortatu consentiret. Tassillo tamen post vocatus ad regem, nec iuramenti quod quondam Pipino præstitit ac filijs, nec illius quod fecit Carolo, memor, obtemperare recusauit. Quo tempore Carolus Romam ad Adrianum profectus est, qui Pipinum filium baptizauit, & in regem Aquitaniam vnxit. Sed cum Italiam ingrederetur, Beneuenti dux ad Carolum filium suum Rumoaldū misit, rogans ne agros suos intraret. Verum rex cum filio illius Rumoaldo Beneuentum, vbi fidem suam sponddit dux, iuit. Carolus, accepto filio Grimoaldi, cum obsidibus Romam profectus. Adrianus papa de rebus Bauariæ certior factus, misit Formosum & Damasum episcopos ad Tassillonem ducem, ut commonerent eum de iuramentis præstitis, qui legati venientes, cum induxerunt, ut cum eis Vormariam veniret ad Carolum, vbi datis xij. obsidibus, regi rursus iurauit, at non diu in fide permanſit. Vnde papa commotus, Tassillonis legatos quasi fallaces, statuit anathemate feriendos. Deinde Carolus habito conuentu generali, legatos misit ad Tassillonem, qui experirentur an apostolicis iussis obedire, sibi que fidem seruare proponeret. Quo iussa contemnebat, statuit rex tripartito exercitu Baioariam petere, filio suo Pipino cum Italicis copijs in Tridentinam vallam conflente, Saxonum verò atque Orientalium Francorum exercitu, super Danubium in loco qui dicitur Saringa, conueniente, ipse cum exercitu quem adduxerat, super Licum fluuium in ciuitatis Augustæ suburbio confidebat. Videns Tassillo vndique se circumfissum, ad regem supplex venit, veniam de antè gestis petijt. Rex autem ut semper erat mitis, deprecanti pepercit: & accepto ab eo filio eius Teudone cum alijs duodecim obsidibus, in Franciam redijt. Tu velim lector tempora diligenter in his narrandis obserues. Interim Constantinus imperator siue gloriā Caroli perosus, siue ab Adelgiso rogatus, Italiam tumultibus quibusdam inuasit. Venerat eò non parua Græcorum manus, cædis quàm imperij cupidior. sed occurrunt subitæ Græcorum iniuriæ Hilprandus Spoletinus dux & Grimoaldus Beneuentanus, fuitque pugna Græcis funestissima. fertur Adelgisus in ea pugna perijſſe. Carolo apud Ingelſhem pascha celebrante, circa annum Domini 780. Tassillo dux, sicut & ceteri regni primates, aduenit, sed à Bauaris accusatus est, quod post datos proximè obsides, fidem non seruauerit, & suadente vxore sua Luitburga, Desiderij regis filia, Auares in dissipationem regni vocauerit, multa que alia & hostiliter dixisse & fecisse. Er cum hæc negare nequirit, maiestatis reus iudicatus est: & quum omnium ore capitali damnaretur sententia, rex ob amorem Dei, & quia consanguineus eius erat, liberare eum cupiens, interrogauit quidnam agere vellet. Ille autem rogat licentiam sibi dari pro peccatis poenitendi: ideo tonsuratur, & in monasterio ipse & filius eius Teudo reponuntur, ceteri exilio damnati sunt. Huic bello successit id quod cōtra Sclauos gessit, quibus sub-

lagatis, aggressus est Auares seu Hunnos, quod bellum Carolus animosius quam cetera, & maiori apparatu administravit. vnam ipse in Pannoniam, quam prouinciam ea gens incolebat, expeditionem fecit. cetera filio suo Pipino ac praefectis prouinciarum comitibus & legatis persicillimè commisit, quae cum ab his fuissent strenuissimè impleta, octauo tandem anno bellum consummatum est. Quot praelia in eo gesta sunt, quantumque sanguinis effusum, testatur Pannonia omni penè habitatore vacua, & locus in quo regia Cacanni erat, ita desertus remansit, vt ne vestigium quidem humanae habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota gloria cecidit, omnis pecunia & congești ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque vllum bellum contra Francos exortum, humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint, quippe cum vsque ad id tempus penè pauperes viderentur: tantum auri & argenti in regia repertum, tot spolia preciosa in praelijs comportata, vt merito credi possit hoc Francos iure his abstulisse, quod illi prius alijs iniuria abstulerant. euiciti tunc sunt, vt de eis nec minimae reliquiae remanserint. A Bulgarijs autem Carolus abstinuit, quod Hunnis extinctis, regno Francorum vti plebeij, nihil nocituri videbantur. Porro praedam inuentam, per episcopia & monasteria liberalissimè distribuit. Caeterum incruentum ferè Francis hoc bellum fuit. Cecidit in eo Geroaldus Baioariae praefectus. Aliud bellum contra Nortmandos, qui Dani vocantur, primò piraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliae atque Germaniae vastantes: quorum rex Gotfridus adeò vana spe sublatum erat, vt sibi totius Germaniae promitteret potestatem. Frisiam quoque atque Saxoniam haud aliter, atque suas prouincias, aestimabat. Audiens Carolus Gotfridum regem Danorum in * Abdoritos, qui vetere Francis erant amicitia iuncti, cum exercitu traiecisse, Carolum filium suum cum valida Francorum & Saxonum manu misit contra eum, si fortè Saxoniae fines aggredi tentaret. Ille autem expugnatis aliquot Sclauorum castris, cum magno copiarum suarum detrimento reuersus est. nam plures amisit, inter quos & filium fratris sui Reginaldum. Carolus autem adhuc Aquisgrani agens, & contra Gotfridum expeditionem meditans, nuncium accepit, classem ducentarum nauium de Nortmania Frisiam appulisse, totasque Frisico littori adjacentes insulas vastasse, iamque exercitum in continenti terra esse, qui congregatis quanta celeritate potuit copijs, eregione contendit, positus iuxta * Vuifaram castris, Gotfridum expectat. Sed cum statuta castra haberet, diuersarum rerum nuncij ad eum venerunt, classem praedictam fuisse regressam, Gotfridum regem à quodam satellite suo, siue (vt quidam dicunt) à filio proprio, cuius matrem nuper, alia coniuge superducta, dimiserat, interfectum. Castellum hodie Butri, Albi flumini appositum, in quo Vto legatus Caroli & Orientalium Saxonum erat praeses. Gotfrido mortuo, Hemingus fratris sui filius successit in regnum, qui pacem cum Carolo fecit. Scribit Helinandus, & post eum Vincentius, si modò fides est authoribus illis, equidem in tanta scriptorum diuersitate nihil affirmo, quod Caroli tempore patriarcha Hierosolymitanus de ciuitate expulsus, venit Constantinopolim ad imperatorem, & cum eo Iohannes Neapolitanus sacerdos, & David archiepiscopus Hierosolymitanus praesidij causa, quos imperator misit ad Carolum. Hic lectis literis Constantini, expeditionem in Orientem parat, vbi commissò postea cum paganis praelio, victor euasit. Recuperata itaque terra sancta, loca sacra deuotissimè inuisit, posteaque Constantinopolim venit, quem imperator aliquot dies retinuit, magnaque donaria in auro, argento ac gemmis offerens, quae Carolus accipere recusauit, sed postulauit arcam vnam cum reliquijs. Territus Constantinus, claudi fecit reliquias preciosissimas in vna vili arca, sed alias in scrinijs aureis & gemmatis, ac electionem Carolo permisit. Carolus praemisso triduo ieiunio, elegit arcam vilem, in qua erat pars coronae spinetae Saluatoris, quae ad preces eius eo die cernentibus cunctis floruit, & odorem suauissimum exhalauit. Item erat clauus, quo manus Domini affixa extitit, & satis magna portio crucis. Item sudarium Christi, beatae virginis Mariae indusum, quae omnia non sine miraculis Carolus secum ferens, transportauit Aquisgranum, & in basilica ibidem beatae virginis collocauit. ANNO verò Domini 783. Hildegardis regina vxor Caroli obiit, de qua Carolus tres filios habuit, Carolum, Pipinum, & Ludouicum, & totidem filias, Rutardam, Bertham & Gisclam. Eodem anno etiam defuncta est Bertruda regis genitrix. ANNO eodem audiens rex Anglos & Saxones Britanniam inuasisse, misit cum exercitu Adolphum regiae mensae praepositum, qui gentis audaciam

Bellum Danicum.

Dani seu Daci.

* Vuiferim
* Vuifurgim

Recuperata terra sancta

audaciam repressit, acceptosque obsides cum pluribus populi primoribus, Vormatiam ad regem duxit. ANNO 790. studium Parisiense principium habuit, procurante Alcuino Anglo Caroli praepatore. ANNO Domini 792. Carolo Ratisponae commorante, quibusdam Francis agentibus, conspirauit contra eum filius Pipinus, vt aliqui volunt, propter crudelitatem reginae Fastradae, quam nuper duxerat, quae coniuratio per Fardulfum Longobardum detecta est. Authores verò coniurationis partim gladio caesi, partim patibulo suspensi sunt. Sunt qui ferant Pipinum istum de concubina natum, nō enim est ille rex Italiae: cum detonsus pater in coenobium detrusus, ex gratia viuere permisit. ANNO Domini 793. Blondo teste, Carolus post victoriam de Hunnis, vt scripsimus, Franconiam Maiorum suorum genitale solum prius omnium gentis suae regnum inuisit, qua in prouincia synodum episcoporum Germanorum Francorumque in *Grandesfurt*, missis ad hoc legatis ab Adriano papa, habita est & celebrata, quae septima dicitur secundum Gracos. Hoc in loco damnata est haeresis Felicianae de tollendis imaginibus, & alia quaedam Reipub. Christianae necessaria tractata sunt. Eodem anno regina Fastrada moritur, & Mogutię sepelitur. ANNO Domini 796. Adrianus dum religionem Christianam & libertatem ciuium suorum & vitam pauperum, pupillorum ac viduarum acerrimè tutatus esset, moritur pontificatus sui anno 23. mense 10. die 17. in basilica Petri cum gloria sepelitur. ANNO eodem Leo tertius pontifex creatur, qui à puero ita erat educatus & eruditus in disciplina ecclesiastica, vt dignus esset qui ceteris anteferretur. Hermannus dicit cum fuisse comitem de *Ralu* in Suenia: vnde verò id habuerit, non scribit. sedit annis viginti. Hic Leo mox vt ordinatus est, clauas sancti Petri & vexillū Romanae urbis ad regem Carolum cum alijs muneribus misit. Missus est ad hanc rem recompensandam à Carolo Angilbertus abbas monasterij sancti Richardi, vt populum Romanum per Sacramentum confirmaret pontifici, simulque commisit, vt thesaurum quem Henricus dux Forijulienfis, spoliata Hunnorum regia, eodem anno sibi praesentauerat, parte prius distributa in aulicos, pontifici dono reliquum daret. ANNO Domini 797. quia pridem Constantinus imperator Constantinopolitanus multos nobilium oculis priuauit, asseuerans illos cum Irene coniurasse, mater filij sui flagitia non ferens, impellentibus quibusdam ciuibus, Constantinum captum oculis in carcerem detruisit: vbi & merito, tanquam sacrilegus, minimaeque pietatis, quippe qui matrem antè relegauerat, vitam finiuit, atque mater Irene post per quinque ferè annos imperauit. Obscuratus fertur sol eo tempore per dies aliquot, ita vt aberrarent naues in mari. ANNO Domini 798. Romani pacis bono abutentes, eleuati sunt, volueruntque ea quae imperialis erant potestatis, sibi vendicare. resistente autem Leone, quidam Paschalis primicerij & Campuli presbyteri factione freti, populum concitarunt. Et cum in litania maiore cum processione de Laterano ad Ecclesiam S. Laurentij equo sedens pergeret, insidias à Ro. dispositas incidit. deiectus enim equo, ac pontificali amictu priuatus, multisque verberibus cesus, praecipua in oculis & lingua vim sensit. seminiuus in monasterium S. Erasmi in vincula est missus. Verum Albini cubicularij industria custodes fallens, in Vaticanum sese proripuit, ibique tam diu latuit, quoad Vinigifius Spoletinorum dux clanculum accersitus, eum Spoletum perduxit, ne aliqua vi hostium obrueretur. Et bibliothecarius asserit, Leonē in ecclesia S. Erasmi diuino nutu visum recuperasse, similiter & sermonem: ac seditiosi, cum in eum & Albinum saeuire non valerent, eorum domos à fundamentis diruunt & vastant. Leo papa paucos dies Spoleti moratus, ad Carolum properauit. transgressum alpes pontificem, secuti sunt seditiosorum nuncij, quo famam illius calumnijs coram Carolo lacerarent. Sed pius rex qui tunc apud Padelbrunnam Saxoniae oppidum erat, ad Saxonum frequentes tumultus opprimendos, sunt qui scribunt eum in Franciae oppido Heristel fuisse: hic pontificem summa acceptum reuerentia, reiectaque in aliud tempus disceptatione, exhortatus est vt rediret in patriam: episcopos proceresque dedit, qui honesto illum ducerent comitatu, se breui secuturum pollicitus. Redeunti Romam pontifici, clerus populusque ad Miluium pontem vsque solennissimo apparatu obuius, virum sanctissimum in urbem introducit. Carolus autem non diu moratus, per Moguntiacos, Belgas, Noricumque in Foriumiulij descendens, vbi Taruisinos graui supplicio affecit, quod Henricū praefectum occidissent: creatoque in huius demortui locum altero, Rauēnam primò, mox Romā peruenit: vbi ordinatis per loca congrua turbis, Leo stas in gradibus basilicae cum episcopis & clero, honorificè suscepit Carolum, illumque

Parisiense
Studium.Synodus in
Francofurt.

Leo 3. papa.

Irene reperiit
imperium.Miserandus
Leonis
papa casus.

Padelbrunna.

lumque cunctis psallentibus in basilicam S. Petri introduxit. Osta exin die Carolus, quidnam voluissent Paschalis & Campuli seditiones in pontificem, discussurus, clerum & populum in basilicam S. Petri conuocari fecit, patribusque & qui ex Francis & Italis aderant confedentibus, producti sunt qui obiecta pontifici recenserent: tum vt se quasi absolutiores redderent eius calumniatores, mortiferum ei crimen imposuere. Verum ab omnibus assessoribus vna voce responsum est, Sedem Apost. omnium ecclesiarum caput, a nemine iudicari debere. Vnde obmissa ob tam graue responsum a Carolo constitutione, Leo pontifex qui iudicium maxime optabat, suggestum conscendens, cum nullus appareret criminis approbator, assumpto euangelio in manibus, coram omnibus inuocato Trinitatis nomine, iurciurando affirmavit, se omnium rerum quae sibi obijcerent, insontem esse. Acta sunt haec Idibus Decembris anno 800. ANNO salutis 800. in die natiuitatis Domini, prehabita matura deliberatione, Leo pontifex Romanus considerans imperatores Constantinopolitanos aegre id nomen tueri, & ob eam rem urbem Romam atque Italiam magnis calamitatibus pressam, simulque retractans errores Graecorum frequentes & inobedientiam, & Occidentale imperium quasi pro derelicto a Graecis habitum, eregione vero perpendens Carolum Francorum regem potentissimum, & optime de Ecclesia meritum, qui Ecclesiam ab oppressione Desiderij regis Longobardorum liberauit, sicut pater eius Pipinus ab Aistulpho, sic & auus Martellus a Gothis & Saracenis: eapropter inter Missarum solennia eo die in basilica S. Petri pontifex populi Romani consensu, Carolum imperatorem Romanorum declarat, ac diademate coronat, ter acclamante populo Romano: Carolo Augusto a Deo coronato magno & pacifico imperatori, vita & victoria. Pontifex item hominem inunxit cum Pipino filio, quem Italiae regem solenni decreto pronunciauit. Eo die imperium Romanum a Graecis in persona Caroli Magni translatum est in Germanos. publicam facit fidei tex. in c. venerabilem. de elec. & Cle. Ro. principes. Sic monarchia mundi quae stetit apud Graecos quingentos ferme annos, residet apud Germanos non sine felici auspicio ecclesiae Romanae. Itaque reliqua principis opt. gesta post-hac recensebo. Libet rebus nostris hic impendi paulum operae. Cur enim hoc in loco de natione incluta Germanorum, quae apud illustres auctores legere nemini laude digna, non pergam compilare, quando quidem res monet? Et si pro rei dignitate laudari debeat, inuenimus eam esse, quae de omni genere laudis atque virtutis, cum quauis non modo earum quae hoc tempore praecellat atque celebres habentur, sed etiam cum omni possit antiquitatis memoria contendere. Quae enim est natio alia sub caelo, vbi tanta & tam sincera nobilitas, vbi tot generosi proceres, vbi tot fortissimi milites, quibus ex innata animi fortitudine contra hostes videtur quidam inesse quasi vitae contemptus, dum malle inueniuntur exuere hominem & mortalitatem, quam salutem fuga quaerere. Quam longa vero & lata sit Germania, quam religiosa, quam veri tenax, quam iusta, quam populosa, quantus splendor urbium, quae caeli facies, quae terrae vbertas, magis admirari quam recensere valebimus. Haec cum ita sint, indignissimum iudicauimus, aliarum gentium gloriosa facinora compilantem, Germaniae, cuius alumnus sum, praeconia & laudes praeterire, ceu Germanicae virtutis inuisor: quod ne committam, tentabo ex his quas alij sparsim commemorauerunt, Germanas res, quoad potero, vel rudi narratione in vnum corpus redigere, nihilque sine certo auctore, quod consentaneum rationi non videatur, conscribere. Quauis autem iam de his ipsi nonnulla ante, & posterius generationibus suis breuiter succincteque perstrinxerimus, plenius tamen praesentibus singulorum capita aperire curabimus: & ne res confusa, perturbationem afferat legentibus, dicam primum de origine nominis, secundo de situ Germaniae, tertio de qualitate glebae, quarto de populis Germaniae, quinto de dignitate gentis, sexto de illustribus Germanorum gestis, septimo exhortationem subiungam, vltimo de praeiis Germanorum moribus ponam. Recte nimirum est a Maioribus nostris institutum, vt qua regens quaeque maxime celebris esset, ea regioni nomen daret. Hinc & a conditoribus suis vrbes, & ab hostibus victis saepe nationes nomina sunt sortite. Germani, ab exteris appellati sunt Maiores nostri, deuis Gallis: etsi ludere videam scriptores in huius nominis origine perquirenda, vaniore profecto opera, quam si Nili caput quaerent. Sed est hoc nomen a lingua nostra plane alienum, qui Tuiskonum nomine praeiis appellamur, gentis auctorem referentes Tuiskonem Noe filium, quem post diluuium cum nonnullis alijs generasse scribitur.

Leo papa se purgat.

Carolo Magni Imperatoris Caesaris Augusti.

Imperium ad Germanos translatum.

Laus Germaniae.

Origo nominis & gentis Germaniae.

de quo Cor. Tacitus de situ & moribus Germanorum scribens: Celebrant, inquit, Germani carminibus antiquis, quod apud illos memoriae & annaliu genus est, Tuiskonem deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Testis est huius Ioh. Annus Viterbiensis, qui arborem facit filiorum Noe, nominatque post Sem, Cham & Iaphet, Tuiskonem filium Noe, de quo Berofus in lib. i. Anno, inquit, salutis humanae ab aquis primordio sumpto, nostri Maiores tempora scripserunt. nos referemus origines & tempora & reges eorum duntaxat, quae nunc magna habentur. In Asia quidem nostrum omnium cellissimum Babylonicum, in Africa Aegyptium & Libycum, quae vnum primum fuerunt, postremo in Europa quatuor nostri enumerant, Celtiberum, id est, Hispaniae: Celtarum, id est, Galliae: Kythim, quod illa gentes Italicum appellant: & Tuiskonum, quod a Rheno fluuio per Sarmatas in Pontum finit. addunt quidam etiam quintum, Ionicum. haec ille. Ex quo etiam patet, quod tum Germanorum & Sarmatarum vnum fuit regnum. Addit Ioh. Viterb. in commentarijs, Notandum esse quod Noa sibi in filios adouerit Tuiskonis posteritatem, & ideo in eius arbore ponuntur, & non aliorum nepotes. In quo, secundum ipsum, praecellunt Germani & Sarmatae, qui dicuntur Tuisci, Latinos & Gallos. Sarmatae autem populi sunt, Poloni, Gotthi, Russi, Prutheni, Daci & reliqui affines. Deinde Berofus lib. 4. Anno, inquit, 131. ab aquis, prima omnium ciuitatum fundata est Babylon. Et deinde, Babylone condita, Ianus pater, quem & Noam nominant, misit in Aegyptum Chem, in Asiam Orientalem Gangem, in Europam regem Sarmatae fecit Tuiskonem a Tanai ad Rhenum, iunctique sunt illi filij Istri & Mesa cum fratribus suis, ab Adula monte vsque in Mesembriam. Deinde in quinto libro idem Berofus: Anno, inquit, 6. Semiramidis, apud Rheni Sarmatas regnauit filius Tuiskonis Mannus. Hinc Ioh. Viterbiensis putat dictos Alemannos. Deinde Berofus eodem libro: Sub Nino filio Semiramidis apud Tuiskones Ingauon regnat. Deinde eodem libro: Sub Aralio rege Assyriorum semprimo apud Tuiskones regnabat Hermion vir ferox armis. Deinde eodem libro Berofus: Sub Baleo octauo rege Assyriorum, apud Tuiskones regnat Marsus. Deinde sub decimo Assyriorum rege Belocho, apud Tuiskones regnauit Gambriuius vir ferocis animi. & aliqui existimant illum primum, qui coronam totius Germaniae consensu pertulerit. Gambriuius enim Latine interpretatur coronatus, secundum Ioh. Viterb. Deinde secundum Berofum: Sub Baleo xj. rege Babyloniae regnauit apud Tuiskones Sueuus, a quo Sueui dicuntur a quibusdam appellati. Deinde Berofus: Sub Artala duo decimo rege Assyriorum, apud Tuiskones regnauit Vandalus. Sub Mamito xij. rege Babyloniae, regnat apud Tuiscos Teutates, & secundum Iohan. Viterb. Teutates, Mercurius Germanorum extitit, qui sacrificijs ritus indidit, quibus consonat illud Lucani in primo:

Et quibus immittis placatur sanguine duro Teutates, horrensque feris altaribus Elefus.

Ab hoc & Teutones dicti sunt. Sub xiiij. rege Assyriorum Mancalco, regnauit apud Tuiskones Hercules Alemannus, anno regni illius duodecimo. & ob id forte, teste Cornelio, Germani ituri in praelia, Herculem canunt. Et tantum de regibus Germanorum, quorum Berofus meminit. Concordat in multis Cor. Tacitus in lib. de situ & moribus Germanorum, qui nominat Tuiskonem, Mannum, Ingauones, Hermionas, Istauones. subiungit, Quidam autem licentia vetustatis plures deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalos affirmant: eaque vera nomina. Caeterum Germaniae vocabulum recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani vocati. Ad stipulatur Cornelio Strabo in sua Geographia lib. 7. Statim, dicens, trans Rhenum regionem ad ortum vergentem, Germani colunt, nationem Gallicam paulisper imitantes forma, moribus & viuendi ritibus, quales Gallos dicimus. Ideo Romani hoc illis nomen indidisse iure mihi videntur, perinde ac si omnes fratres Gallis eloqui voluerint. haec ille. Volunt hi scriptores sub Ro. Teutonicos esse dictos Germanos, & sic recens nomen fuerit. Quando vero eis nomen sit inditum, compertum non habeo, cum Iulius Caesar transiens in Gallias, cum inuenisset cis Rhenum Germanos incolere, inquisitione facta de eorum statu, repererit Rhemis narrantibus, plerosque Belgas ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus traductos, propter

Videatur si perus uithoris prae-fatio, & generatio 16. vol. 1.

Alemannus Ingauon. Hermion. Marius. Gambriuius rex.

Sueuus. Vandalus. Teutates.

Hercules Alemannus

Germani Gallorum fratres.

2. bel. Gal. 3.

pter loci fertilitatem ibi confedisse, Gallosque qui ea loca incolebant, expugnasse, fo-
 losque esse qui patrum, ut aiebant, nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teuto-
 nes Cimbroque intra fines suos ingredi prohibuissent. hæc ille. Ex cuius dictis lucu-
 lenter patet, nomen Germanorū etiam tempore C. Iulij Cæsaris recens non fuisse,
 cum suo tempore quærenti responsum sit, Germanos tum Gallijs immorantes, anti-
 quitus Rhenum transisse. Sed & Germani tempore quo Brēnus urbem Romam in-
 cendit, circa annum sexagesimum supra trecentimum ab vrbe condita, fuerunt in
 Italia. author est T. Lilius primæ decadis lib. 5. vbi scribens de Gallis, qui ferè ducen-
 tis annis ante urbem incensam partes Italiæ occupauerant, à quibus hæc portio cisal-
 pina Gallia dicta est, inquiens: Alia subinde manus Germanorum, Elitouio duce,
 vestigia priorum secuti, cum transcendissent alpes, vbi nunc Brixia & Verona vrbes
 sunt, locos tenuere, & ibi confederunt. quod factum reor sub Tarquinio. Concor-
 dat in hoc Gotfrid. Viterb. qui in illorum gestorum ordine ait:

*Iam quasi quingentis tempus defluerat annis,
 Cum sua Germanis inflixit bella Sicamber,
 Amodo Germani cupiunt de more vocari,
 Moribus & lingua cum Teutonicis variari,
 Progenies Priami Germanica nomina querit.*

Vnde Cifal-
 pina Gallia

Tuttschen
 seu Teu-
 schen.

suprà gene-
 rat. 13. vol. 2.

2. bel. Gal. 3.

Consentit Carinus in historia de origine Mediolani, & cum recitat Bergomensis in
 supplemento chronicōn, ex quibus clarè patet, si nomen Germaniæ tempore Cor-
 Taciti recens fuerit, aut à Ro. impositū respectu Gallorū, ut Strabo voluit, cum antea
 ex præmissis Germanæ gentis nomen inueniatur fuisse celebre. Non tamen irem in-
 ficias; à Tuiscone Tuttschen vulgò dictos, & nominis ratio conuincit, sicut à Teutone
 rege Germanorum Teutonia, dummodo verum sit, Germaniæ tam celebre nomen,
 esse antiquissimum nec recenter inuentum. Habet in Germania plura nomina, ut ple-
 ræq; nationes aliæ, & Italia plurima habet nomina. Nec quadrat quod aliqui scripse-
 runt sine probato authore, Germanorū appellatiōē apud Gallos sumpisse exordiū,
 narrantes, quòd post Troianā cladem Aeneas & Priamus Magni Priami nepos, per-
 agrantes venerint in Italiā, in qua Aeneas cum suis regnū instituit. Priamus verò tran-
 ierit in Galliam, illos Gallos qui supra Rhēni litus tum morabantur, expulit, muni-
 tiones ædificans & castra, Troiam videlicet, quæ nunc Xanthum dicitur, & Voconiā,
 quæ nunc Bonna appellatur, tandem regni sedem apud Treuiros constituens. Exercit-
 us autem Aeneæ qui in Italia remāserat, istis populis Priami, qui eam Galliæ partem
 occupabant, scribens, germanos eos appellabat, eo quòd illi & isti de Troianorum
 germine processissent. Postea verò cum hi Germani multiplicati essent, miserūt par-
 tem exercitus trans Rhenum in Turingiā, ibi etiam regnū instituentes: & propterea
 successu temporis, Teutonici tanquam à digniori, etiam se Germanos vocabant. Po-
 stremodò cum Ro. regnum esset dilatātū, venit Iulius Cæsar cum Ro. Germaniam quæ
 proxima est Gallis, subiciens occupauit, antiquam germanitatem inter eos & Ro-
 manos renouando. Pulchrū inuentū, sed pace salua, cum examinatur, inuenitur esse
 fabulosum, nec aliqua veterū autoritate fultum. Legant summum authorem C. Iu-
 lium in commentarijs lib. 2. ut suprà tetigi, inuenient eum præmissa solerti inquisitio-
 ne de Germanis, qui tum in Gallia morabantur, comperisse Rhemis narrantibus, eos
 Germanos antiquam ex Germanis originem duxisse, Rhenumque transgressos olim,
 ibi confedisse, & Gallos qui ea loca incolebant, expulisse. Adde præscos probatæ fidei
 authores, Strabonem, Egesippum, Corn. Tacitum, Clau. Ptolemæum, Paulum Oro-
 sium. Quid, quæso, prædicti vetustatis authores aliud volunt, quàm Rhenum limi-
 tem semper fuisse inter Galliam & Germaniam, & quòd Germani omnes qui Galliā
 incolunt, à transhenana Germania originem trahant? Sic Solinus in collectaneis
 de Germania scribens ad Augustum: Mons Seuo, inquit, ipse ingens, nec Riphæis
 minor collibus, initium Germaniæ facit. hunc Ingeuones tenent, à quibus primis post
 Scythas nomen Germanicum confurgit. diues virorum terra, frequens populis nu-
 merosis, & immanibus. extenditur inter Hercynium saltum & ripas Sarmatarum.
 vbi incipit, Danubio: vbi definit, Rheno perfunditur. hæc ille. Et de Ingeuonibus
 Plinius in 4. lib. cap. 13. ait: Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingeuonum,
 quæ est prima. inde Germaniæ Seuo mons ibi immensus, nec Riphæis iugis minor,
 immanem ad Cimbrorum vsque promontorium efficit sinum, qui Codanus voca-
 tur, refertus insulis, quarum clarissima est Scandauia incomptæ magnitudinis. &
 plura

plura quæ gentis nostræ descriptionem probant. Germania, Europæ regio est no-
 bilis, & maxima post Scythiam inferiorem, à Danubio intra Rhenum fluuium Oce-
 anumque conclusa, Clau. Ptolemæus author est. Et Cor. Tacit. in lib. de situ & mori-
 bus Germanorum: Germania, inquit, omnis à Gallijs, Rhetijsq; & Pannonijs, Rheno
 & Danubio fluminibus, à Sarmatis & Dacis, mutuo metu aut mōtib; separatur. cæ-
 tera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spatia cōplectens, nuper co-
 gnitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellū aperuit. hæc ille. Hi fines Germa-
 niæ, ut veteres voluere. Nunc quantum extra hos terminos vagati sint Germani, &
 adhuc possideant, ea conditione, ut se aliud ab his esse genus reserent, non obscurè
 intelligere possumus. Rhetios enim, Vindelicos, Noricos & superiorem Pannoniam,
 hoc est, Austriam, alpes, partemque Illyriæ & vsque ad Tridentina claustra Germani
 obtinent. Belgarum ferè rota natio quondam Gallici iuris, omnisque Rhenus in no-
 men Germaniæ linguamque concessit, ut iam se Gallos dici nesciant: si audiant, in-
 dignentur. Heluetij quoque in Germaniæ nomen & linguam tempore labente transf-
 iere. Itaque Galliæ transalpinæ magnam partem Germania sibi vendicauit. Pruthen-
 os gentem ferocissimam & idolis deditam, intra trecentimum annum ex mani-
 bus infidelium nobiles illi fratres Teutonici ordinis B. Mariæ virginis, vi & armis de-
 traxerunt, vbi & lingua Teutonica introducta est, & Christi cultus genti imperatus.
 Vnde habita, ut sic, comparatione ad primæuam Germaniam, inuenietur quòd plus
 ferè nacti sunt Germani foris, quàm intus habebant. Germaniam enim catenus ex-
 tenderūt, quatenus sermo Germanicus inuenitur extensus. De qualitate terræ Ger-
 manorum scribuntur non diuersa modò, sed & aduersa. Anneus Seneca in lib. de
 gubernatione mundi: Germania, ait, & quidquid circa Istrum vagarum gentium oc-
 cupat, perpetua illos hyems, triste cælum premit, * malignè solum sterile sustentat, im-
 brem culmo aut fronde defendunt incolæ, super durata glacie stagna profultāt, in ali-
 mentum feras captant, nulla illis domicilia, nullæque sedes sunt, nisi quas lassitudo in
 diem posuit. vilis, & hic quærendus, est victus, horrenda iniquitas cæli, in tecta corpo-
 ra. hæc ille. Non multum dissimilia refert Cor. Tacitus. Quis porro, inquit, præter pe-
 riculum horrendi & ignoti maris, Asia, aut Aphrica, aut Italia relicta, Germaniam pe-
 teret, informem terris, asperam cælo, tristem cultu ad spectuque, nisi si patria sit? Et
 paulò post: Terra, inquit, etsi aliquantò specie differt, in vniuersum tamen aut syluis
 horrida, aut paludibus foeda: humidior, qua Gallias: vëtosior, qua Noricum ac Pan-
 noniam adspicit. frugiferarum arborum impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunq;
 improcera. argentum & aurum propicij an irati dij negauerint, dubito. Eidem sen-
 tentiæ Strabo accedit. Quis autè, quæso, ad hæc audita non stupeat, aut saltem non
 arbitretur ea esse conficta, cum apud alios authores legat passim, oculisque conspi-
 ciat, quàm vero sit consentanea? vbi beata amœnitas visitur, cæli clementia, campi
 fertilitas, sunt & colles aprici, nemora opaca, frumentorū abundantia, vitiferi mon-
 tes, clarissimi amnes, Rhenus, Danubius, Albis, & aliæ riuī lymphidissimi, rotam terram
 rigantes: sunt fontes dulcis aquæ, sunt & thermæ calidæ, sunt minere salis plurimæ:
 metallorum item fertilitate nullis terris cedit. vniuersa & Italia, Gallia, Hispania ar-
 gentum quasi omne ex Germaniæ negociatoribus habent, metallaque non parum
 multa, nec auro est priuata. Quòd si hodie præscorū resurgeret aliquis, & oculis in-
 tima regionis perspiceret, videret quanta esset locorum salubritas, cæli * humana tem-
 peries, vbertasque soli, vini, frumenti quanta copia, arborum conditiones, qui splen-
 dor urbium, templorum sacra & erga Deum religio, vrbantitas ciuium, vestitus homi-
 num, rei militaris peritia, apparatus bellicus, cæteraque ornamenta Germanorum,
 nobilitasque quàm sincera, profectò (ut reor) non diceret terram informem, aspe-
 ram cælo, tristem cultu. videret sanè, quàm verum sit tritum illud, quòd sæpe bona
 materia cessat sine artifice. Quandoquidem Lilius in 9. Sylua, inquit, erat Ciminius
 tum inuia magis atque horrenda, quàm nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam
 diem ne mercatorum quidem adita. cam intrare haud ferè quisquam præter du-
 cem audebat. ostendit pariter circa Mutinam Bononiamque, & proxima loca to-
 rius Italiæ nunc amœnissima, syluas omnia obtinuisse. Itaque C. Iulius Cæsar in
 commentarijs: Fuit, inquit, tempus quando Germanis vita omnis in venationi-
 bus & studijs rei militaris consistebat, maximam partem victus in lacte, caseo,
 carne & pecore habebant: quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione,
 & libertate vitæ, quòd à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, & quòd
 nihil

Latitudo
 Germaniæ.

Seneca de
 Germania
 testimoniū.

Germania
 culta & fer-
 tilis.

Metalla.

* amœna

6. bel. Ga. 10
 4. bel. Gal. 2.

nihil omnino contra voluntatem faciant, & vires alit, & immanem corporis magnitudinem efficit. agriculturæ parum studebant, nec enim quisquam agri modum certum aut fines habebat, sed magistratus & principes in annos singulos genti cuiquam hominum qui vna coierant, quantum ei & quo loco videbatur, agri tribuebat. Cuius rei multas afferebant causas, ne assidua agri colendi consuetudine capti, belli gerendi studium intermitterent, ne latos fines parare studerent, potentioresque humiliores expellerent, ne accuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificarent, atque oriretur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones diuisionesque nascuntur, vt animi æquitate plebem continerent, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari videret. Hæc ille in primis de Sueuis cõmemorat. Porrò si de industria & solo virtutis amore præsci Germanorum populi terram reliquerunt ociosam, quæ vbi postea cultores nacta est idoneos, locupletissimè respondit cultoribus, protulitque fructus multiplicatos: non rectè iniquitas cæli aut glebæ sterilitas insimulari debuerat, nisi fortè ex reuolutione cæli mutationes in regionibus fieri arbitremur, vel quòd Deus in hoc humanarum rerum fragilitatem ostendere velit: vt nihil tam conspicuum, tam florens sit apud mortales, quin non aliquando deficiat & in nihilum redigatur: rursum & quæ sunt despecta vel infœcunda, erigat, omniumque rerum affluentia condonet. Nam plurimas accepimus regiones & in Asia & Africa iam esse desolatatas, vbi quondam florentissimus fuit ager. illa enim magna Babylon, gloriosa in regnis, superba ac inclyta, iuxta Esaiæ vaticinium, sine spe reparationis sirenarum facta est delubrū, domus draconum, & latibulum serpentum. Aegyptus quoque magna ex parte inhabitabilis narratur & inuisa. Ager verò Germanicus teter quondam & informis, mitior factus, omnium rerum ad vsum humanum necessariarum fœcunditate, nulli (vt reor) est secundus: quanquam non me latet, id à multis improbatum iri, considerantibus Asiam, Africam, Italiam, & si qua sunt alia fortunata loca. At ego cum Plinio terram iudico optimam, quæ suis bonis contenta, aere salubri fruitur, ea nimirum est Germania. Nam etsi regionibus alijs mitior est hyems & fructus nobiliores, minus tamen æstus temperatus est: vnde & frugum corruptio, adde animalia venenosa, & alia ad humani generis perniciem intentissima: difficile proinde erit iudicare, quæ cui prouincia sit comparanda vel anteferenda. De antiquis Germanorum populis Cor. Tacitus lib. de situ Germaniæ, credere se dicit, eos indigenas esse, minimeque aliarum gentium connubijs, aduentibus & hospitij mixtos. rationem dicit, quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes querebant, & immensus vltra Oceanus ac aduersus, raris nauibus aditur. Tum quis porrò, inquit, præter periculum horrendi & ignoti maris, Asia & Africa aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam celo, tristem cultu & adspectu, nisi patria sit? Et paulò post: Ipse, inquit, eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliarum nationum connubijs infectos, propriam, & tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur, vnde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces & cerulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida, laboris atque operum non eadem patientia, minimeque sitim aut æstum tolerare, frigora atque inedia assueuerunt. celebrant hi carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ atque annalium genus est, Tuifconem deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tris filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medij Hermiones, cæteri Istæuones vocantur. Et sic Cornelius tria dicit esse genera Germanorum. Quid Berofus sentiat, supra scripsimus. Plinius verò in naturali hist. lib. 4. Genera, inquit, Germanorum sunt quinque: Primum Vindelici, quorū partes sunt Burgundiones, Varini, Carini, Guttones: secundum genus Ingæuones, quorum pars sunt Cimbri & Teutoni à Chauconum gente: proximi autem Rheno Istæuones, quorum pars sunt Cimbri mediterranei: quartū genus Hermiones, quorum pars sunt Sueui, Hermiduri, Catti, Cherusci: quinta pars, Peucini, Bastarnæ contermini Dacis. hæc ille. Orosius verò refert, vniuersam Germaniā 54. gētes inhabitare. hinc est fortè, quòd Strabo ante illos, multos memorat populos, & multò plures post eū Cor. Tacitus, nec pauciores Cl. Ptolemæus. Quòd si quis Germanorū scriptor testificaretur nomina talia populis Germaniæ fuisse, qualia hi memorāt, admirarer vehementer, quo pacto ea nomina aboleuissent, & ferè nulli nomen suū superfit. Et quod magis mirū est, cum supra 4. & 50. populi memorētur nominibus distincti, & nemo inuenitur

Rudis primū Germanorum vita.

4. bel. Gal. 2

Esa. 13.

Tacitus de Germaniæ populis.

Plinius de Germanis.

Orosius de Germanis.

uenitur qui dicere potest regionis suæ nomen, vel quando aliud nomen vsurpauerit, perpaucis exceptis. Illud etiam non minore admiratione dignum, quòd tanti auctores ita variant, & paucissimos populos ex his nominari videmus apud vnum, quos nominauerit alter, cum tamen intra 30. supra 100. annos scripserint, Strabo sub Tiberio, Tacitus sub Traiano, Ptolemæus sub Antonino Pio. Memorat Strabo inter Germanas gentes, Bructeros, Sueuos, Cölduos, Marcomannos, Lulos, Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, Senones, Sicambros, Cattsos, Gambriuios, Cattuarios, Chaubos, Cimbros, Caulcos, Cāpsianos, Bisürges, Cheruscos, Catiscos, Ampsanos, Cheniscos, Landos, Subartios, *Heumunduros, Boios. hæc Strabo. Cornelius item Cattsos, Vīpetes, Tencteros, Bructeros, Frifos, Angriuarios, Dulgibinos, Thafuarios, Chaucos, Cheruscos, Cimbros, Sueuos, Longobardos, Reudingos, Anglos, Auionos, Varinos, Eudosos, Suarmos, Nuithomos, Hermunduros, Nariscos, Marcomannos, Quadros, Marsignos, Gotthos, Ofos, Buros, Ligios, Arios, Heluentionas, Mannumos, *Gelyfios, Noharualos, Rhugios, Lemonios, Suiones, Venetos, Fennos, Vandalos. hæc Cornel. Multò his diuersa Clau. Ptolemæus recenset. Quis, quæso, ad tantam ignotorum nominum congeriem non moueatur, si sit Germanus? sed cum per tempora quibus vocabula hæc gentium in vsu fuisse scribuntur, nemo adhuc ex Germanis inueniatur Latinæ linguæ operam nauasse, (nam & literarū secreta, si Cornelio credimus, Germani viri pariter & mulieres ignorauerunt, cum Galli, auctore Julio, priusquam Rom. subijcerentur imperio, nullas sciuisset aut vidisset literas ferantur, nisi quas Græci aduenæ pro miraculo habitas pauculas ostendissent) consequens est ergo, populis Germanorū vel à Græcis, vel à Latinis indita fuisse hæc nomina. Quis verò ignorat, vt de Græcis taceam, quòd Itali qui tum Latinam linguam introducebant, & qui nunc sunt, linguam Germanicam in multis etiā vbi diu insudauerint, rarò benè pronuncient? Vera autem nomina prouinciarum Germaniæ, hodie sunt hæc: in capite Danubij & Rheni, est Suenia, aliàs dicta Alemania, & comprehendit sub se Rhetiam, Heluetiam, quam Sutenfes & confœderati occupant, Alsatiam, Lotharingiam, quæ est secundum Bar. de proprietatibus, quasi vltima Germaniæ prouincia. Rhenensis prouincia, Brabantia, Selandia, Hollandia, Frisia, & secundum aliquos Flādria, Dacia, Saxonia, Thuringia, Hassia, Myfia, Vuestualia, Fræconia, Bohemia, Morauia, Marchia, Prussia, Liouonia, Pomerania, *Schlesia, Polonia, Bauaria, Auftria, Stiria, Carinthia, Athetis. Insuper Gregoriū 3. miror tā varijs vsum nominibus in epistolis ad Germaniæ præfulem Bonifaciū, cum ea quæ per scriptum, illo etiam tempore fuerint in vsu. Magna admodum & veneranda dignitas Germanorū, apud quos residet monarchia mundi Romanum imperium, de quo Innocentius tertius, extrà de elect. in c. venerabilem, scribēs, asserit Ro. imperiū à Græcis in persona magnifici Caroli in Germanos esse translatum. concord. Cle. Romani principes. de iure iur. per quæ iura meritò silentium imponeretur contendentibus, translationem imperij factam fuisse primum in Gallos aut Francos, contra quos sufficere debet, sacris canonibus attestari, imperium translatum esse in persona Caroli in Germanos. Nec sine mysterio hoc factum videretur, & ad tollendam omnem ambiguitatem ita fuit exprimendū: quod ita clarum fiet: Carolus enim Magnus tempore translationis rex fuit non solum Galliarum, sed & Germaniarum: & id est in dubitatum, & licet vtriusque regni rex fuerit, à neutro tamē regno appellabatur, sed Carolus rex Francorum dicebatur, quod idem erat, ac si nominatus fuisset rex Germaniæ & Galliarum. nam clarum est, quòd eo tēpore omnis Gallia transalpina & etiam Germania à montibus Pyrenæis vsque in Pannonias, Francia dicebatur. Illa, id est, Germanica Francia, Orientalis: altera, id est, Gallicana Francia, Occidentalis: in quo veræ historiæ concordat omnes. Est etiam sciendū, quòd Germania tunc eatenus prætendebatur, quatenus sermo Germanicus: Gallia verò, quatenus Gallicanus, hoc est, à Britannico mari vsque ad Mosam fluuium. His itaq; tanquam veris præmissis, clarè patet, si in translatione Galli fuissent expressi, Germani fuissent exclusi, quod non erat de mente transferentis: si verò facta fuisset mentio Francorum, tunc quia Francia comprehendebat Galliam simul & Germaniam, prout dictum est, translatio facta fuisset in duo distincta regna & diuersarum linguarum, quod nemo laudare posset, quia fuisset seminarium discordiarum. ideo vt tolleretur omnis ambiguitas, translatio facta est in Germanos, vt sic Gallici occidentales Franci, scirent, se exclusos. facit pro hoc etiam canon de consec. dist. j. qui dicit, Teutonicis concessum regnum ecclesiæ. Prædictis non obstat, si quis diceret Carolum fuisse Gallum,

Strabo de Germanis.

Cæsar hæc aliquantò aliter narrat. 6. bel. Gal. 2.

*Silesia Silesia

Imperij ad Germanos translatio.

Gallum, & quòd in ipsum & posteros suos translātū sit imperiū, apud quos durauerit in septem generationibus. Nam clarè constat ex chronicis, Carolū fuisse Germanum, in Germania natum, in ea & sedem habuisse, & sepultum. natus enim inuenitur in *Yngelheim* haud longè à Moguntia, quod satis colligitur ex historia Francorum & Eusebij. Legitur etiam in Spe. histo. quòd Carolus 12. uentis imposuit nomina, & 12. mēsis iuxta propriā, id est, Teutonicā linguam. Sed si dicatur quòd fuerit Gallicus, quia in Belgica Gallia natus, quæ nūc Germania dicitur, illud tamē verū est, quòd imperium non fuit translātū in eū, sed in persona sua in Germanos, prout hoc dicunt sacri canones. nec etiā verū est, quòd omnes posteri Caroli, imperatores fuerint Gallici. nam sicut Carolus Germanus fuit, ita & filius eius Ludouicus Pius, ita & Lotharius Ludouici Pij filius, cui in imperio successit Ludouicus secundus. ille fortè vel in Italia aut Gallia fuit natus. Sed eo mortuo, successit in imperio Carolus secundus, qui natus fuit in Germania ex Ludouico Pio & Iuditha Guelfi Teutonici filia. eo defuncto, peruenit ad imperiū Carolus tertius, qui fuit Ludouici regis Germaniæ filius, à quo Alemania, id est, Sueuiæ fuit rex designatus. Huic successit Arnulphus filius Carolomanni, qui Arnulphus fuit rex Germaniæ, sedem habēs in Ratispona, post cuius Arnulphi mortem Ludouicus filius eius Germaniæ rex, imperiū obtinuit, prout in Spe. hist. & in Frācorum historia alijsq; cauetur. Quo in tempore aliqui inuasērūt imperiū in Italia, quorum vnus Berengarius tyrannus, à quibusdam ciuibus Veronensibus nocturno tempore fuit intromissus sub anno Domini 905. vbi tunc Ludouicus nil tale metuens, captus est, oculisque priuatus. eo breui mortuo, electus est à Germanis Cunradus primus, filius fratris Ludouici tertij, secundum uetiores historias, cum defecisset genus Caroli in Germania, & sic clarum est, quòd in Gallos non fuit imperiū translātum, sed nec in Francos occidentales, quanquam historia Francorum dicat imperium Ro. translātum fuisse ad reges Francorum, & quòd post hoc fuerit translātum de regibus Francorum in Germanos in persona Othonis primi, de quo habetur 63. dist. c. in synodo, quia contradicunt in hoc talia scribentes sacri canonibus, nisi intelligantur loqui de Francis Orientalibus, qui veri sunt Germani, in illos & Francos Germanos translatio facta est. Et secundum hoc intelligenda est glo. in c. Ego Ludouicus. 63. di. quæ dicit, Norandum, imperium prius fuisse Francorum, sed postea Teutonici uirtutibus suis illud promeruerunt. Carolus enim & imperatores in linea generis sui fuerunt reges Francorum, quibus deficientibus in Germania, peruenit imperium ad Saxones, qui Teutonici fuerunt, hoc est, Germani. Per hoc autem non sequitur, quòd de nouo translātum fuerit in eos, cum prius apud Germanos nō solum tempore Caroli Magni fuit, sed etiam tempore posteritatis eius & sequentium in imperio Germanorum: quia, ut dixi, non in Carolum, sed in persona Caroli in Germanos translātum fuit. sic etiam finaliter obtinuit tam de iure, quam de consuetudine, ut probant textus in c. venerabilem. & cle. Romani alle. Et licet Itali receperint Berengarios, Hugonem Arelaten. comitem, filium ipsius Lotharii siue Rodulphum Burgundiæ regem, tamen omnes isti, ueritate inspecta, tyranni & inuafores imperij, nō imperatores, possunt dici, cum Germani principes non obmiserint tunc imperatores eligere. Constat autem de iure, quòd electus in regem seu imperatorem Rom. à Germanis, potest statim ex ipsa electione licitè nomen regis Ro. assumere, & Aquiligrani inungi, iura & bona imperij administrare, de quo glo. & cōmuniter doct. in cle. Romani. de iureiur. & ita etiam seruatur. Elegerunt autem Germani principes post mortem Ludouici tertij Cunradum primum, anno Domini 913. eo mortuo, elegerūt Henricum primum, anno Domini 920. quo defuncto, electus est Ortho primus, anno salutis 937. qui tyrannos & imperij inuafores penitus eliminauit. Nec mirum cuiquā uideri debet, si Romani Pontifices illis temporibus quoscunque occurrentes admiserint, cum (ut scribit Platina) pontifices illius temporis à uestigijs B. Petri multum discessissent, & quòd resp. Christiana ignaros & desides principes habuerit. horror enim est audire, quam multa perperam per 28. ferme pōtifices sint admiffa. Sed sunt qui scribunt, Henricum, qui factionis Italicæ tempore est electus, à pontifice approbatum fuisse. Et uidetur mihi ad hoc tex. 63. dist. ubi est constitutio primi Henrici & primi Othonis cum Ro. pōtificibus sic, Ut nullus nostrorum cuiuscunque impeditionis argumentum in electione Ro. pōtificis componere audeat, omnino prohibemus. Hæc constitutio non potest loqui, nisi de Henrico primo Othonis patre, & ego credo hanc constitutionem præcessisse canonem 63. dist. in synodo, referendo singula singulis.

Habito

Habito autem pro constanti, quòd imperium Ro. à Græcis translātū fuerit in Germanos, prout etiam sacris canonibus est firmatum, restat adhuc bellum intestinum inter Germanos, ex eo quòd aliqui scribunt translationem nō fuisse factam in omnes Germanos, hoc est, cis & ultra Rhenum, sed solum in Germanos Francos, per quos uolunt intelligere Germanos Rheno duntaxat adiacentes, quibus in locis (ut ipsi referunt) primi electores, archiepiscopi Coloniensis, Treueren, Moguntinen. & comes Palatinus Rheni, sunt constituti, & hoc à Carolo de mandato Romani pontificis. reliqui enim Germani, secundum eos, rudes sunt & incompōsiti, quasi imperio non digni. Hoc quam inuidiosum sit, nemo est qui non intelligat. an Germania, quæ post Scythiam inferiore à Danubio inter Rhenum fluuium Oceanumque conclusa, immo temporibus translationis imperij trans Danubium usque in Italiam pedem extenderat, nō habuit homines cōpositos, aut imperio Romano dignos? Ignorant ne, sacris canonibus sine omni distinctione scriptum & declaratum, imperium Romanum in persona magnifici Caroli in Germanos fuisse translātum? & quòd temerarium sit ita sapere, Deus ostendere uoluit commentum hoc non ualere, cum uideamus contrarium re ipsa obtinuisse. nec etiam, reor, probari potest, Carolum, mandante Leone papa, constitutionem aliquam fecisse, quòd Moguntinen, Treueren, Coloniens. archiepiscopi, cum comite Palatino Rheni debeant imperatorem eligere. concedamus autem quòd ita sit, imperium tamen Romanum non in illos translātum est, sed sine omni distinctione in Germanos: quod & euentus docet, & omne ius, & ratio simul, & consuetudo. Quis dubitat inter priscos Germanorum populos fuisse non parum multos, qui suis temporibus gloria rerum gestarum insignes & præclari extiterent, cum quibus fama simul extincta est propter inopiam scriptorū, qui gesta oratione uel carmine illustrarent? in quo nihil aliud quam naturam, accusandū censeo, quæ de industria quasi uidetur humanæ perfectioni inuidere: quoniam ex Germanis qui egregia facerent, reperti sunt innumeri: qui conscriberet, nullus. sed quia abscondi non poterat ciuitas super montem posita, homines externi uel admiratione permoti, non passi sunt earum rerum, quæ digna immortalitate essent, memoriā penitus interire: quorū profectò testimonium tanto præualet autoritate, quāto ab omni suspitione affectionis fuerūt alieni. Illis proinde haud uulgaris à nobis (ut reor) gratia debetur, per quos consequimur, ut etsi non de integro Germanorum egregia opera, saltē partem teneamus. Inlyta igitur nationis Germanicæ opera, quam fuerint magnifica & excelsa, haud multa arbitror indignis probatione, apud eos præsertim, qui non sunt historia- rum penitus ignari. Quis enim nescit Cimbroꝝ Germanā gentem, Græcorū Latinoꝝq; literis celebratam, qui (ut Strabo post Possidonium memorat) diu ante urbem conditam euagati usque ad paludes Mæotidas, suæ expeditionis monumentum Cimmeriū Bosphorū reliquere, (nam Græci Cimbroꝝ uocant Cimmerios) a uadactereque traiecto Bosphoro, ad Ioniam usque terram discursarunt? Anno ab urbe condita 364. Senones potentissima Germanorū manus, Brenno duce, inuasērunt Italiam. fuere ex his præcipui Sueui, quodam nationis fœdere cum Brenno copulati. uix enim eum è Britāniis illis ortus sui propagine accepisse crediderim, etsi Anglos tenuerit & Gallos. Senonibus gestatis Sueuisq; iniuriam, à Romanorum legatis acceptam, uindicaturis, Fabius COS. occurrit ad Alliam. cæditur vnā cum omni penè Romana iuuentute. Properant ad urbem Senones, eam vastant, incendunt, diripiunt undique. Capitoliū satis aiunt magis quam armis seruatum esse. & perierat tum Romana uirtus, nisi Furij Camilli pietas intercessisset, qui abeuntes Gallos infecutus uicit, spolia opima ab hoste retulit, manentis scilicet imperij spem. Vide quæso lector, quæ de hac re supra conscripserimus. Quid de his qui Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, referam? quid de Cimbris gente Germanica, qui Illyricum populati, alpes transierunt? fuit illa colluies & Teutonum & Tigurinorum ac Cimbrorum, à quibus Papyrius Carbo consul cū exercitu fufus est, deinde Iunius Syllanus consul aduersus Cimbroꝝ infeliciter pugnauit. Post illud bellum Cimbrī per legatos à senatu populoque Romano sedem & agros postulabant, quorum spretis postulatīs, Cimbrī cum Tigurinīs in Galliam migrare in fines Allobrogum, ibiq; cum Lucio Cassio consule manus conserunt, eumque cum exercitu trucidant. milites qui ex clade supererant, datīs obsidibus & rerum omnium dimidia parte, ut incolumes dimitterentur, cum Cimbris pacti sunt. M. Aurelius Scaurus consulis legatus, à Cimbris fuso exercitu captus, & in concilium ab his euocatus, cum deterreret eos, ne alpes Italiam petiti transirent, eo quòd di-

M m m ceret

Ad quos Germanos translātum sit imperium.

Germanis nō animos olim, sed scriptores defuisse.

Cimbrorū Ger. gloria.

Brennus Germ.

Alliæ clades

Generat. 55. vol. 1.

Ro. Germanica uirtute fracti.

Teutoni.

ceret Romanos vinci non posse, à Bolo Cimbrorum rege occisus est. Tum ab ijisdem hostibus C. Manlius & Q. Seruilius Cæpio, qui proconsulatum in Gallijs agebat, victi prælio, binisque castris exuti sunt. 80. millia militum occisa, calonum ac laxarum 40. millia. Cimbri post eam victoriam omnibus agris vicisque iuxta Rhodanum ac Pyrenen vastatis, in Hispaniam transgressi: ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt. Reuertentesque in Galliam, bellicosus Teutonius se coniunxerunt, & C. Marij qui iam Iugurtham deuicerat, summa vi castra oppugnata sunt à Teutonibus. de hoc Florus: Actum erat, inquit, nisi Marius illo seculo contigisset. Tanta erat eis fiducia capiendæ vrbis, vt Romanis dicerent, si quid ad vxores suas mandarent. Nec segnè quàm minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est, claustra Italia, ferebantur. Mira tum velocitate Marius occupatis compendijs alpiu, præuenit hostem, prioresque Teutones cum Ambronibus sub ipsis alpium radicibus assecutus, in loco quem aquas Sextias vocant, prælio oppressit. Vallem fluuiumque hostes tenebant, Marius colles: & perente aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis? en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, vt victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberet, quàm sanguinis. 200. millia armatorum eo bello occisa sunt, 80. capta referuntur, dux Teutobocchus, quem aliqui Sueuum fuisse volunt, interfectus est.

Teutobocchus Sueuus

Sublatis Teutonibus, in Cimbro conuertitur. hic iam (quis crederet?) per hyemem Tridentinis iugis in Italiam prouoluti descenderant, Atheisim flumen non ponte nec nauibus, sed ingesta obrutum sylua transiliere, & si statim infesto agmine urbem petiuisent, grande discrimen fuisset. Sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est, ipsa soli cælique clementia robur eorum elanguit. Ad hoc panis vsu, carnis coctæ & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugna petierunt, quem in patenti campo Marius quintum consul, & Catulus iunctis exercitibus dederunt. Annibalem secuti, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnaverunt. prima siquidem perturbatio Cimbrorum fuit, quia hostis inopinarus occurrerat. cumque sol cum vento ortus emicuisset, visus eorum puluis oppleuit. Tum acie conuersa in Orientem, splendor hebetavit. ita factum est, vt tam terribilis multitudo sine Romanorum clade cæderetur. 140. millia eorum tunc bello cæsa, 60. millia capta dicuntur. Mulieres penè grauiorem excitauerunt pugnam, quæ plaustris in modum castrorum circumstantes, desuperque pugnantes, diu repulere Romanos. tandem ferrum quod in hostem sumpserant, in se suosque verterunt. nanq; alia concursu mutuo iugulata, alia vario genere vitam amiserunt. Refert tamen Florus, quod missa antea ad Mariu legatione, mulieres cum libertatem & sacerdotium non impetrassent, manus conseruere. Ob hanc victoriam populus Ro. tertium Romæ conditorè Marium appellauit. Refert quoque Orosius, ob castitatis propositum extollens mulieres. nam cum honestam petitionem non impetrassent, ante omnia collisis in terram paruulis suis, ne in seruitutem traherentur, nocte, ne & ipsa violarentur, exusta omni earu substantia, laqueis omnes sibi mortem consciuere, nec prædæ aliquid ex se præter pendencia corpora, audis reliquere Romanis. Crebra deinde C. Iulius Cæsar cum Germanis bella gessit cis Rhenum, ponte facto, bis Rhenum transiens, proximam Germaniæ partem domuit, T. Liuii teste. At Sueuos indomitos reliquit, referente Syluio, qui ait: Terrarum ille calcator omnium & orbis domitor Iulius Cæsar, quanuis subactis Gallijs bis Rhenum transierit, resque maximas in Germania gesserit, bellicosam tamen & asperam Sueuorum gentem dimisit indomitam, licet Eutropius aliter sentiat.

4. be. Gal. 10
6. be. Gal. 6

6. be. Gal. 12

Germani
Cæsar's vir-
tutem mira-
ti, nō timu-
erunt.Germanoru
in pugna
Pharsalica
virtutes.

sed magis credendum est ipsimet Cæsari, qui nihil aliud scribit de hoc, quàm quod Sueuos sequi per inuia & nemora noluit. Refert quoque Gortfridus, quod Cæsar Germanos tam bello quàm muneribus omnes domuit. Germanos dubio procul affecit cladibus maximis, quos tamen vincendo ac vastando ita sibi virtutis admiratione deuinxerat, vt vsque in præsentem diem imperatores non alio, quàm Cæsaris nomine, vulgari sermone vocitent. Tum etiam Germani equites Cæsaris virtute & integritate permoti, eise coniunxerunt, quorum opera reliquis in bellis sapius vius, eorum etiam fortitudinem in Pharsalo contra Pompeium expertus. præcipuo enim eorum auxilio Pompeianum ac Romanum equitem, viros bellorum gloriæ natos, superauit, de quo L. Florus: Quippe, ait, cum Pompeius ad eum equitum copia abundaret, vt facillè circumuenturus sibi Cæsarem videretur, circumuentus ipse est. Nam cum diu æquo Marte contenderent, iussuque Pompeij fusus à cornu erupisset equitatus, repente hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere

fecere impetum, vt illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Ob singularem etiam peculiaremque Germanicam virtutem, manserunt Germani in Octauij fide vsque ad Varianam superbiam. Sic Florus: Germaniam quoque vtinam tanti vincere non putasset Augustus: magis enim turpiter amissa est, quàm gloriosè acquisita. Missus in eam prouinciam Drusus Cæsaris priuignus, primos domuit Vsiptes, Tenatheros & Cartos, Marcomannos penè ad interuersionem deleuit. Inde validissimas nationes Cheruscos, Sueuos & Sicambros pariter aggressus est, qui 20. centurionibus interemptis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, ad eam certam victoriæ spe, vt prædam in antecessum pactione diuiserint. Cherusci equos, Sueui aurum & argentu, Sicambri captiuos elegerunt. sed omnia retrorsum. Victor nanque Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsosque præda diuisit ac vedit. Addit Orosius, quod mulieres eorum intra plaustra conclusæ, deficientibus telis, paruos filios collisos humi, in hostium ora iaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Sed difficilius est prouincias retinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinentur. Quippe Germani mores Rom. magis quàm arma sub Druso suscipiebant. Postquam ille defunctus est, Vari Quintilij libidinem atque superbiam odisse coeperunt. Ausus ille agere conuentum, & in castris se direxerat, quasi violentiam barbarorum licitoris virgis & præconis voce posset inhibere. At illi vt primùm fauora armis iura viderunt, duce Arminio, arma corripunt. nil tale metuente illo, cum ad tribunal citaret, vndique castra inuadunt, tres legiones opprimunt, præcipuè autem in causarum patronos sauiunt, alijs oculos eruit, alijs manus amputant, alijs linguam præscindunt: Vipera, inquit, sibilare desiste, consulis corpus, quod milites humi abiderant, effossum. signa & aquilas duas ceperunt. Hanc cladem Cæsar ad eam grauiter tulit, vt veste capilloque deformis, sæpe caput parieti collidens, clamasse feratur: Quintili Vare, redde legiones. Ad id verò reformandum, Octauius Cæsar Tiberium fratrem Drusi cum 15. legionibus misit, qui continuo bello Germanos arripuit, & 40. millia captiuorum victor abduxit. quod re vera bellum maximum & terribilissimum, per triennium gestum est, nec ferè vllum maius bellum post Punicum fuisse dicitur. Accidisse hanc cladem Romano militi ferunt in Cheruscis, eiusque rei est author Strabo in 7. verum antiquis monumentis constat, apud Augustam Vindelicam cæsos esse Ro. cum auxilijs Macedonici exercitus, quem Auar Bogudis filius ducebat. Legitur in Augustæ vrbis antiquitatibus eius hoc epitaphion:

*Hic nomen terris Bogudis dat regia proles,
Græuis Auar pecudis de Sueuis more litatus.*

Nam ab eo nomen habet pagus *Griechshauam*. Strabo in 4. scribit Varronem quendam eum missum ab Augusto Cæsare, qui graui affectus sit clade, cum urbem obsidisset. sed mihi ea legenti, & tempora & scriptores conferendi videntur. Summarim de his Cor. Tacit: Sexcentissimum annum, inquit, vrbis nostra agebat, cum primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papyrio Carbone COSS. ex quo si ad alterum imperatoris Traiani consulatum computemus, ducenti ferè & decem anni colliguntur. tam diu Germania vincitur. Medio tam longi æui spatio multa inuicem damna. non Samnis, non Poeni, non Hispaniæ Galliae, ne Parthi quidem sapius admonere. quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quàm cædem Crassi, amisso & ipso, & ipse Pacoro infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit? At Germani Carbone & Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cæpione, Mar. quoque Manlio fuis vel captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam Cæsari abstulerunt. nec impunè C. Marius in Italia, diuus Iulius in Gallia, Drusus, ac Nero & Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. mox ingentes Cæsaris minæ in ludibrium versa. Inde ocium, donec occasione discordiæ nostræ & ciuiliu armorum, expugnatis legionum hybernis, etiã Gallias affectauerunt: ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphati magis quàm victi sunt. hæc ille. Quæ laus maior dici potest, quàm quod homo Romanus linguaque Romana de Germanis triumphos actos esse ait, verè autem nunquam victos fuisse, nisi quantum beneuolentia ac benignitate in fidem Romanæ nobilitatis ducti sunt? Post Traianum qui Germanis regem constituit, Helio Spartiano teste, varia fortuna vsi sunt: nunc victi, nunc vincentes. Sub Valeriano Germani, penetratis alpiibus, Italiam irrupentes, Rauennam vsque perueniunt. Alemanni etiam Gallias peruagantes, cuncta cæde, flamma, rapinisque diripiunt.

Arminius
libertatis
vindex.Quintilij
clades.Clades apud
Augustam.Victoriæ
Germanoru

Cor Tacit

6. be. Gal. 16

Traianus
Germanis
regē dedit.

piunt. Aliquantò pòst Probus Cæsar Gallias à Germanis occupatas liberavit, deditque literas desuper ad senatum huiusmodi: Ago gratias dijs immortalibus P.C. Subacta est omnis latè patens Germania, novem reges gentium diversarum ad meos pedes, immo ad vestros supplices strati iacuerunt, omnesque iam barbari vobis arât, vobis iam ferunt, 40. millia hostium cæsa sunt, 12. millia nobis oblata, septuaginta vrbes nobilissimæ captæ, omnes penitus Gallia liberatæ sunt. Quid referam, quæ sub Diocletiano gesta sunt? Transeo Iulianum, Valentinianum, & nonnullos alios, à quibus Germani aliqui sunt profligati, sed non impunè. Nam paulò pòst iniurias sibi à Romanis illatas vlturi, vtrunque Galliam, Britanniamque, pulsos inde Romanis ducibus, breui in suam potestatem ac nomen traxerunt. Nempe Burgundiones Germana gens, transmissò Rheno, circa annum Domini 400. sedes in Gallia nacti sunt. Blondus, qui Burgundiones sunt, scripturus citat Plinium, qui Germaniam ex Agrippæ traditionibus describens, ait: Vandalos, & eorû partem Burgundiones, vnam dicit esse ex quinque interioris Germaniæ partibus. Sed & Augusti tēporibus ea pars Vandalorum, quibus Burgundionibus postea fuit nomen, ad 80. armatorum millia vltioris Rheni ripas infederant, quos Drusus & Tiberius Cæsares, sicut Cornelius Tacitus refert, post subactam interiorem Germaniam, in sedes proprias repulerunt, & extra vrbes munitaque loca dissiparunt, à quibus habitandi vicatim modis, quos patrio gentis vocabulo Burgos appellabant, eos Burgundiones fuisse appellatos asserit Orofius. & paulò pòst: Vandalis, Burgundiones & Alani à Stilicone impulsis, Archadio sextum & Probo consulibus, Rhenum pridie Kalen. * transmiserunt, Suevosque in Heduis & circum ea loca repertos, in suam aduersus Romanos coniurationem facilliter traxerunt. subiungit: Vandalis, Alani & Sueui, ad diripiendas vastandasque Gallias sunt profecti. Burgundiones autem sedes capere constituerunt, easque delegerunt apud Heduos, Vefontios, Lingonas, Cabilonenses & Matiscenenses in quibus proximisque civitatibus ad hæc vsque tempora mansere, & ipsi in locis pars eius regionis, quæ prius Gallia Belgica fuit, Burgundia ab illis nominatur. Angli Burgundiones secuti anno Domini 440. Britannias subiugarunt, de quo idem Blondus lib. 2. decadis primæ: Britannis à Scotis, Albiensibus, Pictisque agitatis, ab Etio qui in Gallias ab imperatore missus erat, postulabant vt copias sibi mitteret. Etium verò Gallicanæ expeditionis cura occupauerat, & Hunnorum apparatus deterrebat, vt precibus Britannorum satisfacere non posset. Itaque Romani ciues qui Britanniam inhabitabant, & ipsi simul Britanni, salutis desperatione Anglicos Saxones, datis in stipendium pecunijs, ex proximis Germaniæ littoribus conduxerunt præsidio affuturos. illi duce Vortigerio eorum rege insulam ingressi, Scotos atque Pictos represserunt. Sed & ipsi postea Saxones ambitione ducti, Romanos ciues & Britannorum primates vario mortis genere maiori ex parte interfecerunt, ex eoque tempore cœperunt Saxones Angli Britannia dominari, & inde dicta est à posteris Anglia, id quod & Pomponio videretur. Franci gens Germana, ex ea prouincia quæ etiam nunc Franconia nuncupatur, oriundi, venerunt in Gallias. Eos autem primus Romanorum ducum domuit in patria Franconia Constantinus, Flauij Constantini filius, eaque accepta clades tunc effecit, vt semper postea vsque ad Honorij & Archadij tempora fuerint in patria quietissimi. Eorundem verò imperatorum anno septimo mutandi melioris soli gratia, patrijs sedibus relictis, Rhenum transierunt, & apud Treuiros, Mediomatrices, id est, Metenses, ac Leucios, qui & Tullenses, Veromanduosque confederant: quos, Sueuis ob vetustas similitudines instigantibus, Vandalis, Burgundionesque & Alani Rhenum per vim & arma transire, & in Franconiam se recipere compulerunt. Deinde Franci Etium videntes bello implicari, & imperatorem amissis in Aphrica copijs eneruatam viribus, Clodio & Meroueo ducibus ex Franconia sunt profecti: & Rheno transmissò, nullis iam qui resisterent, reliquis, in Senonum prouincia sedem apud Aurelianenses & Parisios ceperunt. Etium interea Burgundiones toties profligauerat, vt breui eos aut Gallia pulsurus, aut ad interuentionem cæsaris videretur: sed tantos vndique imperio imminere labores intelligens, pacem Francis dolens moestusque concessit, qui etiam illi postea contra Attilam auxilio fuere. Vincentius refert, quòd Franci in Franconia adhuc manentes, elegerunt instar aliarum gentium regem Faramundum, sub anno Domini 420. post hunc regnavit filius eius Clodius, qui sub anno Domini 433. tempore Theodosij secundi, Rhenum transiens, incepit sibi Galliam subiugare. habitabant tum vsque

Probus Cæsar Germanos Gallijs expulit.

Burgundiones à burgis

Anglia à Ger. Anglis.

Franci Gallia à Franconibus.

vsque ad Ligerim fluium Romani, vltra Ligerim dominabantur Gotthi, Burgundiones habitabant iuxta Rhodanum: Vandali, Sueui, Alani vltiorem Hispaniam premebant. Franci ergo Clodio rege, Romanos qui Gallis imperabāt, bello adorti sunt, & à Rheno vsque in Carbonariam sylvam fugant funduntque: ingressi Tornacum & Cameracum, vniuersa maritima inter Scaldam & Seauam fluuios violenter obtinent, sicque paulatim progredientes, Rhemos, Suesiones, Agrippinam, Treuerim, Aureliam, Senones, Parisiosque subiugant, & ibidem vsque in hodiernum perseverant. vnde geniti ab eis, Francigenæ proprie sunt dicti, & oblitterato nomine Gallia, à victoribus Francis se Francos nominari affectauerunt, & ita vsu obtentum esse videmus. authores sunt ferè omnes historiarum scriptores. Longobardi post illos gens Germana, authores sunt Cor. Tacitus & Cl. Ptolemæus, & Pomp. Lætus, Natio, inquit, fuit Germanica, quæ ex Cimbria peninsula ad quærendas sedes profecta erat. Hi Longobardi, rege eorum * Albuino duce, anno salutis nostræ 567. (numerus fuit amplius ducentorum millium) ingressi sunt Italiam, eamque domitam in suam potestatem redegerunt, Italiæ quoque nomen mutant, à se victoribus Longobardiam nominauerunt: non solum regionis nomina, sed & leges nouas condentes, mores ritusque Romanorum mutauerunt. Omnes hæ nationes, siue Galli, Britanni aut Itali sint, in potestatem & nomen victorum peruenere, Germanorum s. permanentque vsque in presentem diem, tametsi postea victores ipsos in linguam suam & mores adeò traxerint, vt nulla peregrinæ gentis signa permanerint, excepto nomine, quo se, vt arbitrari licet, à Germanis aliquando victos fuisse meminerint. Parua sunt hæc quæ iam dixi. Celebriora Maiorum nostrorum sunt opera, quàm hæcenus ostendimus. nam præter iustitiam, fidem, constantiam, reliquasque virtutes quas sibi Germania iure quodam hereditario semper vendicauit, difficile est recensere, quo nostri amore ac veneratione diuinum cultum Christianamque religionem profecti sint: quod testantur non solum templa Christi sumptuosissima, cœnobia viriisque sexus splendidissima, aræ innumerabiles cum dote amplissima, sed etiam illustria Maiorum nostrorum facta difficiliaque bella, pro Christiani nominis conseruatione & incremento suscepta. Quòd si quis æquus rerum æstimator secum reputet, quoties pro fide catholica, pro Romana ecclesia, pro communi salute nostri cœrtauerint, infideles conculcauerint, & rebelles compresserint, iudicabit profectò raram esse ex omnibus terrarum regionibus, quæ cum nostra de omni laude & meritis in rempublicam Christianam vlla ex parte contendere possit. Quòd planè intelliges, si cogitabis imperium Rom. ob sola in ecclesiam Romanam merita, in Germanos fuisse translatum, quod ad singulare eius nationis decus & ornamentum accedit. Nam etsi Assyrios, Medos, Persas, Græcos olim aut reliquas gentes sibi vendicasse imperiū constet, sola tamen libidine regnandi ac violentia adepti sunt, & eisdem artibus amiserunt, semperque in vilissimam seruitutem sunt postea redacti. Nostri autem virtute & laboribus pro Deo susceptis, digni iudicati sunt vniuerso ecclesiæ senatui ac populo Romano, qui imperium orbis regerent. Nec eos fefellit opinio. nam si comparemus Rom. ecclesiæ statum, quem sub Cæsaribus post imperij translationē in Germanos nacta est, fortunæ priori, inueniemus eam ex multis tribulationibus & periculis ad tranquillitatem & pacem peruenisse, seruitutemque cum libertate amplissima permutasse. quis enim vel mediocriter doctus ignorat, quanta in paupertate, quantis in tribulationibus, persecutionibus & miserijs fuerit ecclesia Rom. ab exordio fidei vsque ad ccc. salutis nostræ annum? Quo in tempore, vt de alijs taceam, ex summis pōtificibus vix inueniuntur pauci, qui sine martyrio vita functi sint. tandem tamen miseratus sui gregis Dominus, veluti post nimiam tempestatem depulsis nubibus, dies illuxit. Et ecce Constantinus, cui postea Magno cognomentum fuit, fidem veritatis adeptus, & à B. Syluestro Rom. pontifice baptizatus, continuo licetiam dedit per vniuersum orbem suo degentibus imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias & prædia in sumptus ministrorum largiendi. voluit etiam Romanam ecclesiam primariam & caput esse omnium ecclesiarum, transfuditque sedem imperialem in Græciam, condens nouam Romam Constantinopolim appellatam, Romanam urbem relinquens S. Syluestro papæ, eiusque successoribus vicarijs Christi, & vt liberius cum suo clero diuinis rebus vacare posset, donaria plurima contulit. Quibus vt sic peractis, incredibile est quàm breui religiosi principis studio ecclesia per totum orbem fide ac religione conualuerit. Verumenimvero cum sic ecclesia apud Deum

* Saonam
* Sagonam
* Scquanam

Longobardi Germani.

* Alboino

Nomen victorū abolitū moribus apud exercitū permansit.

Germana pietas.

Constantinus Christianæ ecclesiæ præcipuus tutor.

& hominēs continua susciperet incrementa, non pertulit hoc inimicus generis hu-
mani diabolus. videbat iam paganorum errores esse plerunque pulsos, eapropter vi-
ros Christiani nominis inueniens, amore honoris & vanæ gloriæ seductos, per quos
errores atque hereses seminare non destitit, mox sub ipso Constantino Arrianam he-
resim excitauit: subsecutæ sunt aliæ plurimæ, paulatimque Græci rebus abutentes,
in eam præsumptionem venire, vt negarent Romanam ecclesiam totius salutaris
vitæ caput esse, asserentes primam sedem esse debere, vbi esset caput imperij, & sic in
Constantinopoli noua Roma, licet illud minimè possent firmare. Ex his & innume-
ris alijs erroribus, Græci crebrò visi sunt ab obedientia ecclesiæ Rom. recedere.

Restauratio
ecclesiæ per
Germanos
Impp.

Gen. 30.

Ad Germa-
nos princi-
pes exhor-
tatio.

Aeneid. 6.

Quanta verò passâ fuerit ecclesia Ro. ab ipsis imperatoribus & exarchis eorum,
quanta à Gothis, Hunnis, Vandalis, Saracenis, alijsque gentibus, quoties vrbs ipsa ca-
pta sit atque direpta, pudet atque piger dicere. taceo aduersitates & persecutiones,
quas passi sunt Rom. pontifices à regibus & ducibus Longobardorum: & vt paucis
multa concludam, in eam adducti fuerant difficultatem pontificis & Romani, vt nec
imperatorum scuitiam, nec Longobardorum iniurias arcere possent, miseram serui-
tutem expectantes. At postquam felici auspicio imperium Ro. à Græcis translatum
est in Germanos, continuò respirare cœperunt, & ad libertatis ac salutis spem caput
erigere. nam exactis Longobardorum tyrannis, abrogatoque Græcorum imperio,
mox veluti sedentibus in tenebris Christianis & vmbra mortis, lux est per Germanicâ
virtutem orta, pax ecclesiæ Rom. comparata est, qua illius decus & reuerentia ad eò
creuit, vt facta sit domina gentium. Id etsi è diuina bonitate manarit, dicet tamen mi-
nistri imperatores nostri: Modicum habuisti antequam venire ad te, & nunc diues
es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum. Post tam egregia Maiorum vestro-
rum gesta, ô nobilissimi Germani, quid aliud vobis faciendum restat, nisi eorum sequi
vestigia, quorum felicibus auspicijs tantopere exaltati estis? Vos præ omnibus elegit
Deus, vt dominaremini omni nationi, vobis data est monarchia mundi. Itaque quan-
tum reliquis Christianis cœteri debeatis feliciores, ex hoc vno iudicari licet, quòd etsi
sint aliæ gentes fortitudine & cultu Christiano non negligendæ, vobis tamen dedit
Deus imperium, dedit gloriam & nomen excellentissimum. Estote igitur memores
beneficiorum Dei, capeſcite iter veritatis, vestra virtus est, parcere subiectis, & debel-
lare superbos. hoc enim modo vestri Maiores imperium adepti sunt, qui qua animi
magnitudine fuerint, quo amore Christianum cultum profecuti, testantur variæ gen-
tes ab eis deuictæ, & fidelibus adiunctæ. Vos estis illorum sanguis, estis effigies expres-
sissima. in vobis relucet mirificè illa Maiorum nobilitas & animi magnitudo. turpissi-
mum ducite, ab illis degenerare, quibus nihil antiquius fuit, quàm communi omni-
um bono consulere, quàm publicæ Christianorum omnium vtilitati & gloriæ pro-
spicere, quàm ea sequi atque amplecti, quæ Rom. imperio & ornamento & splendo-
ri scirent proficere. Nolite committere vt florentissimum hoc imperium, quòd Maio-
res vestri multo sanguine & rebus gloriosissimè gestis, vobis pepererunt, vos ipsi per so-
cordiam & negligentiam amittatis. expergiscimini igitur aliquando, & surgite citius.
æmulamini Maiores, qui consilio & rebus benè gestis peregere ea, quibus imperium
felicius maiusque, quàm acceperunt, posterioribus ipsi tradiderunt. Nec sufficit domi
inter suos esse præstantes: ad omnem virtutis æmulationem esse exemplar subditis. vo-
bis vnus inter omnes Christianos ciues imperium mundi à diuina prouidentia credi-
tum, nemo dubitare meritò potest. Vestra res agitur quicquid mundus tractat. nullo
enim limite vestra potentia præscripta est, sed quicquid vsquam gentium est, imperio
vestro debet esse subiectum. quòd si honestum est ob cōmunes hominū vtilitates, nul-
los labores, nulla pericula subterfugere, quanto honestius & præclarioris his conuenit
id facere, non propter humana commoda solùm, sed propter Deum optimum maxi-
mum, à quo hi soli ex omni hominum grege, singulari beneficio electi sunt Christiani
populi vexilliferi, principes, & patroni? Quam ob rem ô nobilissimi Germani, ma-
turate, ferre auxilium rebus Christianis iam & propè lapsis, & in dies ad casum incli-
natissimis. succurrite patriæ, succurrite vobis & vestris. imitemini (quæso) bonos me-
dicos, qui, si possunt, præseruant valetudinem bonâ, curantque, prouidenter, ne quid ac-
cidat ægroratoris: vbi verò vel naturæ malignitas, vel vinèdi corruptela in morbum
incurrit, & diligenter & citò adnūtatur manibus pedibusque, aut omnino, aut magna
ex parte ægroratorum tollere, aut radicatus extirpare. Quòd vos ô Germani in
re Christiana facientes, non solùm gloriam huius mundi, quæ quantacunque est,
breuis

breuis est planè atque inanis, sed multò magis cœlestem illam atque sempiternam
assequimini. Nec vobis difficile est, ea quæ per superiora tempora vel so cordia princi-
pum, vel fatorum iniquitate Christianitas amisit, recuperare, si saltem tanta illa natu-
ra: dona diuinitus vobis infusa, ad id muneris conuertere volueritis, ad quòd diuina
vos prouidentia ordinauerit, ad salutem Christianorum & decus sanctæ matris eccle-
siæ. Quòd si consideremus Romanos, quanam res ea esse potuerit potissimum, quæ
vniuersum his orbem terrarum subegerit, num militum multitudo? at Gallorum ex-
ercitus constat copiosiores multò fuisse. num corporum vires? at Germanorum cor-
pora longè robustiora fuisse. Num doli, opes, diuitiæ? At hisce rebus facillè semper con-
cessere Carthaginiensibus. Num denique ars vlla, vel eloquentia, vel prudentia? & his
Græcos præstitisse palàm est. Sola igitur armorū exercitatio, disciplina castrorū, vsus-
que militiæ, & super omnia animus his rebus intentus, Romanos orbis terrarū domi-
nos fecit. Vobis autem Germanis, siue noua consideranti, siue vetera repenti, nulla
peritior, nulla ardentior inter omnes nationes, quas bello idoneas iudicant, inueniri
poterit, vbi tot clarissimi principes, tot fortissimi milites, tot generosi proceres, tot
fortissimi milites, spiritus maiores corporibus gerentes, feris vehementiores, tot po-
tentes ciuitates, vbi tāta populi multitudo, nec est aliqua sub cælo natio, quæ arma ve-
stra non norit, non miretur, non reformidet. Itaque diuina quadā prouidentia factum
reor, vt in tanta Christianæ reipublicæ calamitate, ipsi in lucem veneritis ad solatium
miserorum & oppressorum salutem. En ardentissimum in hostium libidinem Maxi-
milianum imperatorem optimum maximū, cui vt genere & potentia, ita virtute, pro-
bitateque par in toto orbe terrarū reperiri non potest. Nota sunt omnibus eius ado-
lescentiæ præclara facinora, peculiare corporis & animi dotes, quanta sit illi rei mili-
tari disciplina, quanta ductandi exercitus peritia, quanta castrensium laborum pati-
entia. Certè ille est, aut præterea mortalium nullus, cuius virtute & industria, si fideles
manus porrexeritis, Christiana plebs à faucibus Turcarum eripi, & imperij decus in
antiquæ dignitatis statum valeat reuocari. Quid igitur ô nobiles Germani, mune-
rum Christi & vestrarum virtutum obliti obdormiuitis, & ignauia quasi quodam
animi torpore elanguistis? dico hanc esse vnā potissimam causam, quòd dum quilibet
domini esse volumus, nec quisquam ad commune bonum animum intendit. plures
factionibus & partium studijs gaudent: quo fit, vt (quòd tamen Deus prohibeat) nisi
vigilauerimus diligentius, & ad commune bonum cōseruandum fuerimus seruentio-
res, libertatem vnā cum imperio simus amissuri, sicuti plurimis imperijs contigisse
comperimus. Vt enim Aegyptios, vt Assyrios, vt Medos, vt Perlas aut Cartha-
ginenses omittamus, Macedonum imperium quid aliud perdidit, quàm intestinæ ini-
micitie & partium studijs? At Lacedæmones quàm diu Lycurgi legibus pa-
ruerunt, & principatu floruerunt & gloria: cum primū contemptis Lycurgi legibus,
cœperunt priuatæ magis quàm publicæ vtilitati & dignitati consulere, per omnes rei-
pub. procellas atque naufragia libertatem pulcherrimam continuò amittere. Quid A-
theniensium ciuitate illustrius? quid præclarior? quid denique gloriosius? quid splen-
didius? hæc bonarum omnium & laudatissimarum artium inuentrix atque parens,
hæc belli pacisque disciplina domi forisque insignis, hæc & dignitate & opibus in vni-
uersum terrarum orbem præpollens atque admirabilis, vbi ad id magnitudinis ac vi-
rium ascendisset, vt nulla re profus ad felicitatem egere videretur, nonne mox post-
quam partium studia fouere, factiones complecti, pestiferas æmulationes ambitiones-
que ciuium alere cœpisset, repente & præceps in obscuram & sordidam seruitutem
corrui? Nam de Romanis quis est qui nesciat, eos alia nulla causâ, quàm contrarijs
inter se voluntatibus & studijs, periisse funditus? Vos igitur ô nobilissimi Germani,
pulchrum ducite, ex aliorum erratis & perniciè in melius instituere vitam vestram:
& quid faciendum fugiendumque sit, ex aliorum exemplis cognoscere. Quòd si ali-
orum exemplis didiceritis, quantum semper nocuerit discordia, præsertim inter
ciues & fratres, quantum etiam concordia & vna voluntas in republica proficit,
semperque profuerit, spem fiduciamque vestram pro singulari & eximia vestra pru-
dentia atque grauitate in diuina clementia & bonitate collocate: & breui spero fo-
re, omni odio, factione, omni denique contentione inter vos deposita, quòd feli-
cem & gloriosissimum contra inimicos Christi imperijque vestri, triumphum agatis,
& angelicis choris postea sociemini. Germani, inquit C. Iulius Cæsar com-
M m m 4 menta-

Scientia rei
militaris.

Maximilia-
ni Cæ. im-
peratoriæ
præconia.

intestinae
factiones.

6. bel. gal. 10

Germanorum veterum mores. **Educatio.** mentariorum suorum lib. 6. à paruulis labori ac duritiæ student. qui diutissime impubes per manserint, maximam inter suos ferunt laudem. hoc ali staturam, ali vires, nervosque confirmari putant. De quo etiam Cor. Tac. In omni domo, inquit, nudi ac fordidii, in hos artus, in hæc corpora quæ miramur, excrefcunt. sua quæque mater vberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. Dominum ac seruum nullis educationis delicijs dignoscas. inter eadem pecora in eadem humo degunt, donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat. Sera iuuenem Venus, eoque inexhausta pubertas. nec virgines festinantur. eadem iuuenta, similis proceritas. pares validæque miscentur, ac roborarentur liberis referunt. Intra annum enim vigesimum, auctore Iulio, fœmina notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. cuius rei nulla est occultatio, quod & promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis renum tegumentis vtuntur, magna parte corporis nuda. Seuera matrimonia. nam propè soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. Melius adhuc eæ ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque vxoris semel transigunt. sic vnum accipiunt maritum, quomodo vnum corpus vnamque vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium amant. Dotem non vxor marito, sed vxori maritus affert. Interfunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nupta comatur, sed boues & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. in hæc munera vxor accipitur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro offert. hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientibus matrimonij auspicijs admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in praelio passuram, aufuramque. hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant. sic viuendum, sic perendum. accipere se quæ liberis inuolata ac digna reddant, quæ nurus accipiant, rursumque ad nepotes referant. Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum iritationibus corruptæ. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena præsens & maritis permiffa. Accis criminibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verberare agit. Publicatæ enim pudicitia nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum inuenit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur. Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. Hæredes successoresque, sui cuique liberi, & nullum testamentum. si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratior senectus. nec vlla orbitatis precia. Sororum filijs idem apud auunculum, qui apud patrem honor, quidam sanctior est actioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, & in accipiendis obfidibus magis exigunt, tanquam & animum firmitus, & domum latius teneat. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias necesse est. nec implacabiles durant. Luitur enim etiã homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipiturque satisfactio est vniuersa domus, vtiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitia iuxta libertatem. Ciuitatibus maxima laus est, teste Iulio, quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere: hoc propria virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, nec quenquam propè audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato. Cæterum ædificijs splendor nullus, nec muris firmitas, si qui sunt. Ait enim Cor. Tac. Nullas Germanorum populis vrbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. vicis locant non in nostrum morem, connexis & coherentibus ædificijs. suam quisque domum spatij circundat, siue aduersi casus, siue ignis remedio, siue incitiam ædificandi. Ne cæmentorum quidem aut regularum vsus. materia ad omnia vruntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra ita pura & splendente, vt picturam ac liniamenta colorum imitentur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo in super sismo onerant, suffugium hyemi & receptaculum frugibus: quia rigor est frigorum huiusmodi locis molliunt. Et si quando hostis aduenit, aperta populatur: abdita autem & defossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt. Tegumentum omnibus sagum, sibiula aut (si desit) spina confertur. cætera in lecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur non fluctuante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta & singulos

gulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles proximi ripæ negligenter, vltiores exquisitijs, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, & detracta velamina spargunt maculis pellibusque; beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. Nec alius fœminis, quam viris habitus, nisi quod fœminæ sepius lineis amictibus velatur, eosque, purpura variant, partemque, vestitus superioris in manicas non extendunt, nuda brachia ac lacertos, sed & proxima pars pectori patet. Quæ religionis apud Germanos cura sit, Iulius scribit: Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum aperte opibus iuuantur, Solè, Vulcanum & Lunam, reliquos ne quidem fama acceperunt. Verum Tacitus posterius & copiosius regionem describens: Germani, inquit, deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostijs litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Sueuorum & Iudii sacrificat, vnde tamen origo sit peregrino sacro, parum cõperi, nisi quod signum (ait) ipsius in modum liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterum nec cohiberi parietibus deos, neque in vllam humani oris speciem assimilari ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reuerentia vident. Aliqui Nertum, id est, terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum arbitrantur. Est in insula Oceani Castum nemus, dicatumque in eo vehiculum veste contectum, attingere vni sacerdoti concessum. Is ad esse penetrare deam intelligit, vestamque, bubus fœminis multa veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcunque aduentu hospitioque dignatur. non bella ineunt, non arma sumunt, clausum omne forum, pax & quies tunc tantum nota, ite tantum amata, donec idem sacerdos satiatam conuersione mortaliu deam templo reddat. Mox vehiculum & vestes, & si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. serui ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud quod tantum perituri videtur. Et de Suenis asserit Tacitus, quod d statuto tempore in syluam augurij patrum & prisca formidine sacram, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus cocant, caeloque, publice homine celebrent barbari ritus horrenda primordia. Est & alia loco reuerentia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & potestatem numinis pre se ferens. si forte prolapsus, attolli & insurgere haud licitum. per humum euoluuntur. eoque, omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera subiecta atque parentia. Memorant & Germani fuisse apud eos Hercule, primumque, omnium virorum fortium. ituri in prælia, canunt. Cæterum & Vlysses quidam opinatur longo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque, incolitur, ab illo constitutum nominatumque, ἀσκιβύργιον. Aram quinetiam Vlyssis consecratam, adiecto Laertæ patris nomine, eodem loco repertam: monumentaque & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos, in confinio Germaniæ Rhetiæque, adhuc extare. Auspicia fortesque, maxime obseruant Germani, teste Tacito. Sortium consuetudo simplex: virgam frugiferam arbori decifam, in furculos amputant, eosque, notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac forruidè spargunt. mox si publice consulatur, sacerdos ciuitatis: si priuatim, ipse pater familiae precatus deos, celumque, suspiciens, ter singulos tollit: sublato, secundum impressam antem notam, interpretatur. si prohibuerit, nulla de eadem re in eundem diem consultatio: si permissum, auspicio adhuc fides exigitur. & illud quidem etiam hic notum, auium voces, volatusque, interrogare. Proprii gentis, equorum quoque præfagia ac monitus experiri. publice alitur iisdem nemoribus ac lucis candidi, & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos & rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque, ac fremitus obseruant. Nec vlli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est & alia obseruatio auspicio, qua grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis cum qua bellum est, captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patrijs quenque armis, committunt: victoria huius vel illius, pro præiudicio accipitur. De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. De familiari gentis cultu supra, quæ Iulius scribit, narrauimus. Quis agro cultus, quis omni familiae, Tacitum audiamus: Agri pro numero cultorum, ab vniuersis in vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia præstant. Arua per annos mutant, & super-

exquisitijs, vltiores negligenter,

6. bel. gal. 10

Sacra.

Nertum magna mater.

Superstitio olim Teutonum.

Suenorum crudelitas sacrificium.

Auspicia. Hac de re vide Cæsarum 1. bel. Gal. 40.

superest ager. Neque enim cum vbertate & amplitudine foli, labore contendunt, vt pomaria conserant, & prata separent, & hortos rigent. sola terræ seges imperatur, vnde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species. hyems, ver & æstas, intellectum ac vocabula habent: autumnus perinde nomen ac bona ignoratur. Et paulò post: Quoties bella non ineunt, non multum venatibus, plus per ocium transigunt, dediti somno ciboque. fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura foeminis, senibusque & infirmissimo cuique ex familia, ipsi hebent, mira diuersitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam, & oderint quietem. De magistratibus Iulius inquit: Magistratus, qui bello præsent, vt vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. in pace nullus est magistratus, sed principes regionum ac pagorum inter suos ius dicunt, controuersias minuunt. Tacitus: Germani, inquit, coeunt (nisi quid fortuitum aut subitum inciderit) certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur. nam agendis rebus hoc auspiciatissimum initium credunt. Nec dierum numerum vt nos, sed noctium computant. sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quòd non simul, nec iussi conueniunt, sed & alter, & tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. vt turbæ placuit, confidunt armati. silentium per sacerdotes, quibus tum & coercedi ins est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis, quàm iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremunt aspernantur: si placuit, frameas concurtiunt, honoratissimum assensus genus est, armis laudare. Licet apud concilium aculare quoque & discrimen capitis intendere. Distinctio poenarum ex delicto. proditores ac transfugas arboribus suspendunt: ignaues & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecta in super crate, mergunt. Diuersitas supplicij illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis conuicti, pro modo poenarum, equorum pecorumque numero mulctantur. pars multa, regi vel ciuitati: pars, ipsi qui vindicatur vel propinquis eius, exoluitur. Eliguntur in iisdem concilijs & principes, qui iura per pagos vicosque reddant. centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adfunt. Nihil autem in re publica neque priuata, nisi armati, agunt. Sed arma sumere non antè cuiquam moris, quàm ciuitas suffecturum probauerit. Tum enim in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque iuuenem ornant. hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos: ante hoc domus pars videntur, iam reipublicæ. Insignis nobilitas aut magna patrū merita, principis dignationem etiam adolescentulis assignant. cæteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur. nec rubor inter comites adspici. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet iudicio eius quem sectantur. magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæc vires, magno semper electorum iuuenum globo circundari: in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. experuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerunque fama bella profligant. Conuictibus & hospitibus non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortaliū arcere tecto nefas habetur. pro fortuna quisque apparatus epulis excipit. Cum defecerit qui modò hospes fuerat, monstrator hospitij & comes, proximam domum non inuitati ad eunt: nec interest, pari humanitate excipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitij, nemo discernit. Abeunti, si quid poposceris, concedere moris: & potendi inuicem eadem facultas. C. Iulius Cæsar ait, hospitem violare Germani fas non putant. Qui quaque de causa ad eos venerint, ab iniuria prohibet, sanctos habent, hisque domus omnium patent, victusque communicatur. Qua consuetudine nihil est laudabilius. adeò Germania extremus naturæ terminus, inhospitalitatis vitium odit, quo ferè omnem barbariem Homeri auctoritas notauit. eaque vna gloria vel Græcos vel Romanos æquare nimirum debet. Est autem victus inter hospites comis. Statim è somno, quem plerunque in diem extrahunt, lauantur: sæpius calida, vt quos hyems occupat. loti, cibum capiunt. separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Aduersus sitim non eadem patientia vel temperantia. Si indulseris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile

Anni partes.

Magistratus.

Hoc ipsum C. Cæsar quasi peculiare quid Gallis ascribit.

Pœnæ.

Arma sumere.

Hospitalitas.

6. bel. gal. 10. Vide quam degenerati sit hinc in medio Germaniæ, vbi vix etiã precio sub tectum recipiatis.

Cibus.

cilè vitijs, quàm armis, vinceretur. Potus, humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripæ & vinum mercantur. De Sueuis tamen singulariter scribit Iulius, quòd vinum ad se omnino importari nõ permiserint, quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effoeminari arbitrentur. Tum ad negocia, nec minus ad cõuiuia, procedunt armati. Diem noctemque, continuare potando, nulli probum. Crebræ vt inter temulentos rixæ, rarò conuictijs, sæpius cæde & vulneribus transiguntur. De reconciliadis inuicem inimicitijs & iungendis affinitatibus, adiscendis principibus, de pace denique & bello plerunque, in cõuiujs consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris, licetia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, postera die retractatur, & salua vtriusque temporis ratio est. delibent dum fingere nesciunt, constituunt dum errare non possunt. Aleam, quod mirere, ait Tacitus, sobriè inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, vt cum omnia defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendant. Victus, voluntariam seruitutem adit. quanuis iunior, quanuis robustior, alligari se ac venire patitur. ea est in re parua pernicitas: ipsi fidem vocant. Seruus conditionis huius, per commercia tradunt, vt se quoque pudore victoriæ exoluant. Genus spectaculorum vnum, atque in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem parauit, ars decorem. non in questum aut mercedem. quanuis audacis lasciuie precium est, voluptas spectantium. Argentum & aurum propicij an irati dii negauerint, dubito, Tacitus inquit. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere. quis enim scrutatus est? possessione & vsu haud perinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quàm quæ humo finguntur: quanquam proximi Oceano, ad vsum commerciorum aurum & argentum in precio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius & antiquius permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos Bigatosque. Argentum quoque magis quàm aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilius vsui est promiscua & vilis mercantibus. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modò à singulis, sed publicè mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae, torquesque. Iam & pecuniam accipere, inquit, docuimus. Mos est ciuitatibus, vltro ac viritim conferre principibus aliquantum vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit. Fœnus agitare & vsuras exercere, apud Germanos ignotum, ideoque magis seruetur, quàm si vitium esset. Literarum secreta viri pariter & foemina ignorant. Latrocinia, ait Iulius, nullam apud Germanos habent infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis sunt, atque ea iuuentutis exercendæ & desideria minuendæ causa fieri prædicant: atque vbi quis ex principibus in concilio dixerit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur: confurgunt hi qui & causam & hominem probant, suumque auxilium pollicentur, atque ab multitudine collantur. qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita potestas aut libera est, & duces exemplo potius quàm imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præfunt. Cæterum neque anima ducere, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus, permittuntur: non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt, effigiesque & signa quædam detracta lucis in prælium ferunt. Verum Iulius scribit, magistratus qui bello præfunt, & vitæ & necis potestatem habere. Centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur. quod primo numerus fuit, iam nomen & honor est. Acies per cuneos componitur. Quodque præcipuum fortitudinis in citamentum est, nõ casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiaræ & propinquitates, & in proximo pignora, vnde vlulatus foeminarum audiri, vnde vagitus infantium: hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt: nec illa numerare, aut exugere plagas pauent, cibosque & hortamina pugnâibus gestant. Memoriae proditur, quædam acies inclinatas iam & labantes, à foeminis restitutas constantia precum & obiectu pectorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longè impatientius foeminarum suarum nomine timent: adeò vt efficacius obligentur animi ciuitatum, quibus

Cereuicia descriptio.

4. bel. gal. 2.

Conuiuia.

Alea.

Spectacula.

Vetusta mercium permutatio.

Latrocinia.

6. b. Gal. 10.

Reges bellici apparatus.

6. b. gal. 10.

Mulierum virtus.

Mulierum apud Germanos olim quanta auctoritas.

quibus inter obsides puellæ quoq; nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum ali-
quid & prouidum putant; nec aut consilia foeminarum aspernantur, aut responsa ne-
gligunt. Refert Tacitus, vidisse se sub dino Vespasiano Velledam, diu apud plerisque
numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam & complures alias venerati sunt, non
adulatione, nec tanquam facerent deas. Herculem primum omnium virorum forti-
um, ituri in prælia, canunt. sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem bar-
ritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnae fortunam ipso cantu auguran-
tur. terrent enim trepidantve, prout sonuit acies. nec tam vocis ille, quam virtutis
concentus videtur. affectatur præcipue asperitas soni & fractum murmur, obiectis
ad os scutis, quo plenior & grauior vox repercussa intumescat. In bello rari gladijs
aut maioribus lanceis vtuntur. hastas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt angusto
& breui ferro, sed ita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel comi-
nus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est. pedites &
missilia spargunt, pluraq; singuli, atq; in immesum vibrant, nudi aut sagulo leues. nul-
la cultus iactatio: scuta tantum leuissimis coloribus distinguunt, paucis loriceæ, vix vni
alterive cassis aut galea. Equi non forma aut velocitate cõspicui, sed nec variare gyros
in morem nostrum (inquit Cornelius) docentur. in rectum aut vno flexu dextros agunt,
ira coniuncto orbe, vt nemo posterior sit. in vniuersum æstimant plus penes peditem
roboris, eo que mixti præliantur, & congruente ad equestrem pugnam velocitate pe-
ditum, quos ex omni iuuetute delectos ante aciem locant. Succi autem, vt Iulius au-
thor est, prælijs sæpe ex equis desiliunt, & pedibus præliantur, quosque eodem remane-
re vestigio assuefaciunt, ad quos celeriter, si vsus est, se recipiunt. Cum in acie ven-
tum est, inquit Cornelius, turpe principi, virtute vinci: turpe comitatu, virtute princi-
pis non æquare. Iam verò infame in omnem vitam ac probrosam, superstitem principi
ex acie recessisse: illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ eius assignare,
præcipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro principe.
Cedere loco, dum rursus intes, tam consilij quam formidinis arbitrantur. corpora
suorum etiam in dubijs prælijs referunt: scutum reliquisse, præcipuum flagitium est:
nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas. multi que superstites, bello-
rum infamiam laqueo finierunt. Si ciuitas in qua orti sunt, longa pace & ocio torpeat,
plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum
aliquod gerunt. quia & ingrata genti quies, & facilis inter ancipitia clarescunt, ma-
gnumque comitatum non nisi vi belloque tueatur. exigunt enim principis sui liberali-
tate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ &
conuictus quanquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt. materia
munificentia per bella & raptus. nec arare terram, aut expectare annum tam facile
persuaseris, quam vocare hostes & vulnera mereri. pigrum quinimo & iners videtur,
sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Funerum apud Germanos nulla am-
bitio. Id solum obseruatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis cremantur. stru-
em rogi nec vestibus nec odoribus cumulant, sua cuique arma, quorundam igni & equus
adijcitur. sepulcrum cæspes erigit. monumentorum arduum & operosum hono-
rem, vt grauem defunctis, aspernantur. lamenta ac lachrymas citò, dolorem & tristiti-
am tardè ponunt: foeminis lugere honestum est, viris meminisse. Hæc ferè de Germa-
norum veteri virtute apud scriptores historiarum leguntur, atq; hoc virtutum monu-
mentum Carolus princeps longè optimus expressit, cuius reliqua gesta commemo-
rare libet. Carolus accepta imperij potestate, Paschalem & Campulum coniura-
tionis in pontificem reos, capite plectendos censuit. Sed pius pontifex à Carolo preci-
bus obtinuit, vt vitam his donaret, quos Carolus tamen in Franciam relegauit. Suade-
bant tum nonnulli Carolo, vt omnes Longobardos Italia pelleret. Sed cum gentem
tam multis Italiae populis affinitate & consanguinitate iunctam videret, nec eijcere
tutum, nec delere humanum putauit. Itaque pontifex imperatorque constituerunt,
vt vbi sedem ducentos & amplius annos ac status sui fundamenta habuissent, Papiæ,
Mediolani, & in quibusdam locis alijs trans Padum, genti Longobardæ nomen & so-
lum patrium maneret, & vt propinquior coniunctiorque nominis Ro. memoria si-
nes illis faceret certiores, quicquid exarchatus Rauennatus fines complectitur, Ro-
mandiolam placuit appellari. Græcos autem Carolus Italia pellere statuit pacis tuen-
dæ causa, reliquitq; Pipinum ad eam rem peragendam, qui mox Beneuentum obsedit,
licet non profecerit. Theate se conferens, oppidum vi captum incendit ac diripuit. In-
de Orto-

Arma.

Id re ipsa
probarum
est in pre-
lio Phari-
lico, 3 bel.
ciuil 63.
4. bel. gal. 2.

Principis
honor.

Funera.

Carolus
Imp. Italia
pacavit.

Romadiola

de Ortonam & Luceriam mouens, eas ciuitates timore percussas, in deditionem ac-
cepit. Grimoaldum Beneuentanum ducem Luceria cepit, qui non multo post dolo-
re animi perijt. Interea Irene Constantinopolitana imperatrix, missis legatis, cum Ca-
rolo pacem & foedus iniit, diuisumque est imperium his terminis, vt Irene pro Græcis
ea parte Italiae potiretur, quæ ad dextram Neapoli incipiens, ad sinistram Siponto, quæ
vrbis nunc Manfredonia dicitur, infero superoque mari clauditur, vnà cum Sicilia. Re-
liqua Italiae pars Carolo ipsi ex foedere obtigit. Beneuentanus autem gentis Longo-
bardæ dux, etsi Græco magis fauebat, neutri tamen parti subditus erat: & Veneti pa-
riter in Italiae altera parte etsi Græco magis consentiebant, quam Romano, non ta-
men in illius potestate erant. Quæ Ecclesiæ Romanæ fuerant, in has manus non vene-
runt. Incidère res illæ translari imperij in annum 801. Sunt qui vnum adijciant, fuit-
que hic annus circiter 468. ab eo quo Byzantion Constantinus imperij sedem tran-
tulit. Cæterum patricius Nicephorus Irenen imperio deiecit ob Caroli fauorem.
Carolus per Hetruriam transiens, in memoriam acceptæ dignitatis, Florentiam vr-
bem magna ex parte desolatam reparauit, vrbanamque nobilitatem variè per vicina
oppida diffusam reduxit, & maiora insuper circunducere moenia maiore ambitu pro-
curauit. hæc Palmerius. Quæ autem tunc, refert Blondus, manserit Romanæ vrbi for-
ma regiminis, à nullo tradi vidimus. Tam multa de gestis Leonis papæ Bibliothecari-
us scripsit, vt non mirari nequeam, * vllum illi verbum de vrbs administratione ex-
cidisse. conijcimus quod Leo diuinus intentus, vrbs administratione omnino abstineret.
Circa hæc tempora Iudæus in Syria quadam die in vilipendium Christiano-
rum, imaginem Christi lancea suffodit, & mox sanguis vberim effluxit: quo prodigio
timore correptus, ne sanguis deperiret, vas vulneri apposuit: quo vsi plurimi, sani-
tati restituti sunt. Iudæi ad fidem Christi conuersi, miraculum hoc ad episcopum re-
ferunt, à quo baptizati sunt. Sanguis verò longè lateque missus, peruenit Mantuam,
vbi propter crebra miracula magno in precio habitus est. Et Carolus imperator his
auditis, ad Leonem papam scripsit, vt de hoc eum certior redderet. Leo verò cum
seditionibus vexaretur crebris, Mantuam proficiscitur, à Mantuanis benignè susce-
ptus est, approbatoque Christi sanguine ob frequentiam miraculorum, quod & alij
pontifices post eum fecerunt, ad Carolum Leo pergit, certum facit de præmissis. de-
inde in Italia, adiuuante Pipino rege, mandato patris de quibusdam coniuratis & se-
ditionis non sine clementia supplicium sumptum est. Nicephorus, Constantinopo-
litanus imperio assumpto anno salutis 803. misit foederis instaurandi causa legatos ad
Carolum in Germaniam, vbi cautum est, quod Veneta vrbs maritima vtrunque im-
peratorem reuerita, proprijs vteretur legibus: siue bello, siue pace, neutrius partis
censeretur. Vnde paulò post dux Venetorum, necnon Paulus dux Graduum, & epi-
scopus eiusdem ciuitatis, legati ad Carolum cum donis venientes Salisburgam, ordi-
nationem receperunt, quo iure viueret, eiusque pacis formulam Carolus
Romano pontifici insinuauit. Eodem itaque anno Aaron Admirathus Saraceno-
rum, trecenta millia pugnatorum in subiectas Constantinopolitanis Asiae prouincias
duxit. Territus Nicephorus, pacem ab illo abiectionem petijt, quam iniquissimis con-
ditionibus obtinuit, solenni foedere pactus, se quotannis illi trecenta millia aureo-
rum pro imperij indemnitate in tributa persolvere. Paulò tamen post nequaquam
vltus sano consilio, Stauracium filium imperij consortem declarauit, qui adolescens
à turpi genitoris cum Saracenis pacto discedens, multa diuersis in locis accepit in-
commoda. Et Nicephorus interim omnibus viribus Bulgarorum regno incumbere
bat. Ita neglecto Saraceno, nunquam ferè antea maius detrimentum Græci imperij
status accepit. conabatur hic & Italiae res labefactare, opportunam sibi ratus materiam
inestinas Venetorum seditiones. Erat Gradenis antistes Fortunatus, pontifi-
cis Rom. Carolique inprimis studiosus, & Venetis ducibus non abs re maxime in-
sensus. Is cum vitandarum insidiarum causa ad Carolum venisset, Venetam in im-
perium fidem inuidia argumento accusauit. Igitur Pipinus Caroli filius rex Itali-
& Equilium loca terrestria inuadit. sed ciues munitionibus diffisi, desertis his lo-
cis, Venetias migrarunt, estque ex illis hodie prima in Venetis nobilitas. Interim
difficile erat etiam Carolo imperatoris filio cum Dacis Sclauisque negocium,
quod cum virtute sua iuuenis & paterna indole feliciter gessisset, Carolus Imp. fi-
lijs conuocatis, condidit testamentum, quod infra legetur. Eo tempore Nice-
phorus

Diuisio im-
perij.

Florentia.

* nullum

Sanguis Chri-
sti apud
Mantuanos.Venetos su-
is legibus
vri.Nicephor^{us}
Imp. Con-
stantinop.Pipini cum
Venetis bel-
lum.Daci &
Sclauis sub-
acti.

N n n

phorus

phorus Venetis auxilio classem misit, cum adhuc Pipini res penderent ambigua: atque ista classe lacesitus, Venetias terra marique petitas, in potestatem suam accepit, ducum Venetorum Obederij & Beati, vt putant, studio. Rursusque noua pacis conditione cessatum est, vt nihil esset eis cum imperatore Græco commune. Quod enim mercaturæ suæ causa, qua Orientem accedebant, commode fieri non posset, cum Græco in gratiam redire. Ibi Pipinus rei vindicandæ ardore classem instruit, Venetos obsidet, ponte ligneo sibi facturus viam. sed hic à Venetis igni & ferro refractus est, fertur in eo ingens nostrorum manus periisse. verum facit tanta authorum diuersitas, vt breuior, quæ à fide non abhorreat, tantum secter. Isto ferè tempore Carolus pro suo religionis studio, Vlmam regiam villam abbati & conuentui Augiæ maioris dedit, qui Ecclesiæ iura, decimas, tributa, pensiones, per præfectos suos inde accipiebat. Sed Vlmenses iam ad libertatem suam non sine maximo (vt legimus) incommodo redierunt. donationem suam Carolus literis confirmauit, quarum hæc exemplum habes: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuina fauente gratia Imp. Augustus: Si sanctorum monasteriorum loca, ne labantur, frequenter sustentamus, sustentando ditamus, non solum Deum per hoc nobis placamus, sed etiam nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium presentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Vlmam nostram regalem villam pro animæ nostre ac parentum nostrorum remedio, ad monasterium quod constructum est in insula, quæ in Alemanniæ partibus sita, * Sintleohesuna nuncupatur, vbi venerabilis præsul Hetto spiritali turmæ præest, cum omnibus appendicijs suis & locis adiacentibus tradimus atque transfundimus, vt fratres ibidem regulariter subsistentes, & diuino operi die nocteque iugiter insudantes, dum à nostris sumptibus alacriter procurantur, assiduis eorum precibus Deum nobis propitium facere dignentur: vtque prædictus Hetto cum fratribus suis, monachis videlicet atque clericis in præfata insula, exterioribus curis remotis, Deo seruire liberius atque securius insistere valeat, cum ipsius abbatis desiderio suorumque monachorum rogatu, Adelbertum cognatum nostrum, in supradicta Vlma aduocatum ac defensores constituimus: & eundem, quia quales futuri homines sint, ignoramus, ne statuta nostra vel quisquam suorum successorum transgrediatur, in presenti cum iuramento tenaciter obligamus. Hac de causa nostræ placuit prouidentia, eodem Adelberto defuncto, in presentia abbatis suorumque successorum ac fratrum, videlicet monachorum, hoc perpetua ponere potestate, vt sapientum vsi consilij, ex his quos inter potentes seculi nouerint & inuenerint meliores & æquitatis * amatores, eligant huic loco, sicut & in cæteris locis suis competenter aduocatos & defensores, eo tamen tenore, vt quando cunque sui commissi præuaricator aut in rebus vel hominibus, quod vulgo *Walmund* dicitur, existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiam perdat. Qui aduocatus & omnes sui successores, quale seruitium in præfata villa Vlma, ab Augensi abbate eiusdemque ministris deinceps percepturi, vel quale iustitiam ipsi abbatibus sint facturi, breuiter hæc determinauimus. Statuimus ergo & præcipimus, si præsens Adelbertus aduocatus, vel quisquam suorum successorum in prædicta villa placitare voluerit, quando vel qualiter aut quoties hoc fiat, in abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponatur, vt non cum pluribus quam xxx. equis ad placitandum veniat, & tale seruitium quale tunc reperitur, & quod prædictæ militum & equorum multitudi-
 * amatores
 nini congruat & sufficiat, eidem aduocato prælibato abbas decenter & honestè exhibeat. Et vt hoc nunc & in futuro cunctis pateat, regali nostro imperio sancimus & confirmamus, vt nullus aduocatus in præfata villa maius seruitium ab Augensi abbate vel à suis ministris quasi ex debito exigat, aut ad libitum sibi statuatur ipse, siue quasi ex iure vltra statutum quicquam vsurpare sibi vel vendicare audeat. Insuper statuimus atque iubemus, quicquid placitando ibidem acquirat, tertia parte sibi retenta, duas abbati reddat, & nullum aduocatum vel exactorem præter se sine abbatis permissione constituat. Addimus quod nihil priuati muneris vel seruitij in eadem villa, vel à quodlibet locorum illuc pertinentium, siue à cellarijs, quasi ex debito & statuto sibi iure exigat, ac mansiones vel pernoctationes vsquam frequentare audeat. Quod si præsens aduocatus vel quisquam suorum successorum hæc nostra statuta transgrediatur, sine iudicio & absque spe recuperationis iubemus vt aduocatus statim priuetur, & alter melior ac iustitiæ amantior, sano consilio in eius locum subrogetur. Et vt hoc scriptum nostrum atque decretum ab omnibus firmiter obseruetur

uetur & obnixius, annuli nostri signo, sigilli que impressione firmari iussimus. Datum anno salutis 813.

GENERATIO XXVIII.

ANNO Domini 810. qui est annus imperij Caroli decimus, ac Leonis papæ 14. Ab origine mundi anno 9. supra 6. millia, ab vrbe condita 1560. incepit 28. generatio. Quo anno Pipinus rex Italiæ, filius Caroli imperatoris, defunctus est, ac anno hunc sequenti Carolus maior natus imperatoris filius, qui nuper Bohemos vastauerat, similiter mortuus est. ANNO Domini 812. Nicephorus Imp. Constantinopolitanus pugnant cum Bulgaris, occiditur, & Stauracius filius secundum aurem vulneratus, Constantinopolim reuersus, imperium assumpsit, quem tertio imperij mense Michael sororius eius deposuit, atque illi successit, qui deinde cum oratoribus Caroli fecit pacem ea conditione, vt Michael Orientem cum Constantinopoli, & Carolus Occidentem cum Roma haberet. Hispaniarum partes, quibus recipendis Carolus tantum insudauerat, imperatori Græco redditas ferunt, & Venetias ea immunitatis conditione, quam à Carolo acceperant, Græco accessisse. Deinde Carolus Imp. defunctis filijs Pipino ac Carolo, anno Domini 813. habito generali conuentu Aquisgranum, filium suum Ludouicum regem Aquitaniam, ad se vocauit, ei que coronam imponens, imperialis nominis sibi consortem fecit, Bernardum nepotem filium Pipini Italiæ præfecit, & regem appellari iussit. Concilia quoque iussu eius super statu ecclesiarum corrigendo, per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, vnum Mogunticæ, alterum Rhemis, tertium Cabillone, quartum Arelati, quintum in Turonibus. Eo anno pons Rheni apud Moguntiacum, quem imperator per decem annos ingenti labore & opere mirabili de ligno ita construxit, vt perenniter durare posse videretur, in mense Maio ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, vt præter hoc quod aqua tegebatur, ne vna quidem fastula maneret. ANNO sequenti, hoc est, 814. Carolus rex atque imperator dum Aquisgranum hyemaret, febre & pleurisi tactus, quinto Kalend. Februarij rebus excessit humanis. Anno itaque Domini 814. Carolus Imp. gloriosissimus in palatio suo Aquisgranum, vbi principalem regni Francorum sedem constituit, finem vitæ suæ Christianissimè conclusit, anno regni Francorum 46. subactæ verò Italiæ 43. imperij autem anno 14. ætatis suæ 72. Cuius quidem virtutes atque merita, resque gestas tum domi tum foris, præ multitudinem atque magnitudine narrare ad plenum non sufficimus. nam eius studio atque industria Francorum regnum, quod à patre Pipino magnum quidem & forte susceperat, ita notabiliter ampliauit, vt penè duplum reddiderit. cum enim prius non amplius quam ea pars Gallia, quæ inter Rhenum & Ligerim flumium, Oceanumque & mare Balearicum iacet, & pars Germaniæ quæ inter Saxoniam & Danubium & Salam flumium, qui Thuringos & Sorabos diuidit, postea incolitur à Francis qui Orientales dicuntur, & præter hæc Alemanni atque Boioarij ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse iure belli primò Aquitaniam & Vasconiam, totumque Pyrenæi montis iugum & vsque ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertilissimos Hispaniæ agros secans, sub Dertosa ciuitatis moenia Balearico mari miscetur. Deinde Italiam totam ab Augustis prætorijs vsque in Calabriam minorem, vbi Græcorum ac Beneuentanorum constat esse confinia. Tum Saxoniam citra & trans Albim, quæ Germaniæ quidem magna pars est, & eius quæ à Francis colitur, duplum in loco habere putatur, deinde vtranque Pannoniam, & appositam in altera Danubij ripa Daciam, Istriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam & iunctum cum eo foedus, Constantinopolitanum imperatorem habere permittit. Deinde omnes barbaras & feras nationes, quæ intra Rhenum ac Vistulam flumines, Oceanumque ac Danubium positæ, lingua quidem penè similes, moribus verò atque habitu valde dissimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit, vt eas tributarias efficeret. Auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi coniunctis. Aded nanque Adelfonsum Gallitiæ atque Asturiæ regem sibi societate deuinxit, vt is cum ad eum literas vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium suum appellari iuberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem inclinatos, vt eum nunquam nisi dominum, seque subditos & seruos eius pronunciarent. Cum Aaron rege Persarum, qui excepta India, totum penè tenebat Orientem, talem habebat amicitiam, vt is gratiam eius omnium qui in

Michael
Constantin.
Imp.

Pons Mo-
guntiacus
conflagrauit.

Diu Caroli
Casus in-
teritus.

Quas Caro-
lus gentes
deuicere.

Munera ex Oriente ad Carolum missa.

Leo Armeniacus Imp. Constant.

Quor passum sic Rhenum apud Moguntiam latitudo.

* Vaalim
* Vualim

Caroli vxores & nati.

roto erant orbe, regum ac principum amicitia preponeret. Misit enim idem rex legatos anno Domini 807. ad Carolum, deferentes ei munera, papilionem, tria tentoria vario colore distincta, mirae magnitudinis & pulchritudinis, omnia byssina, tam tentoria quam funes eorum, praeterea pallia serica multa & preciosa, atque vnguenta ac balsamum, necnon & horologium ex aurichalco arte mirifice compositum, in quo 12. horarum cursus ad clepsidram vertebarur, cum totidem areis pilulis, quae ad complerionem horarum decidebant, & casu suo subiecti sibi cymbalum tinnire faciebant, additis eiusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras coepletis horis exibant, & impulsu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant aperta, clauderant. alia quoque multa erant in ipso horologio, quae enumerare longum est. Imperatores alij Constantinopolitani vltro amicitiam & societatem eius experentes, complures ad eum miserunt legatos, cum quibus etsi suspectus propter susceptum a se imperatoris nomen, foedus firmissimum statuit, vt nulla inter partes scandali remaneret occasio. Erat enim omnino Graecis Romanisque suspecta Francorum potentia. Vnde & illud in ore Graecis semper fuit, τὸν φράγκων φίλον ἔχει, γείτονα ἔδου. id est, Francum amicum habere, vicinum autem non. Nam ita ferè humani ingenij libidine comparatum est, vt inter se vicini gloria & inuidia certent. Manserat haecenus integrum cum Carolo Graecorum foedus Nicephori imperio, sed cum apud Adrianopolin à Bulgaris biennio postquam imperare coeperat, victus & fugatus imperio se abdicasset, Leo Armeniacus imperator lectus, amicitiam castè seruauit, quod afflicto Occidenti summopere necessaria videbatur. Bulgaros enim, eorum rege capto, domuit. Carolus insuper opera ad regni decorem & commo ditatem pertinentia diuersis locis inchoauit, quaedam etiam consummauit, inter quae praecipua est Ecclesia S. Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, ad cuius structuram à Roma & à Rauenna columnas & marmora deuehi fecit, sacrasque aedes vbicunque in toto regno suo collapsas, pontificibus & abbatibus ad quos pertinebant, vt restaurarentur, imperauit. Fertur etiam fundasse secundum ordinem literarum numerum monasteriorum, fecisseque omnes literas alphabeti aureas, & in vnoquoque vnam posuisse. Fecit & pontem apud Moguntiam in Rheno quingentorum passuum. nam tanta ibi est fluminis latitudo, qui tamen anno ante mortem ipsius, vt dictum est, conflagrauit. Irem Carolo apud Regensburg moranti propter Hunnos, persuasum est, fore vt à Rheno in Danubium nauigari posset, si inter Radian tiam & Altimonam fluuius fossa duceretur, quae esset capax nauium, quia horum fluuiorum alter Danubio, alter Rheno miscetur. Confestim rex ad locum opportunum accelerat, ac magna hominum multitudine congregata, totum autumnus tempus in hoc consumpsit. ducta est itaque fossa inter praedictos fluuios duum millium passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine, sed frustra. nam propter iuges pluuias & terram quae palustris est natura, opus stare non potuit: sed quantum interdum egestum fuerat, tantum noctibus humo iterum relabente, subsidebat. Inchoauit & palatia operis egregij: vnum haud longè à Moguntia, iuxta villam Ingelheim, qua in villa fertur natus ex Pipino Francorum rege & Bertha Vngara, vt Gotfredus testatur, alterum palatium Nouimagij super * Basulam fluuium construxit. Vxores successiue habuit plures. primam matris hortatu Hirmigardam filiam Desiderij regis Longobardorum duxit, quam tamen post annum repudiavit ex causa (vt creditur) iusta, deinde duxit nobilissimam è Sueuorum gente puellam nomine Hildegarden, de cognatione Gotfredi ducis Alemanorum, hoc est, Sueuorum. Gotfredus dux genuit Hochingum, Hochingus genuit Nebi, Nebi autem genuit Immam, Imma verò peperit Hildegarden reginam. Carolus ex hac genuit tres filios, Carolum, Pipinum & Ludouicum. In hoc consentiunt omnes. Mortua autem est Hildegardis anno Domini 783. pridie Kalen. Maij. Eodem anno venit rex Carolus Vormatiam, & duxit in vxorem filiam Rudolphi comitis de Orientali Francia, nomine Fastradam, ex qua genuit duas filias Theodoratam & Hiltrudem. de Hildegarde praemortua vxore supererant etiam tres filiae, Rutrudis, Bertha & Gisela. ANNO autem Domini 794. obiit regina Fastrada, & in S. Albano Moguntiae honorifice extitit sepulta. Defuncta Fastrada, Lutgardam Alemanam vxorem duxit, de qua nihil liberorum tulit, vt Enardus aulicus de gestis Caroli tradidit, vbi etiam subiunxit Carolum habuisse post mortem Lutgardae tres concubinas, Gersuindam Saxonici generis, de qua filia nomine Adeltrada nata est, & Reginam quae ei Drugonem & Hugonem genuit, & Alindam quae Theodoricum peperit. multa sunt & varia, quae passim legun-

leguntur. quare missa haec facio. Quod autem solum habuerit tres legitimos filios, inducit me ad credendum forma testamenti ipsius Caroli, cuius fuit talis tenor: In nomine patris & filij & spiritus sancti, Imp. Caesar Carolus, rex Francorum inuictissimus, & Rom. rector imperij, pius, felix, victor ac triumphator semper Augustus, omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, qui sub nostro imperio constituti sunt. Sicut omnibus vobis notum esse credimus, quomodo diuina clementia, cuius nuru ad occasum tendentia secula per successiones generationum reparaciones generantur, tres nobis dando filios, magno nos miserationis ac benedictionis suae ditauit munere, quia per eos secundum vota nostra spem nostram de regno confirmauit, & curam obliuioni obnoxiae posteritatis leuiorem fecit. Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quod eosdem per Dei gratiam filios nostros regni à Deo nobis concessi, donec in corpore sumus, & post nostrum ab hac mortalitate discessum, huius à Deo conseruati & conseruandi regni vel imperij nostri haeredes relinquere, si sic diuina maiestas annuerit, optamus, non vt confuse atque inordinatè aut sub totius regni iurgium vel litis controuersiam eis relinquamus, sed trina partitione totum regnum diuidentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat, describere & designare volumus, eo videlicet modo, vt sua quisque portione contentus, iuxta ordinationem nostram & fines regni sui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adiutorio nitatur defendere, & pacem atque charitatem cum fratre custodire. Diuisiones verò à Deo conseruati & conseruandi imperij vel regni nostri tales facere placuit, vt Aquitaniam totam atque Vascomiam, excepto pago Turonico, & quicquid inde ad Occidentem atque Hispaniam respicit, & de ciuitate Niuernis quae est sita super fluuium Ligerim, cum ipso pago Niuernensi pagum Analensem, atque Alensem, Cabillonensem, Matiscensem, Lugdunensem, Sabaudiam, Tarantasiam, montem Ciniisum, vallem Segusianam vsque ad Clusas, & inde per terminos Italicorum montium vsque ad mare: hos pagos cum suis ciuitatibus, & quicquid ab eis contra meridiem & occidentem vsque ad mare vel vsque ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundiae & Prouinciae & Septimaniae vel Gothiam, Ludouico dilecto filio nostro consignauimus. Italiam verò, quae & Longobardia dicitur, & Boioariam sicut Tassillo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina sunt Ingostestat & Lurabahoff, quas quondam Tassillo beneficio nostro tenuit, & pertinent ad pagum Nortgouue/ de Alemania partem quae in australi ripa Danubij fluminis est, & de ipso fonte Danubij currente limite vsque ad Rhenum fluuium in confinio pagorum Etegone & Hegone/ in locum qui dicitur Auge/ & inde per Rhenum fluuium sursum versus vsque ad alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad meridiem vel Orientem respicit, vnà cum ducatu Curienti & pago Durgoue/ Pipino dilecto filio nostro ordinamus. Quicquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Franciam & Burgundiam, excepta illa parte quam Ludouico dedimus, atque Alemaniam, excepta portione quam Pipino dedimus, Austriam & Neustriam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Boioariae quae dicitur Nortgoue/ dilecto filio nostro Carolo concessimus, ita vt Carolus & Ludouicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Carolus per vallem Augustanam, quae ad regnum eius pertinet, & Ludouicus per vallè Segusianam, Pipinus verò & exitum & ingressum per alpes Noricas atque Curiam. Haec autè tali ordine disposuimus, vt si Carolus qui maior natus est, prius quam ceteri fratres sui obierit, pars regni quam habebat, diuidatur inter Pipinum & Ludouicum, sicut quondam diuisum est regnum inter nos & fratrem nostrum Carolomannum, eo modo, vt Pipinus illam portionem habeat, quam frater noster Carolomannus, Ludouicus verò illam partem quam nos suscepimus. Si verò Carolo & Ludouico viuentibus, Pipinus debitum sortis humanae compleuerit, Carolus & Ludouicus diuidant inter se regnum quod ille habuit, vt ab ingressu Italiae per Augustam ciuitatem accipiat Carolus Vercellas & Papiam, & inde per Padum & fluuium termino currente vsque ad fines Rhegiensium, & ipsum Rhegium, & ciuitatem nouam atque Mutinam vsque ad terminos S. Petri. has ciuitates cum suburbanis territorijs, & quicquid inde Romam pergenti est ad leuam, vnà cum ducatu Spoletino accipiat Carolus. Quicquid autem à praedictis ciuitatibus Romam eunti ad dextram iacet de praedicto regno, id est, portionem quae remansit de regione transpadana vnà cum ducatu Tusco vsque ad mare australe & vsque ad illius prouinciam,

ciam, Ludouico cedat. Quòd si ceteris superstitibus Ludouicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ, quam regno eius adiunximus, cum Pronincia & Septimania siue Gothia vsque ad Hispaniam Pipinus accipiat, Carolus verò Aquitaniam atque Vasconiam. quòd si filius cuiuslibet horum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit, ut patri suo succedat in regni hæreditate, volumus ut consentiat patri ipsius, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni paterni. Placuit etiam inter prædictos statuere atque præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuò manere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos vel regni limites inuadere presumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnū eius vel marcas * munidas, sed adiuuet vnusquisq; illorum fratrem suum, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationē & possibilitatem, siue in patria, siue contra ceteras nationes. De fratrum concordia. Neque aliquis illorum, homines fratris sui pro quibuslibet causis seu culpis ad se confugientes suscipiat ad intercessionem pro eis faciendā: quia volumus ut quilibet homo * peccatis & intercessionē indigens, intra regnum domini sui vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde iustam intercessionem mereatur. Similiter volumus, ut quemlibet liberum hominem qui dominum suum contra voluntatem eius dimiserit, & de vno regno ad aliud profectus fuerit, neque ipse rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, ut talem recipiant. hoc non solum de liberis, sed etiam de seruis fugitiuis statuimus obseruandum. Quapropter præcipimus, ut post nostrum discessum vnusquisq; accipiat beneficia in regno domini sui, & non alterius, ne fortè per hoc, si aliter fiat, scandalum possit aliquod accidere: hæreditatē autem suam habeat vnusquisque illorū hominum absque contradictione, in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit. Ut vnusquisque liber homo licentiā habeat post mortem domini sui se cōmendandū inter hæc tria regna ad quocunque voluerit, similiter & ille qui nondum alicui cōmendatus est. De traditionibus autē & venditionibus quæ inter partes fieri solēt, præcipimus, ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius aliquā traditionem vel venditionem à quolibet homine rerum immobilium, hoc est, terrarum, vinearum, sylvarum, suorumque qui iam casati sunt, siue ceterorū quæ hæreditatis nomine censentur, ex auro & argento & gemmis, armis ac vestibus, necnon & mancipijs nō casatis, & his speciebus quæ propriè ad negociatores pertinere noscuntur: ceteris verò liberis hominibus hoc minimè interdendum iudicauimus. Si causā controuersæ inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum testimonio diffiniri non potest, volumus quòd ad declarationem rei dubiæ, iudicio crucis Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec vnquam pro tali causā cuiuslibet generis pugna vel campus ad examinationem indicatur. si verò homo de vno regno, hominem de altero de infidelitate contra fratrem domini sui apud dominum suum accusauerit, mittat eum dominus eius ad fratrem suum, ut ibi comprobet quod dixit. Super omnia autem iubemus, ut ipsi tres fratres curam & defensionem ecclesiæ S. Petri simul suscipiant, sicut quondam ab auo nostro Carolo & beatæ memoriæ Pipino rege, & à nobis postea suscepta est, ut eam cum Dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur, & iustitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit, habere faciant. Similiter & de ceteris ecclesijs, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus, ut iustitiam suam & honorem habeant, & pastores atque rectores venerabilium locorum, habeant potestatem rerum quæ ad ipsa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum ecclesiarum possessiones fuerint. De filiabus autē nostris iubemus, ut post nostrum decessum licentiā habeat vnaquæque eligendi, sub cuius fratris tutelam se conferre velit, & quæcunque ex illis monasticā vitam elegerit, liceat ei honorificè viuere. Quæ autem iuste & rationabiliter à condigno viro ad coniugium quæsita fuerit, ei que conjugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus suis, si & viri postulantis, & foeminae consentientis honesta & rationabilis fuerit voluntas. Postremò statuimus, ut quidquid adhuc de rebus ac constitutionibus his nostris decretis addere voluerimus, sicà prædictis dilectis filijs nostris obseruetur, sicut ea quæ in his iam statuta sunt atque scripta. Hæc autem omnia ita disposuimus, atque in ordinem firmare decreuimus, ut quandiu diuinæ maiestati placuerit hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super à Deo conseruatum regnum atque imperium istud, sicut hactenus fuit, & ut obedientes habeamus prædictos filios nostros, atque Deo amabilem populum nostrum, cum omni subiectione quæ patri à filijs, & imperatori ac regi à

Principibus
tuenda Ec-
clesia.

gi à suis populis exhibetur. Amen. Quia verò duos filios Pipinum & Carolum, antequam moreretur, amisit, quorum Pipinus vnum filium Bernardum reliquit, filias autem quinque, ipse Carolus postea Ludouicum qui solus supererat, consorrem sibi regni & imperialis nominis hæredem instituit, Bernardum verò nepotem, regem Italiae fecit, vltimamque voluntatem in alijs condidit, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 811. regni Franciæ anno 43. & in Italia 39. imperij autem 11. De thesauris suis atque pecunia, quæ in camera inuenta fuit, illud præcipuè cauere voluit, ut non solum eleemosynarum largitio perficeretur, sed etiam ut hæredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquidò cognoscere possent. Hac igitur intentione omnem substantiam atque supellestem suam, quæ in argento, gemmisque & ornatu regio in illo die adesset, primò quidē trina diuisione partitus est, deinde easdem partes rursus diuidendo, de duabus partibus 20. & vnam fecit, tertiam integram reseruauit, ut quia in regno illius metropolitanæ ciuitates 20. & vna esse noscuntur, vnaquæque metropolis vnam ex xxj. partibus habeat. Et archiepiscopus qui tunc rector illius ecclesiæ extiterit, partem quæ ad suam ecclesiam data est, suscipiens, cum suis suffraganeis partiat, eo modo, ut pars tertia suæ sit ecclesiæ, duæ verò partes inter suffraganeos diuidantur. Nomina metropoleon, ad quas eadem eleemosyna sine largitio facienda est, sunt hæc: Rauēna, Mediolanum, Forumulium, Gradus, Colonia, Moguntia, Iuuania seu Saltzburg, Treuiris, Senones, Vefontium, Lugdunum, Rothomagum, Rheimi, Arelate, Vienna, Tarentasia, Ebrodunum, Burdegala, Turonum, Biturges. Vnius autem partis, quam integram reseruari voluit, talis est ratio, ut hæc tertia in vsu quotidiano versaretur, velut res quæ nulla obligatione alienatam esse constaret, & hoc tam diu, quoad usque, vel ille mansisset in corpore, vel vsū eius sibi necessarium iudicaret. post obitum verò ipsius, aut voluntariam secularium rerum carentiam, eadem pars quatuor subdiuisionibus secaretur, & vna quidem earum suprascriptis xxj. partibus adderetur, altera filijs & filiabus suis, filijsque ac filiabus filiorum suorum iusta & rationabili inter eos partitione diuideretur: tertia verò in vsū pauperum erogaretur, quarta simili modo in nomine eleemosynæ, in seruorum & ancillarum vsibus palatij famulantium sustentationē distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summæ portionem, adiungi voluit omnia ex ære & ferro, alijsque metallis vasā atque vtenilia, cum armis & vestibus ac supellestili, ut sunt cortinae, fragula, tapetia, coria, sagmata. Erant in thesauris preciosioribus regis mensæ quatuor, argenteæ tres, alia aurea. Ex argenteis vnam, quæ simulacrum vrbis Constantinopolitanæ continebat, templo diui Apostoli Petri Romæ, alteram in qua vrbis Romæ effigies exculpta erat, Rauennati ecclesiæ dicauit. Tertia, quæ totius orbis imaginem præferebat, cum aurea ad filios peruenit. Paulò ante mortem Caroli anno Domini 810. Cacannus princeps Hunnorum, dudum victus à Carolo, propter necessitatem populi sui eum adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum prope Carnotum, quia propter infestationem Sclauorum in pristinis sedibus esse non posset. Quem imperator benignè suscepit. erat enim Cacannus Christianus, nomine Theodorus. & precibus eius annuens, muneribus donatum abire permisit, qui rediens ad populum suum, pauco tempore trāsāto obiit. Verum misit Cacannus successor vnum de optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum, quem Hunnorum princeps habere solebat. Cuius precibus imperator assensum præbuit, & summam totius regni iuxta priscum eorum ritum, Cacannum habere præcepit. Cæterum in instituentis liberis præcipuam adhibuit curam, ut mares bonis disciplinis, foeminae lanificio erudirentur. Amabat peregrinos & in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeò ut eorum multitudo non solum palatio, sed etiam regno videretur merito onerosa. ipse tamen præ magnitudine animi pondere hoc minimè grauabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compensaret. Corpore fuit robusto, statura eminenti. nam septem suorum pedum proceritatem eius constat fuisse mensuram, apice capitis rotundo, oculis prægrandibus atque vegetis, naso paululum excedenti, canicie pulchra, facie læta & hilari, vnde formæ autoritas & dignitas tam stanti quàm sedenti acquirebatur. incessu erat firmo, totaque corporis habitudine virili, voce clara quidem, sed quæ minùs corporis formæ conueniret. valitudine prospera, præterquam quòd antequam decederet, per quatuor annos crebrò febribus corripiebatur. ad extremū etiam vno pede claudicabat. erat eloquentia copiosus & exuberans, poteratque quidquid velle aptissimè

Eleemosy-
na ex Caro-
li thesauris.

Quatuor
preciosæ ta-
bulæ.

Caroli in
Hunnū be-
nevolentia.

Liberorum
cura.

Statura Ca-
roli & habi-
tus.

exprimere, nec patrio sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam dabat, in quibus Latinam linguam ita didicit, ut ea perinde ac patria lingua orare sit solitus. Græcam verò melius intelligere, quam pronunciare poterat. artes liberales studiosissimè coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis extulit honoribus. in discendis Græcis Petrum Pisanum audiuit, in cæteris disciplinis Alcuinum diaconum de Britannia, præceptorē in Rhetorica, Dialectica ac Astronomia habuit: discerebat & artem computandi, & intentione sagaci siderū cursum curiosissimè rimabatur. Narrat Iacobus de Columna, quod Alcuinus Anglicus à regibus Angliæ pro pace missus ad Carolum, ea fuerit apud eum autoritate, ut in Gallia maneret. Feruntur etiam illo tempore duo Scoti ex Bedæ discipulis Claudius & Iohannes, de Hybernia venisse in Galliam, viri in secularibus literis & in sacra scriptura incomparabiliter eruditi, qui inter mercatores quotidie clamabant: Si quis sapientiæ cupidus est, veniat. res ad Carolum defertur, qui vocatos interrogavit, sapientiā ne venalem haberent, inquirunt se venalem habere. à quibus cum rex inquireret, quid pro ipsa peterent, responderunt, loca tantum opportuna ac animas ingeniosas ac alimenta. Ingenti gaudio affectus rex, dum aliquot diebus audiisset eos, ac bellum ingrueret, vnum ex his Claudium, qui & Clemens dicitur, Parisij residere fecit, cui pueros nobilissimos commendavit: alterum verò Ticinum direxit, cui monasterium S. Augustini delegavit. Hoc initium habuit Parisiensis schola, quam Alcuini eruditio præcipua illustravit. nam eius adhuc monumenta nonnulla leguntur, & sunt qui putent eius esse glossam in biblijs ordinariam. Carolus exercebatur equitando ac venando iugiter, quod illi gentilitium fuit, quia vix vlla in terris natio inuenitur, quæ in hac re Francis possit æquari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum calidarum, corpus exercens frequenti natatu: ob hoc etiam Aquisgrani regiam extruxit, ibique extremam duxit vitam. In cibo & potu erat temperatus, sed in potu temperatior, ita quod rarò plus in coena quam ter aut quater biberet. cibo adeò abstinere non poterat, conquerebatur enim sæpe obnoxia sibi ieiunia. conuiuabatur rarissimè, & hoc præcipuis tantum festiuitatibus. coena quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur, præter carnem ferinā assam, qua ille libentius vescabatur. Inter cœnandum aut confabulatione, aut historiarum quarundam lectione delectabatur. Circa pauperes sustentandos & eleemosynam deuotissimus erat, ut qui non in patria sua solum id faceret, sed etiam transmarinis locis: in Syriam, Aegyptum & Africam, ad Hierosolymos, Alexandriam, Carthaginē, vbi Christianos in paupertate viuere compererat, penuriam eorum compatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maximè transmarinorum regum amicitiam expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium ac solatium proueniret. Honorabat præ cæteris locis in vrbe Roma B. Petri ecclesiam, in quā maxima donaria cōtulit: neque ille toto regno suo quidquam duxit antiquius, quam ut vrbs Roma sua opera suoque labore prisca polleret autoritate, & ecclesia S. Petri non solum tuta esset ac defensa, sed & præ omnibus ornata atque ditata, quā cum tanti faceret, tamē intra 46. annos quibus regnauerat, quater tantum votorū soluedorum ac supplicandi causa profectus illò est. Vltimò tamen eò venit, ut Leonē papam multis affectum iniurijs, sicut dictū est, restitueret: quo tempore nomen imperatoris suscepit. post susceptū imperiale nomen, cum aduerteret plura legibus populi sui deesse, cogitavit diminuta supplere, & discrepantia vnire, prauaque corrigere. omnium autem nationum quæ sub eius ditione erant, iura, quæ scripta non erant, scribi ac literis mandari præcepit. Item quæ maiores sui egissent, tantum barbaris monumentis obseruata, cultē scribi iussit. Anno imperij eius primo, ut refert Sigibertus, per omne imperium legatos ad faciendam iustitiam direxit, & legum capitula 23. instituit, vnum habetur in decretis dist. 19. sic: In memoriam B. Petri Apostoli honoramus S. Romanam ecclesiam, & quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debet ecclesiasticæ magistræ rationis. quare obseruanda est à nobis cum mansuetudine humilitas, & licet vix ferendū ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus &c. Cum quanta autem reuerentia episcopos honorauerit, patet in decretis u. q. 1. vbi idē: Volumus, inquit, ut omnes nostræ ditionis, tã Romani quam Franci, Alemani, Boioarij, Saxones & Thuringi, Frisones, Galli, Burgundiones, Gotthi, Hispani, Britones, Longobardi, Beneuetani, Vascones, ceteriq; omnes nobis subiecti, quocūque videatur, legis vinculo adstricti, vel cōsuetudinario annexi more, hanc sententiā, quā ex Theodosij libro inter nostra capitula posuimus, pro lege omnes teneant: Quicunque

Scholæ Parisien. initium Alcuinus.

Venatio.

Liberalitas & beneuolentia in pauperes.

Generales Caroli constitutiones.

cunquē litem habens, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione ad episcoporum iudicium dirigatur, nec ulterius liceat retractari per appellationis negocium, quod episcoporum iudicio deciditur: vbi glo. dicit, quod hæc sint abrogata per alia iura contraria. tamen Innocentius Papa arguit ex eodem capitulo in c. Nouit. de iudic. Carolus quoque mensibus in patria (hoc est, in Teutonice) lingua nomina imposuit, qui antea partim Latinis, partim barbaris nominabatur nominibus. Item religionem Christianam, qua ab infanzia fuerat imbutus, sanctissimè excoluit, ecclesiam manè & vesperi, item nocturnis horis & sacrificij tempore, quoad valetudo corporis permisit, impigrè frequentabat, conabaturque magnopere, ut omnia quæ in ea gerebantur, cum maxima fierent honestate, æditnos creberrimè commonens, ne quid in decens aut sordidum inferri, vel in ecclesia remanere permitterent. sacrorum vasorum ex auro & argento, vestimentorumque sacerdotalium tantam comparauit copiam, ut nemo in ministerio habitum priuatū habere permitteretur. legendi atque psallendi disciplinam emendauit diligentissimè. erat enim in vtroque peritus, quanquam ipse nec publicè legeret, nec nisi submissè & in communi cantaret. Vocauit autem ex vrbe Roma cantores, qui tantum Gregorianum, cuius antè in Gallia nōdum erat vsus, instituerent. at illi vel non fideliter, aut ab vero errantes, parum profecerunt. quod perpendens Carolus, per cantores rursus ab Adriano Papa directos, dissonantiam corrigere curauit. Legi & in quodam libello, quod Carolus cuidam nobili adolescenti episcopatum quendam contulit, qui mox actis gratijs discedens, ante palatium in sellam equi sibi adducti è terra insilijt. Videns hoc Carolus per cancellos, eum reuocauit, dixitque: Videmus te agilēm & ad bella artificiosum, turbamur autē ab hostibus in imperio, capropter ibis mecū bellator fortis, episcopatum ineptus. Et mox alteri episcopatum contulit. Legi ibidem, quod Carolus in quadragesima omni die hora 8. Missarum celebratione & Vesperis peractis, cœnare solitus fuerit, quod episcopus quidā valde religiosus, pro negocijs quibusdam superueniens, reprehendebat, Carolo in faciē dicens, horam nō esse congruam ad cœnandam. Carolus admonitionē hominis humiliter suscipiēs, rogat ut secum per quadragesimam maneret, nihilque gustaret donec extremi officiales comederēt. mansit ille. factū est autē ut ex more principes ad mensam imperatori seruirent, deinde principibus ministeriales, postea ministerialibus famuli, illis postea alij & iterum, ita ut vltimi præmultitudine conuiuatiū, vix ante noctem cœnare possent. Ita castigatus episcopus, recognouit palam errorem suum. Cui Carolus: Probasti o episcopo, quod nō in temperantiæ gratia horam anticipauit. Erat Carolus doctorū virorum conquisitor diligentissimè: ferturque semel dixisse: Vtinam haberē duodecim clericos tam doctos, quam fuerunt Augustinus & Hieronymus. Ad quod Alcuinus respōdit: fertur: Creator cæli & terræ similes illis tunc plures nō habebat, & tu vis habere duodecim? quod princeps sapientissimè gratanter audiuit, respōsumque laudauit. Extremo verò vitæ tēpore, cum iam morbo & senio grauaretur Carolus, Ludouicū filium Aquitanie regē, congregatis de toto regno principibus, cunctorū consilio regni consortem & imperialis nominis heredem instituit, ut supra scripsimus. Bernardum verò nepotem præmortui Pipini filij Italiæ præfecit, & regem appellari iussit. Susceptū est hoc ipsum consiliū ab omnibus cum ingenti fauore, auxitque maiestatem eius hoc factum, & exteris nationibus non minimum terrorem incussit. Ita pacatam ratus Europam, reliquum vitæ tempus in ocio & pace egit, venari solitus. sed in hyeme febris eum inuasit valida, qui mox ciborum abstinentiam, ut vel pelleret, vel mitigaret, seruauit. sed accedēte etiam lateris dolore, septima postquam decubuit die, sacra cōmunionē deuotè suscepta & vñdione extrema, inter manus multorum sacerdotum & monachorū orans & psallens obdormiuit, anno ætatis suæ 72. 5. Kalen. Februarij, in dictione 7. hora diei 3. Cuius corpus more solenni lotum & curatum, maximo totius populi planctu ecclesiæ quam ipse construxit, illatum, ac regali more sepultum est Aquisgrani, super cuius tumulo Caroli Magni sepultura.

Paulus diaconus. struxerat, igni torum conflagrasse. Fuit hoc tempore Paulus diaconus, qui iussu Caroli collegit lectiones cuilibet festo convenientes ex dictis sanctorum, & Iliardus monachus fertur collegisse omnes actus sanctorum in vnum volumen post Hieronymum & Bedam. In hac generatione Oggerus dux de Danomarchia, princeps Christianissimus floruisse fertur, qui bello ferè omnes partes transmarinas obtinuit ab Hierusalem vsque ad arbores solis, Deo sibi propicio, & apertis ac magnis miraculis exercitum eius confortante. Hic in superiori India ordinavit imperium, cui præfuit Iohannem filium regis Frisonum, qui præstant gentis appellatione peculiari dicitur: eum nos *Priester* Iohan nominamus. subiecit ei xiiij. barones cognationis suæ, qui alia dominia circumquaque tenerent, vt sicibidem Christiana religio permaneret. rei huius author nescio an vllus sit, cui fidem omnino possis habere. ANNO salutis nostræ 815. Ludouicus Caroli Magni filius, Augustus appellatus, regnare cepit. imperauit annis 25. princeps religiosus ac clemens, ideo appellatus est Pius. hic audita morte patris, 30. postquam id acciderat, die Aquisgranum venit. Ad suscepti regni administrationem cura conuersa, primò legationes, quæ ad patrem venerant, auditas absoluit, habitoque conuentu generali, ad iustitias faciendas legatos in omnes regni partes misit. Leo papa hoc anno de corpore migravit, circa 22. pontificatus sui annum. Stephanus diaconus in locum eius papa est ordinatus, eius nominis quartus. sedit menses 7. Hic Stephanus, quia ægrotante Leone, Romani omnia ædificia quæ ipse vel construxerat, vel reparauerat, inaudita rabie demoliti sunt, ad vitandas seditiones & pro negocijs ecclesiæ personaliter proficiscitur in Galliam ad imperatorem Ludouicum, qui tum erat in Aurelianis, vbi honorificentissimè susceptus est vir angelicus, omnia quæ petijt, à Pio imperatore obtinuit: qui vices Christi gerens, pro suis persecutoribus orauit, omnes exules Romanos, qui in causa Leonis papæ deliquerant, & alios qui propter magna scelera in ecclesiam perpetrata, in diuersis ergastulis per Franciam tenebantur, petijt absolui, secumque Romam reduci, quod ei concessit imperator. Celebratis deinde ex more Missarum solennibus, pontifex Ludouicum diadematis impositione coronauit, Romanorumque imperatorè pronunciauit. Hic Stephanus de rebus Italicis expeditus abiit, & vacante tunc ecclesia Reatina, noluit episcopum electum consecrare, nisi ab imperatore obtinuisset prius licentiam. habetur in decretis 63. dist. c. lectis. Ex quo satis patet, tunc imperatores inuestituras episcopis præstitisse, licet Antoninus aliter glosset, dicens quòd fortè iste electus, curialis fuit, qui non debet ordinari, primum videtur verius. Leo imperator Constantinopolitanus hoc in tempore legatos misit ad Ludouicum Christophorum spathariū & Gregorium diaconum, aliosque oratores, qui pacta foedera inter Carolū patrem Ludouici renouarunt. ANNO Domini 817. Stephanus papa tertio mense postquam Romam venerat, nondum exacto obiit. Cuius in locū Paschalis patria Romanus electus est. sedit annis 7. Hic quia nulla imperatoris auctoritate pontifex creatur, statim legatos ad Ludouicum misit, qui eius rei culpam in clerum & populum rejicerent, & quòd ab his coactus esset pontificatum suscipere. accepta hac satisfactione, Ludouicus respondit populo & clero, Maiorum instituta & pacta seruanda esse, cauerent ne deinceps maiestatem laderet. Deinde Ludouicus generalem Aquisgrani conuentum habuit sacerdotum & procerum, in quo cum de ritu Ecclesiastico multa tractarentur, liber collectus est quarundam Institutionum, quas obseruaret imperium. Fuerunt in eo concilio tres imperatoris filij, quos habebat ex Hirmegarde regina, Lotharius quem imperij consortem fecit, Pipinus Aquitania rex declaratus, & Ludouicus Boioaria rex. Erat tum negocium quoddam principi cum Danis qui ab imperio descuerant, sed hi primo ferè aduentu se Ludouici præfectis submisere. Quo fretus (opinor) tumultu Bernardus Italiae rex, bellum aduersus patrum suum Ludouicum imperatorem molitus est. accendebant adolescentem Italici magnates iniuriæ causa, quòd Pipinum filium Ludouicus regem Italiae nominasset. Iam se bello pararat, copias ad apertam defectionem coegerat, angustias alpium firmo præsidio occupauerat, cum Ludouicus rem resciscit, eaque in conuentu proposita, nepos lætæ maiestatis crimine damnatus, hostis reipub. iudicatus est. Imperator copijs Germanorum & Gallorum coactis, Italiam ingreditur. Quod cum intellexisset adolescens Bernardus, siue quòd parum fidei in partibus suis cerneret, siue quòd adolescentiæ temeritati veniam impetrari confideret, ad imperatorem properauit, sese dedit, culpam in magnates reiciens. Is adolescen-

adolecentem & episcopos tres, Anselmū Mediolanensem, Valfredum Cremonensem, & Theodulphum Aurelianensem, principibus quibusdam viris iugulatis in Italia, Aquisgranum perduxit. Vbi conuentu habito, Bernardus rex gladio cæsus est, episcopi synodali decreto relegati sunt. Pacata Italia, Saxones adoritur, qui vt sæpe aliàs ab imperio defecerant: factionem Viromachus regnum affectans, excitarat, qui bello superatus est & interfectus. At sæua tempestas, qua tot bono principi mala nascebantur, erat Britonum princeps Nortmandus feroci animo, qui cum à Francorum fide desciuisset, victus iterum per foedera pacem obtinuit, quam paulò post labefactauit suo malo. nam denuo bello petitus, interitu quietem Britonibus dedit. Tunc quoque Lindeuirus inferioris Pannoniæ tyrannidem affectans, bello victus, facta deditioe, veniam ab imperatore obtinuit. Item contra Valcones grauissima bella gessit Pipinus iuuenis, qui eos in suam potestatem redegit. Interea aliud imperatori accidit incommodum. nam Hirmegardis regina diem obiit extremum. Vnde postea exacto anno inspectis plerisque nobilium filiabus, Guelphi comitis filiam Inditham duxit uxorem, quæ genuit ei Carolum Caluum. ANNO Domini 821. significatum est Ludouico Pio de morte Leonis imperatoris Constantinopolitani, quòd scilicet anno præterito in basilica Dei genitricis intra palatium interemptus sit conspiratione quorundam optimatum suorum, & præcipuè Michaelis Trauli (id est, Balbi, nam lingua fuerat balburiente) comitis, qui prætorianorum militum studio coronam imperij suscepit, & postea nouem annis regnauit. Per hæc tempora Michael Constantinopolitanus Imp. misisse fertur imperatori Ludouico inter cætera preciosa munera, libros S. Dionysij de diuinis nominibus & de cælesti hierarchia à Græco in Latinum translatos, quorū contactu xvj. infirmi leguntur sanati. ANNO salutis nostræ 822. imperator Lothariū filium in demortui Bernardi locum Italiae regem dedit, quem Romam à pontifice Paschali populoque Romanorum, pontifex ipse in basilica B. Petri inunctum coronatumque, regem Italiae primum, & postea Augustū appellauit. Romanis tamen & nonnullis Italiae primatibus non satis obedientibus, ad Ludouicū patrem auxiliorū causa profectus est, à quo iustas accepit copias. sed priusquam Lotharius à Papia moueret, ab vrbe nuncios accepit, Theodorū Ro. ecclesiæ primiceriū & Leonē eius generum, in patriarchatu Lateranensi primum excæcatos, postea capite truncatos fuisse. Dicebatur autè triuiatim, nec erat obsecrū, eos, quia imperatori fauebant, talia perpeffos. attulit etiā imperatoribus fama, & Romæ vulgò creditū est, Paschalem papam vel facinus iussisse, vel cum id à coniuratis factum rescisset, dissimulasse. Non tamē adduci potuerunt imperatores, vt iniectam pontifici suspicionis culpam, facile admitterent: sed mittentes Romam Hirmegardum comitem Curiensem & quosdam alios nuncios, veritatem inquiri iusserunt. At Paschalis pontifex quàm primum oratores imperatorū Romæ applicuerunt, triginta episcoporum synodo coacta, innocentiam suam iureiurando purgavit, atque etiam mortuos tanquam maiestatis reos, iure cæsos pronuncians, interfectores qui de familia S. Petri erant, absoluit. Ea autem vt erant gesta, cum imperatores à nuncijs alijsque quos Papa comites dederat, resciuissent, in bonam partem consilium pontificis acceperunt. Ludouicus nanq; mitissimi ingenij princeps, semper multum Sedi Apost. detulit, adeò vt quatuor Ro. pontifices, quos 26. annorum illius imperij tempora habuerunt, adiumento suo nunquam carerint, quo in persecutionibus Romanorum sæpenumero indigerunt. Scripsisse tum etiam fertur Ludouicus Paschali, vt Bibliothecarius ait, ne deinceps seditio ex re incerta oriretur, quæ ciuitates iuris imperij, & quæ iuris Ecclesiæ censerentur, Aretium, Volaterras, Clusium, Florentiam à patre Carolo restauratam, Pistorium, Lucam, veterem urbem, Pisas, Perusiam, imperio subiectas in Hetruria declarauit. Cætera verò Ecclesiæ Romanæ adscribebatur, addidit & Tudertum in Vmbria, & vltra Apoeninum Romandiolam ac Rauennæ vrbis exarchatum. Idem quoque Bibliothecarius scribit, Ludouicum liberam eligendi Romanum pontificem potestatem Paschali dedisse, cum antea in ea re imperatores consulerentur, potestate ab Adriano Carolo tradita. de hoc toto textus est 63. distinct. Ego Ludouicus. vbi tamen reseruat sibi ac successoribus suis, vt pontifex electus, postquam consecratus fuerit, legatos suos ad imperatorem seu successores suos Francorum reges dirigat, qui inter pontificem ac imperatorem amicitiam & pacem confocient. ANNO Domini 823. conuentu habito apud Francofordiam, venerunt ad imperatorem duo fratres, de regno Vuilzorum

Bernardus rex Italigob defectione cæsus.

Inditha Lu. douici vxor.

Michael Traul' Imp. Constant.

Lotharius Italiae rex.

Italiae di. uisio.

Vuilzorum contententes, qui cum vidisset gentis voluntatem proniorem ad iuniorum fratrem, statuit ut is regnum teneret, ambos tamen muneribus donatos, ac sacramento concordatos, ad propria remisit. Imperator Drugonem tum fratrem suum, qui è concubina natus fertur, apud Metensem Ecclesiam canonicam vitam degentem, clero eiusdem ecclesiae consentiente ac eligente, rectorem ibidem constituit, eumque ad pontificatus gradus promovendi censuit. Ceadrogo * Abdoritorum princeps, cum sui populi primoribus ad imperatorem venit excusandi se gratia, & licet in quibusdam culpabilis esset, per merita tamen parentum suorum non solum impunitus, verum etiam muneribus donatus, ad regnum suum redire permixtus est. Haftenus ferè Ludouici imperium paterna felicitate consistit. nam posteriores anni publicae simul & priuatae rei perniciosi fuerunt. Nec externis tantum hostibus fortunae sauitiam experti sumus, sed nostris etiam principibus inuisa fuit Europae quies. Portenderunt hoc malum innumera prodigia. nam in Saxonia terræ motus tantus fuit, ut plures pagi concussi, igni conflagrarint. plerisque in locis lapides grandine mixtos pluuisse ferunt, qui pecora & homines interemerunt. In Gallia ante solstitium aestiuale in horrenda tempestate caelo decidit glacies xij. pedum longitudine, & acies concurrentium in se militum cruore madentes, in caelo apparuisse nunciabatur. Itaque anno imperij Ludouici x. qui est annus Domini 824. nullo religionis, pietatis, humanitatisque exemplo praetermissis, moritur Paschalis, in cuius locum quum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius presbyter tituli S. Sabinæ, vincente nobilium parte, papa 99. ordinatur, seditque annis tribus. Contulit per id tempus imperator Lotharius se Romam, & ab Eugenio pontifice comiter exceptus, statum vrbs & regni Italici ex illius sententia reformauit, ut non minus Italiae totius quam Romæ motus intestini essent sedati. Tunc, ut ait Blondus, primum Lotharius magistratus in vrbe Roma constituit, qui ius populo dicerent, ex quo constare videtur, Romanos sub Carolo & filijs ac nepotibus vera libertate vsos, quam prius petulantissimè vsurpabant sibi plerique pacis hostes. Redijt breui ad Ludouicum patrem Lotharius, & omnes simul, genitor filijque, domandis in Hispania Saracenis, qui novos nuper tumultus excitauerat, copias ducunt. gesta res est varijs praелиjs, quibus tamen ad finem Ludouicus intendere non poterat, sed Bulgaros è Pannonijs repellere conatus est. quin & alia Nortmannorum manus infestare Gallias nunciabatur. Ea res etsi fidem non habuit, expeditionem tamen detinuit. Sunt Nortmanni potens Galliae Belgicae ultra Sequanam factio, qui ut saepe alias omnes Galliae vires tumultu experti sunt, nunquam quicquid: nam & regionem ipsam vi occupasse feruntur, cum ex Danis essent, qui Cimbricam Chersonesum colunt. Sed libet hinc & qui Dani sint, quoniam eorum frequens in historijs mentio est, describere. Cimbricam Chersonesum, quam olim Cimmericij tenuere, quos Latini Cimbro vocant, nunquam ferè vna gens coluit. quo factum puto, ut & appellatio prisca interiret. hodie ei regioni Dacia nomen est, siue Dania. sunt enim qui ita malint. quod nomen esse illi arbitror à Dacis, qui Valachia deniata, alias sedes quaesuerunt. vocabatur enim Valachia Dacia, ut apud verustos scriptores inuenies. hinc Daci, Dai, & Dau, qui in ea Valachiae parte sunt, quae Istri fontibus est conterminata. reliqui ad Pontum Getæ dicuntur, vnde serui Getæ & Dau. At in Valachijs mansit Dacorum monumentum. nam cum gens in duas factiones diuisa sit, potentior Danorum nomen habet. Itaque operæ precium est scire, quod qui modo Dani vocantur, plerunque vocentur & Daci, scilicet hi quos Chersonesum Cimbricam habere diximus. inde in historijs varia lectio est. Moritur interea Eugenius, atque Valentinus patria Romanus, in eius locum sufficitur. Sunt tamen qui scribant, Eugenium per Romanos laicos excacatum fuisse, & martyrio coronatum. Valentinus autem successor eius, demeritis fortè hominum exigentibus, cum esset vir sanctus & integer, sedit tantum xl. dies. Eodem tempore anno Domini 827. Gregorius 4. patria Romanus, pontifex est electus. sedit annis 16. Hic tantæ modestiae fuit, ut electus à clero populoque Ro. non prius pontificium munus obiret, quam à legatis Ludouici imperatoris ob eam causam Romam missis, qui diligenter tantam electionem discussissent, confirmatus est. fecerat id Ludouicus non superbia motus, sed ne iura imperij amitteret, quippe qui natura clemens & humanissimus sit habitus, quique iura ecclesiae & dignitatem semper tutatus sit. Instituit enim, ne serui Christi vili seruituti humanae subiecti essent, & ut vnaquaque ecclesia suos prouentus haberet, vnde sacerdotes viderent, ne ob inopiam rerum cultum diuinum desererent, neque ob necessitatem quaestui

Drugo.

Prodigia.

Eugenius
papa 2.Rom. magi-
stratus à Lo-
thario con-
stituti.

Nortmanni.

Dani.

Daci,
Dai,
Dau.Valentinus
papa.Gregorius
papa 4.

quaestui se dederent. Propterea 830. Domini anno synodum multorum episcoporum habuit Aquigrani, praesidente Gregorio, in qua regula & modus honestus viuendi canonicorum canonicarumque de diuersis patrum sententijs compilatus, & multa alia de vita clericorum ac monachorum statuta fuere. Statutum etiam fuit, ut episcopi & clerici nec preciosis nec sericis vestibus, neque balteis aureis aut gemmatibus vterentur. statutum est etiam, ut vnaquaque ecclesia haberet prouentus suos, communiter viuendi sufficientes. Per idem tempus Saraceni Asiam occupantes, ad sancta Palestinae loca Christianis aditum intercluserunt, & Mauri in Siciliam delati, omnia vastauerunt. vnde Michael imperator Constantinopolitanus Venetis inhiuit, ne mercimoniam ad Asiam perferrent: mandauit quoque ut classem in Siciliam mitterent.

Ea tempestate corpus B. Marci euangelistae Venetias translatum est. nam cum Babylonis rex Saracenus loca Palaestinae foedari iusserat, & ornamenta ecclesiarum abportari fecerat, ventum est ad ecclesiam S. Marci, vbi corpus euangelistae conditum erat in ciuitate Alexandria. Tum mercatores quidam Veneti contra edictum imperatoris mercimonia aduexerant, & omnia moesta ac turbata videtes, muneribus corpus Euangelistae è manibus desperatorum ecclesiae custodum impetrarunt, atque auerunt. Redeo ad Siciliam. Miserant Veneti copias in Siciliam, sed nihil proficere potuerunt. quod cum intelligeret Gregorius, à Venetis barbaros pelli non posse, legatos ad Ludouicum & Lotharium misit, qui eos rogarent ut Siculis auxilium ferret. tergierabantur hi, cum dicerent, id bellum ad imperatorem Constantinopolitanum pertinere, se tamè paratos esse communi impensa communibusque copijs rem agere. Interea verò cum legati ea de re vltro citroque mitterentur, Bonifacius Corsicae comes cum fratre Berthario & auxilijs quorundam populorum Hebruriae, classe in Africam delatus, inter Vticam & Carthaginem quater cum hostibus congressus, tantam hominum stragem edidit, ut coacti sint Mauri, ut olim à Scipione vexati, suos è Sicilia reuocare, qui patriae laboranti auxilium ferrent. Hac ratione Sicilia à barbaris liberata est. Habebat ea tempestate Ludouicus & quartum filium nomine Carolum, quem vocant Caluum, quem sibi genuit secunda vxor Iudith. huic Alemanniam, Rhetiam ac Burgundiam tradidit, caeteris fratribus super hoc indignantibus. & quia ob coniurationem Bernardi nuper defuncti, plures eiusdem factionis praecipuae potentiae ac nobilitatis viri interfecti fuere, multorum corda principum contra se prouocauit Ludouicus. Cumque, ut tantorum malorum materia sedaretur, praesentem Ecclesiarum se interponeret, de illorum consilio imperator vxorem suam Iudith Caroli matrem, quasi omnium malorum originem, à se abdicauit, sed propter hoc filiorum & aliorum principum animos mitigare non potuit. Itaque cum filijs imperatoris conspirauerant plerique magnates, in quorum manus Ludouicus incidit, captusque à filijs, in praesentia principum coactus est omnem imperialem depone dignitatem, atque ad agendam poenitentiam etiam iudicio praetorum dicitur fuisse reclusus in monasterio. sed Deo ita disponente, sequenti anno qui fuit vigesimus sui imperij, relaxatus arma, & imperium & vxorem recepit, ac filium suum Lotharium, qui ex Italia cum exercitu copioso venerat, redire in Italiam coegit. Insuper & Rhemen. archiepiscopus, qui in depositione Ludouici conspirauerat, ab archiepiscopatu depositus, relegatus est in exilium. Ea tempestate & quod in hac re occupati fuerant imperatores Ludouicus & Lotharius, orta est magna tribulatio Christianis. Ingens enim multitudo Saracenorum per portum Centumcellensem intrans, repleuit faciem Italiae, ut locustae viderentur: obfessaque est Roma, ecclesia

Synodus
Aquigran.
de statu cle-
ricorum.Mauri Sici-
lia ingressi.Bonifacij
comitis vir-
tus.Lud. Pium
capit filij.Roma à Sa-
racenis ob-
fessa.

ad preces Gregorij Guido marchio Cisalpinæ cum Longobardis veniens, multa sanguinis Christiani effusione Saracenos de Italia fugauit, postquam suburbia Romae incendissent nondum munita, ecclesiam S. Petri vastassent & diripiissent, B. quoque Pauli ecclesiam secundo milliario ab vrbe, recto & omnibus in qua ignis iniectus potuit agere, spoliassent, diui Germani oppidum demoliti, ad celebre sancti Benedicti monasterium conscenderunt: quod igni crematum, ferro quoque maiori parte mansit excisum: mox tamen ad portum descendentes, nauibus praeda ingenti imposita, Siciliam Tarentumque eodem tempore inuaserunt, Apuliam quoque deuastarunt.

ANNO Domini 830. Michael Imperator Constantinopolitanus moritur, & Theophilus illi succedit: hic est quem Michael cum classe maxima contra Saracenos miserat, sed praemultitudine illos aggredi timuit, donec à Petro Venetorum duce * trimem classem obtinuerat, atque hostibus congressus, ut dicemus, infeliciter pugnavit.

gnauit. Lotharius post restitutionem patris Cabillone expoliavit ecclesias, patris praefectos interfecit, sororem ducis Bernardi Geruicam iussit in vase claudi, & in flumen Ararim proijci: legatos vero à patre missos qui eum obiurgabant, contempnit. Tandem imperator conuocatis filiis Pipino & Ludouico, contra Lotharium proficiscitur, positus utriusque ad Tizum fluuium castris. Vbi Lotharius victoriam desperans, suppliciter ad imperatorem venit, quem vir piissimus paternè correptum in gratiam recepit, iuratumque in verba ipsius ad Italiam misit. Moritur paulò post Pipinus Aquitaniae rex: quo defuncto, Aquitani de rege subrogando contendebant, & res ad imperatorem relata est, quae dum tractaretur, alijs vrgentibus causis neglecta. Nam Ludouicus filius Bauariae rex, cum ingenti exercitu Germaniam intrabat, cui pater mox occurrit: sed aegritudine pressus, Moguntiam veniens, tentoria sibi explicari in insula ciuitati proxima iubet. Tanta fuit vis morbi, vt membris propè omnibus defectus, per dies quadraginta nullum neque cibum neque potum, praeter spirituale corporis & sanguinis Dominici viatici, ad alimentum acceperit. aderat aegrotanti Lotharius nuper ex Italia vocatus, quem pater corona aurea & ense quo in praelijs utebatur, donat: praecipitque vt Iuditham reginam veneretur, Caroli quem Neustriae praefecerat, amicitiam seruet, ne relicta Iudithae Francorum haereditatem infestet. Ludouico Boioariae regi offensam remisit pater, fueruntque eius extrema omnia religionis & fidei plena. mortuus anno imperij sui vigesimo sexto, sepultus est in Metensi basilica, eius mortem cometa praecessit, & sol generali penè eclipsi laborauit. Fuit hic annus etiam Gregorij papae interitu legendus, qui inter caetera egregia facinora, festum Omnium sanctorum Kalen. Nouemb. instituit. sunt qui factum hoc putent Rabani consilio. Erat is ex Alcuini discipulis abbas Fuldenfis, deinde & archiepiscopus Moguntinus, oratione ligata non minus quam soluta insignis. Reliquit ingenij sui monumenta multa, commentarios in reliquias quae Paralipomena vocamus, & Machabæos, laudem sanctae Crucis & sermones plurimos. Fuit & sub Ludouico illustris Theodolphus Aurelianus episcopus, qui in carcere hymnum composuit, GLORIA, LAUS ET HONOR, versu impari. Gregorio Sergius secundus successit, patria Romanus. sedit annos duos & aliquot menses.

Pipinus mortitur.

Ludouici Pij mors.

Rabanus.

Theodolphus.

Sergius papa 2.

GENERATIO XXIX.

Ludouico Pio defuncto, successit in imperio Lotharius eius primogenitus, anno Domini 841. ab vrbe verò condita 1592. in quo principium habuit 19. & 20. Generatio. imperauit annis 15. Mox controuersia inter heredes Ludouici Pij orta est super diuisione regni Francorum. Nam Lotharius de Italia reuersus, & Pipinus filius Pipini fratris de Aquitania, voluerunt Carolum filium Iudithae ea parte, quam sibi pater concesserat, priuare, & secundum testamentum quod auus eorum Carolus Magnus statuerat, in tres partes regnum diuidere: contra verò Ludouicus atque Carolus, filij Ludouici Pij, dolebant se à fratre Lothario debita parte regni priuari. Quae de re anno eodem in agro Altiliodorensi apud vicum, cui Fontaneto nomen erat, pugna inopinata committitur. tantaque caedes inter eos facta est, vt nulla ars meminerit tantam stragem fuisse factam in gente Francorum: & ita eorum vires ibi extenuatae sunt, vt non modò de amplificando regno, verum etiam ad proprios tuendos terminos vix sufficerent. Ludouicus & Carolus non sine graui dispendio suorum vicerunt. Post hoc autem bellum Lotharius victus, Aquisgranum confugit, atque inde quoque deturbatus, instantibus hostibus, Viennam se contulit. Insecuti eum cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam iussu Sergij papae profecti sunt, inter quos erat Georgius archiepiscopus Rauennas, qui cum secundo praelio apud Lotharium componendae rei causa esset, ac fortuna ad Ludouicum & Carolum inclinasset, totum comitatum in praelio amittens, eò enim cum 300. equitibus venerat, vix solus è tanta strage fuga prolapsus est, cum pacis legatus, non belli causa venisset. At verò hi communem calamitatem totius regni miserati, foedera pacis in hunc modum inueniunt, vt pars illa Occidentalis regni, quae à Britannico Oceano vsque ad Mosam flumen pertinet, Carolo obtemperaret, vocareturque rex Galliae, Ludouicus haberet Orientale regnum Francorum, scilicet totam Germaniam vsque ad Rheni fluentia, & nonnullas ciuitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum, & vocatus est rex Germaniae: & intelligo, Germaniam, Pannoniam, Bohemiam, Morauiam, regna Sclauorum, Baua-

Lotharius Imp. 76.

Atrox fratrum pugna

Diuisio regni ex foederibus.

Bauariam, Orientalè Fraciam, Thuringiam, Frisiam, Saxoniam, Alemaniam, quae hodie Sueuia appellatur: Lotharius verò primogenitus imperator appellaretur, ac cum imperij titulo urbem Romam obtineret, cum Italia & ea parte Galliae, quae olim Narbonensis, nunc Romana prouincia vocatur, & omnia regna Italiae, atque Belgicam Galliam à Mosam vsque ad Rhenum fluuium, quasi medius inter istos duos priores incedens, sortitus est: quae pars Galliae, Lotharingia ex eius nomine solita est appellari, ad Rhodanum vsque protensa. sed Pipino praedicto filio fratris ipforum, Aquitania cessit. Circa annum Domini 843. cum Sergius pontifex nuper esset electus, Lotharius filium Ludouicum primogenitum, regni socium adsciuit, & in Italiam cum ingenti exercitu mittit. is adolescens nimia felicitate elatus, quacunquè iter facit, caedibus omnia & rapinis vastat ac diripit. Verum cum vrbi appropinquasset, ei quae obuiam honoris causa Ro. ciues prodijissent, mitior esse coepit. prodeunt ei obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus, cantantes, Benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis. atque eum vsque ad gradus S. Petri comitantur. ibi pontificem offendens, mutuo osculo mutuaque salute data & accepta, ad argenteas portas simul venere clausas. Tum pontifex: Si pacato magis quam hostili animo ad nos venisti, si quae ad reip. statum magis respicias quam ad voluptatem saeuendi, meo iussu ingredere: sin aliter animatus es, fores ne tetigeris. nam supra caput enses habes scelerum omnium ultorem. Cum autem bono animo esse pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere. Ingressi cum ad altare Petri peruenissent, procidentes simul, Deo & apostolorum principi gratias egerunt, quòd sine vilo maleficio res ex sententia acta esset. Octauo deinde die quo venerat, videntibus omnibus, Ludouicum regem oleo sancto inungit, corona donat, Italiae regem decernit, ad quem Siginolphus dux Beneuentanus salutandi causa statim venit. Qua quidem multitudine & arbores truncatae, & pecora distracta, & segetes, vt fit, in pabulum equorum succisa sunt. Pontifex itaque, quicquid petierat, honestum saltem, facile concessit, quo citius ab vrbe discederet. Interfuerunt autem huic coronationi penè omnes episcopi Italiae: quo facto, postularunt principes ex persona dicti Ludouici, vt Ro. nobiles Ludouico iurarent fidelitatem, quod pontifex denegauit. concessit autem ipsis petentibus, vt sicut moris est imperatoribus Rom. facere, vt Ro. principes & primi ciuitatis, Lothario tanquam Ro. imperatori fidelitatem promitterent ac iurarent. Interea Saraceni cum Sicilia & Tarentum magno affecissent malo, duce Saba qui Maurorum rex erat, Crotoniatem sinum in Italia ceperunt. Occurrerat hostibus Constantinopolitanus Imp. Theophilus, cum Venetis nauibus 60. auxiliariibus, quibus se ante coniunxerat: sed petiere naues illae, & victus Theophilus, fuga suos reperijt. victores elati, Illyricum omnè & Ragusium, vbi Venetas quasdam mercium naues acceperunt, vastauere. Postremò incensa ac direpta Ancona, toto mari saeuientes, remp. Christianam contulissent, nisi benignitate diuina fluctibus obruti perijissent. At freti tantis orbis totius procellis Nortmanni, gens inquieta & quae ab omni religione aliena erat, Rorioti duce, per Ligeris fluuij ostia Aquitaniam ingressi, vastarunt omnem. Quibus cum nemo occurreret, latius euagati, Hieram insulam & aliqua loca sacra diripuerunt. Deinde in Galliae interiora reuersi, Burdegalam, Santonas, Parisios, Turonium, *Nortmanniam, Aurelianos, Pictauios, & pleraque alias ciuitates afflixere. hinc rursus Aquitaniam redeunt, eam regni sui sedem constituunt. obfuerat nonnihil Aquitanis in testina lues, qua fratres, Pipini filij, laborabant. Quare Carolus is, qui Caluus est postea dictus, confecto Britannico bello, quo fuerat annos penè 5. haecenus implicitus, Aquitaniam petere statuit: sed Britonum perfidiam veritus, rem distulit. Quo tempore etiam Sergius papa, is quem ferunt nominis pontificij mutationi occasionem dedisse, cum ante Os porci vocaretur, anno pontificatus sui 3. mortuus est. Subrogatus Leo 4. anno salutis 846. tanta vir probitate, vt suis precibus Saracenam classem, vt Leo 4. papa dixi, fluctibus immerfam plerique credant. basiliscum serpentem suis orationibus è fornice S. Luciae expulit, cuius halitu multi mortalium perierant, & incendium illud diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum, iuxta S. Petri basilicam signo crucis extinxit. restituit quoque vrbs moenia & portas verustate collapsas. sedit annos 8. menses 3. At verò dum his rebus vacaret, gens nefanda Saraceni nauibus euecti circa littora Tusciae, maxima damna intulere quibusdam ciuitatibus: deinde Romano portui applicantes, spe potiundae vrbs Romam tendebant, sed Romani vrbes muniunt: quare fiducia obtinendae vrbs deposita, cuncta quae extra ciuita-

Lotharingia vnde.

Ludouicus Lothari filius, Italiae rex declaratus.

Saraceni Italiam rursus aggressi.

Nortmanni Aquitaniam subigunt.

*Nortmanniam.

Leo 4. papa

Saraceni vrbes populi.

Leonis pa-
pae aduersus
Sarac. ora-
rio & victo-
ria.

Leonina
vrbs.

Edelulfus
scriburum ex
Anglia ob-
tulit.

Ludouici
opera in
vincendis
Saracenis.

*Primitiſſ

Ludouicus
2. Imp 77.

tem erant, diripiunt: ecclesias spoliant & incendunt, ecclesia S. Petri vastatur, ac al-
tari sacro prophanato, quæ ad ornatum Ecclesiæ erant, abradunt: atque onusti spo-
lijs, abeunt: Neapolitanos inuadunt, & cæteros illius oræ maritimæ. Leo statim cum
Ludouici auxilijs Ostiam proficiscitur, cum hostibus dimicaturus, suos sanctiss. pon-
tiffex ad communionem adhortatus, orationem deinde ad Deum his verbis habuit:
Deus, cuius dextera B. Petrum ambulat in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & co-
apostolū eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit, exaudi nos
propicius & concede, vt amborum meritis, horū fidelium tuorum brachia cōtra ini-
micos ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, vt
de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appare-
at. His dictis, statim facto signo crucis, pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pu-
gnam inierunt, ac si victoriam certam sibi promissam haberent. tandem post longū
& acre certamen hostes superantur fuganturque. multi in ipso prælio perire, pleri-
que viui capti sunt & Romam perducti. placuit etiam ciuibus Ro. quosdam ad ferro-
rem non longè à portu Romano furca suspendere, aduersante tamen Leone, ob cle-
mentiam quam præcipuam habebat, sed & eorum opera, qui viui Romam perducti
sunt ac seruati, vsus est Leo in restituendis ecclesijs, quas ipsi Agareni nuper dirue-
rant ac incenderant. Tunc senatus populusque Ro. Leonem adeunt cum lachrymis
obsecrantes, vt illius studio deinceps sacer ille locus basilica S. Petri muniretur, ne tam
facili incurſione spoliari posset ac incendi, quorum voces beatus pontiffex sollicitè
audiens, protinus quod prædecessor eius Leo 3. inchoauerat circa ecclesiam B. Petri,
consummare statuit. hoc suum quoque consilium cum Lothario imperatore, ac eius
fratribus Francorum & Germanorum regibus intimauit, qui magno repleti gaudio,
per suos nuncios Lotharius imperator & fratres eius Ludouicus & Carolus magnam
pecuniæ summam ad id opus perficiendum destinarunt. Anno igitur 2. pontiffex
sui, cum tanta populilætitia inchoarum est opus, quod non solum Ro. sed & de cir-
cunstantibus ciuitatibus populi contulerunt: & 6. anno opus hoc extitit absolutum,
quæ ciuitas appellata est Leonina. Eo tempore Ludouicus Germaniæ rex, 14. duces
Bohemorum cum suis baptizari fecit. Sub hoc Leone fuit in Anglia Edelulphus,
qui (vt scripsimus in Anglorum rebus compendio quodam supra) regnum eorum ac-
ceperat, verum solo Occidentalium Saxonum regno sibi retento, cætera restituit ali-
js, decimas fructuum Deo & B. virgini offerri iussit. Romam deinde profectus cum
filio minore Alfredo ad Leonem 4. tributum duorum denariorum à singulis ex-
actum domibus, B. Petro primus obtulit, id quod & hodie quæstoribus apostolicis eò
missis pensitari solet. ANNO Domini 854. Lotharius delatione quorundam im-
pulsus, Romam venit, quod intellexit Leonem transferendi imperij ad Constantino-
polim consilia habuisse, super quo egregiè satisfecit Leo, ac de delatoribus in men-
dacio depræhensis supplicium sumitur, atque amicitia inter vtrunque integratur.
Cum autem Lotharius ferè quindecim annis cum filio suo Ludouico impera-
ret, Leo ad vtrunque scripsisse inuenitur, aliquando ad alterum tantum. de primo
habetur 63. dist. vbi in inscriptione ponitur, Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis
scribens, rogat vt Reatinam ecclesiam cuidam electo concedere dignentur. & ea-
dem dist. Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis scribens, ait: Inter nos & vos pacta
ferie statutum est, vt electio & consecratio futuri Ro. pontiffis non nisi iuste & ca-
nonicè fieri debeat. Item idem Leo 4. quandoque scribit soli Ludouico, vt habetur
23. q. 8. c. igitur. & deinde c. scire. & c. omni timore, vbi contra Saracenos iubet po-
pulum congregari, & ad littus maris occurrere, eique regnum cæleste promittit,
qui pro defensione Christianorum moritur: quibus capitulis constat, Leonem cum
adiutorio Ludouici Saracenos, de quibus supra dictum est, vicisse. Porro Lothari-
us imperator anno Domini 855. anno imperij sui 15. filijs suis tribus regna sua parti-
tur. Ludouico nanque Italiam cum nomine imperatorio reliquit, Lothario filio
suo Lotharingiam, Carolo verò tertio filio Prouinciam largitus est. ipse ordinatis
omnibus in *Premensi monasterio monachus efficitur, memor fortè quod patri
suo Ludouico Pio ingratus fuit. Cum verò vt sic, Lotharius cingulum deposuisset
militiæ anno Domini 855. Ludouicus filius ipsius solus imperij gubernacula suscepit
anno Domini 856. regnauit annis 21. ANNO Domini 856. Leo papa migravit ad Do-
minum, cui (secundum Martinum) successit Iohan. Anglicus, ex Moguntiaci oriun-
dus. sedit annis 2. hic (vt asseritur) scemina fuit, & in puellari ætate ab amatore virili
habitu

habitu Athenas ducta, sic in diuersis scientijs profecit, vt nullus sibi par inueniretur.
Deinde Romam veniens, *triuui legit: magnos viros discipulos & auditores ha-
buit: tantum quoque beneuolentiæ & authoritatis sibi comparauit, vt mortuo Le-
one, in eius locum omnium consensu pontiffex crearetur. sed in papatu per familia-
rem suam imprægnatur, & cum de S. Petro in Lateranum tenderet, inter ecclesiam
S. Clementis & Colosseum peperit in via publica: & in partu mortua, ibidem sepulta
dicitur. Et quia papa eandem viam semper declinat cum Lateranum accedit, credi-
tur à plerisque quod ob detestationem facti hoc faciat. Sed nec ponitur in catalogo
pontifficum. Sunt etiam qui scribant, quod eiusdem vitæ erroris causa, dum primū
quis electus in sede Petri collocatur, ad eam rem perforata sede, genitalia ab ultimo
diacono atrectari. at Platina putat sedem illam ad id paratā esse, vt qui in tanto ma-
gistratu constituitur, sciat se non Deum, sed hominem esse, & necessitatibus naturæ
indigere, inde stercoreariam sedem meritò appellari. Est etiam quoddam signū scul-
pturæ marmoreæ in via vbi parturijt, ob huius rei memoriā, vt vulgò dicitur. tacentur
enim hæc in certis authoribus. Sed & si fuit verum, nulli tamen ex hoc salutis
emerſit periculum, quia nec Ecclesia tunc fuit sine capite quod est Christus, ait An-
toninus. Nec enim vltimi effectus sacramentorum quæ illa conferebat, deficiebant
eis qui deuotè accipiebant, scilicet gratia, licet mulier non sit susceptibilis caracte-
ris alicuius ordinis, nec conficere eucharistiam, etiam de facto ordinata, possit, nec
absoluere à peccato: vnde ordinati ab ea, erant iterum ordinandi, gratiam tamen sa-
cramentorum Christus supplebat in recipientibus dignè, ignorantia facti inuinci-
bili eos excusante. ANNO Domini 858. Benedictus 3. patria Romanus eligitur, se-
dit anno * 1. & aliquot mensibus. hic inuitus attrahitur, & in sede Petri collocatur
apud Lateranum. Inde verò equo albo insidens, ad ecclesiam S. Mariæ ad præsepe
ductus, ieiunijs triduo & orationi vacauit, Deum rogans, vt sibi liceret sanctè & in-
tegrè ecclesiam gubernare. Superuenerūt paulò post Ludouici imperatoris legati ad
confirmandam cleri & populi electionem. Sequenti verò die comitante populo, ad
basilicam S. Petri ductus est, videntibus cunctis, vt antiqua dicit traditio. consecra-
tus, insignia pontiffis suscepit. sedit annos * 2. menses 5. ANNO primo imperij
Ludouici 2. in parochia quadam Moguntina malignus spiritus euidentis malitiæ suæ
dedit indicium. nam primò lapides iaciendo, & parietes domorum quasi malleis
tundendo, inde manifestè loquendo, furta etiam prodendo, discordias inter vicinos
seminando homines inquietabat. denique animos omnium contra vnum hominem
commouit, quasi propter eius peccata cæteri talia paterentur, qui ferro feruente, de
omnibus quæ ei obijciebantur, se ostendit immunem: fruges eius incendit, & vbi-
cunque intrasset, statim illa domus accendebatur, vt iam nisi in agris manere non pos-
set: ac si quando presbyteri supplicantes litanijs domos lustrarent, satanas lapides
iaciendo vulnerauit multos. tandem cum aliquandiu quieuisset, presbyterum vnum
nominatim expressit, accusans eum cum filia procuratoris concubuisse, & per tri-
ennium ita plures vexauit. Sub eodem Ludouico apud Brixiam ciuitatem Lon-
gobardiæ tribus diebus ac noctibus sanguis pluit. Eodem tempore in Gallia vbi-
que locustæ terram replebant, sex alas & sex pedes habentes, & duos dentes lapidi-
bus duriores, per 4. millia turmatim volantes, quæ herbas, segetes ac arbores de-
uastabant vsque ad mare Britannicum: vbi flatu ventorum submersæ, & rursus ad
littus reiectæ, feruore solis putruerunt. secuta est fames valida cum peste, ita vt penè
tertia pars hominum sit consumpta. ANNO autè Domini 860. Benedictus mori-
tur, & peracto de more funere, quum vigilijs, orationibus ac ieiunijs instarent ho-
mines, vt talem à Deo sequerentur episcopum qualem amiserant, post longam
consultationem Nicolaum pontifficem Romanum creant absentem, & fugientem
in Vaticanum, sed quæstum ac nolentem, in solio apostolico collocarunt. Erat tum
Romæ Ludouicus 2. imperator, qui pontifficis electionem cōfirmavit. Cum verò im-
perator profectus esset in locum, quem appellant Quintum, haud longè ab vrbe, Ni-
colaum ferunt cum proceribus vrbis Romæ exeuntem, ita honorificè susceptum, vt
imperator ad mille passus pontiffici obuiam factus, ex equo descendens, freno in ca-
stra eum perduxerit. habito autem simul lōgo & secreto colloquio post epulas, oscu-
loque inuicem dato & accepto, ad vrbe pontiffex redijt: quam quidem excreſcen-
tia Tiberis ita vexatam reperit, vt non nisi lintribus de vico ad vicum transire liceret.
Tenuerat Constantinopolitanum imperium hæcenus Michael cum matre Theo-
dora

Iohan. papa

Benedictus
3. papa.

Mali spiri-
tus visa.

Prodigia.

Nicolaus 1.
papa.

Michael
Cōst. Imp.

dora annos xj. cum Theophilus animi ægritudine post Saracenam victoriam decessisset, Benedicti 3. tempore Michael imperium solus occupavit, tenuitque annos 13. Legatos Romam ad Nicolaum primum misit, apostolorum basilicas cum ingentis ponderis aureo calice salutatam. Paulò post Basilium Macedonem strenuum virum, consortem fecit imperij, à quo demum, vti solus imperaret, interfectus est.

Ex Lotharij filijs adhuc Ludouicus Imp. & Lotharius is, cui Lotharingia obuenat, supererant. Carolus qui cum parte Burgundiæ Prouinciam habuerat, ex morbo nuper decesserat. Itaque Lotharius Burgundiæ partem accipit, Ludouicus imperator Prouinciam. Hic Lotharius est, qui contra leges ecclesiasticas duas pariter vxores habere nitebatur. Nam Theoberga sorore abbatis Hugoberti, quem ducatu inter Iuram montem & Iouis montem præfecerat, dimissa, Galdradam duxit. Dedit ea res occasionem inter maximos principes simultati. Nicolaus enim pontifex sacras leges contemni molestè ferens, ad Carolum Lotharij patruum, eum qui Caluus est appellatus, scripsit, 2. q. 1. c. Quæ Lotharius rex nepos vester fecit, accusatione non indigent, manifesta enim sunt. Scriptum est & ad archiepiscopos & episcopos Galliæ & Italiæ & Germaniæ, 2. q. 1. c. Scelus. Et quia repudiationi consenserant * Theogaldus Treuerensis archiepiscopus Galliæ Belgicæ, & Guntharius Colonienfis, excommunicati sunt à Nicolao & depositi, vt xj. q. 3. Theogaldum. Videns autem Lotharius etiam sibi excommunicationem intentari, Theobergam vxorem reassumpfit, reiecta Galdrada: sed non multò post repudiata iterum vxore, pellicem reassumpfit: nec vltra vllò correctionis modo ab ea separari potuit multos per annos, vt leges infra. Porro Ludouicus Germaniæ rex, patruus Ludouici imperatoris prælia contra Sclauos magnificè gessit, captumque principem eorum luminibus priuauit. Huic Ludouico fertur apparuisse in somnijs genitor suus Ludouicus Pius, adiurans eum per nomen S. Trinitatis, vt eriperet eum à tormentis quibus tenebatur. ob hoc Ludouicus rex ad diuersa monasteria magnas elemosynas distribuit. vnde dabatur intelligi, quòd licet idem imperator multa Deo & hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno suo permisit. Inter quæ grauiora videbantur, quòd hæresi Nicolaitarum non restitit, & monita Gabrielis archangeli 12. capitulis compræhensa, seruare non studuit. Quienerat hætenus Carolus Franciæ rex, deuietis Britonibus, postquam & Lemouicæ vrbis rex inunctus est, capto Hemeuio Britonum rege cum filio, occasionem sanè probam in Nortmannos expectans. Itaque cum illi iam Andegauiam urbem nouo tumultu circumsedissent, expeditionem in eos parat, quam domestica quædam filiorum lues retinuit. Nam Carolomannus illi filius erat è priore vxore sacris addictus, qui pessimorum hominum consilio, exdibus & rapinis omnia vastabat, donec à patre captus, in vincula coniectus est: vbi dum respiscere nollet, diaconis gradu amotum, oculis priuauit, atque in monasterio Corbiensi custodiendum mandauit. Qui postea duorum pseudomonachorum nisu educus, ad Ludouicum confugit, ferunt alterum quempiam Carolum filium Calui, dum experiri vult inconsultè militis cuiusdam fortitudinem, periisse. Superfuit adhuc Caluo Ludouicus Balbus filius. Verùm Carolus susceptam expeditionem non omisit. Nortmannos, qui iam Andegauia ciuitate potiti erant, circunvallat, adiutore Britonum duce. hoïtes pressi dura obsidione, eas conditiones pacis, quas Carolus dixerat, datis obsidibus acceperunt. Relicta libera ciuitate, petunt Nortmanni, liceret insulam illis proximam ad paucos dies incolere commeatus causa. Interim qui inter illos Christiani erant, aut Christi nomen profiteri vellent, ad regem reuerterentur, ceterique sedes suas mox repeterent. Tum maxima ex illis manus Christianæ disciplinae se addixit. His diebus Saraceni ex Aphrica progressi, Beneuentanorum regionem, quæ olim vocabatur Samnium deuastabant: contra quos imperator Ludouicus copijs repentè vndique contractis, Lotharium fratrem suum in auxilium vocat, & eos expugnat. Non multò post Andalisius dux Beneuentanus fiducia Græcorum, adiunctis sibi Campanis, Lucanis ac Samnitibus, ipsi Ludouico rebellare cœpit. Imperator collatis copijs, Beneuentum inuadit. Quem Andalisius datis muneribus è sinibus suis excedere persuasit. Inter Campaniæ vrbes vltima est Capua capta ab imperatore, vbi episcopo cum clero portante reliquias, & ante pedes eius gratiam postulante, veniam concessit, totamque Campaniam & Apuliam à Græcis mundauit. Andalisius fraude imperatorem aggressus, cum necare voluit:

Lotharij regis scelus.

Sclaui victi.

Nortmanni victi, Christi nomen fatentur.

Andalisij Beneuentani rebellio.

voluit: sed armis imperatorijs repetitus, in Sardiniam fugit. Nicolaus interea Iohannem archiepiscopum Rauennatem ad Se. Ap. propter obiecta crimina venire recusantem, dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Ludouicum confugiens, impetravit scribi Papæ, vt sibi tutò liceret ad causam dicendam Romam proficisci, quod haud grauatè Papa concessit. dum veniret Romam, factus est in conspectu Papæ ac cleri, maiestatem reum se esse, & veniam petiuit. Motus Papa precibus nunciorum qui venerant, hac conditione veniam dedit, vt tamen se in concilio de hæresi purgaret, multis alijs adiectis, quæ ipse mox iurauit. Idem Nicolaus Bulgarorum regem cum omni prouincia ad fidem Christi literis & sanis admonitionibus conuertit, eisdemque Bulgaris episcopos & presbyteros dedit, pulso Photino, cuius fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerant. rex ipse, dimisso regno, monachus efficitur, filius autem eius à fide defecit. quare repetijt regnum, filium cepit, & oculis effosis in carcerauit, alium substituit, ac tum sacrum habitum resumpfit. Postremò verò Nicolaus, approbante Ludouico imperatore, instituit, ne princeps vllus secularis aut imperator concilij clericorum interesse auderet, nisi de fide agatur, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verùm etiam ad laicos & ad omnes omnino pertinet Christianos, licere tum ac par esse censuit. de hoc tex. 96. dist. c. vbinam. In eadem dist. scribit etiam Ludouico huic, in c. in scripturis. Nicolaus autem in omni genere virtutis vnici viri exemplar 7. p. tificatus sui anno moritur, & ante fores basilicæ sancti Petri sepelitur. Adrianus 2. patria Romanus, subrogatur anno Domini 876. sedit annis 5. Hic aliquando dono accepit à Sergio pontifice denarios 40. quos domum veniens, dispensatori suo mandauit vt peregrinis & pauperibus, qui in vestibulo domus suæ stabant, erogaret. facere ille mandata conatus, cum videret tantis hominibus ex illa pecunia satisfieri non posse, redit, & rem ipsam exponit. Tum Adrianus accepta pecunia ad pauperes exiens, & ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi rei familiari satisfactorum referuauit, admirante dispensatore, cui Adrianus: Vides, inquit, quàm benignus & largus sit Dominus, his præsertim qui liberales & munifici in pauperes sunt? Creatur itaque pontifex, non habita ratione imperatoris. hanc ob rem legati imperatoris Ludouici indignati, quòd nusquam, vt par erat, interesse potuissent. Quibus hac ratione satisfactum est, quòd dicerent multitudinis voluntatem in tanto tumultu moderari non potuisse: eos tamen rectè facturos, si virum optimum à clero & populo electum, pontificem salutare. quod & fecerunt. Superuenerunt à Ludouico imperatore literæ, quibus Rom. laudat, quòd pontificem sanctè & integrè creassent, non expectato aliorum voto, qui fortè ob ignorantiam personarum minus iudicij haberent, id maxime ad ciues pertinere, & ad eos qui cum inquilinis familiariter vixere. Suscepit hoc tempore Basilius, cæso Michael, Constantinopolitanum imperium vir frangi, ex ruris vestigali victitabat, qui initio imperij sui Constantinopoli synodum coegit Adriani pontificis consensu, in qua & pulsus Photinus vir seditiosus, & restitutus Egnatius iam antea iniuria pulsus. habita etiam in eadem synodo longa contentio est, Bulgari ne, quorum legati tum aderant, Sedi Romana, an Constantinopolitana subiecti essent. Tandem verò Basilio contradicente, Rom. Sedi adiudicatur. quare Adrianus Bulgaris rogantibus virum vita & doctrina insignem vt mitteret, ipse tres misit, Syluestrum, Leopardum, & Dominicum, qui rem omnem ex pontificis sententia ad meliorem cultum redigerent. quanquam Bulgari paulò post donis corrupti, pulsus Latinis sacerdotibus, Græcos receperint, quæ seditio multorum malorum inter Latinos & Græcos incendia suscitauit. Hic Adrianus statuit etiam, vt nullus laicus electioni pontificum se ingerat, vt habetur 63. dist. c. Nullus, & scripsit Basilio ac filijs suis Constantino ac Leoni Constantinopolitanis Augustis eadem, mittens ad synodum, de qua supra, quæ octaua dicitur, nonnullos episcopos, vt prædisposuerat Nicolaus, de quo 63. dist. Adrianus papa secundus. Verùm Leo papa 8. contrarium illius statuit, vt videbitur sub eo. Ad hunc Adrianum Romam (vt tradit Martinus) accessit Lotharius rex frater imperatoris, quem Nicolaus Papa adulterij causa excommunicauerat ob Galdradam pellicem, vt habetur xj. q. 3. c. præcipuè. Et dum pro comprobatione innocentiae suæ ad receptionem corporis & sanguinis Domini tam ipsi quàm optimates sui fuissent inuitati, omnes qui cum eo communionem acceperant, infra annum mortui sunt. Rex etiam Lotharius redeundo in via Placentiæ est mortuus,

Bulgari ad fidem Christi conuerfi.

Adrianus 2. papa.

Basilius Cæ. stans. Imp.

Att. Adriani decretum.

Lotharij regis interit.

id quod Francorum historiae testantur, etsi sint qui eum in expeditione Saracenicā ibi perijisse volunt, nec mirum, quoniam ab expeditione illa Romam iisse putatur.

Sueviæ du-
ces.
Vuighardus
Rupereus.
Dietlandus.

Manfen.

Sub Ludouico rege Germaniæ fuerunt Vuighardus & Rupereus Sueviæ duces fratres, consanguinei regis & nepotes Caroli Magni. Vuighardus fundauit monasterium S. Benedicti in Lucerna, vbi nunc est præpositura. Fuit primus abbas, pro sancto habitus. S. Dietlandus abbas eremitarum, dux Sueviæ fuit. Item S. Vdalricus custos ibidem, dux Sueuorum, fundauerunt monasterium in lacu Thuricensi. Manfen dux Sueviæ & rex, fundauit monasterium in Mansmunster. ANNO Domini 850. tanta fames Rhenanum populum oppressit, quod modius frumenti Moguntia vendebatur x. siclis argenti. Rabanus eo tempore archiepiscopus, 300. quotidie pauperes præter suos assiduos. Quidam illis diebus cum vxore sua & filio tenero famis causa in Thuringiam proficiscens, in itinere constitutus in quadam sylua, deliberauit præ inedia filium mactare. contradicente vxore, rapuit filium per vim: & quum stricto gladio in ancipiti positus, necem distulisset, vidit duos lupos super vnam ceruam stantes, & carnes eius laniantes. statim accurrit, & carnes inuentas cum incolumi filio ad vxorem retulit. Deinde anno Domini 858. mense Ianuario terræ motus magnus factus est per diuersas regiones, maximè tamen Moguntia. corruit tum ecclesia S. Albani mense Februario. Accedebat his malis sæuissima hæresis cuiusdam sectabantur hunc mulierculæ quædam, quæ temere publicis concionibus fidem adstruebant. sed ea Moguntia Rabano præside circiter annum Domini 843. in concilio damnata est.

Hæresis Go-
discalis
apud Rhe-
num.

GENERATIO XXX.

ANNO verò Domini 870. ab vrbe condita 1621. Adriani papæ 3. & imperij Ludouici secundi 15. incepit 30. generatio. Quo in tempore Ludouicus imperator fratrem non habuit neque filium, vixit autem adhuc patruus suus Carolus, Caluus dictus, Ludouici Pij filius, rex Gallia seu Occidentalis Francia. Supererat etiam Caroli istius frater Ludouicus, Orientalis Francia aliàs Germaniæ rex. Habuit autem Carolus Caluus filium, qui vocabatur Ludouicus Balbus. sed & Ludouicus rex Germaniæ ac Francia, habuit filios 3. Carolomannum primogenitum, Ludouicum & Carolum. is Carolus iunior à dæmonio in præsentia patris Ludouici legitur vexatus, & ipsa vexatione confessus fuit, hoc ideo sibi contigisse, quia contra patrem suum conspirationem molitus sit. Erat in Francorum fide & amicitia Alfredus Angliæ rex, Edeluulphi, cuius in Leone 4. mentionem fecimus, filius, ea vel inprimis causa, quod Edeluulphus vrbe Roma discedens, Alfredo hoc comite, Caroli Calui filiam vxorem duxerat. Itaque patri mortuo Alfredo successit, quod in Anglorum rebus etiam diximus supra. regnauit annos circiter 20. pietate, munificentia & literarum amore celebris, qui Oxoniæ scholam instituit, cœnobium plura condidit apud Vintonium, & nonnulla alia in Britannijs loca. Horas partiri solebat, vt octo animi meditationi, lectioni & orationi vacaret: regni negocijs, reliquis. Reddituum magnam partem monasterijs, magnam pauperibus impendit: præterea filia ille Balduino Flandrensi comiti locasse fertur, quem Francorum historiae hanc Calui filiam rapuisse scribunt. Ornarat Alfredus Oxoniensem scholam Iohanne Scoto inprimis ceu geniali quodam sidere, quem è Gallijs, vbi Carolus eum Caluus fouebat, reuocauit in Angliam. sed religionem professus, cum discipulos aliquot (vt fit) erudiret, factum est vt illi contra præceptorem conspirarent, graphijsque assumptis illum sæuissimè interimerent. Græcas literas calluit, quæ illis temporibus magna ex parte amissæ fuerant. Hinc Calui mandato Dionysij Areopagite libros, qui de sacra hierarchia inscribuntur, Latinitate donauit, maiorem diligentiam, quod in sacris fieri maximè debet, quam elegantiam in eo opere indicans. ANNO Domini 872. migravit ad Dominum Adrianus papa, & successit ei Iohannes 8. patria Romanus, qui sedit annis x. Hic Iohannes scripsit Ludouico regi, quod priuilegia Rom. ecclesiæ tolli non possint, nisi præscriptione centum annorum, 16. q. 3. c. nemo. ANNO Domini 876. Imp. Ludouicus moritur, & mox audita eius morte, Carolus Caluus rex Gallia, Richentem vxorem Syluanetum mittit, Ludouicum filium in eam Austrasia partem, quæ à Lotharij decessu sibi obuenerat, proficisci mandat: ipse superatis alpijs, Romam pergit, & à Iohanne papa ac Rom. creatur imperator, &

Alfredus An-
gliæ rex.

Ioh. Scoti
doctrina.

Iohannes 8
papa.

Carolus Cal-
uus Imp. 78.

imperauit annis duobus. Nam ei statim à fratre suo Ludouico Germanorum rege bellum paratur, quod se inconsulto, solus imperium fratruelis vsurparet: comparatoque exercitu, per filios eum impedire ac vexare satagit, incurfionibusque molesta re parat. Sed interim in Gallias omnium opinione citius redijt, vbi velut Francorum habitum & simplicitatem perosus, inani vir iactantia, Græco more vestiebatur Dalmatica veste, balteo, diademate, aded gloriæ appetens, vt maximorum imperatorum exemplo Compendium vrbem à se Carolopolin dicere voluerit. Fratrem Ludouicum Germaniæ regem, mox laceffebat, minatus tantas se copias conducturum, vt exhausto flumine ceu Xerxes, per aridum alucum in Germaniam traduceretur. Verum Ludouicus apud Francofordiam moritur, relicta tribus filijs præstantissimæ indolis, qui tres regnum paternum diuiserunt, vt habetur etiam in historia Francorum: Carolomannus sortitus est Bauariam, Pannoniam, Carinthiam, regna Sclauorum Bohemorum & Morauensium, & vocatus est rex Bauariæ: Ludouicus Orientalem Fraciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, & partem regni Lotharij, & vocatus est rex Ostrofranciæ. Sed Carolo cessit Alemaniam, quæ hodie Sueuia dicitur, & aliqua ciuitates ex regno Lotharij propter vini copiam, & vocatus est rex Alemaniam. Ludouico rege Germanorum sic defuncto, Carolus Caluus mox iniustitiam quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere conatus est. Cum quinquaginta millibus Carolus iste regnum filiorum aggressus, Coloniam peruenit. at Ludouicus iunior, fratribus suis alijs rebus intentis, missa legatione ad patrum, rogat ea quæ pacis sunt. quæ cum impetrare non posset, ipsum bello viriliter excipit apud Andrenacum, & victum cum dedecore fugere compulit, & quam sibi victorie rationem in angustijs quaesierat, stragi locum dedit. Nam qui sarcinas regias ferebant, viarum angustijs intercepti, cæsi sunt. ceciderunt ibi viri illustres plerique, reliqui in agrestium manus incidentes, omnino spoliati rediere. Eius regis etate Flandria, quæ paucis tunc vicis ornata erat, & feris magis quam hominibus incolebatur, ei quæ præficietur à rege custos, qui Francorum lingua Forestarius dicebatur, comitatus dignitatem hac occasione accepit. Erat Forestarius Balduinus à Carolo institutus, hic regis filiam Iudith rapere ausus fuit, cuius rei gratia Caroli iussu coeuntes episcopi, Balduinum excommunicant. at cum nihilominus facti non pœniteret, consilio procerum persuasus Carolus, permittit filiam Balduino in matrimonio copulari, & de custode Flandriæ comitem fecit, terram sibi dotis nomine permisit. Hæc è Francorū historijs. nam ceteri, vt supra meminimus, paulò aliter. Ex hoc Balduino secundus Flandriæ comes Arnulphus natus est. Grassabantur sub hoc Carolo imperatore Saraceni in Campania, quorum aduentu territus papa Iohannes, Carolum admonet ecclesiæ opem ferat. parat Carolus, Romam secundò proficiscitur, & Bosoni Germano vxoris suæ filiam Ludouici imperatoris defuncti vxorem dedit, & data ei Prouincia, in regem coronauit, vt etiam regibus imperare videretur. Tum duo Caroli, Ludouici regis Germaniæ filij, hostem secuturi, contractis vndique copijs, in Italiam descendunt, patrum Carolum imperio simul & vita priuaturi. Carolus Roma egressus, pauore solutus, reditum parat. ac, vt refert Platina, Tridentinos saltus nepotibus clausurus, cum exercitu Veronam properans, apud Mantiam valetudine correptus, venenata portione moritur, quam Sedechias Iudæus, quo medico vtebatur, curandæ valetudinis causa (vt creditum est) ei dederat. Erat hic Sedechias Iudæus medicæ rei peritus, vanissimarum artium celebris magister, qui rerum formas mutare visus, miris hominum animos præstigijs vexauit, non minore vanitate, quam is olim Marci Antonini Imp. Philosophi temporibus, qui sese in ciconiam vertere conabatur. Dum corpus Calui exenteratum, & multis aromatibus conditum, sui in Franciam ferre cupiunt, cadaueris putredinem tolerare non valentes, Vercellis inhumarunt. Vnde post annum septimū exemptum, in diui Dionysij templum delatum est, quia ita in visione cuidam monacho eius loci, simulque clerico S. Quintini reuelatum extitit. Mortuo autem Carolo Caluo, Iohannes pontifex omnibus viribus adnitebatur vt Ludouicus Balbus Caroli Calui filius, imperator decerneretur. quo minùs autem id fieret, obstitere Ro. proceres, Carolū regem Alemaniam Ludouici regis Germaniæ filiū, qui cum fratre Carolomanno iam partem Italia intrauerat, imperatorem cupientes. In tanta verò seditione, cum non deessent qui etiam Ludouico fauerent, pontifex capitur, & in vincula conijcitur. hanc ob rem non ita multò post adiuuantibus quibusdam amicis, pontifex è vinculis lapsus, ad Ludouicum

Carolus Cal-
uus à Ludo-
iunior vin-
citur.

Andrenacū
Antoniacū

Boso Pro-
uincia rex.

Sedechias
Iudæus.

Calui Imp.
iurexitus.

Lud. Balbus rex Francie.

Carol. Crassus Imp. 39.

Ludouic. & Carolomannus Balbi filij, reges.

Frifa dara Nortmannis.

Anastafius Biblioth.

Mart. 2. pp.

Adria. 2. pp.

donicum Balbum in Franciam confugit, vbi per annum moratus, regem imperij d. demare coronat, Augustumque appellat. controuersias ibi inter Ecclesiasticos subortas, rege adiutore, absoluit. Iohannes deinde abiens, apud Treca civitatem concilium habuit, in quo & multa ad fidem pertinentia sunt instituta, & Flandris qui tum primum ex locis nemorosis ad meliorem cultum venerant, episcopus datus est. Verum cum Italia a Saracenis vastaretur, ceperant enim & diripuerant iam montis Casini monasterium, Iohannes Romam accitus, Carolo & principibus Christianis reliquis adiuantibus, Agarenorum magnam partem ex Italia & Sicilia expulit. ANNO igitur 878. Carolus Alemaniæ rex imperator factus, à Iohanne pōtifice, quo ei liberius in vrbe viuere liceret, imperij corona donatur, tertiusque Carolus appellatus est. regnavit annis x. exufflaturque coronatio imperialis Ludouico, quod nec in catalogo imperatorum describitur. Interea Ludouicus Balbus componendæ discordiæ, quæ illi erat cum Ludouico nepote, filio tertio Ludouici quondam regis Germaniæ, cupidus, per legatos egit, vt conuentu * Furone indicto, pax ad sequentem modum dicta sit: De Austrasiæ regno sicuti defuncto Lothario inter Carolum Caluum & Ludouicum Germaniæ regem conuenerat, ita permaneret: Italia verò imperium, quandoquidem tunc commodè distribui non poterat, quisque vt partem obtinebat, ita illam haberet, donec de partitione in alio proximo habendo conuentu agi stabilius posset: interim si ab Saracenis alter regum impeteretur, alter suppetias ferret. huic formulæ si quis detractum ireret, eum à neutro regum recipi aut defendi posse.

Rebus ita compositis & pacatis Gallijs, Ludouicus Balbus bellico quodam tumultu implicitus, morbo decubuit: quem cum nulla salutis spes leuaret, Compendium se deferri iubet: vbi paucis post diebus fato functus est anno Domini 880. Secura est eius interitum ingens totius regni calamitas, quam principum Franciæ similitates, odia & libido fouebant. Reliquerat ex concubina Balbus filios duos, Ludouicum & Carolomannum: quin & grauidam vxorem, quæ occasionem expectationi dedit. affectabat regni coronam Boso Prouinciæ regulus, reginæ frater, à cuius tyrannide, vt inuisa erat principibus, declinatum est, quod regnum se ad Ludouicum Germaniæ regem traducturos illi dicerent, sed paulò post Germanicus mortuus est, cuius regnum Crassus accepit, nam & superiore anno Carolomannus etiam Germanicus perierat. Interim Franciæ regnum ad nothos deuenit optimatum studio, regnarunt vnà Ludouicus & Carolomannus annos penè 5. Eo tempore è regina filius natus est, qui Carolus, aui nomine, dictus est, hunc Simplicem posteri cognominarunt. Fratribus Francorum regibus, in ipsis regni initijs arduum cum Nortmannis fuit negocium, qui ad Ligerim infestis incursionibus grassantes, pradabantur omnem regionem. At fratres coacta magna militum manu, Nortmannos subito aggressi vicerunt, futique Nortmannis memorabilis ea clades, qua circiter nouem millia militum cecidere. Peropportuna fuit ea victoria non tam Galliæ quàm Germaniæ, quam hætenus non nihil etiam infestant. nec Boso Prouinciæ regulus quiescebat, etsi iam toties laceffendo nihil proficeret. Instaurabant bellum rursus Nortmanni auxilijs nouæ factionis, quæ Astingum ducem habebat, cum quibus congressurus Ludouicus, subito correptus morbo, statim mortuus est, atque tum quidem ferunt Caroli imperatoris auxilijs hostem repulsum. sunt qui facto foedere rem actam dicant, Godefrido Nortmanno duci Frisiam prouinciam datam, Sigefridum multis muneribus placatum esse. Cumque hi redirent in Gallias, tantum Carolomannum Gallicum malorum passum, vt ingentem argenti vim pro tributo annos xij. pacis causa promitteret, tum pacatas esse Gallias. Hæc ego in tanta authorum diuersitate ex Germanicis monumentis colligo. ANNO Domini 882. Iohannes 8. papa moritur, cuius tempore fuit & Anastafius bibliothecarius, vir vtriusque linguæ peritus, qui è Græco in Latinum & septimam synodon & hierarchian Dionysij transtulit, Caroloque imperatori multorum sanctorum vitas Latinè dedit. Martinus 2. pontifex, lectus est. Platina malis artibus eum & fraude scribit adeptum esse pontificatum. præfuit annum vnum & aliquot menses. Quo tempore etiam Leo & Alexander Basilij filij, Constantinopolitanum imperium tenebant. Successit Martino Adrianus 3. patria Romanus, tanta vir animi magnitudine, vt initio pontificatus sui statim ad senatum populumque Rom. retulerit, ne in creando pontifice imperatoris autoritas expectaretur, vtque libera essent & clerici & populi suffragia. Ille ætum arbitror, quod Carolo Crasso imperatori cum Nortmannis negocium effect.

set. obierat mortè superiori anno Carolomannus Balbi nothus, qui nuper cum Nortmannis foedere coierat, tributum pendens. Sed Nortmanni vt huius mortem acceperunt, rursus inuasere Gallias, quas Crassus Imp. tutari volens, in potestatem accepit, hostibus concilium indicit, in quo Godefridus rex cum suis perimitur. Inde diu grauissimè certatum cum eis est in Parisiana obsidione, alijsque locis, donec foedere facto, regionem quæ vltra Sequanam est, ab imperatore habitandam accepissent, hodieque ea Galliæ pars Nortmannia appellari solet, genti huic id nomen esse volunt à Danis, qui Cimbricam Chersonesum habent, septentrionalibus populis. Mort enim septentrionem genuina lingua, & Mann virum significat. moremque fuisse aiunt populo longo tempore, vt ex multis liberis vnum tantum apud se hæredem pater haberet, cæteris post legitimam ætatem domo emissis. sed aliquantò de populis his plura supra. ANNO salutis 886. mortuo Adriano 3. altero sui pontificatus anno Stephanus quintus succedit, patria Romanus. sedit annis 6. religionis præcipuus cultor, quare & alienos episcopos obseruantissimè amauit, id quod in decretis videtur. re licet, vbi ad Hubertum Moguntinum episcopum scribit 2. q. 3. c. Consuluit.

Nortmannia quando primum accepit nomen.

Stephanus 5. papa.

ANNO 888. Carolus Crassus animo deficiens, ab optimatibus imperio deiectus est, qui statim sequente anno mortuus, in Augia maiori sepultus est. Arnulphus quem è Caroli profapia ferunt vltimum fuisse, imperator salutaris est. fuit hic Crassum necessario familiæ cultu quoad vixit. Et Francia tum nec imperatoris viribus, nec suis regibus tutari potuit. Erat regni hæres is, quem Ludouico Balbo mortuo, vxor pepererat, Carolus Simplex, decennis puer. Quare Franci Odonem Roberti Parisiensis comitis filium, puero Carolo Simplici Balbi filio præficiunt, & regem salutant. Hic puerum probè educans, regnoque regendo æquus, ab archipræsule consecratus est. Anno regni sui 9. moriens, Francos obtestatus est, vt Carolum Simplicem bonæ spei iuuenem in Maiorum suorum sedem restituerent. Qui adepto regno, Edinam Eduardi Anglorum regis filiam vxorem accepit. regnavit annos vigintiseptem. Sunt qui scribant, Carolum ante Odonis mortem regem salutatum esse, quam appellationem armis contra Odonem tutari conatus sit. Nec Odonis tempore quieuerant Nortmanni Parisios obsidentes, Senonas populati, quibus magno animo bonus princeps restitit. Carolus Simplex cum annos aliquot in regno felices egisset, etsi belli negocijs paulò grauiore, nam Nortmannos pacauit, Rolloni eorum principi filiam vxorem dedit, cum Christianum nomen suscepisset, defecere ab eo proceres, Robertus Odonis regis frater Aquitaniæ dux, quod de fratris regno portionem non accepisset, viciniore vrbes capit, cum copijs aduersus regem, qui Suesioni erat, contendit: vbi statim casus est. Verum rex paulò post ab Hereberto amicè exceptus, apud Peronem dolo captus est. Edina vxor cum filio Ludouico ad patrem Eduardum in Angliam confugit. Richardus Burgundiæ ducis filius, rex delectus est, qui prælijs aliquot cum Saracenis congressus est non satis feliciter. infestant enim Saraceni nuper Burgundiam. Quo mortuo, & Carolo Simplex in custodia perierat. quare ex Anglia Edina cum Ludouico filio reuocatur, quem obuij proceres regem salutant. Mansit regno quies annos non sanè multos. eæ erant procerum insidiæ, quas Guilermi Rollonis filij & Germanici regis studio superauit: ac Herebertum, qui patrem in custodia necarat, furca suspendit in pocerum concilio. Hactenus fortuna sua benè vsus est rex. cætera narrabuntur suo ordine. nam ex his multa, rei feruiens, τὴν ἰστορίαν προλαβόντων descripsi. Ad res Germanas cum Arnulphus Imp. 80.

Carolus Simplex Ludouici Balbi filius rex.

Rollo Nortmann. dux.

Richardus rex Francie.

Ludouicus, Caroli Simplex filius, rex Gallie.

Arnulphus Imp. 80.

Maharenfes domici.

Formosus papa.

ANNO 892. Stephanus 5. Formosus

sus papa succedit, sedit annos quinque & sex menses. Hic, ut refert Ioh. de Colum.
 contra voluntatem quorundam Rom. factus est Papa, qui Sergio fauente, ipsam ele-
 gerunt: & cum non praevalerent, ægrè quieuerunt. Fuit Formosus episcopus Por-
 tuensis. sed aliquando Iohannis papæ s. seueritatem veritus, episcopatum deserens, in
 Gallias aufugit. verum cum reuocatus redire abnueret, anathemate notatus, tandem
 Romam veniens, omni ecclesiastica dignitate priuatur: prophana indumenta, ut aliqui
 scribunt, assumpsit. Sunt qui arbitrantur hoc ideo Formoso accidisse, quod eius con-
 iurationis conscius fuerit, qua Iohannes in vincula coniectus est. Hac itaque contu-
 melia motus, ab vrbe discedens, iureiurando affirmasse dicitur, se nunquam postea vel
 Romam, vel ad episcopatum rediturum. At verò Martinus pontifex Iohannis succes-
 sor, hominem postea iuramento absolutum, in patriam & pristinam dignitatem resti-
 tuit, unde ad pontificatum non ita multo post sublimatus est. ob hoc in Ro. ecclesia
 multa secuta sunt in commoda. Ad eò totus ferè orbis vbique intestinis factionibus
 laborabat. Dum Arnulphus cum Nortmannis iterum in Gallijs bellum gerit, in
 Italia Berengarius potentissimas quasque ciuitates exciuit. erat hic Foroiulianus dux,
 cuius viribus Guido Spoletanus dux infensus, Italiam non minori incommodo affe-
 cit. Arbitror huic tumultui Hungarorum motus, de quibus diximus, occasionem de-
 disse, quod illi Italiam ferebantur ingressuri: ante horum ingressum conflixisse sapius
 Italos principes scribunt. Et Berengarius animi magnitudine & scientia rei militaris
 maior, cum Guidonem in Vmbria fines repulisset, imperium suum stabilire volens,
 cum Arnulpho Germanico imperatore foedus iniit: quo expressum est, ut alter alte-
 rius ope iuuaretur. Itaque Arnulphus filium Senebaldum, quem ex concubina ha-
 bebat, in Italiam misit cum exercitu, qui integris adhuc illorum rebus inde dicebat.
 Arnulphus demum venit in Italiam Formosi rogatu, quem aduersa factio violarat.
 Bergamo vi capto, Ambrosium eius vrbs comitem suspendit. Progressus longius,
 magno totius Italiae terrore Romam venit ad Formosum pontificem. fertur aliquot
 dies urbem obsidisse. urbem ingressus, imperator est appellatus. sumpsit de his qui
 pontificis numen violarant, supplicium. Egressus, Guidonis opes maximè afflixit.
 mirum quod de Guidonis vxore ferunt, quæ obsessâ in oppido quodam, Arnulpho,
 vsa perfidia vnus ex imperatorijs familiaribus, potionem lætalem dedit, ut triduum
 excitari non potuerit. Quæ res eum properè redire in Germaniam fecit. Moritur
 interea Formosus papa, & Bonifacius sextus pontifex creatur, pauco tempore sedit,
 in basilica sancti Petri sepelitur. Circa annum salutis 900. Arnulphus ægrotare cœ-
 pit, dissolutus atque afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocant, ita ut nullo
 potuerit medicamine curari. Breui in Bauaria apud *Ursingen* vita functus est. Eius se-
 pulcrum demonstratur in cœnobio sancti Emerani Ratisponæ. Reliquit duos filios,
 vnum legitimum Ludouicum, alterum ex concubina, cui Lotharingiam donauit re-
 gendam, de quo iterum dicitur. Arnulphus itaque rex potens, qui totam Orienta-
 lem Franciam, hoc est, Bauariam, Sueniam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam & Lotha-
 ringiam cum imperio tenuit, eiusque autoritate Francia Occidentalis moderaba-
 tur, pediculari morbo periit. Cœpit hoc tempore Nortmanniæ ducatus. nam pa-
 catis Nortmannis, ut in Carolo Simplicis dictum est, Rolloni eorum duci Simplicis fi-
 lia vxor data est vnâ cum Neustria, quam Nortmanniam hodie ab illis vocamus, acce-
 pta sponsione baptismi recipiendi. Suscepit autem Rollonem de fonte comes Pari-
 sensis Robertus, & similiter Robertum appellabat. Hic Robertus fuit primus dux
 Nortmannorum, qui genuit Guilhelmum, Guilhelmus autem Richardum, & ille se-
 cundum Richardum genuit, eiusque fratrem Robertum, qui Apuliam, Siciliam &
 Calabriam acquisiuit. Gelloni verò Rollonis cognato rex Carolus montem Blefen-
 sem tradidit, inde Blefenses comites ortum habuere. acta sunt hæc anno Domini 912.

GENERATIO XXXI.

Stephanus
6. papa.

ANNO verò Domini 901. ab vrbe condita 1652. incepit trigesima prima genera-
 tio. quo anno Stephanus 6. patria Romanus, Anagninus episcopus, pontifex est
 creatus. sedit anno vno, mensibus quatuor. hic tanto odio persecutus est Formosi
 nomen, ut statim eius decreta abrogauerit, licet à Formoso plurimum fuerit dilectus,
 & ab eo Anagninæ episcopus factus. Refert Martinus, Stephanum tanta rabie de-
 uisse, ut habito concilio, corpus Formosi è tumulo tractum, pontificali habitu spolia-
 tum, indutumque seculari, sepulturæ laicorum mandauerit, abscissis tamen dextræ
 eius

eius duobus digitis, quibus in consecratione sacerdotes vruntur, in Tiberimque pro-
 iectis, quod (ut ipse dicebat) contra iuramentum Romæ & sacerdotium reperisset,
 quo à Iohanne 8. spoliatus fuerat. pessimi hoc fuit exempli. nam postea ferè semper
 seruata est hæc consuetudo, ut acta priorum pontificum sequentes aut infringent,
 aut omnino tollerent, quod antè alienum fuit. Ad huius Stephani pontificis ini-
 tium, anno scilicet 901. Franci Ludouicum Arnulphi filium eius nominis tertium, in
 regem Francorum Germanorumque genitori in titulo imperij subrogarunt. Crea-
 tur autem in primo iuuentæ flore, ut scribit Gotfridus, rex Ludouicus in loco qui di-
 citur *Sorchem*, imperauit annos penè 2. Hoc anno Ludouici primo, Hungari Boio-
 ariam deuastarunt, sed Ludouicus gentis suæ depopulationem non ferens, magno ex-
 ercitu coactus, iuxta Licum fluiuium cum eis pugnavit, & plures ex eis occidit: cumque
 pugna vsque ad horam septimam protraheretur, & victoria speraretur, Hungari pos-
 sitis insidijs fugam simulant: quos dum regales impetu insequerentur, prodeunt
 omni ex parte insidiæ, & quasi victi ipsi, victores vincunt ad eò, ut rex Ludouicus pacem
 obnixius petitam, ingenti data pecuniarum vi, & tributo quotannis promisso, redime-
 re se sit coactus. Reuersi in patriam Hungari, tota hyeme quieuerunt. Rex tum à
 principibus Lotharingie, qui offensi erant à Senebaldo, inuitabatur ad regnum totius
 Belgicæ. regio enim illa, ut scribit Gotfridus, Gallia Belgica vocatur. Senebaldus cum
 multa mala commisisset, regnumque multa cæde ac incendio vastasset, à comitibus
 Stephano, Gerardo ac Manfredo occiditur. Itaque Ludouicus regno liberè poti-
 tur, vxorem duxit filiam Othonis ducis Saxonie Lutgardam. Interim Stephanus
 sextus moritur, & Romanus ipsi substituitur, sedit tribus mensibus. Mox ut pontifica-
 tum iniit, Stephani pontificis decreta & acta improbat, abrogatque. Vide quantum
 isti degenerauerint à Maioribus suis. Illi enim viri sanctissimi Maiorum decreta ac sua
 tuebantur. Hi posthabito diuino cultu, inimicitias non secus ac seuerissimi quidam ty-
 ranni inter sese exercebant, suas voluptates postea expleturi, cum non extarent qui
 eorum vitia coercerent. Ideo fortè Deus illos tanquam monstra quædam è medio
 breui sustulit, ut minùs nocere possent. Quis non miretur, regnante Ludouico, octo
 Romanos pontifices sedem Beati Petri tenuisse, qui non legitur nisi duodecim annos
 regnasse? Ideo ut clarior fiat sermo in sequentibus, de singulis his pontificibus ordine
 scribam. De Stephano sexto dictum est atque de Romano, cuius tamen pontificis
 commemorare nomen libuit, quia de more Petri sedem obtinuit. Post Romanum
 successit Theodorus 2. patria Romanus. hic vestigia seditionis secutus, Formosi acta
 restituit, & eius sectatores in precio habuit, & tum 20. pontificatus sui die moritur,
 circa annum Domini 903. Theodorum sequitur Iohannes 9. patria Romanus. sedit
 annis duobus & aliquot diebus. hic Formosi causam in integrum statim restituit, ad-
 uersante magna populi Ro. parte, qua ex re tanta seditio exorta est, ut paulum à cæde
 abfuerit. Rauennam deinde profectus, 74. episcoporum habito conuentu, & Ste-
 phani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, dijudicans perperam à Stepha-
 no factum, qui cœsuis eos iterum ordinandos esse, quos Formosus ordinauerat. adem-
 pta est autoritas gestis synodi, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat.
 Deinde Benedictus quartus patria Rom. pontifex creatur ob eius humanitatem
 & clementiam, qui sedit annos tres, menses quatuor. Cuius Benedicti laus est, quod
 in tam corruptis moribus grauius & constanter vitam duxisse feratur. Post Bene-
 dictum Leo quintus pontificatus adeptus est. Hunc Leonem post 30. & aliquot dies
 Christophorus presbyter & familiaris eius cepit, atque in carcerem misit: ipse præsu-
 latum inuasit. Quantæ autem autoritatis tum pontificatus fuit vitio priorum pon-
 tificum, ex hoc compræhendi potest, quod à viro priuato tanta dignitas vi & factione
 vno ferè momento occupata est. Hunc Leonem credunt aliqui præ dolore animi
 paulò post periisse, quod ab eo spoliatus fuisset, quem ipse domo aluerat ut lupum. sic
 enim cum illo Theocriti conuenit:

ὄρεσαι καὶ λυκιδεῖς, ὄρεσαι κύνας ὅς το φάγοντι.

Hoc est, Ale & luporum catulos, & canes qui te deuorent.

Christophorus, cuius patria ac cognomentum ignoratur, pontificatum malis arti-
 bus adeptus, malè amisit. septimo enim mense, dignitate & meritò quidem eiectus, in
 monasticam vitam vnicum calamitosorum refugium abire cogitur. Inde creatus est
 pontifex Sergius tertius natione Ro. is pontificatus iniens, Christophorum è mona-
 sterio tractum, in vincula coniecit. Rebus deinde confirmatis, in Gallias profectus est,

P p p

vnde

unde cum rediret, Christophorum arctiore custodia vinxit. Formosi autem acta ita improbauit, ut denuo ab eo ordinatos ordinari statu erit. sed ne hoc contentus, eius cadauer è sepulcro tractu, capitali supplicio, ac si viueret, affecit, corpusque ipsum in Tiberim proiecit. Ferunt, piscatores eius corpus inuentum inter piscandum, ad basilicam Petri detulisse, quod imagines sanctoru veneratè sint: & ob eam rem creditum est, Formosum iniuria affectu fuisse. Sergius cre ditur Formosi facta persecutus, quod antea ei impedimèro fuerit, quo minus pontificatum consequeretur. Hac ratione vltam ducens, septimo pontificatus sui anno, mensè 4. moritur, cum paulò antè igne acies in cælo & stellæ micantes discurrentesque præter consuetudinem sint visæ. Vnde non ita multò post, Hungari Italiam ingredientes, multas intulere clades. Erat per id tempus in imperio Constantinopolitano Cōstantinus 8. Leonis filius, biennio cum patre Alexandro regnauit, solus verò annos 29. Adsciuit sibi imperij confortem Romanum, quàm primùm matris tutelam per etatem reliquerat. Hic vires imperij sui aucturus, ex Italiæ discordijs occasionem cepit, cum Turcis aliquoties nec infeliciter pugnavit. Redeo nunc ad Ludouicum, & ad ea quæ gesta sunt sub eo, cuius temporibus Albertus comes de Babenberg, filius sororis Henrici Saxonis, in castro de Babenberg Cunradum Fracum interfecit. Tulit Cunradi cadem Ludouicus grauitè, quod & sanguinis & animi vinculis iunctissimi fuerat. Erat enim Cunradus, qui antè Alberti fratrem peremerat, pater Cunradi, qui post Ludouicū hunc imperauit. Estque Albertus comes, Hattonis Moguntini præfulis opera truncatus. Hoc tempore Hungari contra pacta Bauariam irruunt, vnde bis pulsi, tertio redeunt, Bauariam superant, Saxoniam, Thuringiam, & omnem ferè Alemanniam, Alsatiam, & Lotharingiam vastat, Basileam totā diripiunt. At postquam per Germaniam primò, & postea per Galliam satis fuerant debacchati, Italia sua calamitatis parte non caruit. nanq; per Sergij tertij pontificis tempora ijdē Hungari Italiam sunt ingressi, qui etsi magnum sua fama merum Italis incussissent, quippe cum carnibus humanis vesci dicerentur, erant tamen omnium animi è superiori clade abiecti. paulò enim antè Symbaticus protospatharius à Constantino Græco Imp. missus, Beneuentum oppugnarat, id quod post triennium Guido Longobardus, depulsis Græcis, recepit. Crediderim ego tunc Berengarium Foroiulensem ducem, ab Italis primùm receptum in imperatorem. ille enim rum legitur Hungaris obuiam iuisse ad Italiæ limitem cum xv. millibus armatorum, ac manu confecta, fractum fugatumque, penè totum exercitum amisisse. Tunc furentes Hungari, Taruisium expugnatum diripuerunt, & in Venetos ducentes, ciuitatem nouam incenderunt, Equilium, Caput aggeris, Clodiamque populati sunt, postremò in agrum Paduanum duxerunt, quo ex loco accepta pecunia & obsequiis à Berengario, Italia excefferunt. Audiens autem Ludouicus tertius, Berengarium Italiam inuasisse ac imperare velle, contractis vndique copijs, intrauit Italiam, fugauitque Berengarium. Cum autem Veronæ esset à suis proditus, Berengario nocturno tempore intro-misso, captus est, oculisque priuatus, & sic Italiæ regnum obtinuit. Ludouicus fortè dolore animi & cruciatu moritur anno Domini 912. Quo tempore defecit Italia à societate regni Germaniæ, & tyranni inuasent imperium. ANN O igitur Domini 913. coepit diuidi imperium. quidam enim in Italia, quidam in Germania imperabant. Magna tum erat inter Italos, Germanos & Francos de possessione imperij concertatio, vnde grauissima bella orta sunt. Dicebant enim Franci, defecisse genus Carolorum in Germania, durare autem in Gallia seu occidentali Francia. Hac ex re Ludouicus filius Bosonis regis Prouinciæ, natus ex filia imperatoris Ludouici secundi, à quibusdam tum Italiæ tum Galliæ primarijs ciuitatibus, ad spem imperij allectus est. Germani verò Ludouico tertio defuncto, Othonis Saxonis consilio, Cunradum ducem Francorum elegerunt. Hunc ferunt aliqui Lotharingiæ principem fuisse, nepotem Ludouici tertij ex Cunrado fratre Ludouici. hunc Cunradum consensu omnium Francorum vngunt in regem, qui licet coronam imperialem seu benedictionem non receperit, nihilominus legitimus Rom. rex fuit. Nam imperium fuit translatum à Græcis, non in Italos neque in Gallos, id est, Occidentales Francos, sed in Germanos, scilicet in persona Caroli Magni, vt in tex. qui hoc probat in c. Venerabilem. de elect. & similis tex. in Cle. Romani. de iure iur. Vnde clarè probatur, quod etiam linea Caroli deficiente in Germania, non minus imperium manere debet apud Germanos, sicut & finaliter obtinuit ram de iure, quàm de consuetudine. Et licet Rom. aut Itali receperint vel Ludouicum filium Bosonis, aliòsvè, sicuti Berengarios, Hugonem Arclaten-

Constantinus Græcus Imp.

Cunradus comes Lotharingus.

Hungari Germaniã vastant.

Berengarius primus tyrannus.

Ludouicus Bosonis filius.

Ius imperatoris eligendi apud Germanos.

sem comitem, seu filium illius Lotharium, siue Rudolphum Burgundiæ regem, omnes isti tyranni & inuasores imperij, non imperatores sunt censendi, cum Germani principes non omiserint vel ad momentum suo iure imperatores eligere. Sed de iure electus in regem seu imperatorem Rom. à principibus regni, potest statim ex ipsa electione licite nomen regis Rom. assumere, & iura ac bona regni & imperij in Italia & in alijs prouincijs eiusdem imperij administrare. Sed non est mirum, si Ro. etiam pontifices illis temporibus circa annum Domini nonagesimum & aliquantò post, quoscunque occurrentes admiserint, cum, vt scribit Platina, resque fuerit, quod pontifices illius temporis à vestigijs B. Petri disceserant, & quod respub. ignaues & desides principes habebat, quorum maximè intererat nauiculam Petri fluctibus exagrarari, ne si gubernator verus resipisceret, malos nautas è repub. eijceret. Horror enim est audire, quàm multa perperam per 28. ferme pontifices sint admissa. Quod autem de Ludouico Bosonis filio dicitur, ille per virilem quoque Caroli Magni sexum non descendit. Credo intestinas Galliarum seditiones in causa fuisse, ne Carolus Simplex, quem è Carolorum prosapia esse constat, filiusve eius Ludouicus, imperium occuparent: quæ tantæ fuere, vt ne dicantur quidem principes Germaniæ, quo minus ex se imperatores eligerent, impediuisse: & rectè quidem, cum scirent imperium non in Gallos translatum, sed in Germanos. Nec obstat præmissis, quod Ludouicus tertius, & post eum Cunradus primus, ac deinde Henricus primus, non obtinuerint à papa imperialem benedictionem, quia vel alijs arduis impediti fuerunt suis temporibus, aut propter factionem Itolorum Romam accedere turum non erat, per hoc tamen iura imperij non amiserant. Hæc ego qui Germanus sum, zelo patriæ ductus, probabilia esse iudicavi, nollem tamen vero, si quoquo modo intelligerem, contradicere. sed hæc suprâ copiosius. quare ad institutum meum redeo.

ANN O Domini 913. rege Ludouico defuncto sine liberis, omnis populus Francorum atque Saxonum quærebat Othoni duci Saxonie diadema imponere regni. sed ipse quasi iam annis grauior, recusabat onus imperij: eius tamen consilio Cunradus dux Francorum, filius illius Cunradi quem Albertus occidit, vngitur in regem. penès Othonem tamen summum semper & vbique vngitur imperium. ANN O itaque Dominicæ natiuitatis 913. Cunradus filius Cunradi, ex Francorum genere oriundus, vir strenuus, omnium electione regnum accepit, & 7. annis regnauit, sub quo potentissimi erant principes Arnoldus dux in Boioaria, Burcardus in Sueuia dux, Eberhardus comes in Francia, Gisilbertus dux in Lotharingia, Henricus Saxonum dux, potentia omnibus maior. cum illo Burcardo ducatus Sueuiæ iterum resuscitatus est. ANN O eius 2. qui fuit Sergij papa vltimus, contra ipsum potentiores regni rebellionem sunt meditati, quos ille tam sapientiæ quàm fortitudinis robore superauit, suamque ad fidelitatem perduxit. Solus Arnoldus nimio terrore motus, cum vxore ac liberis ad Hungaros confugit, ibique vsq; ad Cunradi obitum permansit. Anno eodem Hungari ab Alemanis & Boioarijs iuxta flumen * Aenum occiduntur, singulis tamen ferè annis redeunt, & multa damna hominibus inferunt. Sergio 3. interim defuncto, successit in papatu Anastasius 3. patria Romanus. moritur 2. anno pontificatus sui, qui quidem modestè in dignitate vixit, nec in se quidquam habuit quo reprehendi posset. Landus patria Romanus, hunc secutus, sexto pontificatus sui mensè, die 21. moritur: nec de illo aliqua notatu digna scripta reperiuntur. Otho Saxonie princeps, circa annum Domini 914. moritur, filium relinquens Henricum, magnanimum principem. hunc Cunradus imperator tantum odit ob suspectas sibi Saxonum vires, quàm est ipse ab Othone illius patre semper humanissimè cultus. Et cum videtur iniquum viribus rem agere, insidijs locum dedit. Quare Hattonem Archiepiscopum Moguntinum contra Henricum sollicitat. Hatto autem malis artibus imburus, fabricari fecit Henrico torquæ auream, quam collo ipsius iniiceret. fabricata est torques, quæ collo alicuius iniecta, nulla arte potuit aperiri aut dissolui, cogebarque hominem fame mori. Sed presentiebat hoc aliquis, qui dolum Henrico detexit, & cum inuitaretur ab Hattone cõuiuandi gratia, immo latrocinandi causa, dux Henricus præmonitus: Vade, ait nuncio, dic Hattoni, quod durius collu non habet Henricus, quàm comes Albertus. illi enim, vt dictum est, regi Ludouico prodiderat. Et statim omnia quæ iuris hostium erant, in Saxonia vel Thuringia occupauit. Burcardum quoque & Bardonem, quoru alter gener regis erat, intantum affixit, vt terra cederet, eorumque possessiones ipse militibus suis diuideret. Hatto autem videns suis calliditatibus finem esse,

Cunradus I. Imp. 82.

* Oenum

Anastasius papa.

Landus pap.

Hatto episcopus.

Saxones
Cunradum
vincunt.

Ioh. x. papa.

Henricus I.
Imp. 83.

Saxonū ori-
go & mores
* Vifurgis
* Vuelara

* Slesij
* Sillesij

* Santones

* Thuringo-
ram

* Misniji

esse, nimia tristitia ac morbo non post multos dies obiit. ferturque in Sicilia montem Aetnam delatus à diabolis, vbi merita artibus suis poena torqueretur. Rex autem misit fratrem suum Eberhardum ad vastandam Saxoniam, qui appropinquans vrbi Heresberg, multa superbè locutus est. Sed ecce Saxones ei occurrit, & vsque ad inter-
necionem sternunt. Audiens autem rex malè pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit contra Henricum, ac tentauit oppidum * Gruna expugnare. prēmisit tamen legatos ad Henricum, spontè se veller dare. Qui dum venirent in conspectum Henrici, Saxo quidam Dietmarus vir bellicosus adest: Ne, inquit, domine cures, aduenient tibi, quas voluisti, copiæ triginta legiones. nil vereare. Hæc do-
lo locutus est, nullas enim copias tum adducere valebat. Legati tamen regis, infecta re, redeunt, narrata referunt. mox manè ante lucem relictis castris, Franci vnusquisque ad sua redeunt. vicit hoc modo Dietmarus verbo, quos vincere non valuisset Henricus ferro. ANNO Domini 917. Iohannes decimus patria Romanus, papa electus est, præsul Rauennas antè, episcopatu deiectus est populi tumultu. sedit annos tredecim, menses duos. Huius tertio anno rex Cunradus ægrotare coepit, sentiensque sibi finem adesse, vocatis omnibus regni principibus, excepto Henrico, ait illis: Vocationis meæ tempus adest, proinde pacem & concordiam vos sectari etiam ac etiam rogo. nulla vos ambitio inflammet, Henricum Saxoniam Thuringiamque ducentem prudentissimum, regem eligite. is enim sapientia pollet; & iustitia abundat. Quibus omnibus assentientibus, fratrem suum alloquitur Eberhardum: Sentio, ait, frater mihi mortem adesse, idcirco tuam considerationem habeto, & quod ad te maximè respicit, omni Francorum regno consulto. Sunt nobis exercitus congregandi atque ducendæ copiae, sunt vrbes & arma cum regalibus insignibus, & omne quod decus regium deposcit, præter fortunam & mores. fortuna frater cum nobilissimis moribus Henrico fauet, rerum publicarum summa penes Saxones est. Sumptis igitur his insignibus, lancea scilicet & armillis aureis cum chlamyde, & veterum regum gladio ac diademate, ito ad Henricum, pacemque facito cum eo. Ipse enim verè rex erit & imperator populorum multorum. his dictis, lachrymans se consentire respondit.

Post hæc rex moritur septimo quàm imperare coeperat anno, vir fortis & potens, domi militiæque optimus, largitate serenus, & omni virtute clarus. sepeliturque in ciuitate sua Wilmaburg cum mœrore ac lachrymis omnium Francorum. Vt ergo imperauit, Eberhardus Henricum adiit, sese cum omnibus thesauris tradens. pacem fecit, amicitiamque promeruit, quam fideliter vsque in finem seruauit. Deinde congregatis principibus & natu maioribus Francorum in loco qui dicitur Frideslare, rex Henricus designatus est. ANNO igitur Domini 920. Henricus filius Othonis Saxoniam ducis, à cunctis principibus & natu maioribus Francorum, Alemanorum, Saxonum & Bauarorum, coepit libera potestate regnare in Germania. regnauit annos 18. Iste Henricus, vt quidam volunt, fuit filius sororis vltimi regis de genere Carolorum in Germania. Ab euentu cognominatus est Henricus Auceps, eo quòd in aucupio primùm à principibus sit inuentus. Quòd autem à Rom. pontificibus imperator sit habitus, tex. in 63. dist. indicat, vbi legitur, Constitutio primi Henrici & primi Othonis cum Romanis pontificibus, vt nullus missorum nostrorum cuiuscunque impediionis argumētum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Quæ constitutio nimirum eam præcessit, quæ Leonis 8. est, vt in c. In synodo 63. dist. Fuit Henricus è Saxonum genere, nobili ortus stemmate & peruetusta natione. Saxonum enim præcipua est in Germania nobilitas: de his non nihil libet hîc commentari. Saxonibus ab Occidente * Vifera fluuius terminum facit, eos plerique vsque ad Rhenum protendi arbitrati sunt. A septentrione Dani seu Daci, hi qui Cimbricam Chersonesum habent, ad meridiem Francones, Boioarij & Bohemi sunt, Orientalem plagam * Schlesij & Prutheni tenent. In his terminis inclusi sunt Thuringi, Pomeranij, Misnenses, Brandenburgenses, quæ nomina quidem etsi habeant aliquid quod vetustatem arguat, apud vetustos tamen scriptores non adeò frequenter leguntur. Lucanus in primo ait:

*Et Biturix, longisq; leues * Saxones in armis.*

nam ita integram puto lectionem esse. * Tungrorum appellatio apud Cor. Tacitum est. Thuringos dictos primùm existimant Valentinijs Casaris temporibus. Verùm Misnensium appellatio, facit vt longissimo tēpore habitatam eam regionem arbitretur. quis est enim qui non illos à * Misij Cimbrico populo nominatos credat? ita inter Cim-

* Misniji

Cimbricos * Misij, Axeni & Tyregeræ numerantur. hinc Misnenses, Saxones & Thuringi, possentque ea sententia Strabonis autoritate firmari. Quæ apud alios de Alexandri exercitu & Thuringorum vetustate feruntur, fabulæ propinqua sunt. Ceterùm Saxones, priusquam à Carolo domiti, Christi fidem acceperunt, varijs legibus, è quibus vetustissimam gentem augurari posses, vixere. Natio tota in nobilitatem, liberos & seruos distributa. Non licebat cuiquam, nisi æqualem, velut ex Platonis lege ducere vxorem. in super deorum cultus varius fuit. Mercurij sacra cognita, cui certis diebus humanis hostijs litabant. deos suos neque templis includere, neque vlli humanæ speciei assimilare præ magnitudine & dignitate diuinitatis licitum arbitrari sunt. lucos & nemora consecrantes, deorumque nominibus appellantes, auspicia & sortes maximè obseruabant: auium voces volatusque interrogare, equorum præfagia ac motus experiri, hinnitus ac fremitus obseruare solebant. lunæ verò initia & exitus quomodo venerati sint, & cætera superstitionum genera prætereo. Hæc autem ideo memorantur, vt prudens lector agnoscat, à quantis erroris tenebris per Dei gratiam sint liberati. frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant, truncum quoque ligni non paræ magnitudinis in altum erectum sub dio colebant, patria lingua Ymnusul appellâtes, Latine vniuersalem columnam. Hæc vsque ad Carolum Pipini filium, qui contra eos bellum quod pater inchoauit, continuat. pater enim eos prius superatos, 300. equorum per singulos annos tributo multauit. Post renouatum per Carolum bellum vix vllus annus transiit, quo non ab eis facta sit pacti mutatio. sed magnanimitas regis & perpetua constantia nil impunè factum passa est, poena semper condigna corrigens, donec omnibus rebellibus profligatis, ac in suam potestatem redactis, multa millia ex eis qui ripam Albi incolebant, cum vxoribus & paruulis transfuisset, per Galliam & Germaniam distribuens. Tandem bellum finitum ea lege constat, vt abiecto dæmonum cultu, Christiana sacramenta susciperent. Wistind quoque, qui inter eos & claritate generis & opum amplitudine eminebat, author perfidiæ & rebellionis, ad fidem Caroli spontè veniens, baptizatus & à rege de fonte susceptus est. Huius Wistind filius Vuigibertus, deuotus Christianus, filium procreauit Vualbertum, qui Romam deuotionis causa venit, corpusque S. Alexandri filij S. Felicitatis, à papa tum Leone impetrauit, ac in loco qui dicitur Magasthusen, locauit. Ex eiusdem Saxonicae gentis stirpe vir permagnificus egressus est Lutholdus, qui & ipse religionis gratia Romam proficiscens, beati Innocentij reliquias inde abduxit. Hic habuit duos filios Brunonem & Orthonem, quorum maior Bruno cum totius Saxoniam ducatum administrasset, in Danos duxit, ibique occisus, fratri Othoni ducatum reliquit. His erat soror nomine Luthgard, quam Ludouicus rex filius Arnulphi imperatoris, vxorem duxit, sed non diu vixit, qui Ludouicus cum sine filijs moreretur, factum est vt omnis Francorum & Saxonum populus Othoni veller diadema imponere regni, quod ille recusauit, & Cunrado, de quo supra dictum est, duci Francorum id iussit deferri.

Immo Hermetis columnam.

Saxones sub Carolo fidem Christi accipiunt.

Wistind Saxo.

Vuigibertus.

Lutholdus.

Otho.

Henricus.

Mechilda.

Henrici gesta.

Otho verò genuit Henricum primum de sorore Ludouici, vt aliqui scribunt, tertij. Hic Henricus duxit Mechildem filiam Theodorici, sororem Vuitikind Saxonis. sunt qui filiam fuisse comitis Franci putent. Genuit Henrico Mechilda ante regni susceptionem filiam Gerburgam, quam Gisilberto duci Lotharingiæ dederat, quo mortuo, ipsa Ludouicum filium Caroli regis Galliarum, coniugem nacta est. habuit Henricus ex Mechilde Othonem Magnum mundi delicias, post regiam verò dignitatem genuit secundum, quem suo nomine vocauit Henricum, tertium quoque filium genuit Brunonem, qui factus est episcopus Coloniensis. Duxit autem Otho filius, adhuc viuente patre, vxorem Editham filiam regis Anglorum. hæc peperit ei filium quem vocauit Luitolphum, quem ille nimium dilexit, sed ipse postea patri rebellauit. genuit ei quoque regina filiam, vocant hanc Luitgardam, quæ postea nupsit Cunrado duci. Deinde mortua regina Editha, eo anno quo Ludouicus rex Galliarum ab Hugone est captus, Otho in Italiam ducens, Berengarium vicit circa annum 931. Adelheidam relictam Lotharij quondam, liberat, ac vxorem ducit, quæ sibi Othonem filium generauit. Et res Saxonum his ferè incrementis, postquam Christianam disciplinam accepit natio, summam Germanicæ gloriæ tenuere. Henricus vt in regni administratione pacem seruare posset, primùm quæ ex Hungaris reliquiarum factionum manserant, pulsæ sunt. Ferunt primis regni initijs non nihil esse cum Burcardo Sueuiæ duce, comite de Feringen, qui rebellionem meditabatur, pacis causa beneuolentiæ

Arnoldus
Boioariae
dux.Cicero 3.
Off. 9.Saraceni
Apuliam
populati.

Albericus.

Hūgari va-
stant Italiā.

studio magis quam armis actum. Sub illis Henrici inijt, Arnoldus Bauariae dux, ex Hungaria quō Conradum Imp. fugerat, rediens, molitus est rebellionem. erat hic magno vir animo, dominandi cupidissimus, quare & sacra perturbauit, ceterum vir frugi, Euripideum hoc volutans, quod in ore Iulius Caesar habuisse dicitur: Quod si violandum ius est, regnandi gratia violandum est; alijs in rebus pietatem colas. Imperator mox in Boioariam instructo exercitu contendit: Bauarum, vt se dederet, compulit. Egit hanc rem imperator praeproperē S. Vdalrici Augustensis episcopi monitis, qui assererat sibi à Petro dictum aduersus Arnoldum imperij affectatorem, minūs vtile esse regno, quem non episcopus vnixisset, quam sine capulo gladius. Cumque regnum ex omni parte confusum ciuilibus bellis & externis colligere pararet, mouit in Lotharingiam seu Galliam Belgicam. ibi rex Galliae Carolus obuius apud Bonnam oppidum, Henrico primo confederatus, regnum Lotharingie & quicquid inter Mosam fluium ac Rhenum est, reddidit anno Domini 924. Sic Henricus Lotharingiam cum tota Teutonia, Burgundiae comitatu & Arelatensium regno, Romanis vnium imperio. Qualiter autem contra Hungaros triumphauerit, referuo, & primum Hungarorum facta in Italia dicere volo. Sub Henrico hoc & Iohanne papa x. de quo supra dixi, apud Graecos Constantino Leonis filio imperium tenente, quidā nomine & origine Romanus, tutelam pueri nactus, imperium illius inuasit, quae res Calabris Apulisque seditionis causa fuit, vt Constantinopolitano principi subiecti parere nollent. Tum Romanus maxima vsus impietate, contra Italos Saracenum & Africarum regem impulit, vt Calabris Apulisque rebellibus domandis copias traduceret. Ea gens exosa Christianum nomen, Calabros, Apulos, Salentinos & Lucanos non domuit modò, verum caedibus, rapinis & incendijs penè ad internecionem deleuit: adeoque insolens est facta, vt de subigenda vrbe Roma inter eos ageretur. Freti igitur multitudine Saraceni, Italiae eam oram vsque ad ipsius vrbes Romae prope moenia ceperunt. Iohannes x. pontifex tum calamitati populorum Italiae compatiens, veritus etiam ne Roma inuaderetur, Alberici in Herruria marchionis auxilia implorauit. habitus est etiam tunc Romae eorum qui arma ferre possent, delectus, eductusque ex vtriusque copijs exercitus quam maximus. Albericus marchio cum exercitu in Saracenos gentem penè innumeram delatus, eos Rom. vrbs finibus ilico expulit, & persecutus retrocedentes apud Lirim fluium, quem nunc Garlianum appellant, apud Minturnas vicit. Deinde reuersus cum victoria ac exercitu penè integro, ouans Romam est ingressus. Consernati Saraceni, montis Gargani arcem communientes, apud eum & sub ipso sedem ceperunt, ex qua Italiam multis post temporibus vexauerunt. Romae autem orta est inter primates dissensio: Albericus marchio per inuidiam pellitur. Fuit in causa, authore Platina, quod Iohannes pontifex qui vir sacris additus, Martem quendam spirabat, post eam victoriam cui interfuerat, triumpho vrbe ingressus, omnia rei gestae momenta sibi adscripsit. Quare Alberici odium ita in se concitauit, vt ingens seditio sit orta: qua quidē marchio pulsus, in Herruria vrbe Ortanum proficiscens, vicem inuidis ingratissimè rependere statuit, & ralem, quae Italiam in miseriam calamitatemque perduxit. ad Hungaros enim nuncios mittens, qui operam & opem suam ad Romanam vrbe oppressionem pollicerentur, illos impulit: veniunt parati. Sed gens perfida, Romani agri fines, sicut quaesierat Albericus, nequaquam attigit. Hetruriam verò & quam saluam fore pactus erat, commissis inaudita impietate caedibus, incendijs & rapinis propè desertam reddidit. omnes enim mortales, foeminas atque mares, qui caedibus superstuerant, aut fuga prolabi nequuerant, in Hungariam abduxit. Quid autem eo tempore Berengarij imperatoris authoritas aut potentia effecerit, Blondus ignorare se scribit. sed Platina tradit, Berengarium qui tum Cisalpinam tantummodo tuebatur, hostibus iter in Hetruriam dedisse, modò sine vllo suorum incommodo transirent. quod vel hac ex causa facile crediderim, quod esset tum ei cum Ludouico Bosonis filio graue negocium, qui in Italiam illectus spe occupandi imperij, victus est à Berengario, & coactus iureiurando, in Galliam redijt. Miror à plerisque scriptoribus Bosonis filium, Ludouicum Burgundiae regem asseri: quin, quod excacatum ferunt post aliquot annos rebellantem, praeter fidem plurimorum est, qui Arnulphi filio Ludouico id accidisse ferunt.

Ad rem redeo. Romani hac Hungarorū calamitate, quā Albericus marchio intulerat, permoti, Ortanū obsidentes oppidū, Albericum illic marchionem cepere atque obruncauere. At Hungari dulcedine praedae illecti, frequenter deinceps Italiae repetiuerunt.

re. Saraceni verò Garganum tenentes, Beneuentum capiunt & incendunt, Romanorumque fines inuasunt. Romani à Iohanne inducti, Guidonem quendam comitem praeficiunt cohortibus, isque in barbaros ducens, furentes repressit. eò autem peruentum erat, vt populi facile deditioem suam, dum premerentur, facerent: & licet multifarie tunc certatum fuerit, superiores tamen euaserunt Ro. & Saraceni Romanam terram finibus excefferunt. Reductis Guido cohortibus, ad vrbe redijt. tum Iohannes decimus seditione militari, maximè verò à militibus Guidonis comitis captus, & in vincula coniectus, ceruicali in os coniecto necatur, pontificatus sui anno 13. mense 2. Cuius in locum alter Iohannes surrogatur: verum quia vi sedem occupauerat, è loco mox eiectus, inter pontifices non numerandus est. Ad Henricum nunc reuertor. Hungari interea Alemanniam, Alsatiam, Saxoniamque inuadunt, omnia populantes. Contigit autem quaedam ex principibus Hungarorum capi, vincumque regi adduci, quem ipsi in tantum dilexerant, vt magna auri pondera pro eo offerrent. Rex spernens aurum, ex postulat pacem. tandem ad 9. annos obtinuit firmam pacis conditionem, in quibus inducijs primum ex agrarijs militibus nonnum quenuque eligens, in vrbe habitare fecit, vt ceteris octo confamiliaribus suis habitacula construeret, frugumque omnium tertiam partem acciperet ac seruaret. ceteri verò 8. seminarent & meterent, frugesque nono colligerent. concilia & omnes conuentus ac conuiuia in vrbe celebrari voluit, quatenus in pace discerent, quid in hostium aduentu facerent: vilia autem aut nullaerant extra vrbes moenia. Tali lege ac disciplina cum ciues assueceret, regnum tutatus est. ad haec quoscunque fures aut latrones aut sicarios manu fortes & bellis aptos esse videbat, indulta eis venia, arma dabat, & ad bellandum in barbaros exponerebat, edicens omnino vt ciuibus parcerent. His captis, repente irruit super Sclanos qui dicuntur Hunelli: & multis eos praелиjs fatigans, demum hyeme aspera castris super glaciem positus, vrbe quae dicitur Bremenburg, fame & ferro cepit, & ex ea omni regione potitus, signa vertit contra Dalmatiam, obsidens vrbe quae dicitur Grana, 20. tandem die cepit eam, praeda vrbe militibus tradita, puberes omnes interfecti, pueri & puellae seruari sunt. Post haec duxit Pragm Bohemorum vrbe, regemque eorum cepit in deditioem, qui erat pater Bolislai, qui quandiu vixit, regi fidelis fuit, Bohemia tributaria facta est. Igitur induciarum tempore transacto, legati Hungarorum pro solitis muneribus regem adierunt: sed ab eo spreti, ad suos sunt reuersi: eos enim non formidauit. Haec audientes Auares, nil morati, hostiliter graui manu Saxoniam intrare parant. venientes per Dalmatiam, opem quasi ab antiquis petunt amicis. illi verò scientes tunc Saxones paratos ad pugnam, pinguissimum pro munere eis proijciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus, ridet & ad alia procedunt. repentino enim impetu Thuringorum fines irruunt, terram illam hostiliter peruagantes. Rex autem Henricus grauisima valetudine detentus fuit cum hoc ei nunciaretur, mox tamen validissimum collegit exercitum: & licet inualidus corpore, animo tamen valens, equum conscendit, ac hostibus obuiam it. Nunciatur illi, Hungaros in Mersburg debacchari, eosque iam non modicam puerorum & mulierum praedam ducere, virorum verò immensam stragem fecisse. Rex igitur vt erat animo costans, imperterritus suos animat ad pugnam pro patria: nec mora, bellum incipitur, & à Christianis Kyrie eleison dicitur: ex hostium verò parte diabolica vox, Hui Hui Hui auditur. commissa pugna, Hūgari caduntur ac fugantur: rex verò & sui victoria potiuntur, atque vox gemitus in laetitiae cantum mutatur. hunc triumphum omni memoria dignum, rex in superiori coenaculo castris sui Mersburg fecit depingi. Inuenitur autem quod rex antequam pugnam inciperet, voverit pro adipiscenda victoria Deo, se haesum Simoniaca de regno suo eradicaturum, vnde hostes ipse vsque ad internecionem hoc die penè deleuit. At victor reuersus, gratiarum actiones in primis Deo persoluit. tributum autem quod hosti dare consueuit, diuino cultui & vrbis pauperum dedicauit. Post haec verò pater patriae, dominus imperatorque ab omnibus appellatus est. fama que sui nominis cunctis gentibus celebris est habita. vnde & aliorum regnorum proceres passim ad eum, vt ad dominum, recurunt. In hoc nouennio induciarum arbitror Hūgaros Italiae vexasse, prout supra dictum est tempore Ioh. papae x. Hac victoria potitus, mirum quam sancte religionem coluerit. lanceam ferunt mirandi operis * & clauis Iesu Christi, quae olim Magni Constantini fuerat, Rudolpho regi Burgundionum donata, hanc Henricus rex minis, precibus, muneribus, additaque quadam Sueuiae parte, à Rudolpho vix extorquet, eamque ad im-

Hungari
Germaniam
vastant.Hūgari Sa-
xoniam in-
gressi.Lancea.
* cum clauo

perij insigne posteris reliquit. Paulò post ea tempora circa annum Domini 926. Nortmannos Danosque vicit, qui nauali latrocinio Frifones infestant, deinde & Abdoritos, quorum principes Christianos fecit. ANNO Domini 923. Vdalricus episcopus Augustensis lectus est, primariæ Sueuorum nobilitatis ex Kiburg & Dillingen, fedit annos ferè 50. Quo ferè tempore Ludouicus Caroli Simplicis filius, ex Anglia reuocatus, Francorum regnum accepit. In hac generatione Burcardus 2. dux Sueuiæ ex vxore sua genuit Bertham vxorem Rudolphi Arelaten. & Burgundiæ. Ex illis nata est S. Adelheidis, vxor Magni Othonis, ex qua natus est Otho 2. ANNO Domini 927. Burcardus dux Alemaniam in Italia occiditur, Hermannus ducatus committitur. Hic Hermannus fertur duos habuisse filios: vnus ex eis, adolefcens cum Othone Magno imperatore Romam venit.

GENERATIO XXXII.

ANNO dehinc 930. Dominici natalis, ab vrbe autem condita 1601. incepit 32. generatio, anno regni Henrici primi decimo. Quo anno Leo 6. patria Rom. legitimis suffragijs pontifex creatus est. is nil tyrannicum præ se tulit, rei diuinæ consulens, quantum in tam corruptis moribus poterat, reuocare ciues ad concordiam parabat. se primo autem mense & die 15. pontificatus sui moritur, & in basilica S. Petri sepelitur. Stephanus 7. patria Ro. pontificatus anno Domini 931. est adeptus, fedit annis 2. mense vno, quum Bohemiæ dux Borfinous esset, qui cum Ludimilla coniuge, quæ pro sancta colitur, à Methodio Morauorum præfule baptizatus est: huius duo filij Spitigneus & Vratiflaus postea ex successione regnarunt. Eo tempore in Genuensi vrbe fons sanguinis largissimè effluxit, portendens fortè ciuitatis ruinam, quæ post à Saracenis cum classe illuc ex Africa venientibus capta est, cunctis ciuibus, exceptis paruulis & mulieribus, captis & occisis. At Stephano, cuius vita mansuetudine & religione plena fuit, defuncto, Iohannes xj. patria Ro. patre Sergio pontifice, vt quidam volunt, creatur. fedit annos 4. menses x. Sub eo Saraceni Africani Genuam diripiunt. verum dum onusti præda, Pelignorum fines attigissent, à Marfis qui repentè arma ceperant, opprimuntur, atque ita prædam omnem cum vita amiserunt.

ANNO autem supradicto 931. sub Stephano 7. Berengario 2. Italiam procurante, ferunt Rudolphum Burgundionum regem, suggerentibus quibusdam, hostili manu in Italiam contra Berengarium 2. descendisse, & Italia magnatum potius viribus quam suis fretum, Berengariū regno pepulisse, qui ad Hungaros spe recuperandi regni confugit. Itaque Hungari 3. anno post pulsus Berengarium, Salardo duce, in Italiam venientes, omnia per quæ incedebant, vastantes, Papiam obsederunt, & vi captam, ferro & igni vt absumerent, sunt admissi. At verò Itali cum non satis virium in Rudolpho cernerent, cum iam 3. annis regnasset, Hugonem Arelaten. comitem in Italiam vocant: huic autem (non sine contentione tamen) cedens Rudolphus, cum hostes acriter instarent, in Burgundiam sese recepit. Hoc factò, Hugo non satis his fidens qui se vocauerant, exemplo Rudolphi admonitus, multos in exilium pepulit, qui omnes ad Arnoldum ducem Bauarorum confugientes, hominem regnandi cupidum mouere copias in Italiam inducunt. Arnoldus itaque à factiosis exulibus alijsque domi potentibus suafus, in Italiam cum paratissimo exercitu venit, quem Veronenses primi regem Italiae appellatum, intra moenia recipiunt. longè autem aliter quam fecerat Rudolphus, regnum Hugo retinere admissus est, qui iuxta Veronam occurrit Arnoldo, pugnaque commissa vicit. Hugo, Veronamque statim recipit. Veronenses autem rebellionem in Racherium episcopum suum reijciunt, veniam petunt. Hugo deprecantibus culpam remisit, episcopum in exilium Papiam misit. Berengarius secundus inter hæc apud Hungaros, vel vt alij voluit, apud Sueuos vita sanctus est. Nec Hugoni diu quietum regnum mansit. nam paucos post annos à Berengario 3. vt scribemus, repetitum est.

ANNO imperij Henrici primi 17. Russorum princeps cum sciret Constantinopolitano imperatori Romano cum Saracenis negocium esse, exercitum plus quam mille classium aduersus Constantinopolim ducit. Quod Romanus vt rescivit, quanta potuit manu, viribus impar, pertinacia pugnandi maior, hostium naues exussit, barbarorum ingentem multitudinem captam decollari iussit. Apparere anno sequente prodigia quedam: sol sereno caelo obscurabatur, per fenestras domorum radios sanguineos emittebat. Hominis cuiusdam sinistra manus ferro amputata, post annum penè ad integrum ei dormienti restituta est, cui pro signo miraculi quasi sanguinea linea loco coniunctionis nota-

notabatur. Eo anno rex Henricus moritur pacatis Germanijs, sunt qui scribunt eum, cum modo in Italiam contenderet, morte praeventum esse. Bonus princeps, cuius animo par fortuna respondit. fundamenta restaurati imperij magna iecit, non armis magis quam beneuolentia externorum fidem confirmauit. Tum primum Gallia, quid patris Germanis deberet, experta est. adeò vterque, Carolus Simplex & Ludouicus filius, Henrici opera probe tutatus est. testantur hoc Simplicis foedera, Hungarorum caedes, sedati aduersus Ludouicum tumultus. nec eius felicitati defuit aliud, quam quòd in Italia Berengariorum tyrannis mansit, quam filius Otho opt. max. vicit & expulit. Vxor Henrici S. Mechthildis, supra modum humilis & misericors, post obitum viri diu in viduitate permanfit, monasteria ac hospitalia plura fundauit, in aduersis patientissima, in oratione extitit peruigil. Tandem mortem suam predicens, migravit ad Christum, sobolem relinquens in consolationem totius Ecclesiae Othonem. ANNO Domini 935. obiit Nothingus Constantien. episcopus, cui in episcopatu successit S. Cunradus, qui super lacum siccis pedibus ambulauit. hic natione illustris, fuit comes de Altdorff de genere Guelforum. ANNO deinde 937. fedit in vrbe Roma Leo 7. natione Romanus. Quo anno mortuo nuper Henrico Germaniae rege ac imperatore, Otho Magnus primogenitus filius illi in regno & imperij titulo est successus. Electus autem fuit ab omni populo Francorum & Saxonum Aquisgranum, ubi & mox vnctus est in regem ab archiepiscopo Moguntinae sedis Hildebertho, qui nutritus in Fuldensi monasterio monachus, vir erat mirae sanctitatis, & præter naturalem animi sapientiam literis illustris, qui etiam spiritum prophetiae habuisse praedicatur. Rex electus, regnavit annis 36. ac vnctionis benedictione accepta, quam sapientem in regni moderamine, quam fortem in aduersantium concertatione, quam strenuum in religione se exhibuerit, facile enarrare nemo valet. Interim Berengarius 3. Italiam aduersus Hugonem ingressus, siue quòd debilem duxit exercitum, siue quòd populus Italiae suis fauoribus parum inclinatos offenderit, quam primum Hugonem regem arma aduersum se parare intellexit, retrocedens, alpes transcendit, & se contulit in Sueniam, vt refert Blondus, ab eo tempore vsque ad Agapetum, quietè vixit Hugo in Italia. Ad Othonem, cui Magno cognomen est, redeo, cuius anno I. princeps Bohemiae Vuenceslaus vir sanctus à fratre suo Bolislao occiditur ambitio principandi. In cuius vnctionem rex exercitum aduersus Bolislauum misit, qui post varios fortunæ casus pernicitiam eius vix fregit. cum enim Otho Sclauos & Bohemos 14. ferè annis afflixisset, Bolislauus in regis fidem deuenit. Mortuus est per id tempus Arnoldus dux Bauariae, relictis aliquibus filijs, & Berchtholdo fratre. filij Arnoldi in superbiam elati, iussa regis contempserunt, ire in comitatum recusantes. quia verò Bertholdus dux vir strenuus, regi in omnibus fideliter adhæsit, ideo ducatum Arnoldi rex ipsi concessit. quò defuncto, eundem ducatum fratri suo Henrico tradidit, filijs Arnoldi exclusis: & ita Henricus frater Othonis Magni, Bauariae dux est declaratus, vt paulò post dicitur. Circa alterum imperij Othonis annum, grauis orta est principum seditio. eius author erat Eberardus comes Palatinus, qui quòd iniuriam cuidam ex optimatibus intulisset, ignominia ab imperatore notatus, vindicare bello principe viro dignam famam statuit. Gisilberti Lotharingiae ducis, qui Bergam sororem imperatoris vxorem habebat, auxilia statim coegit. Henricum imperatoris fratrem, cui Arnoldi Bauari filia Iuditha vxor erat, inuadit, siue quòd eo capto non nihil imperatoris viribus detrahi putaret, siue quòd eum aduersus fratrem Imperatoris focium incitari posse cõsideret. Henricum obsessum capit, & Germanicæ historiae planè captiuum ab ductum ferunt. Imperator illatam sibi suisque ratus iniuriam, ne serperet longius effrenata tam temerarij hominis libido, fratrem vi repetit. Eberardum exilio damnat, duces exercituum plerosque caedi iubet. & Othonis quidem imperium initio varijs tumultibus agitatū, vix tanti principis humanitate & potentia defendi potuit. Recepto fratre, Hungari à Saxonibus caesi sunt, cum ex Italia eorum pars rediisset. Interim & Eberardus palatij comes, regis bonitate ab exilio reuocatus, quas coeperat infidias, perficere conatus est. Henricum Saxonem aduersum fratrem incitat Gisilberti Lotharingensis studio, debere sibi in patris regno nato, non Othoni ante regnum nato, summam imperij. Acceperat in fidem omnem penè Boioariae Otho, præter eam partem quam Arnoldi Bauari filius tutabatur. sunt qui & huc Arnoldum nominent. sed lacescunt hostes interim Rheni accolae, ad quos cum rex proficiscitur, nec firma satis manu nec multa, milites pauci tumultu flumen transeunt, inciduntque, in hostium manus repentè. Rex in alte-

Henrici Casf
I. moss.

Leo 7. papa

Otho Magnus Imp.
84.Berengarius
tertius.Bolislauus
Bohemus.Eberardus
Comes Palatinus re-
bellis.Henricus
reg. frater
rebellis.

Rebelles
miraculo
victi.

Brisacum.

Præstat be
nè mori q̄
inglorium
vivere.

Vro & Cū
radus Sueni

Fridericus
archiepisc.
Mogunt.

Henricus re
gis frater
Bauariæ
dux.

altera Rheni ripa cum multitudine adhuc manens, dolens quòd copiã nauium non haberet, videns transmissos expositos hostibus cum aliud non haberet, protinus de equo descendit, lachrymansque cum omni populo ante lanceam in qua victoriosi clauis quibus manus & pedes Christi perforati sunt, extabant inclusi, sese prostravit, quantum tunc illius oratio valuerit, euentus probavit: hostes omnes in fugam versi sunt, nonnullis eorum cur fugerent, ignorantibus. Cum insequerentur Saxones, cæsis plurimis, Henricus vulneratur penè locraliter, euasit tamen. Interim autem peruenit rumor ad præfectos urbium Henrici de victoria regis, & quòd Henricus cecidisset in bello. ea ex re omnes se tradiderunt regis potestati, exceptis duabus ciuitatibus *Mersburg* & *Schidingen*. qui audiens de urbium suarum defectione, cum nouem tantum armatis festinans urbem *Mersburg* ingressus est. Quo rex comperto, reuersus urbem obsidet. ille autem cum urbem retinere non posset, post 2. menses, ea tradita, egressus est ad regem, cui datæ sunt induciæ 30. dierum, mādaturumque accepit, vt cum sibi adherentibus à Saxonia secederet. Henricus itaque secedens à Saxonia, Lotharingos iterum adiit, & cum duce *Gisilberto* bellum instaurat. Est autem in confinio *Alsatia* castellum nomine *Brisacum*, à quo pagus vocatur vulgò *Brisacogia*, quod fertur quondam fuisse eorum qui dicebantur *Harelongi*. tunc autē erat in ditione *Eberardi*. ex quo fideles regis, insidijs hostium & *Ludouici* regis Francorum *Simplicis* filij, qui se his, vt *Belgas* reciperet, coniunxerat, miserè laniabantur. Ad quod castrum obsidendum rex profectus, consilio *Friderici* *Moguntinæ* sedis archiepiscopi, fixit in circuitu tentoria. at illa nocte multi ex primatibus *Moguntini* pontificis opera à fide regis defecerunt, clam domum redeunt, *Friderico* subdolè ibi aliquantisper remanente, vt fertur, quòd tacitè faueret aduersæ parti. Milites autem regis considerantes primatum discessionem, suadebant regi vt ad sua rediret. Quibus rex: Nolite, ait, talia loqui, etsi appropinquet tempus nostrum, moriamur in virtute, & non admiramur labem gloriæ nostræ: satius est enim pro iustitia mori, quàm fugiendo turpiter viuere. *Gisilbertus* autem & *Eberardus* magnis copijs transeunt *Rhenum* apud *Andernacum*, regis fideles circumquaque demolientes. Tum *Vro* & *Cunradus*, qui *Sapiens* est appellatus, *Hermannii* *Sueuorum* ducis fratres, quorum integra mansit apud imperatorem *Sueuica* fides, quas habebant copias hostium viribus impares, instruunt, & prædones insequuntur: *Eberardus* occiditur, *Gisilbertus* fugiendo in flumine submersus est. sunt autem qui *Gisilbertum* ex alia pugna fugientem cecidisse ferunt. Nam *Eberardo* cæso, belli scilicet duce, magna regionis pars in *Othonis* ditionem venit: & recepturus iam *Belgas*, quos *Ludouicus* *Galliæ* rex inuaserat, cum *Gallis* certamen init. Quibus deuictis, & in interiora sui regni fugatis, pars *Belgarum* & *Lotharingia* imperatori se dedit, & in ea pugna *Gisilbertum* *Lotharingum* cecidisse fama est. *Argentinesium* & comitis de *Eberstain* memorabilem fuisse ferunt cladem, qui se hostibus iunxerant. *Gerburgam* deinde *Gisilberti* relictam, *Othonis* sororem, *Ludouicus* rex *Galliæ* vxorem duxit. *Bertholdus* dux *Bauariæ*, frater ducis *Arnoldi*, vir strenuus, priori bello fideliter seruierat *Othoni*, cui rex filiam *Gisilberti* ex sorore natam, quã penès se habebat, coniugio copulabat. *Fridericus* verò archiepiscopus, vt perfidia sua cunctis innotesceret, decem diebus ante pugnam perfidus recessit à rege, ac *Metensem* urbem adiit. disposuerat enim *Henricus* frater regis, redeuntibus *Eberardo* & *Gisilberto*, cum eodem *Friderico* exercitum congregare, & regi in *Alsatia* manenti bellum maximum mouere. Eunt illò occurrit nuncius de morte *Gisilberti*. consternatus animo, *Moguntiam* tendit episcopus. verum metu regis, *Moguntinæ* urbis ciues perterriti, archiepiscopum intra urbis moenia recipere recusauere. Vnde factum est, quòd non multò post capitur, & à rege custodiæ in *Saxoniam* traditur. sed paruo tempore ibi manens, miseratione regis pristina dignitati est restitutus. *Henricus* autem timore perculsus, profectus est ad sororem *Gerburgam*, *Gisilberti* relictam, habitantē in *Stefersmont*, quæ eum exclusit: Absit, inquiens, vt qui perempto marito meo, regi odiosus es, te suscipiam, & regionem hanc etiam in periculum ponā. Ille inde abiens, in regnum *Ludouici* regis *Galliæ* secessit. præfecit autem rex regioni *Lothariorum* *Othonem* filium *Richuini*, vt *Henricum* puerum sororis & *Gisilberti*, simul ac regnum prouideret. *Henricus* autem frater regis, dum nesciret quid faceret, desperatus, assumptis quibusdam episcopis, supplex ad regem peruenit, ac misericordiam implorauit. Cui rex: Indignum facinus tuum veniam non meretur. verum video te humiliatum, non inducam super te malum. consilioq; habi-

habito, aliquantis urbibus illi concessis, permisit eum in *Lothariorum* regno habitare. Deinde processu temporis defuncto *Bertholdo* *Bauarorum* duce, intercessionem matris suæ præfecit eum ducatu eidem, faciens secum pacem, in qua etiam fidelis permanfit vsque in finem, quia habebat in vxorem *Iuditham* filiam *Arnulphi* ducis *Boioariorum*. Dum in *Germanijs* *Otho* principum suorum negocia cõponit, *Ludouicus* *Galliæ* rex nouis etiam suorum tumultibus agitur. *Ludouico* iam vxor erat *Gerburga* *Othonis* soror, quæ *Lotharium* & *Carolomannum* genuit. Et altera *Othonis* soror *Adelheida*, *Hugoni* *Magno* nupta erat, è qua *Hugo* *Capeth* rex natus est. seditionis ortus ex *Guillemi* *Nortmannorum* ducis, præcipui inter *Galliæ* principes viri, interitu. Perierat hic *Arnulphi* *Flandrensis* comitis astu & insidijs, quòd *Herloinum* *Picardum* à *Flandrensi* *Arnulpho* spoliatum, restituisset. In *Gallorum* historijs per hunc ferme modum rem actam legimus: *Arnulphus*, simulata beneuolentia, colloquendi tempus ad locum à *Guillemo* designatum impetrat. conueniunt in insula quadam, in quam cum paucis nauicula *Guillemus* ingreditur, à satellitibus *Arnulphi* trucidatur, princeps utique iustus & religiosus. Huius *Guillemi* mors, occasio fuit *Ludouico* regi audendi pessima. Nam de *Guillemi* interitu nuncio accepto, *Rothomagum* venit, simulās amici necem velle vlcisci, animo aliud agitans, *Richardum* filium *Guillemi* adhuc infantem, ducatu priuare. promouit facinus non mediocriter *Arnulphus*, timens in se necem *Guillemi* aliquando vindicandā, vnde auro conciliavit sibi *Ludouicum*, simulque prodit, quæ mala gens *Nortmannorum* in se ac patrem suum fecisset. Suadenti credidit rex, & puerum sub specie tutelæ secum abduxit, ac asseruari iussit. prouinciam administrarunt *Bernardus* comes *Syluaneti* & *Rudolphus*. Erat *Richardus* præceptor *Osmundus*, qui regis aduersus puerum animum mente reputans, quodam die custodibus occupatis, palustrium herbarū fasce *Richardum* inuolutū, dum conuiuio rex indulget, vrbe *Lauduno* exportat, & ad *Bernardum* *Syluaneti* comitem ducens, gestæ rei ordinem exponit. Comperto quòd sublatus sit *Richardus*, *Ludouicus* rex vnā cum *Arnulpho* comite *Hugonem* *Magnum* multis pollicitationibus inducit ad sumendum arma. vnde copijs contractis, in *Nortmanniam* ducunt. At *Bernardus* imparē se videns, ea quæ pacis erant quæsiuit, regemque dominum *Richardi* ac *Nortmannorum* recognoscit. Non minùs *Aigrotum* *Dacię* regē admonet, militem ex *Constantiensi* agro collectum ad se mittat: ipse aduerso *Sequanæ* flumine classe adnauiget, omnia quæ iter facturus erat, vastans: eo pacto futurum, vt *Ludouicus* in colloquium cum eo veniret. Fecit hæc *Aigrotus*, occurrit rex *Rothomagum* vsque, vbi colloquio coiere. sed fortè interempto *Herloino*, cuius causa occisus fuit *Guillemus*, ad arma ventum est, adeoque pugnatum atrociter, vt sibi fuga rex salutem quæreret. sed depræhensus, captiuus *Rothomagum* deducitur. Rege vt sic in custodia habito, *Gerburga* regina ab *Othone* fratre auxilia petit, petenti verò frater respõdit, hæc in commoda *Ludouico* contigisse, qui *Guillemo* duci & probatissimo viro neque fidem neque iusurandum seruasset. atque ita spe destituta, ad *Hugonem* *Magnum* se conuertit, illum per omnem fidem rogans, liberare regem suum studeat. *Hugo* ad *Nortmannos* scribit, obtinuit vix tandem, quòd *Nortmanni* *Lothario* regis filio cum duobus episcopis obsidibus receptis, *Ludouicum* liberat, donec inditò conuentu de concordia paceque ad plenum transigatur. *Hugo* paulò post *Richardum* filiam desponsat. quo foedere suspicatus *Ludouicus* facile fore vt ab his deprimeretur, *Arnulphum* *Flandriæ* comitem ad *Othonem* *Germaniæ* regem mittit, qui eum in belli societatem alliciat, accepturum præmij loco *Lotharingiam* omnem. hac proposita mercede, *Otho* belli socium se *Ludouico* adiungit, contractisq; copijs in vnum, *Rothomagum* reges infesto agmine petunt, vastatis agris vicisque incensis: tandem post aliquas strages ceptis desistentes, exercitum reducunt. Hæc *Francorum* historia, reliqui scribunt *Ludouicum* à *Nortmannis* captum, datoque obside filio *Carolomanno*, liberatum opera *Hugonis*. mox tamen proceres nonnulli *Franciæ*, quorum primarius ductor fuit *Hugo* *Magnus* comes *Parisiensis*, sororis *Othonis*, *Ludouico* eorum regi rebellarunt, qui cum antea *Nortmannis* prodiderunt. Tunc *Otho* imperator frater *Gerburgæ* reginæ *Franciæ*, *Lotharij* filij *Ludouici* precibus cum exercitu magno venit in *Franciam*, quem supra viginti legiones habuisse ferunt ex *Italis* *Germanisque*. facileque obtinuit, vt *Ludouico* libertati regni que administrationi restituto, *Nortmanni* sese intra suos fines continerent, *Hugonem* verò principem rebellionis, maximis affectum cladibus compefcuit.

Guillemi
Nortmanni
cædes.

Francorum
desidia.

Othonis
opera in re
stituendo
Ludouico
regē.

Caro-

Hugo Magnus Carolomannus Rothomagi mortuus est. Non multò post, ut scribit Blondus, Hugo Magnus qui sororem Othonis uxorem duxerat, Ludouico regi Franciæ iteratò inimicari coeperat. quod cum intellexisset Otho, nec cõtinendo in fide sororio satis per nuncios literasque proficeret, secunda expeditio in Franciam delatus, eum in fide Galli recepit. nam Hugo intelligens Othonem cum exercitu appropinquare, ei iuxta fluuium * Carum occurrit, & ad imperium Othonis, cum Ludouico pactum iniit, manus fidei argumentum dedit. Hoc ferè tempore venit ad regem ditissimus dux Sueuorum Hermannus, & congratulatione habita, dicebat regi se non habere filium, sed vnicam filiam & paruulani, Idam nomine. petitque ut rex filium suum Luitolphum det in adoptiuum sibi, iungendæ matrimonialiter eidem filia causa. Placuit regi, fiunt sponsalia. paulò post moritur dux Hermannus, & successit illi Luitolphus anno Domini 948. Successit Burcardus, amoto Luitolpho propter rebellionem cum patre. ANNO Domini 941. defuncto Leone, successit Stephanus octauus, natione Germanus. fedit annis tribus. Hic ita à Romanis est vexatus, ut nil memoria dignum ab eo geri potuerit. Et, ut Martinus refert, in seditione quadam mutilatus turpiter, aliquandiu miseram duxit vitam, cum ob inhonesta vulnera prodire in publicum non auderet. Stephanum secutus est Martinus, patria Romanus, mansuetudinẽ Stephani imitatus. fedit annis circiter duobus. Hinc Agaperus 2. natione Romanus, papa lectus est, vir innocens, & reipub. Christianæ feruens amator. fedit annos 9. & aliquot menses. Hactenus Constantinopolitanum imperium Constantinus 8. tenuit, qui initio principatus sui Romanum, cuius supra facta est mentio, confortem imperio adscierat. huius conatibus multum Italia mali passa est, quo demum in exilium acto, Constantinus à Turcis lacesitus est, quorum principes Bulosiden & Gylan beneuolentia sua ad pietatem Christianam deduxit, quæ res magno commodo reipublicæ nostræ fuisset, si pari virtute filium reliquisset. Successit Constantino Romanus, quem è Romani prioris filia susceperat, vir omnium ignauissimus, qui ocio deditus, imperij administrationem * Iosepho cuidam tradidit. Ipse interim suæ seruiens inter voluptarios homines tyrannidi, annos circiter decem imperauit. Agapeto ecclesiæ Christianæ presidente, Hugo Arelatensis tyrannus Italiam regio nomine tenebat, eamque iam annos aliquot, posteaquam Berengarius 3. Italiam ingressus, repulsus in Germaniam redierat, quietã regebat. Arbitror quietis causam fuisse, diurnam Italiae famem. Berengarius tum apud Othonem imperatorem securus agebat, etsi sæpe hostium insidijs petitus. Hic primis Agapeti pontificis iniitjs circa annum 947. magno externorũ exercitu coacto, in Italiã est reuersus, ad primam eius aduentantis famam rebelles animi multorum in Hugonem sunt ostensi. Id cum intellexisset Hugo, quod viribus nequiuit, consilio providere perrexit. missis nanque ad hostem oratoribus, cum eo foedere facto pactus est, ut se Italia discedente, Lotharius filius & Berengarius reges Italiae, æquo iure omnia administrarent, vigitq; aliquot annis solo nomine confortium, quia Berengarius acri vir ingenio Lotharium spreuit, qui apud Papiam cum vxore sua Adelheida filia Rudolphi regis Burgundiæ, nobili muliere ac venustissima, cuius dotis iure eam ciuitatem & multa oppida obtinebat, se continens, iniuriam dissimulauit. Italis etiam Berengarius superbè ac auarè imperans, eos potius in timore continuit, quàm sibi beneuolentia deuinciret. Hugo interim post parum quàm Arelatum redierat, diem obiit. Quo tempore Henricus Bauariæ dux, Aquilegia capta, in proximas vrbes ducere constituit, quem tamen multos agros populantem Berengarius redire compulit. Vix Berengarius hunc sedauerat tumultum, cum Taxis rex Hungaros suos, Italia paulò antè pulsos à Bauaro Henrico, quem in Italia regnare opinaretur, vlturus, paratissimo exercitu Italiam irrupit: quo tantus pavor Italos inuasit, ut exterminium sibi imminere non dubitarent. Berengarius verò siue fortuna, siue prudentia vsus, Albertum mittens filium, Taxis multa oratum prece peruenit, ut acceptis decem modijs nummorum argenteorum, discescit Italia. secundus tunc elapsus erat regni Berengarij annus, quo in tempore Lotharius solo nomine rex, vita est functus. Mortuo Lothario Hugonis filio, Berengarius 3. totius imperij spem concepit. Adelheidam à Lothario relictam, ne cuiuspiam nuberet qui dotis nomine regnum inuaderet, apud Papiam publicè carceri mancipauit. Italiae partem, quam tutorio nomine administrare se simulabat, tyrannide penè diripuit, sese Augustum appellari, filium Albertum Italiae regem iubet. Inter hæc bellorum fulmina maximè Agapeti prouidentia profuit, qui pro suo in remp. studio cum Italiae proce-

ribus Berengarij superbiam diutius non ferendam statuit, Othonis Germanici principis longè optimi, cuius gesta per Germaniam & Galliam celebrabantur, auxilium implorandum censet. Erat tum Henrico Bauariæ duci graue cum Hungaris negotium. Otho in Italiam vocatus, Longobardos cum 30. millibus armorum aggressus est, trita per Forijulij regionem via mouens, Berengarij imperio & Albertum regno derubar. Otho potitus Italia, Adelheidam carcere liberat. Sunt qui scribãt, Rosuitæ monialis autoritate freti, Adelheidam antea Adelhardi Papiensis episcopi opera liberatam, clam ad imperatorem fugisse. eam uxorem ducit, nuptias Ticini celebratas ferunt. Inde Cunrado Franco duce genèro, habebat enim Lingardam filiam Othonis, cum præsidij Papiæ relicto, proficiscitur cum noui matrimonij claritate in Germaniam, quod videns filius Luitolphus, tristis ab eo discessit, veniens in Saxoniam. incidere res illæ in annum Domini 951. Interim Berengarius persuasus à Cunrado duce Franco, cui Papiam cum præsidio militari custodienda relicta erat, regem secutus est in Germaniam, pacem cum eo facturus, & per omnia iussis eius obtemperaturus, qui faciem regis per triduum non potuit videre, quod ægrè tulit Cunradus, qui cum reduxit, pariterque Luitolphus filius regis aliàs offensus. Post hæc rex Berengarium alloquitur, qui in gratiam eius ac reginæ susceptus, deditiois sponsonem dat, foederibusque componendis locum Augustam designat: vbi cum conuentus fieret, Berengarius manus filij sui Alberti manibus suis implicans, cum filio se regi subiugauit, ac regnum Italiae de manu Othonis gubernandum suscepit, excepta marchia Veronensium & Aquileiensium. Nati sunt filij regi Othoni: ex Editha Luitolphus est natus, ex serenissima regina Adelheide secunda vxore Otho, qui post patrem regni gubernacula meruit, nata est etiam filia, matris nomen referens. ANNO Domini 953. Luitolphus filius regis, fortè noueræ odio, & Cunradus gener regis, noua quadam moluntur contra regem: quæ cum eum non laterent, duxit exercitum contra eos. vrbes eorum aut armis, aut deditioe facillè cepit, quousque Moguntiam perueniret, quam filius iam cum exercitu intrauerat, patrem armatus expectans. ibi plus quàm ciuile bellum inceptum est, machinæ muris admotæ, ab vrbaniis destructæ sunt vel incensæ, crebræ apud portas pugnae, ciues cunctando variabant, cum dominatorem regni foris, interius successorem tenerent. Obsidione per lx. dies continuata, sermo fit de pace, vnde datur obses in vrbe consobrino regis Egbertus. filius cum genero castra ingressi, regalibus vestigijs prosternuntur, spondentes pro scelere omnia se passuros, ut auxiliarij tantum amici nil mali paterentur. Rex autem non inueniens, quomodo meritas filio inferret poenas, fautores insidiarum expostulat. Illi autem arctè obligati, hoc omnino negabant, sicque infecta re in vrbe redibant. Egbertus obses datus, suasu vrbani regis fit aduersus, cum & antea rex illi ob corruptelam fuisset iratus. sequenti etiam nocte Boioarij comites Henrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Luitolpho, qui cum eis pergens, vrbe regiam Ratisponam cepit cum cæteris in ea regione munitionibus, omnemque pecuniam ducis Henrici, militibus suis diuisit, coniugem eius cum filijs & amicis non solum vrbe, sed etiam regione excedere coegit. Hæc omnia fiebant consilio Arnoldi fratrumque eius ducum Bauariæ, eo quod ipse Henricus paternum eorum haberet ducatum. Rex verò subsequens, Ratisponam obsidione circumdedit. ibi satis durè vtrinque pugnatum est pro muris. vrbani crebris attriti prælijs, fame quoque laborare coeperunt. Vnde Luitolphus vrbe egressus cum principalibus viris, pacem postulat, sed non impetrat. Reuerso eo in vrbe, portam Orientalem oppugnare coepit rex. à tertia ergo hora vsque in nonam cum acriter pugnaretur, Arnoldus Bauariæ dux telis perfossus occubuit, cuius morte vrbani satis consternati, iam de pace tractabant. Proinde interuentu principum Luitolphus iterum de vrbe progressus, pacem obtinuit vsque ad conditum diem, locusque tractandi apud Friedelare notabatur. Rex inde in patriam reuersus, Henricus Ratisponam accipit, quæ proxima nocte penè tota exusta est. Postea dum venationi rex intendere, filius Luitolphus patri nudatis plantis prosternitur, lamentabiliter veniam orans, patris primum, deinde omnium mouebat lachrymas. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, omnia spondet, atque ita fidelis permanfit. Defunctus est hoc in tempore Fridericus archiepiscopus Moguntinen. quo facto, conuentus Moguntia celebratur. ibi ciuitas cum omni Francia regi traditur, filius, eiusque complices factionis Francorum principes, in gratiam recepti sunt. Cunradus gener Francus est alia molitus, ut Hungari Germaniam deuaferent, nec superstitis his rebus Luitolphus

Hūgari Ba-
uariam ir-
rumpunt.

Henrici Ba-
uarii mors.

Cunradi
Franci ex-
ces.

Lotharius
Galliæ rex.

Prodigia.

diu. statim enim in Italia, vt aiunt, vita defunctus est. ANNO 955. sedatis intestinis malis, noua Hungarorum colluuis Bauariam irrupit. maiori res agebatur periculo, quod & ante annos aliquot nuper cum eis difficulter pugnarum erat, & Sclauū alterum Germaniæ orbem iam infestabant. Sed Otho rex tantis rebus occurrens, maiore fiducia quàm viribus, angustis copijs, ne deessent qui Sclanos repellerent, Augustam contendit. In cuius vrbs confinio castris positus, exercitus Francorum & Bauarorum ei occurrit cum Cunradi ducis profugi agnatis. Erat autem idem dux audacis animi ac bonus consilio, & rum eques tum pedes hostibus intolerabilis, charissimus autem socijs. Igitur appropinquantibus exercitibus vtriusque partis, ieiunio in castris prædicato, iustum est omnes ad bellum paratos fore in castrum. Et primo diluculo surgentes, sacramentis datis erectisque signis, quasi octo legiones procedunt de castris imperatoris. ducitur exercitus per aspera & difficilia loca, ne daretur hosti copia turbandi sagittis agmina. primam, secundam & tertiam legiones ducit Boioarij, quibus præfuerunt præfecti ducis Henrici. nam ipse ægrotabat, ac etiam mortuus tum est. Erant in quarta legione Franci, ducibus Cunradi profugi agnatis. in quinta, quæ erat maxima, & dicebatur regia, ipse princeps erat, vallatus ex omnibus militum millibus, alacrique iuuentute. coram eo angelus, sic enim vocabatur vexillū. Sextam & septimam legiones constituerunt Sueui, quibus præfuit Burcardus. In octaua erant Bohemi electi milites mille, armis potius instructi quàm forma, in qua & farcinæ omnes ac impedimenta quæque, quasi esset tutissima, quia vltima. sed aliter res acta est. Nam Hungari nihil cunctantes, Licum fluiuium transierunt, circumeuntes exercitum, extremam legionem sagittis laceffere coeperunt: & cum ingenti impetu vociferatione facta, alijs cæsis, alijs captis, farcinis omnibus potiti, cæteros legiōis illius fugere compulerunt. Rex cum hoc aduertisset, misit illuc quartam legionem: quæ veniens, captiuos eripuit, latrocinantiaque hostium agmina perturbauit. Fuis vndique latrocinantium hostium agminibus, dux ad regem reuertitur, signis victricibus triumphum legionis agens. Totum ergo pondus prælij iam ex aduerso esse rex conspiciens, exhortationis gratia suos allocutus est, monens pro maiorum gloria, vt modò in patria non cederent, qui in aliena sæpius vicissent. ad vltimū intulit: Plura loquerer, si verba virtutem vobis augere crederem aut audaciam, sed gladijs quàm linguis potius agendum cenfeo. Et his dictis, arrepto clypeo ac sacra lancea, ipse primum equum vertit in hostem, fortissimi militis ac optimi imperatoris officio functus. audentes hostium cunei, primum restiterunt: deinde vt socios terga verrere viderunt, obstupefacti, nostrisque intermixti, extincti sunt: nonnulli villas incurrunt, ibique circumfusi, simul cum mœnibus cremantur. alij flumen transtantes, fluminis vi obuoluuntur. Cunradus dux Francus, cum iam hostibus malè propiciam fortunam vidisset, Othonis se partibus adiunxit, bonamque nauans operam, petijt vt interiret. Itaque in partibus nostris fortiter pugnans, animi feruore & solis ardore astuans, dum auram capere vult, exaduerso sagitta missa, vulnere gutturis cecidit, cuius corpus imperio regis honorificè transportatur Vormatiam, ibique sepelitur. Ipsa autem die castra hostium sunt capta, tantaque multitudo ibi consumpta est, vt extrema esset hæc Hungarorum incurfio. In hoc autem bello S. Vdalricus Augustensis episcopus hortator fuit solertissimus. Ad eò autem tunc eneuata est potentia Hungarorum, vt multis postea temporibus in Pannonia se continuerint. Tres in eo prælio reguli in potestatem Othonis viui sunt perducti, quos Germani, Othone etiam (vt perhibent) seruare adnitente, laqueo in Hungarorum dedecus suspensos necauerunt. Triumpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriæ ac imperator appellatus est. Decretis postea gratiarum actionibus summæ diuinitati per singulas ecclesias, cum tripudio in Saxoniâ reuertitur. Dum in Germania Othoni cum Sclauis res est, Gallijs Lotharius rex lectus est. nam pacato nuper per Othonem toto Franciæ regno, non superstit diu rex Ludouicus. Eo circa Othoniani regni annum 18. salutis verò 952. decedente, Lotharius filius, quem cum Carolomanno ex Gerburga imperatoris sorore habebat, Galliæ rex saluatus est. Frater interim puer apud Bruxellas Brabantie oppidum alitus est. regis gesta cum Nortmanno Richardo bella, virtutem ostentant.

ANNO Othonis 19. lapis miræ magnitudinis tempestate de celo iactus, miraculum videntibus præbuit in Italia. ANNO sequenti cruces in vestibus hominum apparuerunt nonnullorum cruentæ, quorundam vestibus quasi lepra sordentibus.

ANNO verò Domini 956. moritur Agapetus vir innocens & Reipub. Christianæ fer-

næ feruentissimus, cui successit Iohannes duodecimus patria Romanus, patris Alberti potentia fretus. Sedit autem hoc monstrum annis nouem, mensibus tribus. Octavianus quidem is primò vocabatur, homo sanè ab adolescentia omnibus probris ac turpitudine contaminatus, venationibus intentus. Erant tum Romæ duo annui consules, ex nobilitate Præfectus vnus, qui ius populo diceret: ex plebe autem decarchones duodecim creabantur, qui vicem senatus gererent. Non carebant aliqua ditione Romani. nam & vicina Hetruriæ oppida intra Vrbeueranū Tudertinumque agrum, & quicquid à Neapoli Beneuentoque, à Marfis & Reatinis ad vrbe[m] spectat, Romanæ ciuitati obtemperabat. Octavianus itaque patris potentia fretus in satis libera ciuitate, largitione, minis ac precibus pontificatum adeptus est. Vixit his temporibus celeberrimi nominis Burcardus dux Sueniæ, tertius huius nominis. Habuit duas vxores: prima fuit soror sancti Vdalrici *Intigart* dicta, qua defuncta, duxit Heduigem filiam Henrici ducis Saxoniæ & Bauariæ, qui fuit frater Othonis Magni. Hæc Heduig adprimè docta legitur fuisse in Latino & Græco, pulchra, & tamen aufera, resistebat in castro Duello, id est, *Zutet*. Fuit monasterij sancti Galli & Augiæ maioris aduocata, & moritur sine prole.

Iohannes
12. papa.

Burcardus
Sueniæ dux.

GENERATIO XXXIII.

ANNO Domini 960. ab vrbe autem condita 1710. anno regni Othonis vigesimo quarto, sub pontifice Romano Iohanne duodecimo, incepit vigesimatertia generatio. Huius pontificis temporibus Romanus iunior, Constantinopolitanus imperator è vita secessit, veneno (vt putant) peremptus, cuius filij cum tanto imperio regendo per atatem inepti essent, Nicephorus, qui aduersus Turcam exercitum ducabat, imperator dictus est, qui per factionem cecidit, ab Othone secundo Magni filio restitutus est. Sunt qui ei substitutum ab Othone filium Iohannem dicunt, cum peremptus esset. Regebat hoc tempore Italiam ex concessione Othonis Berengarius tertius ac Albertus illius filius, excepta marchia Veronensium & Aquileiensium. Verum Berengarius contra ecclesiam Romanam & alias Ecclesias Italiæ multam tyrannidem exercebat, sed & Albertus Berengarij filius mercatores Venetos infestabat, ob quod Veneti Comaclum captum in cenderunt. His & alijs moti Romani Italiæque, vt tum Berengarij Albertique filij, tum etiam cæterorum Italiæ tyrannorum malis finem imponi quærerent, cum & antè per literas egissent, legatos solennes mittunt ad Othonem, Eualbertum archiepiscopum Mediolanensem, & Gualdonem Cumanum episcopum, cum alijs Italiæ principibus, anxie precantes, vt ipsos de Berengarij ac filij sui manibus liberaret. Otho tum filio suo Othone septenni Aquiligrani in regem inuncto, ad preces prædictorum & (vt multi scribunt) Iohannis Papæ duodecimi, contractis copijs in Italiam ducens, per vallem Tridentinam intrauit, ciuitatem Papiam absque vlla resistentia capit. Berengarius verò & filius suus, quibus poterant munitioibus se includebant. Indeque progrediens, Romæ fauorabiliter susceptus, acclamatione totius cleri & populi à prædicto Iohanne papa Augustus vocatur & ordinatur, vnctione imperiali ac benedictione sublimatus. Sunt tamen qui coronationem ipsius Leoni octauo attribuant. primum credo verius propter plurimorum scriptorum consensum. Tum quòd rex ipse antequam Romam ingrederetur, præstiterit Iohanni duodecimo iuramentum, se Romam venientem, Romanam ecclesiam & rectorem exaltaturum, vitam, membra & honorem pontificis conseruaturum, & Romæ nullum placitum aut ordinationem facturum, terram S. Petri, si ad eum perueniret, ecclesiæ redditurum, & si alicui Italicum regimen committeret, simile iuramentum illi daturum, vt habetur in c. Tibi domino, 63. dist. Suscepta autem corona, aliquandiu mansit Romæ, vbi pluries cum Iohanne Papa collocutus, hortabatur vt à sua immundissima vita resipisceret. sed cum minimè proficeret, mores eius detestatus, ad persequendum Berengarium abiit. latitabat enim imperatorem fugiens, quem tandem Otho in monte S. Leonis obsidet. Filius autem ipsius iam in Corsicam insulam secesserat. Post Iohannem Romanum pontificem adiens, eum ad partes suas inclinavit. Eapropter imperator obsidione castris relicta, per duorum cardinalium literas vocatus, Romam duxit, vbi quidam Romani timentes cum pontifice fugiunt, Albertus Corsicam repetijt, alij datis obsidibus Othoni subditur. antè tamen quàm fugeret papa, comperiens cardinales duos scripsisse imperatori, ipsos capit, & huic nasum, illi verò manum abscindit. Deinde in Campaniam fugit, & in montibus vt

Nicephorus
Constant.
Imp.

Otho II. se-
ptennis vn-
ctus.

Otho I. à To-
hāne 12. co-
ronatus.

bestia latitat. Erat autem miser iste Papa ex nobilium Romanorum profapia ortus, unde imperator de communi omnium consensu missa legatione, Iohanni papae suavit, ut timore deposito, ad sedem suam rediret securus. Quo redire nolente, clerus & populus supplicat imperatori, ut dedigno praesule ecclesiae prouideat. quibus imperator respondisse fertur: Vos ipsi Quirites, ad quos vestri pontificis spectat electio, Deum praeculis habentes, eligite qui sit dignus, & ego electum confirmabo. Quo

Leo 8. papa.

Berengarius exul.

audito, vna voce, vno consensu venerabilem virum Leonem Ap. Se. scriuariarium, in summum pontificem elegerunt, qui solenniter ad Ecclesiam deductus, sacratu est. Urbis Romae rebus compositis, Otho abiit, & Berengarium in deditioem accepit, atque continuo in Babenberg cum Vuilla vxore exilio relegauit. Albertus, dum à Corsica ad patrem redisset, captus, Constantinopolin in exilium missus est. Venit postea Imperator Spoletum. nec mora, furentes Romani Iohannis consanguinei, seduxerunt populum, ut illum reducere pararent: eijciuntque Leonem, Iohannem reuocare satagunt. Leo abiens, imperatorem (sive Spoleti, sive in ducatu Camerino pascha celebrans tum fuerit) adiit. Otho exacerbatus odio, bello persequi Romanos coepit, copiasque omnes in urbem Romam duci iussit. Interim Iohannes vir omnium qui ante se in pontificatu fuisse, perniciosior, pontificatus sui anno nono, mense tertio moritur. Sunt etiam qui scribant eum in adulterio deprehensum, confossum interfesse. Romani vero ad Othonem mittentes, pacem querentes, Benedictum diaconon, & non Leonem, pontificem dari sibi orauerunt. Renuit hoc imperator, & Leonem se seruaturum affirmavit. victi oratores, sponderunt Leonem cleri & populi iussu in patriam reducendum. sed proterui in vrbe non destiterunt, quin oratoribus in urbem cum pace reuersis, Benedictum in Petri apostoli sede pro Romano pontifice locauerint. Ea cum intellexisset Otho, non vltra verbis cominationibusque agendum ratus, primum omnium agri & ditionis Romanorum ciuitates & oppida pleraque capi, diripi, ac magna ex parte vastari curauit. Romam exinde adeo dura pressit obsidione, ut modium furfuris pro 30. aureis eo tempore venundatum fuisse scribat Lateranensis, tantisque coactos malis, scribunt Romanos imperatori Benedictum dedisse, eumque portis apertis urbem recepisse, Leonem pontificatus sedem auctoritatemque accepisse. Acta sunt haec circa annum Domini 963. Ferunt quoque quod Othone Romae manente, Romani consilio habito, statuerunt eum occidere. sed cum proditionis consilium peruenisset ad imperatorem, ipse multos neci dedit, & nihilominus centum obsides ab eis interpositis sacramentis accepit. postea tamen à Leone papa rogatus, obsides dimisit, in Germaniam rediens. Mortuo Iohanne, Benedictus patria Romanus, ut dictum est, in seditione pontifex creatur. verum cum imperator hanc electionem nequaquam probaret, Romanos id maxime expetentes à se repulit, eosque, ferro & flamma omnia circa urbem posita vastans, compulit, pulso Benedicto, Leonem suscipere, adactos sacramento, nil se earum rerum immutatos. Composita vrbe, Otho in Germaniam rediit, secum Benedictum duxit, qui non multo post dolore animi apud Hamburgum moritur, vbi relegatus erat. vixit in pontificatu mensibus sex, diebus quinque. Leo octauus à clero populoque Romano, pulso Iohanne 12. ut dictum est, pontifex creatur, licet postea Benedictum illi superinducerent: quo tamen abrogato, vi & armis Othonis reductum Leonem resumpserunt. Leo tamen restitutus, statim Romanorum in constantiam pertæsus, auctoritatem omnem eligendi pontificis à clero populoque Ro. ad imperatorem transtulit, quod fecit in synodo congregata Romae, idque cum toto clero populoque Romano constituit, ut de hoc textus est 63. dist. c. In synodo. Mortuus est autem pontificatus sui anno 1. mense 4. ANNO deinde 968. Iohannes 13. Narniensis episcopus Leoni successit. Verum Romani inita iam consuetudine pellendi pontifices, hunc quoque seditionibus fatigant. Accersitro nanque Ioffredo comite Campaniae, Lateranenses aedes irrumpentes, Iohannem capiunt, captumque primo in Adriani molem, quod S. Angeli castrum vocant, perducunt, mox hominem in Campaniam exulatum mittunt. Causa horum malorum Petrus praefectus urbis fuit, qui Iohannem capitali odio persecutus est, qui decarchones consules in suam aduersus pontificem sententiam perduxit. Sed inter haec Ioffredus vna cum filio suo à Iohanne Capuano principe est trucidatus. Inde pontifex ad finem mensis vndecimi calamitatis suae Romam rediens, à clero populoque in pontificem est receptus. sedit annos 7.

romacapra

Benedictus 5. papa.

Ea dum sic agerentur, Othoni fuerunt nunciata, qui pontificis calamitate cognita, cum

Eligendus ab imperatore pontifex.

Iohannes 13. papa.

cum Othone filio ingentibusque copijs, magnis itineribus Romam peruenit. Ingressi urbem dum tota se ciuitas obuiam effudit, primi omnium magistratus, criminum faciente conscientia, caeteros in adulatione superabant. Parque reddens patri Otho, conceptum in eos, odium dissimulauit. quam primum vero exercitu in statua distributo, pontifex primò, post ciues de rebus publicis priuatisque audiri sunt coepit, Otho rex consules, praefectum, decarchones in carcerem detrudi iussit. Nobilitati tamen delaturus, consules vincitos in Germaniam deportari fecit: Decarchones equuleo suspensi sunt: & praefectus Petrus, quia iniuriae author & compulso fuit, ludibrio per vrbis plateas compitaque habitus, & interea dum traheretur, flagellatus, in terrum carcerem coniectus, inde ad consules in Germaniam deportatus est. Sunt tamen qui scribant, Petrum ipsum excarnificandum pontifici traditum, abrafa barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiniani aliquandiu stetit: inde autem ablatum, asinoque superimpositum, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, atque ita per urbem ductum, virgis caesum, postea in Germaniam exulatum missum. Hac etiam seueritate imperator usus est, quod a Ioffredi caesi, eiusque filij cadauera, è loco sacro tracta, in prophanum proijci iusserit, qui ante à principe Capuano fuerant occisi. Interea Sclani qui nuper fidem Christi receperant, in Italiam trajicientes, Saracenos ingenti clade superatos, è monte Gargano deiecerunt. Horum autem exemplum & virtutem imitati Hungari, reliquias Saracenorum ita attriuere, recuperata Consentia iam ab eis capta, ut nihil virium haberent: omnemque eam Italiae oram à barbaris liberatam, accepta pecunia, Graecis reliquere. Quo tempore adhuc in Germanijs erat Otho imperator. nec quieuerunt diu Saraceni, in Italiam redeantes, quaeque obuia vastantes. Sunt qui putent Consentiam tum iterum captam. Quae dum agerentur, Graeci Calabriam & Apuliam obtinentes, constituerunt inducias cum Saracenis. Eo enim in tempore cum venisset Romam imperator, secumque duxisset filium Othonem, cui desponsata iam erat Theophania Nicephori Constantinopolitani imperatoris filia, Pandulphus princeps Capuae Othonem accedens, ostendit fore ut si copiarum quas adduxerat, pars Capuam, & inde Calabriam mitteretur, Saraceni Italia pellerentur. Interuenerat tum aliquid dissidij inter Romanum imperatorem & Nicephorum, ita quod filiam desponsatam Othoni denegabat tradere. Eo magis attentus ad rem Otho Magnus, Othonem filium iam tunc in dolis egregiae, misit Saracenos pelleret. Hostes quidem fama Germanorum territi, discedentes, praedam quam poterant nauigio abstulerunt. Maius tum fuerat Othoni & Pandulpho negotium Graecos repellere, qui Saracenis per inducias foederatis, aduersus imperatorem Romanum opem ferre conati sunt: attulissentque, si facultas eis sublata non fuisset. Otho autem Graecos ita permodum grauissimis praelijs, ut eos ferè omni Calabria & Apulia eiecerit. Constantinopolitani autem populi amissarum provinciarum iacturam omnem in Nicephorum referentes, qui sponsam filiam marito tradere noluerit, armis correptis, illum interfecerunt, ut quidam scribunt, ac Iohannem filio eius imperium demandauerunt. Alij scribunt Othonem pulso Nicephoro, Iohannem filium ipsius in imperio confirmasse, & Iohannem sororem Theophaniam Othoni dedisse vxorem, quam Iohannes xij. vna cum marito apud Lateranensem basilicam corona imperij exornauit, annuente Othone sene, qui filium consortem imperij creauerat. Eo tum in Othonis secundi coronatione, Iohannes pontifex maximus Capuanam ecclesiam, ob Pandulphi principis merita, metropolitanam fore constituit. Iohannes autem xij. anno Domini 974. moritur, & ei Benedictus sextus, patria Romanus, in sede ac calamitatibus successit. Sedit anno vno, menses 6. Hic pontifex à Cincio Romano ciue & praepotenti captus, in Adriani arcem, quam sancti Angeli vocant, custodia includitur, & non multo post strangulatur, vel, ut alij referunt, fame moritur. De tanta iniuria, nulla sumpta est vindicta, vel à ciuibus Romanis aduersa factionis, vel ab Othone imperatore: & mirum videtur: sed vel culpa pontificis, vel circa alia occupatio imperatoris, in causa fuit. His temporibus Basilius & Constantinus Graeci imperatores, à Baiano Bulgaro magicae perito, bello vexati sunt. Eodem anno celebrato paschate in Quidstumburg/ auditisque ibi plurimarum gentium legatis, venit imperator in ascensione Domini ad Mersburg tertia feria, deinde ante Pentecosten diuertit ad locum qui dicitur Mimelieba: & proxima nocte transacta, laetus ad mensam confedit, post vespere interfuit: mox tamen aestuari & fatigari coepit: quod videntes principes imposuerunt eum sedili. Inclinantem autem quasi

Otho Italia ingreditur.

Saraceni Italiam relinquunt.

Iohannes 6. stant. Imp.

Benedictus 6. papa.

quasi iam defecisset, refocillarunt. Expetitoq; sacramento Dominico & accepto, sine gemitu cū magna tranquillitate spiritū reddidit Domino, Nonis Maij, quarta feria ante Pentecosten. Inde verò transportatur in cubiculum, ac transitus eius annunciatu-
 Othonis I. Cæsobius. populo, cuius corpus à filio iam rege factu, in ciuitatem Magdēburgensem translātū, in Ecclesia quam ipse construxit, honorificentissimè tumulatum est, anno salutis 974. posteaquam annos 36. regnauerat. Hic Germanorū imperium non tam armis quàm beneuolentia restaurauit, optimis quibusq; totius penè orbis principibus affinitate & necessitudine iunctus, sēpissime muneribus ab Oriētalibus principibus salutat. Sæpe maximorum præsentia maiestatem viri illustrem reddidit. nam aliquot annos priusquam fato defungeretur, cū Aquisgrani Pentecosten celebraret, ex Frācia ad eum Gerburga foror, Ludouici vxor: foror Adelheida, Hugonis Magni vxor, & omnis penè cognatio congratulatum venit. quantum ea res decoris, quantum beneuolentiæ principi conciliari vbiq; referri non potest. Is argenti & auri venas in Saxonia primus aperuit. Is æquitatis & iuris amantissimus, peritos viros iuri dicendo semper præfecit. Nam fuit Otho hic naturæ ac ingenij dotibus vir excellens, summa in omnes humanitate præditus, in re militari nulli secundus, multa bella non solum cum extraneo hoste, sed cum filio Lutolpho, cum fratre Henrico, cum genero Cunrado, cum sororio Gisilberto feliciter peregit, quibus post multas acceptas iniurias facilè indulgit. Consuevit autem nocturnis & matutinis laudibus interesse, atq; vniuersis solennitatibus ad vesperas & ad Missam cum processione venerabili episcoporum cæterorumque clericorum, cum crucibus & sanctorum reliquijs ad ecclesiam vsque deduci solebat, vbi cum magno Dei timore stabat & sedebat, nil loquens nisi diuinū, vsque dum omnia finita essent, indeq; ad cubiculū suum cum multis luminibus, comitatuq; sacerdotū, ducum ac comitū remeabat. Insuper Magdēburgensem ecclesiam archiepiscopale, Brandenburgensem, Meriburgensem, Cicēnsē & Misnēsem episcopales construxit ecclesias, ad hæc diuersas ecclesias, monasteria etiam virorū & mulierum in Saxonia & Sclauonia. Item Daniam seu Daciam cismarinā tributo subijciens, eam sub anno Domini 952. in tres episcopatus diuisit, & Hamburgensē episcopatu subiecit. Idem in ciuitate Aldeburgensē Sclauonica fecit episcopatum, Hamelburgen. metropolim. Multa denique ecclesijs bona contulit. Quis est autem, qui eius principis superadmiranda gesta non admiretur, vt qui præter inrestina bella, quorum non parum multa feliciter absoluit, Auares, hoc est, Hungaros Germaniam vastantes, apud Augustam Vindelicam magna clade superauit, ac regulos eorum furca suspēdi fecit, Italiam à tyrannis ac inuasoribus imperij purgauit, Saracenos inde expulit, Græcos perdomuit, abiectis & eliminatis falsis pontificibus Ro. canonicè intrantes fomit, restituit ac potenter conseruauit? Hic est qui Longobardiam Ro. imperio recuperauit, & imperialem prouinciam esse curauit. Ad hoc Galliam Belgicam, quondam Austrasiam dictam, à Mosa fluuio vsque ad Rhenum, à iugo regum Franciæ absoluit, inde ducatum Lotharingiæ & Burgundionum regnum imperio in perpetuū vniuit, ita quod iuris imperij hætenus permansit vsque ad Carolum quartum, sub quo aliquid nouatum extitit, nescio si iure subsistat. Taceo quàm sub ipso ac successoribus suis in imperio fides catholica sit dilatata in partibus Occidentis. ab eo enim tēpore Hungari, Dalmatæ, Sclauī, Poloni, Pomerani, & post eos Daci, Suedij, Noruegij, & subsequenter Prutheni, & multi alij diuersarum regionum tunc pagani, peruenerunt ad fidem Christi. S. Vdalricus Augusten. episcopus obiit anno salutis 973. ordinati-
 Otho I I. Imp. 85. onis suæ anno 30. ANNO deinde Domini 975. Otho I I. Othonis Magni filius, regnare cœpit, & annis 9. regnauit. Hic viuente patre ab Apostolico coronatus fuit, & mox vt pater defunctus est, ab omnibus qui aderant, demum eligitur, ac in regni sede collocatur. Eodem anno Donus secundus patria Ro. eligitur in papam. anno sedet. tantæ modestiæ fuit, vt etsi nihil dignum egerit, non tamen aliqua iniuria affectus aut ignominia notatus est. Hoc tēpore Adelbertus Bohemus Pragensis episcopus, tantæ sanctitatis habitus est, vt diuino spiritu impellente in Pannoniam descendens, & regem Hungarorū baptizauerit, & omnes prouinciæ episcopos ad benè de Deo promerendum exemplo & vita instruxerit. profectus deinde in Prussiam, dum fidē Christi prædicat, martyrio coronatur. Dono defuncto, Bonifacius vij. pontificatum malis artibus adeptus, anno 976. malè amisit. sedit menses vij. Nam inito magistratu conspirantibus simul bonis ciuibus, relinquere urbem coactus, preciosissima quæq; è basilica B. Petri subtrahens, Cōstantinopolin confugit. Alij referunt eum illic relegatū.
 Bonifa-

Bonifacio sic recedente, Romani alium loco eius fecerunt pontificē Benedictum ^{Benedictus} vij. patria Romanum, qui sedit annis viij. menses sex. erat hic vir optimus. huius ^{7. papa.} tempore Constantiensē ecclesiā præfuit S. Gebardus. Ad Othonem II. redeo, qui primo anno regni sui Henricum Bauarorum ducem, filium Henrici qui frater fuit primi Othonis, sibi rebellem domuit. Et cū ea occupatur expeditione, Lotharius rex Francorum in Lotharingiam copiosum duxit exercitum, eam Rom. imperij prouinciam occupauit, & Aquisgranum delatus, agros populatus est. In quem Otho cū ^{Othonis 2. bella.} ex Bauaria duceret, Lotharius in Parisios est reuersus. Quare is Franciam ingressus, Laudunensium Sueffionumq; agris vastatis, Parisiorum quoque suburbia incendit. Reuersus tamen in Germaniā, dum *Axonam fluuium traicit, incommodum accepit, nonnullis suorum aque vorticibus absorptis, pluribus ab insequenti hostium multitudine interfectis. Interea Basilius Constantinusque Constantinopolitani imperatores, filij Romani posterioris, Syriam populati, Cretam pulsos Saracenis receperūt, & Othonem II. bello Francorum implicitum putantes, constituerunt amissas de Italia prouincias recuperare. primò tamē Saracenos Creta pulsos, data pecunia, in suum exercitum receperūt. Itaq; delati Barum, vrbe sunt potiti, ciuibus partim occisis, partim in Græciam relegatis. deinde Apulia primū, post Calabria deditioe vltronea sunt receptæ. Otho interea postquam iniurias acceptas apud Aquisgranum, vlus fuerat, pacem cum Lothario Francorum rege, recepta Lotharingia, firmauerat, veniens in Italiam, & vxorem ducens Theophaniam, in via tamen Sclauoniam & Dalmatiam circumeundo, magnam in ea regione stragem fecit. Post hæc Romam veniens, repentino tumultuarioque delectu per omnes Italiae regiones coactas, ingentes copias ad diem conuenire iussit. Et cum Germanorum, Gallorum, Longobardorum & aliorum Italiae populorum vniuerso exercitu Roma profectus, primā ad Beneuentum cepit statua: quò cū accitæ Romanorum copiæ peruissent, datas quoque à Beneuentanis, Neapolitanis, Salernitanis turmas in ordines præmitti curauit. Facto postea agmine, in Apuliam profectus est, & Græcis apud Basentellum stantibus, decretatum esse dicitur. Ibi Romani Beneuentaniq; ex acie profugi, non solum detrectauerunt prælium, sed & signa deseruerunt. Hinc ceteræ Rom. imperatoris copiæ, à Saracenis & Græcis suis dissipatæque sunt. Quo in prælio occisis penè ad internectionem legionibus, & Romanus imperator & omnis Italia neruos omnes ita amisit, vt facile Græcis ac barbaris fuerit, si victoria vti sciuisent, Roma Italiaque potiri. Otho inter hæc fugiens, scapham conscendens, salutem ^{Othonis 2. fuga.} quæsiuit: vel, vt alij scribunt, natando nitens euadere, & à nautis capitur, ignorantibus, cū illorum lingua tam facilè quàm sua loqueretur, quis esset: à quodam tamen eorum qui erat negotiator Sclauus, agnitus est, sed non proditus, ac dum B. Petri imploraret auxilium, per Sclauum re delata ad Theophaniam reginam ac Theodoricum Metensem episcopum, qui in ciuitate *Rosan. euentum rei expectabant, dolo per episcopum & Sclauum liberatur. nautis quippe ad pecunias pro eo oblatas inhiantibus, imperator ascenso equo vix euasit. Eo etiam in tempore omnibus pro infortunio Reipub. consternatis animo, sola imperatrix Græca leuitate insultabat Romanis, quò ab exercitu suæ nationis victi essent, per quod à primatibus odiosa cœpit haberi. Otho deinde comparato exercitu, animaduertente in Romanos & Beneuentanos constituit, à quibus initium fugæ factum erat: agere id in Romanos, minus tutum videbatur. In Beneuentanos conuersus, urbem capit & incendit. Inde corpore S. Bartholomæi ablato, Romæque in insula Lycaonia collocato, se vindicat. ANNO dehinc decimo sui imperij, Domini-
 Otho tertius Imp. 86. cæ autem natiuitatis 983. tædio & angore animi deficiens, Romæ moritur, magno vir animo, si secundam fortunam habuisset, Sanguinarius dictus, nimirum à Saracenorū cæde. In vestibulo B. Petri quod paradysum vocant, labro porphyretico, quod adhuc introeuntibus ad læuam apparet, honorificè sepelitur. Cū autem de creando nouo imperatore consultatio haberetur, & alij Othonem filium defuncti, alij verò Henricum Bauariæ ducem, primi Othonis ex fratre nepotem exposcerent, instarentque Itali quidam, vt Crescentio Nomentano viro clarissimo res committeretur, Germani statim qui tum frequentes Romæ erant, Othonem III. delegere, quorum sententiam Benedictus approbabat. Henricus tum Othonem puerum factiosè raptum, custodiæ commendauit: sed principes puerum de manu eius extorquentes, in regnum sublimant. ANNO interea, vt quidam volunt, Q99 4 à na-

Iohannes 14. papa. à natiuitate Domini 981. Iohannes 14. creatur papa. Degebat adhuc apud Constantinopolin Bonifacius 7. qui diuenditis quæ sacrilegio abstulerat, magnam vim auri comparauit: qua fretus, urbem adiit, tyrannidem occupaturus, ciues largitione corrupturus, propugnatoris sui Ferrucij potentia Iohannem cepit, & in Adriani mole interfecit. Postea Bonifacius sedem inuasit, sed non multò post subita morte periit, qui adeo omnibus exosus erat, vt defuncti corpus lanceis perfoderetur, à clericis collectum & sepultum est xj. intrusionis suæ mense. ANNO Domini 982. electus est Iohannes xv. patria Ro. sedit menses octo. hic miro odio in clericos exarsit, vnde vicissim odio habitus, maximè ex eo, quòd diuina humanaque omnia cognatis suis largiebatur, quem morem (ait Platina) ad posteros ita traduxit, vt hodie perseueret. Cometes apparuit, fame & peste laboratur. ANNO Domini 983. defuncto Iohanne xv. Iohannes xvj. etiam Romanus surrogatur. Sedit annos decem, menses sex, vir magnæ doctrinæ. B. Volfgangus episcopus Ratisponensis, eo tempore obiit, natione Sueuus, comes ex *Wullingen* natus. ANNO 984. Otho tertius, secundus Othonis filius, Rom. imperium suscepit admodum puer, regnauit annis 18. Tanta fuit rerum gestarum gloria, vt Mirabilia mundi diceretur ANNO sequente Crescentius Nomentanus consulem se præferens, urbis dominium cepit. vnde Iohannes pontifex in eam desperationem ductus, cupiditati hominis cedens, exul in Hetruriam abiit. eò cum venisset, animis resumptis, Othonem tertium per legatos & literas orare coepit, vt Se. Ap. & oppressæ urbi opem ferret. Id cum rescisceret Crescentius, pontificis cognatos & amicos mittit, rogat pontificem, vt obmissa accersitione Othonis, sine cura ad urbem cum potestate redeat: polliceturque ei in rebus omnibus se obtemperaturum. Morus pontifex, veritus etiam, ne si Otho cum exercitu in Italiam ingrederetur, plus mali quàm beneficii secum afferret, ad urbem redijt, prodeunte obuio Crescentio cum omnibus magistratibus & urbana multitudine, in aedes Lateranenses magno comitatu introducit, quarum in vestibulo eius pedes Crescentius & omnes seditionis authores exosculati sunt, atque ita in concordiam redacti, vitam quietam duxere. ANNO Domini 987. Ludouicus filius Lotharij coepit regnare, & postquam annum regnauit, defunctus est. Aliqui scribunt eum veneno extinctum, sicut etiam Lotharius pater eius anno præcedenti scribitur extinctus fuisse. Ludouicus iste filius Lotharij, habuit uxorem Blancam filiam regis Navarra, quam post obitum Lotharij duxit in matrimonium Hugo Capeth filius Magni Hugonis. Hic Hugo Capeth se non solum de vxore, sed & de regno Franciæ ipsius Ludouici introuit. Res hæc translata regni, variè à scriptoribus traditur. Ego probabiliora sectaturus, quæ ad rem faciunt, referam. Dedit Austrasiæ regnum tumultui occasionem. nam Lotharius Austrasiam repetiturus, congregato exercitu, Aquisgranum maiore quàm credi potest celeritate ingreditur. Præcedenti vnà cum vxore Othoni II. cum de Francorum inopinata irruptione nuncijs affertur, mirum in modum attonitus, raptis quæ potuit, fuga elapsus est. Præda ex regis palatio, ditissimoque oppido, atque ex omni prouincia correpta contentus Lotharius, retro in Franciam cessit. Quem non longo interposito tempore magnis copijs insecutus Otho, castra in conspectu Parisiorum ponit. Sed eruptione à ciuibus facta, & Othonis nepote cum alijs pluribus suis ac occisis, ciuitatis suburbia Otho incendit ac recedit. Sequitur eum Lotharius vsque ad Isaram & per Sueffionum agros, vbi occisorum cadaueribus alueus oppletus est. At pacatis demum regibus, Austrasiam, cuius causa bellum gerebatur, Othoni Lotharius, reclamantibus regni Francorum proceribus, dedit, repugnante inprimis Hugone Abbate, qui hanc sibi materiam inuadendi regni sumpsit. Paulò post apud Rhemos mortuo Lothario, successit Ludouicus. Hic in ædè diui Remigij apud Rhemos sepultus est. Carolus deinceps Lotharij frater, quem alij Carolomanum dicunt, Lotharingiæ princeps, regni gubernacula recipere tentauit. Sed Lauduni cum vxore agentem, Hugo Capetus opera atque prodicione Anselmi urbis episcopi, recepta vrbe, Carolum intercipit, atque Aureliam in custodiam mittit. Interea Caroli vxor duos enixa liberos, Ludouicum atque Carolum, spem adipiscendi regni frustra accepit. Sigibertus Othonem Caroli filium, in Lotharingia patri successisse scribit. Hugo ille Capetus animi magnitudine & rebus potens, cum eius conatus nemo reprimeret, vi atque armis regni se diademate insigniri obtinuit. Atque per hunc quidem modum anno Domini 988. Hugo, Capetus dictus, quòd capitia per Ludouicum

Régis Francorum mutatio.

Hugo Capeth Franci rex.

dum alijs auferebat, Francorum regnum occupauit: quod non solum virtutis causa, sed etiam nationis titulo sibi debere aiebat. Et suis initijs cum Carolomanum Lotharij fratrem subegisset, Arnulphum præterea Lotharij fratrem nothum, Rhemorum pontificem, synodo episcoporum habita, ab vrbe deiecit, in vincula coniecit, & Rhemis Gilbertum philosophum posuit antistitem. Romani tamen pontificis Iohannis edicto Arnulphus per Signinum Senonum præfulem, reuocato Gilberto, restitutus est. Hunc Gilbertum postmodum imperator Otho primum Rauennæ episcopum, deinde papam fieri curauit. Hugonis pater, si rectè puto, primum Abbas dictus est, quòd ipse & Robertus comes Parisiensis, primi fuerint, qui relicta monasterijs prædia prouentusque occupauerint, ea sibi suisque militibus attribuentes, seque abbates appellantes, atque impartientes monachis, prout volebant, adhibito moderamine victus & vestimentorum. Post Burcardum ducem Sueuiæ, inuenitur Henricus dux Saxoniarum ducatum ad modicum obtinuisse, & vt coniectura est, tutorio nomine, quia Lutolphus reliquit filium nomine Othonem, qui obtinuit ducatum Sueuiæ. Hic fuit pater Gregorij quinti, quo authore instituti sunt Electores imperij Romani.

Gilbertus philosophus magister sciens

Otho Sueuiæ dux.

GENERATIO XXXIIII.

ANNO Domini 990. sub Iohanne 16. & Othone tertio, 34. coepit generatio. Anno 9. Othonis, Rhemis synodus totius Franciæ congregatur, & Arnulphus nothus frater Lotharij quondam, quem ipse Carolus episcopum Rhemis instituerat, omnium iudicio exordinatus damnatur, & Adelgerus presbyter, qui urbem prodidit, & portas Carolo aperuit, execratur. Gilbertus verò magus, instituitur episcopus. Sed quibusdam causam ventilantibus, non potuisse degradari Arnulphum sine auctoritate Romani pontificis, Gilbertus depositus est, quia ad Othonem tertium se contulit, & ab eo Rauennæ episcopus institutus est. ANNO 996. moritur rex Hugo Capetus, & successit ei in regno filius Robertus, vir admodum doctus. Composituit enim multas prosas & hymnos. Sequentiam fecit de Sancto spiritu, *Sancti spiritus assis* &c. & responsum, *Iudæa & Hierusalem*. Fuit Blanca filius. Hic genuit ex Constantia filia Guilielmi comitis Aurelianensis quatuor filios, Hugonem, Henricum, Robertum & Othonem, qui & postea auxilio Richardi ducis Normanniæ acquisiuit Burgundiam, quæ iure veniebat ei per mortem ducis Henrici auunculi sui, & fecit ibidem ducem Robertum filium suum. alia de Roberto infra dicentur. ANNO Iohannis nono, Otho tertius venit primum in Italiam, qui à Crescentio cæterisque Romanis cum summa obedientia in urbem admittitur. Duxit autem quamprimum cum exercitu suo in Beneuentanos & Capuanos, illosque per vim & arma Romanis pacatos reddidit, secundum Blondum. ANNO Domini 994. Iohannes pontifex moritur, nec vlla accidit clero & populo in eligendo pontifice contentio, eo quòd Otho rex Brunonem consanguineum suum ex gente Saxonum, iussit obtinuitque papam declarari, ac mutato nomine vocatus est Gregorius v. Sedit autem annis duobus, mensibus quinque. filius fuit Othonis ducis Sueuiæ, qui fuit filius Lutolphi. Hic Gregorius coronauit Othonem III. ei que benedictionem imperialem impendit. qua celebritate finita, imperator Roma relicta in Germaniam abiit. Tulerant iniquo animo Romani Gregorij Pont. creationem, nec dissimulare poterant. nam vix Italia excessit Otho, cum pontifex minis & maledictis exterritus, ac magis fortè quàm oportuit animo consternatus, vrbe clam excessit, & quum Iohannis exemplo aliquandiu in Hetruria substitisset, nec illum populus Rom. reuocaret, Othonem adiit in Germaniam. Interim Romani Crescentium cum summa potestate denuo consulem decernunt, qui statim Iohannem quendam natione Græcum, episcopum Placentinum, non minus pecuniosum quàm doctum, pontificem creat, cuius certè nomen inter pontifices quidam supprimunt. Otho interea cum magno exercitu aduentabat, cuius aduentu cognito, Crescentius moenia urbis & portas quàm diligentissimè firmat, molem Adriani munit positis præsidijs. Hinc est quòd postea moles Adriani, arx Crescentij appellata est. Superueniens deinde imperator, urbem obsedit. populus Romanus cum nequaquam tantis copijs par esse posset, clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tum Crescentius & Iohannes consilij & auxilij inopes, in arcem Adriani confugientes, sese acriter contrà tuebantur. Verùm proposita spe venia,

Synodus Rhemenfis.

Robertus rex Galliar.

Gregorius quintus.

Crescentius xj. schismaticus author.

Electores
Rom. princ.
primū in-
stituti.

venia, dum ex arce ad imperatorem se conferunt, multis vulneribus Crescentius ex fuga retractus capitur, viliq̄ue iumento auerso vultu impositus, circumducitur, & paulatim membris truncatur, ad vltimum ante vr̄bis moenia suspenditur. Io hannes verò depositus, excaecatus est. deinde in pristinam sedem Gregorius, xi. mense postquam pulsus est, restituitur. Hoc in tempore electores imperij primū instituti leguntur, de quo aliqui scribunt, quòd Otho III. cum hæreses ex se descendentes mares non haberet, constituit ex consilio principum Germaniæ, vt imperatore mortuo, in opido Francfort perpetuò fieret electio, electoresq̄ue constituit tres archiepiscopos, Moguntinensem Germaniæ, Coloniensem Italiæ, Treuerensem Galliæ nomine, & cum his alios quatuor seculares principes, Palatinum comitem Rheni, vt ex officio etiam esset dapifer, ducem Saxonie, qui esset mariscalcus, marchionem Brandenburgensem, qui esset camerarius, & regem Bohemiæ, qui archipincerna imperij esset. Hi septem principes, eligendi imperatoris ius & potestatem sic acceperunt. Itaque aiunt Gregorium quintum, cognita imperij imbecillitate, varietateq̄ue fortunæ, quo diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeq̄ue cæteris præfesset, qui virtute & dignitate cæteris præstaret, retulisse sanctionem de imperatore deligendo, videlicet solis licere Germanis principem deligere, qui Cæsar & Romanorum rex appellatus, tum demum Augustus & imperator haberetur, cum à Romano pontifice benedictione præmissa coronaretur: & quòd ordinauerit cum procerum Germaniæ consensu electores prædictos, qui vice omnium eligere deberent. Quòd autem à quibusdam scribitur, sanctionem hanc institutam fuisse anno salutis nostræ M. & II. hoc ita intelligendum puto, quòd eo anno virtute istius sanctionis, prima facta fuerit per principes designatos electio in persona Henrici Bauari. tunc enim cæpta est moribus vtentium approbari, & sic sub Syluestro secundo, qui successit Gregorio, & hoc saluari potest, quòd ex monumentis Aquileien. ecclesiæ traditum inuenitur, sanctionem de imperatore à Germanis deligendo, Syluestri temporibus factam esse. vnde etsi Gregorius sanctionem instituerit, ille tamen Syluester electionem primam iuxta sanctionem factam approbavit. ANNO verò Domini 997. Gregorius quintus obiit, in cuius tamen vita Iohannes 17. Placentinus episcopus, potentia Crescentij Romani tum consulis fretus, quem pecunia corrupisse creditum est, tempore Gregorij v. per sanctionem pontificatum occuparat. tantum enim pecuniarum ex Constantinopoli ad vr̄bem secum detulerat, vt constantes etiam largitione ad maleficium impelli potuissent. Is moritur cum ignominia decimo vsurpati pontificatus mense. ANNO Domini 998. cum nuper Gregorius papa Sueuus ab Othone III. opt. max. Cæsare restitutus, fato defunctus esset, ex imperatoris sententia alter subrogatus est Syluester II. episcopus Rauennas. Hic Gilbertus est Gallus, cuius supra mentionē fecimus, vnus qui totū orbem fraude reuulsiuè dissimulata coinquinauit, adeò ingenio, adeò multarum disciplinarum studio celebris. Adolescens Floriacensi cœnobio in Aureliana diocesi relicto, vitæ liberioris initia diabolo dedit, Hispalim Hispaniæ ciuitatem, bonarū artiū causa peruenit, cupidus literaturæ & doctrinæ. Qua re tantum profecit, vt breui ex discipulo sit optimus præceptor habitus. Othonem Cæsarem, Robertum regem Franciæ, orbis principes maximos docuit. Interim ipse magica tam studiose sectatus, vt illorum regulis omnem vitæ rationē moderaretur. horum opera primū Rhemensis episcopus, deinde Rauennas creatus est, demum pontifex Romanus: quem ea lege diabolus adiutum deuinxit, vt post mortem suus esset. Sedit annos quatuor & aliquot menses. Et dum dæmonem suum consulit, quandiu in humanis futurus esset, ille ambiguus (vt solet) responso, diu quidem, si Hierusalem non attigeris. Accidit igitur vt anno quinto in eunte, quum in sacræ Crucis ædem venisset sacris operaturus, in eam templi partem descendit, rem diuinā facturus, quæ Hierusalem dicitur: ac tum inter agendū oraculi memor, sensit fatale tempus adesse. Ibi poenitentia ductus, frequenti populo quod semper antè occultum habuit flagitium, fassus est. Inde multitudinem hortatus ad cultum veræ pietatis, precatus est, vt corpus suum dissectum & laniatum, quando ita sanè esset meritis, bigis imponerent, ibi humarent, vbi equi sua sponte constitissent. Itaque diuino nutu in signum perfectæ contritionis, cadauer ad ecclesiam Lateranensem delatum est, eoq̄ue loco sepultum est corpus illius. Scribit Martinus, tam ex collisione ossium, quam ex sudore ipsius sepulcri vel humectatione potius, deinceps morituri pontificis signa, & quidem manifestissima colligi. Idq̄ue ipsius sepulcri epitaphium dicit indicare. Hic inter claros

Ioh. Placentini interitus.

Syluester 2. papa magnus.

ros scientia literarum sua ætate connumeratus esset, si suam scientiam arte diabolica non fœdasset: vnde quidam in numero pontificum eum non ponunt. Ad Othonem III. redeo, qui degens Romæ, cum remissius ageret, tractans qualiter iura regni & imperij, necnon ecclesiæ, ad antiquum statum reformaret, Romani contra eum conspirant, & aliquot militum eius peremptis, eum in palatio obsident. vnde per industriam Henrici ducis Boioariæ & Hugonis marchionis Italiæ, simulato pacto pacis, vix extractus, Roma discedit cum Syluestro papa. Et quia vxor Crescentij relicta, imperatorem spe regnandi ad amorem suū pellexerat, dolens de eius discessu, venenum ei misit: quo ille poculo sumpto, iater remeandum in Italia moritur. Milites eius corpus in Germaniam deferunt. eius intestina in Augusta sepeliuntur, reliquum Aquigrani tumulatur. Refert autem Blondus certū, esse Romanos, qui Othonem ob factam eo impellente de imperatoris electione sanctionem, oderant, cum ferro nequirent confodere, eum veneno interfecisse. non desunt etiam, qui affirmant corpus eius Romæ ad S. Petrum esse sepultum. Mortuus est circa annum salutis alterum supra millesimum. Circa annum millesimum multa prodigia visa sunt. terræ motus enim factus est magnus. cometes apparuit 19. Kalen. Ianuarij. Circa horam nonam aperto celo, quasi facula ardens cum longo tractu fulguris illabatur terris, & cum tanto splendore, vt non modò qui in agris erant, sed in tectis etiam irrupto fulmine ferirentur, quum calis scissura sensim euanescente, interim visa est figura quasi serpentis. Venerunt in hac generatione Tancredi, vt aliqui volunt, ducis Nortmanniæ duodecim filij in Italiam. Ipse enim Tancredus vir generosi animi, qui apud Nortmanniam Galliarum prouinciam, duodecim ex duabus vxoribus genuit filios: vbi cum eorum sumptibus premeretur, nouas sedes quærere constituit, fortunamq̄ue meliorem & opes meliores alio in loco viribus & ingenio facere sibi confisus. Deserta itaque Nortmannia, in Italiam primū perueniens, in Romandiola substitit, dumq̄ue eo in loco consistit, filij sui tanta contra Salernitanum aliosq̄ue Italiæ principes gessere facinora, vt eos viros fortes præstantissimosq̄ue suo malo senferint omnes. Guilielmus Tancredi Magni filius, cui cognomentum erat Ferabach, cum à patre Romandiola ac Hetruriæ partem accepisset, audiens Siciliam à Saracenis opprimi, Molochi, qui pro Constantino imperatore Calabriam & Apuliam præsidio obtinebat, Salernitanique & Campani ducis societate contentus, Siciliam intrepidè inuadit, cuius imperio, statim cæsis fugatisq̄ue Saracenis, potitur. Erat fœdus ea conditione ictum, vt præda & insula, si victoria contigisset, ex æquo inter socios diuideretur. Molochus insula intercepta, cæteram prædam largè cum socijs partitus est. Dissimulauit iustam iram, quæ ex ea iniuria exarserat, Nortmannus: copijsq̄ue & præda in Italiam reductis, cum suo exercitu Apuliam ingressus, Melphium circumfedit, vr̄bemq̄ue mox deditam opere & præsidio munit. occurrit eò statim Molochus cum Græco exercitu, quem Guilielmus ex improuiso adortus ita afflixit, vt post eam victoriam, bteui præcipuam sit Apuliæ partem consecutus. Atque per hunc modum Nortmanni rerum in Apulia potiri cœperunt. Decessit Guilielmus sine liberis, venitq̄ue ditio in fratrum potestatem. In hac generatione inueniuntur fuisse tres duces Sueuiæ, primò Hermannus qui habuit filiam Cunradi regis Burgundiæ & Arelatensis, cui successit filius referens nomen patris. Huic successit Ernestus marchio Austriæ, qui duxit Gisela in vxorem, ex qua genuit duos filios Ernestum & Hermannum, de quibus sub Cunrado secundo, eorum vitrico, hæc partim per anticipationem sunt scripta. Cunradus Burgundionum rex moritur anno salutis nostræ M. XCIII. cui in regno successit Rudolphus, de quo in sequenti generatione dicitur. In hac generatione, Othone tertio defuncto, principes Germaniæ per sanctionem à Gregorio quinto & Othone constitutam, potestate sibi tradita fungentes, sceptrum imperij Henrico Bauarorum duci crediderunt, vt mox diceretur. Et quia in præcedentibus sæpe de Bauaris mentio est habita, sed & in sequentibus erit habenda, opportunè nunc de prouincia Bauarorum & eius principibus iudicauit dicendum. Bauaria à verustissimis Noricum, & deinde Boioaria, postremò Bauaria inuenitur esse dicta, quæ ad aquilonem Franconiæ proximat, cui ad meridiem alpes Italiæ iunguntur, Sueui ad occidentem eius solem * recipiunt, Australes ac Bohemi orientem. Danubius fluuius mediam ferme perlabitur inter Austriam & Bauariam, alij Isaram, alij Oenum terminum posuere. Sueuos à Bauaris * Licus determinat. Hanc olim regionem Norici tenuere, cuius adhuc portio, vulgò

Othonis
terrij in-
teritus.

Prodigia.

Tancredus
Nortman-
nus.

Saraceni
Sicilia pulsi.

Nortmanni
Apulia po-
tiantur.

Sueuiæ du-
ces.

Bauariæ de-
scriptio.

gò Nisſi/inter Ratiſponam & Norimbergam cis Danubium ſita, Noricum appellatur. Et trans Danubium, authore Prolemao, Noricum, cuius vna pars Bauariæ & Auſtriæ interpoſita, nunc Stiria appellatur. Regem eius primum, volunt nonnulli Noricum filium fuiſſe Herculis, qui & Germanis & Gallis virorum fortium appellatione communis erat. Erat & ciuitas Noris, hodie Stiria dicta, vbi optimi fiebant enſes, inde dicitur Noricus enſis. Erant autem Norici vicinarum alpium incolæ, vt Plinius ſcribit, Tauriſci olim dicti. Et Strabo Noricos populos iuxta Vindelicos montana exteriora tenentes ait. & deinde, Cimbris Illyricum tentantibus, haud longè à Norico quod in alpius eſt, cum eis Papyrius Carbo confluxit, atque re infecta abſceſſit. Haud verò longè poſt, cum tres fortiffimæ gentes, Cimbri, Teutoni & Ambrones, vno tempore in Italiam irrupiſſent, partim per Noricos deſcendiſſe Plutarchus in Mario ait, atque vterque exercitus C. Marij auſpicij deletus eſt, vnus non longè à Salisburga. Deinde Romana arma citra vtraque per Noricum viſa ſunt, cum interdum tres legiones initio belli Gallici ſuſtinuere, quas C. Iulius, duabus additis, vt ipſe ſcribit, in Gallias traduxit, vbi exciſam rupem patefecit, vt ex vetuſtiſſimo quidem epigrammate ſaxi in monte Crucis dicto, datur intelligi: C. I V L I V S C A E S A R: nam reliqua præ vetuſtate nequeunt legi. Fertur quoque idem Iulius in faucibus montium arcem munitiffimam extruxiſſe contra Germanos pugnaturus, vt milites ad eam refugium ad iuuandum haberent, & inde caſtrum Iuuauenſe, vulgò Heſſenberg dictum. fluuius quoque adiacens, Iuuarus dictus, à quo ciuitas inde condita Iuuauia, nunc Salisburga dicta inuenitur. Tenebant enim Norici trans Danubium magnam partem. Iulius in commentarijs ac Cor. Tacitus teſtes ſunt, vt dicitur. Noricis autè Boioarios ſucceſſiſſe, omnibus perſuaſum eſt, & quòd à Boijs Boioarij ſint. Cui Strabo vires adhibet: Romani, ait, Boios Gallorum Inſubrium gentes, ſinibus eiecerunt. inde migrantes, circumadiacentes Iſtro locos cum Tauriſcis habitauerunt. Idem quoque Strabo deſcribens Heluetios & Vindelicos, poſt Vindelicos autem deſertam Boiorum regionem eſſe affirmat vſque Pannonias. Idem Strabo Germaniam deſcribens, Boios prius Hercyniam ſyluam habitari aſſerit, & Cimbro agmine factò eorum inuaſiſſe locum, atque à Boijs eiectos fuiſſe. Itaque ſatis perſuaſum eſt, Boioaricum nomen ex Boijs deſcendere. ager enim eorum trans Danubium, Hercyniam ſyluam non parua ex parte occupat. Locupletior teſtis eſt qui viſa refert, Iulius in principio commentariorum ſuorum: Heluetij, inquit, Boios qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noricamque oppugnant, receptos ad ſe, ſocios ſibi adſciſcunt. Conſentit Cor. Tacitus, de ſitu Germaniæ ſcribens: Igitur, inquit, inter Hercyniam ſyluam Rhenumque & Moeni amnes, Heluetij vteriora ac Boij, Gallica vtraque gens, tenuere. Et hæc de Noricis atque Boioarijs dicta. Bauariam verò dictam aliqui ſcribunt, à Bauaro quodam, qui ex Armenia fuerit oriundus, & eam obtentam à ſe nominari voluerit, præceſſiſſeque hoc nomen Noricos atque Boioarios, quod non eſt vero ſimile, cum nec Iulius, nec Cor. Tacitus aut priſcorum aliquis, eius nominis meminerit, ſed recens quidem nomen creditur, & circa annum Domini 530. inuētum. Erant Auares Hunnorum ſub Attila militantium reliquiæ à Gepidis victæ, quæ cum rege Zeliorbe duce, cum 20. Hunnorum millibus, bello quod Iuſtinianus contra Parthos feliciter geſſit, Coſdroæ Parthorum regi aduerſus Romanos auxilium tulere. Sed Coſdroas illos Hunnos tanquam ſuſpectos, vt qui ab imperatore Rom. munera accepiſſent, incautos maxima oppreſſit clade, quæ clades ſuper alias acceptas effecit, vt Hunni qui ſuperſuerant, nomen antè glorioſum exoſi, ſeſe ab Auare rege, qui ſucceſſit Zeliorbi, Auares nuncupauerint: qui quidem tanquam à cætera barbarie profugi, relictis Pannonijs, in Noricum reſeſerunt. Vnde factum eſt, vt prouincia Noricorum ab Auarijs, addita litera, B, Bauaria ſit dicta, Blondo teſte. alij verò aliter, vt mox dicitur. Quos reges ducēsve Bauariam gubernantes inuenire potuerim, hi ſunt: Bauarus ex Armenia oriundus, prouinciam obtinuit, & eam à ſuo nomine Bauariam appellauit, longè ante Chriſti natiuitatem. Illud verò non benè conſonat, cum priſci ſcriptores Noricum aut Boioariam, non Bauariam dictam deſcribant. Sequitur inter primos reges prouinciæ, Norix Herculis ſive Terræ filius, à quo Noricia, nam ita Græci appellant, eſt appellata. Verum quòd poſtea Norici habuerint reges, teſtis eſt C. Iulius in commentarijs, qui refert Ariouiſtum regem Germanorum, duas habuiſſe vxores, vnam Sueuam alteram Noricam, regis Vocconis ſororem. Tempore natiuitatis Chriſti ſcribunt aliqui ſine certo authore, Bohemundum & Ingranum fratres ex Armenia, ducatum Baua-

Bauariæ tenuiſſe. hos ſecutus eſt Adelgerus, Teudo illi ſucceſſit, ſub quo anno ſalutis noſtræ 182. Bauaria à Lucio ad Chriſtianiſmum conuerſa dicitur. Hunc ego Lucium regem Britanniæ fuiſſe exiſtimo, qui ſub Eleutherio papa cum quodam populo regni ſui baptizatur, venitque Vindelicam, hodie Auguſtam. ibi ſidem Chriſti prædicans, lapidatur: & in puteum miſſus, à Chriſtianiſtis extrahitur, ac deinde in Curienſi ciuitate martyrio coronatur. potuit tum & Bauaris præuiſſe. Poſt hæc anno ſalutis noſtræ 590. Garibaldus rex Bauarorum, filiam ſuam Teudelindam deſponſaſſe Anthari regi Longobardorum ſcribitur. Eo tempore vſu venit nomen Bauarorum. Galibaldum regem inopinatè aggreſſus Childebertus rex Francorum, Bauaria expulſit, qui Childebertus aliquanto poſt Bauaria, quam tyrannicè tenebat, relicta, regem in illa Taſſillonem inſtituit, cum quo id ſolum egit, vt Sclauos Danubio accolas ad fidem Chriſti compelleret. Deinde anno Domini 612. Teudo à ſancto Ruperto baptizatur. Rupertus iſte ex regia ſtirpe Francorum ortus, tempore Hildeberti regis Francorum, Vormatiensẽm rexit epiſcopatum. Poſt cuius obitum virgis caſus eiſcitur, quem Teudo dux Bauarorum in vrbe Ratiſpona ſuſcepit, à quo & baptizatus eſt. deinde Iuuauiam veniens, nunc Salisburgam, proprietatem à duce recipiens, epiſcopalem erexit eccleſiam. factus epiſcopus, vicinas conuertit gentes. Ideo apoſtolus Boioariæ, Auſtriæ & Stirie nuncupatur. Deſuncto Teudone, Theobertus filius illi ſucceſſit, huic ſucceſſit Teudo dux, ſub quo Landebertus propter ſororem ſuam meretricem, ſanctum Emeramum martyriſſe. Poſt Teudonem ponunt aliqui Vdilonem, qui tempore Pipini patris Caroli Magni, dux Bauariæ fuit. ſed inter Teudonem per centum annos vſque ad Vdilonem, regnauerunt in Bauaria reges Cacanni, ex gentis conſuetudine ita dicti, de quibus Blondus & Platina, alijque nonnulli non incelebres mentionem faciunt. Et vt coniectura eſt, Vdilo illis ſucceſſit, cuius filiam aut neptem Schuanſilbini Carolus Martellus duxit vxorem, ex qua genuit Gryphonem. Hunc Vdilonem ducem Carolomannus & Pipinus fratres, priores Caroli Martelli filij, prælio aggreſſi fuderunt. poſtea factus eſt dux Taſſillo, qui duxit filiam Deſiderij regis Longobardorum. hunc Taſſillonem Grypho ad deditorem ducatum compulſit. Quod cum accipiſſet Pipinus, exercitum in Bauariam duxit, & fratrem Gryphonem cepit, Taſſillonemque ducem reſtituit. Fertur Taſſillo iſte fuiſſe frater Pipini & Gryphonis, quod non benè quadrat. erat autem aliàs eis ſanguine iunctus. Taſſillo autem cum primoribus gentis ſuæ, fidelitatem Pipino regi & filijs eius Carolo & Carolomanno, anno Domini 757. feciſſe legitur. Idem Taſſillo poſt obitum Pipini, immemor iuramenti quod fecit, hortatu vxoris, quæ filia Deſiderij fuit regis, rebellis Carolo Magno factus eſt. Deinde datis obſidibus, reconciliatur. Veruntamen paulò poſt ſuadente vxore, Auares ſeu Hunnos in diſſipationem regni vocauit, multaque alia hoſtiliter egit, ob quæ maiſtatis læſe reus iudicatus eſt. Verum conſanguinitatis contemplatione vita conceſſa, vnà cum filio Theodone conſuratur, & in monaſterium ad agendum pœnitentiam detruditur anno Domini 788. Ab eo tempore Bauaria in prouinciæ formam redacta, manſit ſub regno Caroli & liberorum vſque ad annum Domini 876. quo tempore moritur Ludouicus rex Germaniæ, & reliquit tres filios. Carolomannus factus eſt rex Bauarorum, Ludouicus obtinuit Orientalem Franciam, Thuringiam &c. & vocatus eſt rex Oſtrofranciæ. Carolo verò ceſſit Alemania; hoc eſt, Sueuia, & vocatus eſt rex Alemaniæ. Carolomanno ſucceſſit Arnulphus rex, qui principabatur Boioarijs, Sueuis, Francis Orientalibus, Lotharingis & Saxonibus, qui factus imperator, diu moram Ratiſponæ duxit. Arnulpho ſucceſſit Ludouicus rex Bauarorum & imperator. moritur anno Domini 913. Sub hoc Ludouico inuenitur Arnoldus dux Bauariæ, qui, electo Cunrado primo imperatore, ad Hungaros conſugit, & vſque ad Cunradi obitum ibi permanſit, & ſcribunt aliqui Arnulphum imperatorem conſtruxiſſe Schyren / & reliquiſſe tres filios ex Agnete regina Græciæ, Ludouicum poſtea imperatorem, Arnulphum ducem Bauariæ, & Vuernherum comitem in Schyren. Ludouicus obiit ſine ſobole. Vuernherus genuit Othonem Palatinum de Wittlſpach / & Eckhardum de Schyren / ducem cognominatum, mit dem bundſchuch / qui Eckhardus genuit Othonem de Schyren / à quo deſcendit Otho, à Friderico primo dux Bauariæ designatus, de quo Othone mox dicitur. Arnoldus autem dux genuit Adelheidam vxorem Othonis ducis Saxoniæ, ex quibus natus eſt Henricus poſtea primus Romanorum rex, &

Baba, à qua *Babenberg* fertur dicta. Henricus rex genuit Othonem Magnum, & Henricum ducem Noricorum. Henricus dux genuit Henricum patrem Henrici Claudi & * Gifilam filiam. Henricus iste electus fuit in imperatorem Rom. vt in hac generatione mox sequitur. De hac Arnulphi progenie dubitari potest, maximè ex eo, quòd ab omnibus historicis genus Caroli Magni in Germania defecisse scribitur in Ludouico Arnulphi filio & Cunrado primo per virilem sexum, itumque sit ad Saxones, quia nemo supererat ex stirpe Caroli apud Germanos, licet in Francia Occidentali, hoc est, in Gallia superessent. Modò si Arnulphus imperator reliquisset non solum Ludouicum, sed & Arnoldum ac Vuernherum: sequitur quòd non defecit genus Caroli in Ludouico & Cunrado, quia Vuernherus genuit Othonem & Eckhardum, Eckhardus autem genuit Othonem. Vnde alij scribunt, Ludouicum Arnulphi filium nullos habuisse fratres, & quòd sub Ludouico Arnulphi filio potentissimi erant principes & duces, Arnoldus in Bauaria, Burckardus in Sueuia, Eberardus in Francia, Henricus in Saxonia, Gilbertus dux in Lotharingia. Vnde defuncto Ludouico, & Cunrado primo in imperatorem electo, Arnoldus dux Bauariæ terrore actus, cum vxore & filijs ad Hungaros fugit, ibique vsque ad Cunradi obitum permansit, ex quo clarè patet, quomodo etiam sub regibus Orientalis Franciæ, per prouincias duces fuerunt constituti, alieni à progenie Caroli Magni, ita potest & de Arnoldo duce ratio haberi. Vtunque tamen sit, in eo omnes concordant, quòd Arnoldus per hæc tempora fuerit dux Bauariæ. Habuit etiam fratrem nomine Bertholdum. Deinde sub Othone primo Arnoldo vita functo, filij eius rebellare cœperunt regi, ob quam causam Otho rex eos ducatu priuauit, & eundem ducatum Bertholdo duci ac patruo concessit: quo postmodum defuncto, anno Domini 947. rex Henricum fratrem suum de ducatu Bauariæ inuestiuit, filijs Arnoldi quondam contemptis, quorum Arnoldus iunior dictus, apud Ratisponam pugnans, gladio est confossus. Tenebat itaque Henricus Bauariæ ducatum vsque ad mortem, eumque reliquit Henrico filio, qui fuit pater Henrici secundi, inter sanctos relati. Hic fuit in imperatorem electus anno Domini 1002. Henricus imperator postea defunctus est sine sobole. Erat in humanis Cuno dux Bauariæ, vt refert Gottfridus Viterbiensis, qui interrogatus à principibus, defuncto iam Henrico, quis sibi imperio aptior videretur, respondisse fertur, Nepos meus dux Cunradus. attamen ironicè, quo audito, vniuersi elegerunt Cunradum secundum. Cuno dux Bauariæ anno vltimo Henrici tertij relegatus ab imperatore obiit, & imperator ducatum Agneti imperatrici priuato iure dedit. Scribit tamen monachus Hersfeldensis monasterij, qui eo tempore in humanis fuit, quòd Henricus ex Agnete duos filios habuerit, Cunradum & Henricum. Cunradum Bauariæ præfecit ducem. quo defuncto, ducatum imperatrici, quoad vellet, Henricus dedit: hunc ducatum imperatrix post obitum imperatoris anno 1061. consentiente filio Henrico Imp. Othoni cuidam ex Saxonia viro potenti dedit, videns eum industrium & iuuandis regni negocijs satis opportunum, qui cum esset clarus & magnæ autoritatis in palatio imperatoris, sicut semper gloriam solet sequi inuidia, subornatur quidam * Egeno nomine ab æmulis, qui diceret regi, Othonem in necem eius conspirasse. Et postquam Otho recusauit se purgare duello, rex eum ducatu priuauit per sententiam Saxonum, quem ducatum per interuentum Rudolphi ducis Sueuorum, Guelfo Sueuus nobilis & potens, gener prædicti Othonis suscepit, de quo dicitur infra generatione * 34. & 36. Inde secuta sunt multa mala. Guelfoni successit filius referens nomen patris, qui procreauit Henricum ducem Noricorum, ex cuius filia Iuditha Fridericus dux Sueuorum genuit Fridericum postea imperatorem. Henricus dux habuit duos filios, Henricum & Guelfonem. Henricus in ducatu successit, & Superbus est dictus, qui Gertrudem filiam regis Lotharij ducis Saxonie, in vxorem recepit, & mortuo Lothario, ducatum obtinuit. Guelfo frater illius, dux Sardinie & Spoleti, & marchio Tusciæ factus est. Henricum Superbum post obitum Lotharij Cunradus secundus iudicio principum proscripsit, eique ducatum Bauariæ abstulit, & eundem Luitpoldo filio marchionis Austriæ contulit. Henricus fugatus ad Saxoniam venit, vbi defunctus est. Luitpoldo successit frater suus Henricus, reliquit autem Henricus Superbus filium sui nominis, inter quem & Henricum Australem ducem Bauariæ longa fuit discordia, quos postea Fridericus primus concordauit, fecitque ex marchia Austriæ ducatum circa annum Domini 1133. hoc acto, quòd Henricus Henrici Su-

Otho primus
Henrici fratrem præfecit Bauariæ.

Guelfones Bauariam occupant.

ci Superbi filius ducatum Bauariæ reciperet, & Henricus Australis Austriæ ducatum obtineret. Hic Henricus priusquam Bauariæ ducatum recuperaret, vt referunt chronici quidam authores, duxit vxorem filiam Cunradi ducis de Zaringen, genuitque ex ea filiam, quæ Danorum regi nupsit, & consanguinitatis causa ea dimissa, accepit in matrimonium filiam Henrici regis Anglorum, à quo rege sanctus Thomas Cantuariensis est passus. Henricus itaque dux Saxonum & Bauarorum, de Agnete filia regis Anglorum quatuor filios suscepit, Henricum, Othonem, Guilielmum, Ruthenum. Otho à Richardo rege Angliæ factus est comes Pictauiæ, qui postea anno Domini 1198. post Henricum sextum electus est in imperatorem. Guilielmus rex vltra Albim fluum Sclauos. Ruthenus obiit in Apulia. Henricus itaque genitor horum, postea læsæ maiestatis reus, à Friderico primo vtroque ducatu priuatus est. ducatum Bauariæ Othoni Palatino de *Wittelsbach* contulit, qui Henricum inde expulit: ducatum verò Saxonie contulit Bernardo comiti de *Anhalt* qui Henricum vsque ad ciuitatem Brunsvigam fugauit. Otho dux Bauariæ genuit filium Ludouicum, qui creditur arcem in *Landshut* edificasse, in *Jungelheim* interfectus dicitur. huic successit Otho dux Bauariæ, qui duxit in vxorem filiam Henrici vltimi comitis Palatini Rheni, de quo inuestitus à Friderico, Palatinatum primus in domum Bauarorum introduxit. Otho Bauariæ dux & comes Palatinus Rheni, duos habuit filios, Ludouicum & Henricum. Ludouicus factus est comes Palatinus Rheni, cui & Bauaria superior cum Monachio cessit. Henricus verò Bauariam inferiorem cum *Landshut* obtinuit. Hic Henricus reliquit tres filios, Othonem, Ludouicum & Stephanum. Otho iste aliquantisper fuit rex Hungariæ, expulit eum tamen è regno Carolus regis Siciliæ filius. Otho iste genuit Henricum iuniorem ducem Bauariæ, qui decessit sine sobole. Ludouicus similiter obiit sine prole. Stephanus reliquit duos filios, Henricum & Othonem. Henricus reliquit Iohannem, qui obiit sine sobole. Hæc fuit progenies Henrici filij Othonis, primi comitis Palatini, Ludouicus verò eiusdem Othonis filius, habuit (vt quidam volunt) successiuetres vxores. Prima fuit filia ducis Brabantie, quam fertur interfecisse in * Vuerdea. secunda fuit ducissa Poloniae, ex qua procreauit Ludouicum ducem, qui à quodam comite de *Hohentse* hasta ludendo Norimbergæ est occisus. Tertia fuit filia Rudolphi regis Rom. ex qua procreauit duos filios, Rudolphum qui postea factus est comes Palatinus Rheni, ex quo Rudolpho descenderunt postea comites Palatini. procreauit & Ludouicum, qui factus est postea Imperator Rom. à quo descenderunt duces in Monachio & *Landshut* moderni, & sic Ludouicus Othonis filius, est stirps communis progenitorum Rudolphi comitis Palatini & Ludouici imperatoris, de quo ordine dicam. Est tamen verum, quòd aliqui negant Ludouicum, à quo Rudolphus & Ludouicus imperator postea procreati sunt, habuisse primam vxorem de Brabantia quam interfecerit, sed volunt alium quendam Ludouicum eam habuisse, quod ego veritatis indagatoribus relinquo, & venio primum ad lineam Rudolphi, qua finita, expediam lineam Ludouici. Rudolphus dux & Palatinus Rheni, ex filia regis Adolphi de *Massau* tres generauit filios, Rudolphum qui sine virili prole decessit, Rupertum cognomento Rufum, ex quo etiam nemo superest. Adolphus tertius filius, comes Palatinus est factus, qui propter ignauiam fuit amotus, & Rupertus Rufus vice sua successit. Post obitum verò Ruperti successit in electoratu Rupertus Adolphi filius ex comitissa de *Wettingen* genitus. hic Rupertus ex filia regis Aragoniæ ac Siciliæ procreauit Rupertum postea regem Romanorum, qui Rupertus rex ex filia Burgrauij de Norimberg genuit filios, Rupertum, Fridericum, Ludouicum, Stephanum, Othonem & Iohannem. Rupertus & Fridericus decesserunt sine sobole: Iohannes procreauit ex filia ducis Pomeraniæ Christophorum, qui factus est rex Danomarchiæ, & moritur sine prole. Ludouicus verò factus est Elector imperij, hic procreauit ex Cyprica regina Ludouicum, Fridericum & Rupertum, & filias, vna Mechtilda dicta est. Ludouicus filius duxit Margaretam Amedei ducis Sabaudie filiam, ex qua genuit Philippum comitem Palatinum modernum. sed antequam adoleuisset, Fridericus patruus vice eius Electorem gessit. Philippus iste ex Margareta filia Ludouici ducis Bauariæ procreauit ad minus nouem filios, & filias quatuor. nomina filiorum, Ludouicus, Rupertus, Philippus, Fridericus, Georgius, Henricus, Iohannes, Wolfgangus & Otho Henricus. Fridericus patruus Philippi, reliquit Ludouicum comitem de *Leostain*. Rupertus factus fuit episcopus Coloniensis. Mechtildis nupsit Ludouico

Frid. Aenobarbus Bauariæ statum murat.

Comites Palatini Rheni.

Rupertus rex Romanorum.

Philippus comes Palatinus.

douico comiti de Vuirtemberg & montis Peligardi. Stephanus autem Ruperti regis filius, procreauit plures filios. ex his Ludouicus Niger dictus & Fridericus reliquerunt liberos. Ludouicus duxit vxorem Croiam, ex ea genuit duos filios adhuc superstites, Gasparem & Alexandrum. Fridericus reliquit filium Iohannem, qui duxit vnam de Nassau, ex qua reliquit filium. Otho dux etiam Ruperti regis filius, procreauit ex filia Henrici ducis Bauariæ Othonem ducem & fratres plures, quorum vnus fuit Argentinæ episcopus. Nunc redeo ad Ludouicum imperatorem. Hic procreauit ex duabus vxoribus sex filios, Ludouicum, Stephanum, Albertum, Guilielmum, Ludouicum Romanum, & Othonem. vltimi tres decesserunt sine sobole, Ludouicus vero factus est marchio Brandenburgi, qui ex filia comitis de Tyrolis genuit Menhardum, & is decessit sine prole. Ex Alberto Guilielmus comes Hollandiæ fuit, ex alijs nemo superest. solus conseruauit genus Stephanus. Ex ducissa nanque Selandiæ procreauit tres filios, Stephanum, Fridericum & Iohannem. ex his Stephanus dux in Sngobstat/ ex ducissa Mediolani generauit Ludouicum, & filiam postea reginam Franciæ. Ludouicus iste procreauit filium referentem nomen suum, & erat gibberosus, qui obiit sine virili sobole. Fridericus autem secundus Stephani filius, ex ducissa Mediolani genuit Henricum cognomento Diuitem, qui Henricus ex sorore Alberti regis Romanorum ducis Austriæ, genuit Ludouicum & duas filias. Ludouicus ex ducissa Saxonæ genuit Georgium ducem modernum, & Margaretam vxorem Philippi comitis Palatini. Georgius ex regina Poloniæ filias solùm genuit. filiarum autem Henrici prædicti vna nupsit Othoni duci de Wostbach/ & generauit Othonem Bauariæ ducem, fratresque eius. secunda Elisabeth nupsit Vdalrico comiti de Vuirtemberg, ex quo genuit Eberhardum ducem de Vuirtemberg secundum, & Henricum comitem, qui Henricus ex comitissa de Witsch genuit Vdalricum modernum ducem, & ex comitissa de Salm secunda vxore Georgium & filiam duci Brunsvigensi matrimonio iunctam, celebratis nuptijs prima die mensis Ianuarij sine magno strepitu & apparatu in Wratz 1515. Iohannes quoque tertius filius Stephani ducis, procreauit Guilielmum & Ernestum ex comitissa Goriciæ. Guilielmus obiit sine prole. Ernestus dux de Monachio, ex ducissa Mediolani procreauit Albertum, qui ex ducissa Brunsvigensi genuit Sigismundum, Volfgangum, Christophorum, Albertum, Guilielmum, Iohannem. solus ex his Albertus ex filia Friderici imperatoris tertij, sorore Cæsaris Maximiliani procreauit Guilielmum & Ludouicum, & filias quatuor, quarum vna Sabina nupta memorato Vdalrico duci Vuirtembergensi, & nuptiæ anno 1511. secunda die Martij cum sequentibus magno apparatu celebrata. Altera eodem anno Ludouico Palatino Rheni copulata. Tertia innupta manet adhuc iuuëcula cum Sabina sorore ducis Vdalrici Vuirtembergensis vxore. Quarta verò natu maior inter sorores, cum desponsata fuisset Ludouico comiti Palatino, ante celebratas nuptias vita functa est anno 1505. Alij aliter Bauaricæ gentis principes annotauerunt, referentes quòd anno Domini 508. gens Noricorum & Bauarorum duce Teudone, Romanis eiectis, ad proprias sedes reuersi sint, & quòd exercitus Romanus apud Deringen à Teudone * prosternatus fuerit. Obijt autem Teudo dux primus Bauarorum & succedit ei filius Vdo anno Domini 537. qui obiit anno Domini 565. illi succedit Theodobaldus, qui de Italia omnes Gotthos expulit. sed hoc certè non quadrat. Anno Domini 567. Geribaldus cum suo filio ducatum occupat. Anno 580. Childebertus rex Francorum, Tassillonem Bauariæ præfecit, Geribaldo & filio eius eiectis, qui redeunt anno 598. Anno Domini 600. Antharis rex Longobardorum Geribaldi regis filiam Teudelindam duxit vxorem. Anno 614. Tassillo secundò regnat in Bauaria. obiit anno Domini 650. Anno Domini 651. Grimoaldus dux Bauarorum constituitur à regibus Francorum. Anno Domini 696. Teudo dux per regem Francorum Bauaris præficatur, obiit anno Domini 718. succedunt Grimoaldus & * Theoaldus filij. Grimoaldus obiit ab hinc anno secundo, cui Hugibertus in ducatu succedit. Hugibertus obiit anno Domini 739. cui Odilo succedit. Anno 741. Pipinus filius Caroli cum fratre Carolomanno, reges cum Odilone pugnaverunt & vincunt. natus est Tassillo anno 743. iterum pugnaverunt contra Odilonem ad Licum fluuium. Anno Domini 748. Pipinus fratrem suum Gryphonem expulit de Bauaria quam occupauerat, & Tassilloni proprio sororio ducatum restituit, qui Tassillo fidem Pipino dedit. Anno Domini 765. Odilo dux Bauariæ pater Tassillonis obiit, quem Pipinus præfecit. Tassillo anno 772. Carin-

Vdalricus
 Vuirtembergensis dux.

Carinthiam subijcit, & Romæ filius eius Teudo baptizatus est ab Adriano papa. Anno Domini 787. post hominum præstitum, detonsum & cæcatum Tassillonem Carolus detrusit in monasterium cum filio Diotone, retinuitque ducatum. Carolus deinde anno 811. Bernardum fecit regem Bauarorum. Anno 815. Clotarius regnat in Bauaria. Anno 818. Bernardus rex post rebellionem à Ludouico excæcatur. Anno Domini 839. imperator obiit, cui quatuor filij succedunt. Iterum cessat regnum Bauarorum per 67. annos. Ludouicus propter insultum Hungarorum dux Bauariæ efficitur. præfuit 7. annis, & successit illi Burckardus, qui primo anno occiditur. Anno 912. Cunradus rex fit, cui rebellat Arnoldus dux Bauariæ, & propterea in Hungariam pellitur. Anno 917. Burckardus dux Bauarorum & Alemanorum constituitur. Anno 921. Arnoldus dux Bauariæ pacificatur Henrico regi Rom. illi successit frater Bertoldus. Anno 948. Henricus frater Othonis Magni ducatum accepit. Anno 954. Luitolphus dux Othoni regi patri suo rebellat, Henricumque ducem de Bauaria pellit. Anno 955. Hungari Bauariam vastant, ducente eos Othone Schirensi comite. sed iuxta Augustam in die S. Laurentij victi sunt. Anno 956. Heroldus archiepiscopus à duce Henrico Bauariæ, qui expulsus erat, apud Mulsdorff excæcatur. dux eo anno obiit. Henricus filius eius succedit. Anno 995. Henricus dux Bauariæ, qui & Hezilo, obiit: cui alter Henricus filius eius succedit, & tertio anno moritur, cui Henricus alius filius Hezilonis succedit, & ecclesiam Bambergensem fundauit. Hic Henricus, Othone tertio mortuo, in regem Rom. eligitur anno 1001. & Henricus frater S. Kundegundæ fit dux Bauariæ, cui obeunt Henricus filius succedit anno 1026. Henrico anno Domini 1049. à suis frangulato, Otho succedit. Anno eodem Cono fit dux Bauariæ, quem Otho prædictus interfecit. Anno 1070. Otho dux Bauariæ regi Henrico rebellis pellitur, Guelfo à rege *, qui 50. anno sui ducatus obiit, & Henricus frater eius succedit, qui Henricus obiit anno 1127. & Henricus filius succedit. iste anno 1129. obiit, & Fridericus dux ei succedit, obiit anno 1147. & illi Henricus Saxo succedit. Anno 1180. Henricus dux Bauariæ 34. anno sui ducatus ab Imp. Friderico deijcitur, Otho Palatinus Schirensis substituitur, qui obiit anno 1183. Ludouicus filius succedit, qui 39. anno sui ducatus à quodam cultro percussus apud Chelshelm obiit. cui successit filius dux Otho. cætera vt supra. Amundi exordio quater millesimo DCCCC.LXVI. anno, salutis secundo super millesimum, Othone 3. mortuo, Germani Electores concessio iuri per sanctionem Gregorij 5. & Othonis 3. primùm innitentes, Henricum ducem Bauariæ, comitem Bambergensem, Claudum postea dictum, Cæsarem declarant, qui non per successionem, sed per electionem designatus Cæsar & Augustus, imperauit annis 22. vocatus Henricus secundus. ita ipse se Babenbergæ appellasse inuenitur, licet Itali pro maiori parte eum primum appellent, nec in catalogo ponere velint Henricum Aucupem, Magni Othonis patrem, qui tum à Germanis in Cæsarem fuit canonicè sublimatus. & contra eos iudicio meo facit textus qui incipit, Constitutio, & est palea 63. dist. Constitutio, inquit, primi Henrici & primi Othonis cum Romanis pontificibus &c. Henricus iste aduentum suum in Italiam per annos 12. fertur distulisse. Multa enim cum Gallis, plurima cum Metensibus siue Mediomaticis bella feliciter gessit. in regem autem regni inungitur à Vuillegiso Moguntino archiepiscopo. in bellis fortunatus fuit, Boemiam Bodislaumque ducem cum omni gente Sclauorum imperio Rom. subiugauit. Est tamen verum, vbi Boemiam & Sclauorum gentem, quorum magna pars adhuc infidelis erat, adire vellet, exercitum suum eucharistia sancta præmuniri curauit. in loco deinde cerraminis vidisse fertur, sanctos Laurentium & Georgium ac Adriandum, præcedere exercitum cum vexillo crucis, & angelum Dei cæcitate percipientem ad uersarios, sicque sine sanguinis effusione deditioe facta, de illis triumphauit. ANNO Domini 1005. Syluestro papa mortuo, Iohannes huius nominis 18. præficatur, & quinto mense moritur. Eodem anno Iohannes 19. patria Romanus, pontificium iniens, ferè ociosus sedit annos quatuor, menses quinque. Henricus rex sexto regni sui anno episcopatum Babenbergensem constituit, locumque ipsum prædiorum diuitijs & omni ornatus decore copiosissimè ditauit, in meridiana quoque parte ciuitatis monasterium in honore sancti Stephani protomartyris sub ordine canonico construens, ex altera verò parte aquilonari aliud monasterium sub monachali regula in honore sancti Michaelis & sancti Be-

Henricus 2.
 Imp. 87.

Boemia sub
 iugata.

Iohannes
 18. papa.
 Iohannes
 19. papa.
 Bambergensis
 episcopatus
 fundatur.

nedicti abbatis constituens, sibi suæque civitati supra petram apostolicæ firmitatis fundatæ, muroque & propugnaculis meritorum sancti Georgij patroni, cæterorumque sanctorum munitæ ac exornatæ, contra incertuos vitiorum iactus turrim fortitudinis in Stephano, & contra aquilonem, vnde malum omne panditur, refugium certum in angelico præparavit præsidio. Regis autem frater Bruno Augustensis episcopus, felicibus eius actibus invidens, multas illi aduersitates propterea inferebat, cui rex non solum talionem non reddidit, verum etiam omnia dissimulando, patienter illum in bono vincere satagebat. Anno deinde salutis nostræ 1021. Eberhardus primus ecclesiæ Bambergensis episcopus, ordinationis suæ anno 13. dedicavit ecclesiæ sancti Michaelis in monte. Henricus rex, cogentibus principibus, & Kunigundem comitis Palatini Rheni Sigifridi filiam duxit uxorem. Chronica noua Norimbergæ impressa, describit genus regis ac reginæ. Regis genus incipit in Luitolpho duce Saxonum, cuius filius natu maior, belligerans cum Danis, in mari & Balthico perijt. Otho alter filius in ducatu successit, reliquit filium Henricum, Humilem dictum, & Babam filiam matrem Alberti comitis Bambergensis, quem ob necem fratris sui Cunradi Ludouicum imperator decollauit. à Baba Babenberga dici fertur. Henricus Humilis, aliàs Auceps, post Cunradum regem, illius occisi Cunradi filium, eligitur à principibus Germaniæ in regem Romanorum. Is duxit Mechtildam sanctæ conuersationis foeminam, ex qua genuit Othonem Magnum & Henricum ducem Bauariæ. Henricus dux Bauariæ genuit Henricum, de quo sub Othone secundo, qui postea genuit Henricum hunc, & obiit Ratispone anno Domini 995. sepultus in cœnobio S. Emerammi, cum tali epigrammate: Henricus, Romani regis pater, & defensor legis, Bauariæ cultor pius, est hic dux Henricus sepultus. Habuit autem Henricus rex fratrem episcopum Augustensem Brunonem, & sororem dictam Gisela, quæ nupta Stephano regi Hungariæ regnum ad Christi fidem conuertit. habebat adhuc aliam sororem, vt refert Hermannus Contractus, etiam Gisela dictam. sed vt scribit Got. Viterbiensis, neptis illa erat Henrici regis, & primò nupta fuit Arnulpho duci Sueuorum, cui peperit Ernestum & Hermannum filios. Mortuo Arnulpho, Gisela contraxit cum Cunrado duce Francorum contra voluntatem Henrici, quemadmodum latius clarebit inferius. Verum quo pacto Henricus frater Magni Othonis, factus sit dux Bauariæ, ita scriptum inuenio: Denique Othone Magno regnante, mortuus est Arnoldus dux Bauariæ, & filij eius superbia elati, iussa regis contempserunt, recusantes ire in comitatum. Commorus rex, ducatum Arnoldi dedit fratri illius Bertoldo: quo defuncto, postea monitu & intercessione matris suæ, Otho præfecit fratrem suum Henricum Bauaris. Erat autem ipse Henricus copulatus matrimonio filia ducis Arnoldi foemina egregia, mirabilisque prudentia, & sic Henricus ducatum obtinuit. quod tamen Arnoldus filius prædicti Arnoldi ac fratres eius, ratum habere noluerunt, ex quo & Arnoldus paulò post in obsidione Ratispone fuit interfectus. De genere S. Kundegundis ita refert chronica Norimbergensis: Carolus, inquit, Magnus Ludouicum imperij successorem reliquit. Ludouicus autem cognomento Pius, imperator, inter cæteros filios tres habuit, Carolum regem Galliæ, alterum Ludouicum regem Franciæ, tertium Sigifridum Rheni comitem Palatinum, is Sigifridus ex uxore sua Machtilde tres filios ac filiam vnicam genuit, tertius filius factus est Palatinus Rheni Henricus nomine, cui pater prouinciam Boioariæ adiunxit. Illi Henrico filia à Deo data fuit Kundegundis, diuo Henrico imperatori matrimonio iuncta. Hæc, vt cum bona venia loquar, non benè quadrant. nam Ludouicus Pius secundum hanc supputationem fuisset proauus sanctæ Kundegundis. Sed Ludouicus Pius mortuus est anno Domini 840. à quo tempore vsque Henricum regem, coniugem ipsius Kundegundis transierunt 126. anni. Deinde non benè inuenitur Ludouicus Pius plures habuisse filios legitimos moriens, quàm tres, qui sunt, Lotharius, Ludouicus & Carolus. Notum est autem quòd anno Domini 1226. Otho Bauariæ dux, Palatinatus Rheni dignitatem primum in domum ducum Bauariæ introduxit. duxit enim Gertrudem filiam Henrici Palatini comitis, qui Henricus erat filius ducis Saxonie, & ex Agnete filia Cunradi comitis Palatini & ducis Sueuiæ sibi nupta, Gertrudem prædictam generauit, & Palatinatum cum eadem obtinuit. hoc vult, quod in palatio nouo arcis Heidelbergensis inuenitur scriptum:

Otho der erst Pfalzgraff am Rhein/

241

Das Pfalzgraff Heinrichs töchterlein.

Die manheit er es erfacht/

Des reichs Churfurst blieb sein geschlecht.

Regnum Hungarorum originem habuisse sub Baruch nonnulli testantur, de quo Hungariæ dixi in volumine primo, generatione decimasæptima. Reges verò quales habuerit, regnum. non est clarum, nisi quòd post multa secula anno Domini 401. tunc Attila rex Hunnorum Pannonia potitus, in regem eligitur, ab Hunnisque Hungaria dicitur. Attila verò defuncto, Hungariæ interregnum fuit, nec reges certos habuit vsque ad annum Domini millesimum circa annos Henrici secundi. Hoc in tempore Stephanus Geicha filius, duxit uxorem Gisela, sororem Henrici ducis Noricorum, per quam gens Hungarorum ad fidem Christi conuersa est. noluit enim Henricus sororem tradere, quoad Stephanus baptismum suscepisset. Vnde Albertus Pragensis episcopus, tantæ sanctitatis tum habitus est, vt diuino spiritu impellente, in Pannoniam descendens, regem Hungarorum baptizauerit, & omnes episcopos bene de Deo sentientes exemplo & vita instruxerit. erant enim aliqui Christiani in Hungaria. Stephanus itaque primus rex Hungarorum intitulatus est, & pro vitæ puritate inter sanctos relatus, qui in adolescentia contra Cupam ducem potentem & fortem gessit bellum, & obtinuit. mortuo enim Geicha patre Stephani, Cupa voluit matrem ipsius per incestuosum sibi copulare cõiugium, & S. Stephanum parabat occidere. Sed commisso prælio, Stephanus victoriam obtinuit, & Cupam interfecit. Post victoriam verò Stephanus votum suum persoluit. nam vniuersum populũ in prouincia Cupæ, decimas frugum ac pecorum suorum cœnobio S. Martini dari perpetuò decreuit. coronam verò regalem adeptus, famosum bellum gessit contra auunculum suum Giulam Vtrasyluanum principem: eoque deuicto, eius vniuersum regnum monarchiæ Hungariæ adiunxit, ipsum verò cum uxore & filijs captiuum in Hungariam misit. Dicitur autem regnum Hungariæ Eudelen. Post hoc mouit exercitum super Kean ducem Bulgarorum & Sclauorum, opulentissimum, quem etiam deuincens occidit, inestimabilemque thesaurum accepit. deinde venit in ciuitatem Budam vnã cum filio suo Emerico & regina, ibique de thesauro ducis Bulgarorum & Sclauorum ædificare cœpit monasterium in honore apostolorum Petri & Pauli, ad quod regina multa clenodia contulit. Illud autem opus sanctus Ladislaus rex, pronepos Stephani, cõsummauit. Stephanus postea rex statuit Emericum filium suum consortem regni facere, sed antè sublatus est. Erat enim adolescens virtuosus, ita vt post mortem inter sanctos sit relatus. Denique cum sponsa uxore sua virgo existens, morte præuentus propra, raptus de medio ne malitia mutaret intellectum eius, miraculis clarus, sanctus ab omnibus existimatus est. Stephanus itaque rex cum morti appropinquaret, nec consanguineos idoneos pro regni gubernatione haberet, ne Hungari à fide declinarent, Budam filium Egeuth misit ad Vazul, quem pro lasciuia incluserat, vt eum de carcere educeret, & regem constitueret. Sed vt scribit magister Ioh. de Turach, regina hoc intellecto, effodi fecit oculos Vazul filio ipsius Budæ, quæ postea rex videns, cum non auderet vindicare, conuocauit filios Ladislai patris sui, Andreæ, Belam & Leuentam, consuluit eis vt fugerent. illi igitur fugiunt in Boemiam. Anno Domini 1037. sanctus Stephanus sanctitate & gratia plenus, graui morbo ex morte filij sui Emerici, vt creditur, exacerbatus, 37. sui regni anno moritur, & in basilica Albenfi B. Mariæ virginis, quam ipse construxerat, regio more sepelitur. Primus rex Hungarorum fuit S. Stephanus. Secundus rex Petrus filius Guilielmi fratris Sigifmundi regis Burgundionum, duxit enim in uxorem sororem regis Stephani, de qua genuit Petrum regem. cooperata fuit in hoc Gisela regina. Tertius rex Aba sororius regis Stephani, qui cum Petro contendebat quãdiu regnauit, sed prælio victus, ab Hungaris iugulatur, & Petrus Henrico imperatore curante, in regnũ restituitur. Quartus rex Andreas, qui victo Petro & excæcato, coronatus est. Quintus rex Salomon filius Andreæ. Sextus rex Bela Salomonem impediuit. Septimus rex Gaisa filius Belæ. Octauus Ladislaus frater Gaisæ filij Belæ. Nonus rex Colomanus filius Gaisæ. Decimus Stephanus 2. filius Colomani. Vndecimus Bela 2. Duodecimus Gaisa 2. filius regis Belæ Cæci. Tertiusdecimus Stephanus 3. Vsurpauit tunc regnum dux Ladislaus, vsurpauit & coronam Stephanus quartus filius Belæ Cæci, nec tamen obtinuit. Quartusdecimus rex Bela 3. frater Stephani 3. Quintusdecimus Emericus filius Belæ 3. Sextusdecimus Ladislaus 3. filius regis Emerici. Decimusseptimus Andreas 2. pater S. Elizabeth. Decimusoctauus Bela 4. filius Andreæ.

Rrr 4

Deci-

Genus regium.

S. Stephanus Hungariæ rex.

Catalogus regũ Hungarorum.

Decimus nonus rex Stephanus 5. Belæ filius. Vigefimus Ladiflaus filius Stephani. Vigefimus primus Andreas 3. nepos Andrea 2. Vigefimus secundo loco concurrunt cum Andrea Carolus, Vuenceslaus, & Otho dux Bauariae. Carolus obtinuit regnum. Vigefimus tertius rex Ludouicus Caroli filius. Vigefimus quartus Carolus cognomine Paruus: concurrunt cum illo Sigismundus imperator, qui tandem regnum obtinuit. Vigefimus quintus rex Albertus, qui duxit Elizabeth filiam Sigismundi. Vigefimus sextus Ladiflaus, in cuius æmulationem quia puer erat, Vladiflaus regis Poloniae filius regnum vsurpat, in bello Turcarum perijt. Vigefimus septimus Matthias Huniadis coronatus est anno Domini 1464. Friderico 3. consentiente.

Sergius 4.
papa.

Vuillegifus
archiepiscopus
Moguntin.

Benedictus
8. papa.

Henricus 2.
Saracenos
Capua ex-
pulsit.

Mira Hen-
rici secundi
vifo.

Horrenda
choreæ po-
na mira.

ANNO 1010. Sergius 4. patria Romanus eligitur, vir sanctissimæ vitæ ante pontificatum, & post sedit annis 2. Vuillegifus archiepiscopus Moguntinus, qui Henricum consecrauit, humilem ortum habuit. pater enim ipsius currifex fuit, ideo Vuillegifus in thalamo exarato literis grossis scribi iussit, cuius ipse clauem sub diligenti custodia seruans, introire solus consuevit. ea quæ scripta erant, legit, in hunc modum: *Vuillegife, recole unde veneris. Hic appendit & rotas in pariete, vt statum suæ paupertatis agnosceret, inde & rotæ in vexillò Ecclesie Moguntinæ sunt depictæ.* ANNO Domini 1011. Hermannus dux Sueuiæ, secundus eius nominis, ex Gerburga filia Cunradi regis Aralaten. siue Burgundiæ genuit filium Hermannum, ex quo Ernestus, qui ex Gisila genuit Ernestum & Hermannum. Mortuus est Sergius Papa anno 1013. & Benedictus 8. Tusculano patre natus, successit, seditque annis xi. mense vno. Henricus 2. tum primum Romam venit, & accepta imperij corona, à Benedicto imperator Augustus est appellatus, qui prima expeditione sicut pia, ita felici in Capuam ducens, Saracenos inde expulit. Subagonum autem rducem imperatoris Constantinopolitani, quia fauebat Mauris seu Saracenis, bello acerrimo est persecutus. Dux ille in Apuliae finibus ædificauit Troiam urbem, vbi quondam castra Hannibalis fuerunt. eius autem condendæ urbis ratio fuit, quod d habitatoribus Græcis tanquam in coloniam ductam eò missis, Apuliae Calabriaeque in fide continendis, & Romanorum finibus infestandis videretur maximè opportuna. Quod cum Henricus intellexisset, nouæ urbi castra admoit, stabat in obsidione mensibus 4. & machinæ omnis generis adnotæ. ætatis autem aduentu ob intolerabilia cauniata Henricus deditionem ab oppidanis acceptans oblatâ, cum datis obsequiis, Romam est reuersus. Fertur de Henrico hoc, quod semper primam noctem, ingrediens urbem, solitus fuerit in Ecclesia S. Mariæ Maioris manere. contigit autem semel, quod dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus pontificalibus indutus procedere Missam celebraturus: quem sequebatur S. Laurentius, & loco subdiaconi Vincetiûs, post hos virgo Dei genitrix cum multitudine virginum & angelorum, dehinc Ioh. Bap. cum patriarchis & prophetis: post hos Petrus & Iohannes cum cæteris apostolis & euangelistis, S. Stephanus cum martyribus, S. Martinus cum cõfessoribus, angeli inceperunt introitum, Suscepimus Deus misericordiâ, & dum cantaretur, Dextera tua plena est iustitia, omnes Christus & beatâ virginem imitantes, extenderunt digitos in Henricum. post euangelium inedicibili iubilo angelus librum deosculatum à Christo, præsentauit B. Mariæ, & post eam omnibus per ordinem deosculandum. demum innuit beata virgo angelo, vt porrigeret librum etiam Henrico ad osculandum, dicens: Præbe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet. & cum præ nimio gaudio raptus, nesciret ad plenum intendere, angelus ipsam in neruo tangens, dicit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter tuam castitatem & iustitiam. & exinde vsque ad mortem claudicabat, ex quo euentu vocatus est Henricus Claudus.

Henricus 2. aliquando infirmitate calculi laborabat, cui pernoctanti in monte Cassino ante altare S. Benedicti & multum dolenti, S. Benedictus apparens, calculum ferro excidit, eumque in manu imperatoris posuit, & vulnus sanauit. calculus ille adhuc fertur suspensus in quadâ Ecclesia. Imperante Henrico, accidit miranda res in Saxonia & in diocesi Magdenburgen. vbi erat Ecclesia S. Magni, quidam sacerdos, vt refert Vincen. & Ioh. de Colum. dum Missam celebraret in vigilia natiuitatis Domini, 18. viri simul cum 15. mulieribus in cõmeterio Ecclesie choreas duxerunt, ac sacerdotem cantantem impediabant. iussit sacerdos vt quiescerent, aut abirent: sed ipsi sacerdotem deriserunt. ille amarectus, imprecaudo dixit: Placeat Deo & S. Magno, vt ita cantantes permancant vsq; ad annum. & ita factum est, vt toto anno sine intermissione cantantes chorizarent. mirabile dictu, toto illo anno nec ros, nec pluuia super eos cecidit, sed nec lassitudo, nec fames illos affecit, nec vestimenta, nec calceamenta sunt attrita. Anno autem

autem reuoluto, Herebertus episcopus Colonienfis ad locum veniens, à nodo quo sacerdos illos ligauerat, absoluit, atque ante altare Ecclesie reconciliauit. Hunc episcopum Henricus iniuste iniurijs affectum, à se expulit. sed cum natale Domini apud Coloniam celebraret, humili satisfactione placauit. Inter chorizantes filia sacerdotis cuiusdam cum duabus alijs continuò mortua est, ceteri continuis tribus noctibus proximis dormierunt. aliqui poenam suam tremore membrorum prodidere. hoc scriptum reliquit Hubertus, qui fuit vnus ex eis. aliqui ex eis ita compuncti, quod inter sanctos reputati sunt. Saracenis Italia pulsis, nouam pestem Oriens sensit. Hierosolyma circa annum Domini 1012. capta est à Turcis, quorum ea fuit non summa impietas, vt à Dominici sepulcri & Ecclesiarum montis Sion & Bethleem violatio- ne sibi temperarent. Accidisse ferunt hanc Christianis cladem intestinis Saracenorum, Aegyptiorum & Turcarum bellis. Nam Turcæ cum Constantini quinti temporibus, seu (vt volunt alij) aliquanto prius è Scythiæ finibus egressi, Persidis partem occupassent, non inuitis Saracenis, quod tributum eis penderetur, & Mahumeti secta communiteriam acciperetur, paulatim ita gens barbara animis ferocitateque, quam genuinam habent, & multitudine creuit, vt Saraceni, quorum auxilia nuper in sua potestate habebant, sese illis paulò post subdere non repugnauerint. Colluuiem eam supra ex Scythiis aut Caspijs montibus pro multorum sententia prodijisse diximus. nomen nisi apud Pomponium Melam & Plinium, apud veteres vix legi. sanè in 6. Plinij, cap. 7. Turcæ (sic enim verior est lectio) Tanais accolæ scribuntur. Habebant hæc Aegyptij sanctam Hierosolymorum regionem, sed occupata à Turcis Perside, acceptisque in fidem Saracenis seu Agarenis, vt à nobis appellantur, Aegyptij quoque se dedidere. Fuit hoc tempore Caliphas Aegypti præses, quem cum maxima Christianorum strage circa annum Domini 1018. templum Dominicæ resurrectionis diripiisse scribunt, id quod Constantini Magni mandato ædificatum est, quod Modestus præsul Hierosolymitanus restituit ex Heraclij Cæsaris mandato, & post Caliphæ tempora dirutum, à Christianis (vt dicitur) reparatum est. Atque his quidè in crematis Turcarum in Asia res inualuere, quorum Sultanus Christianam remp. multos iam annos grauitè pressit. In hac generatione Vdo archiepiscopus Magdenburgen. fata mala perfoluit. is in eadem vrbe aliquando scholasticus obtusi ingenij ac indocilis, implo- rauit auxilium reginæ celi, vt aliquod discere posset, quæ ei pollicebatur & sapientiâ & episcopatum. Cum itaque doctus euassisset, in episcopum eligitur: sed propriæ salutis & gratiæ factæ immemor, voluptati indulgens, bona Ecclesie neglexit. ita tandem omnibus odio habitus est. Inde in Valle Lilliorum abbatissam ad libitum habuit. nocte quadam cum apud eam dormiret, vox intonuit: Vdo, cessa de ludo. sed ille in delicijs peruersans, non curauit vitam emendare. Tandem Fridericus eiusdem Ecclesie canonicus, nocte in choro S. Mauricij videbat turbam sanctorum Vdonem capitis poena damnare, quem vt sic damnatum, pugil decollauit: de laterem abbatissæ abductus fuit, & à B. Maria virgine coram filio suo accusatus, damnatus & decollatus. ac sic illo vidente infelici fato perijt. huius horridi prodigij memoria, cruor Vdonis in marmore candido ad terrorem aliorum ostenditur. Henricus imperator multa bona ecclesijs fecit. aliquando venit Argentinâ, & cum vidisset ibidem honestam fratrum conuersationem maioris Ecclesie, petebat regulam ipsorum sibi dari: & quia intellexit se non posse diutius ibidem rebus vacare, quod potuit fecit. Præbendam in eadem Ecclesia instituit, pro sacerdote, qui loco regis diuinis interesset, quæ Præbenda hodie regalis dicitur, Ecclesiam quoque Basileensem ipse restaurauit. Per hæc tempora erat in Sueuia proles nobilis Guelfonum dicta, genus ducens (vt ferunt) à Troianis. de his inueniuntur monumenta in monasterijs ad Vineas, id est, Weingarten & Astdorff / vbi habent sepulturas. venisse eos in hanc prouinciã aiunt cum reliquijs Troianorum à Sicambria. Et post multa secula sub Carolo Magno, quendâ ex Maioribus huius generis duxisse ferunt vxorè, senatoris Romani filiam, ex qua genuit filium, quem Catilinam vocabant, ab auo materno eiusdem nominis, quod iuxta linguam Teutonicam Guelf dicitur. inde Guelfo appellatus est. hic Guelfo postquam adoleuit, vxorem duxit, ex qua genuit filium Ethiconem & filiam Iuditham nomine, quam Iuditham duxit Ludouicus Pius vxorem, qui erat Caroli Magni filius, defuncta vxore Irmegarda, & ex eo procreatus est Carolus cognomento Caluus. Ethico verò filius Guelfonis, genuit filium Henricum, qui vxorè duxit de Hosenwart in Boioaria, Beatâ nomine, ex qua tres filios progeniuit, Cunradum & S. Ethiconem & Rudolphum. Henricus iste Altdorffense monasterium

Hierosolyma
Turcis ca-
pta.

Turcarum
auctæ vires.

Caliphas.

Vdo Mag-
denburg.
episcopus.

Cessa de lu-
do, iustitia
saris, Vdo.

Rex chori
Argent.

Guelfonum
Sueuiæ fa-
milia.

Guelfo 1.

sterium fundavit, Cūradus cēlibem vitam elegit, frater eius Ethico vxorem nō duxit, sed Rudolphus accepit vxorem Itam, filiam Cunonis nobilissimi comitis de * Denin-
 gen/ex qua 2. generavit filios, Henricum & Guelfonem 2. Henricus adolescēs in vetu-
 sta valle saxo percussus, in venatione interiit. Guelfo verò, patre defuncto & in Alt-
 dorffensi cōenobio humato, vxorem duxit Imizam, sororem Henrici ducis Noricōi,
 & Friderici ducis Lotharingæ, & Adeberonis episcopi Merens. Iste Guelfo cum Bru-
 none episcopo Augustensi aliquando rebellabat imperatori. genuit autem filiā Cun-
 izam dictam: hanc desponsavit Azoni marchioni Estensi, secundum alios Italiæ. hic
 Guelfo 3. Azon ex ea Guelfonem totius terræ futurū hāredem genuit. Guelfo filius acquisiuit
 ducatum Carinthiorum & marchiam Veronensem tempore Henrici 3. hic fertur fun-
 dasse monasterium Weingarten antiquum. correptus autē infirmitate iuuenis adhuc
 in castro Potamio, & videns sibi imminere mortem, quia hāredem ex se non habuit,
 omne patrimonium suum ad cōenobium Altdorffense dari commisit. Et cūm ex pla-
 cito hi quibus iniunctum fuerat, donationem perficere vellēt, mater eius sciens se hā-
 redem habere ex filia Azonis vxore, hoc fieri prohibuit: mittensque legatos in Italiā,
 Guelfonem filium Azonis vocavit, & in possessionem bonorum misit. & sic ex Azone
 & vxore sua iam dicta, reliqua posteritas Guelfonum descendit. Circa hæc tempo-
 ra anno Domini 1061. Agnes imperatrix, mater Henrici 4. imperatoris, ducatum Ba-
 uariæ, quem aliquando tenuerat, nobilissimo viro Othoni de Saxonia cōcessit, videns
 eum industrium & iuuantis regni negocijs satis opportunum. huius Othonis filiam
 Guelfo filius Azonis duxit vxorem, vt inuenitur clarē scriptū apud monasteriū Her-
 ueldense. postea verò Ortho dux Boioariorū ab emulis seque maiestatis deferretur, & cum
 iam Henricus 4. multis esset inuisus, inceptit (vt aliqui scribunt) formidare Othonem.
 idcirco eum, quod per duellum se purgare noluit, per sententiam ducatu priuauit an-
 no Domini 1071. Eundemque ducatum Guelfoni genero ipsius concessit. Refert
 scriptor Herueldensis, quandiu res tranquillæ erant, causam fœceri Guelfo armis &
 consilijs tuebatur. at vbi anima duertit datam in eum sententiam, leges omnes abrup-
 pit. Et primò in tam trepidis rebus petēri auxilium denegauit, dein filiam eius à com-
 plexibus suis & tori consortio segregauit, postremò ad ipsum eius ducatum occupan-
 dum omnem operam impendit, & filiam fœcero remisit, tandemque post multas strag-
 es ducatum obtinuit, & ad filios suos transmisit. duxit enim, vt in monasterio Weing-
 garten scriptum inuenitur, reginam Angliæ viduam, filiam Balduini comitis Flandriæ
 Iuditham, ex qua duos filios genuit Guelfonem & Henricū. Guelfo duxit Mechtildim
 ditissimi Italici marchionis Bonifacij filiam in vxorem, quam tamen postea interueni-
 ente diaortio repudiavit, & sic sine sobole obiit, ducatusque Bauariæ vnā cum alijs bo-
 nis suis ad Henricum fratrem suum peruenit. Henricus iste adhuc viuente patre, vxor-
 em duxit filiam Maionis, aliās Magni, ducis Saxonie, nomine Guelfildem, ex eaque
 Guelfo 4. genuit Cunradum, Henricum & Guelfonem, & 4. filias, Iuditham, Sophiam, Matildim
 & Guelfildem. Iuditha nupsit Friderico Sueuorum duci, quæ Fridericum primum
 huius nominis imperatorem, cognomento Barbarossam, genuit. Cunradus cēli-
 bem vitam elegit. Henricus 4. defuncto patre, ducatum adeptus est, & generalē con-
 uentum Ratisponæ omnibus indixit, ibi multa benè & prudenter ordinauit. duxit au-
 tem vxorem Gertrudem Lotharij imperatoris filiam. Hic Henricus cognomento Su-
 perbus dictus, cuius frater Guelfo, duxit vxorē Gotfridi ditissimi palatini de Tubingen
 & comitis de Ralu/Vtam nomine. ita fert scriptor de Weingarten/ sed apud monaste-
 rium Hirsaugien. vbi sepultura comitum de Ralu habetur, Vta inuenitur fuisse soror
 Gotfridi. hæc Vta filiam habuit ex quodam duce Vtam dictam, quæ Guelfoni nupsit,
 & ex eo Guelfonem iuniorē procreauit. Mortuo Lothario imperatore fœcero Hen-
 ricus, ducatus Saxonie ei in parte cessit. deinde idem Henricus cum fratre Guelfone se
 Cunrado Sueuorum duci in imperatorem electo opposuit, qui tandem pro rebellionē
 per sententiā vtroque ducatu priuatus est, & cum hoc proscriptus. ad hæc rex ducatum
 Saxonie Alberto marchioni cōsobrino eiusdem ducis, Noricum verò Leopoldo mar-
 chioni Orientali fratri suo ex parte matris, tradidit. Henricus Saxoniam ingressus,
 sese contra marchionem armauit. Guelfo frater eius Leopoldo marchioni Orientali
 bella mouit, quæ durauerunt vsq; ad mortem Cunradi. deinde Fridericus primus per
 concordiam Henrico filio Henrici Superbiam defuncti vtrunq; ducatum restituit. Mar-
 chiam Orientalem in ducatu erexit, & illi ex ducatu Noricorum aliquid adiecit. Ipsi
 verò Guelfoni marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardinie, relicta
 Matil-

Bauaria Sa-
xonii Otho-
ni commē-
datur.

Guelfo 4.

Guelfo 5.

Guelfo 6.

Guelfo 7.

Matildis in beneficium tradidit. Hic Guelfo ex Vta genuit filium referentem nomen
 suum, qui postea anno Domini 1165. octauo Idus Septembris oppidum Tubingen ob-
 sedit, habens in exercitu secum episcopos 3. Augustensem, Spirensen, & Vormaticen.
 Bertoldum ducem de Zæringen, Bertoldum marchionem de Bohenburg/ Herman-
 num de Baden marchionem, & multos comites. hi omnes per Hugonem Palatinum
 adiutorio Friderici ducis Sueuorum de Rotenburg & comitum Zolrensiū, ignomi-
 niosè fugati sunt, multi occisi, 900. capri, reliqui qui poterant, euasere. postea tamen
 Hugo Palatinus iussu imperatoris in deditiōe Guelfoni se tradidit. Denique Guel-
 fone iuniorē in peste mortuo, senior bona sua Friderico imperatori contradidit. quo
 Guelfone defuncto, cessauit linea generis, & principatus simul expirauit, memoria ta-
 men eorum in multis Ecclesijs ac monasterijs ab ipsis fundatis ac dotatis clara vsq; in
 hodiernum diem permāsit, & Deo auxiliante iugiter permanebit. Iste vltimus Guel-
 fo anno Domini 1181. tradidit cōenobio Vveingartensi duas curias, Berg & Wilare/
 cum omnibus suis attinentijs Idibus Augusti, regnante Friderico imperatore primo.

Obfidio Tu-
bingæ.

Bohenburg

GENERATIO XXXV.

ANNO Domini 1020. inceptit 35. generatio, erat annus Henrici 20. & Benedicti
 7. qui Benedictus venit Babenbergam, & ad petitionem S. Kundegundis impe-
 ratricis, ecclesiam S. Stephani protomartyris dedicauit. ferturque in itinere dedica-
 se Ecclesiam S. Petri iunioris in Argentina. Per hæc tempora luna in sanguinē ver-
 sa, facula ardens instar turris cum fragore de cælo cecidit: mare litus egressum, plu-
 res vrbes submersit. secuta est fames valida toto ferme orbe terrarum, pauloque post
 in Italia tanta peste laboratum est, vt plures mortui dicantur, quàm superstites man-
 ferint. quam calamitatem fons in Lotharingia saluberrimæ aquæ, in sanguinem tum
 vertus, indicasse credebatur. Licet Henricus & Kundegundis consors in virginitate
 voluntaria permanserint, instigante tamen diabolo grandis interuenit perturbatio.
 Nam Henricus Kundegundem cum quodam milite suspectam habere cœpit, sed be-
 ata virgo se expurgans, super candentes vomeres nudis pedibus incessit per 15. passus,
 dicens: O Deus, sicut me nō solum ab Henrico, sed etiam ab omnibus viris intactam
 nouisti, ita me adiuua. ad quæ audita est vox: Nihil dubita o virgo, te liberabit virgo
 Maria. & sic illæsa pertransiit. vixit vsque ad annum 1039. post mortem multis claruit
 miraculis. ANNO verò Domini 1024. videns se morti proximum Henricus, voca-
 tis principibus, eorum consensu Cunradum regali stirpe natum, regni pariter & im-
 petij designauit successorem, libertatis maximè studiosum, quum & Henrico quon-
 dam fuerit aduersatus ex eo, quod se inuito, Giselam neptem suam, relictam Ernesti
 quondam ducis Sueuiæ, duxisset vxorē. deinde obiit, magno de se relicto apud suos
 desiderio, tertio Idus Iulij, & sepultus est in monasterio S. Petri apostoli Babenbergæ,
 vbi coruscavit multis miraculis. Benedictus 8. mortuo Hērico, quo defensore in re-
 bus omnibus vtebatur, pellitur loco, alio illi per seditionē pōtifice suffecto. sed paulò
 post inita cum inimicis suis concordia, pulso adulterino pontifice, in urbē cum digni-
 tate redijt, & xj. sui pōtificatus anno obiit, in basilica B. Petri sepelitur. De Benedi-
 cto scribitur, quod post mortē suam cuidam episcopo apparuerit, equo nigro vectus,
 dicens: Ego sum Benedictus papa pauper & dolēs: vade, quæso, ad successorē meum,
 & dic ei quod in tali theca pecuniam accipiat, quam ego elemosinarū nomine con-
 gregauit, & quod eam pauperibus distribuatur. Episcopus territus, hæc omnia peregisse
 fertur, & cum pecunia ita, vt Benedictus indicauit, reperta sit, idem episcopus statim
 se episcopatu abdicans, monachus factus est. hæc ille. ANNO Domini 1025. secu-
 dum alios 1027. vacauit enim imperium biennio, Cunradus 2. origine Sueuus, siue vt
 cæteri volunt, natione Francus, & ex matre ex primis Francorum regibus, consilio
 Henrici Claudi ab electoribus in Germania Cæsar eligitur, qui in Henrici imperatoris
 militia ordines duxerat, à Pilegrino Colonien. archiepiscopo Aquisgrani coronatus,
 annis regnauit 15. Refert tamen Got. Viterbiens. quod dux quidam Cuno Bauarus
 inter principes summus, imperium ambiebat, quo factum est, quod dissidētib; prin-
 cipibus, electio per biennium prorogata fuerit. ferturque Cuno Bauarus, interroga-
 tus à principibus quis sibi imperio aptior videretur, respondisse ironicè, Nepos meus
 dux Cunradus. quo audito, vniuersi Cunradum eligunt, inuito postea ac contradi-
 cente Cunone. Cunradus iste ab Italicis scriptoribus dicitur fuisse genere Sueuus, vt
 tradit Blondus, quem sequitur Aeneas Syluius: alij volunt eum Francum fuisse, eius
 proauum

Kundegun-
dis virgo.

Henrici 2.
interitus.

Benedicti 8.
interitus.

Cunradus
2. Imp. 88.

proauum affirmantes Cunradum Vormaticen. ducem, qui in pugna cum Hungaris sub Othone Magno habita, apud Augustam gloriosè succubuit. habuit autem Cunradus matrem, de genere antiquissimo Clodiorum descendentem, quorum superiores de *Wabblingen* orti dicebantur. Cunradus duxit neptem Henrici, Gisela nomine, de antiquo Carolorum sanguine oriundam. hæc primùm Ernesto duci Sueuorum nupta fuit, cui peperit 2. filios Ernestum & Hermannum. Illo mortuo, Cunradus eam duxit, ac Henricum hulus nominis tertium ex ea genuit, de quo sunt versus duo:

*Quando post decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno processit Gisela prudens.*

Impurg. vt sit Cunradus, 14. à Carolo cum Gisela vxore sua. Versatum ferunt Cunradum imperatorem in castro *Impurg* / quod est medium inter Nemetes & Vangiones, quod consentiente vxore sua Gisela in monasterium fecit, nomen hodie referens, licèt anno Domini 1504. comes de *Synngen* illud igne à fundamentis extinxerit. Nam idem Cunradus imperator vno & eodem die trium Ecclesiarum fundamenta iecit, hoc est, maioris Ecclesie, & S. Guidonis Spira; necnon in præfato castro suo *Impurg* lapides primos ponendo: sed quoniam morte præuentus, quod inceperat, consummare non potuit, filio suo Henrico perficiendum commisit. Si quidem extant adhuc reliquie suæ ruinæ, monasterij nomen referentes: sed nuper, vt diximus, anno Domini 1504. per Emichonem comitem de *Synngen*, cuius aui, proau, atau, parentumque sepultura inibi solennis habebatur, incineratum. monachi dispersi, locus desolatus, diuinus cultus extinctus, regularis vita, quæ inibi strenuè floruerat, penitus deleta. ANNO 1025. Iohannes 20. patriæ Romanus, papa lectus est. sunt qui Portuensem putent episcopum fuisse, cum alij nullis factis in iuriam arbitrentur. sedit annos circiter xj. vel aliquanto pauciores. In huius tēpora Michaellem Catalicum Imp. Constantinopolitanum referunt, sed ita incerta traduntur de Imp. Græcis omnia, vt mihi quoque prætereundi videantur, quorum ignauia totus Oriens à fide & pietate Romana deficiuit. Sublimatus autem in regno Cunradus, consilio Brunonis episcopi Augustensis fratris Henrici defuncti, Babenbergensem episcopatum meditabatur destruere, quia idem Bruno promisit reginæ Gisela omnia prædia hæreditario iure ad se pertinentia, filio eius Henrico concedere. Nocte autem quæ diem præcesserat, in qua ventilanda hæc in conuentu ad hoc indico erant, Eberardus primus episcopus Bambergensis nuper defunctus, ad tentorium dicti Brunonis accessit: & lecto eius assidens, multa super hac re monendo obsecrandoque peregit. Qui vbi iam multa nocte transacta recesserat, & episcopum Brunonem somnus oppresserat, visus est ei frater suus Henricus imperator lecto adstare, faciemque suam, barba ex vna parte depilata turbatam, obiectare, cui super hac re stupenti & admiranti, ac quis tam temerarius in eum fuisset interroganti, Tu, inquit Henricus, hoc fecisti, qui me & sanctos Dei, quos rebus à Deo mihi datis dotavi, spoliare disposuisti: caue iam ulterius super hac temeritate, ne dignas luas infelicissimè poenas. Ad hæc ille expergestus, exterritus, & tremore ac horrore non mediocriter affectus, manè ad conuentum nō venit. at regina pro filio sollicita, interpellari eum fecit: cui ille affirmavit, se intantum infirmari, vt nec de lecto pedem possit mouere. proclamavit autem se in Deum, in sanctos, & fratrem suum peccasse libera voce. hoc intellecto, rex & regina diuina pietate moti, æquo animo desistentes, nil innouare vulerunt. In principio regni Cunradi, dux Poloniae Boleslaus, cuius regnum Henricus imperator Ro. imperio tributarium fecit, absque Cunradi requisitione nomen sibi regium imposuit. erat sanè vir strenuus & potens, morte autem præuentus, Misiconem filium reliquit, qui mox defuncto patre, fratrem suum Othonem acquiescere rebellionem nolentem, à patria expulit, qui ad Cunradum regem confugit. Iratus Cunradus, præmissis Othone cum magno Teutonicorum exercitu, statim ipse maximo robore militum secutus est, ac omnia intra Poloniam armis niscebat. Misico videns se nulla ratione posse resistere, relicta Polonia, ad Vualdricum ducem Bohemie hostem imperij confugit. Vualdricus verò credens imperatoris gratiam, quam amiserat, recuperare, Polonorum ducem, quem exulem & supplicem susceperat, tradere Cunrado statuit, atque hoc illi per secretum nūcium intimavit. sed imperator vir magnanimus, illius decessatū perfidiam, oblationem proditoriam contempsit, & Misiconem alibi salutem querere, quàm in Bohemia, admonuit. Qui imperatoris miratus bonitatem, clam relicta Bohemia, ad propria remeavit, atque abiectis regni insignibus quæ pater assum-

Gisela Cunradi Imp. vxor.

Impurg.

Ioh. 20. pa.

Brunonis episcopi August. conatus frustrati miraculo.

Misico Poloniae dux rebellis.

assumpserat, modico comitatu contentus, ad imperatorem Cunradum vltro accessit, atque eius voluntati se subijciens, coronam humiliter imperatori resignauit, ac ab eo tēpore Polonia Ro. imperio, prius ab Henrico tributaria facta, permanfit. Cunradus rex secundo regni sui anno filium suum adolescentem Henricum, regem designauit: pacatoque regno, in Italiam ad suscipiendam coronam ingreditur, magna comitatus potentia, veniens Romā, honorificè suscipitur, & in die paschali inter duos reges procedens, Cuntonem Anglorum, & Rudolphum Burgundionum, auunculum Gisela reginæ, à Iohanne pontifice xx. est coronatus, imperijque dignitatem adeptus. Eadem verò hebdomada rixa inter Romanos & Teutonicos oritur, vbi fugatis Romanis, multisque cæsis, imperator triumphatur. Ceterum Cunradus imperator qua fuerit pietate, qua magnificentia, quo pacis studio, qua in perfidos reip. hostes indignatione, vel eius inprimis constitutiones declarant, quarū hodie magna pars in publicis decretis visitur. Quare ego, ne tantum pietatis exemplum præteream, referre volui id, vnde multi sumunt indicium, Henricum 3. generum fuisse, non filium, Cunradi. Fertur enim quod Luitpoldus comes de *Ralu*, violator pacis prædictæ, vitæ suæ timens, imperatorem fugitans, cum vxore prægnante venit in syluam quæ Nigra dicitur, latitansque in tugurio cuiusdam pauperis, clam se cum vxore abscondit. Contigit tum quod imperator, dum feras insequitur, illuc casu fortuito ad tugurium diuertisset. aberat autem comes Luitpoldus, eaque nocte vxor eius masculū peperit. quo vagiente vox audita est: O imperator, infans iste erit tibi gener & hæres. Territus imperator, manè facto, famulis duobus præcepit, vt infantem occiderent, iam à patre & matre metu derelictum. Famuli misericordia moti, puerum subtilem arborem abscondunt, & cor leporis pro corde pueri adducunt. Dux Sueuicæ Hermannus præteriens, puerum reperit atque collegit, tandem in filium adoptauit. longo post tempore imperator videns adolescentem hunc compositum, rogat ducem, vt sibi eum traderet moribus imbuendum. Quo facto, incidit aliquando imperatori ex coniecturis varijs, puerum hunc esse quem mandauerat occidi, & volens fata illudere, literas adolescenti tradidit reginæ deferendas, huiusmodi tenoris: In quantum tibi vita chara est, mox receptis literis, clam facias portitorem occidi. Arripuit iter adolescens, nil mali suspicatus, Spiram celerius venit, & ad decanum maioris Ecclesie diuertit. dormiente eo, Decanus curiositate ductus, literas aperuit, & abhorrens à tanto facinore, pro verbo, *occidi facias*, scripsit, *filiam nostram vxorem tradas*. quod & imperatrix fecisse fertur. Ad hæc audita stupens imperator, singulaque reuoluens, didicit à duce Hermanno, adolescentem hunc filium esse de *Ralu*, & serie rerum audita placatus, generum post se imperatorem designauit. ita Vincentius Gallus, Gotfridus Viterbienfis, Martinus, Hermannus, & nonnulli alij scriptis tradunt: permulcetque aures narratio ista. Sed an verum sit, elici potest ex rerum circumstantijs. nam Cunradus iste imperauit solum annis xv. in quibus edictum Caesaris Comes præterijt, fugam iniit, vxor peperit, & puer adolescens factus, filiam imperatoris vxorem duxit. Et vt de cæteris taceam, quis vnquam tam sæua mandaret? quis exequeretur mandata? aut quis aueret imperiales literas aperire, ne dicam mutare? poteratque imperator securius alia via iuuenem neci dare. & addunt, in loco natiuitatis pueri, monasterium tum esse constructum, Hirsaugia dictum, quod longè ante Cunradum inuenitur fundatum. Sed nec vera de hac re in monasterio habetur historia, vtpote authenticis literis munita. Adde quod magis credendum est Othoni episcopo Frisingensi, qui & Gotfridum, & Vincentium, & Martinum, & alios tempore præcessit, & compatriota fuit. Hic scribit, Cunradum ex Gisela relicta Ernesti ducis Sueuicæ, in legitimo matrimonio Henricum tertium genuisse. Testantur & epitaphia ad sepulcra regū illorum in Ecclesia Spirensi exculpta, vbi post Cunradum legitur filius illius Henricus tertius, Niger dictus. Hunc Henricum secundo anno regni sui Cunradus pater declarauit regem Romanorum. Possent multa alia pro hac veritate adduci, ita quod ex supputatioue temporum & rerum gestarum id clarum esset, maximè ex testamento Rudolphi, inferius mox producendi. Imperante Cunrado, anno imperij sui sexto, Robertus Magni Hugonis filius, Francorum rex moritur, qui viuens adeo clementiæ ac misericordiæ operibus deditus erat, vt diebus festis cum indueret se, si non habebat aliud ad manus, vestes pauperibus distribueret. moritur anno 1030. Regi Roberto successit Henricus filius, cui Constantia mater ita aduersabatur, vt Robertum Burgundionem, quem etiam Roberti filium fuisse arbitrantur, in regio honore Hen-

Cunradus coronatus.

Attende de Henrico 3.

Henricus Fraciz rex.

rico præferret. Robertus Burgundiæ quandam partem dux regebat, cum reliquam, videlicet Arelatense regnum, hæcenus Rudolphus rexisset superioris Cunradi Burgundionum regis filius. hic eo tempore seditionibus suorum vexatus, Cunradi fidei & patrocinio se commisit, atque deinde moriens, Henrico filio imperatoris, nepoti suo, regnum cum corona testamento reliquit. Sed Otho comes Celticus, asserens regnum Burgundiæ & Galliæ Lugdunensis ad se pertinere, congregato exercitu illud inuasit. Ad hæc imperator indignatus, contractis copijs regnum intrat, & Otho- obrem Burgundia deinceps imperialis prouincia est habita, quæ per annos hæcenus plus quam centum, suos reges habuerat. Otho verò postea iterum rebellans, occisus est, de quo etiam inferius. De hac re Gaguinus Fræcorum historicus scribit, quod per hæc tempora sub Henrico rege Francorum, Burgundi cum annis centum & 30. Francis paruissent, ad Cunradum imperatorem defecerunt. vnde factum est, vt quæ vna erat Burgundia, in duas partita sit: & alteram quæ Campaniam attingit, Franci, alteram quæ Vesontinos spectat, Alemanni imperatores tenerent. hæc ille. Per hæc tempora Ernestus Cunradi priuignus, dux Sueniæ, rebellare cœpit, cum exercituque fideles imperij deuastare præsumpsit, cui imperator cōtractis copijs occurrit, & eundem ad abdita sylvarum fugere compulit, vbi non multò post à fidelibus imperij occisus est, & Hermannus frater eius ducatum nactus. Sub Cunrado quidam Galliarum episcopus assererat, quibusdam datas cælitus epistolas, quæ terris pacem decernebant renouandam, quam rem cæteris episcopis scripsit, & populis mandauit arma vt nullus ferret, ablata bona non repeteret, sanguinis humani nullus vltor existeret, sed indulgeret, ieiunium in pane & aqua omni feria sexta cuncti seruarent, sabbato à pinguedine abstinerēt, solo hoc ieiunio contenti in remissionem peccatorum, aliam poenitentiam non adijcerent, & ad omnia hæc seruanda homines se obligarent, alioquin Christianitate priuarentur, morientes tanquam deuos à fide, nemo visitaret aut sepeliret. Hanc nouitatem multi amplectebatur, alij contra, & maximè Gerardus Cameracen. episcopus, qui assererat ab initio genus humanū trifariè diuisum, in oratores, pugnatōres & agricolas, vnum alterius auxilio indigere, & debere arma deferre, rapinas restitui autoritate legis & gratiæ, ieiunium sextæ feriæ vel sabbato nec omnibus vnum esse, quia non est omnibus vna possibilitas, nec omnes hoc ieiunio contentos esse debere, sufficere autem sanctorum patrum decreta, & super neglectis impositam poenitentiam modum. & tandem euauit hoc dogma. Mortuo Iohanne papa 20. circa pontificatus sui annum xj. cuius vita mirificè laudatur, Benedictus 9. eligitur Tusculanus anno Domini 1036. sedit annis decem, mensibus 4. hic postea eiectus, & schisma 14. subortum est. Eodem tempore Cunto rex Anglorum, aliàs Danorum, voti gratia Romam venit: & voti compos factus, in patriam rediens, filiam suam Henrico Cunradi filio in matrimoniū locat. Cùm esset interim in Germania Cunradus imperator, Itali pro sua leuitate Sueuorum principatum perosi, aduersus Cæsarem conspiratione coeunt, vindicaturi (opinor) priorem cladem, quam acceperant dum Cunradus Romam proficiscens, Insubricum agrum vastaret. Præterij supra in profectioe scribenda rei tantæ seriem, nescio an optimorum scriptorū potius exemplum secutus sim, quam integram narrandæ historiæ rationem. Ferunt Cunrado, dum Italiam ingreditur à pontifice coronandus, rebelles fuisse Mediolanenses, quos obsedit, obfessa suburbia incendit, seque non inde moturum comminatus, nisi & urbem pari affecisset incommodo. Sed dum in die pentecostes Bruno Colonien- sis archiepiscopus Missarum solennia celebraret, per spiritum vidit, Cunradoque dixit, B. Ambrosium Germanis excidium, nisi abscederent, cōminari. Quo territus oraculo Cæsar, Mediolanenses reliquit, Romam proficiscens. vnde cùm egressus esset, accepta corona, rursus in Germaniam contendens, Itali bello incōmoda hæc vindicare statuentes, coniurarunt. Nec latuere Cæsarem eorum insidiæ diu. quare exercitum in Italiam ducturus, instruit. quod vt hostes acceperet, suis viribus dissidentes, Sclauorum & Hungarorū auxilia implorant. Sed dum serò illi arma expediunt, Cunradus Italiam ingressus, sine maiore negotio propositum tenuit, per Brixiam ac Mediolanum venit, cuius urbis episcopum, quod coniurationis princeps haberetur, cepit. qui tandem è custodia elapsus, aufugit. Cæsar multa interim vastans, Cremonam venit, vbi Papam obuium habuit, quem honorificè exceptum tractatumque à se dimisit. Inde vbi comperit externa in se arma comparari, pacatā prouinciā relinquens, in

Burgundia imperatori traditur.

Ernestus Sueniæ dux

Hæresis.

Benedictus 9. papa.

Cunradus Mediolanū obsidet.

in Sclanos primū, mox in Hungaros duxit exercitum. vtrorūque sedatis motibus, Cunradus in Germaniam redijt. Hæc ferè à plerisque scriptoribus traduntur, sed ita incerta, vt Sclanos & Hungaros in festat. nec cuius pontificis temporibus acta sint, planè intelligatur. monumentis plerisque constat, in Benedictum posteriora in Italia gesta referri. Interea Otho Celticus comes, de quo supra, ruptis iuramentis, in Burgundia iterum rebellat, vbi à fidelibus imperij occiditur, & vexillum eius imperatori in signum victoriæ transmittitur, & (vt supra tactum est) regnum illud Burgundiæ, imperialis prouincia facta est. Compositis itaque rebus imperij, Cunradus causa orationis Romam perrexit. nuncios præterea misit, qui Græcis & Nortmannis inter se de regno Apuliæ decertantibus, imperarent vt ab armis discederent. Romanis quoque exitium interminatus est, si diutius quemadmodum cœperant, pontificem seditionibus vexassent. Inde in Apuliam vadēs, multis ciuitatibus visis, per mare Adriaticum statuit redire in Alemaniam. sed cùm esset ibi, propter aeris intemperiem multos ex suis principibus amisit. Mortuus tum est inter alios Hermannus dux Sueniæ, reginæ Gisela filius sine liberis, cui successit Otho de genere suo, vt creditur. Reuersus itaque in Germaniā inferiorem, ad ciuitatem Traiectum peruenit, ibique infirmatus obiit, anno Domini 1039. pridie Nonas Iunij, sepultus Spira. Verum Spirensis episcopatum prouehere statuens, basilicam vetustam in honore S. Stephani prius dedicatam, destruens funditus, à fundamentis cepit ædificare nouam in honore S. Dei genitricis Mariæ & S. Stephani. statuitque vt imperatores decætero in Spira deberent sepeliri, & quia morre præuentus, struicturam consummare non poterat, filio suo Henrico perficiendam mandat, quam magnificè cœptam, idem Henricus magnificentius perfecit. Mortuo itaque Cunrado, Electores successorem dederunt Henricum filium, eius nominis tertium, Cæsarem iam antea declaratum, qui anno 1040. patri successit, & 17. annis regnavit. Is annus, pontificatus Benedicti noni erat quintus. Hic adhuc patre viuente, filiam regis Anglorum duxit vxorem, vt supra dictum est: quæ cùm aliquanto tempore cum illo mansisset, essetque puella pulcherrima, de adulterio accusata est: & cùm nullus timore regis ausus esset illam defendere, puerum quendam, quem secum de Anglia adduxerat, contra delatorem giganteæ staturæ hominem, ad singulare certamen expurgandi se causa opposuit. Igitur conseruo duello, pugil reginæ diuino adiutorio delatorem vicit, & cum succiso poplite enervauit. deinde puella repudium regi dedit, nec minis, nec blanditijs induci potuit vt cum illo remaneret. sed religionis habitum sumens, in Dei seruitio breui vita functa est. Henricus hic primo anno in ducem Bohemorum hostiles animos præ se ferentem ducens, sed multis militibus suis in præstructione syluæ occisus vel captis, nihil memoria dignum facere potuit. sed eo qui secutus est anno, maiorem paratioremque exercitum ducens, prælio Bohemos superauit. cum capto duce & per foedera liberato egit, vt Bohemi quotannis Romano principi tributa persoluerent. ANNO 1043. Gisela imperatrix, mater Henrici, & vxor Cunradi imperatoris, 15. Kalen. Maij obiit, ac Spira sepelitur. ANNO salutis 1044. Henricus in synodo Treuirensi affuit, vbi cunctis in se delinquentibus debita dimisit, omnibusque inimicis destructis, pacem inauditam tam in Sueuia, quam in alijs regni prouincijs per edictum reginæ censuræ firmavit. Eodem anno Agnetem Guilielmi Pictauiensis potentissimi ducis filiam, quam sibi vxorem desponsauerat, apud Moguntiam reginam vngi fecit, regalibusque nuptijs eam apud Ingelshem Rinckanix munitissimam arcem traduxit, vbi infinitam histionum & ioculatorum multitudinem non solum muneribus, sed etiam cibo potuque vacuam & mœstam abire permisit, ac partes eorum pauperibus elargiri iussit. Eodem anno Godefridus dux Lotharingiæ Henrico rebellans, ad deditionem coactus, in castello Sigichenstern custodia datur. Per idem tempus mortuo Calipha principe Aegypti, Dobir filius eius regnum obtinuit. hic ad petitionem imperatoris Constantino- politani, foedus paternum resarciens, contraxit amicitiam, & Dominicæ resurrectionis Ecclesiam reaedificandi fidelibus dedit potestatem. Cognoscens autem plebs fidelium in Hierusalem, quod ad tantam rem perficiendam non sufficeret, obtinuit ab imperatore prædicto, quod de proprio fisco sumptus necessarios ad rem ministrari præceperit. præerat tum Hierosolymitanæ Ecclesiæ patriarcha Nicephorus, & eam quæ nunc est, S. resurrectionis reaedificauerunt Ecclesiam, quæ perfecta est anno salutis 1048. ANNO Henrici 8. in Ecclesia Rom. confusio grauis est exorta, tribus inuastoribus sedem Petri occupantibus. crāt hi, Benedictus nonus, Syluester 3. & Gregorius

Cunradus Sclanos & Hungaros in festat.

Othonis Celticus cædes.

Otho dux Sueniæ.

Cunradi seculi mors.

Henricus 3. Imp. 89.

Bohemi vici.

Agnes vxor Imp.

Templum Dominicæ resur. instauratum.

Graue ecclesiæ sibi.

gorius 6. atque ad maiorem miseriam cumulum, ut scribit Got. Viterbiensis, diuissimè inter se patriarchis, eorumque redditibus, vnus apud S. Petrum, alter apud S. Mariam, tertius scilicet Benedictus, in palatio Laterano sedebat: omnes, vt dicebatur, vitam turpem habentes. Taliter verò res gesta narratur: Romani Benedictum diu sedem tenentem, hominem ignauum perosi, eiecerunt, in eiusque locum sufficiunt Iohannem Sabinum episcopum, Syluestrum appellantes, quo post 49. dies pulso, denuo Benedictus restituitur. Is autem cum timeret se iterum subiturum discrimina, Iohanni archidiacono ad portam Latinam, pontificio cessit, vel (vt quidam volunt) vendidit, & vocatus est Gregorius 6. De hoc facto Ortho Frisingensis refert, quòd tribus pontificibus diuissimè urbem occupantibus, quidam presbyter Gratianus zelo pietatis præfatos viros adiit, eisque à sede sancta cedere pecunia persuasit. ob hæc ciues Romani præfatum presbyterum in pontificem elegerunt, tanquam urbis liberatorem. Quod audiens rex Henricus, prociuctu in Italiam mouet. Gratianus regi apud Sutrium occurrit, & diadema preciosum obtulit. quem rex primò honorificè suscepit, postmodum collecto episcoporum conuentu, à pontificatu pro nota Simoniam cedere persuasit. Hunc Gratianum Alpes transcendentem, secutum fuisse tradunt Hildebrandum, qui post papa factus est Gregorius septimus, Gratiani amore tectum, & sicut Lucanus ait, *Villicæ causa dijs placuit, sed victa Caroni.* id est, Hildebrando. hæc Ortho. Imperator enim Henricus veniens ad urbem, turbatam rem aduersus est reparare, ac patribus religiosisque viris in vnum conuocatis, non solum qui Romæ erant partiumque Italiae, sed exterarum quoque synodum celebrari fecit, in qua Benedictus nonus, Syluester tertius, & Gregorius sextus fuere condemnati, solum tamen Gregorium relegatum fuisse in Germaniam scriptor Lateranensis refert. Creatus est autè ea in synodo Sugerus Babenbergensis episcopus, cui Clementi secundo nomen fuit inditum, anno Domini 1047. Ab eo Henricus Cæsar, Augusti imperatorisque titulis insignitus, ac ipse & coniunx eius Agnes in sancto Domini natalis die benedictione imperiali sublimati sunt. At Henricus accepta imperij corona à Clemente, Romanos iurare cogit, pontificum electioni nequaquam decetero interfuturos, nisi iussu imperatoris. Alij tradunt, Clementem, Romanos, ne in errores similes inciderent, iureiurando adactos, pontificum electionibus prohibuisse. Acta sunt hæc anno 1047. & quo ad Benedictum, non iniuria. Constat enim, simulacrum eius monstrosum post mortem cuidam apparuisse, interrogatumque quid illa horrida imago præ se ferret, cum antea pontifex fuisset: Quia, inquit, in vita sine lege & ratione vixi, ideo volente Deo & Petro, cuius sedem omnibus probris fœdavi, simulacrum meum plus feritatis quam humanitatis in se habet. iam enim postquam decem annos & quatuor menses sederat, obierat. Syluester verò 3. non diu in pontificatu mansit. nono enim & 40. die, factione suorum Benedictus restituitur: eoque pontificatus peruenerat, vt qui plus largitione & ambitione valeret, is dignitatis gradum, bonis oppressis, obtineret: quem morem vti non retinuissem nostra tempora. Gregorius 6. qui sedit annos duos, menses 7. pontificatum (vt diximus) à Benedicto 9. accepit. Gilbertus tamen historiarum scriptor, affirmat Gregorium benè de Ecclesia Dei meritum esse, cum Sedis Apost. dignitatem negligentia priorum pontificum labefactam, sua autoritate & animi magnitudine breui restituerit. nam & ditionem Ecclesie recuperauit, & latrones circa urbem positos (quorum sanctia peregrini ad urbem religionis causa accedentes necabantur) è medio sustulit, prius execrationibus & interdictionibus admonitos, deinde vi & armis domitos. hanc ob rem ferunt eum vulgò homicidam, simoniacum, & sanguinis humani appetentissimum habitum, idque à cardinalibus quibusdam pradicari solitum. Mortum itaque Gregorium, cardinalibus dixisse ferunt: Vt scire possitis, vbi mortuus fuero, rectè an perperam fecero, corpus meum ante fores Ecclesie sistite vectibus obseratas: si diuino nutu patuerint, censetote me dignum Christiana sepultura: sin secus, corpus meum vnà cum anima damnatum, quòd volueritis eijcite. Fecere mandata cardinales, atque ira portæ, coorto graui vento, aperta sunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ sanctitatis introlatam est. Interim imperator, accepta à Clemente 2. benedictione, Capuam proficiscitur; urbemque nouo præsidio aduersus frequentes Saracenorum manus firmat. & paulò post Germania repetita est. In reditu ferunt uxorem apud Rauennates filiam pepensisse, nec quierus ei fuit in Germaniam reditus. statim enim aduersus Frisios exercitum duxit, vrbes aliquot cepit. ANNO 1048. mortuo Clementi successit Boppo

Gotfr. Trifij
rebellio.

Clementis 2
papa.

Henricus 2.
coronatus

Gregori 6

Henricus
schismati
incedit.

Bauarus, qui Damasus secundus dicitur. Sunt qui vi occupatam existiment sedem, cum non ignobiles authores ferant Bopponem Brixensem episcopum legatis Ro. designatū ab imperatore pontificem. 23. pontificatus die interijt. Successit Leo 9. nam anno 1049. cum Ro. legatos ad imperatorem misissent oratum, vt optimum pontificem sibi daret, is statim Brunonem episcopum Tullensem, virum bonum & simplicis ingenij, legatis & Ecclesie Romanæ obtulit. Cui quidem Romam pontificio habitu petenti, abbas Cluniacensis & Hildebrandus monachus Soana oriundus, obuiam facti, persuasere, vt deposito pontificali ornato, Romam priuatus ingrederetur, quòd dicerent Henricum nullam creandi pontificis potestatem habere, sed ad clerum populūque Romanū id pertinere. Motus his Leo, cum & celestem vocem audisset, Ego cogito pacis cogitationes, & non afflictionis: priuatus in urbem ingreditur, seipsum accusans quòd maluit imperatori quàm Deo obtemperare. Ideo Romanus clericus, suadente Hildebrando, eundem Brunonem, papam eligit Romanum. Feccerant enim vitia quorundam pontificū, vt scripsimus, vt merito ipsi clerico sublata potestas videretur Dei iudicio, quo in melius eorum mentes, flagitijs contaminatæ, aliquando corrigerentur. Hunc Leonem ex comitibus de Egghheim in Alsatiæ partibus natum, atque Adalberti comitis de Ratu auunculum fuisse, annales verissimi tradunt. Leo 9. Hildebrandum ipsum statim sanctæ Ro. Ecclesie diaconum cardinalē creat, eidemque S. Pauli Ecclesiam gubernandam committit, vt quasi consors pontificij muneris secum videretur, cum alter Petri, alter Pauli templum tueretur & regeret. Sedit autem Leo annis quinque, mensibus duobus. ANNO 1049. Henricus imperator quasdā Galliarum partes inuasit contra Gotfridum Lotharingum & Balduinū duces, quibus ad ditionem coactis, & regno his in partibus pacificato, victor cum honore reuertitur.

In hac generatione anno Domini 1038. mortuus est S. Stephanus Hungarorū rex, & in eius locum * Gisela eius relicta, Petrum nepotē promoueri curauit, filiū sororis S. Stephani. Factus autem rex, præsidia Teutonicis & Latinis custodienda tradidit, lasciuus quoque cum mulieribus fuit, & Hungaros malè tractauit. Ideo anno eius tertio, principes Hungariæ Ecclesiastici ac seculares elegerunt sibi quendam comitē, nomine Abam, sororiū S. Stephani regis, qui cōgregato exercitu, Petrum, vt pote ab Hungaris derelictū, facile à regno exturbauit. Quo facto, Budam quendā ita dictam, in centorem omnium malorum Hungari in frustra conciderunt, duosque ipsius filios excauerunt. Petrus interim ad regem Henricū Ro. principem confugit. & quoniam rex Aba timebat, ne imperator eū restitueret, scripsit Henrico prout actū fuit, super quo imperator ei displicita respondit. Ex quibus rex Aba motus, contractis copijs, inuasit Auriā & Bauariā, vastando ac cædendo quidquid obuiam habuit. Tandem cum præda & innumerabili captiuorum multitudine in Hungariā redijt. Eo tempore imperator Colonia conuētum habens, hanc iniuriam principibus exposuit, qua gratia conclusum est, vt contra Hungaros se vindicaret. Vnde breui expeditionem ingentē congregans, ad fines Hungarorum peruenit. Occurrentes legati Hungarorum, promiserunt Cæsari, quòd Hungari in omnibus starent ad mandatum eius, excepto quòd Petrum in regem non reciperent. Quod etsi non placuisset Cæsari, quia tamen contra insultu Gotfridi ducis Lotharingie exortos ire mox statuit, acceptis muneribus, & promissione de captiuis restituendis, contentum se dixit. Sequenti verò anno redijt imperator ad terminos Hungariæ, & quia Aba rex insolenter agere cœpit, crudeliterque sequere in Hūgaros, propter quod conspiratū est à quibusdā in regem. Hoc vt innotuit ei, Quadragesimā Canadini celebrans, in quo tempore circiter quinquaginta viros nobiles consilij causa accitos, obruncari fecit, nec contritos neque confessos, vnde B. Gerardus Canadensis episcopus regem corripuit, & sibi periculū imminere prædixit. paulò post occisorū fautores Cæsarē aduertit, ac discordias in regno contra regem suscitatas exponunt, ad quod imperator cōcitato cursu inuadit Hūgariam. occurrit autem ei Aba rex cum magna pugnatorū multitudine, & fertur quòd congressione facta, turbo vehemens subortus, puluerem obtutibus Hungarorum ingesserit, quos iam pridem, quia Petrum regē suū dehonesterant, Papa anathemate damnauit. vnde pugna facta, Cæsar victor euasit. Aba verò rex elapsus, in villa quadā ab Hungaris quos offenderat, iugulatur, vel (vt alij dicunt) captus à Petro decollatur. Veniunt quoque ad Cæsarem Hungari veniā implorantes, quibus benignè susceptis, postulata concessit, deinde in Alba regali Petrum in throno regio restituit, cumque Hungaris recōciliauit anno 1045. Interea Andreas, Bela & Leuenta, qui fugerant in Bohemiam,

Bua, Visca
& Buchna
conatus.Vacha da-
moni se de-
dit.

Num. 16.

S. Gerardi
cum alijs
martyrium.Andreas
rex Hung.Henricus
Hungariam
inuadit.Synodus
Mogunt.Imp. cum
Leone Pan-
noniã adit.

miam, vt præcedenti generatione dictum est, tranſierant in Poloniam, vbi dum Bela pro duce ſingulare certamen peregit, dux Polonorum ei filiam tradidit, & in dotem Pomerianos dedit: reliqui verò duo, Andreas & Leuenta, ad Comanos ſe tranſtulerunt. Petro regnante, quidam proceres Hungariã, Andream, Belam, & Leuentam, qui de progenie S. Stephani erant, ad regnum inuitabant, inter quos præcipui erant tres, Viſca, Bua & Buchna. Hoc intellecto, rex Petrus fecit eos ſuſpendi, & quosdam illis adhærètes exoculari. ad hæc Hungaros multis afflixit anguſtijs de prodicione ſuſpectos. eapropter regni proceres cõueniunt in Canad. conſilioque inuito, in Ruſſiam ad Andream & Leuentam ſolennes mittunt nuncios, inuitantes eos ad regnum, promittentes ſub ſacramento iuriſiurandi, Hungariam ſub dominio eorum futuram. Ad hæc promiſſa Andreas & Leuenta ſe prociungunt, & cum veniſſent ad nouum caſtrum, vniuerſi Hungari cateruatim ad eos fluunt, petèntes inprimis ab eiſdem Andrea & fratre, quòd permitterent vniuerſum populum ritu paganorum viuere, epiſcopos & clericos occidere, Chriſtianismũ abijcere & idola colere. quod & factũ eſt. Vnde primus inter Hungaros nomine Vacha, de caſtro Belos, dedicauit ſe dæmoni- bus, radens caput, & cincinnos dimittens per tres partes ritu paganorum. Eius au- tem filius congregauit multos magos & pythoniſſas, quorum incantationibus val- de gratus factus eſt. Inuenitur de hoc ſcriptum apud Hungaros, quòd ab antiquo prohibitum erat Chriſtianis vxores ducere de genere Vacha & Iani, quia ſicut Da- than & Abiron ſeditionem fecerunt in veteri lege, ſic & iſti in noua. Tunc duce Va- cha, populi libauerunt ſe dæmonijs, fidei zelatores occidentes, plures deſtruxerunt eccleſias, vniuerſos Teutonicos & Latinos qui in officijs fuerant, crudeliter necaue- runt. Exiuit enim edictum ab Andrea, quòd epiſcopi cum clero interficerentur. In- ter hæc Andreas & Leuenta maximis copijs Hungariam tranſcurrunt, & dum appro- pinquarent ad portum, vulgo *Beſch* dictum, Gerardus, Biſtritus, Buldus & Benetha epiſcopi, & Zehung comes de ciuitate Alba, obuiam illis egreſſi: veniuntque in ec- cleſiam Giod, in qua Gerardus epiſcopus ſacerdotalibus indutus, exhortationem fecit, dicens: Fratres coeſcopi, & omnes in præſentiarũ fideles, hodie cum corona martyrij ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ibimus. hæc enim nocte vidi Do- minum noſtrum Ieſum Chriſtum nos corporis & ſanguinis ſui ſacramento commu- nicantem. Confeſſione igitur alterutrum facta, ac Miſſa finita, verſus portum *Beſch* procedunt, mox diabolici homines irruentes, Gerardum lancea tranſigunt, & ſuper lapidem cerebrum eius conterunt. erat enim Canadinenſis epiſcopus. Buldus quo- que epiſcopus lapidatur, Biſtritus epiſcopus vulneratur, ac die tertio moritur. Andreas ſuperueniens, Benetham epiſcopum ægrè liberauit. Zehung comes in nauem fu- giens, gladio eſt peremptus. Petrus rex benè euaiſſet, ſed in villa Zamir & in eius cu- ria viriliter dimicans, ſuis interemptis, capitur & excæcatur: ductusque in Albam, breui moritur. Porrò dux Andreas à perturbatione hoſtum ſecurus, in Alba regali coronatur anno Domini 1047. quo factò, præcepit Hungaris ſub pœna capitis paga- niſmum abrenunciare, & Chriſtianam fidem reſumere, cœpitque catholicè viuere. At Henricus Imperator maxima claſſe per Danubium deſcendit in Hungariam, & ca- ſtrum Peſcha obſedit, vbi quidam de obſeſſis noctu ſub aqua clàm veniens, omnes naues Cæſaris perforauit. mox aqua intràs, vniuerſas dimerſit. ex quo eneruatus Cæ- ſar, reuerſus eſt in patriam. Hæc Hungaricus ſcriptor.

GENERATIO XXXVI.

A NNO Domini 1030. regni Henrici tertij xj. anno verò Leonis papæ primo, in- cepit 36. generatio. Et quia Hungarorum rex Petrus anno 1047. à quodam tyran- no Pannonico captus & cæcatus eſt, cœperunt Hungari iterum rebellare. Habita fuit tum ſynodus Moguntia, cui Leo papa fertur interſuiſſe. qua abſoluta, Henricus impe- rator Pannoniam adiens, diuiſa in duas partes multitudine militũ, vtrinque regionem ipſam occupã intrauit. Verum vt ſolet gens illa, pertinacia magis quàm vi exercitiũ imperatoris vincens, euaiſt. Milites imperatoris vaſtata prouincia, cum imperatore redierũt in Germaniã. ANNO ſequenti, qui fuit 1051. imperator cum Leone pon- tifice res Hungariã per omnem prouinciam cõpoſuit. In reditu Leo Ratiſponæ Dio- nyſij martyris reliquias præſentibus Pariſiorũ legatis, oſtendit, S. Volfgangũ vrbis epi- ſcopum extulit. Inde Bambergam cum imperatore tranſiẽs, priuilegia loci à cancel- lario ſuo Friderico perſpici mãdans, publicè lecta confirmauit. ANNO 1051. Idib. Nonẽb. Henricus quartus natus eſt, anno ſequenti puer ab Archiepiſcopo Hermanno Colonia

Colonia baptizatus eſt. ANNO Domini 1052. Leo papa vnã cũ imperatore Hen- rico natale Domini cum diuino & regio cultu Vormatiã agebat, vbi Miſſarũ ſolennia Apoſtolicus celebrabat. Poſt hæc Apoſtolicus Romam redit, multis eum diuerſa- rum prouinciarũ militibus imperiali præcepto & amicitie cauſa comitantibus. Inter- rim verò Drogone Nortmannorum comite in Apulia mortuo, Giſulphus frater eius Giſulphus Nort. Apa- liã occupat. eccleſiã antè non fuerat. nam cùm Henricus ſecundus in honorẽ beati Georgij tem- plium Babenbergæ cuperet in cathedralem erigi, annuente Benedicto 8. quotannis cenſus nomine daturam eccleſiam ipſam Ro. pontifici centum argenti marcas cum equo albo atque phalerato conſtituit. At Leo dono Beneuentũ ab imperatore ac- ciens, Babenbergem tributum remiſit. Hanc ob rem Leo ſuo iure & copijs impera- toris fretus, in Giſulphũ duxit. Verum agmine in compoſito nimirum ab eo ſuperatur Leonis pa- pæ cladis. & capitur, nec ita multò poſt in columis cum magno comitatu remittitur. Quauis autè Leo pio animo hoc bellũ egiſſet, quia tamẽ hoc non fuit ſui officij, vt armata ma- nu perſonaliter ad bellũ procederet, quũ primo paſtori Petro dictũ ſit, Mitte gladium Iohan. 18. in vaginam: ideo, vt ſcribit Iohan. de Colum. diſpenſante Domino, exercitus eius in cõſpectu ſuo caſus eſt. Robertus quoque, Guifcardi circa hæc tempora è Gallia in Italiã magno cum exercitu ſtipatus intrauit, fugatiſque Græcis & Aphris, Apuliam oc- cupauit, ac ſtatuum circa caput æneum circulũ habentem, his literis notarum repe- riſſe, Kalen. Maij oriente ſole aureum caput habebo. vnde Saracenus quidam magicè obſeruatiõnis peritus, à Roberto Guifcardi captus, notato termino vmbra ipſius ſta- tuæ Kalen. Maij oriente ſole, effoſſo loco theſaurũ inuenit, quo ſe à Roberti manibus liberauit. Hic Leo cum Henrico imperatore, vt ſuprà dictũ eſt, & centum ac trigin- ta epiſcopis in Moguntia concilium celebrauit, ſtatues ne clerici canes vel aues in ve- natione ſequerentur: item vt negocia ſecularia clerici non tractent: item vt nullus fiat monachus, niſi cõſtitutus in legitima ætate & ſpontanea voluntate. item dedit vſum pallij epiſcopo Babenbergenſi, quo ter in anno vti poteſt, in die ſancto paſche, in feſto apoſtolorum Petri & Pauli, in die ſancti Georgij martyris. Leo iſte vir fuit pietate, in- nocentia, benignitate, gratia, hoſpitalitate ad eò inſignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus ſemper pateret. Nã cùm ſemel ante fores ſuas leproſum inueniſſet, eum- que præ miſericordia collocari in lecto ſuo mandaſſet, apertis manè à ianitore foribus, nuſquam pauper inuentus eſt. Chriſtũ pauperis nomine eo loci recubiſſe creditum. Deinde anno Domini 1054. glorioſè vitam finiuit xj. Kalen. Maij, Romæ in eccleſia ſancti Petri ſepultus, miraculis claruit multis. ANNO Domini 1055. Viſtor 2. Geb- hardus antè vocatus, Alemanus Eichſtetenſis epiſcopus, pontificatum poſt Leonem Viſtor ſecũ- dus papa. eſt adeptus. ſedit annis duobus, menſibus tribus. Hic timore imperatoris papa effici- tur, & ab eo glorioſè ſuſcipitur. Propter negocia enim eccleſiã in Alemaniã profe- ctus eſt. Blondus atque Platina ſolum Hildebrandũ ſubdiaconum eò profectum aiunt, opportuneque accidiſſe ferunt, quòd Henricus graui quo obiit, morbo tunc implici- tus, Henricum filium octennem, Hildebrandi autoritate fretus, Romanorum regem ac Cæſarem dixerit. quod idem Hildebrandus poſtea pontifex factus, in epiſtola ad Ru- dolphũ Sueuiã ducem, indicat in hæc verba: Vnde nobilitatem tuam ſcire volumus, quia non ſolum circa regem Henricum, cui debitor ſumus ex eo, quòd ipſum in re- gem elegimus, & pater eius laudandæ memoriæ, Henricus imperator, inter omnes Ita- licos in curia ſua ſpeciali honore me tractauit. Viſtor magnam ſynodum, annuente imperatore, Florentiã habuit, in qua quidem multos epiſcopos tum ſimonia, tum fornicationis cauſa epiſcopatu priuauit. clerum quoque admonuit, quod maximè ad ſe pertinere, propoſita pœna his qui leges canonicas tranſgredierentur. Viſtor iſte aliquãdo celebrã, calicem leuare non potuit: qua gratia rogat populũ, vt pro ſe ora- rent, & hoc in canone. Tunc ſubdiaconus à dæmonio vexatus, publicè fatebatur, ve- nenum ſe in calicem miſiſſe. ideo papa Miſſam celebrans, perpetuò claudit calicem in altari, quanquam Palmerius aliter, ſed minùs benè. Eo tempore in Anglia regnauit S. Eduardus Eduardus, vir manſuetus & lenis: fouebat eius ſimplicitatem Deus apud homines, vt tumeri poſſet, qui neſciret irarſci. Hic rex ſpiritu propheticè & miraculis claruit, vt refert Vincen. & Iohan. de Columna. Nam die S. paſchæ ſedens ad menſam, & cælum in- tuẽs, effuſus eſt in riſum. Interroganti de ſuper cuidam aulico familiari reſpondit: Se- ptem dormientes in monte Cælio requieſcunt, & iam per annos plus ſeptingentos in dextro latere iacètes, tunc in ipſa hora riſus in ſiniſtrum ſe vertent: futurumque ait,

vt lxxiij. annis ita iaceant. dirum nimirum mortalibus omen. nam in istis lxxiij. annis omnia ventura sunt, quæ Dominus circa finem mundi prædixit, scilicet gens contra gentem surget, regnum aduersus regnum, pestilentia & fames, terroresque de caelo. His auditis, comes Arnoldus qui quæsierat, militem Constantinopolim misit ad imperatorem sciscitandæ veritatis causâ, quem ille benignè habitum, ad episcopum Ephesinum destinavit, adiunctis sibi familiaribus. ibi inquisitione facta, ut rex prædixerat inuenerunt. præterea paulò post (ut dicitur) Agareni, Arabes & Turcæ Syriam, Ciliciam * Siciliam & minorè Asiam & maioris Asiæ vrbes, inter quas Ephesum & Hierosolymam, depopulati sunt. Ad Henricum redeo, cuius regni anno vltimo multi diuersarum prouinciarum principes obierunt, Guelfo dux Carinthiorum, Guilielmus marchio occiditur, Cuno dux Noricorum in exilium mittitur, Gotfridus dux Lotharingæ ad deditiōnem venit, fames multas regiones afflixit, egestas & penuria vndique inualuit, multaque mala accidere. pro his rebus imperator cõpunctus, infirmari cõcepit, & perductus ad mortem, sapienti vsus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petijt, quibusdam prædia ablata restituens, cunctis qui contra eum & regnũ culpæ damnabiles fecerunt, relaxans: filium suum Henricum, Ro. pontificis cunctorumque principum regni electione, regem constituit. His & alijs, prout vitæ possibilitas admisit, benè dispositis, Nonis Octobris hanc vitam in Deo finiuit. Præterea tum erant, quasi ad officium tanti funeris Ro. pontifex, Aquilegensis patriarcha, patruus episcopus Ratiponensis, & innumerabiles alij diuersarum dignitatum viri, ius sepulcri ac mortem defuncti imperatoris laudabiliter peragentes, atque regio more Spiræ hunc sepelientes anno Domini 1056. Fuit autem Henricus iste 3. natura iucundus, hominibus affabilis, omnibus humilis, hostibus terribilis, pauperibus pius & largus. Hic cum semel festum Pentecostes apud Moguntiam celebraret, diabolo suadente, inter famulos archiepiscopi & famulos abbatis Fuldenis contentione suborta de locatione, post verba deuentum est ad verbera, ex quo ecclesie pavimentum cruore repletur. sed episcopi & alijs conuolantibus, pax inter dissidentes reformata est, templum purgatum, atque cum multa deuotione Missa celebrata est, & cum ad illud versus Sequentiæ ventum est, Hunc diem gloriosum fecisti, vox ab aere lapsa est, dicens: Hunc diem bellicosum ego feci. Quo audito, regentibus omnibus, imperator diligenter intendens lætitiã diaboli: Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor & incensor, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti: sed nos per Dei gratiam, qui illum gloriosum fecit, pauperibus & indigentibus gratiosum faciemus. & mox reincepta Sequentia, solenni ploratu gratiam Dei inuocabant, completaque, cum deuotione Missa, omnibus pauperibus per præconem vocatis, omnia preciosa cibaria quæ sibi & curialibus præparata erant, in vsus illorum consumpsit: ipseque pius imperator cum cæteris prælatis ac ministris, proprijs manibus illis seruiuit. Idem imperator cum adhuc esset puer, viuentem patre suo Cunrado, à quodam clerico fistulam argenteam dono accepit, cum qua ludentes solent alter in alterum aquam iaculari. qua recepta, ait: Cum ero imperator, episcopatum tibi dabo. Imperator factus, petenti promissum impigre dabat: sed non multò post graui morbo correptus, tribus diebus semianimis iacuit. Quapropter episcopi indicto triduo ieiunio pro vita eius supplicant. Postquam verò de infirmitate conualuit, vocatum episcopum consilio omnium episcoporum per sententiam deposuit, confessusque est, toto illo triduo demones sibi infestos vidisse, in se flammam ignis per fistulam iaculantes, superuenisse autem iuuenem semivivum latere, calicem autem aureum ferentem immensi ponderis aqua frigidissima plenum, cuius adspersione illatos ardores euaserit. hic erat B. Laurentius, cuius ecclesiam reparauit imperator, & præter alia munera calice aureo honorauerat. Hic Henricus habebat quandam clericum satis literatum & bonæ vocis, sed vilem meretriculam amantem ardentibus, cum qua nocte quadam solenni, voluptatis causa dormiuit. manè ad Missam imperatoris adstabat. imperator hoc sciens, mandat ut se ad legendum euangelium præpararet. erat enim diaconus. Renuit ille, ut malè sibi conscius. vrget imperator, ut probaret eius constantiam. ad extremum parere renuentem, mada à patria exulare. quam sententiã amplexatus, continuo recessit. mittitur post eum, qui iam compilatis omnibus, sarcinulis quoque compositis, iter arripuerat. violenter ergo retractus, coram imperatore sistitur, & subridens ait: Probè fecisti, & ego gratulor probitati tuæ, quòd rem Dei pluris penderis, quam patriã: plus iram Dei, quam meã: quapropter habeto episcopatum qui primus in imperio vacauerit. tantum indecenti amoris renuncies.

Hunc

Hunc etiam Henricum ferunt, quòd aliquando cum hostes fugeret, cerua quædam quasi domesticum animal suis euectum humeris, vltra inuadabilem fluuium transfugerit. Eo tempore corpus Pallantis Euãdri filij, Romæ integrum in quodã sepulcro repertum est, ad cuius caput lucerna ardens inuenta. Erat Epitaphium huiusmodi:

*Filius Euandri Pallas, quem lancea Turri
Militis occidit, more suo iacet hic.*

quos versus quis condiderit, ignoratur. Erat cadaveri vulnus in medio pectore, latius quam credi queat. Cæterum corpus miræ vastitatis in sillicidia proiectum, communem mortalium labem sensit. Hoc tempore cum Capua à Saracenis obsideretur, trepidarentque omnes finitimæ ciuitates, Robertus Guiscardi sumptis armis, fugatis Saracenis, & Campanos obsidione & finitimos omni formidine vno impetu liberat. Deinde Græcos magno prælio superatos, è Calabria omnino expulit, relictis tantummodo Græcis sacerdotibus, qui vsq; ad nostram ætatem linguam seruant & mores. ad eum enim Constantinopolitanum imperium iam erat imminutum à Saracenis, ut ægrè Thraciam, Galatiam, Pontum, Thessaliam, Macedoniam, Achaiam obtinerent, è quibus prouincijs nunc Turcæ, nunc Saraceni quotidie aliquid subtrahebant. Eo quoque tempore Hermannus Contractus, fuit nobilissimi comitis de Weringen filius, qui tantum multaque vtilia compilauit, & chronicam no. test. item sequentiam, Aue præclara, antiph. O gloriosum lumen, historiam de annunciatione Mariæ virginis, & Mariæ Magdalene composuit. fertur, cum esset durissimi ingenij, optionem orando obtinuisse duorum, sanitatis videlicet & mundanæ prosperitatis, aut scientiarum plenitudinis & totius corporis, præter linguam, contractionis, quem hoc vltimum elegisse referunt.

ANNO Domini 1057. Henrico 3. defuncto, filius eius Henricus admodum puer succedens, regnare cõcepit. fuit autem hic Henricus ore facundus, ingenio acer, eleemosynis largus, in re militari fortunatissimus. nam sexagesies collatis signis dimicauit, & licet malorum ductus consilio, fuerit sanctæ Rom. ecclesie persecutor, tamen longo tempore princeps gloriosus extitit. circa finem verò imperij sui, iusto Dei iudicio, ut aliqui volunt, ob recompensationem persecutionum quas clero intulerat, multas ipse non solum à principibus imperij, verum etiã à proprio filio calamitates pertulit. regnauit annos circiter 50. Hic Henricus post mortem patris sui, consilio genitricis suæ Agnetis dirigebatur. erat enim mulier prudentissima & Deum timens. Quare cum ipse matris obtemperauit monitis, magna pace imperium gubernauit. sed postmodum consilio prauorum deceptus, à matre est omnino alienatus, ac per se cõcepit imperij negocia tractare: quæ quidẽ filij à matre discessio, maximæ discordiæ seminarium fuit. Eodem anno 1057. Victor 2. moritur, in cuius locum Fridericus frater ducis Lotharingæ, abbas Cassinensis in Stephanum 9. pontifex est creatus, sedit menses x. per cuius tempora Mediolanensis ecclesia, quæ per 200. ferè annos à subiectione Ro. ecclesie se subtraxerat, redijt, & eam primam cognouit. Is pontifex omnem ferè Italiam atque Burgundiam labe simoniaca inquinatam intelligens, Hildebrandum archidiaconum ipsis purgandis atque reformandis prouincijs legatum misit, qui eo munere sicut cæteris diligenter atque feliciter vsus, Romam veniens, pontificem Stephanum graui offendit valetudine laborantem, ex qua cum pontifex moriturum se crederet, cardinales, episcopos, & cuiuslibet ordinis clericos ad se conuocatos, sacramento adigit, ne quispiam nisi cõmuni consensu patrum ad Ap. sedem ascenderet. cõualuit tamen eo ex morbo, Florentiamque abiit, & concilium conuocauit, sed 8. deinde mense defunctus est.

ANNO primo Henrici 4. Agnes mater ipsius ducatum Boioariæ suscepit. inuenio quippe, quòd vltimo anno Henrici 3. Cunradus filius ipsius dux Bauariæ obiit, & ducatum eius imperator imperatrici dedit, priuato iure quoad veller possidendum. Cuno apud Hungaros in exilio obiit. Eodem anno Otho de Schwynsfurt, qui ducatum Sueuorum post mortem Othonis ducis occupauerat, moritur: ducatum eius Rudolphus de Hynsfelben obtinuit, quod magnum fuit discordiarum seminarium: nam eundem ducatum viuentem adhuc Othone, Henricus imperator Bertoldo comiti de Zæringen, qui postea Carinthiorum ducatum suscepit, promiserat, eique annulum suum velut huius rei recognitionem dedit, quem ille diligenter obseruans, post amorum obitum imperatrici imperium tunc disponenti obtulit, ducatumque sibi dari petijt. sed prædictus Rudolphus mox post imperatoris obitum filiam eius vxorẽ duxit, & ducatum dotis nomine accepit. Quod animũ quidẽ Bertoldi non parum cõmouit, pro qua re ducatus ei Carinthiorum cõmittebatur, quem postea imperator Henricus eius rogatu

Matth. 24.

* Ciliciam

Henrici 3. Cessauerit.

Henrici mores.

Miraculum horridum.

Conferendarum dignitatum exemplum.

Saraceni à Roberto Nox, pulsi.

Hermannus Contractus monachus.

Henricus 4. Imp. 90.

Stephanus 9. papa.

Bauariam Agnes Imper. mater accepit.

gatu Bertoldo filio ipsius contulit. sed paulò pòst idem imperator ducatum eundem Luirpoldo consanguineo suo dedit, sic patrem & natum parupendens: vnde quasi renouata iniuria, Bertoldus quærebat quomodo se de vtroque, & rege & Rudolpho, vindicaret. Conspirant ergo duces, Otho in Saxonia, Bertoldus in Sueuia. fiunt motus, quibus odia ac inuidiæ aduersus regem suscitantur, omniaque miscentur in peius.

Stephano itaque defuncto anno Domini 1058. Ro. potentiores oppida & castella vrbis possidentes, quos tunc capitaneos appellabant, pontificem ex factione sua creare constituerunt. tum vnus Gregorius de Tusculano ex gente patricia Romanus, Mintrium Velitrensem episcopum, inuitis ac reclamantibus cardinalibus & clericis, qui Romæ tunc erant, in pontificem Romanum haberi obtinuit, quem Benedictum appellabant. At Hildebrandus archidiaconus, cardinales & episcopi alij, cum canonicam electionem Romæ nequirent facere, Senas acceperunt, vbi Gerardus Florentinus episcopus in Nicolaum pontificem Rom. electus fuit. Rediens igitur cum hoc Gerardo Romanam Hildebrandus, in omnes acerbissimè inuectus est, & maximè in eos qui fidè derant, se eius aduentum expectaturos. At verò cum de hac re magna contentio esset, probarentque nonnulli Benedictum ipsum, vt virum optimum & sapientissimum, contrà autem eam electionem plerique magnis clamoribus improbarent, vtpote minus canonicè factam, tandem plurimorum consensu, Hildebrando instante, Gerardus vir tanto magistratu dignus, eiectò Benedicto, pontifex creatur seu retinetur. erat enim Senis electus. sedit igitur Benedictus menses nouem, sed eiicitur.

ANNO Domini 1059. Nicolaus secundus natione Allobrogus, Gerardus autè vocatus, episcopus Florentinus, pontifex maximus decernitur. sedit annos 3. menses 6. Hic statim inito pontificatu Sutrium concessit, ibique anno Domini 1059. concilio habito, cui non solum multi episcopi, sed & Italiæ proceres interfuere, Benedictum abdicare se pontificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatum ire. deinde verò Romam proficiscens, secundo apud Lateranum concilio habito, legem tulit de electione pontificum, vt habetur 23. dist. In nomine Domini. In eodem quoque concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegauensis ecclesiæ ferunt, qui arbitrabatur in sacramento eucharistiæ & calicis non esse verum Christi corpus & integrum sanguinem, nisi vt in signo & figura mysteriove, quem quidem errorem, instate & urgente Nicolao & Alberico diacono viro doctissimo, publicè professus est, affirmans illud esse verum corpus Christi integrumque sanguinem. erat ille error etiam nuper à Leone 9. damnatus, sed non satis emendatus. In illis diebus Agnes Henrici 3. relicta, Henrici 4. regis adolescentis mater, regni curam administrationemque tenebat, quæ mulier etsi bonæ mentis erat, imprudentia tamen quadà seducta, Gilbertum Parmensem clericum ex nobili prosapia oriundum, regni Italici administratorem cancellariumque instituerat. Erat tum Godfredus Mechtildis comitissæ maritus, vir sanè potēs:

mater verò Mechtildis, Beatrix vocata, soror extitit Hærici 2. quæ Beatrix nupta quondam fuit Bonifacio nobili & ditissimo viro, Luca vrbe Hetrusca oriundo, nunc vidua gloriosissima. Vnde mortuo Bonifacio, omnis potentia ad Beatricem primò peruenit, postea ad Mechtildim & Godfredum virum. Parebant enim eis Luca & Parma & Rhegium Lepidi, & Mantua, & ea pars Hetrurix, quam nunc patrimonium sancti Petri vocamus, & in Italia tum ij florebant opibus. Quum Nicolaus Romæ in concilio res ecclesiæ ageret, Godfredus Nortmannus, qui Drugoni fratri in Apuliæ Calabriaeque comitatu successerat, moriens, Bagelardum filium comitatus hæredem instituit. Verum Robertus Nortmannus Guiscardi frater, vt quidam volunt, hoc ægrè ferens, pulso nepote, Apuliam & Calabriam occupat, adiecta Troia, quæ pontificibus Ro. parere consueuerat. Hanc autem ob rem indignatus pontifex, Robertum exécratus est. at Robertus oratores ad Nicolaum misit, rogans vt ad res Apuliæ ac Calabriae componendas paterno ductus amore accederet. Pontifex cum capitaneum terræ Romanæ superbia atque perfidia anxium teneret, sese cum oratoribus in Apuliam contulit, facileque composita pace, pontifex Robertum ab excommunicatione absolutum, Calabriæ & Apuliæ ducem declarans, illi per conscripta & iureiurando confirmata fœdera adstrinxit, vt quicquid de terra ecclesiæ teneret, & in primis Beneuentum, reddere velit. Guiscardus autè sese Ro. ecclesiæ vasallum Romano pontifici constituens, quæcunque peterentur præsidia mittere, ac quando opus videretur, cum omnibus copijs auxilium ferre spopodit. His fœderibus occultè, ne Romani capitanei id rescirent, conscriptis, vallatus Roberti magno exercitu, redijt Romam pontifex: Prænestinos, Tuscu-

Germaniæ
motus.

Benedictus
x. papa.

Nicolaus 2.
papa.

Berengarij
error.

Italiæ magi-
stratus.

Calabria &
Apulia pon-
tifici subij-
ciuntur.

Tusculanos & Nomentanos rebelles primùm, & pòst anne Tiberi transmissis, Gale-ram & comitis Gerardi castella vsque ad Sutrium, populari ac vastari iussit: nec prius à vastatione Nortmanni cessauerunt, quàm capitanei vbique edomiti, veram pontifici obedientiam præstarent, ditionemque Romanam tutiorem redderent. ANNO Domini 1047. in regem Hungarorum Andreas coronatus est. præcepit tunc genti suæ sub pœna capitali, vt relicto paganismo, ad fidem catholicam redirent, cœpitque ipse catholicè in omnibus viuere, & vocauit fratrem Belam ex Polonia, diuisit regnum in tres partes, duas pro regno retinuit, tertiam Belæ duci assignauit. Tunc Henricus im- perator exercitum in Hungariam duxit, rex autem cum duce Bela segetes per loca vbi iturus erat imperator, vastauit, ita quòd penuria affectus & strage suorum exutus, pacis mentionem fecit, & vix obtinuit. Vnde filiam suam Sophiam, prius regi Francorum desponsatam, Salomoni filio regis Andree pro pacificandis Hungaris despondit. breuique pòst eandem in Hungariam misit, vbi nuptijs celebratis rex Andreas Salomonem filium in regem coronari & inungi fecit. ex quo in regno maxima turbatio exorta fuit. nam Bela frater regis, cum filijs suis Gaisa & Ladislao regnum affectabat, dicentes sibi debitum ex fœdere & promisso. Bela itaque dux auxilio fœderi sui ducis Poloniæ mo-

nuit bellum regi Andree, cui imperator copias auxiliares misit: commissaque pugna inter eos, dux Bela tandem post aliqua incommoda victor euasit, omnibus ferè Teutonicis captis vel occisis. Rex autem Andreas in sylua Bocten mortuus inuentus, sepelitur in monasterio sancti Aniani confessoris, quod antea construxerat. sed & dux Bohemiæ captus, exoculatus est. Bela dux victoria tâta potitus, in ciuitatem Albam veniens, regali diademate coronatus est. Salomon verò apud imperatorem degebat fœderum suum quasi profugus. Paulò pòst rex Bela vocauit ad certum diem de singulis locis regni duos viros electos ordinandi regni gratia. Ad proclamatos in Albam regalem die dicta venit non vocata plebis rusticanæ multitudo maxima, dicebantque regi: Concede nobis ritu patrum nostrorum in paganismo viuere, episcopos & presbyteros exterminare, decimatores suspendere, ecclesias vastare. Stupet rex, & petiuit inducias trium dierum. veniunt tertia die plebium primores, responsum præstolantes: tum milites armati ex præcepto regis irruunt super præpositos & capitaneos, primùm illos ab alto præcipitantes, deinde inuadentes plebem, & multis cæsis intantum humiliauerunt, vt libera voce paganismo renunciarent. Anno 3. regni sui Bela, corrumpente regali folio in deuios contractus, ægrotare cœpit, & 3. die à seculo migravit. Salomon rex audiens mortem Belæ, auxilio fœderi Henrici 4. in Hunga-

riam redijt, & fugatus à Belæ filijs, cum imperatore in Albam regalem venit, ibique concionatus est imperator ad coetum Hungarorum vniuersum, pacem iurifurandi interposita religione reformando. at recedente imperatore, Gaisa filius Belæ cum exercitu Polonico in Hungariam duxit. sed composita est pax, & Gaisa ducatum quem pater suus prius habuerat, obtinuit, & regem Salomonem manibus suis coronauit. viguit hæc pax annis circiter 13. Transactis annis 13. discordare cœperunt Salomon rex atque Gaisa dux: & dum persequeretur rex Gaisam, dux Gaisa & frater eius Ladislaus auxilia ab amicis contrahunt, regique viriliter resistunt. Tandem paribus copijs mutuo sibi occurrunt, commissoque prælio Salomon succubuit, & Gaisa cæsis ac captis multis de parte Salomonis, victor euasit. ipse tamen rex Salomon vix est elapsus. Porro victores Gaisam in Alba regali compellentibus Hungaris coronant regem, confortatumque est regnum in manu eius, & dedit fratri suo Ladislao ducatum, deinde tractantibus de regno Gaisa & Salomone, moritur Gaisa rex. Mortuo Gaisa, La-

dislaus frater eius in regem coronatus est. erat is vir prudens & iustus, ferturque voluisse regnū restituere Salomoni, dolum tamen eius metuens, ipsum in carcerauit. Tandem relaxatur rex Salomon, & fractus tot aduersis abiit, totumque vitæ spatium in peregrinatione & exilio consummauit. visus est autem semel in Hungaria tempore regis Colomani, sed statim latebras quæsiuit. Dicitur tamen in historia quadam Hungarorum * Pole mortuus, & regnat liberè per totum tempus suum Ladislaus, quem admo-

dum pleniùs dicitur infra. ANNO deinde 1062. Alexander 2. Anshelmus antè vocatus, patria Mediolanus, episcopus Lucensis, mortuo Nicolao, absens pontifex creatur. sedit annis xj. menses 6. Contra hunc electus est ab omnibus Longobardiæ episcopis Cadolus episcopus Parmen. vt dicitur, volente Henrico rege, afferentibus episcopis papam eligi non debere, nisi de paradiso Italiæ. sunt qui dicunt illos ad Agnetem imperatorem matrem venisse conatos suadere, nò licere iaiussu regis quempiam pontificem

Hungariæ
mortus.

Bela rex.

Salomon
Hung. rex.

Gaisa rex.

Ladislaus.

* Pole.

Alexander
2. papa.

rificem designari, inductamque Agnetem assensisse: sed plus credendum videtur, vt Blondus ait, Gregorio 7. asserenti non consensisse Agnetem, sed Henricum filium adolescentem præcipites in scelus Longobardos episcopos impulisse, quod Guilielmus scriptor affirmat fuisse eam matris cum filio discordiam, cuius occasione imperatrix regni administratione sit depulsa. elegerunt itaque Cadolum in antipapam, nec fuere in omni Lombardia aut cætera ad eam pertinente Italia, qui Cadolo obedire recusarent, præter Mechtildin comitissam & Gotfridum, qui Alexandro obediuerunt, & cum ecclesia Ro. benè senserunt. Cum Cadolo nonnulli ciues Ro. conspirauerunt, quorum omnium instigationibus factum est, vt Cadolus locupletissimo Lombardorum exercitu in pratis Neronis bis contra Alexandrum armata manu pugnaret. venerat autem Romam Gotfredus Mechtildis vir præsidio pontifici. primo verò congressu Cadoli partes superiores ac propè victrices fuere. sed cum primum qui prælio intererant Romani, hoc renunciarunt pontifici, educens Gotfredus copias, Longobardos repulit, & multi vtrinque occisi sunt: repulsus tandem cum ignominia Cadolus, Mediolanum se recepit, vixque totum quieuit annum, non capitaneos modò, sed & Romanos ciues etiam Alexandro fauere solitos corrupit, quorum consilio ductus, paruo comitatu clandestinis itineribus noctu magis quam die confectis, Romam se contulit. affuerunt verò capitanei & clam conducti milites, qui Leonina ciuitate furto occupata, Cadolum in B. Petri basilicam deduxerunt. manè cum primum rumor urbem occupauit, correptis repente armis populus accurrit. Quod cum præter spem capitanei & mercenarij milites cernerent, ilico omnes quaquauersum dilapsi, Cadolum destituerunt præsidio. Sed vnicus fuit omnium perditissimus, & cui maiorem pecuniam Cadolus dederat, Cincius præfecti filius, qui per media infestissimorum agmina ciuium euntem Cadolum, in S. Angeli castellum perduxit: tantaque erat Cincij audacia, vt iureiurando promiserit Cadolum tutari. Perstitit autem in pontificis fide, Alexandri scilicet, Romanus populus, adeò vt repagulis castello S. Angeli oppositis, milites ponerentur. Cadolus per annos ferme 2. obsessus fuit. Tandem fractus animo Cincius, territum coegit Cadolum, quòd nullam abeundi spem videret, trecentis argenti libris ab his seredimi qui arcem obsidebant, conscensoque strigossissimo equo, inde solus aufugit. At verò in Alemania Anno Colonienfis archiepiscopus apud Henricum adolescentem Agnetem criminatus, quòd contra maiestatem imperij Christiana resp. nutu mulieris gubernaretur, accepta potestate, Italiam est ingressus: & Gilberto Parmensi, quem regina cancellarium instituerat, deposito, loco eius Vercellensem episcopum subrogauit. Deinde Romam veniens, admissus ad pontificis Alexandri conspectum, cardinalibus & potioribus è clero confidentibus, Anno archiepiscopus huiusmodi orationem fecit: Quo factum est, inquit, modo mi frater Alexander, vt præter seruatos hæcenus mores, præter legem olim Romanis pontificibus præscriptam, pontificatum Romanum à rege & domino meo Henrico iniussus acceperis? Et incipiens à Carolo, multos nominauit, à quibus pontifices vel electi fuere, vel confirmati, aut eorum ab his electio affirmata. Paranti plura dicere, Hildebrandus archidiaconus, coetu cardinalium annuente, respondit: Nullum vnquam ius, nullum imperium Anno archiepiscopo, regibus & imperatoribus Romanis in pontificis Ro. electione fuit, & si quid per vim, si quid perperam actum sit, censura patrum, postea correctum est. Incipiens itaque à superioribus, tam diu immoratus est, quoad usque victus Anno, satis sibi factum esse respondit. institit tamen, vt ob calumniatores apud Mantuam concilium pontifex conuocaret. Consensit in hoc pontifex, accessitque cum cardinalibus, & in concilio omnes episcopi Lombardiæ præter Cadolum interfuere. Tandem approbata est Alexandri electio, omnesque episcopi, deposito odio, illius amici studiosique effecti sunt. imperator etiam ipse non solum in gratiam pontificis redijt, verum etiam precibus ab eo impetrauit, vt & Cadolo veniam petenti ignosceret, & Guibertum tanti mali authorem, Rauennatis ecclesiæ archiepiscopum crearet. primum haud grauatè fecit, secundum inuitus, & non nisi precibus Henrici fatigatus concessit. Occupato in his Alexandro, Robertus Guiscardi Tarentinos subegit, Richardus quoque & Guilielmus nonnulla ecclesiastica ditionis occupant. Hildebrandus autem archidiaconus de Nortmannorum perfidia apud Mantuam certior factus, Gotfredum ducem & vxorem eius Mechtildim aduersus illos suppetias postulauit. ad quorum copiosissimum exercitum territi Richardus & Guilielmus, capta de terris & iurisdictione ecclesiæ reliquerunt. Quo facto, archidiaconus,

Cadolus seditionis author.

Cincij audax facinus

Anno Colonienfis archiepiscopus.

Concilium Mantuanum.

Gotfr. ecclesiæ hostes vicit.

chidiaconus, Gotfredus & Mechtildis Romam cum gloria reuersi sunt. Suprà in narrandis Anglorum rebus, obiter scilicet & transcurso quodam *πᾶσαν τὴν ἰστορίαν προλαμύσαντες*, Cuntone Angliæ regem in Henrici tempora deduxi. Is est qui vniuersam Angliam, Scotiam, Noruegiam, Daciamque obtinuit, pietate magis quam armis tutatus, coenobia quædam condidit. Successerat ei Aroldus filius Nothus, quem legitimus filius Andebuntus perimi iussit, & hunc quidem gula perijisse constat. Vocatus Eduardus Eceldredi filius à Nortmannis, vbi exul agebat, regnum adijt non sine lætis auspicijs. hic sine liberis decedens, Guilielmo Nortmanno auunculo suo regnum reliquit. Atque sic anno salutis 1066. regnum Angliæ translatum est in Nortmannos in persona Guilielmi ducis Nortmanni bastardi, qui fuit filius Roberti, nepos Richardi secundi, pronepos Richardi primi ducis Christiani, de quo supra mentionem fecimus. Occupauerat regnum mox è Vuextofaxonibus Aroldus quidam, qui per annum hoc tenuit. dum Guilielmus regnum armis inuadit, Aroldum prælio superatum interficit, quòd Alfredo cognato suo mortis causa fuisset. Dicitur, nocte quæ pugnam præcessit, Nortmannos vigilijs precibusque vacasse: ac contra, inimicos vino ac cantibus. Traditur præterea, cum procerâ statura, vastisque viribus fuisse, tum venatorem maximum, templorum euerforem, & planè tyrannum egisse. Et ab eo tempore Nortmanni in Angliam vsque in hodiernum diem regnare cœperunt. mortuo Guilielmo postea anno Domini 1098. succedit Guilielmus filius, qui fuit nequâ & scelestus, vt dicemus infra. Cometes eodè tempore diu apparuit insolitæ magnitudinis & vehementer ignitus. Anno Domini 1092. Guilielmus Bastardus ex duce Nortmanniæ rex Anglorum moritur, vt iam dictum est, & regnauit post eum Guilielmus filius eius, qui moritur in venatione, & succedit ei iunior frater suus Henricus. nam Robertus tunc erat in expeditione Hierosolymitana occupatus, qui cum redijisset, mouit fratri bellum, & captus est, ac in Angliam ductus per fratrem, qui eum apertis venis fecit mori in carcere. Anno 1135. Henricus I. rex Angliæ moritur, & succedit ei Stephanus de Boline fororius Henrici. Anno 1154. Stephanus moritur, & succedit ei Henricus filius filie Henrici primi. Famuli huius Henrici occiderunt S. Thomam Cantuariensem. Anno Domini 1189. moritur Henricus 2. & succedit Richardus Carolerius vocatus. is iuit ad terram sanctam, & Philippus rex Franciæ anno sequenti. hic Richardus rediens anno Domini 1193. capitur per ducem Austria, liberauitque se grandi pecunia. Anno Domini 1199. Richardus iste in obsidione cuiusdam castri vulnere accepto moritur, cui succedit frater suus Iohannes dictus sine terra. hic amisit Nortmanniam, quam rex Franciæ Philippus regno suo vniuit. & quia episcopus regni ab ecclesijs expulerat, execrabatur & regnū interdicebatur: vnde amisisset etiam regnum, nisi mox reconciliasset se ecclesiæ. Mortuo Iohanne, succedit Henricus 3. filius, huic successit filius Eduardus anno 1269. Anno 1306. Eduardus dictus 16gis tibijs, moritur, & successit eius filius Eduardus, & secundum quosdam reg. anno 1318. hic Eduardus per literas fecit homagium Philippo regi Franciæ de Valois, anno 1330. sed postea anno 1337. cœptum est maximum bellum propter successionem regni Franciæ, in quo quidè bello captus est Iohannes rex Franciæ, & in Angliam ductus. Anno Domini 1375. Eduardus cum iam regnasset circiter 52. annos, moritur, & successit ei in regno Richardus princeps de Gales Eduardi filius. Deinde anno 1399. Henricus comes de Derby, qui ex Angliam erat bannitus ad tempus, hic rediens, dux Lancastræ ex successione factus, fecit tantum in populo, quòd se regem contra Richardum consanguineum acceptaret. Richardus verò plures ex factione decapitari fecit, nec multo post & ipse quoque, captus & capite truncatus perijt, regnauitque pro eo Henricus prædictus potenter, vocatusque Henricus 4. Anno 1412. Henricus 4. moritur, & filius eius Henricus 5. pro eo coronatur. hic duxit copias non modicas in Franciam, humiliavitque regem Franciæ, vbi sex duces ex regno Franciæ cæsi sunt in vno prælio, & rex quasi totum regnum amisit, & veniens Parisios, vxorem duxit filiam Caroli regis Franciæ Margaretam, & ex ea genuit Henricum 6. Anno Domini 1426. puella quædam Iohanna, dicens se missam à Deo contra Anglicos, regem Franciæ ad spem regni reduxit. Anno Domini 1444. treuga inter reges facta sunt, & Renatus rex Siciliæ dedit filiam suam Henrico regi Angliæ. Anno Domini 1455. dux Eboraci Eduardus, cepit Henricum regem Angliæ, & regnauit pro eo per vim. euasit tunc filius Henrici Eduardus penè puer, cum matre filia regis Renati qui eos tenuit. Deinde post aliquot annos Varuicus comes Clarentiæ dux, congregatis copijs auxiliarijs, Eduardum ex regno fugauit,

Cunto Anglus.

Guilielmus Nort. Angliæ rex.

Anglorum regum genealogia.

Clades Francorum.

Richardi regis scelus.

Henrici 4 inertia.

Othoni Saxoni Bauariam Agnes tradit.

Guelfoni Bauaria datur.

S. Anno ei⁹ nominis 11. archiepiscopo p^o Colo. 33.

Rebellio Saxonum.

fugavit, Henricum à carceribus liberavit, ipsumque vna cum filio Eduardo & vxore in regnum restituit. Sed paulò post Eduardus auxilio Caroli ducis Burgundia sororij per vim regnum ingressus, Henricum regem cum filio Eduardo & Varuico duce capitibus truncari fecit, & regnum obtinuit. Deinde moriens, filios reliquit impuberes, quos quidam nobilis vir educavit. Verum Richardus frater Eduardi, illos (vt fama est) occidi procuravit, & ipse regnum obtinuit, qui tamen postquam 2. annis regnavit, per Henricum comitem de Mchmont, occisus est in bello, qui regnum vsque ad hæc tempora obtinuit. Porro superuenit quidam, qui dicit se filium esse Eduardi, nec occisum fuisse, huic rex Scotia filiam vxorem dedit: sed postea in bello victus occiditur, & Henricus regnare non desijt, & hodie regnat. ANNO 1068. Henricus rex adolescentiæ vsus licentia, Saxoniam solam ex omni Rom. imperio cepit incolere, principes despiciere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, venatui, lusibus, cæterisque huiusmodi exercitijs plùs quam iustitiæ operibus insistere, filios illustrium quibuslibet obscure natis coniugare, priuata præsidia instruere. his discordiæ feminarijs contigit, regi quàm plurimos insidiatores tam vitæ quàm regni crescere. suspectus in his habebatur Adelbertus Bremensis archiepiscopus vti instigator regis. ANNO 1069. Agnes imperatrix, mater regis Henrici, tædio affecta, vel potius diuinitus compuncta, ducatum Boioariæ quem ipsa nuper imperio sibi vsurpauerat, deposuit, & regni gubernacula penitus contemnens, pro Christo Romam pœnitentiam actura se contulit, ibique in Deo fructificans, post aliquot annos in Domino de hac vita migravit. Dedit autem eundem ducatum Othoni viro industrio de Saxonia. ANNO salutis 1071. Otho dux Saxonie, Boioariæ ducatu, quem ab Agnete imperatrice iam pridem receperat, priuatus est. nam hic Otho Saxo genere, amplissimæ nobilitatis vir, prudentia autem & rebus bellicis incomparabilis, in tantum, vt rex, qui iam multis suspectus erat & iniustus, ipsum contra se regem fieri formidaret, accidit quòd quidam Eginone mediocri loco natus irrepsit, vt videbatur, subornatus, qui Othonem ducem de regis nece tractasse commentus est, se ipsum vt mos erat, potestati regis vadem obrulit, quousque duello cum duce confliens, verà comprobaret que retulit. Quid multa? placitis & colloquijs Moguntia & Goslarie cõdictis, Otho dux cum Eginone, vtpote dux cum latrone, primas cum ignobili, cõgredi ex reliquorum principum consilio contempsit, sua tamen innocentiæ & Eginonis improbitas minimè latuit, nihilominus ducatum Bauiariæ Otho, vt reus maiestatis, amisit, quem Guelfo quidam illustri, acer & bellicosus, filius marchionis Italia, qui paulò antè filiam Othonis duxerat vxorem, vir natus Suenus, accepit à rege. idque principalis discordiæ semen, perpetuos præliorum, seditionum, schismatù, hæresium, lamentabilesque fructus germinauit. Eodem anno quidam præpotens dum ad mensam sederet in conuiuio, repente à muribus circumvallatus, ab ipsis est penè cõsumptus, reliquis mensæ conuiuii sine latione dimissis. Verùm ubi à suis in mare proiectus fuisset, insecuti mures, nauem ipsam cõscēderunt, ipsamque cadauer mortui vsque ad aquæ introitum corrodebant. In terram igitur positus, à muribus est integer comestus & dilaceratus. simile per omnia factum de principe quodam Polonia, Martinus historiographus recitat. ANNO sequenti rex Othonem vsque quaque persequitur, munitiones eius destruit, prædia vastat, & vt reip. hostem delere parat. e contra ille militibus electis instructus, ipse quoque manu fortissimus & animo efferus, nunc præda, nunc flama, nunc ferro quacunque se fors obtulit, suas iniurias vlcisci satagebat. ipso quoque mediante, non cessat gens Saxonum, etsi Saxonie principes antea matè Othoni fauissent, coniurationem aduersus regem confirmare, accusationes inauditasque blasphemias ad sedem Ap. referre, sociisque archiepiscopis, episcopisque pluribus, Alexandro regem odiosum facere: quidam quoque summæ sanctitatis virum Annonem archiepiscopum Colonien. coniurationis eiusdem conscium fuisse asserunt: quorum insidijs territus, Saxonia cessit, & in alijs regni partibus rebus agendis infitit. Quæstui diligenter, que causa discordiarum inter regem & Saxonum prima fuerit, & inuenio quòd in principio regni principes Saxonie crebris conuenticulis agitabant de iniurijs quibus ab Henrico III. affecti fuerant, arbitrabanturque pulchrè sibi satisfactum fore, si filio eius puero adhuc regnum eriperent. Accessit ex insperato turbadis rebus ingens adiuumentum, Otho frater Guilielmi marchionis, vir acer ingenio & manu impiger: is apud Bohemos iam à puero exulauerat, qui comperta morte fratris, magna spe obtinendæ hereditatis regressus in Saxoniam, à cunctis illic principibus benignè excipitur, exhortationibusque instigatur, vt non so-

lum

lum Marchiam, sed ipsum quoque regnum affectare conaretur. fidem ergo ab eis accipit, pollicentur operam, regemque vbicumque opportunum fieret, interficere constituunt, percussis metu omnibus, quibus rerum publicarum aliqua cura erat. Placuitque regem ocyus in Saxoniam vocari, periclitanti Reip. vt succurreret. Rex mature in Mersburg venit, principes ad colloquium vocat. dum autem Bruno & Eberardus patruels regis, ad curiam proficiscerentur regiam, incidunt in multitudinem prædicti Othonis, erantque aliàs inimici: nec mora, dato signo, ad pugnam concurrunt, & in vulnera ruunt. Ibi in acie prima Bruno & Otho ambo pleni irarum, vterque alterum primo impetu lætaliter transfodit. amissis ducibus, aliquandiu certatum est, ancepsque pugna erat. sed Eberardus tamen grauius faucius, dolore tamen fratris efferatus, rapido cursu in confertissimos hostes præcipitem se mittit, Bernardi comitis filium egregium adolescentem interficit, cæteros in fugam vertit. sic Resp. maximo metu est liberata. & Saxones contra regem nil amplius moliti sunt. ANNO salutis 1073. Colonienfis archiepiscopus & Hermannus Babenbergensis episcopus, missi sunt pecuniam quæ regi debebatur, congregandi causa, qui legatione peracta reuersi, literas Apostolicas detulerunt, regem vocantes ad satisfaciendum pro Simoniaca heresi, alijsque emendatione dignis, que de ipso Romæ fuerant audita. Et quoniam hoc loco archiepiscopi Colonienfis, qui oriundus fuit è Dassela, dictus Anno, inter præsulles Agrippinen. eius nominis fecidus, alioqui trigessimustertius, mentio fit, non alienum fuerit, ex multis tanti viri præclarè gestis vnum præ cæteris memorabile facinus referre. Cum post seditionem quandam Colonienfium contra ipsum, ageret in arce seu monasterio (ipse enim ex castris cœnobij fecerat) Sigenbergensi, quod hodie est in Ducatu Bergensi, haud procul à Bonnna, contigit iudices Alti iudicij Colonienfis pauperculæ cuidam mulieri iniquam sententiã ferre. Mulier questum archiepiscopo de iniuria sibi à scabinis illata Sibergum venit. Præsul mox illos ad se cum suis iudicarijs libellis venire iubet. Rogat, cur sic tam iniuste viduam iudicasset. Non habentibus quo se excusarent, mandat omnium oculos effodi, vni interim, cuius filium è fonte præsul susceperat, sic parcens, quòd huic vnus tantum oculus erueretur, vt esset qui alios sex reduceret domum. Vtque huius rei memoria firmius hereret, iussit domorum, in quibus isti iudices excæcati habitabant, summis fastigijs superimponi lapideum absque oculis caput, quo sic ab iniquis iudicij etiam posteri deterrerentur. Horum capitum supererant Colonia adhuc, cum hæc scriberemus, reliqua, præsertim in antiquo Nèpe super domum eã angulare viculæ pistorij, vulgò das dicitur, et si ea ipsa domus non ita pridè renouata, nihil huius rei iam præ se ferat. Rebellio quorundam principum.

Rebellio quorundam principum. Alexander papa interim statuit ALLELVIA suspendi à Septuagesima vsque ad Pascha, & quòd sacerdos per obliuionem non baptizatus, per omnes gradus post baptismum denuo cõsecretur. moritur pontificatus sui anno xj. mense sexto. ANNO 1073. Alexandro defuncto, vix exequijs celebratis, clerus & populus ad funeris pompam congregati, Hildebrandum archidiaconum acclamant à B. Petro in pontificem esse electum, ad quorum clamores importunos cardinales conclaue ingressi, eundem elegerunt, quem Gregorium vij. appellarunt. hic sedit annos xij. mensem vnum. Electionis autem decretum siue forma, Platina referente, hæc fuit: Nos sanctæ Ro. ecclesiæ cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, presbyteri, presentibus episcopis, abbatibus, multisque tum ecclesiasticis tum laici ordinis reuerentissimis patribus, eligimus hodie x. Kal. Maij in basilica S. Petri ad Vincula, anno 1073. in verum Christi vicarium, Hildebrandum archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis, modestum, sobrium, continentem, domum suam optimè gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris ecclesiæ

T t t 2

libere

liberè à teneris annis vsq̄ ad hanc ætatem educatum : quem quidem cum ea potestate ecclesiæ Dei præesse volumus, quo Petrus Dei mādato quondam præfuit. Sub hoc pōtifice ecclesia nouis & inauditis schismatum erroribus periclitari cœpit. Sunt etiam qui illum non canonicè constitutum, sed tyrannicè papatum sibi met vsurpasse referunt. Alij & ferè omnes, prorsus contrarium referunt. Nos ea quæ variè scripse de eo inueniuntur, fideliter annotabimus. Inuenio apud Saxones elegāi stylo scriptum, quòd Alexandro mortuo, Romani mox in consulto rege, elegerunt Hildebrandum virum celeberrimum. Eo electo, episcopi Galliarum grandi scrupulo permoti, ne vir vehementis & acris ingenij atq; fidei, districius eos pro negligentijs suis quandoque discuteret, suggerere conati sunt, afferentes quòd nisi rex impetum hominis pręuenire maturaret, & electionē eius quæ iniussu suo facta fuerat, irritam decerneret, grauiam eum pericula inuenirent. Quod rex animaduertens, statim legatos Romam misit, qui Romanos conuenientes causam sciscitarentur, quare præter consuetudinē Maiorum, rege in consulto, pontificem ordinassent : ipsum quæ, si non idoneè satisfacerent, illicitè accepta dignitate abdicare se præciperent. Venientes autem Romam legati, benignè sunt suscepti. Expositis deinde mandatis, pontifex respondit, se Deo teste honoris huius apicem nunquam affectasse, sed electum se à Romanis, & violenter impositam sibi necessitatem, verum cogi nullatenus potuisse, vt ordinari se permitteret, donec in electionē suam tam regem quam principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret. Hęc vbi regi sunt nunciata, libet̄er suscepit satisfactionem, & latissimo suffragio vt ordinaretur, mandauit. Consonat aliquantisper Blondus : Gregorius, inquit, cōmissam sibi ecclesiam quietè cupiens gubernare, pacem cum Henrico habere quæsiuit : quod ostendit epistola, priusquam coronaretur, ad Beatricem & Mechtildin eius filiam, in hæc verba : De rege autem, vt antea in literis nostris accepistis, hæc est voluntas nostra, vt ad eum religiosos viros mittamus, quorum admonitionibus, inspirante Deo, ad amorem sanctæ Ro. ecclesiæ reuocare eum, & ad condignam formam suscipiendi imperij instruere ac expoliare valeamus. Et ad Anselmum Lucensem episcopum scribit : Hæc nanque personæ pacem conantur efficere, charissima filia nostra Agnes imperatrix, necnon gloriosa Beatrix cum filia Mechtilde, Rudolphus quoque dux Sueniæ. Epistola etiam Rainaldo Cumanano episcopo apud Henricum agenti scripta, pacem insinuauit. Inter hæc verò non minus pontifex ad Henricum oratores misit, denunciaturus, se, si in pontificatu confirmaretur, nullatenus errores illius toleraturum : proinde aut alium pontificem fieri curaret, aut se ad satisfaciendum condignè pararet. Subiungunt illi, rex tum facti modo & veritate cognitis, electioni eius assensum præbuit, mittens ad urbem Gregorium Vercellensem episcopū, regni Italici cancellarium, dictam electionem (vt mos erat) sua autoritate confirmaturum : quod Platina quoque affirmare videtur. Confirmatus Gregorius, Henricum regem ab episcopatum & ecclesiarū venditione deterrere statuens, legatos qui hæc eadem præferrent, misit. accesserunt ad id impetrandū pontificis oratores, Agnes scilicet regis genitrix, G. Ostiensis, V. Prænestinus, & R. Cumanus episcopi. Eam ad legationem Henricus in Bauaria agens, benignè respondit, nec tamen episcopos quos Alexander ob simoniam execratus est, à sua communione voluit remouere. Cumque legati pontificis instarent, respondit per Bremen. episcopum, Moguntino archiepiscopo vices Romani pont. in Germania ab Alexandro Gregorij antecessore, olim fuisse concessas. Replacant ad hæc oratores, concessionem Moguntino factam, cōcedentis morte expirasse. nihilominus tamen persistit in sententia Henricus : quam ob rem oratores, Bremensi episcopo, qui regis impulsor adiutorque fuerat, execrato, Romam sunt reuersi. Paulò post Bambergensem & Constantiensem episcopos Romæ agentes, & de simonia conuictos, Papa dignitate priuauit. Subinde Quadragesima sequenti Gregorius pontifex concilium Laterani cum celebraret, interfuert̄ Guibertus Rauennas archiepiscopus, & maxima Lombardiæ episcoporum pars, adstiteruntque pontifici Mechtildis comitissa & Sisulphus princeps Salernitanus, quo in concilio Robertus Guiscardus ob nouam terrarum Ecclesiæ de marchia Anconitana occupationem, & cæteri Nortmanni fuerunt execrati. Soluta autem concilio, cæteris abeuntibus, mansit Romæ Guibertus, dolum rege consentiente machinaturus. Celebrat Missam pontifex in natiuitate Domini apud Mariam maiorem, quæ basilica vocatur ad præsepe. tum subitò irrupens stipatus cohorte Cincius præfecti filius, Papam tunc hostiam frangentem in sacrificio, atque raptum altario deturbat : attra-

Henricus
pontificis
electionem
confirmat.

Dissidium
Henrici &
papæ.

Cincius pō-
tificem ca-
pit.

attractumque ad domum, quæ sibi eo loci erat, in turri clausit. populus id non ferens, postdie Cincij domum furibundus vndique aduolans pontificem liberat, ædes ac turrim scelerati hominis à fundamentis euertit, familiam eius nares mutilatam ab vrbe pellit. ipse verò Cincius tanti mali author, fuga salutem quærens, in Germaniam varijs tramitibus ad imperatorem peruenit. Verum Guibertus tanti doli machinator, vt Blondus & Platina scribunt, cum insidiæ ad vota non successissent, simulata beneuolentia, à pontifice dimissus, Rauennam peiora moliturus peruenit, Theobaldum Mediolanen. archiepiscopum, & plures Cisalpinæ antistites, coniurare in Gregorium pollicitationibus perpulit. His addidit Hugonem Candidum Cardinalem, qui etsi antè idem fecerat, in gratiamque, animo licet simulato, redierat, Guiberti tamen dolo fraudeque circumuentus ac persuasus, quam præ se tulit malam mentem, apertius declarabat. Nam viribus omnibus quoad poterat, annisus imperatorem & Nortmannos inter se de imperio dissidentes componere, pacisque fœdera proponere, inque pontificem eos concitare cogitabat. Sperauit tamen Gregorius Henricum quiescere, sicut & Guibertum. sed cum nouam coniurationem percipisset pontifex, synodum Laterani coegit, in qua Guibertus Hugoque execrati, dignitatibusque priuati, anathematis vinculo sunt innodati. Dum hæc aguntur Romæ, Henricus cum Saxonibus non infeliciter pugnat, & elatus aliquot successibus, pontifici peruicacius restitit. Peruenit interim ad eum Papæ mandatum, vt de obiectis se criminibus purgaret. quare conuentus Vormatiæ indicitur Sigefridi archiepiscopi Moguntini opera. in conuentum eum & Hugo cardinalis, cuius iam mentionem fecimus, venit : tragœdiam quandam apud principes de scelestâ Papæ vita commentus, falsò protulit. Itaque imperator omnibus, ne qua in re Papæ obtemperarent, interdixit, Papam ex episcoporum decreto abrogauit. restiterunt principio huic sententiæ boni quidam viri, tum è Saxoniarum episcopis, tum alijs Germaniæ primatibus, episcopus Herbipolensis & Merensis, qui tumultu superati sunt. Ad pontificem, vt se magistratu abdicet, scribitur his ferè verbis : Quia & introitus tuus tantis periurijs est initiatus, & ecclesia Dei tam graui tempestate per abusionem nouitatum tuarum periclitatur, & vitam conuersationemque tuam tam multipliciter infamia dehonestat, obediētiam, quam tibi nullam promissimus, nec decætero vllâ seruaturus esse renūciamus : & quia nemo nostrum, vt tu publicè declamas, tibi hætenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum eris apostolicus. Veniens autē Romam ex eo conciliabulo Rolandus Parmensis clericus, ab imperatore ac reliquis episcopis missus, atque perductus ad conspectum pontificis cardinaliumque, Gregorio publicè interdixit, ne quid ageret deinceps, quod ad magistratum pontificis pertineret, & cardinalibus ipsis mandauit, vt relicto Gregorio, alium habituri pontificem, ad se proficiscerentur. Et hæc quidē pariformiter apud pontificem & cardinales verbis Henrici regis referuntur. at non minus eregione multorum Germaniarum episcoporum litteræ, pontifici suam operam & fidem constantiam pollicentiū sunt allatæ : qua impulsus causa pontifex, ea in synodo * Sigifredum & eius impietati assentientes episcopos & abbates commissis priuauit ecclesijs, Henrico autē gubernationem, titulū & dignitatem regni interdixit, omnibus principibus & populis vtriusque regni Teutonici & Italici, quo illi obstringebantur iuramento, autoritate Apostolica solutis, ipsumque anathemate notauit. Eodem anno Domini 1076. principes & populi pars maxima, animis ab Henrico se alienare cœperunt, primique Saxones, post illos Meten. episcopus Henricum cœsui in vim anathematis deponendum. Vnde Germani principes circa Kalen. Octobris colloquium maximum apud Dypenheim faciunt, vbi penè totius Germaniæ principes & maximè Saxonum & Alemanorum, subiectioni regis renunciabant, causam prætendentes, quòd à duobus iam Apostolicis vocatus ad satisfactionē, non venisset, & pro hoc contemptu sententiam execrationis in Romana synodo à Papa accepisset, licet ipse inauditus & absens fuisset. Vnde cum fatisceret iam & planè ortum videretur in regno dissidium, Rudolphus Guelfo & Theodorico, primores Alemanorum duces, cum cæteris in regno præstantibus in id consilij conuenerunt, vt vocaretur in Alemaniæ pontifex, & quòd Henricus ab illo supples veniam peteret : alioqui si petere nōllet, successorem illi daturos se concordie conuentus sententia testati sunt. id autē facturum se rex ipse, interposito sacramento, pollicitus est. Ea de causa, regis & conuentus nomine accessit pontificem orator archiepiscopus Treuerensis Henricus, quo instante, pontifex Augustam prætoriam venire statuens, venit cum cardinalibus vsque Vercellas, vbi ab epi-

Guiberti ar-
chiepiscopi
Rauennatis
actus.

Henricus pa-
pæ mandat,
vt se magi-
stratu abdi-
cer.

Conuentus
principum
apud Dy-
penheim.

scopo loci clam rescijt, Henricum regem hostili in se animo cum exercitu venire. Tum pontifex obmissio instituto, Canossum oppidum agri Rhegiensis, quod erat ditioni Mathildis comitissæ subiectum, declinat. moram pontificis suspectam habens rex, properè cum omnibus copijs eò mouit. Quanta tamen difficultate venerit in Italiam hyeme asperrima, scribit Hersueldensis monachus, quod miserum satis est audire. inuenio etiam in eiusdem scriptis, quòd Diedericus episcopus Verdunensis, fautor regis, dum proficiscentem paulò pòst insequi vellet, captus est ab Adelberto comite de castello quod dicitur *Katu*, & spoliatus omnibus, quas studiosissimè conuexerat, tam longi itineris impensis, à quo diu tentus in custodia, tandem dato quòdcunque exigebatur redemptionis suæ precio, addito etiam iureiurando, quòd iniuriæ huius nec spiritualem nec corporalem vindictam aliquando expeteret, liber abire dimissus est. Ea tempestate Robertus Bambergensis episcopus in Italiam pergens per Boioariam, captus est à Guelfone duce Bauarorum, qui cum diutissime in vinculis tenens, omnia tamen quæ secum habebat, Ecclesiæ Bambergensi restituit. At rex veniens Canossum, statim deposito regali ornamento, nudis pedibus supplex petebat se in oppidum intromitti. denegatum autem ingressum æquo animo ruit, quantum aspera esset hyems, in suburbio tamen oppidi triduo demoratus, continuo veniam petens. Tandem rogatu Mathildis & Adelai Sabaudien-

Henricus rex à pontifice absolutur.

sis comitis, abbatisque Cluniacensis, introductus absolutur, & ecclesiæ reconciliatur, pace iuramento firmata, & obedientia promissa sub hac forma: Rex Henricus, composita pace iureiurando confirmata ex sententia domini nostri Gregorij vij. affirmo me pax & foedera conseruaturum, curaturumque ut quoquo voluerit idem pontifex, sine vilo discrimine sui ipsius & comitatus proficisci possit, maximè autem per loca imperio nostro subiecta: neque per me staturum, quo minùs liberè pontificio munere vbi que locorum vti possit, & hæc seruaturum me iureiurando addico, Actum Canossi v. Kalen. Februarij, indict. xv. Accepit autem rex ut absolueretur, conditiones has, ut die & loco quemcunque Papa designasset, euocatis ad generale concilium Teutonicis principibus, præstò esset, & accusationibus quæ intenderentur, responderet, & ad eius sententiam vel retineret regnum, si obiecta purgasset: vel æquo animo amitteret, nullam siue retento, siue amisso regno, huius iniuriæ vindictam à quoquam homine exacturus. Vsq; ad eam autem diem, qua causa eius legitimè discussa terminaretur, nulla regij cultus ornamenta aut dignitatis insignia sibi adhiberet, complices suos, quorum consilijs se remque pub. perdidisset, à sua in perpetuum familiaritate amoueret: ad vltimum, si quid horum præuaricaretur, irritam fore absolutionem, quin iam pro conuictò confessòque habendum esse. Ita absoluto rege ab execratione, ut scribit Hersueldensis historicus, Papa Missarum solennia celebravit, confecta que sacra oblatione, regem cum cætera quæ frequens aderat, multitudine, ad altare vocauit: præferensque manu corpus Dominicum, Ego, inquit pontifex, iam pridem à te tuisque fautoribus literas accepi, quibus me insinulabas sedem Ap. per Simoniacam hæresim occupasse, & alijs quibusdam tamante episcopatum quam post acceptum criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum scita canonum, omnem ad sacros ordines accessum obstruxerint. Et licet multorum idoneorū testium ad stipulationem crimen refellere queam, eorum scilicet qui omnem vitæ meæ ab incunte ætate institutionem integerrimè nouerunt, ego tamen ne humano potius quam diuino niti videar testimonio, ut omne scandalum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod sumpturus sum, in experimentum mihi hodie fiat innocentie mee, ut omnipotens Deus suo me hodie iudicio, vel absoluat obiecti criminis suspitione, si innocēs sum: vel subitanèa interimat morte, si reus. Hæc & alia ut solenne est præfatus, partem Domini corporis accepit & comedit: qua liberrimè absumpta, cum populus in laudes Dei aliquandiu clamasset, tandem impetrato silentio, conuersus ad regem: Fac ergo, inquit, fili, si placet, quod me facere vidisti. Principes Teutonici regni suis indies accusationibus aures nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, & nostri optimè humana plerunque vacillare iudicia, & in publicis disceptationibus nonnunquam falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum hominum ingenijs & dicendi copia & suauitate, falsitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. cum ergo tibi benè consultum cupiam pro eo, quòd in calamitatibus tuis supplex Ap. Sc. patrociniū expetisti, fac quod moneo, si te

Magno fidei testimonio Gregorius vritur.

inno-

innocentem nosti, & existimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falsis criminationibus impetitam libera, & ecclesiam de scandalo, & te ipsum longæ concertationis ambiguitate: sume hanc residuam partem Domini corporis, ut comprobata Deo teste innocentia tua, obstruatur omne os aduersum te iniqua garrigentium, & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocentie tuæ vehementissimo assertore, principes tibi reconcilientur, regnum restituatur, omnis quibus iam diu Respub. vexatur, bellorum ciuiliū tempestas in perpetuum sopiatur. Ad hæc ille, inopinata re attonitus, æstuarè: & resumpto deinde spiritu, causari apud Papam coepit de absentia principum, qui sibi in aduersis fidem adhuc integram seruassent, quibus inconsultis, & potissimum absentibus accusatoribus, irritam fore, nec quicquam virium apud incredulos habituram esse criminum in se obiectionem dicebat: proinde sedulo Papam orare, ut rem integram generali concilio differret, ut ibi secundum leges discussis tam accusationibus quam accusatorum personis, obiecta refelleret. Haud grauatè Papa petenti acquieuit, regem ad prandium vocauit, & postea cum pace ad suos, qui longius extra castellum remanserant, remisit. Qui abiens, cum causam Italis exposuisset, vehemens in eum ira & indignatio coorta est, fremere omnes & saeuire verbis ac manibus coeperunt, legatos apostolicos irridere, se execrationem Papæ nihili aestimare, quem omnes Italiae episcopi iustis ex causis iam pridem excommunicassent, qui Sedem Ap. per Simoniacam hæresim foedasset, homicidijs cruentasset, adulterijs alijsque capitalibus polluisset, regem secus ac debeat egisse, crimen gloriæ suæ intulisse nunquam abolendum, quòd homini hæretico & probris omnibus infamato maiestatem regiam submisisset: se in vltionem, abdicato patre, qui vltro regni fascibus indignum se effecisset, filium eius, licet impuberem adhuc, regem facturos, & cum eo Romam proficiscentes, Papam alium electuros, per quem imperator protinus consecraretur, & omnia Papæ huius apostatici gesta cassarentur. Hæc vna omnium voluntas, vna sententia erat. Ad hæc imperator rogat, ne molestè acciperent, aut in contumeliam suam factum reputarent, quòd extrema necessitate compulsus, communis commodi ratione fecisset: nec Teutonicis principibus, qui sibi per calumniam regnum eripere machinarentur, nec Ro. pontifici aliter satisfieri potuisse: nunc se omnibus angustijs, quibus vias eius conclusissent inimici, liberatum: omnem deinceps curam industriamque ad vindicandas suas & illorum iniuras translaturum. Saui nihilominus furor, & cum Italiam peragraret, ut iustitiam regio more administraret, nec in ciuitates cum recipiebant, nec obuiam ibant ut moris erat, sed foris in suburbanis locis commorari ardebat, apposto singulis locis præsidio, ut prædas fortè de agris vel villis agere volentes, armata manu coercerentur. Territus rex insolita rerum facie, seroque pœnitens quòd incognitæ genti se credidisset, & Teutonicis finibus excedendo hostem mutasset, non euasisset, ratus huius rei vnicum hoc esse præsidium, ut in unum cum Romano pontifice foedus abrumperet, & inde reparandæ concordie initium faceret, vnde fuerat orta discordia: execratos, quos à contubernio suo amouerat, in pristinum gratiæ & familiaritatis gradum reuocauit. Tum assidue in conuentu principum detrahebat Ro. pontifici, quòd author omnium malorum ac inceptor extitisset, hortabaturque simul omnes, ut suo ductu suisque auspicijs tantarum iniuriarum vindictam ab eo expeterent. Paulatim Italos ferè omnes, quòd in pontificem non essent proba fide, in suam ita simulato fauore sententiam traxit, ut eius vires auerent, sumptibus exercitum alerent, planeque omnem operam pollicerentur. Interim primates Germaniæ viri, probam rati materiam iuuandæ reipublicæ absentiam Henrici, conuentum indicunt in oppido *Sorghetti*, Romano pontifici rem per literas denunciant, ne præter boni pontificis auctoritatem quicquam in imperio gereretur. Is quam primùm principum erga rempublicam animos & Henrici novos tumultus accepit, Henricum hortatur ut in fide maneat, conuentum adeat. Sed hic commento quodam pontificis mandata illudens, Italia non commodè exire posse respondet, fuisse eam totius Italiae populis expectationem aduentus sui, si mox digrediat, existimationem imperatorij nominis nullam fore apud illos. Quod Papa principibus Germanis rescribit, legatos ad conuentum mittens Bernardum abbatem Massiliæ, & diaconum cardinalem S. Romanae ecclesiæ Bernardum, suamque simul excusans absentiam, quòd imperatoria fraude omnes sibi aditus & in Germaniam & in urbem Romam occlusi essent. Circa 3. Idus Martij,

Henrici flagitia humiliat as.

Episcoporum in Papam indignatio.

Henrici flagitatio mulatio proditur.

Ttt 4 cum

Rudolphus cum pontificijs legatis Moguntinus, Metensis, Vuirceburgensis episcopi, Rudolphus Sueviae dux, Bertoldus Carinthius, Guelfo Bauarus duces, & alij plerique summi viri, in Forchheim conueniunt, Rudolphum Sueviae ducem, bonum principem, regem eligunt. Incidit hæcres tantorum malorum ceu lernaum semen in annum Domini 1078. Henricus imperator audiens Rudolphum regem factum, consternatus animo, missis legatis, petijt à pontifice, vt Rudolphum execrationibus ab occupatione regni depelleret, Alemanis in illum tanquam tyrannū arma sumere imperaret. Gregorius respondente, non decere pontificem, inauditum quempiam damnare, excedens iracundia Henricus, sumptis armis, contra Rudolphum contendit, vbi grauius & incerta victoria vtrinque inter reges dimicatum est. Gregorius hæc audiens ex vtriusque legatis, synodo habita, tres legatos elegit, quos de latere sedis Apost. trāsmisit ad componendas res inter Henricū & Rudolphum, inter quos erat Otho Treuerensis archiepiscopus. tradidit autem illis literas in hanc formam: Cognita imbecillitate, cupiditate, & ambitione humani generis, mandamus, ne quispiam vel rex, vel archiepiscopus, vel episcopus, dux, comes, marchio, siue miles, aliquo colore quaesito, legatis nostris resistere audeat. Quicumque autem impedimento illis fuerit quo minus pacem componant, eum anathematis vinculo alligamus spiritu ac corpore, ac omnibus fortunis Apostolica potestate colligamus &c. Mandatum præterea legatis est, vt in Alemania conuentu habito, maturè decernant, vtri duorum regum ex æquo & bono ius competat, eidemque consensu bonorum regnū decernant. His mandatis (ex Blondi sententia) videtur Rudolphus annuisse: subiungit enim, Henricum oratum à legatis, vt quod Rudolphus toleraturum se obtulerit concilium, ipse etiam consensu omnium constituendum in Alemania toleraret. Respondisse autem Henricum, nisi Rudolphus pontificis autoritate execraretur, se nullatenus congregationi concilij assensurum. Oratoribus auditis, pontifex omnē pacis cum Henrico habenda spem abiecit. vnde execrationem in Henricū his verbis denuo confirmauit: Henricus, qui cornua & calcem contra ecclesiam Dei superbè nimitum erexit, facta coniuratione cum multis episcopis Italici, Gallici, Germaniciq; nominis, qui fractus potius quam ad sanitatem redactus, ad me in Cialpinam perueniens, absolutionem anathematis suppliciter quaesiuit. Hunc ego, quem ad poenitentiam venisse credideram, in gratiam recepi, huicque tantummodo communionem reddidi, non tamen in regnum, ex quo eum in Ro. synodo merito depuleram, restitui, nec vestigalibus regni, vt ad fidem redirent, concessi. Hoc ideo feci, vt si redire in gratiam cum finitimis suis, quos semper vexauerat, differret, reddereque res cum ecclesiasticis tum profanas ex foedere abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti quidam Germaniae episcopi & principes, ab hac fera bestia diu vexati, in locum Henrici, suis flagitijs è regno cadentis, ducem Rudolphum deligunt. Qui regia modestia & integritate vsus, statim nuncios ad me misit, à quibus intelligerem, se coactum regni gubernacula suscipere, non esse tamen adeò regnandi cupidum, vt non malit nobis quam regnum pollicentibus obtemperare: futurum se in Dei potestate semper ac nostra, idque vt arbitraremur ipsum facturū, filios obfides pollicitus est. Stomachari tum Henricus coepit, & nos primò quidem precari, vt Rudolphum ab occupatione regni execrationibus propellerem. Dixi me velle videre, cui ius competeret, & eò missurum nuncios, qui rem omnem resciscerent. Vetuit Henricus quo minus res à legatis nostris decerneretur, multosque tum seculares, tum ecclesiasticos interfecit, ecclesias diripuit & prophanauit. Hanc ob rem fidens in Dei iudicio & misericordia, fultus etiam autoritate vestra, ipsum Henricum eiusque fautores vinculo anathematis colligo, atque iterum regiam ei potestatem adimo: interdicoque Christianis omnibus illo iuramento absolutis, quo fides regibus dari solet, ne Henrico vllam re obtemperent, Rudolphum quem Germaniae proceres delegerūt, suscipiant. Hæc scribens principibus Germaniae, subiungit: Agite igitur apostolorū sanctissimi principes, & quod dixi, vestra autoritate interposita confirmate. Et post pauca: Hoc autē iudiciū citò in Henricū exercete, vt intelligant omnes iniquitatis filium nō fortuitò, sed vestra opera è regno cadere. Velim insuper vt à Domino gratiā consequatur, vestris monitis ad poenitendū inductus. Actū Romæ Nonis Mart. indictione tertia. Quin Guibertum discordiæ authorem dignitate priuat. Rauennā mittit, qui fidelium animos à Guiberti erroribus constanter reuocent. Erat & alia inter pontificem & Henricum concertatio: Inoleuerat enim præcipuè

Attē, solutū
Henricum,
nō in regnū
restituunt.

Rursus ex-
com. Henr.
& Rud. cō-
firmatur.

cipuè in imperio, quòd defunctis ecclesiarum praelatis, annulus & baculus pastoralis ad imperatorem dirigebantur, vnde postmodum vnum de familiaribus & capellanis suis ad ecclesiam vacantem dirigebat, non expectata electione cleri: quod dominus Papa contra honestatem fieri considerans & contra iura, semel, secundo & tertio imperatorem monuit, vt à tam detestabili præsumptione desisteret, & cum illum reuocare non posset, Romæ concilium congregans centum & decem episcoporum, in quo primū ipsum Henricum execratus est, tanquam periurum & ecclesiae Dei subuersorem & persecutorem: anathematizauit & omnes ecclesiasticas personas, quæ de manu alicuius secularis personæ reciperent inuestituram, de quo 16. q. 7. c. Si quis deinceps, vbi etiam subiungit: Si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quælibet secularium personarum, inuestituram episcopatum vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumperit, eiusdem sententiæ vinculo se esse obstrictum sciat. Insuper in eodem concilio omnes Simoniacos anathematizauit, & fornicarios sacerdotes à diuinis officijs remouit, & laicis Missas illorum audire prohibuit, notoriè in fornicatione iacentium. Et Gregorius Rudolpho & Bertoldo ducibus (quos puto Alemania, hoc est Sueviae duces fuisse, & hunc esse Rudolphum regem postea, vt supra tactum est, factum) hæc quæ præceperat, exequi curauit. argumento est inter cætera, epistola plebi Constantiensis diocesis scripta in hæc verba: Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, clericis & laicis maioribus atque minorib. in Constan. diocesi constitutis, salutem & Apost. benedictionem. Misimus fratris nostri episcopo vestro Othoni literas exhortatorias, per quas pro nostri necessitate officij apostolica autoritate iniunximus illi, vt Simoniacam hæresim de ecclesia sua penitus excluderet, & castitatem clericorum studiosè prædicandam susciperet. Sed episcopus vester neque B. Petri reuerentia præcepti, neque officij sui sollicitudine, attractus, vt nobis relatum est, quæ paternè suaferamus, perficere curauit: & vt nō solum inobedientia, verum etiam rebellionis offensam contraheret, quemadmodum accepimus, palàm clericis suis iussioni nostræ, immo verius B. Petri omnino contraria permisit, ita vt qui mulierculas habuerant, retinerent: & qui non habebant, illieita temeritate subintroducerent. Quod vt audiimus, molestè ferentes, alteram ei scripsimus epistolam, indignationis nostræ motus ostendentes: quin etiam ipsum ad synodum Romanam aduocauimus, vt rationes reddat, & inobedientiæ causas, si rationabiles fuerint, in audientia totius conuentus exponat. Hæc ideo filij charissimi vobis nota facimus, vt salutem vestram consulamus. si enim frõte aperta episcopus vester repugnans & contumax esse studuerit, indignum est vt præsit &c. Quapropter omnibus, sicut prædiximus, Deo & B. Petro obedientibus Apostolica autoritate præcipimus, si in obduratione sua persistere voluerit, nullam ei obedientiæ reuerentiam exhibeat, neque id animæ vestræ perniciem esse putetis. Nam si præceptis apostolicis voluerit esse contrarius, ab omni illius subiectionis iugo B. Petri autoritate vos absoluius, ita vt si etiam sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quam diu Deo ac Sedi Ap. rebellis extiterit, nulla illi fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Quin obseruatione digna videtur, quæ de Hildebradi constitutionibus Hersfeldensis narrat: Hildebrandus cum episcopis Italiae conueniens, frequentibus synodis decreuerat, vt secundum instituta antiquorum canonum, presbyteri vxores non habent, habentes autem dimittant, aut deponantur: nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum cælibem vitam profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad episcopos Galliarum trans mittebat, præcipiens vt ipsi in suis ecclesijs à cõubernio sacerdotum omnes omnino foeminas perpetuo anathemate rescarent. Aduersus hoc decretum protinus infremuit tota factio clericorum, hominem planè hæreticum & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, qui ait: Non omnes capiunt hoc verbum: Qui potest capere, Matth. 13. re, capiat: & Apostolus, Qui se non continet, nubat, melius est enim nubere, quam viri: 1. Cor. 7. quòd violèta exactione homines viuere cogeret ritu angelorū, & dum consuetū cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quòd si pergeret sententiam cõfirmare, malle se sacerdotiū quam coniugiū deserere: & tñc visurum eum cui homines sorderent, vnde gubernandis per ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat, & assiduis legationibus episcopos omnes fociordia & desidia arguebat. Archiepiscopus Moguntinus sentiens non parua constare opera, vt tãto tempore inolitam consuetudinē reuelleret, atq; ad rudimèta na-

Cõst. de in-
uestituris.

Gregor. epi-
stola ad Cõ-
stantienses.

De sacerdo-
rum vxori-
bus & con-
cubinis.

Matth. 13.
1. Cor. 7.

scantis ecclesie senescentem iam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis: & primo eis dimidium annum ad inducias deliberandi dedit, hortans eos ut quod necessario faciendum sit, sponte faciant, & tam sibi quam Rom. pontifici necessitate adimant aliquid seuerius agendi. Ad vltimum congregata synodo in *Erpesfurt* mense Octobri, imminebat, ut relegata omni tergiuersatione, inpraesentiarum aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas contra illi rationes afferebant, quibus instantis perurgētisque improbitate eludere niterentur. Cumque aduersus Ap. Se. auctoritatem, qua se ille ad hanc exactionem praeter voluntate propriam compulsus obrendebat, quod nihil argumenta, nihil supplicationes precesque proficerent, egressi sacerdotes tanquam ad consultandum, consilium ineunt, ut in synodum non redeant. Nonnulli etiam clamitabant, melius sibi videri, ut in synodum regressi, ipsum episcopum priusquam execrabilem in eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali deturbarent: quo merita morte multato, insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis successorum eius, talem sacerdotali nomini calumniam struere taret. Cum ad episcopum relatum esset, hoc eos machinari, communitus a suis, ut tumultum mature praereteret, misit ad eos foras: rogauit ut sedato peccatore in synodum regrederentur: se, cum primum opportunitas arrisisset, dominum Apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententia austeritate deducendum. Acta sunt haec anno Domini 1074. Sequenti vero anno idem archiepiscopus mense Octobri synodum Moguntiae congregauit, ubi inter alios episcopos qui conuenerant, aderat Curienfis episcopus Ap. Se. legatus, literas & mandata deferens, quibus ei sub interminatione gradus & ordinis sui praecipiebat, sicut antea multis legationibus praeeperat, ut presbyteros omnes qui intra suam dioecesim essent, cogeret aut inpraesentiarum coniugibus renunciare, aut se in perpetuum sacri altaris ministerio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes qui vndique affidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis gestu in eum debacchabantur, ut se vita comite, synodo excessurum desperaret. sic tandem rei difficultate superatus, statuit sibi deinceps soli quaestione hac omnino superfedendum, eamque Rom. pontifici relinquendam, ut causam quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per semetipsum, quando vellet, & quomodo vellet, peroraret. Hanc disceptationem horrenda ecclesiae Occidentalis pestis secuta est, adeo ut & laici in hoc sacerdotum dissidio sacra tractarent, baptizaret, inungerent fordibus pro vero pietatis oleo, tantisper donec diuina prouidentia rebus illis consultum est. Circa haec tempora mulier quaedam in Constantia peperit hominem, duo capita habentem & omnia membra duplicia. In Sicilia hoc tempore ciuitas Syracusana tanto terrae motu concussa est, ut ecclesia ibidem infra Missarum solenia hominibus plena corrueret, & omnes vtriusque sexus homines opprimeret, praeter sacerdotem celebrantem & duos illius ministros.

Att. sacerdotum duritiam.

Prodigia.

* Veromanduis.

Philippus Franciae rex.

In hac generatione anno Domini 1060. moritur rex Franciae Henricus filius Roberti, qui Henricus uxorem habuit Annam filiam Georgij regis Syriae, ex qua genuit Philippum. Habuit & alteram coniugem filiam Matildis comitis de *Bermandanis*, ex qua genuit Rudolphum comitem, genuit & Robertum ex Anna regem Syriae, & Hugonem regem in Hierusalem, sed ante moritur, & Gotfridus de *Bolion* rex creatur. Philippus igitur filius Henrici in regno succedit Franciae anno quo supra. hic habuit Bertam filiam comitis Balduini de Flandria uxorem. Iste Balduinus fuit rex *Frisiae* & comes *Hollandiae*, genuit ex *Berra* Constantiam & Ludouicum Grossum. Habuit & concubinam comitissam *Andegauiae*, propter quam fuit execratus ab *Vrbano*.

Circa haec tempora cometes apparuit, de hoc quidam monachus *Elmerus Malmoberiae*: Venisti, inquit, venisti, multis matribus lugendum malum, dudum te vidi, sed nunc multo terribilius te intueor patriae huius excidium, scilicet *Angliae*.

GENERATIO XXXVII.

ANNO Domini 1080. sub Gregorio vij. & Henrico III. incepit 37. generatio. Henricus accipiens Rudolphum confirmatum, se vero publice anathematizatum, censuris irritatus magis quam admonitus, nihil statuit omittere, quod pontificis excidio accommodum intelligeret. Conuocatis itaque apud *Noricam Brixiam* *Alemanie* urbem omnibus sibi ex *Germania* & *Italia* parentibus episcopis & abbatibus, concilium aduersus Gregorium celebrauit, quem pseudomonachum, totius *vesaniae* (ut asserunt qui aderant) pestiferum principem, & praecipue sanctae *Rom. sedis* inuasorem affirmantes,

res, Apostolica sede depellendum, quanuis absentem, iudicabant, & Guibertum *Rauenatensem* archiepiscopum ipsi subrogandum eligebant. Erat autem haec decreti conclusio: Quia, inquit, *Hildebrandum* constat non a Deo electum, sed a seipso in fraude & pecunia impudentissime erectum, qui ecclesiasticum subuertit ordinem, qui Christiani imperij perturbat regnum, qui regi catholico ac pacifico corporis & animi intentat mortem, qui periuurum defendit regem, qui inter concordem seminat discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges diuortia, & quicquid quiete inter pie viuentes stare videbatur, concussit: Nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac literis freti episcoporum decem & nouem, die sancto Petri *eccostes Brixiae* congregatorum, contra eundem *Hildebrandum* procacissimum, sacrilegia ac incendia praedicantem, periuria & homicidia defendentem, catholicam & apostolicam fidem de corpore & sanguine Domini in quaestionem ponentem, haeretici *Berengarii* antiquum discipulum, diuinationum ac somniorum cultorem manifestum, necromanticum, pythonico spiritu laborantem, & idcirco a vera fide exorbitantem, iudicauimus canonicè deponendum & expellendum: & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum. acta autem sunt haec vij. Kalen. Iulij, in die tertia. Guibertus autem *Clemens* est vocatus. Hoc diaboli suggestionem in concilio editum per ecclesiae aduersarios decretum, Gregorio & cardinalibus per legatos oblatum, non nihil timoris incussit, quod hanc pessimorum congregationem, omnia quae in *Rom. sedis* detrimentum vergere possent, tentaturam prospiciebant, quod etiam factum sequentia declarabunt. Nam *Henricus* copijs summo conatu coactis, *Rudolphum* in *Saxonia* agentem, inuadendum duxit, cui *Rudolphus* aduenienti trinis castris obuiam venit. Congressi itaque iam quarto praelio, obstinatis pari ardore in mortem aut victoriam animis, certabant diutius, & cum victor propè *Rudolphus* esset, casu (ut *Blondus* refert) a suis vulneratus, longiusculè retrocessit, & vulnerati plures eum secuti sunt. Inter quos pariter mortuus repertus est, vel ut alij scribunt, *Rudolphus* a suis *Merzburgam* viuus delatus est, & in breui defunctus, ferturque in extremis positus, abscessum dexteram intuitus, ad episcopos qui forte aderant, grauius suspirando dixisse: Ecce haec est manus qua domino meo *Henrico* fidem sacramento firmavi, ecce ego iam eius regnum & vitam derelinquo praesentem: videte quae me solium eius conscendere fecistis, vti nam recta via me vestra monita sequentem duxissetis. Refert tamen *Blondus* *Henricum* in hac pugna fuga prolapsum latitasse, & quod a suis diligentissime perquisitus, septimo tandem die praeter omnium spem sit inuentus. alij vero aliter sentiunt. Fertur *Henricus*, cum ad *Ecclesiam Merburgensem* venisset, ubi *Rudolphus* regio cultu sepultus fuit, cuidam dicenti, cur eum qui rex non fuerat, eo honore sepultum pateretur, respondisse: Vtinam omnes inimici mei tam honorifice iacerent. Tanta vero victoria potitus rex *Henricus*, pacifice iam videbatur imperium possidere, atque mox *Saxones* primo, qui caput rebellionis fuerant, afflixit. Deinde *Sueuiam* ingrediens, ciuitates & castra demolens, ad se redire compulit, eoque tum *Tubingam* (ut quidam volunt) obsedit, aliosque per totum imperium qui ab illo rerum desperatione defecerant, tum minis tum muneribus ad se reduxit. Perueniunt noua de morte *Rudolphi* ad *Gregorium*, simulque haud mitiora. Nam eisdem ferme diebus *Henricus* iunior regis filius, audita *Rudolphi* confirmatione, de qua supra dictum est, tutandis *Italiae* rebus a patre cum copijs missus, *Mechtildis* apud *Parmam* urbe praelio congressus, illam superauit, eaque mulier, quam *Gregorius* semper gloriosam appellat, altero tunc infortunio agitabatur. Cum enim *Gotfredus* vir eius anno iam elapso obiisset, alterum illa accepit virum *Azonem* marchionem *Estensem*, verum consummato matrimonio per carnis copulam, rescijt ipsa, hunc *Azonem* tertio affinitatis gradu sibi esse coniunctum. Re itaque cognita, consuluit *Gregorium*. Ille mulieri imperauit, ut a consortio viri abstineret, ac de commissis poenitentiam ageret, & ad diuortium induxit. Deinde post tantas victorias anno Domini 1081. rex *Henricus* per *Boioarios* *Italiam* est ingressus, sub cuius aduentu *Mechtildis* comitissa sub ditorum sibi populorum fide non diffisa, quicquid habuit copiarum, *Romam* praesidio pontifici misit. Peruenit *Romam* *Henricus* in vigilia *Pentecostes*, pugnatum est aliquandiu apud urbem *Leoninam*, & vicina aedificia demolita, desperataque victoria, *Henricus* cum suo antipapa *Rauenam* redijt, & anno sequenti rursus ad obsidendam urbem transiit, cepitque ciuitatem *Leoninam*, & basilicam *Petri* cum suo antipapa prophanauit. Idem fecit de basilica *B. Pauli*, porticus

Henr. concilio Guibertum papam eligi.

Rudolphum Henricus vicit.

Sueuia vastata.

Henrici confirmatio.

Henr. Imp.
vrbem Ro-
mam inua-
dit.

ticus destruens, vastatus est omnis ager circa Romam, & ciues maxima fame coarctati sunt: quibus effectum est malis, vt multi migrantes, nunquam sint reuerfi. At Henricus cum urbem Romam introire non posset, Tibur concedens, inde tanquam ex arce belli in Romanos quotidie incursiones faciens, eò inopiã eos rededit, vt pacem quauis conditione expeterent. Interponebant quidam se, vt ipse cum summo pontifice pacificaretur. Et post multos tractatus cum nullo modo concordia fieri posset, multi Italiã episcopi atque barones, qui primò papæ fauerant, illo relicto, se ad Imperatorem conuerterunt, quorum fauore imperator Romam mouens, ipsam obsedit.

Goifr. dux
Lotharing.

Militabat autem hoc in tempore sub imperatore Gotfredus inclitus ille dux Lotharingiã, qui postea primus ex Latinis Hierosolymis regnauit. Hic in ea obsidione effracta muri parte, quæ sibi contigerat expugnanda, in urbem primus irrupit, qui eadie nimio labore fatigatus, grauem incurrit infirmitatem: & cum morti se proximè cerneret, vouit quòd si Deus eum ad sanitatem reduceret, terram sanctam promissionis personaliter visitaret, ex quo voto statim conualuit. Romani igitur postquam senserunt imperatoris exercitum intra moenia versari, qui antè Henrico clam fauerat, iam palam relicto Papa ad imperatorem transiunt, atque ei introeunti cateruatim occurrentes, imperiales laudes acclamarunt. Summus autem pontifex videns se à populo Ro. deserui. in quo summè sperabat, cum ad fugam via minimè pateret, cum suis cardinalibus ad castrum Crescentij, aliàs S. Angeli, se recepit. Quòd postquam sensere Romani, se tempus inuenisse rati, quo recuperarent gratiam regis, castrum vndique obsident, adeò vt nulli ingressus vel egressus pateret. quæ cum Robertus Guiscardus à pontifice intellexisset, cum exercitu in Italiam se contulit. Interim Henricus Cluniacensem abbatem virum celebrem & Gregorio deditissimum, misit, dicens ad pontificem, si Laterani Henricum coronaret, fore vt in Alemanniam cum omnibus copijs abiret: rogabat pontificem omnis populus, nec ipse aduersabatur, si modò errata corrigeret Henricus. plures enim is corrupisse fertur, ita vt in faciem pontifici diceret, non esse Henrico regi, etsi prius Ecclesiã non satisfaceret, coronam & declarationem imperij denegandam. ad quod verbum, pontifex se in castro continuit. Post hæc gesta & de recessu Henrici plerique scribentes, variant. Sunt ex nostris qui scribunt, quòd Henricus rex natalè Domini Romæ apud S. Petrum celebrarit, (erat autem annus Domini tunc 1084.) qui circa Kalen. Februarij in Campaniam transiens,

Henr. vrbe
intra.

Guibertus
Clemès pa-
pa dictus,
Henricum
coronar.

ipsam & magnam partem Apuliã cepit. Post hæc per legatos Romanorum rogatus, Romam redijt, ac ad portam Lateranensem castra ponens, omnes dediticios accepit, ipsisque petentibus, vt, quia Hildebrandus ab ipsis abdicatus, iam fugerat in urbem Salernitanam, * Vuigibertum Rauennatem, apostolicum eis præficeret: ergo xj. Kalend. Aprilis feria sexta ante diem Palmarum, multis stipatus, cum magna gloria intrauit, ducens secum prædictum episcopum, qui sequenti Dominica per multos episcopos Apostolico nomine * dicatus, nomen Clementis accipiens, reuerenter est inthronizatus, à quo etiam rex cum regina Berta in sancta Dominica Paschæ imperiali benedictione sublimatus est. Post hæc imperator de Italia digrediens, Augustam ciuitatem ab Alemanis inuasam, obsedit & cepit. hæc illi. Alij verò scribunt, Henricum capta vrbe, & pontifice in castro S. Angeli clauso, nuncium accepisse afferentem, Robertum Guiscardum cum infinita multitudine in Papæ succursum venire, eo quæ audito territum, vnde Rom. populum congregauerit, tacuerit tamen de aduentu Roberti, proposuerit autem vrgeri se negocijs imperij, celeriter abire oportere, sicut & fecit: quo recedente, non post multos dies dux Robertus ad liberandum Papam venit. Romani autem aduentu eius audito, sese adhortantes, cum multitudine armorum illi obuiam pergunt, commisso quæ prælio, ab ipso sunt victi atque fugati. tunc per portam Flaminiam ingressus, eam partem ciuitatis quæ circa S. Laurentium in Lucina & S. Syluestrum respicit, hostiliter inuadens, prædæ & incendio exposuit. Deinde profligatis Romanis, ad castrum S. Angeli accessit, atque inde Papam multa gloria cum cardinalibus atque nobilibus educens, aliquandiu ibi mansit. Postremò papa deliberato suorum consilio, cum se tutum esse Romæ non crederet, & ducem domestica negocia reuocarent in Apuliã, relicta vrbe, paucis eum sequentibus, cum duce profectus est ad urbem Salernum. hæc & illi. Vtrum autem verius sit, iudicio legentium relinquo: & fortè vtrunque ita actum est, quòd post recessum Henrici dux Robertus dominum papam liberauerit, & post recessum eiusdem apostolici redierit rex, Guibertum inthronizauerit, à quo postea coronatus cum regina fuerit.

ANNO

ANNO verò Domini 1085, synodus Moguntie habitata est, cui interfuit imperator, vbi presentibus legatis Romanorum, omnes episcopi rebelles imperatori, deponendi iudicantur, ibi etiam communi consilio atque consensu, constituta est pax, nõ multò post substituta ab imperatore per parochiarum ecclesias præsulibus in locum abdicatorum, recepto iam à Saxonibus pacificè imperatore Henrico, licet ipsi Saxones & Alemanni post mortem Rudolphi, Hermannum Carinthiorum ducem præpotentem ac nobilem virum, in regem constituerent, qui ramen paulò post falso regis nomine deposito, permissione imperatoris ad propria reuersus, mortem obiit. Hoc anno Hildebrandus, qui Gregorius vij. fuit, apud Salernitanos exul moritur. Quæ eius vitæ tempore in Repub. Christiana sunt acta, huiusmodi ferè sunt, vt scriptores dubitent, an honestatis argumento & fidei zelo ab Hildebrado sint gesta. Sigibertus eam sententiam adstruit. verum faciunt tot pietatis monumenta quæ is reliquit, & studium quo in Henricum III. fuit olim, vt non adhibeam illis fidem. Vir fuit certè Gregorius religiosus, timens Deum, iustitiæ ac æquitatis amator, in aduersis constans, qui præter Deum in his quæ ad iustitiam pertinebant, nil timuisset perficere. Ad confirmationem illius, scribunt aliqui Hugonem abbatem Cluniacensem affirmasse, Gregorium spiritu prophético floruisse, & cum sibi sua cogitata insinuasse. Vincentius: Cum esset in minoribus, ait, constitutus, in Francia legatus, insectabatur Simoniacos conuictos hoc vitio, atque ab officio deposuit. & cum inter ceteros quidam episcopus ea labe infectus, fuisset sibi denunciatus, nec tamen conuinci posset, mandauit episcopo Hildebrandus, vt pro sui purgatione, Gloria patri & filio & spiritui sancto, diceret. qui æstimans se euasisse, expedite protulit, GLORIA PATRI ET FILIO. vlteriùs autem, ET SPIRITUI SANCTO, exprimere non potuit: & iterum atque iterum exprimere conatus, defecit, non valens sanctum nominare spiritum: & merito quidem, quia per Simonianum offendit maximè spiritum sanctus: ex eo igitur conuictus, deponebatur. Fertur quoque idem Gregorius in extremis dixisse: Dilexi iustitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio. Nisi quis fortè eum arguat ob censuræ grauitatem, quam tanta (vt diximus) in occidentali ecclesia scandala sunt secuta. Potuisset hinc Augustini sententiam volutare, quando ait: Cum contagio peccandi multitudinem inuasit, consilia separationis & inania sunt, & perniciofa atque sacrilega, quia impia: & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animos malos. Constat autem ex veridicis scripturis, quòd tum in schismate Romanum imperium septennio & amplius laborauit, alijs Apostolico adherentibus, qui Simoniacos & fornicarios persequerentur intantum, vt eorum Missas audire omnibus vetaret. Damnabat etiam & censuris ecclesiasticis notabat reges ac principes, qui ad episcopatus inuestirerent, & clericos, qui inuestituras ab his reciperent. Alijs autem Henrico fauentibus imperatori, qui dicebat sibi competere eius ordinandi sedem Ap. & inuestiendi episcopos atque abbates in imperio, prout more prædecessorum suorum ac priuilegijs apostolicis ad eum peruenisset. quæ omnia Romanus pontifex sibi interdiceret, perinde ac iniuriam faceret. Ob hoc autem adnidente vtroque, totum imperium prædæ, ferro & igni vastabatur. Paucissimi etiam episcopi in Germania cum apostolico manserunt, qui tum expulsi de suis sedibus exularunt. Inter has angustias nonnulli principes, comites, barones, & multitudo nobilium virorum, depositis armis, sed & complures clerici in monasterijs latibula quæsiere, euangelicam perfectionem sub regulari disciplina exequentes. Quæ etiam tempestate nonnulla monasteria fundata noscuntur, vt monasterium S. Georgij in Nigra sylua, monasterium Zuisalten/ Latinè ad Dupli-
cem Aquam, sicut & monasterium in Sindelfingen fundatū extitit anno Domini 1083, ad instantiã Alberti comitis & vxoris suæ Vuilkæ ducissæ ex Polonis, qui primùm insti-
tuerunt ibi monachos Benedictinos. mox verò translati fuerunt monachi ad monasterium Hirsaugiense Spirensis diocesis, & canonici loco illorum in Sindelfingen instituti. Deinde verò post multa annorum curricula, anno salutis 1477. ad instantiam Eberardi inclyti comitis in Wirtemberg & montis Peligardi senioris, necnon nobilissimæ dominæ Mechtildis genitricis suæ, ex Palatinis Rheni, archiducis Austria, patronorum ecclesiæ prædictæ, præpositura in Sindelfingen cum octo canonicatibus & totidem præbendis, autoritate apostolica translata est ad ecclesiam S. Georgij in Tübingen eiusdem Constan. diocesis, Moguntinæ prouinciæ, quemadmodum suo loco latius dicitur. Illud tamen hic non omitam, quòd nonnulli volunt Adelbertum istum ecclesiæ in Sindelfingen fundatorem, fuisse ex comitibus Palatinis de Tü-
bingen/

Hermã. rex.

Greg. more
& eius gesta

Monasteriũ
ad Duplices
Aquam &
Sindelfingen.

Adelbertus,
comes de
Calu.

bingen/ quod tamen in nulla reperitur authentica scriptura. sed mihi videtur satis probabile, eum comitem ex Ratu fuisse, vel saltē filium. habuit enim Adelbertus de Ratu filios, Brunonem, Adelbertum, Gotfridum palatinum: filias, Vtam & Hirmegardem, prout in Hirsaugia reperitur. Hunc ego Adelbertum existimo eundem esse, qui prædictum in Sindelfingen fundavit monasterium. Consentit enim nomen, quia vterque comes Adelbertus est dictus: consentit tempus in vtroque, prout ex præmissis colligi potest. Deinde quod monachos in Sindelfingen institutos, legimus eodem tempore ad monasterium Hirsaugiense translatos, indicat quod vtrunque monasterium sub eius fuerit protectione. Consentit etiam, quod vterque uxorem habuit * Vuilgam appellatam. in nostris etiam libris legimus, Albertum fundatorem monasterij in Sindelfingen, vnà cum uxore sua * Vuilga apud Hirsaugiam fuisse sepultos: quod mihi non videretur verisimile, si non fuisset aduocatus vtriusque loci. Demum fateor, quod longè postea comites Palatini de Tubingæ facti sunt loci Sindelfingeni domini, & id fortè ex successione, licet arma habuerint ab armis comitum de Ratu diuersa. Isti enim leonem, illi vexillum gestauerunt. Tandem verò vterque comitatus peruenit ad excellos comites in Wirtemberg. Hos comitatus ego opto quod iuxta Dei voluntatem gubernent & diu conferuent ijdem illustres domini mihi obseruandissimi, & eo felicibus, quo maiore gloria in illustrissimorum ducum principumque ordinem sunt sublimati. Equidem in probis monumentis reperio monasterium nouum Hirsaugiense circa annum Domini M.XC. ædificatum esse, vbi Guilielmi abbatis vita, eruditio, probitas & singulare in Rempub. studium describitur. eo fuit hic ingenio, vt in quadriuij opere nemini ex antiquissimis cedere debuerit. Scribens circa hæc tempora vir disertissimus Orho Frisingensis episcopus, non panegyricon, sed satyram magis, quod Ro. imperium, inquit, ferro in Daniele comparatum, pedes ex parte ferreos, ex parte fictiles habuit, donec à lapide præciso de monte sine manibus, percussum subrueretur. Quid aliud lapidem sine manibus præcisum, quàm ecclesiã, capitis sui corpus sine carnali commixtione ex spiritu sancto cõceptum, & ex virgine natum, ipsam quoque sine humana operatione ex spiritu & aqua regeneratam dixerim? Quæ virgo speciosa, quia sine macula, in nouum hominem tanquam iuuençula regenerata, ideoque sine ruga, sic quotidie virgo manens, nouum ac speciosum populum paries, sicut mater capitis eius virgo manens, contra legem naturæ speciosum edidit partum, sic de virginitate gaudens, vt tamen sterilis non maneat. Hoc nimirum regnum Ro. circa finem suum, quem pedes significant, ferreum propter Martem, fictile propter conditionem, in ea parte quæ infirmior fuit, percussit lapis excisus de monte sine manibus, dum regem orbis non tanquam orbis dominum vereri, sed tanquam de limo per humanam conditionem factum fictilem, gladio anathematis ferire decreuit. Ipsa verò, quæ antea parua fuit & humilis, in quantum montē excreuerit, ab omnibus iam videri potest: quantum mala, quot bella, bellorumque discrimina inde subsecuta sint, quoties Roma miserè obfessa, capta, vastata, quod papa super papam, sicut rex super regem positus fuerit, tædet memorare. denique tot mala, tot schismata, tot tam animarum quàm corporum pericula huius tempestatis turbo inuoluit, vt solus ex persecutionis immanitate ac temporis diurnitate ad humanæ miseræ infelicitatem sufficeret comprobendam. Vnde benè densissimis Aegypti tenebris comparatur. & præmittens: Lego, inquit, & relego Romanorum regum siue imperatorum gesta, & nusquam inuenio quenquam eorum ante hunc Henricum à Romano Pontifice execratum, vel regno priuatum, nisi fortè quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tempus à Romano episcopo inter pœnitētes collocatus, & Theodosius à B. Ambrosio propter cruētam cædem à liminibus ecclesiæ sequestratus esset. Prædictus autem pontifex Gregorius, à rege vrbe pellitur, Guibertus Rauennas archiepiscopus in locum eius subtruditur. Porrò Gregorius Salerni manens, appropinquante vocationis suæ tempore, dixisse fertur: Dilexi iustitiam, & odiui iniquitatem, propterea morior in exilio. Non desunt hęc qui dicant, Deum ad hoc regnum Romanum imminuivoluissē, vt ecclesiã exaltaret. Regni quippe viribus ac beneficentia regum exaltatam & ditatam nemo ambigit ecclesiã: constatque non prius eam intantum regnum humiliare potuissē, quàm ipso ob amorem sacerdotij euiscerato ac viribus exhausto, non eius tantum, id est, spiritali, sed suo proprio, materiali. percussum, destrueretur. Quod iudicare vel discutere supra nostras vires est. Videntur tamē per omnia culpandi sacerdotes, qui regnum suo gladio, quem ipsi ex regum habent gratia, ferire conantur.

Guilielmus
abbas Hirs-
augien.

Seculi huius
mala.

tur. nisi forte David regem imitari cogitent, qui Philistæum primò virtute Dei percussit, postmodum proprio gladio ingulauit. Verum quia regno decrecente, ecclesia brauium æternæ patriæ, ac post vitæ præsentis laborem requiem adeptura, in presenti quoque in magnum montem crescens, in magna autoritate stare cœpit. Nemo autem propter hæc verba nos Christianum imperium ab ecclesia separare putet, cum duæ in ecclesia Dei personæ, sacerdotalis & regalis, esse dignoscantur. Sed grauis hęc oritur quæstio, quam idem Orho in præcedentibus tangit, magna; de regni & sacerdotij iustitia dissensio. Quidam enim religionis obtentu, alij verò secularis dignitatis, qua regni autoritas imminuta cernitur, intuitu, hanc gloriam, honoremque temporalem sacerdotibus Christi, quibus cœlestis regni gloria promittitur, non licere autumant: Duæ, inquit, personæ à Deo in ecclesia sunt constitutæ, sacerdotalis & regalis. quarum vna Christi tractare debet sacramenta, ac ecclesiastica spiritali gladio exercere iudicia: altera gladium materiale contra hostes ecclesiæ pauperes, ecclesiãque Dei ab incurfione malorum defendendo, sceleratos puniendo, ad secularia iudicia, exercenda portat. Hi sunt duo gladij, qui in passione Domini leguntur, sed vno tantum Petrus vsus inuenitur. Sicut ergo ad spiritalium gladium spiritalis quoque possessio, id est, decimæ, oblationes & alia huiusmodi pertinent: sic materiali omnes terrenæ dignitates, Ducatus, Comitatus, & eiusmodi subiacent. hoc enim Deus non in vna persona, sed separatim in duabus in Ecclesia esse voluit. Poinde sicut illi personæ, quæ gladium materiale portat, non licet cõtingere ea quæ spiritalia sunt: sic & isti ea vsurpare quæ huius sunt, non conuenit. Vnde & in euangelio scribitur: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Idque Dominus sicut prædicauit verbis, ita factis declarauit, quando tributum pro se & Petro iussit dari. Paulus etiam omnem potestatem à Deo esse considerans, in causâ positus, non Petrum, qui tunc Romæ cathedræ præfuit, sed hominem flagitiosissimum, ex Dei voluntate super terram regem constitutum, Neronem appellauit. Et quod omnis possessio regum gratia sit, ex Augustino probant, qui ait: Quo iure possides villas? diuino, an humano? diuino, Domini est terra & plenitudo eius: humano, hoc à regibus. Hinc dicimus, Hęc terra mea, Hic fundus meus est. Item si dicis, Quid mihi & regi? dic, quid tibi & possessioni? Quibus tamen hoc modo respondetur, quod mundiali dignitate Deus Ecclesiam suam honorare voluit: ex Dei enim ordinatione factum hoc fieri potuit. Nec credendum est, Christum Ecclesiam suam sponsam spiritu erroris decipi permisissē, cui veritatis spiritu dederat. Præterea probatæ sanctitatis viri inueniuntur, qui & hæc habuissē, & cum his regnum Dei acquisissē creduntur. His ergo alijsque modis, quos longum est exequi, probatur, & Constantinum Ecclesiæ iuste regalia contulissē, & Ecclesiam licitè suscepissē. Dum enim quærimus, quo iure reges id habeant, respondere solemus, ex ordinatione Dei & electione populi. Si ergo Deus ordinando quod regibus prædictis honor impenderetur, iniuste non fecit: quanto magis & id ordinando, vt ab illa persona ad Ecclesiasticam traderetur, iniustus dicendus non est? Denique, si ad hoc quod ipse ordinauerat, tam hęc quàm ibi, voluntati suæ electionem populi, & insuper hęc traditionem principis concordare voluit: nec ipsum iniuste disposuissē, nec principem malè tradidissē, nec Ecclesiam illicitè suscepissē, credendū est. Sed dicis, priori personæ licuissē, quod istam ex sanctitate officij habere nec decet, nec expedit. Ad hoc, fateor, aliud refugium nescio, nisi quod sanctos apostolicæ fidei ac meriti viros, Syluestrum, Gregorium, aliosque complures, ea cognoscimus habuissē. Ego enim, inquit, vt de meo sensu loquar, vtrum Deo magis placeat hæc Ecclesiæ suæ, quæ nunc cernitur, exaltatio, quàm prior humiliatio, profus ignorare me profiteor. Videretur quidem status ille fuisse melior, iste felicior. Assentior tamen sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam supra firmam petram ædificatam non dubito: credendaque quæ credit, liciteque possidenda quæ possidet. Credo enim quod nullo errore decipi possit: quod ex hoc probari potest, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. & iterum, Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua. Ad hæc, si quis donationem Cōstantini videre desiderat, aliquid supra in generatione xj. quærat. In hac quoque materia Iohannes de Gersona, tractatu de Ecclesiastica potestate, Consideratione xij. duplicem designat pestem: nomen vnus, detractio liuida: nomen alterius, aduulatio subdola. prima potestatem Ecclesiasticam deprimens, subijcit temporali: altera eleuans in vniuersum, velut ad similitudinē altissimi. Tolle tolle, clamat detractio, temporalitatis omne ius & dominium ab ecclesiasticis, quia sic instituit Christus, di-

Duo gladij.

Luc. 22.

Matth. 22.

Matth. 17.

Rom. 13.

Act. 25.

Psal. 23.

Imp. eccle-
siæ tuores.

& Matth. 16.

Luc. 22.

Luc. 14. 2. Tim. 2. cens : Nisi quis renunciauerit &c. neque capaces sunt iurisdictionis secularis. Nemo enim militans Deo, implicat se negocijs secularibus. victu & vestitu debent esse contenti, reliquum est pauperum. Confurgit ex aduerso blandiens adulatio, susurrans : O quanta est sublimitas Ecclesiastica potestatis. nam sicut Christo collata est omnis potestas in caelo & in terra, ita Christus omnem potestatem suam dedit successoribus suis. Vnde nec Constantinus quicquam dedit Syluestro Papae, quod non esset prius suum, sed reddidit iniuste detentum. Porro sicut non est potestas nisi à Deo, sic nec aliqua potestas imperialis aut regalis haberi potest, nisi à Dei vicario, in cuius femore scriptum est, Rex regum & dominus dominantium. Ipse est monarcha supremus, necdum in spiritualibus, sed & in temporalibus, à quo alij reges & principes immediate suam accipiunt dominationem, & solum mediate à Deo. Tandem miserante Deo, moderatrix discretio regiam viam tenens, ponit considerationem xij. ex qua post vtriusque vitij confutationem, idem doctor : Vnde dicimus, inquit, Ecclesiasticos & capaces esse bonorum temporalium, & multa eis ex debito competere. Possunt ipsi denique cum diuitijs aliter quam apostoli viuere, pro circumstantiarum varietate, prout sapiens iudicabit. Vitemus ex aduerso, ait, stultas & falsas adulationis insanias, ac suos terminos ita potestas ecclesiastica coerceat, vt meminerit potestatem secularē etiam apud infideles sua habere iura propria, dignitates ac dominia. hæc ille. Multos iam annos in imperio Constantinopolitano nihil memoria dignū aut reipub. Christiana causa actum est, præter vnam Romani Diogenis filij pugna, qua Turcas vicerat circa annum Domini M. lx. quum illi auctis viribus Antiochiam & Cæsaream, multaque imperij loca vastassent. Romano in imperio Michael Cōstantini filius successit, qui regendi imperitus, eunuchis duobus imperij regendi curā dedit, Iohanni & Nicephoro, qui Nicephorus memorabili aduersus Turcas victoria clarus est. Tandē Michaelē, qui quoddam podagra vexabatur, & studijs tantum vacabat, inutilis reip. visus est, Nicephorus Boroniatē imperio, vt scribunt, armis ac vi deiecit, circa annū Domini M. lxxx. huius generationis initio. Quibus seditionibus Robertus Guiscardus fretus, Græcos Italia expellere statuit, Salernitanum ducem ad deditionem compulsi, Hydruntios cepit. iam & Tarentum arcta premebat obsidione, quum Michael exul ad eum in castra venit, opem petens contra Nicephorum, Robertus eum ad Gregorium vij. misit, cuius opera factum est, vt apud Ceperanum Papa & Robertus conuenirent, & Robertus homoligius ecclesiæ factus est, & vexillo B. Petri donatus : quin etiam pontifex, vt Robertus restitutus Michaelē, maiorem haberet authoritatem, in ualorem imperij Nicephorum Boroniatē execratus est. Nec mora, Robertus Hydruntum petens, iussis eō copijs conuenire, Rogerio natu maiori filio ex Silegarda filia ducis Salernitani nato, res Italiæ commendauit : alteri filio Boemundo ex Alberada secunda vxore, præfecturam nauigaturæ militiæ demandauit, atque ad Aulonam cum Michaelē nauigans, ad Dyrrachium castra posuit. Sed Dominicus Syluius dux Venetus, cum Nicephoro sentiens, eos ab obsidione repulsi, mare Dyrrachinis patefecit, in terra tamen Boemundus obsidionem continuauit. quo facto, Guiscardus pater cum Michaelē ad reparandam classē in Italiam se contulit. Nicephorus verò imperator his cognitis, Alexium Megan in Thraciam misit, qui militem congregaret. is perfidia vsus, quod imperium affectaret, attributa sibi ingenti vi pecuniarum, Turcas ac Saracenos ex Asia & Aegypto conduxit. omnes autem quos conduxit, sibi obstrinxit militiæ sacramento, veteranos verò fraudabat stipendio, tanquam imperatoris culpa esset, deinde se suum argentum eis largiri contra voluntatem imperatoris iactabat. sicque animis militum sibi conciliatis, ex Adrianopoli ad imperatorem accessit, suafitque vt milites in expeditionem mitteret. Deinde reuersus ad exercitum, tanquam nihil de pecunia impetrasset pro qua missus erat, tum indignari omnes ac fremere, aperteque dicere, Nisi desit qui ducat, non defore exercitum qui in vrbe Constantinopolitanae portas, in auari crudelisque Nicephori perniciem sequatur. Quibus auditis, corrupti antem milites, Alexium non militem, sed imperatorem acclamantes, euulsisque illico signis, furens exercitus facto agmine in Constantinopolim ferri coepit. spondit Alexius, se captam urbem triduo permissurum ad libitum spoliandam. Percussus tam infelici nuncio Nicephorus, raptim armis captis insurgens, portis moenibusque nouos dedit defensores. Armo autem Alemanus imperatoris stipendiarius, vir nobilis & ob rei militaris experientiam Nicephoro valde charus, ab Alexio corruptus pecunia, portam ei Bulgarorum aperuit noctu, in cœna Domini. per triduum multa mala in ciuitate facientes,

Alexius Cōstantinop. capit & diripit.

Turcæ Antiochiam occupantes, pulsi.

Græciæ motus.

Alexij fraus

facientes, omnia deprædarunt. Nam præter singulorum iniurias, supra, caedes, vulnera, vincula, præter auri, argenti, supellectilis rapinas, spoliata inquinataque sunt templa : nec vilis fuit tam sacer locus, quin barbarum inueniret direptorem. At Nicephorus ad primos captæ vrbe clamores, S. Sophiæ ædem petiit : vbi id humanitatis ab Alexio obtinuit, vt tonsus & in monachum ordinatus, vira donaretur. Alexius autem per solennem Dominicæ resurrectionis diem in palatio coronatus, exercitum à præda arceri curauit. is factum honestaturus, tanquam à Nicephori auaritia furor ille processisset, Michaelē Nicephori filium prædictum, imperij confortem accepit, & eum mox cum exercitu in Dalmatiam contra Robertum Guiscardi transmisit, & ipse cum eo perrexit cum 70. millibus armatorum. Robertus interea & Boemundus Dyrrachium vrgebant, in quos delati sunt Græci imperatores. prælio cōmissō Michael occiditur. Alexius verò in fugam conuersus, lacerum reduxit exercitum. Refecerunt autem Alexium eo in prælio ex Græcis habuisse 60. millia militum armatorum, & decem Turcarum millia cum arcubus & sagittis, quum in exercitu ducis Roberti plus minus septingenti milites fuissent. Dyrrachini Roberto se dederunt, & pariter multa Dalmatiæ oppida, quæ ipse Robertus cum adiacente regione in suam potestatem redegit. Robertus tum à Gregorio vocatus, vt pote ab imperatore Henrico apud molem Adriani obsessus, abiit Romam, eum (vt prædictum est) liberaturus. Ad imperium verò Constantinopolitanum animo aspirans Robertus, propter intrusi & proditorum imperatoris Alexij sublimationem, classē ingentem parauit, cum filius Boemundus terrestrem exercitum haberet in Dalmatia. Verum Alexius in auxilium Venetos aduocans, qui, ne Guiscardus potentior fieret, Dominicū Syluium ducem suum mittunt : & congressis hincinde partibus, superantur Græci. Iterum Guiscardus cum Alexio & Venetis apud Saxium confligit, eosque superatos fudit. Deinde in Cassiopam insulam cum exercitu, quem terra marique reparauerat, delatus, mense Iulio obiit, anno 1086. ætatis suæ 62. cui Rogerius natu maior, in ducatu Apuliæ successit, & præter Siculos, omnes illi solitam subiectionis fidelitatem præstiterunt. Hoc audiens Boemundus in Dalmatia constitutus, in fratrem duxit. commissa vtrinque pugna, non longè à Beneuento, Boemundus à fratre in campo fugatur. plurimi capti, sed nullus mortuus. Tandem pacta sunt inita, vt permissō Tarentino principatu Boemundo, Rogerius reliquam prouinciam possideret. Accepit autem Rogerius Roberti Frisonis Flandrensiū comitis filiam vxorem, ex qua genuit duos filios, Ludouicum & Guiscardum, qui in ætate tenera mortui sunt : deinde Guilielmum, qui patri successit in ducatu, inque superbiam eleuatus, coronam sibi imposuit. Fuitque hic orbis penè totius status hoc tempore, cum Henricus quartus à Guiberto, quem Clementis nomine papam designarat pro Gregorio 7. benedictionem & imperij coronam accepisset. Et Germaniæ quidem eius reditus non nihil attulerat turbinis. nam Sueuiam peruagatus, Augustam urbem magna clade affecit. Qua re gentibus Germaniæ reliquis tantum incussit metū, vt se quoque plane omnes dederent, & Saxones quidem, quem salutarant regem, Rudolpho cæso, Hermannum Carinthium reliquere. Hinc anno 1085. Moguntia in conuentu principum regnum pacatum est, & illi, Saxonesque cum Henrico in gratiam rediere. Nec prætereundum mihi videtur, quod de duobus episcopis, Moguntino & Salsaburgensi, tradidere plerique, qui causam imperatoris excommunicationis in Turingiæ quodam loco discutere, vbi cum multis Germaniæ proceribus Henricus versabatur. Vesilo Moguntinus archiepiscopus, imperatorem affectum à Papa iniuria, cōtra Gebardum Salsaburgensem, præfulem tuebatur. Eam disceptationē posteris multi longam reliquere, & sunt qui dicant, Vesilonem Moguntinum eius ferè rei causa ab abbate quodam in eo conuentu hæresis insinulatum esse, quod vanæ gloriæ cupidus, in schisma incumberet. Hoc seculum tam multis maximarum rerum casibus memorabile, altera Sueuorum principum propagine, vt non alienigena, ita maximè nobili, clarum est. Nam Rudolphus Sueuiæ dux, cum esset à primatibus rex appellatus, Bertoldo duci de Zähringen ducatum dedit. At in Sueuiā barones quidam erant de Stauffa, belli pacisque artibus illustres. ex his Fridericus erat, cuius fides virtusque apud Henricum imperatorem tanta fuit, vt ei filiam Hagnen vxorem daret. Ambibat hic Rudolpho rege cæso, ducatum, ampliolem gloriæ materiam sperans, si maiores suæ vites essent. Henricus tanto viro quod petebat, concessurus, à Bertoldo qui ditionem tenebat, ducatum recipit, cum dat Friderico baroni de Stauffa. Turegum oppidū ne-

Alexij clades apud Dyrrachium.

Hen. cum Germanis in gratiam redit.

Vesilo Mogunt. archiepiscopus.

Barones de Stauffa ducatum Sueuiæ accipiunt.

scio quam ob causam aiunt in Bertoldi fide mansisse. Itaque deinde duces de Ziringen etsi viribus multum pollerent, ducatum tamen non tenuerunt. Fridericus is, religione, armis, fide & constantia Suenia dignus est. ad eum semper hæc natio bonis principibus illustris fuit, peculiari nimirum felicitate, qua in tantis viribus tyranni nomen ignotum est. Monasterium Laureacense, quod *fordj* appellant, condidit. Habuit ex Hagne vxore filios duos, Fridericum & Cunradum, qui postea imperium tenuit. Post mortem Friderici Hagne vidua facta, duxit patrante fratre Henrico s. Luipoldum Orientalem marchionem, id est, Austriam, ei que quatuor filios & tres filias peperit, Luipoldum scilicet ducem Bauariæ, Henricum ducem Austriæ, Cunradum Salsaburgensem archiepiscopum, Gertrudem ducissam Bohemiæ, Berram ducissam Poloniæ. Deinde Fridericus iunior frater Cunradi regis, duxit filiam Henrici ducis Noricorum nomine Iuditham, genuit que ex ea Fridericum postea imperatorem. Henricus iste Noricorum dux, erat natione Alemanus, id est, Sueuus ex familia Guelfonum, atque ideo multas possessiones à Pyrenæis montibus iure hæreditario habuit. Hic Henricus habuit duos filios, Henricum & Guelfonem: Henricus in ducatu Noricorum successit, qui Gertrudem filiam Lotharij regis vxorem accepit cum ducatu Saxonie. alter filius Guelfo, fuit princeps Sardinie, dux Spoleti, & marchio Tuscie, cui (vt arbitror) Adelberti comitis, qui fundauit monasterium in *Sindelfingen*/ neptis est nupta. ANNO 1086, mortuo Salerni Hildebrando, id est, Gregorio 7. & ibidem in Ecclesia sepulto, Desiderius cardinalis & abbas Cassinensis verus Christi famulus, licet multum renitens, substituitur, & Victor tertius appellatur. sedit annum vnum, menses quatuor. Hic statim Gregorij partes suscepit, atque hanc ob rem arbitratur aliqui eum quoque Henricum hostem habuisse, cuius fraude (vt Martinus scribit) veneno in calicem missum, dum sacrificat, necatur. sed Vincentius scribit eum dysenteria periisse, & illud securius credo tenendum, etsi à suspitione dati veneni nequaquam alienum sit, hominem dysenteria laborare, quam veneno petiti, corruptis & labefactis intestinis dysenteriam patientur, quamquam ex sola suspitione principem veneficij reum iudicare, temerarium sit. immo scribunt aliqui eum precibus obtinuisse, vt ex hac vita tolleretur. Sunt qui scribunt, eodem tempore multa prodigia apparuisse, videlicet quod aues domesticæ vt gallinæ, anseres, columbæ, pauones, ad loca montana confugerint, syluestresque vt gallinæ, anseres, columbæ, pauones, ad loca montana confugerint, syluestresque sint factæ, & pisces tum fluminales tum marini, maxima ex parte perierint. inundatio nimia aquarum cum damno immenso. pestilentie maxima, & plures sacro igne consumpti sunt. terræ motus maximi, ita vt vrbes quædam concussæ sint, & Syracusis maior basilica corruens, dum diuina celebrabantur, omnes qui tum in templo aderant, contriuerint, duobus tantum diuinitus diacono & subdiacono superstitibus. & furor ventorum, fames, & ictus fulgurum vltra modum, & fons sanguinis xv. diebus emanasse fertur, & diabolus palam locutus est hominibus, in pago quodam visibiliter apprensus. Deinde anno 1088. Vrbanus 2. post transitum Victoris, cardinalibus in vnum conuenientibus, pontifex est electus, anno Henrici quarti 32. sedit annis 12. & menses 4. diebus 19. Hinc inter Ecclesiam & imperium augentur scandala, crescuntque discordiæ, dum alter alterum execrat pontificem, Vrbanus scilicet versus Clementem falsum, quem intruserat imperator. Guibertus enim in Albam Marforum ciuitatem se transtulit, & ibi vsque ad Paschalis tempora mansit, qui octauo anno Paschalis subito mortuus dicitur. Vrbanus doctrina & sanctitate vitæ magistratu dignus, parum Romanis pridem rebus nouis studentibus fidens, Melphim se contulit, synodum ibi habiturus, Rogerium & Boemundum de Apulia ducatu certantes quiescere iussit. Deinde Placetiæ in Galliam profecturus venit, atque ibi synodum habuit, in qua execrationem in Henricum & Guibertum antipapam à Gregorio factam confirmauit, quod & Henrici per Italiam arma grassarentur aduersus pontificis fautores, petulantiam quoque quorundam Ecclesiasticorum in ea synodo, teste Gratiano, compescuit. statuit namque, vt ordinatio episcopi sine titulo facta, statim irrita fieret, c. Sanctorum. 70. dist. Interea Berta imperatrix obiit, & Spira sepulta est. Augusta vrbs insidijs Sueuorum capitur anno M.lxxxviiij. Deinde imperator anno 1089. nuptias Colonia celebravit, Vtonis marchionis viduam, Ruthenorum regis filiam, ducens vxorem. Post hæc Vrbanus pontifex, confectis synodi Placentinæ negocijs, imperatoris indignationem fugiens, relicta Italia, regnum Francorum ingressus est, generale concilium apud Clarum montem * Aruernie fecit congregari. ibi de prelatorum consilio multas constitutiones fecit. Et inter cætera statuit, vt horæ B. Marie

Victor 3.
papa.

Prodigia.

Vrbanus 2.
papa.Henrici
vxores.Gallia con-
cilium.

Marie virginis dicantur: ac etiam ordinauit, vt in sabbatis officium de eadem solenniter celebretur. Et nota contra Anto. qui dicit horas B. Marie dicendas fore sub precepto, cum nusquam id legatur, sed nec Papa voluit, nec ita sub precepto seruari mandauit vel instituit. In eodem concilio papa execrauit Philippum regem Francorum, & Henricum imperatorem, & Clementem antipapam. Causa autem excōmunicatiōis Philippi, hæc fuit: Fulco comes Andegauorū vxorem habuit, quæ eo relicto, Philippo regi Francorum nupsit, qui amore eius ita captus est, vt illa sibi in omnibus imperaret. fit fabula omnibus, & execratur vnà cum ipsa pellice. Fuit annus 1094. quo in synodo Gallie maxima nobilitatis Occidentalis pars conuenerat, vbi pont. Vrbanus de armis aduersus Turcam expediendis, luculentam atque vtilem reipub. orationem habuit. Eius rei occasionem dedisse fertur Petrus Eremita, qui tum incomparabili sanctitate mortalium vitam illustrabat. ex Solymis enim reuersus, Vrbanus narrat, vidisse se. Simona Hierosolymorum patriarcham, in seruitute à Calipha rege miserabiliter teneri, & ludibrio Saracenis haberi. Quæ cum à Petro Vrbanus, & lachrymis hominis precibusque & reipub. casu motus, accepisset, Occidentis concilio liberandam à Turcis Saracenisque Hierosolymorum Ecclesiam, fidei parentem, & salutis monumentum, suadet, oratione (vt erat viri doctrina) vsus ferè huiusmodi: Existimatis forte, qui huc loci ad nos acciti conuenistis, viri Christiani, solam fuisse rei Ecclesiastica, ad normam fidei & religionis componendæ, causam, quæ me ab vrbe venire compulerit. Fuit equidem in eo aliquid causæ, sed alia vrgentior, & qua maior vlla dici nõ possit nec excogitari, nos traxit. Paucos ante annos gens è Perside Agarena, quam corruptè Saracenam dicitis, S. ciuitatem Hierusalem, sanctamque terram inuadens, cepit, diripuit, incendit, sacrosanctum Domini sepulcrum (quod sine lachrymis dicere nequimus) profanatum, fœdata etiam Ecclesie sacella, tēplaque ritus nostri aut solo equata sunt, aut in profanos vsus cōmutata. Abacti inde Christiani, pars fragilis & cruciatum impatiens, salutem abrenuncians, circunciso præputio, facta est Saracena: pars in fide constans, per varios mortis modos lacerati laniatique, vt felix fuerit, quem carnifex appetitū gladio obruncarit. mulieres Christianæ in vrbe oppidisque frequentissimæ, quas ex vestris quorundam qui adstatis, vrbebus & oppidis, deuotio ad sancta inspicenda & adoranda loca, per tot maria, tot terras traxerat, omnia passæ sunt, quæ dictu obscœna crudelis Christi hostis, non ad suam magis explendā libidinem, quam ad Christianorum dedecus excogitare potuit. ea si Christiani, immo si estis viri, nec æquo audire animo potestis, nec patienter tolerare: in quæ omnia, vt illis pro dignitate nominis Christiani prouidere velitis, maiorū exempla, maximū quod imminet negligentibus periculū & pramiorum spes, vos non ducere magis quam trahere debent. etenim subiectas Romano quondam imperio ciuitates, & terrā sanctam, & summū post Romanum, pontificatū, id est, Hierosolymitanum à Turcis Saracenisque nostris hostibus possideri, neminem esse vestrum qui ignoret, certū habemus. Quas verò Europæ prouincias, quas vrbes ijdem premant, occupent, lacerentque infideles, si omnes simul ignoratis, vnusquisque in sua prouincia nouit: nisi fortè vos Galli remotiores, hæc non sentitis, qui Hispanorum, Aquitanorumque; ab ea gente oppressorū, dum in seruitutem rapiuntur, in Africam abducuntur, clamores eiulatusque singulos per dies audire debetis. Sed nunquid vos Germani, Saxones, Poloni, Bohemi, Hungari, etsi Turcas & Saracenos intra viscera scire vestra nondum sentitis, quam à vobis distent vel fretis vel fluminibus, ignoratis? Italiam nunc non alloquor, quam multos ante annos Saraceni dimidiam penè occuparunt, in eamque adeo penetrarunt, vt Christianorum caput Petri sedem Romam, martyrum sanguine adhuc madentem, inuasam obsederint, captasque apostolorum Petri & Pauli basilicas inquinauerint. Venetos hinc vi deo, Dalmatas, & alios sinus Adriatici accolos, qui dum perpetua cum Saracenis prælia, vt se tueantur, exercent, quod est Italiae reliquum, intactum defensant. Quid multis? Fuit hæcenus in extremis ad septentriones partibus Europæ, Constantinopolitanum imperium obex & tanquam murus, qui Turcas atque Saracenos continuit, & prohibuit ne Hungaros, Polonos, Bohemos, ipsosque Alemanos primò, deinde cæteros obruerent Christianos. Pulsus verò ante paucos annos Asia imperator, de retinendis Constantinopolitanis Europæ regionibus laborat. si nunc ea inspicitis consideratisque sola, quæ ante oculos sunt, si irruenturo breui Turcæ & Saraceno obsistere non pergitis, qui sacrum Domini sepulcrum, sacram Iesu Christi terram pedibus conculcatam, à spurcissima gente tot annos inquinari neglexistis, eandem in vestrum ruere ca-

De Hieroso-
ly. expedi-
one Vrba-
nario.Quasclades
acceperit à
Sarac. Chri-
stiana respu-
blica.

put breui sentietis, matronas à complexu vestro, vestras virgines ab earum sinu, pueros & adolescentes vestros in seruitutem vobiscum rapi, dolentes mœstique videbitis. Melius & maiori cum gloria nostri progenitores in choatam Romæ & in Italia & per Europã dignitate, ad totius orbis monarchiam extulerunt, per cuius omnes prouincias & regiones nomen floruit Christianum, quod nostris temporibus ad paruum orbis angulum coangustari, & quotidie de excidio periclitari videmus. Sed propinquiora attingamus. Carolus ille cognomento Magnus, vester Germani penè auita origine, vester Franci rex, vestrum ingens decus, Hispanijs, Aquitania & ipsis Franciæ finibus incumbentes Saracenos, infinita mortalium examina, deturbauit: Carolus Saracenos Italia, & vt fama vos vulgatis, terra sancta Hierosolymisque expulit. Et quo audebitis pacto posthac dicere, solam esse vel primariam gentem Francicam, quam vere Christianam liceat appellare, si in ea quæ vobis adest opulentia, Saracenos & Turcas, post captũ inquinatumque Domini sacrum sepulcrum, populi etiam Christiani reliquias capi opprimi que per ignauiam permiseritis? Expergiscimini, obtestamur, & per viscera misericordiæ Dei nostri oramus viri fortes, orbi Christiano exemplum, incitamentumque futuri, arma capite, turmas, cohortes, legiones educite, tam multos habituri sequaces, quam id ardenti animo facere ostenditis. aderit vobis omnipotens Deus, angelos suos ante faciem vestram, qui dirigant gressus vestros, cælo demittet. Capite igitur & arripite arma Christiani, Dominicũ sepulcrũ liberaturi, in quo omnes æternam vobis comparabitis gloriam, tum etiam rerum seculi incomparabiles diuitias parabit. Nos denique de misericordia Dei & beatorum Petri & Pauli autoritate confisi, fidelibus Christianis qui contra paganos venerabilia loca huiusmodi detinentes arma susceperint, cunctas sibi pro delictis suis poenitentias relaxamus. Interim verò eos qui ardore fidei laborem istum assumpserint, sub ecclesiæ Rom. protectione, tanquam veræ obedientiæ filios, suscipimus, & ab vniuersis inquietationibus tam in personis quam in rebus, statuimus manere securos. Plura dicere parantem, vox omnium, dictu mirabile, vnico (vt apparuit) ore prolata, excepit, Deus vult, Deus vult. Nec solum præsentem, verum longè lateque progrediens hic sermo, absentes etiã vellet esse memor, vt ab incepto desisteret. Videbatur iam tunc impletũ, quod longè antè Esaias vaticinando prædixerat, Quoniã ingredietur gens iusta custodiens veritatem. De præsentibus qui præsentem concilio intererant, argumento futuræ peregrinationis, crucẽ suis humeris affixerunt, episcopus Podiensis Adamarus inter primos, qui postea legatus apostolicus multitudini pugnantorũ præerat. Hugo regis Frãcorum Philippi frater. Gotfredus de Bilion Lotharingiæ dux, & cum eo duo fratres Baldunus & Eustathius. Robertus Flandriæ comes. Robertus Nortmanniæ dux, Guilielmi senioris Anglorũ regis filius. Stephanus Carnotensis & Blefensis comes. Raimundus Tolosanus comes & S. Aegidij. Iuardus comes Diensis, Guilielmus comes de Fores. Stephanus comes de Albimaria. Rotoldus comes Parthica. Hugo comes S. Pauli, & multi alij principes ac barones. Transalpini verò Boemundus Tarentinorum princeps, Roberti Guilcardi ducis quondam filius. Tancredus eius ex sorore nepos, & ex Italia ciuitatibus complures ex nobilioribus. Hi omnes tempus opportunum expectantes, alij marino, alij terreno itinere hanc peregrinationis aggressi sunt viam. Non enim poterat tantus populus in vna regione habere victus necessaria. Vnde studiosè prouisum est, vt singuli maiorum principum, seorsum legiones ducerent. Facta est autem præparatio ferme per tres annos. Hoc etiam in tempore Alexius imperium tenens Constantinopolitanum, super eisdem barbaris crucis Christi hostibus, per maiorem iam regni sui partem diffusis, non paucas epistolas Urbano papæ fertur direxisse, quibus in defensionem Orientalium Ecclesiarum se non sufficere deslet: Occidentis vires, quod ille pietati addictus omnino censeretur, implorat. Quæ res magnopere pontificem ad accelerandam eam rem commouit. At hos motus etiam prodigia quædam & multa cæli signa feruntur indicasse, quorum fides apud reliquos scriptores sit. Cometes in Oriente circa annum Domini 1096. tota prima Octobris hebdomada apparuit. Instante autem profectiois tempore Urbanus papa venerandæ sanctitatis virum Adamarum episcopum Podiensem, de quo supra fecimus mentionem, præfecit itinerantibus, cui ligandi & soluendi potestatem vice sua concessit, insignitumque cælestis militiæ stigmatem exercitum, apostolica benedictione consignans, condicito ab vniuersis tempore, ipse cum

Caroli Magni honorifica mentio.

Peccatorũ venia militibus datur.

Esa. 26.

Duces exercitus Christiani.

Cometes.

cum non modica expeditionis turba in Italiam redijt. Interea cruce signati, sicut diuersis agminibus, ita diuersis ducibus ad institutum properabant. Primi nanque Gualterum ducem Alemanniæ, virum prudentem & armis strenuum sequentes, cum ingenti multitudine pedestrium turmarum pertranscunt Germaniæ regnum, in Hungariam descendentes: eaque transcurfa, in Bulgariam veniunt: emensisque illius regionis syluis, Starliciam Daciæ mediterraneæ metropolim applicant: vbi acceptis à duce prædictæ ciuitatis conductoribus, post aliquot dies Constantinopolim peruenerunt. tum impetrat Gualterus dux ab Alexio imperatore, vt vsque ad Petri Eremita, quem supra memorauimus, aduentum, de cuius mandato iter arripuerat, in locis ciuitati finitimis stare permitteretur. At Petrus Eremita post hunc non multo temporis interuallo cum innumerabili exercitu, quẽ ex multis collegerat nationibus, quorum numerus vsque ad xl. millia armatorum esse dicebatur, aduenit: qui propter inobedientiã populi multa incõmoda eo in itinere passus est. nam in Bulgaria cum propter rapinas & prædas ac alia enormia commissa, is populus in colis factus est intolerabilis, ferè decem millia cæduntur. amisit præterea Petrus omnem pecuniam, quam de fidelium principum largitione in opus pauperum collegerat. vnde reperto Constantinopoli Gualtero, exercitus coniungentes, vbi per dies aliquot refocillati quiescissent, de mandato imperatoris Constantinopolitani paratis nauibus, transito Hellesponto, in Bithyniam, quæ est prima Asiæ prouincia, transferunt, vbi non longè à mari castrametati sunt in loco, qui Cynetur dicebatur, in hostium confinio. quo in loco ex multa opulentia rerũ, quasi duobus mensibus confederunt. rerum copia ex Constantinopoli apportabatur. Ea rerum vbertate simul & ocio resolutus exercitus, coepit inuisis magistratibus seorsum turmas agere, & ad decem vel amplius milliaria lustrare regionem, greges & armenta secũ trahens. Cumque sapius prosperè reuerfũ fuissent, ad extremum ad tria millia Teutonicorum & duo millia equitum egrediuntur: hi omnes à Solimano, qui in eadem regione Turcis dominabatur, circumuenti, ad vnum omnes occisi sunt. Tumultũ, qui ex ea re in castris ortus erat, magistratus sedare non potuerunt. Ordinatis ergo aciebus, quasi ad 25. millia perditum, equites autem quingenti, versus hostes contendunt. occurrit eis Solimanus cum innumerabili Turcarum multitudine. pugna cõmissa, nostri postremò multitudine pressi, dissolutis agminibus, in fugam conuersi sunt, quos Turcæ insequentes, penè omnes occiderunt: inter quos Gualterus dux occisus est. alij dicunt eum, abnegata fide, deditiõẽ suã fecisse. Sic ergo ceruicosus populus, dum inonitis nequit acquiescere, impetu lapsus descendit in interitum. Post hæc Godescalus presbyter Teutonicus cum xv. millibus armatorum iter aggressus, per Orientalem Franciam ducens, Iudæos per ciuitates aut omnino debebat, aut Christianos fieri compellebat, quorũ tamen plurimi, sicut canes, ad vomitum postea reuerfũ sunt. Illi autem viatores bonis eorũ onusti, Hungariã perueniunt: vbi cum de mandato regis victualia eis abundè venderentur, opulentia abutentes & ebrietati vacantes, indigenis iniuriari coeperũt. quod postquam regi innotuit, ira succensus, in vitionem tantarum iniuriarum, conuocatis copijs, super illos irruens, stragem immanissimam exercuit, non distinguens iustum ab impio. euaserunt tamen aliqui, & ad propria sunt reuerfũ. creditur quoque Godescalus presbyter fuisse hypocrita falsus. Per idem tempus modico interuallo conuenerant eodem studio turbæ innumerabiles absque duce. surrexit inter eos vir militaris, comes partium illarũ quæ circa Rhenum sunt, Emicho de Lyningen, dudum tyrannica conuersatione famosus, ferè xij. millia signatorum sibi vsurpans. vnde factum est, cum in timore Domini iter debuissent inceptum peragere, conuerterunt se ad insaniam, & Iudæorum populum in ciuitatibus nil tale meruentem, crudeliter obruncabant. hi omnes transcurfa Alemanniã, ad fines peruenerunt Hungarorum. Et cum ad locum qui dicitur Zaborth, peruenerent, clausum repererent aditum, circa pontes castrametati sunt. Erat enim is locus Istri fluminibus & profundis septus paludibus. Mandauerat rex transeuntibus iter prohiberi, ne iniuriarum, quas nuper Godescali legionibus intulerat, memores, intromissi intra regnum, armari contra eum conarentur. Igitur cum se exclusos viderent, de sua multitudine præsumentes, correptis armis, ac super fluuium ponte facto, præsidium vndique aggrediuntur, in cuius expugnatione dum sudarent attentius, ruptis iam muris, iam fugientibus oppidanis, inter quæ, quis illorum sub nomine regis potiretur terris, ciuili discordia quatiuntur: repente, eorum exigentibus demeritis, terrore diuinitus immisso, relicto assultu, in fugam versi sunt, fugæ cau-

Germanicæ copie in exercitum proficiscuntur.

Petrus Eremita.

Cædes Christianorum.

Godescalus presbyter.

Emicho de Lyningen.

causam penitus ignorantes. fugit enim impius, iuxta sapientis verbum, nemine persequente. Hungari verò videntes hostes terga dedisse, illos infecuti, magnam stragem fecerunt. Reliqui de itinere desperantes, ad propria sunt reuersi: exceptis his, qui per Italiam declinantes, in Græciam nauigio peruenerant: sic nimirum nostræ gentis homines, qui in militia pro Christianis liberandis Christianos persequi cœperant, miseratione diuina repressi sunt. & hæc fuit causa, cur quidam simplices scandalizati, totum huius expeditionis conatum, vanum atque frivolum ignoranter sunt interpretati. Paleis autem ex arca Domini discussis, visa sunt grana naturalis soliditatis gravitate perdurantia, Gotfredus scilicet, cæteri que prænominati, * verè Dominicæ militiæ duces, cum suis speciosissimis castris, ab vniuersis principibus pacem & fauorem, vt veri Christi milites, consequentes. Fuerunt autem qui castris Gotfredi se coniunxerunt, Balduinus eius frater, Iezerinus comes * Annoniæ, comes S. Pauli, comes de Grees, comes Tullensis, Balduinus de Burgo. multi præterea alij barones atque nobiles. hi omnes vno & indiuiduo comitatu ad fines Hungaria, cuius cum difficultate impetrabant introitum, sicut erant viri prudentes & Deum habentes præ oculis, cum omni quiete ipsa transcurra, per Bulgariam habuerunt transitum, ac claustris S. Basilij superatis, Philippopolim peruenerunt. Vbi cognito quòd Hugo regis Francorum frater, qui cum multis militibus præcesserat, ab imperatore Constantinopolitano per infidias caprus tenebatur in vinculis, cum omni celeritate missis nuncijs, obsecrant imperatorem, vt quos absque culpa tenebat in vinculis, abire permitteret. Id cum eis ab imperatore negaretur, indignati, de communi omnium consilio vniuersam illam regionem exercitibus suis exponunt ad prædam. Audiens hoc imperator, timuit ne exercitus ad imperij intima penetraret, Hugonem cum suis liberum abire permisit. Venientibus Constantinopolim cum Gotfredo Francis, Alexius forum rerum victualium interdixit. quare milites nostri pleraque vastantes, alimenta in castra deferunt. Fecit ea res, vt post varia certamina caesis Græcis, Alexius cum peregrinis in gratiã redierit. Vnde quæ pacis erant suscipientes, in plenã cum imperatore concordiam redierunt. firmiterque est sacramentis, vt vrbes quasque suo imperio detractas, pristinae ditioni, si deuincerentur, nostri redderent: ipsi Græci vicissim tam armis quam stipendijs regis, infra metã eandem se foueri nõ dubitarunt. Quo facto, imperator apertis thesauris, tam duci * Godefredo, quam cæteris principibus dona ingentia largitus est, ita vt imperatoris admiraretur munificentiam, sed reuera nec liberalitatis erat, nec gratiæ, sed timoris & fraudulentæ versutiæ. Audiens verò dux cæterorum principum aduentum, suggerente imperatore, parato nauigio, cum suo exercitu transito Helleponto in Bithyniam transfretauit, atque in pago Chalcedonensi castrametatus est. erat is locus Constantinopoli proximus, qui solum Helleponti, quod nos brachium S. Georgij dicimus, interpositione distabat, vnde ter vel quater ire ad urbem regiam in die sine difficultate poterant. Quòd autem imperator exercitum peregrinorum transfretare persuaserat, non de fidei sinceritate processit, sed solita fraude usus, ducem circumuenit, ne alijs aduenientibus copiæ miscerentur. nam & reliquos qui secuti sunt, eadem arte transfere compulsi. Postquam autem omnes peregrinorum exercitus, Helleponto transmissis, in Bithyniam peruenerunt, & in vnum conuenientes, factus est vnus Dei viuientis exercitus, recensito legionum numero, inuenta sunt pedum sexcenta millia, equitum vero loricatorum centum millia. hi omnes vno animo Nicæam urbem populosissimam obsidentes expugnauerunt, cuius vrbs, sicut & regionis, dominus erat Turcarum princeps, Solimanus nomine, homo valens & strenuus, hic à Tarso Ciliciæ vsque ad Hellepontum, vniuersas prouincias possidebat, & audito nostrorum aduentu, ex aduerso Orientalium tractu magnas Turcarum collegerat copias. sed ante vrbs Nicææ expugnationem pugna commissa, victus atque fugatus est. Capta est autem Nicæa vrbs anno Domini 1097. mensis Iunij die xx. urbem hanc præsidij imperatoris tradunt, sicut erat constitutum. Inde per regnum Constantinopolitanum terram opulentissimam progredientes, mare contingunt * Ruffiæ: eo loci aries nummo, bos autem siclo venit. In quo itinere Boemundus, & Nortmannorum comes Robertus, Stephanus comes Blesensium, vnã cum domino Tancredo & comite sancti Pauli, cæteras copias præcesserunt, duobus vix milliaribus. Tum ecce Solimanus, qui memor iniuriarum, quomodo urbem egregiam, uxorem & filios amisisset, ad vicem rependendam totis viribus anhelabat, subito super eos irruens, multis interfectis, fugat. Quod per nuncios intelligens Gotfredus, accelerat cum suis instru-

instructis copijs, irruensque in hostes fidei, eos acerrima strage vertit in fugam. Cecidisse feruntur ex hostibus viri potentes ad tria millia, de nostris ex plebe promiscui sexus ad quatuor millia, die Kalendarum Nouembrium. Recedentes inde, transcurra vniuersa Bithynia, * Pisidas ingressi sunt, vbi in quãdam ipsius regionis descendentes, magnam aquarum penuriã passi sunt, ita vt præ ariditate sitis multi perierint. Tandem verò opulante Deo in regionem copiosam & vberem peruenerunt, iuxta Antiochiam minorem, metropolim Pisidiæ. Sunt Pisidæ populi, teste Pli. lib. 5. in Asia minori, quondam Solymi appellati. hinc Pisa oppidum Arcadiæ prope Alpheum amnem. Hic primum quidam de principibus studiosè ab exercitu separati sunt, seorsum trahentes agmina, quorum primus dominus Balduinus frater Gotfredi cum 7. millibus loricatoris, secundus dominus Tancredus cum equitibus quinque millibus & pedibus nõ multis, qui in Cilicia descendens, Tarsum eiusdem prouinciæ metropolim obsedit. Cumque iam ciues ad deditionem compulisset, adueniens Balduinus cum maioribus copijs, expulso Tancredo, urbem sibi vendicauit, expulsis inde Turcis qui in ea dominabantur. ciues autem qui eam incolebant, fideles erant, sed vsu armorum relicto, solum agriculturæ & mercantijs operã dabant, Turcis tributarij. At verò Tancredus à Tarso recedens, adiacentem prouinciam sibi subiecit. Interea maior exercitus, omnibus in via expugnatis ciuitatibus, Turcisque fugatis, Antiochiã peruenerat. est autem Antiochia ciuitas gloriosa ac nobilis, omnium ciuitatum quas tractus Orientalis continet, princeps & moderatrix. hæc prisca temporibus dicta est Reblata, vbi Sedechias rex Iuda, ductus est iussu Nabuchodonosor. hanc Antiochus rex turribus CCCC. & LX. ac muris muniens, de nomine suo vocari præcepit Antiochiam, regni caput constituens. postremò Iustiniani principis tempore Theophilis est dicta. in hac apostolus Petrus cathedram primò tenuit sacerdotalem, in ea primus fidelium habitus est conuentus, in qua Christiani primò appellati sunt Claudij Cæs. temporibus, Nazareni & Galilæi dicti prius. id testantur Græcorum optimi authores. sunt & qui discipulos dictos affirmant. Eiusdem verò ciuitatis patriarcha, 20. prouincias in sua iurisdictione habere dicitur, sita in Cœlesyria prouincia, amœnissima fontibus & riuis irrigua, clauduntur etiam intra ciuitatis ambitum montes duo miræ celsitudinis, in quorum alterius vertice, qui videtur eminentior, situm est præsidium munitissimum. verum hi duo montes valle profundissima, sed angusta nimium, separantur. longitudinem ciuitatis plus minus duorum milliarum dicunt, à mari distat 12. milliaribus. Huius ciuitatis dominus erat Cassianus Turca de familia Sultani Persæ, qui vniuersas has prouincias violenter suo subiugauerat imperio. Volens tamen ire ad propria, vniuersas regiones suis distribuit nepotibus & amicis. huic Cassiano Antiochiam cum suis concessit finibus. nam vsque Laodiceam Syriæ Calipha Aegyptius possidebat regiones. Venientes igitur nostri, ciuitatem hanc continuis 8. mensibus obsederunt: & quia magnum habebat in circuiu ambitum, vndique illam vallare nequiverunt, licet ipsorum qui gladium educere poterant, circiter trecentorum millium numerus esse diceretur. Referre autem casus singulos quos in obsidione pertulerunt, longum esset. nam ferè fame periclitatus est noster exercitus. insuper & ciues frequenti eruptione facta, multa nostris damna intulerunt. sed nihilominus cum omnes vno animo ciuitatem expugnare satagunt, rumor percrebuit, principem potentissimum Antiochenis venire in subsidium, copijs innumerabilibus septum. Conueniunt principes deliberaturi. alijs videbatur, vt maior pars obuiam illis egrederetur, reliqui obsidionem continuarent. Boemundus Tarentinorum princeps, vir in agendis rebus bellicis expertus & strenuus, vtranque, suas allegans rationes, reprobatur viam, dicens: Sive omnes egrediamur, vt aliqui volunt, sive in castris pars aliqua remaneat, videmur operam & impensas tam longæ obsidionis perdidisse. Nam egredientibus vniuersis, soluetur obsidio: & ciues qui intra moenia sunt, pro voluntate hostibus adiungentur, aut aduenientes intra moenia introducent. Si verò pars exercitus in castris manserit, quomodo poterit ciues intra urbem coercere, cum omnes simul vix illos cohibere possimus? Vnde mihi videtur, patres, quòd illuc omnis nostra debeat festinare intentio ante tantorum exercituum aduentum, vt ciuitas in nostram prius veniat potestatem. quòd si modum quæritis, in promptu est: habeo amicum in ciuitate fidelem, hic habet turrin in sua potestate munitissimam, quam sub certis conditionibus paratus est mihi tradere, pro quo negotio multam sum illi pactus dare pecuniam: & si vestræ placet amplitudini, vt nostro studio capta ciuitas, meam trans-

Prouer. 28.
Clades Germanorum in Hungaria.

Gotfredi copia.
* veri

* Hannoniæ

Hugo Francorum regis frater.

Imp. Græcorum
quæ ducibus
occidentibus
dedent munera.

Nicææ vrbs
oppugnatio

* Ruffiæ

Gotfr. Boemundo auxilio venit.

* Pisidiam

Pisidæ.

Tarso obsidetur.

Antiochia.

At, vbi prima Christianorum appellatio.

Antiochia obsidetur.

eat in potestatem, iure hæreditario possidendam, paratus sum cum dicto homine pacta firmare. Sin autem habet vestrum quisquam quo urbem potest obtinere, quantum mea interest, illi concedo. His auditis, principes gausi sunt gaudio magno, & petitioni eius annunt omnes, excepto Tolosano comite: quo non obstante, petita promittunt. Erant tunc inter ceteros fideles in eadem vrbe, duo vterini fratres: maior Emirferius, vir potens plurimum, & domino ciuitatis valde familiaris. hic audiens quod Boemundus princeps clarissimus esset, per fideles sibi nuncios eius sibi gratiam conciliauit, ita vt diebus penè singulis de statu ciuitatis redderet eum certiorè. hunc amicum suum Boemundus soluto concilio per nuncios conuenit, de promisso illum sollicitans, vt quod condixerat, adimpleretur. quo audito, lætus Emirferius, fratrem quem habebat vnicum, sine quo negocium non potuit perficere, tentare cœpit, si in eo negocio concurrere vellet. **Quod** cum velatis verbis primum induxisset, reperit eum ab hoc negocio abhorrentem, immo nostrorum opera execrantem. Sic ergo declinans fratrem, laudat tamen eius constantiam, & ne Christi obsequium impediretur, de eius morte tractare cœpit, charitati fraternæ publicam fidelium præponens salutem. Ea autem noctis tempestate, cum ciuitas sopori se dedisset, videns horam rebus opportunam, Boemundo nunciat, vt cum suis festinus adueniat. **Quo** audito, Boemundus conuocatis clam alijs principibus, cum suo domestico comitatu subitò ante turrim adierunt: interea Emirferius turrim ingressus, fratrem suo proposito aduersantem, dormientem occidit. **Quo** facto, fune demisso, principes in Dei nomine ascendere cœperunt, primusque Boemundus, post comes Flandrensis & Tancredus, post quos ceteri, qui virtute induti ex alto, duce Emirferio, decem turres, occisis earum custodibus, occupauerunt: descendentes properè ad portam propinquam, eam effregerunt, admittentes eos qui foras expectabant. Aurora itaque surgente, buccina signo dato, ad vrbs ingressum ceteros qui in castris remanserant, admittunt, qui per urbem discurrentes, & domos effringentes, stragem maximam ediderunt. ciues autem audito tumultu, ex stratis surgunt. videntes captam urbem, relictis domibus, fugere tentabant, sed inter cuneos armatorum obruncabantur. multi tamen per portas egressi, aut per murum demissi, ad montana conscendentes, vitæ consuluerunt, inter quos & Cassianus ciuitatis princeps, dum fugeret, à quibusdam Armenijs occisus est. **Nostri** autem potiri ciuitate, nihil prorsus alimentorum reppererunt: nec mirum, cum iam penè 9. mensibus ciuitas fuisset obsessà. attamen in auro, argento & lapidibus preciosis tot & tantæ diuitiæ repertæ sunt, vt qui prius mendicabat, nunc locuples factus, omnibus abundaret. **Capta** est igitur Antiochia anno 1097. tertia die Iulij mensis. Verùm de his aliter Blondus, cui alludere videtur Platina. Cum enim in anticipi esset, inquit, vt vrbs caperetur, fortè per inducias Pyrrhus quidam Antiochenus ciuis admodum potens, gestarum à Boemundo rerum omnium in Syria clarissimarum fama allectus, illum videre & per interpretem alloqui curauit: adeoque illius moribus delectatus, vt urbem Antiochiam eius dominio subijcere sit pollicitus, si reliqui modò Christiani eidem cum imperio præesse Boemundū paterentur. Sed Boemundus qui publicam deditonem vrbs breui sperauit, ad hoc induci non potuit. **De** inde Pyrrhus filium suum quem habebat vnicum, obsidem misit, id maxime orans, vt Boemundus propriam tenendam acciperet dominio ciuitatem. Retulit ad principes Boemundus omnia, & vicit concors sententia, Boemundo permittendam, si parta esset, ciuitatem. igitur constituta ad facinus nocte, Boemundus omnes Christianorum copias, quæ castra non custodiebant, per simulationem prædæ montanæ faciendæ, educit, & vallem proximam circumactus est, quousque ad noctem concubiam præmissi audaciores quique & scalis quas Pyrrhus in summo sustentabat, muros conscenderunt, & propugnaulis Christiano munitis præsidio, porta vrbs Pyrrhi custodiæ commissa, nostro equitatu est aperta. **Ingressis** itaque Antiochiam Christianis, in Saracenos Turcasque sæuitum est: & cum publico vocis edicto vbique publicaretur, parcendum esse ciuibus, omnis sexus atque ætas, nullo lædente, partim in montana, partim in Christianorum migravit castra. Profuisse maxime nostris affirmat ille Armeniorum & Surianorum fidem, qui quæque hostium consilia linguæ & vitæ consuetudine explorantes, ad nostros referebant. **Acceperant** Armenij sub Magno Constantino & ceteriores Indi, Iberesque Christi fidem, quarum gentium reliquiæ Christianæ, incertis sedibus vagantes, à Calipha Aegypti præside in Syria acceptæ sunt. **Capta** vrbe, Turcæ & Saraceni complures in arce saluati sunt. vnde arcis expugnatio inuenta est.

Antiochia
proditur.

Armenij.
Suriani.

ta est. erat arx in excelso monte munitissima, in cuius expugnatione multi vulnerati sunt, inter quos dum Boemundus acerrimè pugnat, femur sagitta trajicitur, atque faucibus factus, per aliquot dies agrotare cœpit. Inter hæc magna multitudo equitum visa est à longè. credebant nostri Alexium imperatorem esse, qui sæpe venturum se promiserat. sed paulò post Armenij retulerunt, Corbanam esse Persarum regis militiæ principem, qui Antiochiæ opem ferre venerat cum Senfadolo Cassiani filio. **Hic** enim tempore induciarum, viuentem adhuc patre, ad id missus fuerat. vnde factum est, vt tanta multitudine Turcarum ac Saracenorum vndique ciuitas mox obsideretur. **Corbana** ad pontem ferreum fecit castra, & iubente Senfadolo, per suos arcem accipit, atque præsidio firmiore muniuit. per quam eruptione facta, urbem capere admissus est. pugnarum est in vrbe, & magna cede vtrinque facta, hostes repressi sunt. atque ob hanc rem placuit nostris, arcem munitionibus includere. **Interim** Armenij & Suriani prohibiti sunt frumenta ad Antiochiam inferre, vnde exorta est in ciuitate fames solito vehementior. promiserat autem Alexius annonam mittere, & iam naues eius cum frumento appropinquabant. **Tum** Stephanus Carnoti comes, desertor signorum, obuius Christianorum exercitum perijssè nunciauit. hic enim, adueniente Corbana, cum pluribus aufugit, ante eum Guilielmus regis Franciæ consanguineus, primus omnium desertor factus est. mercatores, his auditis quæ à Stephano dicebantur, retro cessere. erat tanta fames, vt camelos, mulas, equos, asinos & immunda quæque ederent, ac quælibet & quoties dabantur, pro summis reputabant delicijs. **At** vero Corbana his perceptis, quasi de victoria securus, nostros intra urbem animosius comprimebat. vnde in tanto desperationis barathro constituti sunt, vt nec salutis spes vlla superesse videretur. **Quare** dicitur, quod etiam principes de salute desperantes, habito consilio inter se occultè decreuerant, vt relicto populo, ipsi clam aufugerent. quod postquam duci Gorfredo innouit, & legato domino Podiensi, vocatos illos ad se, iustis increpationibus corripuerunt, & ne populum desererent orabant. **Dum** autem sic affligeretur Dei populus, respexit eum Dominus, consolationemque mittebat. **Apparuit** enim cuidam clerico B. Andreas, cui plurimum erat deuotus, commonens quatenus principibus nunciaret, vt lanceam qua Domini nostri latus fuerat perforatum, in Ecclesia B. Petri repositam perquirent, ei que locum certis ostendebat indicijs. **Quod** cum fecisset, & ipsi ad eius suggestionem in loco effossa aliquantulum terram, lanceam, sicut clerico illi ostensum fuerat, inuenerunt. **Hoc** audiens populus, tanquam de immissa ei cælesti consolatione, cœperunt à suis anxietatibus releuari, iterumque voto se & iuramentis obligarunt, quod ab inuicem non discederent, quousque authore Domino urbem suæ restituerent libertati. **Igitur** præmissis ieiunio, & indicta die pugnae, cum 26. diebus afflictione mirabili plurimum laborassent, præcedenti nocte dum arma equosque præparant, somno locus non datur. manè factò, circa crepusculum sacerdotes & ministri Domini per Ecclesias diuina celebrantes, populum antequam ad prælium egrederetur, de peccatis suis prius humiliter confessum, corpore & sanguine Domini munierunt: quo factò, tanta eis diuinitus infusa est gratia, vt qui pridie lumina vix attollere poterant, nunc prodeuntes, victoriam sibi promittere ausi sint. **episcopi** verò & sacerdotes sacris induti, populum benedicebant. **Itaque** summo diluculo 4. Kalen. Iulij, duodecim acies instruxerunt, quarum vltimam, quæ erat cæteris amplior, tenebat illustris princeps Boemundus. **Accidit** autem, vt egressis ros quidam suauissimus, modicus tamen, sed gratissimus descenderit, quasi in eo benedictionem & gratiam suam videretur infuisse Dominus. **Mirabile** dictu, quicumque eo imbri conspersus est, tantum concepit animum, vt nihil laboris, nihil molestiæ in tota illa expeditione esse videretur. **idem** in equis fertur apparuisse. **Interea** hostes accepto nostrorum ab vrbe egressu, acies instruunt. ventum est ad pugnam, primæ tres acies nostrorum viriliter in hostes irruunt, sequentes aliæ non minus, præcedente lancea Domini cum sacerdotibus. **Pugnatum** est illo die acerrimè. tandem hostes, dissolutis cuneis, vertebantur in fugam. **Corbana** autem videns suas dissolutas acies, & ipse fuga elapsus, salutis suæ consuluit. **cædem** in hostibus factam, omnes scriptores in centum millia referunt. **Consummato** itaque prælio, nostri ad castra hostium redeunt: vbi tantam rerum reperiunt opulentiam, tantas Orientalium diuitiarum copias, vt iam auri, argenti, gemmarum neque numerus esset, neque mensura: equorum etiam & armentorum, annonæ quoque & victualium reperta est tanta abundantia, vt iam nescirent quid

Christiani
in Antio-
chia obsi-
dentur.

Desertores
seu prodito-
res Christi-
anorum.

Mirum de
lancea phæ-
tasina.

Rore Chri-
stiani recre-
ati.

Cædem mil-
lia hostium
causa.

Antiochie
arx dediturBoemundo
Antiochia
traditur.Babylonijs
rex dolo Ie-
rusalem oc-
cupat.Patriarcha
Hierosoly.
pulsus.

quid eligerent. hac potiti sunt victoria anno Domini 1098. 28. Iunii. Reuersi in urbem læti ouantesque duces, altero haud minori affecti sunt gaudio, quod Ammura- tus arci præfectus, Christianus est factus, deditioe arcis facta. idque solum in facien- da deditioe est pactus, ut qui ex cohorte sua fidem Christi nollent suscipere, cum re- bus suis abire permitterentur. Re itaque perfecta, Boemundus in procerum concilio atque multitudine Antiochiam sibi promissam postulauit permitti, cæterisque omni- bus facillè consentientibus, S. Aegidij comes restitit, eo maximè prætenso colore, quod ea ciuitas in vim iuramenti, quo Boemundus Alexio imperatori omnem obli- gauerat expeditionem, illi vel inimico deberetur: qua in controuersia cum diu al- tercaretur, episcopis ac sacerdotibus causa commissa est, ex eorum arbitrio ter- minanda. Interim etiam Hugo Magnus ea de re missus ad Alexium, qui sibi conscius promissa malè seruasse, & in tantæ urbis traditione dolum subesse veritus, nequa- quam sibi fidem seruandam esse dicebat: qua etiam in legatione Hugo Magnus de- functus est. Concesserunt ex condicito episcopi ac sacerdotes in basilicæ S. Perri sa- cellum, his enim diebus Podiensis episcopus, Ap. Se. legatus, viam vniuersæ carnis erat ingressus, censueruntque vt Boemundus princeps Antiochiæ declararetur. castra ta- men, quemadmodum antea, cum copijs suis vsque ad consummatam victoriam se- queretur. Inter hæc, & dum nostri nondum Antiochiam cepissent, Aegyptij regis, quem Babylonicum dicunt, legati foederum & pacis nomine adueniunt, pollicentes auxilium aduersus Turcas, qui Palæstinam totam cum Hierosolymis ante aliquot an- nos occuparant, vt supra in Henrico 2. scripsimus, occiso apud Hierosolymos Calipha à Syracino, ea se ratione sperantes Aegyptij, oppressis Turcis, ad imperium suum re- dituros. Hac de causa securitate accepta, non pauci lectissimorum militum Babylo- niam diriguntur, quorum fortitudine, proceritate, habitu & incessu, omnique ele- gantia attoniti barbari, Francos (sic enim Occidentales populos nominant) plus quam homines fatebantur, affirmantes omnino non esse mirum, quod huiusmodi bellatores totum affectarent sibi subijcere mundum. Inito denique consilio, rex Ba- byloniæ Hierusalem obsidet, ostensisque legatis, Francis se foederatum affirmat, quo- rum gladijs, si sibi ciuitatem non traderent, ipsos tradendos minatur. His itaque dol- lis rex barbarus non fuit, sed Francorum timore, ciuitatem recepit: eamque Saracenis copijs machinisque contra Christianorum aduentum præmunivit, & ita nostri dece- pti sunt. Rebus interim in vrbe Antiochena compositis, mansit ibidem populus Christianus, vbi suscitata est magna clades in populo, vt vix aliqua præteriret dies, in qua saltem 30. vel 40. non essent funera. sexus quoque foemineus ibi penè totus periit, ita vt intra paucos dies 40. millia deficerent. dispersi nostri principes, multas circa Antiochiam vrbes ceperunt, & tributarias nonnullas sibi fecerunt. In Kalen- derò Septembribus, sicut inter eos erat constitutum, in vnum reuersi, iter versus Hie- rusalem aggrediuntur: transcursisque multis regionibus, multisque ciuitatibus ex- pugnatibus, Tortosam applicant, quam oppugnare adorti, quum tribus ex obsidione mensibus frustra laboratum extitisset, inde soluentes, ad urbem Tripolim peruene- runt. erat enim vrbs populosa, qui nostris pugna occurrunt, sed facillè victi atque fu- gati sunt. Urbem obsidentes, murmure populi relicta obsidione versus Hierosoly- mam iter arripiunt. sequentes maritimam oram, die tertia ante urbem Berytum de- scenderunt, deinde Sidonem & Tyrum: transeuntes in Galileam, à læua percurrentes Cæsaream Palæstinæ, post diem tertium in planitie, quæ non longè est ab Ioppe, castrametati sunt. Interea Hierosolymitæ scientes certò peregrinorum omnium speciale propositum obtinendæ ciuitatis, urbem communiunt, victui necessaria & ar- ma comportantes. Sed & princeps Aegyptius quanto potuit studio mœnia reparari ciuitatis præceperat. præterea conuenientes, decreuerunt, interfectis vniuersis fi- delibus qui Hierusalem habitabant, Ecclesiam Dominicæ resurrectionis deijcere fun- ditus, & sepulcrum radicitus euellere, ne illorum occasione aut orationis gratia po- pulus fidelium deinceps accedere, & urbem frequentare proponeret: sed cognito, quod per hoc maiora nostrorum populorum conflarent odia, destiterunt. Verùm spoliatis fidelibus qui in vrbe habitabant, omnes cum domino patriarcha ab vrbe expulerunt, qui vsque ad peregrinorum aduentum in viculis suburbanis latuerunt, indies mortem expectantes. Interea exercitus fidelium intelligens loca venerabilia, pro quibus tot labores susceperant, appropinquare, suspicientes crebrò, mox è vi- cino urbem sanctam conspexerunt: qui præ gaudio fuis lachrymis, Deum glorifi- cabant,

cabant, quod eos exaudire dignatus esset, vt iuxta eorum desideria ad loca optata meruerint peruenire. ANNO igitur Domini 1099. septimo die mensis Iunii, Chri- stianus exercitus ante urbem castrametatus est Hierosolymam, arduo monte sitam, ac pluribus vallibus distinctam, adeò vt non nisi à maximis exercitibus obsideri pos- set. aquis etiam fluuijalibus ac fontanis caret, quæ exercitibus permaximè sunt ne- cessaria. solus enim Siloe amnis, & is quidem æstate pertenuis, interdum nullus, per montem Sion in conuallem Iosaphat perlabitur. sunt tamen permultæ in vrbe & agris cisternæ, quæ solis ciuibus aquam præstare solent ad vsum, non etiam magnis exercitibus & iumentis militaribus. Quinta autem die postquam ad urbem peruenit exercitus, comparato sibi comætu, quatuor locis oppugnare urbem magnis viri- bus adortus, eam Hierosolymitanis acriter defendentibus, indies magis magisque contendentibus, cum iam totum mensem circa mœnia vniuersus defudaret exerci- tus, die xj. mensis Iulij vno animo assultum faciunt, & cum vsque ad horam diei 7. si- ne certa victoria anceps certamen esset, subitò virtus diuina affuit, quæ fidelium re- bus iam desperatis consolationem attulit. nam de monte Oliueti miles quidam ar- mis accinctus fulgentibus, qui postmodum non comparuit, signum dabat nostris le- gionibus, vt assultum irerent: quo signo viso exhilaratur exercitus, & maiori ani- mo ad expugnationem vrbs redijt, tanto feruore, vt qui fessii aut vulnerati antè ope- ram subtraxerant, nunc resumptis animis, vltro se ingerant animosius. tanta siqui- dem erat in castris læticia, vt iam quasi certi de victoria, in vni horæ spatio vallo di- rupto & effracto antemurali, quoddam castellum quod ex lignis contexuerant, muro applicarent. ciues autem immensæ proceritatis atque soliditatis arbores à muro sus- penderunt, vt machinarum ictus eliderent: quarum duas nostri, qui erant in castello fabrefacto, præcisissimis furibus deiecerunt. Quo facto, dux Godfredus qui in ea parte vr- bem oppugnabat, sursum in castellum dictas traves ferri præcepit, quibus ex vna par- te in machina, ex altera super murum locatis, vicem pontis præbuit. ponte igitur sic ordinato, primus omnium dux illustris Godfredus cum fratre Eustathio inscendit vr- bem, post quos multi alij secuti sunt. hostes autem mœnia à nostris teneri videntes, & turres & stationes deserunt. mox nostri ad portam septentrionalem, quæ porta S. Ste- phani dicitur, conuolant, atque illa refracta, Christianos expectantes introducunt, qui per vicos ciuitatis discurrunt strictis gladijs, nec ætati nec sexui parcentes, in ore gladij prosternerant omnia. confugerat in atrium templi maxima paganorum mul- tudo, ad quos properans dominus Tancredus, omnes ibidem repertos obruncat propè ad decem millia. Cæsis itaque vniuersis hostibus, populus fidelium depositis armis, in spiritu humilitatis cum gemitu & lachrymis, venerabilia loca singula perqui- rere inceperunt. die captiois verò ciuitatis, dominus Adimarus Podiensis episcopus quondam legatus, qui apud Antiochiam vita decesserat, à multis in sancta visus est ci- uitate, ita vt multi fide digni asseruerint, super muros ciuitatis primò omnium ascen- disse, & cæteros ad ingressum vrbs animasse. multi quoque alij, qui in via diuersis cas- bus occubuerunt, in dicta ciuitate apparuerunt cum alijs loca venerabilia visitantes, in quo manifestè dabatur intelligi, quia etsi vita discesserant corporali, ad æternam tamen vocati beatitudinem, non sunt fraudati desiderio suo: sed quod pio expetue- runt studio, pleno sunt consecuti affectu. Capta est autem ciuitas sancta bis vno an- no: primò à Saracenis, vt dictum est: deinde à nostris, eo scilicet die, quo primitiua Ecclesia inde abiecta fuit, ex quo festum de Apostolorum dispersione celebramus hoc die, scilicet 15. mensis Iulij, anno Domini 1099. & anno 490. postquam imperante Heraclio, à Saracenis extitit occupata, quæ post annos 88. quibus eam tenuerunt fide- les sub septem regibus, rursus à Turcis capta est, & à Saracenis nunc vsque possessa.

Deinde die octauo conuenerunt principes, vt aliquem de suo collegio eligerent regem. inuocataque spiritus sancti gratia, pari consensu omnium Godfredum Lothar- ingiæ ducem, aliàs de * Bolion dictum, regno præfecerunt. Hic princeps fuit oriun- dus de ciuitate * Boliona in prouincia Rhemensi sita, patre Eustathio comite illius re- gionis, matre verò Ida sorore ducis Lotharingiæ, qui illum adoptauit in filium. vnde dux erat religiosus, clemens, pius, contemptor vanitatis seculi, in orationibus iugis, pulcher atque robustus, cuius opera semper fuerunt magna. Godfredus igitur re- gni titulum non abnuit, coronam verò auream reiecit, indignum arbitratus, illic au- reo diademate hominem vti, vbi rex regum Christus spineam coronam pro redem- ptione humani generis tulisset. Præterea Arnulphus presbyter, patriarcha creatus est

Expugnatio
Hierosoly-
morum.Godfredus
primus vr-
bem ingre-
ditur.Anni capti-
uitatis Hie-
rosolymita-
næ.Godfredus
Lothar. Hi-
erosol. rex
eligitur.

Patriarcha
lectus.

Hen. F. Hen-
ricum coro-
nat.

Cunradi fa-
cinus pii.

Vrbani 2.
inretritus.

ab episcopis, qui tum aderant, secundum aliquos. Alij tamen scribunt, non ita multo post electum fuisse Daibertum Pisanum archiepiscopum, prout paulo post dicitur. ANNO igitur Domini 1099. septimo die Iunii obsidebatur ciuitas sancta, & 15. die Iulij euicta est. electus deinde in regem Godfredus, vir Deo deuotus, statim regni sui primitias coepit Deo offerre. nam protinus in Ecclesia Dominici sepulcri instituit Canonicos Regulares, prout de hoc ordine & reliquis Cruciferis dicitur in fine generationis. Illis etiam diebus inuenta est in Ecclesia resurrectionis portio vna Dominicæ Crucis, quam ob metum gentilium fideles occultauerant. Interea cum hæc in Oriente fierent, in Occidente Henricus imperator rediens ab Italia, Ratisponam venit, ibique aliquandiu moratus, fertur Iudæis qui antea baptizari fuerat coacti, iudaizandi ritum permisisse, anno scilicet Domini 1097. Sequenti verò anno, inquisitione facta Moguntia de facultatibus Iudæorum deipoliatorum, inter cæteros quidam archiepiscopi consanguineus inculpatus est, quem tamen archiepiscopus defendebat. non deerant qui dicerent, archiepiscopum de rapina participasse. Erat enim homo pecuniarum cupidissimus supra quam dici poterit, Henrici partes ob auaritiæ malum, in animæ suæ detrimentum ubiq; defendendo. ANNO verò 1099. Henricus natale Domini Colonia celebravit, postea in Epiphania Aquilgrani filium suum Henricum 5. regem fecit, reprobatò maiore filio Cunrado, quæ prius coronauerat. Cunradus Henrici 4. filius rebellasse patri infamabatur. vnde hoc anno causam rebellionis paucis in regno detegens, per quasdam Italia partes ingrediens, nomen & dignitatem regis ferè 9. annis obtinuit. Erat hic vir per omnia catholicus, & Apostolicæ sedi subiectissimus, plus religioni quam fascibus aut armis deditus, fortitudine tamen satis & super instructus, lectioni plus quam lusibus vacabat, miseris & præcipue militibus inopia pressis largus, omnibus affabilis, neminem contemnens, indeque non immerito Deo & hominibus extitit charus. celibatam perpetuò seruasset, sed coactus à suis, filia Rogerij ducis Sicilia duxit uxorem. honorabat nihilominus patrem, ita vt murmur quod per totum imperium mores laniabat patris, quodque causam suæ rebellionis dedit, auribus proprijs nunquam patiebatur inferri, semper illum dominum suum & imperatorem nominans, vniuersos etiam à palatio patris aduentantes, sub appellatione confuororum, licet infimos, sociali beneuolentia tractabat, ac præter animæ virtutes morumque compositionem, corpore fuit ad primè decorus & statura procerus. Deinde anno Domini 1101. manens in Italia, Mechtildi nobilissimæ foeminae suæ consanguineæ ita contubernio coniunctus, vt & in rebus per Italiam disponendis, tam illius quam domini Apostolici cæterorumque Deum timentium consilio semper vsus sit, cuius etiã opera Henricus pater à multis insolentibus fuerat repressus. plena tandem fide & confessione à regno transitorio ad æternum creditur regnum migrasse. sunt & qui veneno dicunt eum interiisse. testari solent qui aderant, in brachio corporis ex animi crucis signaculum subito exortum se vidisse, ipsasque eius exequias quibusdam miraculis honoratas fuisse. ANNO Domini 1100. Vrbanus pontifex tanquam re bene à se inchoata, Dominici sepulcri liberatione feliciter absoluta, carnis debitum persoluit. Inussit autem eius mors non leuem Romanis notam, quod ex Petri Leonis domo funus efferebatur. nam biennio ante obitum ipsius odio Romanorum cedens, qui partes Guiberti antipapæ videbantur tueri, in domum eiusdem Petri Leonis receptus est. constituit enim sibi, amicis consulentibus, à consueta per id tempus Laterani habitatione, quandiu aduersarius viteret, abstinentum, vt tutior esset. Quod cum intellexisset Guibertus Rauennas antipapa, Richardi principis Capuani, qui & Beneuentum tenebat, instigationibus & ope Albam se contulit Marforum oppidum, vt propinquior vrbi esset. Sunt qui Guibertum Crescentij castro eiectione ab Urbano, dum è Claromontensi concilio rediret, affirmant. Ita factum est, vt post 2. annos Vrbanus carnis debitum persoluerit, vir planè sanctissimus, qui paulò antè Henricum Sueuonensis Ecclesiæ episcopum reconciliauit. is enim spontè venit ad Urbanum, episcopatuque quem à rege acceperat, liberè se abdicat sine vlla restitutionis spe. quam ob rem pontifex clementissimus, cum necessitas prouinciæ ita exigeret, nolenti & recusanti episcopatum restituit, accepto iureiurando sub hac forma: Ego Henricus excommunicatis ab hac sede, deinceps sciens & volens non communicabo: similiter consecrationibus eorum, qui episcopatus vel coenobia à laicis contra ius fasque acceperint, nunquam interero: & ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Mortuus est autem Vrbanus pontificatus sui anno 12. mense 4. in ædibus Petri Leonis, cor-

nis, corpus verò per Tiberinam regionem ad vitandas inimicorum insidias, qui etiam mortuum lædere conabantur, ad S. Petrum in Vaticano delatum est, ibique honorificè sepultum. At sub manu inclyti principis Godfredi regnum Hierosolymitanum mox vt regnare coepit, conualuit. cumque per idem tempus principes expeditionis nondum ab inuicem essent diuisi, princeps Aegyptius qui Calipha dicitur, inter Orientales potentissimus, innumerabilem collegit exercitum, mandans principi militiæ suæ, vt cum vniuersis regni viribus in Syriam descenderet, ac populum nostrum deleret. Venit igitur, vt constituerat rex, in Syriam copijs maximis. quo audito, nostri quoque congregati sunt, & hostibus occurrunt. habebant equites duntaxat mille 200. pedites verò 9. millia. igitur aciebus instructis, Dei inuocato auxilio, hostes primo impetu in fugam vertuntur, & nostri insequentes acrius, magnum numerum occidunt. Verum alij aliter narrant. scribunt enim, quod cum ordinatum esset qui ciuitatem retinere deberent, & inter illos pia disceptatio suborta fuisset, maximè quod nonnulli amore patriæ & pietate parentum redire ad natale solum suosque statuissent, tum nunciatus illis, quod rex Babyloniorum Ascalonem venisset cum innumerabili multitudine paganorum, expugnaturus Hierosolymam Antiochiamque. Cum in veritate nostri qui Hierosolymis erant, barbaros venire comperissent, contenderunt obuiam illis, relictis infirmis & Petro Eremita ad custodiam vrbs, armata manu venire. Cumque hostium exercitum vidisset innumerabilem, genibus flexis, Deum inuocauerunt, vt qui in alijs necessitatibus sibi semper affuerat, in præfenti quoque bello contra hostesque viribus paganorum, ipsos adiuuaret. nec mora, Deus affuit. nam commissâ pugna, nostri victoriæ compotes, ad 30. millia hominum interfecerunt. Clemens autem, regis Babyloniorum militiæ princeps & hostium dux, naui fugiens, salutem sibi quaesuit. Referunt quidam eum in prælio in exercitu Christianorum non plus quam 5. millia equitum, peditum autem 15. millia fuisse, cum in exercitu hostium 100. millia equitum, & 400. millia peditum fuissent. Tunc autem, vt aiunt, mirabilis in seruis suis Deus apparuit, qui pro solo impetu nostrorum, hanc multitudinem conuertit in fugam, & omnia eorum arma corripuit, ita vt si deinceps nostris repugnare vellet, arma non haberent. De spolijs verò non est quaerendum, vbi thesaurus regis Babyloniorum occupatus est: ceciderunt secundum illos plus quam 100. millia Maurorum gladio. de his verò qui in mari interierunt, non est numerus. pugnabat certè orbis terrarum pro Christianis. pridie autem quam bellum fieret, multa millia camelorum, boum & ouium noster cepit exercitus, cumque iussu principum populus hæc dimisisset, in pugnam progrediens, mirabile dictu, multas turmas fecerunt cameli, similiter autem boues & oues, quæ omnia lento pede comitabantur exercitum, vt cum stantibus starent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. nubes etiam ab æstu solis Christianos defendisse fertur. Ascalonitæ verò tanto incommodo accepto, vrbs Godfredo statim tradiderunt, in qua tantum auri atque argenti deprehensum est, quantum alio vnquam in loco. Celebrata itaque victoria, exercitus Hierosolymam est reuersus: & relicto ibi Godfredo, magna multitudo ad patriam redire contendit, inter quos Raimundus S. Aegidij comes, Rupertus Nortmanniæ, & Rupertus Flandriæ comites sunt habiti. Quibus recedentibus, Godfredus vna cum suis mira felicitate vsus, Ioppen maritimam & Ramulam expugnauit vrbs, quæ impedimento Christianis erat, quo minus tutò ab Ascalone Hierosolymam proficiscentur, obsedit & Caipham ad radicem Carmeli sitam. Verum durante adhuc obsidione, Tiberias Galilææ se obtulit, Caipha non ita multo post ex foedere recepta. sic dux magnanimus parua licet manu fultus, magna quæque coepit in Domino attentare, reliquias gentium quasque remanentes persequi, præsidia locis opportunis instituire, ecclesias clerumque quantum poterat reparare, coenobitas alibi congregare, donaria multa tam monasterijs quam hospitali, quod nunquam defecerat in Ierusalem, deuotissimè conferre. Et cum vsque ad hos dies Hierosolymitana vacasset Ecclesia, de communi omnium voluntate, dominum Daibertum virum venerabilem Pisanum archiepiscopum, qui post captionem ciuitatis in terram sanctam cum multis de Italia nauigio venerat, in sedem patriarchæ collocauit. fortè Arnulfus presbyter, de quo supra facta est mentio, vita erat functus. ANNO igitur 1100. sub Godfredo duce conuentus ingens factus est in Ierusalem ab omnibus qui fuerunt in Oriente Christianis, maximeque qui in Antiochia vel in Syria vel Palæstina confederant peregrinis, intantum, vt in ipso natiuitatis Dominicæ

Babylonij
Caliphæ in-
fidia.

Clemens au-
tem principis
fuga.

Aegyptiorum
caedes.

Ascalonitæ
se Gotf. de-
dunt.

Godfredi
succellus.

Gofredi
mors.

fecto plerisque regionibus consecrarentur episcopi. Quo quidem anno rex Gofredus infirmatus est, qui sentiens sibi mortem imminere, assumpto salutis viatico, tanquam verus Christi confessor, viam vniuersæ carnis ingressus est, quo anno etiam Boemundus Antiochenus princeps, capere volens urbem quandam, à Turcis captus est. Gofredus itaque ante montem Caluarie in vestibulo Golgathane Ecclesie, vbi eius mausoleum lapide Pario constructum cernitur, gloriosè tumulatur. Hoc in tem-

Balduin⁹ 2.
Hierof. rex.

pore Balduinus frater Gofredi Edeffenus comes, principatum iam gentis illius consecutus, audito fratris obitu, Balduino cognato ditionem suam dedit. ipse verò Hierosolymam contendit, ibique electus ab omnibus princeps consensit, nec multò post inclinans caput super Domini sepulcri tumbam, ipsius se seruituti perpetuò subiugauit. post hæc quo magis paganus Christianorum timor incuteretur, die pentecostes per legatum Apostolicæ sedis accepta regali benedictione coronatur. deinde Assur & Casaream ciuitates maritimas expugnauit, castrisque qui inibi erant Saracenis, regnum suum dilatauit. Erat enim Balduinus vir strenuus, in armis agilis, in rebus bellicis fortunatus, animo in hostes audax, promptus & impiger, quippe qui in ipsam Turcatum gentem ac ceteras infidelium nationes, prælia multa gesserit, & gloriosè triumphauerit. quare ab omnibus imperio dignus proclamatur. ANNO Domini 1000. Urbano 2. ab hoc seculo euocato, Reinerius è Bleda Tuscia ciuitate

Paschalis 2.
papa.

oriundus, tituli S. Clementis presbyter cardinalis, in Paschalem secundum assumptus est: quod ita futurum Albertus Alatinus episcopus, teste Platina, aliquando diuinavit. nam cum ab amico interrogaretur, quem Urbano successurum putaret: Reinerium, inquit, propter fidem & constantiam Deus eliget. sedit autem annos 18. menses 6. Postquam Paschalis solenniter fuit coronatus, arbitratus est turpe fore, si Guiberti antipapæ temeritati non intercederet. erat autem pecuniarum egens quibus copias compararet, vt Guibertum ab Alba pelleret, amicos tamen orare vt opem ferrent, coeperat. Tum Rogerius Sicilia nouus comes, gratiam pontificis & Ecclesie sibi conciliaturus, oratores ad illum misit, qui debitis obedientie sponsonibus factis, mille auri uncias dono cum aliquot peditum ac equitum turmis misit. Ea igitur adiutus pecunia Paschalis, exercitum tumultuarie contractum duxit in Albam Marforum oppidum: & auxilijs fretus quæ Rogerius misit, hostem obsidere constituerat. Sed Guibertus Richardi Capuani comitis ope diffusus, in proxima Aquilanorum montana se recepit: dumque pontifex in expugnanda Alba aliquot detineretur diebus, Guibertus febre ex fugæ labore correptus, homo iam decrepitus, breui est mortuus. Erat autem vir, vt quidam scribit, satis ingenio, facundia, nobilitate, personæque reuerentia clarus, nec Roma tunc, nec Rauenna bene vsus: & qui super vnum papam viuentem, quantum coactus, vt aiunt, affcendit, ipse tres sibi et alternatim succedentes superuixit, extorris vtraque sede, Romæ videlicet ac Rauennæ, malens, vt ab ipsius ore didicimus, ait iste, Apostolici se nomen nunquam suscepisse. A malis tamen, Guiberto sublato, Ecclesia non statim quieuit. Richardus enim Campanus comes, qui copijs & opibus Guiberto auxiliatus est, in locum demortui Albertum quendam substituit Atellanum ciuem, quæ vrbs Auersa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuam posita, qui statim à bene sentientibus abdicare se magistratu coactus est, & relegatur. Cauenses autem agri Prænestini in colæ, Richardi stultitiam imitati, Theodoricum quendam pontificem creauere. verum hi quoque poenitentia ducti, quinto & centesimo die è pontificatu deiectum, anachoretæ habitum induere cogunt, & vitam ducere priuatam. Tertius præterea Maginulphus Romanus ciuis, apud Rauennam pontificatus titulum vsurpare ausus est, quem quidem & Romani exilio multarunt, & Rauennates omni humana ope destitutum, vrbe sua pepulere. vacabat enim hic artibus necromanticis. Sic his impijs deficientibus, verus pastor Paschalis conualuit, qui à Domino confortatus, omnia castra, oppida, ciuitates & municipia, quæ à tyrannis tempore Henrici imperatoris occupata fuerant, ad ius B. Petri reduxit, pacem reformans in vrbe. & quia Richardus comes Cauenas occupat oppidum B. Petri, pontifex in eum ducens, Cauenas recepit, & Zagarolum ac Columnam paternæ hereditatis castella illi abstulit. Fuit familia Corforum Romæ potentissima, & Gregorio 7. aded fidelis, vt eorum domus sub Capitolio posita, ab Henrico 4. sint exusta & solo æquata. verum mutato animo, Stephanus eiusdem familie princeps, absente papa, ecclesiam B. Pauli cum castello ibi edificato, furto occupauit, magnaque inde Romanis intulit damna, quem reuersus pon-

Guiberrus
antipapa
moritur.Paschalis
gesta.

tifex

tifex inde deiecit. tandem inter illos pax est constituta. ANNO Domini 1101. audientes Occidentales principes mirabilia quæ per seruos suos Dominus in Oriente operatus fuerat aduersus infideles, firmiter statuunt expeditionem renouare, atque suis in Oriente succurrere: & quos prius timor, diffidentia vel inopia retraxerat, nunc Christi timor armabat. Inter primos autem episcopi Mediolanensis, & Papiensis, cum Longobardis ad quinquaginta millia crucè assumunt. Deinde Teutonici diuersarum prouinciarum, postremò Aquitani, quibus Guilielmus Pictauien. comes & Aquitaniæ dux præerat. Dominus quoque Stephanus Carnotensis & Blesensis comes, qui antè capta Antiochia, futurum prælium reformidans, fugerat: hic quærens ignominiam fugæ redimere, rursus iter arripuit. Dominus quoque Stephanus Burgundiæ comes, cum multis nobilibus iter arripit, Constantinopolim primùm, deinde Niceam transito Helleponto peruenit. Longobardorum itaque plebes, Carinthia permeata, dum post Hungaros à tergo relictos, in Bulgaria hyemarent, tandem Constantinopolim perueniunt, in alteramquæ ripam Alexio faciente transpositæ sunt, immo paganorum sagittis expositæ. Turcæ enim explorata Longobardorum inertia, stipularum more eos atterebant, intantum vt exercitus Teutonicus, qui eadem via subsecutus ad eandem metropolim peruenit, penè contritus sit. ab ingressu quippe Bulgariæ vsque ad sedem Alexij, semper Teutonicis nuncijs pacifici occurrebant, qui fauillarum more mox disparebant: milites etiam Alexij nunc eis à tergo, nunc à latere, nunc à fronte damna quærebant inferre ac castra irrumperere, donec copijs Guelfonis ducis & exercitu Guilielmi, diuersisque quotidie confluentibus copijs per dies xv. aucti ad centum millia, securius abire possent. Denique omnes illos, vt refert Teutonicus scriptor qui aderat, Alexius imperator filios appellans, securitatis sacramen-

Altera in
Hieroso. ex-
peditio.Alexij perfida
fraus.Occidentaliū frequen-
tes clades.

comites

Thiemo Salsaburg.
episcopus.

parcitur. Inſonuit enim rumor, quòd Calipha Aegyptius copias infinitas contra Syriam direxiſſet. quod poſtquam Balduinus rex comperit, cum equitibus circiter trecentis, peditum xij. millibus, inuocato diuino auxilio, viriliter illis occurrit: commiſſo que prælio, hoſtes in fugam vertit, quos noſtri inſequentes, de eis ſtragem mirabilem fecerunt, eorum principe interfecto. ANNO Domini 1102. cum hi eſſent in Oriente noſtrorum ſucceſſus, Henricus 4. Cæſar, partim ſalutandi pontificis Paſchalis cauſa, partim Italiæ componendæ gratia, Romam ire ſtatuit. Sed interim cum in ſe Paſchalis animam comperiſſet, rem diſtulit. Papa concilio Florentiæ conuocato, Gallicæ & Italiæ Eccleſiæ ſtatum compoſuit. antiſtitem Florentinum, qui Antichriſtum eſſe natum prædicauerat, admonuit, vt à temerario incepto deſiſteret. Henrici 4. Cæſaris ob ſchiſma deſecrati excommunicationem confirmauit hac ſerè formula: Anathematizo omnem hæreſim, & præcipuè eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ conturbat, quæ docet & adſtruit anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem, inquit ſinguli, obedientiã Apoſt. ſedis epiſcopo domino Paſchali, eiusque ſucceſſoribus ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, affirmans quod affirmat, & condemnans quod damnat. Hanc ſententiam in imperatorẽ Henricũ idem Apoſtolicus pronunciauit: Nos quoque, ait, inter innumeras diuerſarum gentiũ catetas, proxima cœna Domini in Lateranenſi eccleſia promulgauimus, quia tunicam Chriſti ſcindere, id eſt, eccleſiam rapinis & incendijs deuaſtare, luxurijs, periurijs atque homicidijs commaculare non ceſſat, primò à B. Gregorio Papa, deinde à ſanctiſſimo viro Urbano prædeceſſore meo, propter ſuam inobedientiam execratus eſt atque cõdemnatus, nos quoque in proxima ſynodo noſtra iudicio totius Eccleſiæ, perpetuo eum anathemati tradidimus: id notũ volumus omnibus & maximè vltimontanis eſſe, quatenus ab ipſius ſe contineant iniquitate. Hoc in tempore Hartingus Magdeburgenſis epiſcopus obiit, & Rupertus epiſcopus Bambergeniſis, cui per imperatorem Henricum Ortho cancellarius eius ſubſtituitur. Per idem tempus territi Babylonij, miſſis epiſtolis Damasco, Tripoli, Gibelet, caterisq; barbaris ciuitatibus, aduerſus nomen Chriſtianitatis ſe inuicem cohortabatur. egreſſus itaque xl. millium exercitus de Babylonia, primũ ad Ioppen tendens, cum Atcalonitis qui in fide non manferant. Balduinus hoſtium tantam multitudinem non ignorans, ſuos ab Hieruſalem, Neapoli, quæ ſe nuper dedit, è monte Thabor, Hebron, Cæſarea & Aſſur, in Ioppen, vbi tum non parua manebat turba, conuocauit. erat tanta tunc mortalitas, vt quotidie trecenta cadauera Hieroſolyma exportarentur. Ioppæ verò ingens campus occupatur, ac quodam die hora tertia, præcedente rege, lignum S. Crucis, quod anno priori terra abſconditum diutiſſimè, Goſfredo oſtenſum erat, effertur. Extra ciuitatem verò Ioppen totius populi conuentus eſt factus, iuſſuque regis oratio ad populum habita exhortatoria, ad quam quaſi vox vna totius populi: Breue, inquit, conſilium noſtrum erit, pro Chriſto Chriſti que legibus mori fortiter, & viuere æternaliter. protinusque ante crucem confeſſione peccatorũ humiliter facta, ac poſt indulgentiam à legato Apoſtolicò benedictionemque datam caſtris redditi, & inde ſummo manè ad 7. millia peditũ & mille equites recenſiti, periculo ſunt ingenti cum gaudio præſentati. Itaque viſa ſtatione hoſtium, ferueſcere ceperunt ea fide, vt quiſque ſolus tot legiones ſternere poſſe non dubitaret: indeque contigit, vt cum minùs cautè ſe hoſtibus infundunt, prima cohors à latere inuafa, ilico tota rueret: qua de re Balduinus efferatus animo, tanto equitum impetu aduolat, vt quauis idolorum reſponſis de victoria certificati acriùs inſiſterent, tamen ſicut cera à facie ignis liqueſcit, ita peribant. Referebat venerabilis abbas Gerardus, qui tunc Crucem Dominicam iuxta latus regis præferrebat, nunquam ſe tantam niuis vel pluuiæ, quanta tunc telorum contra regem volabat, denſitatem vidiffe: ac poſt ligni precioſi intuitum, nullum ex hoſtibus telis ſe, ſed magis fugæ præſidio commiſſiſſe. Itaque poſt victoriam à Deo habitam, dum noſtri caſtra prædamque diripiunt hoſtium, nuncius a deſt miſſus à Ioppitis, qui ciuitatem terra marique diceret obſeſſam. Mox onuſti ſpolijs, reliquis verò incendio traditis, redire ſtatuerũt. Sequenti verò die multam abundantiam frumenti noſtris cunctorumque victualium cum peregrinis fratribus ad xij. millia, naues xxx. deferebant: quas dum hoſtium claſſes inuadere niterentur, mira Dei clementia per virtutem S. Crucis hoſtium molitionem adedò repreſſit, vt nullo conatu vel arte remigandi de loco moueri, vel vnam de tot nauibus capere poſſent. Paulò poſt commiſſum eſt prælium à Balduino contra infinitam Saraceno-

Paschalis in Floren. conuentu Henricum execratur.

Saracenoſi noui motus

Balduini victoria.

rum multitudinem, vbi dum in conſideratè res agitur, noſtri circumuenti ſagittario-
rum numeroſitate, intra muros ciuitatis Rhama, quæ vicina erat, compelluntur. Rex
verò cum tribus (vt aiunt) equitibus euasi. Barbari autem breui vniuerſa mœnia demoliuntur, cum plures lapidibus obrui viderentur, captisque ac caſis vniuerſis quos inuenerant, ipſos captiuos cum nuncijs victoriae Babylonem præmittunt. Tanta tum nobilium virorum ſtrages vſque ad illum diem in regno Hieroſolymitano fuiſſe non legitur, inter quos cecidit Stephanus Burgundiæ comes, & Stephanus comes Carnoteniſis. Hoſtes hac victoria elati, quaſi terram gladijs acquiſitam poſſeſſuri, in cæpeſtribus illis ponunt caſtra. At tertia die Balduinus ſuperueniens eum exercitu copioſo, quem priùs expectaſſe debuerat, irruit, ac tanta illos proterit internecone, vt parum profuerit iuſſe. aderant noſtris Raimundus à Tripoli, Tancredus ab Antiochia, vterque cum copijs non paruis. ANNO dehinc 1103. Henricus imperator natiuitatem Domini Moguntia celebrans, filio ſuo Henrico regi rerum ſummam dimiſſurum, ſeque ſepulcrum Domini viſitaturum, per Enhardum epiſcopum publicè prædicari fecit, indeque fauorem maximum tam vulgi, quam principum & clericorum regni totius acquiſiuit, multosque è diuerſis regni partibus ad eiſdem itineris comitatum ſe præparare voto ipſo ſuccendit. Hoc anno in pago Vuirzburgenſi inter grandinum lapides circa ſolſtitium æſtiale, tantæ magnitudinis glacies cecidit, quæ in quatuor diuiſa, totidem hominibus importabilis videretur. in epiſcopio Spireniſi ſanguis ex panibus fluere viſus eſt, necnon in lenticularum edulio prodigioſè repertus, bellum ciuile ſignificans. ANNO verò hunc ſequenti 1104. Tancredus, qui Boemundo capto, iam triennio egregiè tuebatur Antiochiam, Laodiceam urbem imperio Conſtantinopolitano ſubicctam vi cepit, quòd intellexerat Alexium imperatorem clade Chriſtianorum delectatum, militibusque noſtris impedimento fuiſſe, quo minùs ſupplementum ex Europa in Aſiam traicerent. Hac felicitate Balduinus intellecta, comparato properè exercitu, in Acam ducere ſtatuit. Ptolemaida nominant urbem eam, Claudij Cæſaris coloniam, quæ antè Ace dicta eſt, à πρὸ τοῦ ἀκείων, mederi, quòd in his locis Hercules Lernææ hydræ virus inuento cuiuſdam herbæ remedio depulerit. authores Stephanus & Plinius. Venere ei auxilio, rogari Genueſes & Veneti cum octoginta roſtratis nauibus ac triremibus plerisque. Vrbs Aca ſeu Ptolemais, terra & mari acriter oppugnata, vigefima die capitur: & Saraceni quæ venerant tuendæ vrbs cauſa, fuiſſi fugati que ſunt. Hinc primũ per mare terram ſanctam viſitantibus, patuit ſecura tranquillitas. Tancredus autem tantæ fuit pietatis in patrum Boemundum, ab hoſtibus triennio in vinculis detentum, vt eum magna vi auri redemerit, Antiochiaque principatum reſtituerit. At poſtea Boemundus Antiochiam ipſam Tancredo committens, in Italiam primò, mox in Galliam profectus, Conſtantiam Philippi regis Francorum filiam vxorem accepit. Verũm cognito Alexij imperatoris Conſtantinopolitani conatu, qui maritimas Antiochiæ vrbes infeſtabat, in Italiam rediens, parata claſſe in Dalmatiam nauigat, Dyrrachiumque obſidet, vt ea ratione Alexium ab Aſiatico bello reuocaret. quod etiam breui factum eſt. pacem enim petenti Boemundus hac lege dedit, vt bello Antiocheno omiſſo, militibus Francis nullo maleſicio per ſua loca tranſeuntibus, iter in Aſiam tutò facere liceret. compoſita autem pace, cum ea claſſe in Aſiam Boemundus contendens, adedò Chriſtianorum animos recreauit, vt Balduinus rex Berytum urbem maritimam, ac Tyro metropoli obtemperantem, obſeſſam duobus menſibus, vi tandem ceperit, non ſine magno ſuorum incommodo: & ſæuitum eſt in illos, ac vrbs ipſa tanquam colonia, Chriſtianiſ omnibus conceſſa eſt. Eodem quoque tempore capta eſt Sidon. ANNO verò Domini 1105. dum imperator natale Domini Moguntia celebrat, nec votum ſuperiori anno conceptum & prædicatum exequitur, Henricus filius eius nominis quintus rex, rebellionem aduerſus patrem in Bauaria parat, machinantibus Diepoldo marchione, Berengario comite, & Othone quodam nobili viro, quorum conſilio à patre recessit. Primò patris hæreſi deſectata, fore ſe Eccleſiæ obedientẽ profiteretur. inde foederatis ſibi Noricis principibus, atq; ab Alemania & Francia Orientali nonnullis nobilibus, ad Saxones conuertitur: à quibus honorificè ſuſceptus, in Quirſtingburg paſcha celebrans, breui vniuerſis Saxonie ciuitatibus potitus eſt. conſilio tamen Rukardi Moguntini atque Gebhardi Conſtantiensis epiſcopi, reſponſalium ſcilicet domini Paſchalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ Eccleſiæ reconciliauit. Epiſcopis verò & clericis Henricus rex conuentum

Balduini victoria fortuna.

Prodigia.

Tancredus Laodiceam accipit.

Boemundus liberatus.

Berytus.

Sidon.

Henricus 5. patri rebelis.

uentum generalem in villa regia Northusen indicit 4. Kalen. Iunij, vbi cum super ecclesiasticæ institutionis deprauata doctrina tractaretur, quædam super sententijs instantibus corrigebantur: quædam quæ grauiora videbantur, ad Apostolicam audientiam differebantur. Simoniaca quippe hæresis patrum decreto condemnata est. Nicolaitarum quoque fornicaria commixtio ab omnibus est abdicata. His verò qui à pseudoepiscopis fuerant consecrati, per catholicam manus impositionem reconciliatio proximo ieiunio danda promittebatur. In eodem concilio rex Henricus quintus, non nisi vocatus interesse voluit, qui tandem deductus, loco sterit editiori omnibus iuxta principum decreta, suas leges atque iura rationabiliter innouauit. si qua verò irrationabilia rogabantur, mira ac vltra suos annos prudenti responsione confutauit, in omnibus his & sibi met seruans verecundiam, & sacerdotibus dignam exhibens reuerentiam. Inter hæc obortis lachrymis, regem cæli testabatur, se nulla regnandi cupiditate patris solium appetere, neque dominum & patrem suum imperio depone exoptare, sed si sancto Petro, suisque successoribus lege Christiana subijci velit, se regno cessurum promisit. Eadem hora nonnulli episcopi vestigijs metropolitani prostrati, testimonio regis Apostolicæ dedunt se obedientiæ. Deinde Henricus quintus expeditionem contra Moguntiam mouit, expulsus eius loci episcopum restitutum, patre intra muros rem expectante, cum non parua militum manu. multa tum consilia communes regni proceres inter se tractabant, patre regni diuisionem & hæreditariæ successionis confirmationem pollicente: filio verò nil, nisi Apostolicæ sedis subiectionem & ecclesiasticæ vnitatis efficientiam, exposulante. sic infecta re, abcessit, superiorem Germaniæ partem adiit. Vuirzburgensem episcopum Erlongum, substituto Ruberto, deposuit. Saxonibus ibi dimissis, cum Boioarijs ad Noricos contendit. Norinberga intra duos menses capta, exercitu misso, Ratisponam venit, quem pater insequens, ope Ratisponensium inde fugauit, progressusque vltra, Marchiam Diepoldi per Bohemicæ gentis crudelitatem deuastauit. Henricus filius contractis copijs congressum expetit. iam castris in contrarium positis, spectaculo horribili per triduum ex vna ripa Regini fluminis imperatoris, ex altera regis volitabant signa: iam frequentia grassabantur in aluco fluminis duella, inter quæ Hartingus ex parte imperatoris comes occubuit, nec paucos ex vtraque parte Mars anceps absumpsit. at die quæ generalem præcessit congressionem, principes vtriusque pensantes, quantum posset sanguinis effundi, colloquio habito, suis parcendum populis rati, de pace tractare cœperunt, quod quidem regi acceptum atque gratissimum fuit. Imperator verò dum in crastinum de conflictu disponit, sed nec pugnam nec pugnandi votum principibus esse, per Bohemiæ ducem marchionemque Luipoldum contra spem audiisset, mox animo consternatus, supplex illorum adiutorium petit, nec impetrat. Latenter igitur e castris cum paucis admodum sese subtrahens, multis causa extitit salutis. auxit filij maiestatem atque vires ea patris fuga. Quare mox Vuirceburgum tendens, episcopum restituit. Deinde Spiram veniens, thesauris patris potitus est. virum ibi sapientem & nobilem, ac pro sanctæ conuersationis fama morumque dignitate Gebhardum Hirsaugiensem abbatem Spirensibus præfecit episcopum. Iste Gebhardus natione Sueuus, nobili de profapia ortum duxit, vir admodum eloquens & facundus, atque in dicendo multum promptus. hic post adolescentiæ expletos annos, Argentorati canonicus factus, vim Hirsaugiensibus, vtpote Ro. Ecclesiæ adherentibus, intulit. sed bonorum inductus consilio virorum, læsis damna restituere cupiens, cum monasterium ipsum turgidus & inflatus ingrederetur, nutu Dei percussus, ad pedes beati Guilielmi abbatis prostratus, veniam supplex petendo ab eodem impetrauit. Verum vt de restitutione damni sermonem fecisset, inspiratus diuinitus, abbatem, vt sese pro dato damno reciperet, humiliter rogauit: sicque cum moribus vitam exuens, Deo laudabiliter sub norma regularis discipline vixit. Tandem prior claustralibus factus, in abbatem monasterij præficitur, & post annos xiiij. quibus monasterio præfuit, in episcopum Nemetensis ecclesiæ ordinatur. Datum est vtriusque principis voris, vt apud Bingam Rheni oppidum conuenirent pacis publicæ causa. ibi patrem filius tanta constantia ad purgandam hæresim inuitat, vt senex causa episcopis proposita, peteret Moguntiam conuocari primates Germaniæ. Atque interim dum parum in episcopis spei locaret, in castellum quoddam latiturus secessit. hinc vulgò fertur à filio captus esse, cum aliter sentire videam scriptores. Interim Boemundus Antio-

Norinberga oppugnatio.

Gebhardus abbas Hirsaugiensis.

Procerum Germaniæ Henrici filium studium.

Antiochiæ princeps, Tancredus, & Balduinus de Burgo, qui in comitatu Edeffeno successerat, conuenientes cum maximis copijs, urbem Carras obsident ciuitati Edeffena vicinam: & cum pugnandi vi vix tandem ciues ad deditionem compulissent, inuidia stimulante, effusa est contentio inter principes, cuius vexillum prius introducatur in urbem. Cumque contenderent, subito affuit infinita Turcarum multitudo, qui ad soluendam obsidionem de vniuerso Oriente properauerant, qui nostros diuino tunc auxilio destitutos aggressi, in fugam vertunt, quibus pro magna parte occisis, comes Edeffenus & Iocelinus eius cōsanguineus capti sunt, Boemundus & Tancredus Edeffensam fugerunt. Porro nec prius, nec postmodum in vniuerso Oriente tempore Latinorum vsquam legitur tam periculosum fuisse prælium, tantaque strages virorum fortium nostræ gentis. Circa hæc & paulò antè Balduinus rex Hierusalem, Ascalonem à mari copiosissima classium multitudine, à terra verò non paruo cingens exercitu, tributariam sibi fieri longa obsidione coegit. Post menses verò aliquot quinquaginta millia Saracenorum improuisè nostros inuadere cupientium, virtute diuina rex ipse (quatuor duntaxat millia pugnantium habens) strauit, quodam Admurathe, qui secundus à rege Babyloniam habebatur, capto, altero inter cæteros occiso. Christi itaque clementia dum nostrorum augeretur opes per Asiam, Syriam & Palæstinam, inuidus & occultus eatenus Ecclesiæ inimicus Alexius, diu rectam suæ perfidiæ rabiem euomit. Turcis, quibus iam nulla vel parua in Oriente regnandi spes remanserat, se conciliat: Niceam, quam olim fidei nostræ turrim, dudumque multo sanguine comparatam præscriptissimus, Solimani tyranni filijs reddidit, custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit, Babylonicum regem contra nostros frequentibus nuncijs animauit, cuius classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, & in confusionem Alexij, natis atque poplitibus omnibus abscessis, vnam de scaphis inde onerantes regi transmisserunt. ANNO Domini 1106. cum superiore anno Henricus quartus Cæsar, à filio schismatis abolendi causa admonitus, primates Germaniæ Moguntiam conuocari petiisset, omnes vndequaue regni proceres ad natalem Domini Moguntiam veniunt. pater in castello quò diuerterat, mansit. In conuentu primùm Apostolicæ sedis legati episcopus Albanus cum episcopo Constantiensis Gebhardo, sententiam anathematis in Henricum seniore diuini imperatorem, à tot pontificibus promulgatam scriptis & didis testificantes, vniuersam multitudinem, immo & totam orbe diffusam Ecclesiam, ab eius communitone sequestratam confirmabant: qua de causa dum ipse se de castello, in quo manebat, Moguntiam exhibere tentaret, principes propter tumultum vulgi partis suæ, ipsi in Ingelshelm occurrerunt, tandemque generali illum consilio vsque ad reatus confessionem satisfactionisque professionem perducunt: cui cum legati Apostolici communionem seu poenitentiam modum absque generalis synodi & Apostolicæ discussionis censura reddere ad præsens non possent, ipse partis vtriusque consilij annuens, regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum atque coronam, filij potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans: tum seiuxta summi sacerdotis totiusque Ecclesiæ decreta, suæ consulturum animam promisit. Hoc ordine Henricus illius nominis quintus, primùm à patre, deinde ab vniuersis Germaniæ principibus in regem iam secundò electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholicè confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patriæ sacramentis, quinquagesimo imperatoris sui anno, sedit annis xx. Sunt tamen nonnulli scribentes, qui afferunt hunc quintum Henricum antè à patre regem factum, immemoremque beneficiorum postea sub occasione meliorandæ Reipub. & Ecclesiæ restaurandæ, patrem custodiæ mancipasse, itaque coactum seu dolo circumuentum, conspirantibus regni principibus, imperialia insignia filio resignasse, deinde poenitentia ductum, Leodij mortem obiisse. Hæc partim sine dubio vera sunt, quòd scilicet anathematizatus, & postea à principibus, vt resignaret in fauorem filij imperium, inductus fuit: sed quòd à filio carceri sit mancipatus aut circumuentus, non ita clarum est, immo magis crederem ei qui negotio præsens fuit, & singula vt gesta sunt, ordine per scripto literis mandauit. Nec est vero simile, tantam iniuriam patri imperatori à filio illatam, legatos sedis Apost. vniuersosque principes laudare, aut confirmare potuisse, licet tamen literæ patris inferius insertæ, expressè contradicant. Relatis autem coram rege & cunctis Germaniæ optimatibus, legationibus Romanæ

Niceam Alexius Turcis restituit.

totio

Henricus 4. filio regni insignia tradidit.

Henricus 5. Imp. 91.

Romanæ Sedis, placuit tam regi quàm primoribus, ad sanctam Romanam ecclesiam tantos ac tales à partibus Germanicis legatos transmitti, qui & de obiectis ritè rationem reddere, & de incertis sagaciter inuestigare sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiæ pleni, à Lotharingia Bruno Treuirensis, à Saxonia Henricus Magdenburgensis, à Francia Otho Babenbergensis, à Boioaria Eberardus Eichfletensis, ab Alemania Gebhardus Constantiensis, à Burgundia Curienfis episcopi, nonnulli etiam nobiles de latere regis: idque inter cætera suscipiunt in mandatis, vt si possent fieri, domini Apostolici præsentiam impetrent exhiberi: hoc enim pacto consultum fore negocijs. Porro proceres iam dicti ad iter dum se accingunt, Henricus senior imperio destitutus, poenitenti ductus, clam primùm, deinde palam querulis epistolis & nuncijs, quascunq; poterat regni ciuitates & prouincias impleuerat, quibus se vim à principibus passum, immo à filio depulsum imperio deplorabat, regnum confusum, cunctis vsquequaque patribus eiusdem fortunæ timèdum fore præmonebat exemplum. Hinc legati nationis apud Tridētum, dum exirent, ab Adelberto illarum partium insigni viro, inermes ipsi & peregrini nil tale metuentes, spoliati sunt, capti, & custodiè mancipati, ex mandato (vt approbat) eximperatoris Henrici, qua de causa nullus per Italiam iam patuit liber transitus. Gebhardus tantum Constantiensis episcopus cum suis per occultiores alpiū semitas ingressus, Mechtildis comitissæ præsidij apostolicis præsentatur vestigijs. reliqui tractantur ab Adelberto in dignè. At Iesus, qui semper propè est se inuocantibus, super eisdem latrones Guelphonem ducem Noricum duxit, qui tertia superueniens die, manu valida Clusas obstructas cõstregit, ipsum Adelbertum eiusque complices adeò perterruit, vt educentes quos clauserant principes, nudi pedes, veniam ab his quos ceperant, postularent. Interim etiam Henricus eximperator non modica auxilia contra filium attraxit, episcopum scilicet Leodiensem, Henricum ducem Lothariensem, Coloniam, Iuliacum, Bonnam, cæteraque partis illius oppida. Cæterum filius rex inimicas partes humiliaturus, Leodium, paschalem ibi habiturus curiam, conuertitur: sed audita patris machinatione, qui maximè Lothariorum ducis opera utebatur, quod eum in armis esse comperisset, præmisit trecentos viros, qui pontem super Mosam fluuium loco qui *Wegeslar* dicitur, constructum, obseruarent: & dum rex in palatio Aquigrani coenam Domini celebrat, dux Lotharingiæ cum exercitu Cæsariano regio ad pontem inuadit, opprimit, sternit & capit. Quare rex paschalia festa Bonnæ celebrans, Henricum ducem iudicio optimatum maiestatis reum, & hostem Reipub. ducatu priuat, ac generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto à principibus sacramento, per totum regnum indicit & præparat. Interea Henricus eximperator, Colonia firmata, Leodium sese recepit, indeque Henrico filio ac principibus literas huiusmodi tenoris mittit: Henricus Dei gratia Romanorū imperator Augustus, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, cæterisque regni principibus gratiam & dilectionem, dignantibus eam recipere: Conqueror Deo omnipotenti & dominæ sanctæ Mariæ, & beato Petro principi apostolorum patrono nostro, & vobis principibus omnibus, quod iniuste, inhumanè & crudeliter tractati sumus, & tam honore regni quàm prædijs & omnibus que expoliati sumus, ita vt nihil penitus præter solam vitam nobis relictum sit: vbi cum ferme omnes essetis magna ex parte contristati, prohdolor nihil nobis vestra contulit tristitia, quin de nobis sibi satisfaceret voluntas inimicorum nostrorum odiosa. Et quia cum consilio & rogatu filij nostri, fide & securitate vitæ & honoris ab eo primùm accepta, fiducialiter & desideranter Moguntiam in præsentia legati Romani & principum tenderemus, vt eorum dispositione ageremus tam de statu ecclesiæ & honore regni, quàm de salute animæ nostræ, ipse non est veritus in hac voluntate & obedientiam contra datam fidem capere, & vsque ad periculum mortis ferè perducere. Non ausi sumus ita nos illi credere, vt iniurijs & contumelijs nos pro voluntate sua, sicut prius, valeat tractare: quapropter multum rogamus vos & obnixè precamur, vt pro amore Dei, & honore regni, ac honestate vestra dignemini studere, quomodo de iniuria in manibus vestris nobis illata, per vos possimus recuperare iustitiam. Nos quoque pro consilio vestro & aliorum qui nos odio non habent religiosorum virorum, parati sumus tam filio nostro, si in aliquo eum offenderimus, quàm alicui in regno libenter emendare. Præterea sicut Domino Papæ in præsentia legati sui & vestra obedire parati fuimus, ita & nunc parati sumus ei omnem debitam reuerentiam

Novi patris
contra filium
motus.

Psal. 144.

Dux Loth.
priuat⁹ du-
caru.

Henrici senis
querula epi-
stola.

tiam & obedientiam sincero corde & deuotione exhibere, & tam cõsilio vestro quàm spiritalis patris nostri Hugonis Cluniacen. abbatis, aliorumq; religiosorum virorū, de statu ecclesiæ & honore regni, quantum in nobis est, disponere. Cum igitur ad hæc omnia parati simus, rogamus vos & obnixè precamur, vt pro Deo & honore regni & vestro, instanter moneatis filium nostrum, cum secundum præfatam sententiam nulla ei aduersum nos residua sit occasio; amodo desinat nos & fideles nostros persequi, & quicquid ac pacificè viuere permittat, vt supradicta cum tranquillitate perficiantur. Quod si noluerit, rogamus vos per autoritatem Rom. Ecclesiæ, cui nos committimus, & honorem regni, ne super nos & super fideles nostros veniat, quia manifestum est eum non diuinæ legis zelo, vel Ro. Ecclesiæ dilectione, sed cupidine regni hoc incepisse. Apud quem si interpellatio vestra aliave interuentio ad præsens non prodesse poterit, appellamus Ro. pontificem & sanctam vniuersalem Romanam sedem & Ecclesiam. Post lectas coram multitudine tam has quàm alias literas, parum verbis, nihil autem sensu vel intentione prioribus dissonantes, filio tamen specialiter directas. Quo ferè tempore is Coloniam Agrippinam, quæ in patris erat fide, armis circundedit, fretus (opinor) Coloniensis archiepiscopi consilij & ope. Vnde ad patrem ex optimatum consilio legationem vicariam destinavit, quam tamen prius publicè prædicari per Magdenburgensem archiepiscopum fecit. erat autè huiusmodi tenor: Post inueteratam per annos circiter 40. dissensionem imperij Ro. quæ tam diuinas quàm humanas penè leges aboleuit, & exceptis mortibus omnimodis, sacrilegijs, periurijs, rapinis & incendijs, ipsum regnum nostrum non tantum in solitudinem, sed etiam ad apostasiam catholicæ fidei siue in ipsum paganismum propè redegit, respiciente tandem suam Ecclesiam diuina clementia, nos eiusdem Christi sponsæ filij, per spiritum sanctum in vnitæte fidei æquanimis, eam pestem respumimus, ipsumque incorrigibile schismatum caput Henricum dictum imperatorem, zelo Dei & Apostolicæ fidei obedientiam abdicauimus: catholicum nobis, licet ipsius de semine natum, regem elegimus: cuius regni principium, sui finem esse conspiciens, etiam ipse tanquam voluntarius, sed vt iam eius fatentur literæ, nimis inuitus collaudauit: regalia reddidit, filij curam cum regno nostræ fidei lachrymando commisit: de reliquo nullam se regni pompam, sed animæ suæ potiùs medelam vlteriùs affectaturum spondit. at nunc ecce pristinis se reddens tergiversationibus, præiudicium se passum per orbem terrarum conqueritur: Gallorum, Anglorum, Danorum, cæterarumque finitimarum gentium gladiis cordibus nostris insingere meditatur: super illatis etiam iniurijs recuperare sibi iustitiam precatur, consilij quoque nostris amodo promptum obedire se pollicetur, re autem vera, solitis argumētis castra hæc Domini dispergere, Christi exercitum exarmare conatur, & vt in propatulo est, vineam Domini quæ iam serò florescere cœpit, tam per se singularem vtique feram, denuo depascere, quàm per lupos, illos nimirum qui sibi adherent pestilentes homines, demoliri, ac per sacrilegia sacerdotum Belial anathemati recidino reddere, quasi quod dictu nefas est, Christum iam iterum in Ecclesia sua resurgentem, in omnium cordibus crucifigere meditatur. Quapropter placet tam regi quàm vniuersis regni principibus, vt senior idem, ne vlla sibi pateat aduersus nos iusta querela, quacunque velit securitate, quacunque maluerit statione, coram præsentē senatu simul & populo causam suam agat, iustitiam suscipiat & reddat, vt ab ortu schismatis omnibus seditionum causis, ac si nil inde fuerit diffinitum, vndique discussis, tam filio quàm patri sua iustitia respondeat, Ecclesiæ verò regni que status, non vt ipse more suo proponit, post longas inducias, sed in præsentiarum his controuersijs sublatis, vacillare desinat. Quam legationem cum probatâ singularisque prudentiæ religiosi viri secularesque, tam à rege quàm vniuersis principibus missi, eximperator retulissent: horribile memoratu est, quàm ingenti vitæ suæ periculo per dies sex, eo quod nullo modo conuentui malignantium communicare volebant, indignè tractarentur: tandemque ab irruente vulgo custodia liberati sunt, & absque omni ducatus præsidio in castra regis apud Coloniam reuersi sunt. Id tamen præcipuum inter senioris responsa referentes, quatenus ad præsens ab armis discederetur, & in futurum generale colloquium haberetur. Auditur præterea, quia Henricus eximperator & Henricus dux, exercitum vndecunque constant, & adhuc tentare fortunam parant: quapropter vniuersa militia regis, immo Christi, saltem ferro rebus finem facere deliberans, obsidionem soluunt: & contra Lotharingiam à Colonia moti, munitiones ac cætera quæ rebellium erant, interim diripiunt.

Attende patris
in filium
grauè odiū

Henrici filij
questus.

Henricus senis
quæ ecclesiæ
incommoda attulerit.

Lotharingiam
Hen. F.
vallat.

piunt, præmittentes ad Henricum seniore alteros nuncios, qui sibi deliberationem proponerent, ut vel causa pacis pacto præscripto componenda, filio ad Aquigranum propediem occurrat, vel cum inimicis sibi bellum fore non dubitet. sed legati custodia traduntur à seniore, & nihilominus ad resistendum omni modo, occultè tamen, properare molitur. Sed dimissos post aliquot dies legatos, eosdem inopinata fama mortis ipsius mox subsequitur. quo divulgato, omnes qui quæstus gratia eidem adherendo, suas animas venales exposuerant, deditioi regis simul & communioni catholicae sine mora subiiciuntur. Leodienses autem hac recipiuntur conditione in communionem, quo cadauer ipsius execrati per se pridie in monasterio tumulatum effoderent, & absque villo sepulturae vel exequiarum communionem in loco non consecrato deponerent. Comprobantibus his, qui aderant, archiepiscopis & episcopis, quia quibus vivis Ecclesia non communicat, illis etiam nec mortuis communicandum est. Quo facto, paulò post corpus ipsius Spiram ductum, & in sarcophago lapideo, regis consensu positum, extra Ecclesiam per quinquennium mansit inhumatum, in capella sanctæ Afræ martyris collocatum, eo quòd in excommunicatione mortuus fuit. Pari modo etiam grauius sceleratum est in Guibertum antipapam mortuum, cuius ossa mandato Papæ de sepulcro suo, ubi per sex annos sepulta erant in Ecclesia Rauennate, exhumata sunt & inde proiecta. Hic finis, hic interitus Henrici atque Guiberti antipapæ, qui ambo censuras Ecclesiæ pro nullo ducentes, maledicti & inter hereticos sunt habiti. Pluribus autem testibus probare poterimus, inquit scriptor Teutonicus, quòd nemo illis temporibus natu, ingenio, fortitudine, audacia & statura, totaque elegantia corporis videretur fascibus imperialibus aptior, si tamen in conspectu vitiorum homo non degenerasset vel succubisset interior. Mortuus est autem anno Domini 1067. septimo Idus Augusti, quo scilicet die primò matrem inuasit, eademque die Martis, qua etiam cuncta sua prælia paganico auspicio perpetrare consuevit. Eo anno pridie Idus Februarias apud Barum Italiae urbem, stellæ visæ sunt in cælo per diem, modò quasi concurrentes inter se, modò veluti cadentes in terram, & mense Februario toto cometa apparuit, cladium præfagia, quas è principum dissidio vniuersa penè Europa accepit. Istiti imperio successit Henricus 5. filius. spem dedisset suæ Romano præfili magnam, quòd Ecclesiæ intra tueri se diceret, nisi temerario nimis ausu patrem bello lacerasset. Mortuo patre, non nihil erat adhuc negocij Henrico cum aliquot primatibus imperij ciuitatibus, quæ patrem Henricum tutata fuerant. Colonienfes primùm, quorum obsidione soluta, ad Lorchingos vastandos ierat, in fidem recepit præfiliis ope. vltro se mox, quicquid ex hostibus reliquiarum supererat, communi voto & ardore dedit. Post hæc in mense Octobri anno eodem, habitum est concilium generale in Longobardia super ripam Padis, loco qui * Guardacastellum nuncupatur, ubi præfidente Paschali 2. Apostolico coram multitudine clericorum ac laicorum, præfentibus etiam legatis Henrici regis, multa sunt, ut canonica dictabat æquitas, de inimici zizanij euulsæ. Enarrare longum esset, quàm indefensè prudens & fidelis dispensator, pfeudoepiscopos deponeret, catholicos institueret, archiepiscopis pallia, monasterijs priuilegia concesserit, præfentes colloquijs, absentes paternis literis instruxerit. Decreuit, ne vrbes Aemiliae, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, Rauennate Ecclesiæ, quæ roties Romanae repugnarit, parerent. De ordinationibus verò tempore schismatis factis, decretum hoc modo promulgauit: Per multos annos iam regni Teutonici latitudo ab Ap. Sedis vnitatem diuisa est, in quo nimirum schismate tantum periculum factum est, ut, quod cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine inueniantur. Tot igitur filijs in hac strage iacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, ut super hos materna Ecclesiæ viscera aperiatur. patrum itaque nostrorum exemplis & scriptis instructi, qui diuersis temporibus Nouatianos, Donatistas & alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, præfati regni episcopos in schismate ordinatos, nisi aut inuasores, aut Simoniaci, aut criminosi sint probati, in officio episcopali suscipimus: id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat. His ita dictis, conuersus solutus est, in quo tamen pontifex Paschalis constituerat se Moguntiam venturum, & eo loco natalem Domini celebraturum, præfente rege ac vniuersis regni principibus. ANNO Domini 107. rex Henricus natalem Domini Ratisponæ celebravit, præfentibus legatis domini Paschalis Rom. pontificis, cuius aduentum aliquandiu apud Augustam præstolabatur.

Henrici 4. imperat. interitus.

Guiberti antipapæ ossa sacro loco pfecta.

Initia imperij Henr. 5.

Concilium Guardacastellum.

labatur. Sed Papa suorum consilij quasi protentiam Teutonicorum declinans, nondum sibi ostium Germanicis in partibus apertum esse cum gemitu pronuncians, profectioem per Burgundiam ad Gallias conuertit, natalem Domini apud Cluniacum celebravit, multaque inde tanquam verus pastor ac vicarius Christi cõposuit, & tandem circa ascensionem Dominicam concilium apud Treas habuit, ubi inter multa sententiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in Ecclesiasticas dignitates præsumptione, iuxta prædecessorum suorum decreta promulgauit. At rex paschale festum Moguntia agens, eidem se concilio vicinum, non tamen præfentem, cum nonnullis episcopis & optimatibus exhibuit: initoque cõsilio, legatos honorabiles ad Apostolicum transmisit, per quos tam ipsi quàm vniuersis successorum potestatem notificarent esse datam, super qua quæstione induciæ veniendi ad Se. Ap. Henrico datæ sunt à Ro. pontifice, quasi in alieno regno nihil esset definiendum.

ANNO deinde 109. rex Henricus natalem Domini Moguntia celebrat, & paulò post Francofurt conuentu procerum habito, Sigefridum Palatinum comitem apud episcopum Vuirzburgensem custodiæ deputauit, eo quòd prodente Henrico Lorchingia duce, iam in gratiam recepto, in necem & regnum eius consiliatus sit. ibi etiam deposito Gottfredo Fuldensi abbate, Volelmum Fulda præfecit, ex eadè congregatione. Post hæc ad Poloniam mouit exercitum, multoque ibi desudans labore, diu negatum à terra illa exegit tributum debitum. Non multò post Sigefridum Palatinum comitem diutina satis afflictum custodia, iuxta principum consilium atque petitionem sibi reconciliatum dimittens, benignè tractare cõepit, adeò ut eius filium de baptismo susciperet. Circa annum Domini 1080. tempore Gregorij 7. & Henrici 4. cõepit florere in Ecclesia B. Quintini Beluacensis ordo canonicorū regu-

lariū à S. Augustino institutus, sub magistro luone eiusdem Ecclesiæ præposito, postea Carnotensi episcopo, & canonū doctore clarissimo. ANNO dehinc 6. qui fuit 1086. à Christi natiuitate, habuit initium ordo Carthusien. Brunone authore. Fuit Bruno Teutonicus ex Colonia natus, philosophiæ atque sacræ paginæ doctus clarissimus, Rhemensis Ecclesiæ canonicus, & scholasticorū Parisij magister disertissimus. causam autem dedit ordini huic mors viri cuiusdam istius Vniuersitatis doctissimi, probitate & morum honestate famosi, cuius cum cadauer delatum esset in Ecclesiam, & officium pro anima illius defuncti celebraretur, præfentibus magistris & scholaribus, cæterisque promiscuè quàm plurimis, surrexit qui iacebat mortuus, in loculoque resedens, voce magna clamauit: Iusto Dei iudicio accusatus sum. quò dicto, ut prius, iacuit. territi qui aderant, decreuerunt quòd cadauer illo die non traderetur sepulturae. Sed sequenti die iterum in Ecclesia circa funus conuenit innumerabilis multitudo populi, & dum officium perageretur ex more, iterum defunctus resedit in feretro, clamans: Iusto Dei iudicio iudicatus sum. Ex quo plùs territi qui aderant, differre statuunt sepulturam vsque in tertium diem. Vbi cum penè tota ciuitas conflueret, & in prosecutione officij pro anima illius processum fuisset, surrexit tertio doctor ille defunctus, & clamauit: Iusto Dei iudicio damnatus sum. sicque admiratione capti omnes, deliberant cadauer illud Ecclesiasticæ non tradere sepulturae. Surrexit tum Bruno Colonienfis, & ait ad socios ac discipulos: Ecce charissimi, iste tantus vir doctor & sanctus ab omnibus reputatus, quomodo perijt? nunquid & nos perire volumus, & non potius saluari? fugiamus mundum citò. Vnde relicto seculo, cum septem viris doctissimis in eremum Carthusiæ secessit, ibique monasterio constructo, propositum monasticum nimis arduum instituit, cuius sancti propositi Hugo Gratianopolitanus episcopus, qui ab eodem Brunone habitum monasticum accepit, author fuit. inter cæteros autem Brunonis discipulos, Vrbanum papam fuisse nonnulli memorant. Ordo Cisterciensium sub regula S. Benedicti militantium, initium habuit anno Domini 1098. sub quodam Stephano abbate. nam quidam deuoti viri, consilio freti Hugonis Lugdunensis Ecclesiæ archiepiscopi, Ap. Sedis legati, simulque Vualtheri Cabilonenfis episcopi, necnon & clarissimi principis Othonis Burgundia ducis, inuenta eremo, abbatiam construere cõeperunt, cui Robertus à Cabilonenfi episcopo abbas præficitur. Et cum idem Robertus esset monachus monasterij Molismensis, ordinis S. Benedicti, repetitur ab illius loci monachis, iussuque Urbani 2. restituitur. nihilominus postea dum Molismense monasterium multis ditaretur possessionibus, præfatus Robertus & nonnulli alij elegerunt potius studijs cælestibus

Cisterciens.

ses

Yyy 2

occu-

Paschalis in Galliam accessus.

Henricus 5. Poloniam tributariam fecit.

Beluacensis ordo.

Carthusia.

Bruno.

Occupari, quàm terrenis inhiare negocijs. Viginti mox & vnus monachi, vnà cum patre ipsius monasterij Roberto egressi, communi consilio Cistercium veniunt, in loci vastæ tunc solitudinis. Ac deinde anno 1107. facta est charta quædam charitatis à Stephano abbate & 20. alijs abbatibus atque auctoritate apostolica confirmata, ab illo tempore reiecerunt floccos & pellicea, stammina & capita, femoralia, coopertoria & stramenta lectorum, ac diuersa ciborum in refectorio fercula, sanguinem quoque ac omnia quæ puritati regulæ videbantur contraria, abdicauerunt etiam Ecclesias, altaria, oblationes, decimas & sepulturas, furnos, molendina, rusticos & villas, quia nec in vita S. Benedicti, nec in eius regula legebant eundem similia possedisse, nec fœminas monasterium intrasse, excepta sorore sua sancta Scholastica. decimas quoque dicebant à sanctis patribus in quatuor portiones distributas, vnâ scilicet episcopo, alteram presbytero vel clerico debitam, tertiam hospitali, seu viduis, infirmis, pauperibus, quartam restorationi ecclesiarum. Et quia in hoc computo monachum qui terras suas possidet, non reperiebant, idcirco hæc quasi iniusta vsurpare recusabant.

Bernardus.

Hunc ordinem S. Bernardus postea anno Domini 1122. annos natus circiter 22. cum socijs amplius quàm 30. ingressus est. Deinde abbas loci, fratres ad ædificandum domum Clarevallis misit, & eisdem Bernardum abbatem præfecit. Hic Bernardus in vita fundauit 100. & 60. monasteria ordinis sui, illustrauit quæ Ecclesiam sanctitate vitæ, suauitate doctrinæ, & gloria miraculorum. obiit anno 1133. anno ætatis suæ 63. Sic quæ passim hac in generatione facta sunt, memorantur. ANNO 1105. stella infolita visa est circa vesperam, post hoc in cœna Domini visæ sunt duæ lunæ parum ante diem, vnâ in Oriente, altera in Occidete. Arnulphus in hac generatione siue Rufus Lugdunensis episcopus, in Gallijs prædicatione & sanctitate clarus, canonicorum regularium post Augustinum ordinem instituit, vbi & multis fundatis monasterijs, in Italiam venit, Christi paupertatem integerrimamque vitam ad ipsius imitationem omnibus cum ingenti ardore proposuit, & propterea multos ex nobilitate Romana ad se traxit, qui cum tanquam verum Christi discipulum & propheta sequebantur. vnde & in Hetruria multa regularium monasteria erexit. veruntamen Romæ dum acerbè nimium in clericorum lasciuas inuehitur, & eorum pompam improbat, secretò occisus est, nec vnquam tanti sceleris authores sunt inuenti. Fuit his quoque temporibus Rafis medicus magna ingenij fama. In hac generatione, vt refert Martinus, rex

Att. de Vngarijs inuestituris.

Vngariæ per literas suas domino Paschali scribens, renunciauit inuestituris episcoporum & aliorum prelatorum, quas vsque ad illa tempora reges Vngariæ facere consueuerant, sed illud hodie non seruant, immo inuestiunt, vel saltem ad libitum episcopos faciunt. At cum sanctorum patrum instituta commemoro, minimè negligenda videtur Cruciferorum pietas, & antiquitate & viuendi ratione venerabilis. Ex Hierosolymitana Ecclesia originem ducere illi dicuntur, cuius quoniam sæpe status est mutatus, breuiter præfides recensèbo in hæc ferè tēpora, posteaquam à Godofredo, vt diximus, ecclesiæ canonici instituti sunt. Post Christi passionem Hierosolymis

Episcopi Hierosolymitani.

Adrianus Hierosolymam turbauit.

Jacobus, quem fratrem Domini appellat, præfuit, Simeon deinde iustus, Zachæus, Theobias, Benjamin, Iohannes, Matthias, Philippus, Seneca, Iustus, Leui, Ephres, Ioseph, Iudas. Hi ex circuncisione in Adriani imp. tempora magistratum tenuerunt, cum Adrianus Hierosolymorum sacra miserè contaminasset. Eusebius primùm è gētibus episcopatum tenuisse Marcum quendam scribit. hunc ego authorem sequi, quàm nescio quorum fragmenta, malo. successit Marco Cassianus, inde Publius, Maximus, Iulianus, Caius, Iulianus, Capito, Valens, Dolitianus, Narcissus, cui in eremum secedenti subrogarunt patres Diem, excepit hunc Germanus, deinde Gordius, cuius tempore diuina bonitate restitutus est Hierosolymis Narcissus ex eremo rediens. Alexander martyrio Christi fidem restatus, Mazabannes, Irenæus, Chabda, Hermon, Macarius. huius tempore crucem Helena Constantini mater inuenit. Hic primùm aiunt patriarchæ dignitatem episcopo Hierosolymitano accessisse. patriarcha primus Cyrillus, secuti hunc Arriani, qui aliquanto tempore Ecclesiam infestauerunt. Deinde recuperata Ecclesia, successit Iohannes, Philippus, Iuuenalis, Iohannes, Zacharias, tempore cuius Cöldroa rex Persarum Hierosolymam venit, Ecclesias destruxit, atque 36. milia Christianorum occidit. dein Heraclius victor Cöldroæ, eo occiso, Dominicum referens lignum in Hierusalem, Modestum patriarcham reliquit, cui Sophronius successit, sub quo Saraceni Christianos de Hierusalem eiecerunt, excepto patriarcha. successit Theodorus, Iliia, Gregorius, Thomas, Basilius, Sergius, Salomon, Theodosius, Iliia,

Patriarchatus.

Iliia, Sergius, Leontius, Athanasius, Christidulus, Thomas, Ioseph, Agatho, Iohannes, Orestes, tempore cuius, archisultranus Calipha nepos eiusdem, destruxit Ecclesias, mille scilicet & 4. patriarcham auunculum suum duxit Babylonem & occidit. affuit tum rebus afflictis diuina clementia. nam mortuo Calipha, filius eius dedit potestatem fidelibus reædificandi Ecclesiam resurrectionis Dominicæ, ad quod Constantinopolitanus imperator expensas administravit: quo adiutore Ecclesia quæ nunc est, reædificabatur. præerat tum Ecclesiæ Hierosolymitanæ Nicephorus, cui successit Sophronius. Reædificata est autem ad plenum Ecclesia anno Domini 1148. Sub Sophronio Turcæ Hierosolymam expugnantes, Saracenos occiderunt, sed Christianos permiserunt habitare sub tributo. Sophronio successit Ennius, Ennio Simon, sub quo Latini venerunt cum Godofredo de Bilion, & ciuitatem sanctam obtinuerunt. Successerunt postea patriarchæ Latini. primus fuit Dagobertus Pisanus archiepiscopus, post illum Arnulphus archidiaconus, deinde Vuaramundus, cui successit Stephanus, & illi Guilielmus, cui Vuilturnus archiepiscopus Turonen. cui successit Ameringus, post illum non inuenio alium patriarcham. ex eo enim tempore Christiani terram sanctam prorsus amiserunt. Ex Hierosolymis 4. ordines Cruciferorum originem duxerunt: ordo canonicorum sepulcri Domini, qui sub patriarcha primùm erant, ordo militiæ S. Iohannis, nunc Rhodiorum, ordo Templariorum, ordo Teutonicorum. Primi à B. Iacobo Alphæi fratre Domini, se gloriantur originem ducere, de quorum successoribus iam dictum est. hi deserunt in veste clericali rubram de serico crucem duplicem, & viuunt sub regula B. Augustini. Cum autem ciuitas sancta sub potestate principum Aegyptiorum erat, venerunt illuc plurimi Christiani, qui dato Saracenis tributo loca sancta visitabant. ex his quidam imperrauerunt à principe Aegypti, vt in honorem B. Mariæ virginis prope Ecclesiam resurrectionis Dominicæ, Ecclesiam Latinorum ædificarent, quæ vocata est Ecclesia S. Mariæ de Latina. ibidem ipsi Latinum abbatem & monachos instituerunt. Tempore procedenti extra septa monasterij, ordinauerunt Latini * ad monasteriū in honore B. Mariæ Magdalenæ, & in eodem sorores instituerunt, vt & viri & mulieres diuersoria inuenirent. Paulò post abbas & monachi S. Mariæ ad opus infirmorum & peregrinorum, hospitale & capellam S. Iohannis Eleemosynarij construxerunt. hoc hospitale de reliquijs mensæ abbatis & monachorum viuebat. vbi verò ciuitas sancta peruenit in manus Christianorum, quidam vir religiosus Garoldus, qui lōgo tempore pauperibus in eodem hospitali ministravit, habitum regularem suscepit, & vestibus suis albam crucem affigens, seipsum obedientiæ obligauit, fratresque congregauit, vnà cum eis pauperibus & infirmis ministrabat, in agroque Acheldemach mortuos sepeliebat. militabant autem sub abbate prædicto, domino etiam patriarchæ de bonis suis fideliter decimas dantes, & quoniam Deus erat cum eis, in omnem terram exiit sonus eorum, largitioneque principum ac eleemosynis fidelium breui ditati sunt tempore, ita quòd ab vniuersis Occidentalium prouincijs copiosos redditus colligentes, castella & oppida & terræ plurima dominia ditioni suæ subijcerent. Hi postea ab Honorio 2. confirmati, degunt sub regula B. Augustini, habentes habitum nigrum cum cruce alba in pectore, qui deputati sunt ad pugnandum corporaliter contra infideles. pauci eorum sunt clerici. priuilegio tamen clericorum gaudent, horasque suas ex oratione Dominica perficiunt, & vocatur ordo hospitalis S. Iohan. Hierosolymitani, de his de sen. ex. c. Canonica. verum de illorum institutione latius infra dicemus, vbi Rhodij appellabuntur. Procedente autem tempore, quia peregrini & alij loca sancta visitantes, à larronibus sæpe spoliabantur, & aliquando occidebantur, quidam Deo amabiles milites ex charitate ad tutandas stratas publicas se deuouerunt, patriarchæ Hierosolymitano professionem facientes, de quorum numero fuerunt Hugo de Paganis, & Godofredus de S. Adelmario, qui 9. annis seruiuerunt in habitu seculari. Rex autem Ierusalem eo tempore prædictis nobilibus, qui omnia pro Christo reliquerunt, compatiens, illos vnà cum domino patriarcha de rebus proprijs sustentabat, rex quoque in quadam parte palatij sui iuxta templum Domini, eisdem ad tempus habitaculum concessit. Abbas autem & canonici templi, plateam quam habebant iuxta regis palatium, ad opus officinarum eis tradiderunt. deinde anno Domini 1127. de mandato Honorij 2. & domini Stephani patriarchæ, data est eis regula & albus habitus, postea verò sub Eugenio papa rubeas cruces affecerunt. hi omnes patriarchæ obedientiam fecerunt, & decimas fideliter præstiterunt.

Restitutio sub Godofredo.

Ordo sepulcri Domini. Quadrifarij Cruciferi.

* aliud

Ioh. Eleemosynarij

Iohannitæ,

Templarij.

runt. Et in modico tempore citra & vltra mare amplissimas possessiones acquisierunt, quibus B. Bernardus abbas composuit regulam. hi 200. ferme anno sub Clemente, exterminati sunt, vt inferius generatione 44. dicitur. Hi etenim processu temporis vrbes, castra, munitiones acquirentes, pro defensione terræ sanctæ vtiliter militarunt. habuerunt autem Magistrum summum, cuius sedes principalis erat in Ierusalem. Et quoniam funiculus triplex difficilè rumpitur, placuit diuinæ prouidentiae præmissis addere & aliam religionem. nam ipsi Templarij, vt dicitur, è numero abi-ere, & sub Clemente 5. exterminati sunt. Cùm enim ciuitas sancta post prædictam liberationem habitaretur à Christianis, & multi ex Teutonicis causa peregrinationis pergentes illuc, linguam ciuitatis ignorarent, quidam honestus vir Teutonicus habitans in Ierusalem cum vxore sua, quoddam Xenodochium de bonis suis ad opus pauperum & peregrinorum Teutonicorum construxit, & de voluntate domini Patriarchæ oratorium illi adiecit B. Mariæ virgini sacrum. postea verò nonnulli Teutonici renunciabant seculo, seque suaque Deo & hospitali liberè tradentes. Et procedente tempore, cùm etiam de equestri ordine Alemaniarum viri Deo deuoti, hospitali prædicto sese alligantes, multiplicarentur, voluntariam paupertatem in domo Domini eligentes, dignum duxerunt, regulam & instituta fratrum militiæ templi assumere, quam & ita susceperunt, vt tamen hospitalitatem non obmitterent. Verùm postea anno Domini 1191. apud Acam quidam Brementenses & Lubecenses ciues hospitale in honore B. Mariæ virginis ad opus infirmorum tempore obsidionis ex velis nauium fecerunt, elemosynas conferentes atque colligentes, obtinuerunt auxilio Friderici ducis Sueniæ à Cælestino papa, cooperante ad hoc Henrico rege Ro. ordinem istum sub titulo hospitalis B. Mariæ virginis domus Teutonicorum in Ierusalem confirmari, priuilegijsque opportunis donari anno supradicto. Ex eo tempore incepit habere Magistrum ordinis generalem, pro sapia nobilem, & rei militaris peritum. Erat autem primus magister frater Henricus, dictus Vualpora, sub quo hospitale inceptum fuit in ciuitate Aca iam recuperata, & illi successit frater Ortho magister 2. quo mortuo, electus est F. Hermannus Bart. successit illi defuncto F. Hermannus de Saltza, sub quo religio coepit habere maxima incrementa. Itaque consecuta est magnifica dona in Apulia, Romania, Armenia, Alemania, Vngaria, Liuania, Prussia. In qua, post amissionem Ptolemaidæ, anno deinde 1309. sedes principalis ipsius ordinis in loco dicto Mariæburgum, translata extitit, quæ aliquanto tempore etiam in Venetijs fuit. nobile itaque oppidum Mariæburgum, arx nobilis atque amplissima, vbi sedes magni Magistri est totius religionis. Sunt & alij duo in eadem religione magistri, alter Liuaniam regit, alter conuentus Alemaniarum gubernat. Et quia Teutones huius religionis inuentores fuere, ex quibus postmodum prodierunt viri nobiles & rei militaris peritissimi, & tales qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine suo, auxiliante Deo, vniuersam Prussiam gentem paganam & idolis deditam, Polonis ac circumuicinis Christianis omnibus molestam & inimicam, iusto bello tandem & per multos agones in suam potestatem redegerunt: ex quo tempore lingua Teutonica ad eos introducta est, & cultus Christi genti imperatus: propterea nemo ad eum ordinem recipitur, nisi Teutonicus, nobilibus ortus parentibus, & cui propositum sit pro tuendo Christi euangelio aduersus salutiferæ crucis inimicos armis depugnare. Ob eam rem vestimentis albis vtuntur, nigra cruce insuta, barbam omnes nutriunt, exceptis qui in sacris altaribus seruiunt, pro canonicis horis orationem Dominicam vsurpant. Magne his opes, nec minor potentia quam regibus. Refert Dominus Fran. de S. Gem. in c. Nullus. de electio. lib. 6. quod licet professores ordinis Teutonicorum siue milites B. Mariæ virginis non promittant castitatem, c. tamen allegatum pro ipsis militare, & locum in eis habere. Cùm autem ordo iste B. Mariæ sacer, peculiare decus sit, & gloria vniuersæ nationi Teutonice, ea propter in sequentibus gesta religionis apud Pruthenos scribere statui, de quo in generatione 41. videbimus circa finem. In hac quoque generatione anno 1095. obiit rex Ladislaus, quem Vngari sanctum esse volunt. reliquit autem fratres duos, Almum & Colomānum, Almum regem destinat, prognosticatus quod Colomānus sanguinarius esset, nihilominus tamen Almum Colomānum iure primo genituræ præferens, ducatum ipse accepit. Colomannus enim erat habitu corporis contempnibilis, sed astutus, mouitque bellum Ruthenis. vnde ducissa Ruthenorum obuiam ei facta, ad pedes suos se prostravit, quam rex pedibus amouit. Inde auxilio Cunorum Rutheni confurgentes, per cufferunt castra

Eccles 4.

Teutonici
B. Mariæ
dicati.Arx Mariæ-
burg.Coloman-
nus Vnga-
riæ rex.

stra regis vsque ad internecionem. rex fugam iniens, thesaurum reliquit, quem Cuni inter se diuisere. Idem rex pluries Almum persequi tentauit, sed illos semper principes reconciliauere. Tandem tamen confirmata per imperatorem inter eos pace, rex cepit ducem Almum & filium eius Belam infantulū, & excecauit eos. sed & Belam infantulum præcepit castrari. satelles autē timēs Deum, catellum castravit, & testiculos eius regi præsentauit. Idem rex plures nobiles excecauit, postea coepit ægrotare vsque ad mortem, & consilio habito fecit apprehendi ducem, ne forte sibi succederet etiam cæcus. præsensit Almum, profugit in monasteriū, & manu altare compræhendit. Benedictus autem quidam à rege missus, sacrilegas manus in eum iniecit: & dum conaretur eum extrahere, diuisa est manus ducis, & insectum altare sanguine. territus sacrilegus, equum conscendit, exiens & in via cadens de equo, ceruice fracta, expirauit, ac à canibus voratus est. Moritur deinde Colomannus, & succedit ei filius Stephanus anno Domini 1114. Bela verò filius Almi, occultè nutriebatur in regno. pater pueri Almum fugit in Græciam ad imperatorem, vbi tandem vita functus est. In hac generatione circa annum Domini 1100. inueniuntur apud monasterium Hirsaugien- se scripta de duobus comitibus de Wirtemberg, qui fuerunt fratres. maior natu, vocatus est Cunradus vir potens inter Suenigenas, alter vocabatur Bruno, eratque Spiren- sis Ecclesiæ canonicus, & postmodum factus in Hirsaugia monachus. ANNO verò Domini 1105. Henricus 5. Gebhardum Hirsaugiensem abbatem, virum sapientem & nobilem, & sanctitate famosum, præfecit Spiren. episcopum, in cuius locum Hirsaugiae in abbatē electus est iste Bruno pridie Kalen. Decemb. & à Richardo Ostiensi episcopo 7. Kalen. Ian. ordinatus. hic quanuis natura generosus esset, nil tamen in habitu arrogantie ostendebat, præfuit annis 14. decimo Kal. April. corpore solutus est. Bruno hic Spirensis canonicus ac maioris ecclesiæ custos & armarius, postmodū monachus, & deinde abbas Hirsaugiae factus, dedisse scribitur in eodem monasterio per manū ac assensum fratris sui Cunradi comitis de Beutelspach, aliās de Vuirtemberg, prædium in Pfrundorff cum omni iure ad Watsheim, 12. iugera vinearum cum beneficijs sex hominum ad easdem vineas pertinentiū, ad Salsingen quinq; hubas, ad Barchusen duas cum vineto. Cunradus verò comes de Vuirtemberg, & vxor eius Vuern- drut, ad Durenchen 16. hubas cum molendino, & in proxima villa eiusdem nominis vinetum ad Sarewesheim vnam salicam terram, ad Salzaha 18. hubas, item in Schasshufen molendinum vnum. In prædicta autem donatione datæ sunt 20. marcae, quas Bernardus de Schura comes pro cellula Bauaricæ dederat, & duæ armillæ aureæ appendentes 15. vncias auri, quas Luitgart soror domini Brunonis & Cunradi comitis de Vuirtemberg, ad faciendū calicem tradiderat. Adelhait vidua Bertoldi de Eberstain, cum filijs suis Bertoldo, Eberardo & Hugone, quartam partē villæ Eltingen cum omni iure Deo & S. Petro tradidit. ANNO Domini 1109. moritur Philippus rex Franciæ, & illi succedit Ludouicus Crassus. Eo tempore imperator Henricus duxit vxorem Machtilden filiam Henrici regis Angliæ, huius nominis primi. iste Henricus Angliæ rex propter terras Nortmanniæ præliatus est, & vicerunt Anglici, parumque abfuit quin rex Ludouicus caperetur, ab omnibus suis derelictus. Hic Ludouicus cum paralyti laboraret, Philippum filiū suum regem coronari fecit Rhemis, quod alij negant. Nam Philippus iste dum Parisijs equitaret, porcus currens ad pedes equi casum dedit. inde Philippus deturbatus, lapsu mortuus est. Vnde paulò post Ludouicus alterū filiū Ludouicum in consortium administrandi regni assumpsit, Rhemisque deductum, regia vntione atque corona insigniri fecit. Licet autem ab Henrico Anglo regem Ludouicum fuisse victum inuenerim, Robertus tamen Gaguinus videtur sentire contrarium, & quod Ludouicus per totam vitam prospera vsus fortuna cōtra Henricum Anglum Nortmanniæ ducem fuerit, multaque de eo narrat præclara facinora. Deinde narrat, quod Gelasius papa Henrici imperatoris furorem declinans, ad Ludouicū venit: & quomodo Henricus imperator ægro animo hoc ferens, in festis venerit copijs in Franciā, quem tum pontifex exccrauerit, & Henricus infecta re retrocesserit, quodque pontifex Cluniaci mortuus fuerit, cui successus sit Callistus. Refert quod & Innocentium papam longè post, aduersante sibi Petro Leone, ab altera parte cardinalium electo, ad se venientem Ludouicus honorificè suscepit, opesque & fortunas suas pollicitus sit, de quibus aliquid in sequentibus dicemus. Tandem rex Ludouicus, peractis quæ ex ritu Christiano solent fieri, defunctus est, regni sui anno 30. elatus ad S. Dionysium, ibique sepelitur. vocatus autem est Crassus propter corporis molem.

Cunradus
& Bruno
comites
Wirtemberg.Ludouicus
Crassus rex
Franciæ.

Henrici
quinti ac-
cessus in
Italiam.

Henr. à Pa-
schali ius
inuestiendi
petit.

EXordium 38. generationis facientes, cum iam iam non plenè quibusdam Henrici quinti regis Germanorum, imperatoris autem Romanorum gestis 37. generatio, propter varia bellorum & rerum diuersarum facinora intendere potuisset, quæ supersunt, rerum à se gestarum ordinem contingemus. Verùm eius generationis principia, quintum Henrici quinti annū suscepti regiminis, necnon Paschalis papæ secundi decimum vendicāt, decimo supra millesimū centesimū Christi natiuitatis anno. Quo quidem Henricus V. Ratisponæ in Dominicæ apparitionis festo, quod Epiphaniam Græcinominant, colloquium cum regni principibus faciens, animi sui propositum eis aperuit, scilicet quòd trans alpes ire atque Romam tendere, benedictionem imperialem à Ro. pontifice recipere, & insuper ad omnia quæ defensio posceret ecclesiastica, offerre velit. Itaque assensu omnium expeditionem parat, licet non nihil tereretur cometes, qui tum per sex menses apparuit, nihilominus per Germaniam exercitum circa Augustum mensem imperat, datis vbiq; inastimabilis pecuniæ stipendijs. Igitur mense Augusto superata montium asperitate, rex cum suis lætas & incolumis Eporediam peruenerat. alter vero exercitus Nouariam ducens, ibi regem expectat. Paucis ibidem diebus moratus rex, Padum transit: vbi milite recensito, inuenit præter Italicos 30. millia equitum. Placentiæ castrametatus, fidelitatem à ciuibus accepit, & per tres septimanas in his partibus commoratus, Parmamque perueniens, Mechtildim comitissam per internuncios sibi subiectam, gratia sua proprijs iustitijs donauit. Post hæc hyeme montem Pardonis cum maximo dispendio rerum & equorum transcendit, tandè Florentiam peruenerit, instante festo natiuitatis Domini, vbi festum cum ingenti cunctorum tripudio percelebrauit. Inde apud Aretium à clericis beneuolè, à ciuibus subdolè recipitur, quorum etiam insolentiam satis abundèque perdomuit, ciuitate eorum cum curribus contra regem instructis, funditus euersa, ecclesiæ sua iustitia, quam iidem ciues violenter abstulerant, iuxta clericorum petitionem reddita. Inde ad Aquam pendentem progressus, legatos suos dudum ab Aretio missos, ab Apostolico boni nunciij baiulos reperit: remisissive alijs nuncijs cum Romanis, qui sibi occurrerāt supplices, paulatim Sutriū processit, ibiq; substitit. ANNO itaque III. Henricus V. cum maximo exercitu ad sedanda scandala, quæ inter imperium & sacerdotium erant, tum in Italiam venit. hæc discordia à Gregorio 7. coepta, agitata est à successoribus eius Victore, Urbano, & multò magis Paschali, ob quam causam scandalum erat in toto orbe terrarum. Imperator enim vti volens consuetudine & autoritate prædecessorum suorum, petebat sibi seruari ea quæ priuilegijs Carolo Magno & successoribus in imperio iam per CCC. annos & amplius concessa & obseruata fuerāt sub summis pontificibus, ex quibus priuilegijs licitè per inuestituram annuli & virgæ, episcopatus & abbatias conferebant, & hoc suum ius allegabant. Sed contra hoc, synodali decreto censebant summi pontifices prænominati, nec posse nec debere dari per virgam vel annulū episcopati, aut aliam dignitatem ecclesiasticā à laica persona, ac sub execratione fieri prohibebāt, prout supra est dictum.

Veniens itaque Sutrium rex, legatos à sede Apostolica expectabat, & vt referunt ferè Italici scriptores, aduentū regis Paschali parum gratum fuisse, cum ecclesias multas in bellis euerterat, & episcopatus contra ius & fas pro libidine animi, cui placuisset, demāduerat: addunt & quòd rex ipse præmiserit oratores duodecim, regni Teutonicorum proceres, in quibus duo nepotes regis erant, pollicebaturque iureiurando se omnem inuestituram ecclesiarum obmissurum, curaturumque; quòd omnes ecclesiæ suo occupatæ iussu, liberè dimitterentur, absoluturum quoque populum à iuramento; in ecclesiarum præiudicium præstito: ea sponsione solenni stipulatione firmata, miserit pontifex Sutrium legatos, ibiq; omnia solidata. Verùm alij scriptores aliter referunt, quòd scilicet legati apostolici cum missis regijs Sutrium venerint, asserentes promptū esse Papam ad consecrationem & omnem regis honorem, si tamen rex ipse pontifici annueret libertatem ecclesiarū, laicam prohibens inuestituram, recipiendo ab ecclesijs ducatus, marchias, comitatus, aduocantias, monetas, telonia, cæterorumque regalium quæ possident, summam. præbuit rex assensum, scilicet quòd inuestituras episcoporum dimitteret, papa autem e contra omnia regalia imperatori relaxaret. Et hæc pactio, vt refert Gotfredus, sacramento & obsidibus inter Papam & Imperatorem afferitur fuisse firmata. Igitur conuentione facta, rex hilariter ad urbem

hem properat, & dominus Apostolicus cum omni clero & populo se in eius occursum adornat: vnde postea populo & clero prodeunte obuiam, urbem Leoninam primò ingreditur, procedētibus sacerdotibus cum infulis & reliquijs sanctorū, à mole Adriani vsque ad basilicam S. Petri, cuius in gradibus rex pedes pontificis, eoque cum cardinalibus prodeuntis, exosculatus est. Postis deinde militibus in stationibus suis, vnà cum pontifice ad dextram templum ingreditur: deinde domino papa Missam solenniter celebrante, cum imperator ad altare, vt sacram communionem de manu eius susciperet, accessisset, dixit illi summus pontifex: Domine imperator, hodie corpus Domini natum ex Maria virgine, passum pro nobis in cruce, sicut tenet ecclesia, damus tibi in confirmatione veræ pacis inter me & te. Verùm pontifex summus resistētibus episcopis & contradicētibus, sicut promiserat, regalia imperatori seruari non poterat, prout etiā Antoninus scribit. capropter tumultuatū est. Et scribunt quidā Italici, regē pontificem orasse, vt illos confirmaret quibus episcopatus dederat, licet iurandum (secundum eos) antè interposuisset, se nunquam id à pontifice petiturū: Paschalem verò id facere recusantem, intromissis militibus, dato signo, vnà cum cardinalibus captū, & cleri parrem magnam spoliatam. Sed alij aliter scribunt, quòd post variam disceptationem, postremò Apostolicus ab episcopis & alijs fidelibus regis sit custoditus. Permotus inde Rom. populus, sumptis armis, Teutonicos ex vrbe Leonina pellit, portasque omnes claudit, vt Italici scribunt: sed alij narrant impetum in populo subortum, in exercitumque regis taliter grassatum, vt commissā aliquandiu pugna, regē ipsum necesse fuerit exercitui subuenire: quod & impigrè fecit, & vsque ad inclinatum iam diem, fortissimi militis & optimi ducis opus agens, victoria post multam stragem fuerit potitus. Romani qui è tumultu fugientes supererant, magna pars Tiberi absumpta est. Post triduum Roma secedens rex, dominum apostolicum secum duxit, & eo quo potuit honore tenuit, donec compositis per regiones negocijs, instas pascha haud longè ab vrbe celebrauit. Ibi sedato inter ipsum & Apostolicum, inter regnum & sacerdotium dissidio, post octauas Pascha cum totius populi Romani inastimabiliq; exercitus tripudio ante basilicam sancti Petri, Augusti nomen & imperium, chrismate ritè perunctus & sacratus, & sub angustissima pompa coronatus suscepit, dato sibi in presenti per manū Apostolici sub testimonio adstantis ecclesiæ priuilegio inuestituræ ecclesiasticæ iuxta consuetudinem antè seruatum, cuius stabilitatem Papa mox sub anathemate confirmabat. Sic denique ea die Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, est reparata. Tenor autem inuestiturarum talis erat: Paschalis episcopus seruus seruorum Dei, charissimè in Christo filio Henrico glorioso Teutonicorum regi, & per Dei omnipotentis gratiam Romanorū imperatori Augusto, salutem & apostolicam benedictionem: Regnum vestrum sanctæ Romanæ ecclesiæ singulariter cohærere dispositio diuina constituit. Prædecessores siquidem vestri probitatis & prouidentie amplioris gratia, Romanæ urbis coronam & imperium consecuti sunt, ad cuius videlicet coronæ & imperij dignitatem, tuam quoque personam fili charissime Henrice, per nostri sacerdotij ministerium maiestas diuina prouexit. Illam ergo dignitatis prerogatiuam, quam prædecessores nostri vestris prædecessoribus catholicis imperatoribus concessere, & priuilegiorum paginis confirmauere, nos quoque dilectioni tuæ concedimus, & presentis priuilegij pagina confirmamus, vt videlicet regni tui episcopis & abbatibus liberè præter violentiam & simoniam electis, inuestituram virga & annulo conferas, & post inuestituram canonicè consecrationem accipiant ab episcopo ad quem pertinuerint. Si quis à clero vel à populo præter assensum tuum electus fuerit, nisi à te inuestiatur, à nemine consecratur, exceptis illis qui vel in archiepiscoporum vel in Romani pontificis solent inuestitura consistere. Sanè archiepiscopi vel episcopi libertatem habeant à te inuestitos abbates & episcopos canonicè consecrare. prædecessores enim vestri, ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficijs ampliauerunt, vt regnum ipsum episcoporum maximè & abbatum præsidijs oporteat communiri, & populares dissensiones quæ in electionibus sæpe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Si quis verò inflato spiritu ad periculum animæ suæ contra huiusmodi autoritatis nostræ decretū agere præsumpserit, sciat se vinculo Apostolicæ maledictionis & anathematis in hoc seculo & in futuro, nisi resipiscat, esse alligatum atq; submersum.

Sacramentū aut quod fecerāt ciuitates Italiæ regi Henrico quinto, tale fuit: Ab hac die in antea fidelis ero domino regi Henrico, non ero in consilio vel in facto, quo ipse perdat

Paschalis
Henricum
excipit.

Tumultus è
pape dissidio
ortus.

Henricus V.
coronatur.

Inuestituræ
tenor.

Ciuitatum
Italiæ inu-
mentum.

perdat vitam vel membrum, vel quo capiatur, vel affiliatur contra suum velle: adiutorio ero ei retinere ciuitatem nostram & burgas & suburbia, episcopatum, comitatum, omnem vsu & honorem regni & imperij, quem predecessores sui reges & imperatores habuerunt, in praedictis locis contra omnes homines qui voluerint auferre vel minuere: nulli mortalium in praedicta ciuitate vel locis obediā quam ab omnibus eum aliquandiu honorificè deducantibus, per Longobardiam ad Alpes, indeque ad terras Germanicas feliciter est reuersus. Post reditum quoque suū nonnulla tam ab ipso quam ab episcopis se comitantibus, quae corrigenda videbatur, fuere reformata. Mense autē deinde Augusto, quamplurimos episcopos atque abbates, nonnullos etiā principes Spiram vocat, quorū assensu & cooperatione, patris sui funera curat. nam toto quinquennio suspensā cōmunio sepulturae & orationum, Apostolica auctoritate ab eisdem sacerdotibus, qui & Romae coram Papa poenitentiae illius testimonium reddiderant, tunc testificantibus cōceditur, & augustissimis exequijs habitis, iuxta Maiores suos in ecclesia Henricus quartus sepelitur. Hoc autem tempore Mechtildis comitissa admodū senio confecta moriens, Romanae ecclesiae ex testamento reliquit, quicquid à Pisa amne & S. Quirico agri Senensis vsque ad Ceperanum inter Apocinum & mare pertinet, addita Ferraria, quae adhuc Ro. ecclesiae vetigalis est. Sunt qui scribunt hanc mulierem Florentiae mortuam esse eo incendio, quo & magna pars urbis consumpta est, & ad duo millia hominū combusta traduntur, eiusque corpus postea in cisalpinam translatum esse, & in monasterio sancti Benedicti, quod ab vrbe Mantua duodecim millibus passuum distat, sepultum. Volunt aliqui mulierem ipsam Mantuae diem extremum obiisse, suoque iussu ad sanctum Benedictum per Anselmum Lucen. episcopum sua impensa aedificatum translata. Interea directi ab Italia nuncij, obitum illius in clytae Mechtildis nunciant imperatori, ad eius praediorum terras amplissimas haereditario iure possidendas, Caesarem inuitant: nec est qui quidquam afferat ad imperatorem peruenisse: inuenio tamē quōdā terra Mechtildis ad Guelsonem Noricum ducem peruenit. Henricus paulō post cum nō haberet uxorem, statim sibi Mechtildim filiam regis Angliae sponsam accepit, & Moguntiae nuptias magnificè celebravit. Vbi dux Saxoniae Lotharius, qui semper rebellis extiterat, tunica lanea indutus atque discinctus, ad pedes imperatoris venit, veniam petiturus. ANNO m. pontifex multas à Ro. passus est iniurias, dicentibus quibusdam, quōd contra instituta Ecclesiae regem Henricum tyrannum & ecclesiarum destructorem, imperiali benedictione sublimasset, insuper prouilegio sacrilegum condonasset. Inde coactus in concilio xj. Kalend. Aprilis habito Laterani, facta coram omnibus professione catholicae fidei, dixit: Amplector omnem diuinam scripturam veteris ac noui testamenti, amplector quatuor euangelia, Nicenum, Ephesinū, Constantinopolitanum, Chalcedonense, & Antiochenum concilium, decreta sanctorum patrum Ro. pontificum, & praecipue Gregorij vij. & beatæ memoriae papae Urbani: quae ipsi laudauerunt, laudo: quae tenuerunt, teneo: quae confirmauerunt, confirmo: quae damnauerunt, damno: quae interdixerunt, interdico: atque, in omnibus & per omnia & in his semper perseuerabo. Quibus expletis, surrexit Gerardus Engolismensis episcopus, legatus Aquitaniae, & de consensu domini Papae ac totius concilij legit hanc scripturam, dicens: Priuilegium illud, quod pro liberatione captiuorum, à domino Paschali papa per violentiam regis Henrici extortū est, nos omnes canonica censura & auctoritate ecclesiastica iudicio S. Spiritus damnamus & irritum iudicamus. Et hoc ideo, quia in eo priuilegio continetur, quōd electus canonicè, à nemine consecratur, nisi prius à rege inuestiatur, quod est contra spiritum sanctum & canonicam sanctionem. Perlecta charta, ac clamabant omnes, Amen Amen. Huic chartae subscripserunt se archiepiscopi, Iohannes patriarcha Venerus, & alij ferè centum episcopi. Hac occasione nouum schisma feminatur, nonnullique (inter quos erat Adelbertus quondam regis cancellarius, & nūc archiepiscopus Moguntinus à rege designatus) aduersus imperatorem, quod vix quiquam credidisset, conspirare cum quibusdā principibus infamatur: reque cognita, idem Adelbertus iussu regis custodiae traditur. His non obstantibus, indices pro mul-

Henrici 4.
sepultura.Mechtildis
mors.Henrici 5.
uxor.Paschalis
professio.Priuilegiū
inuestiturae
abrogatur.

to plures sensit rebelles: legati quoque sedis Apostolicae, imperatoris excommunicationem publicant, ac priuilegium inuestiendi episcopos ubique reuocatum denunciant. Post hæc imperator amicorum consilijs, immo totius regni compulsus querimonijs, generalem curiam Moguntiae instituit, ubi liberā omnibus audientiam, de sibi obiectis satisfactioe, de suis iuueniliter malè gestis correctionem, ad senatusconsultum repromisit. Statuto itaque tempore, dum eò veniret, praeter paucos episcopos nemo cōparebat, praesertim ex principibus. Tum Moguntini tempus adesse rati, subitò palatium armati vallant furiosè irruentes, omnia strepitu, cuncta clamoribus implent, aulicis terribile spectaculū demonstrantes. Quid multa? dubiū non est, nisi datis ad praesens obsidibus imperator ea quae sibi imponebantur, facturum se confirmasset, ipsum fortasse palatium cum vniuersis ibidem degentibus, crudelissima nece corruisset. ita sedato vix tandem furore, Caesar ab vrbe discessit, & post paucos dies Adelbertum, quem iam per tres annos in custodia maceratū, coactus vt promiserat, liberum cathedrae suae remisit. hic Adelbertus antea baculo & annulo ab Henrico fuit inuestitus. Paschalis interim in vrbe Roma rogatur à ciuibus quibusdam, vt in locum Petri praefecti urbis demortui, filium subrogaret. Quod cum facere pontifex negaret propter aetatem pueri, qui vix decennium attigerat, tanta repente seditio exorta est, vt ei abire ex ciuitate necesse fuerit. Hinc ab Aricia Ptolemæum properè accitū, cum manu satis valida in vrbe misit, qui pulsos in transiberinam regionem aduersarios partim interfecit, partim cepit, ac per municipia custodiendos diuisit, qui tamen Ptolemæus paulō post aduersarius papae factus est. Tunc Praeneste Paschalis agens, Caloioannes imperatoris Constantinop. qui patri Alexio successerat, oratores audiuit, eisdemque in mancipiis dedit, vt Caloioannem in Saracenos animarent: quod adeo hi diligenter curarunt, vt barbaros Graecus maximis affecerit cladibus. ANNO m. imperator natalem Spirae cum paucis episcopis ac principibus celebrat, ea quae interim Coloniae gerebantur, grauius ferens. audiuit enim quamplurimos ibi cōuenisse regni optimates, execrationis in se latae publicationem audituros, miserat illuc imperator praesulem Vuirceburgensem, qui audientiam, non nisi reconciliatus, habere potuit. reuersus verò, postea ei qui se miserat, regi denuo communicare renuit: sed vitæ periculo coactus, Missam coram imperatore celebrans, indeque ad mortem contristatus, latenter discessit, & rursus communioni pristinae reconciliatus cum lachrymis, vltra Caesaris adpectu simul & gratia caruit. Quare successus imperator, ducatum Orientis Franciae, qui Vuirceburgensi episcopo antiqua regum successione competebar, Cunrado duci Sueviae, sororis suae filio commisit. hunc ego Cunradum puto fundasse monasterium sancti Aegidij in Norimberg, sub titulo Cunradi ducis Sueviae atque Francorum. Eodem anno Henricus scandala principum declinans, in Italiam se vnā cum regina totaque domo sua contulit. at circa Padum negocijs regni instans, legatos ad Se. Ap. pro componendis causis inter imperium & sacerdotium destinauit, cuius legationis praecipuus erat abbas Cluniacensis papae consanguineus. Tum verò pridie Nonas Martij, Romae Laterani in ecclesia S. Saluatoris, quae appellatur Constantiniana, celebrata est synodus vniuersalis concilij. Prima itaque die, secunda & tertia, quidam episcopi de priuatis negocijs tractare coeperunt, quod alijs displicuit: & vt de negocijs propter quae principaliter per omnia periculorum genera terra marique conuenerant, tractaretur, admonetur Apostolicus. Tunc surrexit Paschalis, concilijque causam his verbis exponens: Postquam, inquit, dominus de seruo suo fecit quod voluit, & me populūque Ro. in manibus regis constituit, videbam quotidie passim fieri rapinas, incendia, caedes, adulteria: hæc & huiusmodi mala cupiebā auertere ab ecclesia & populo Dei: & quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem vt homo, quia puluis sum & cinis. fateor me malè egisse. sed rogo vos omnes, orate pro me Deum, vt indulgeat mihi. illud autem malū scriptum quod in tentorijs feci, quod priuilegiū dicitur, condemno sub perpetuo anathemate, vt nullius vnquam bonae memoriae sit, & rogo vos omnes vt idem faciatis. Tunc ab vniuersis conclamatum est, Fiat Fiat. Bruno autem Signinus episcopus altius exorsus, ait: Gratias agimus omnipotenti Deo, quōd dominum Paschalem qui praesenti concilio praesidet, audiimus proprio ore damnantem illud priuilegiū, quod prauitatem & haeresim continet. Ad hæc quidam: Si priuilegium illud haeresim continebat, qui illud fecit, haereticus fuit. Iohannes autem Caietanus ad hæc cōmotus, respondit: Tu ne hic in concilio nobis audientibus, Ro. pontificem appellas haereticū? scriptū quod fecit, malum quidē, sed haeresis

Moguntini
capiunt He-
ricū quatuor.Caloioan-
nes Graecus
imperator.Cunrado
Sueviae duci
Franciae
datur.Henricus 5.
iterum Ita-
liam ingre-
ditur.Altera priu-
legij abro-
gatio.

hæresis non fuit. Et alter quidam adiecit: Immo non malum dici debet, quia si liberare populum Dei, bonum est: quod dominus Papa fecit, bonum fuit: sed liberare populum Dei bonum est, testimonio euangelij, quo præcipimur animas quoque pro fratribus ponere. ergo quod fecit dominus papa bonum, malum esse non potuit.

Ad hæc Paschalis manu silentium indicens: Fratres, inquit, ecclesia ista nunquam habuit hæresim, immo hac omnes hæreses, Arriana, Eutythiana, Sabelliana, sunt contritæ. pro hac ecclesia filius Dei orauit cum dixit, Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua. Et multa id genus, præsentibus legatis imperatoris. Sexta deinde die altercationes quorundam ita compefcuit, dicens: Ecclesia primitiua martyrum tempore floruit. deinde cum accepisset orbis terrarum Christianam pietatem sub Rom. principibus, qui matrem suam ecclesiam sicut boni filij honestauerunt, conferentes ecclesiæ Dei prædia, seculares honores & dignitates, regalia quoque insignia, quem admodum Constantinus cæteri que fideles, cœpit ecclesia florere tam apud Deum quam homines. Habeat ergo mater. ecclesia sibi à regibus & principibus collata: dispense & distribuatur ea filiis suis, sicut fecit & sicut vult. Sic priuilegium inuestitura, quod in tentorijs concessisse videbatur, sub anathemate iterum condemnauit. Cardinalis verò D. Cuno Prænestinus, qui publicauerat has censuras, à domino Apostolico petijt, vt omnia quæ legationis tempore fecerat, confirmaret. Quod quidem fecisse Papam vnâ cum concilio constat. idem D. Prænestinus subiunxit, qualiter pro sedis illius legatione agens Hierosolymis audierit, regem Henricum post sacramenta, obsides & oscula in ipsa B. Petri ecclesia dominum Papam tenuisse captum, indignè tractatum, potiora ecclesiæ membra, cardinales videlicet exutos & tractos, nobiles quoque Romanos occisos, captos & magnâ populi stragem factâ: & quod audiens hæc, ingemuerit, & pro huiusmodi facinoribus zelo Dei animatus, excommunicationis sententiam, ecclesiæ Hierosolymitanæ consilio, in regem dictauerit, & eandem in Graecia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia consilio ecclesiarum renouandam confirmauerit: orare se demum, vt sicut Papa legationem suam confirmasset, ita præsentis concilij patres & episcopi concorditer annuerent. Ea cum legato & literis Viennenses postulabant. Dum tali ratione & ordine tam variæ & dissonæ multitudinis assensus exquiritur, à saniore parte nil contradicendum est, à paucis submurmuratum, ab episcopis & abbatibus nullo modo reclamatum. Scindebatur inter hæc & huiusmodi regnum Teutonicum, quod iam ferè decennio quieuerat. rex enim aberat: vnusquisque quod sibi placitum videbatur, hoc faciebat in regno. pars agros alterius vastare, colonos spoliare, maximè in episcopatu Vuirceburgensi per Cunradum Sueniæ ducem. Longum est, archiepiscopi Moguntini contra regis fideles machinamenta, & eorum aduersus illum, enarrare. nam neque pax Dei cætera que sacramentis firmata pacta custodiebantur. hinc vndique vastatis villis, populatis oppidis ac regionibus, nonnullis in solitudinem penè redactis, cessabant in quibusdam ecclesijs clericorum officia, & illud famosissimum monasteriũ Fuldense vsque ad vltimam redactum est in opiam. Tanta notatus censura imperator, cum apud pontificem legatis intercedentibus, agi nihil posset commodè, in armis spem pacis posuit. Romam aiunt profectum voluisse, vt cuius coronatio hac ignominia foedata fuisset, rursum coronaretur. Inde in Italia moratum aliquantisper, grauissimè regionem afflixisse scribunt. Inter ipsa Dominicæ natiuitatis festa tertio Nonas Ianuarij, anno m. tantus terræ motus suboritur, antè inauditus: nam multæ ecclesiæ & ciuitates inde submersæ sunt. Leodium in clyta ciuitas, aquarum vi immensa cladem passa est. Visæ sunt sanguineæ nubes, maximum incurientes hominibus terrorem. Eodem anno, tertio Nonas Ianuarij in octaua S. Iohannis Euangeliste, terræ motu oppidum Rotenburg supra Neccari in Sueuia totaliter destructum est. Et eapropter post longa tempora per Albertum comitem de Hohenberg, in locum pristinum reedificatum, anno scilicet salutaris 1271. Afferunt tamen aliqui, quòd prior ciuitas vocata fuerit Landfort. Anno deinde 1276. comes dedit locum Carmelitis ad ædificandum monasterium sui ordinis, prout de hoc apud eosdem fratres reperitur adnotatum. Deinde peruenit dominium per successiones vsque ad Rudolphum comitem eiusdem gentilitatis, qui anno Domini 1371. dominium de Hohenberg vendidit ducibus Austria, propter tres causas, vt quidam referunt. Prima, quòd non erat ei filius: secunda, propter vxorem suam ac filiam eius, à quibus magnam iniuriam passus est: tertia, eo quòd consanguinei sui, scilicet comes Rudolphus & Henricus de Hohenberg, fratres patris sui, fraudulenter absque

Germania
inestina
es.

Henricus
secundus
va
stas
Italiam

Rotenburg
Neccari
op
pidum.

absque notabili causa alienigenis eorum patrimonium vendiderant. Credo emptores fuisse comites Vuirtenbergenses. ANNO m. infinita Turcarum multitudo de Perside veniens, se in regnum Hierosolymitanum effudit, cui rex, non expectatis principe Antiocheno & comite Tripolitano, licet in via essent, cum suis copijs occurreret: & à multitudine pressus, magnam suorum partem amisit. ceciderunt illa die Christiani equites 30. pedes mille ducenti. ANNO verò m. Burfoquinus Turcarum potentissimus, cum infinita copia gentis regionem Antiochiæ hostiliter inuasit, omnia igni & ferro deuastans: quod vt principi Antiocheno innotuit, assumpto secum domino Balduino comite Edesseno, obuam perrexit. Cumque iam vterque exercitus spem suam in Domino ponentes, quasi certi de victoria, visis hostibus & sprete eorum multitudine, in eos animosius irruentes, dissoluta eorum agmina in fugam vertunt, eos per duo milliaria insequentes, stragem horribilem ediderunt. Post hæc ad castra hostium accedentes, cum infinitis spolijs ac diuitiarum thesauris ad propria sunt reuersi. Pisani his temporibus nauali potentia & gloria præpotentes, Paschalis pontificis hortatu ex insulis Balearibus quas antè occupauerant, in Saracenos mouent, eo quòd Christianorum littora infestarent: qui mox cupiditate gloriae capti, classe comparata, impositaque maiore iuuentutis suæ parte, in Saracenos irruunt, illosque aut interfecerunt, aut turpiter fugarunt. Interim Lucenses Pisanoꝝ vrbem defensoribus vacuam inuadunt, quod Florentini tunc audientes, Pisanoꝝ precibus permoti, pulsis Lucensibus, illam tutati sunt. Ob quod Pisani de Saracenis redemptes, Florentinos duabus porphyreticis columnis donant, quæ adhuc ad portam sacelli S. Iohannis Baptistæ visuntur. Circa annum Domini m. Balduinus rex Hierusalem, videns sanctam ciuitatem habitatoribus vacuam, cogitabat quomodo fidelibus populis eam posset instaurare. Tandem didicit quòd trans Iordanem & in Arabia multi fideles in villis habitaret, qui sub grauibus conditionibus infidelibus seruebant sub tributo. hos euocâs sub melioribus conditionibus cum vxoribus & liberis in Hierusalem recepit. ANNO dein m. rex vt Aegyptios cladis causa, quam superioribus annis acceperat, vlcisceretur, contractis ingentibus copijs, mouit in Aegyptum, urbem quandam expugnauit, prædamque militibus diuisit, in qua ciuitate cœpit agrotare, & cum mortem adesse sentiret, alterum Balduinum de Robas seu de Burgo, consanguineum suum, Edessenum comitem designauit: ipse autem fide plenus, in Dominica Palmarum iuxta fratrem suum Godfredum cum maximo omnium planctu sepultus est: deinde manè Dominicæ resurrectionis die caelum à parte meridiana aperit, tantam lucis effudit abundantiam, vt luna, quæ tunc clarissima videbatur, lumen inestimabili fulgore obtegeret, & per vnam vel amplius horam omni solis luce clarior permaneret, ipso tamen spatio crux non modica per idem foramen dependens apparuit, cuius tam auri quam gemmarum varietas euidenter discerni potuit: & scriptor qui hoc refert, his, cum ita fierent, præfens fuit, quemadmodum ipse scribit.

ANNO igitur m. prout supra dictum est, Paschalis papa, & Balduinus rex Hierusalem secundus, migrauerunt ad Dominum. Paschali autem Gelasius secundus, Balduino verò Balduinus de Burgo dictus, subrogatur, & de vtroque erit dicendum.

Mortuo sanè Paschali, cum de creando nouo pontifice ratio haberetur, ob eam rem cardinales omnes in monasterio ad Palladium, paululum infra ædes Leonis & Cincij Fregepanis congregati, vno omnium consensu Iohannem Caeteranum, quem Gelasium secundum appellarunt, pontificem eligunt. sedit autem anno vno. Verum Cincius ira ob hanc electionem percitus, quia vnũ ex suis cardinalibus collegio proposuerat eligendum, in monasterium Palladij cum armatis irrumpens, refractis foribus, obuium quæque percit: pontificem obtorto collo in terram deiecit, calcibus conterit, in vinculaque conijcit. Cardinales autem fugam parantes, ex mulis & equis deiecit, & nullũ genus contumeliæ prætermittit, quo affici tantus senatus posset. Non tulit autem tantam iniuriam populus Rom. ad ædes enim Cincij armatus concurrit, eique & familiæ interitum minatur, nisi mox Gelasium incolumem reddat. Itaque dum serò mandata faciunt Fregipanes, Leo princeps pontificis pedes exosculatur, veniam suppliciter petens: qua concessa, pontifex albo vectus equo, in Lateranum deducitur: & comitante clero populoque, coronatur. Cum autem Gelasius rebus ecclesiæ benè ordinandis intenderet, ecce nuncius adest, qui dicit imperatorem Henricũ ecclesiæ hostem, cum magno exercitu aduentare. Gelasius itaque furorem Henrici timens, ad cedes Vulcamini potentissimi cuius primò confugit. Verum cum ibi

Turca
Hierosolymam
inuasit.

Pisani
contra
Saracenos.

Balduinus
de Burgo
rex Hierosolym.

Gelasius II.
papa.

Cincius
Gelasiũ
capit.

Henricus
tertius
Romam
petit.

quoque nequaquam tutus videretur, vñ cum suis tiremes conscendens, Ostiam Tiberi delabatur, insequentibus Germanis militibus, & pontificem telis ac sagittis tentibus. Cum Ostiam verò peruenisset, terrestri itinere, quoniam propter instantes maris procellas nauigio sese tuto committere non licebat, Ardeam proficiscitur, Hugone xij. apostolorum cardinali viro amplissimo semper eum comitante. Cadentibus autem fluctibus Ostiam reuersus, Tarracinam primò retrocedens, tandem Caietam adnauigat, vbi perbenignè à ciuibus suis suscipitur. Còuenere eò statim & Guilielmus Apuliæ dux, & Robertus Campanus princeps, & Richardus Aquilanus, pollicentes se in eius potestate semper futuros, vt veros ecclesiæ decet vestigales. Henricus itaque cum exercitum contra se parari intellexisset, Mauriciū Bracharēsem archiepiscopū, papam creat, quem Gelasio objeceret, eumque Fregepanicę familię commendauit: Gregorius is appellatus est. Non contentus autem tam pernicioso exemplo Henricus, in Anagninum agrum copias mouens, omnia hostilem in modum diripit & capit, Turriculumque munitissimum locum iam oppugnabat. Audiens autem Gelasium cum proceribus Apulię magno cum exercitu aduentare, motis castris, Italia cedens, cuncta cædibus & rapinis compleuit. Gelasius de hoc certior factus, remisit in Apuliam proceribus, Romam venit, arbitratus omnia deinceps pacata fore. Verum longè aliter accidit quàm putarat. nam cum inuenisset antipapam Fregepanum auxilio fretum, Romæ mansisse, veritus potentiam familię, apud amicos quosdam prius delituit. At verò cum postea in ecclesia S. Praxedis mysteria celebraret, instantibus hostibus cum factione sua, vix sese eorum manibus fuga subtraxit. Relicto itaque Petro Portuensi episcopo, qui vices eius rerum sacrarum Romæ gereret, Pisas primò adnauigat: inde soluens in Galliam, ad portam S. Aegidij peruenit. hinc pertransiens, certa loca dedicando, ac tandem ad Cluniacense monasterium perueniens, pleuresi correptus, moritur vir sanctissimus, Caietanus ex monte Cassino religiosus. sepelitur autè eius corpus intra limina Cluniacensis monasterij. ANNO Domini 1119. 17. Kalend. Decembris, Trutuinus abbas ex Hirsburgia cum 12. fratribus ad *Wreimou* mittitur, domino Vuernhero comite de *Orieningen* id maximè efficiente, qui cum imperatore Henrico 5. tunc imperante, de Sueuia ad partes Hassiæ nouiter venerat, qui amoenitate loci motus, ab imperatore petijt sibi locum, qui tunc solitudo erat, proprietatis iure conferri. qui voti compos factus, eum abbati prædicto tradidit, atque ecclesiam in honore sanctorum Petri & Pauli construxit, & eam abbas laudabiliter rexit. Successit huic abbati Henricus vir sanctus, qui miraculis clauit, etiam ex Hirsburgia postulatus, qui cum prædicto comite fundamenta maioris ecclesiæ in honore B. Marię virginis iecit, qua partim completa, summum altare quadringentis mansis dotauit. Comite autem in eodem loco defuncto, pondus ædificij & regiminis dicto sancto abbati reliquit. Hęc libro in eodem monasterio reperiuntur diligenter conscripta. Fuit autem hic comes Vuernherus de *Orieningen* ex comitum prosapia de Vuirtemberg. Siquidem ipse comitatus in tres partes diuisus, tres habuit differentes inter se nominibus & castris dominos. Nam primus in *Wraçh* domicilium habuit, secundus in *Wentelspach*, tertius in *Orieningen*. Verum successu temporis conflatu in duas partes, ita vt vnus *Sturgarren*, alius *Wraçh* obtineret: nouissimis autè temporibus in vnum redactus dominium, tandem in ducatum ascendit. Eodem anno, s. 1119. Cluniaci creatus est papa Callistus secundus, Guido antè vocatus, natione Burgundus, Viennensis archiepiscopus, originem à regibus Franciæ ducens. Eligitur autem ab his cardinalibus, qui mortuo Gelasio Cluniaci aderant. Verum is, vt scribit Platina, non prius pontificium habitum sibi desumpsit, quàm intellexit se ab his quoque cardinalibus confirmari, qui Romæ & in Italia permanserant. Leguntur Guidonis ad Adelbertum Moguntinum archiepiscopum scripta hoc modo: Dominus noster felix memoria Gelasius à Vienna discedens, iniunxit mihi vt ad eius præsentiam festinarem, postquam ipse Cluniacum peruenisset: quod cum post dies aliquot implere fatagerem, in itinere de eius mihi obitu nunciatū est. Ego vt fratribus qui cum domino eodem venerant, solatium exhiberem, Cluniacum cum graui dolore perrexim, dum autem super eorū consolatione attētius cogitarem, ipsi grauissimum mihi onus & vires meas omnino transcendens imposuerunt. Congregati nempe in vnum episcopi cardinales, clerici & laici Romanorum, inuitum me & penitus renitentem, in Romanæ Ecclesię pontificem Callistum vnanimiter assumpserunt. Sedit annis sex.

His quoque diebus Cuno Prænestinus adhuc legatione Gelasij functus, Colonia Teu-

Comitatus
Vuirtembergensis.

Callistus II.
papa.

Teutonicorum conuentum faciens, Henrici excommunicationem publicat, postea in Fridislare idem confirmat. Henricus verò postea totius regni sacerdotum atque procerum nuncijs compulsus, generalem fieri apud Triburium conuentum assensit, vbi de omnibus quæ sibi imponerentur, iuxta senatusconsultum se satisfacturum spondit. Aderant tum legati, confirmantes electionem Callisti papæ. Eidem concilio papa Callistus, vallatus quadringentis 26. patribus, coram innumera multitudine præsedit. erat in propinquo imperator, petens inducias propter generale colloquiū cum principibus pro inuestituris. ANNO 1121. Henricus consilio fidelium suorum, rebelles sibi Moguntinos affligere constituit, ac primò nauiū còmeatum interclusit, deinde nundinas seu mercatus fieri, siue quidquam victualium in ciuitatem deferri inhiuit, ad extremum verò in obsidionem eiusdē vrbs exercitum indixit. Contrà verò Adelbertus præsul Moguntinus legatus apostolicus totam Saxoniam còmouet, constatur exercitus, alter in Alsatia pro imperatore ad destructionem Moguntia, alter in Saxonia ad defensionem eiusdē vrbs. fiunt ieiunia & supplicationes, appropinquant inuicem exercitus: sed prouidētia diuina dum colloquia inter principes fiunt, obsecratione regis indignatio tantum mitigatur, vt ipse præsens negotium arbitrio optimatum vtriusque partis terminandum decreuerit, pro conficiendo negotio actis prius gratis: curia deinde in Vuirceburg indicitur, ibiq; Michaelis festo còuenientes, præsentibus legatis apostolicis vniuersalis pax sub vitæ periculo instituitur, regalia vel fiscalia regno, ecclesiastica ecclesijs, præda deprædatis, hæreditates hæredibus, omnique personæ iustitia promittitur, prædones & fures edictis imperialibus persequendos, siue legibus coercendos confirmatū: & quicquid scandali aut perturbationis per regnum Germaniæ succreuerat, omnimodis eradicari decretū est. De verbo autem excommunicationis, vnde scandala ferè omnia pullulauerant, ad Apostolicum est delatum, designatis in præsentia legatis, qui Romam omnia deferrent. ANNO Domini 1122. episcopus Spirensis, & abbas Fuldenis, legatione totius regni apud Se. Ap. peracta redierunt, ducentes secum Ostiens. episcopum Lambertum, vicem Apostolici per omnia tenentem, cum duobus alijs, Georgio S. Angeli, & Saxone S. Stephani in Cælio monte cardinalibus ob simillē causam missis, pro reconciliatione sacerdotij & regni. Facto igitur generali conuentu apud urbem Vangionū, quæ nunc Vormatia dicitur, ibi conuenientes, incredibile memoratu est, quàm instanter, quàm sollicitè omnium procerum consilio pro pace & concordia certatum est, donec ipse in cuius manu cor regis est, omnem animositatē Augusti sub Apostolicę reuerentię obedientiam & matris Ecclesię, etiam vltra spem plurimorum, inflexit. Mox ab Apostolicę Se. legatis in cõmunionem receptus, tam ipse imperator quàm vniuersus sibi subiectus exercitus, immo generali absolutione cunctis hoc schismate pollutis per autoritatem Apostolicam facta. Qualiter autè Ecclesiasticas inuestituras ceteraque spiritualia negotia, quæ tanto tempore reges Teutonici administrauerat, quæque ipse, ne regni diminueretur honor, nunquam vita comite dimissurum proposuerat, humiliatus pro Christo, coram multitudine in manus domini Ostiensis, in perpetuum dimiserit: rursumque qualia sibi ob honorē regni conseruandū autoritas Apostolica concesserit, melius edocebunt super his scripta subnotata. Siquidem subiectæ literæ, inuestiturarum resignationem ab Henrico factam plenius indicant, quæ talis est: Ego Henricus Dei gratia Rom. imperator Augustus, pro amore Dei & sanctæ Rom. ecclesiæ & domini Papæ Callisti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & sanctis eius apostolis Petro & Paulo sanctæque catholicæ Ecclesiæ, omnem inuestituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus ecclesijs fieri electionem & liberam consecrationem, possessiones & regalia B. Petri, quæ à principio huius discordiæ vsque ad hodiernum diem siue tempore patris mei, siue etiam meo ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Rom. ecclesiæ restituo: quæ autem non habeo, vt restituantur, fideliter iuuabo: possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum & principum, & aliorum tam clericorum quàm laicorum, consilio principū, quæ habeo, reddam: quæ non habeo, vt reddantur, fideliter iuuabo. Et do veram pacem Callisto, sanctæq; Ro. ecclesiæ, & omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt, & in quibus sancta Rom. ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo. Verum hęc Callistus ex senatus consilio resignationem in manus legatorū ab Henrico factam approbans, in hanc formam imperatori se obligauit, vt sequitur: Ego Callistus seruus seruorum Dei, dilecto filio Hærico Dei gratia Ro. imperatori Augusto: Concedo electionem episcoporum & abbatum Teutonici

Moguntini
aflucti.

Resistena
sub Callisto
papa pax.

Inuestitu-
rarum resi-
gnatio.

Callisti ad
Henricum
epistola.

regni qui ad regnum pertinent, in præsentia tua fieri absque simonia & aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerferit, metropolitani & comprouincialium consilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. electus autem, regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus quæ ad Ro. ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex iure tibi debet, faciat: ex alijs verò partibus imperij consecratus, infra vi. menses regalia per sceptrum à te recipiat. de quibus verò mihi querimoniam feceris, secundum officij mei debitum, auxiliū præstabo. Doque tibi veram pacem & omnibus qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore huius discordiæ. Data anno. 1122. nono Kalend. Octob. Huiusmodi scripta ac rescripta, propter infinitam multitudinis conuentum, loco campestris iuxta Rhenū lecta sunt, data & accepta. Vnde actis Deo gratijs, ingenti salutis publicæ spe discessum est. Alterum quoque non multo post, in festo S. Martini colloquium imperator cum principibus, qui priori non aderant, Babenbergæ habuit, ubi cunctorum votis quæ ex regni & sacerdotij honore erant, compositis omnibus, legatos suos cum ijs qui ex vrbe aderant, Romam misit, ingentibus donatos muneribus in pontificis Callisti gratiam. Ad urbem redeuntes legati Apostolici, tabelam pacis ad Lateranensem basilicam suspendere: qua quidē perfecta, tanta repente lætitia publica exorta est, ut passim congratulantium cœtus audirentur. Verum ne diuturnior hæc lætitia videretur, effecit Rogerius Siciliae comes, qui Calabria & Apuliam absente Guilielmo comite occupat. Guilielmus enim Apuliæ dux confirmatus à Callisto, animis auctus, Alexij imperatoris Constantinopolitani pridem vita fundi filiam, uxorem accipere constituit, parum considerans Alexium omnibus Christianis hostem. Is quum Rogerij consobrini sui Siciliae comitis ambitionem duceret, spectam, abiens, Callisto Apuliæ ducatum, & cætera in Italia habita, in suam & Ro. ecclesiam tutelam commisit. vix autem medium iter Guilielmus enauigauerat, quum Rogerius Calabriam inuasit, & prius dimidiam cepit, quam pontifex de ope afferenda posset cogitare. Hanc ob rem Callistus ab vrbe discedens, Beneuentum peruenit, indeque Hugonem cardinalem ad eum misit, qui tum arcem Nicephorum in Calabria obsidebat. Monitus à pontifice Rogerius, ut ab armis discederet, nequaquam obtemperat, immo acrius instabat, ne Guilielmus consobrini rediens, ei impedimento foret, quo minus Apulia & Calabria potiretur. Parabat iam arma pontifex, cum subito multos sibi ex senatu charissimos, febribus correptos amisit: & ipse mala pariter vsus valetudine, lectica in urbem æger moestusque, delatus est. hanc ob rem Rogerius, nemine aduersante, Apulia & Calabria potitur, atque hoc modo Guilielmus vxore frustratus, ac principatu deiectus, apud Salernitanum principem degens, sine hæredibus breui moritur. Ex eo tempore Rogerius tantarum rerum successu elatus, non se vltra Calabria & Apuliæ ducem & Siciliae comitem, sed Italiae regem appellare coepit. Callistus autem recuperata valetudine, apud Lateranum nongentorum patrum concilium habuit, in quo deliberatum est, ut primo quoque tempore supplementa deficienti militiæ in Asia subministrarentur. Quæ spe, ut Platina scribit, erectus Balduinus Hierosolymitanus rex, Gazin regem Turcarum minorem Asiam incolentium, cum magno exercitu in se mouentem superat, & captum in carcerem conijcit, eadem quoque fortuna vsus, Damasci regem Hierosolymos cum exercitu hostili animo petentem, fundit fugatque, duobus millibus hostium cæsis, milleque captis. Verum superueniente cum magnis copijs Balaach Parthorum rege, cui statim nullis expectatis auxilijs congredi ausus est, tanta clade superatur Balduinus, ut etiam ipse vnâ cum proceribus captus, & in vincula coniectus sit. Rem gestam esse hoc modo scribit Antoninus: Rex Balduinus contra Balaach agens, die quodam ex præsidijs egressus cum paucis, incautè dissolutò agmine, ex insidijs Balaach regis capitur, atque vltra Euphratem alligatus in quodam castro vinculis custodiae mancipatur. Quare Callistus pontifex maturandum ratus, ne reliqui Christiani amisso rege opprimerentur, instante Varamundo patriarcha Hierosolymitano, Venetos spe gloriæ & præmij concitos, in hostem magna classe commouit, sicuti antea etiam cum Balduino conuenerant.

Dominicus itaque Michael dux Venetorum nauigauit in Asiam, naues ducentas habens, Iacobusque theologus Genuensis 70. onerarias naues, mare fecant. Interea Varamundus patriarcha certior de his factus, vniuersas copias ad Ioppen duxerat, ad quam simul delati Veneti, quia Saraceni Babylonici cum septingentarum nauium classe eam premebant, disiectis fugatisque barbaris, multis eorum captis, obsidionem soluerunt. Deinde communiter in Tyrum ducti est, quam prius sæpe tentatam, nunquam

Rogerius
Siciliæ
comes.

Balduin².
Turcas
superat.

Venetorum
in Tyro
capti
opera.

Christiani obtinere poterant, sed nunc multo Venetorum sanguine capta, & Hierosolymis addita est, tertiaque pars Tyri & Ascalonis, Venetis ex pacto, si caperetur, relicta. Venetis tum concessum à Varamundo patriarcha, & postea à rege Balduino confirmatum est, maximum privilegium: namque, Blondus ait, Balduinus II. ea primò confirmat, quæ primus Balduinus in Aca concessit, ut haberent Veneti omnibus in urbibus regni Hierosolymitani & principatu Antiochiæ iurisdictionem propriam, vicumque & plateam particularem, vbi furnum, stateram, cauponas, mensuras proprias & mercimonia, nullis grauati vectigalibus, exercerent: si quis Venetus naufragium fecisset, si decessisset intestatus, bona cederent Venetorum magistratui, cui in beatorum Petri & Pauli festo regius minister ex arario Hierosolymæ trecentos Byzantios ex auro & Saracenos redderet. His secūdus adiecit Balduinus, ut Tyri Ascalonisque urbium, quando cunque in Christianorum fierent potestate, Venetus tertiam partem dominio possideret. Interea Constantinopolitanus imperator (dubium, redēne Emanuele fuisse ferant) tantam Christianis Latinis victoriam inuidens, apertè in Venetos dolos machinari coepit, quos à ferēda Latinis ope cupiebat auertere. Eius itaque motibus terri Venetæ Reipub. magistratus, ducem suum reuocare coacti sunt. Qui in reditu Rhodum, & post Chium, Græci imperatoris insulas, spoliavit, & in Chio B. Theodori martyris corpus rapiens, Venetias transportauit, Samum deinde, Mitylenen, Andronque diripuit, Methonen spoliatam incolis muniuit, Spalatum & Tragurium ab Vngaris eripiens, Venetorum dominio subiecit: domumque rediens, lapidem secum attulit, super quo Christus apud Tyrum sedisse fertur. Ad Balduinum redeo, hunc apud Euphratē custodiae mancipatū refert Antoninus, & quod in eodē loco Iocelinus cum Galerano captiui tenebatur. tum quidā Armeni de terra comitis Edeffeni, numero quinquaginta, iuramentis inter se ligati, deliberant dictos viros magnificos liberare. Sub habitu igitur monachali armati oppidum ingressi, strictis gladijs obuios perimunt: obtento castro, regē cum socijs suis à vinculis soluit, quod sentientes Turcæ qui in suburbanis habitabant, antequam rex egredi posset, armis correptis castrum oblidit. Comes autē Iocelinus de regis mandato assumptis secū duobus socijs, clam castrum egressus, ad mniculo duorum vtricolorū Euphrate transito, Antiochiam peruenit, atque vniuersa quæ contigerant patefecit. Itaque tum ex regno, tum ex principatu congregata militia, in adiutorium regis iter arripiunt. Interim verò rex Balaach castrum expugnans, regem Balduinum multis interpositis conditionibus, cum sua potestate in potestatem redegerat: ac obtento castro, regi & cuidam nepoti suo ac domino Galerano vitam concessit, & in Caietani ciuitatem captiuos destinauit: prædictos autem Alemanos viros strenuos, varijs cruciatibus interfecit. Varijs dein confidibus habitis, semper nostri victoria potiuntur, tandemque dominus Balduinus rex Hierusalem cum quasi 18. mensibus ab infidelibus tentus fuisset, pacta pecunia & datis obsidibus, auctore Domino, Antiochiā est reuersus: inde cum domestico suo comitatu rediit in regnū, quod alij scribunt sub Honorio factum. Callistus inter hæc aliquid quietis à rebus externis nactus, 12. cardinales creat, multaque in Reipub. conductia reparat. Verum ne tanta felicitas sine aliquo incommodo diutius in terris esset, alio turbatur disturbio. Nam Gregorius antipapa, per derisionem Burdinus vocatus, quem Henricus Gelasio pontifici viuo in idolum exererat, Sutrij se continebat: & cum Callistus rebus Ecclesiasticis intenderet, ille auxilio quorundam tyrannorum Romanos incursionibus vexabat, & peregrinos negocij ac religionis causa ad urbem accedentes spoliabat. Quare Callistus comparatis repente copijs, præmissoque cardinali Iohanne Cremenſi S. Chryſogoni presbytero cum exercitu, hostem vincunt, Sutrium capiunt. At Burdinus versa facie camelo impositus, Romam perductus, non minus in vrbe, quam toto in itinere ridiculo plebi fuit. Abstinent tamen Callistus iniqui hominis sanguine, illum Cauēsi monasterio inclusit. Cum multa interim in Rogerium comitem regem se Italiae appellatam animo magno molitur, circa annum pontificatus sui quintū moritur ac mense 10. In Germania verò Henricus imperator anno 1124. natiuitatem Domini Aquisgrani celebravit, deinde Babenbergæ Nonis Maij conuentum indixit. Aduenerant prouinciarum duces plurimi ac principes, quibus singulis necessarios sumptus vel ex toto, vel ex parte ministrabat venerandus episcopus Ortho, præter publicū ac constitutū antiquitus imperatoriae maiestati, quod ab aulicis etiam importunius exigebatur, seruitium. Ita recitat scriptor Bambergensis. à quo plura superiorum scriptorum sumpſimus. Hic quoque refert, prouisorum Ecclesiæ Bambergensis

Veneri Græcorū
insidi-
as superat.

Balduinus
Hierosoly-
rex libera-
tur.

Antipapa
Burdinus
captus.

sis dominum suum Othonem episcopum, à duce Poloniae vocatum, insuper domini Callisti benedictione directum ad gentem Pomeranorū, quam nuper idem dux finitimam subegerat, & ad Christianitatis confugium impulerat, quos idem venerandus pater plenè conuertit, atque in fide catholica firmavit. Nomina autem ciuitatum sunt, Piriz, Stetin, Vulin, Gamen, Colberch, Belgrado, Lubin, Grefch. His temporibus per latitudinem imperij prodigia nonnulla, cladesq; diuersæ frequentabantur, prout in fine generationis dicitur. Otho Frisingensis narrat, quòd Vangiones defece- rint ab imperatore, & palatium eius extra muros positum destruxerint, ideo urbem obsedit : & dum ciues quadam die incautè erupissent, à muris callidè prouocati, plurimis occisis, ac paucis elapsis, cæteri capiuntur : qui ad refrenandam aliorum insolentiam, alij naribus mutilati, alij luminibus orbatì dimittuntur, & sic demum infi- nitæ pecuniæ pactione in gratiam imperatoris redierunt. Subiungit quoque, omni- bus benè dispositis consilio generi sui regis Anglorum, totū regnum vectigale facere volens, multum in se optimatum odia contraxit. hæc ille qui ea videre potuit. Sic Henricus imperator quintus, dum pacandis Rheni insulis inferiorem Germaniam va- stat, apud Traiectum ciuitatem Pentecosten celebraturus, ægritudine quam iam diu cclauerat, superatus, ad extrema cœpit propinquare : vocatisq; qui secum erāt, id est, regina Mechtildæ coniuge sua, cæterisq; primatibus, prout potuit, de regni statu con- silium dedit, coronam cæteraq; regalia vsque ad conuentum principum conferuan- da, in castello firmissimo Hamersstain reponi disposuit. sicque viatico Christi sacramen- torum communicans, diem clausit extremum, postquam annos regnasset penè 20. imperassetque 14. fato defunctus circa annum Domini 1125. corpus eius per Agrippi- nam Coloniam ad maiorum suorū monumēta Spiram delatū est, vbi regia pompa ei maxima nobilitatis Germanicæ pars iusta perfoluit. Sine liberis itaq; defunctus, reli- quit nepotes ex sorore Hagna duos, Fridericū videlicet & Cunradum, quorum Fride- ricus dux Sueuiæ ducatū tenuit, ducatū verò Franconiæ Cunradus. ANNO Do- mini 1124. Callisto defuncto, Honorius II. qui & Lampertus, ex agro Imolenfi oriun- dus, Ostiensis episcopus, pōtifex creatus est, qui etsi obscuro loco natus erat, tamen li- teratura & moribus tanto magistratu dignus videbatur. Verū, vt refert Platina, non adeò eius ingressus laudatur, cum ambitione quorundā potiùs, quàm omnium bono- rum consensu pontificatū inierit. Mortuo enim Callisto, cum de legendo nouo pon- tifice ratio haberetur, Leo Fregepanis omnibus cardinalibus interdixit, ne vsque ad diem terciū pontificem crearent, quo & canones & deligendi pontificis regula curio- sius inspiceretur. Interim omniū suffragia quærebat vaser, quibus Lampertus crearetur. nam populus ipse Saxonem S. Stephani cardinalem, pontificem fieri optabat. Id quoque cupere Leo Fregepanis se ostendebat, quo & populum & patres, negligentes & incautos, suam in sententiam quauis arte pelliceret. Verū cum id velle Leonem cardinales quidam cernerent, ne ex eius sententia pontificem legerent, omisso Saxo- ne, Theobaldum S. Anastasiæ presbyterum cardinalem, deligunt, quem Cælestinum appellarunt. Tunc autem Leo non ampliùs immorandum ratus, quòd iam offensum hac electione populum cernebat, Lampertum pontificem magna voce præponit, ac- clamante populo, cleroque eam electionē approbante. At Leo, ne sententiæ homi- num immutaretur, Simijs, quod loci nomen est, non lōgè ab Ecclesia S. Syluestri, ho- minem pontificali habitu exornat, qui etsi primò artibus quibusdā tantum magistra- tum adeptus est, tamen postea omniū consensu pontifex maximus cōsalutatur. Sedit annis quinque, mēsis duobus. Sed quod Martinus Polonus scribit, Honorium hūc insecutum Rogerium exercitu, doloque suorum intellectu, pacem illi dedisse, ac du- cem confirmasse, refert Blondus non esse verū : adducitque Pandulphū Lateranensis ecclesiæ ostiarium, qui scribit Honorium toto suo tempore in vrbe quiescisse, ac cōm- ponendis rebus ecclesiasticis animū intendisse. Ad hūc proficiscens Nortbertus insti- tutor primus ordinis Præmonstraten. ab eo honorificè susceptus est, & que flagitabat, dignè consecutus. Honorio pontifice facto, anno postea Domini 1125. defuncto ab- que herede Henrico, principes Moguntie cōueniunt, ibiq; habito de successore con- silio, quatuor regni optimates ad regnum designantur, vt refert Got. Viterbiensis, Lo- tharius dux Saxonum, Fridericus (vel secundum alios Cunradus) dux Sueuorum, Luitpoldus marchio Orientalis, id est, Austrius, Carolus comes Flandriæ. Remansit tamen Lotharius quasi tractus, regnavit annis ferè 12. Hic Lotharius princeps fuit ca- tholicus & fidelis Ecclesiæ aduocatus, filiam suam dedit in vxorem Henrico Bauaro- rum

Pomerani Christi fide accipiunt.

Henr. V. mors.

Honorius II. papa.

Nortbertus ordinis Præmonstraten. author.

Lotharius Imp. 92.

rum duci, cui Superbo cognomen erat, & fratrem habuit Guelfonem appellatum. Verū quòd Lothario regnum, & non Henrici quinti hæredibus cesserit, hæc fu- it causa. nam imperatore viuente, imperium scinditur, quæ scissura tam grauis fuit, vt præter Fridericum ducem Sueuiæ, fratremque suum Cunradum, & Goffredum comitem Palatinum Rheni, vix aliqui ex principibus fuerint, qui principi non rebel- lauerint. Quot & quanta ergo dux Sueuorum vel imperatore præsentē, vel in Italia morante, stylo tunc digna gesserit, tota prouincia à Basilea vsque Moguntia, vbi ma- xima vis regni esse noscitur, adhuc in memoria habet. Henricus verò quintus apud Traiectum obiit, & imperatrix Mechtildis regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat, quam archiepiscopus Moguntinus Albertus multis promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit. Igitur Albertus principes regni in ciuitate Moguntina conuocat, malorumque à duce Friderico illatorum haud immemor, cum prædictus dux ad regnum à multis posceretur, Albertus archiepiscopus Lotharium Saxonem virum multæ probitatis, in regem eligi obtinuit, quæ res seminarium discordiarum fuit. nam prædictus Lotharius odio in hæredes imperatoris non satiat, Fridericum ducem fratremque eius persequitur, quæ quidem dissensio ferè per decennium dura- uit. Tandem Fridericus dux, mortua vxore sua Iuditha, Friderici comitis de Sarburg, fratris Alberti Moguntini episcopi, filiam Hagnen vxorem duxit, ex qua Cunradum postea Palatinum comitem Rheni & Clementiā Ludouici prouincialis comitis Thu- ringiæ vxorem suscepit. Et quia Lotharius per omnia humiliare studuit familiā Hen- ricus imperatoris, contra quem dux Fridericus & frater suus Cunradus Sueuiæ duces diu rebellauerunt, propter quod Papa Honorius eos execrauit. Veruntamen Cunra- dus à fratre & quibusdam alijs factus rex, cum magno exercitu intrauit Italiā, & Me- diolani apud Modoicum more imperatoris corona ferrea se fecit coronari. ob quam causam Modoici episcopus Papa deposuit. Ille cum vsque Romam progredi vel- let, rebus exhaustis, in Alemaniam redijt, cum Lothario se componens, dimissoque regno quiescit : Lotharius enim iam Sueuiam vastauit, & Vlmam obsedit. ANNO salutis 1128. cum discordia esset inter Lotharium & Cunradum, Lotharius pro se Pa- pam & maiorem partem principum habens, Vlmam diuertit, cui Vlmenses portas clauerunt, dicentes, hoc oppidū non Saxonibus nec Italicis, sed Sueuorum ducibus & Ro. regi parere debere. Obsedit ergo Lotharius Vlmam. & primò suburbia incen- dit. deinde machinis muros concutiens, ciuitatem destruxit, & multis interfecit, plu- res ex ciuibus cepit, alijs fugatis. Verū defuncto postea Lothario, & Cunrado ele- cto, ipse ciuitatem reedificari præcepit suam, ciuibusque multa priuilegia contulit, quæ hodie habent. Vlmenses verò non solum reparauerunt ciuitatem, sed & multo ampliorem fecerunt, proximiores villas illuc incorporantes. Habuerunt autem non solum abbas & conuentus Augiæ maioris, Ecclesiā, decimas, & multa alia iura in Vlma, prout supra sub Carolō Magno dictum est in generatione 24. sed & abbas & conuentus in Webenhusen postea acquisierunt sibi & ordini Cisterciens. in eodem loco multa bona, & (vt dicitur) paruū monasterium in ciuitate construxerūt ecclesiā S. Georgij, cui domicilia adiuxerunt pro monachorum mansionibus, & ibi habebant grande spatium, quia necdum ecclesia B. Mariæ in ciuitate erat constructa. In illo mo- nasterio habebant grande cellare, in quod reponebāt multa vina, quæ liberè impor- tare & vendere poterant, nec emebatur vinum ab aliquo ciue, nisi de illo cellari. In- troitus erat ad istud cellare, vbi hodie est capella S. Valentini in coemeterio Ecclesiæ parochialis. Verū posteaquam Vlmenses destinabāt ibi ædificare ecclesiā in hono- re B. Mariæ virginis pro parochiali, industria vsq; paulatim emerūt omnia iura mona- sterij in Webenhusen, habitationes eorū & cellare, omnia destruentes præter capellam sancti Georgij : & vbi cellare priùs fuerat, ibi caput ecclesiæ constituebant. Huius ca- pellæ S. Georgij ius patronatus spectat ad comites de Wirrenberg, de quo scribit frater quidam ordinis Prædicatorū, quòd emerint à monasterio : sed credo eū errare in du- bus, quia cellare illud spectabat ad comites, & illi vina ibi vendebant : à comitibus deinde ad Vlmenses venerat. Inchoata est autem Ecclesia B. Mariæ virginis anno sa- lutis 1377. Inuenitur tamen quædam permutatio facta inter comites de Wirrenberg & monasterium Webenhusen, quod ego magis credo verum, cum hæc supradicta emptio videatur non nihil Simoniacæ prauitatis sapere. Quadrant ad hæc scripta peruetusta in monasterio Hirsaugiensi reposita, quemadmodum latius de his fit ad vnguem nar- ratio. Balduinus Hierosolymorum III. rex inter hæc primo Honorij anno libera- tus,

Cunradi Sueni rebel- lio.

Vlmam Lo- tharius ob- sedit.

Aedes B. Mariæ Vl- mæ.

Antiochia Hierosoly. regno addi-
cirur.

tus, Boemundo vita functo, principatum Antiochiæ Hierosolymitano regno coniunxiffe fertur, & paulò post tenendum concessisse Raimundo Guilielmi ducis Austriae filio, cui superioris Boemundi filia erat vxor. Tum rex Ascalonitarum fretus copijs auxiliarijs Aegyptiorum, in Hierusalem duxit, qui vnico repulsus praelio, au- fugit potius quam recessit. Sed paulò post Baldesquinus Damasci regulus, maiores ilico adducens copias, Hierosolymorum infestauit agrum, qui à Balduino tribus re- pressus praelijs, copiarum partem maximam partim casam, partim captam amisit.

Balduini II
intectus.

ANNO verò Domini 1129. circa veris initium, vir illustris Fulco Andegauensis comes, pro quo dominus rex de communi omnium principum consilio miserat, vt il- li Milisendam filiam suam primogenitam daret vxorem, apud Acam applicuit cum honesto nobilium comitatu, cui statim sine dilatione rex filiam maritali lege tradi- dit. ANNO 1130. reuerfus rex Hierosolymam, in grauem incidit infirmitatem: & videns sibi mortis imminere diem, de proprio palatio egressus supplex & humilis, re- gio factu deposito, in conspectu Domini in palatio patriarchæ, qui in loco Domini- cæ resurrectionis erat vicinior, se transferri disposuit, ibique vocatis filia & genero, pueroque Balduino iam bimulo posito coram regni principibus, regni curam eis tra- didit. Ipse autem verus Christi confessor, habitum religionis assumens, spiritum red- didit: sub monte Caluarie sepelitur. Quo ferè tempore pontificis Honorij tranqui- litatem Italia experta, summa cum pietate sectata est, delectabaturque is præcipuo

Hugo de S.
Victore.

doctorum hominum familiaritate. Eius tempora clariora fecit Hugo de S. Victore, si cognomentum inspicias: si patriam, Parisiensis doctor insignis. hic enim tum dicen- do, tum scribendo, ingenij sui præclara monimenta reliquit. Extat eius liber de Sa- cramentis, liber Sententiarum, dialogus qui Didascalus appellatur: liber de cura ani- mæ, liber de artibus & doctrinis. Et in hæc tempora Arnulphum eum referunt, cuius supra mentionem fecimus, qui cum in Gallijs canonicam regulariũ vitam in- stituisset, & deinde Romæ cleri vitam doctrina & exemplo emendasset, miserè casus est, cuius criminis authores reperti non fuere. ANNO Domini 1114. Stephanus, de quo in fine præcedentis generationis, coronatur in regem Vngariæ, qui cum multa bella infelicitate egisset, multaque mala fecisset, nec vxorem haberet aut liberos, de regni successore sollicitus fuit. Videntes hoc Hungari proceres, inito cõsilio, regi ma- nifestauerunt superesse Belam, sed cæcum: quo rex exhilaratus, misit nuncios in Sir- niam pro Bela, qui reductus, accepit vxorem de qua procreauit Geicham. Diligebat autem rex Stephanus Cunos, quorũ dux nomine Thatar, cum rege morabatur. Rex autem incidit in infirmitatem, & cum videretur in articulo mortis, Hungari Cunos interfecerunt, & eorum bona diripiebant. Tandem rex intelligens sibi horam mor- tis appropinquare, relicto regno, monachalem habitum induit, & paulò post migra- uit ab humanis, anno videlicet 1131.

Stephanus
Hungariæ
rex.

ANNO Domini 1131. regnare coepit Bela Hun- garis, qui fuit filius ducis Almi, bonus & iustus, genuit autem filios quatuor, Geisam, Ladislaum, Stephanum & Almam. Paulò post regina Helena, habita congregatio- ne regni, venit cum filijs suis, & sedit circa regem, dixitque ad populum: Audite fi- deles, constat quòd natura dedit visum regi. volo scire qui conscij sint eius obca- cationis. Iustum est enim vt vindicta fiat in illos. ecce dedit Deus regi pro duobus oculis quatuor filios. facta igitur hac voce, irruit omnis populus super illos baro- nes, quorum consilio rex fuerat excacatus, erant enim noti, occisi que sunt 68. viri, & omnes successores eorum tam viri quam mulieres eadem die sunt puniti, & pos- sessiones illorum Ecclesijs cathedralibus sunt assignatæ. ex quo tempore omnes villæ conditionales de Hungaria, donationes regum nominantur. Inter hæc Be- læ maxima obuēnit aduersitas: habebat enim Colomannus rex ex adulterio filium dictum Borich, ex muliere Ruthena. Hic Borich auxilio Ruthenorum Polonorum- que venit in confinium Hungariæ, repetens regnum: & licet regnicolæ scirent eum adulterinum, nonnulli tamen ei adhæserunt. Inde factæ sunt multæ strages, plures ex eo rex pro regni proditoribus occidi fecit. armant se vtrinque in prælium, rex & Borich. At vbi post multa ambo exercitus præliandi causâ conuenissent, proceres regni mittentes ad duces Ruthenorum & Polonorum: Non decet vos, inqui- unt, contra iustitiam querere regnum homini adulterino, Bela verus rex noster est. quibus auditis, duces cum suis substerunt. Borich autem cum multitudine populi contra regem prælium incepit, sed rex diuino fretus auxilio, contriuit omne robur exercitus ipsorum, Bori chque in fugam vertit, ac victoriam obtinuit.

Borich Co-
lomanni Hū-
gari filius.

Ex

Ex quo tempore confirmatum est regnum in manu Belæ. hic Bela vino multum in- dulsit, ideo in ebrietate multa mala commisit. Boch & Saul viros religiosos in ebr- ietate inimicis tradidit, à quibus & sunt occisi. Mortuus est anno 1141. & corpus eius in Alba regali sepultum est. Idib. Februarij, successit ei Geisa filius in regno, de quo di- cetur hic per anticipationem. Anno Domini 1141. rex Hungarorum Geisa huius nominis secundus, substituitur in regno. Henricus tunc dux Austriae, exercitũ de Au- stria & Saxonia auctum duxit in Hungariam. Rex Geisa contractis copijs occurrit illi, religiosis ac clero regni Deum suppliciter deprecantibus. Pugna facta, ex Teutonicis occisa sunt supra septem millia virorum. Anno Domini 1161. Stephanus regnare coepit, regnavit annis xj. mensibus 9. in cuius imperio Ladislaus filius regis Belæ cæci vsurpauit sibi coronam dimidio anno. Obijt autem Stephanus anno 1173. post quem frater eius vsurpauit regnum mensibus quinque, & expulsus est. Anno Domini 1183. Bela frater Stephani regnum suscepit, qui fures & latrones persecutus est, regnavit annis 23. Successit illi Emericus filius eius, regnavit annis octo. Huius vxor Constantia regis Aragoniæ filia migravit anno 1200. salutis nostræ, cui Ladislaus filius successit, regnavit mensibus sex, cui successit Andreas, vt dicitur infra generatione 41. circa fi- nem. Hæc per anticipationem dicta, lectoris animum haudquaquam mouere debe- bunt. Satius enim existimauius accelerare gesta quæ memoriæ hærent, quam tardi- usculè, habitis interuallis, ea vel penitus intermittere, vel omnino non rememorare.

Hic Austri-
us cū Geisa
II. infelici-
ter pugnat.

Andreas
rex.

ANNO Domini 1130. Honorio in pontificatu successit Innocentius. sedit annis 14. Quo primis pontificatus initijs absente, Romæ ordinatus est Petrus Leonis Anacle- tus vocatus, qui spoliatis Romæ templis, irrumpensque in Basilicam B. Petri, crucifixũ aureum & coronas pendentes sustulit, irrumpensque pecuniarum conflauit, vt facile lar- gitionibus seditiosum quenque in sententiam suam alliceret. Innocentius autem vbi seditionibus plena omnia cerneret, spontè cedens, primò quidem Pisas adnauigauit, postremò in Franciam peruenit. Conuocato autem apud Clarũ montem inter hæc concilio, Petrus Leonis ab omnibus Galliarum Germaniarumque episcopis anathematiza- tur. Deinde Innocentius res Galliarum totius compositurus, ad Rhemos profectus, epi- scopos congregauit. Ibi Ludouicum Crassi filium, regem Franciæ coronauit. Nuper enim Philippus primogenitus Crassi filius, equo deturbatus, casu vitæ finierat. Qua- re pater filium posteriorem Ludouicum in illius locum regno adscitum, coronari Innocentij autoritate apud Rhemos voluit. Fecimus rei huius supra in Ludouico Crasso mentionem. Mortuoque circa annum Domini 1137. patre, Ludouicus iuni- or regnum accepit. Fuit ei vxor Helionora Guilielmi Pictauicnsis comitis filia, quam cum ducatu Aquitanie accepit. Romæ interim Anacletus sauißima peste largiti- onibus quæque occupat, Rogerium vt suis partibus faueret, regem Siciliae coronauit. At Innocentius nostrorum principum pace fretus, Gallicam & Germanicam Ec- clesiam diligenter componit. In Belgicam profectus, Henricus Anglorum regem obu- nium, multis rationibus ad expeditionem in Saracenos adhortatus est. Inde Leodiũ veniens, Lotharium regem reperit, à quo honorificè exceptus, restitutionis spem ac- cepit. Promittit rex Lotharius se Ecclesiæ adiumento fore, simulque inuestiendi pri- uilegium nuper Henrico quinto ademptum repetit, sed à diuo Bernardo confuta- tur. Itaque rex Lotharius circa annum Domini 1133. restituendi pontificis causâ in Italiam contendit, Innocentium Romam perducit. Tum pontifex & rex per Iani- culum regionem transiberinam ingressi sunt. pontifice autem in Lateranum, & re- gem Auentinum montem deductis à populo, quies parta est maxima ciuitati. Petrum antipapam in vrbe quidem latentem, beati Petri Ecclesiam tenuisse aiunt. Tanto itaque beneficio deuinctus pontifex, Lotharium imperij corona exornat, qui in Germaniam redire curauit contra Leuticos. Lotharius in Germaniam veniens, cu- riam in Sabenberg celebrat, vt refert Ortho Frisingensis, ibique Fridericum & Cun- radum duces Sueuiæ, interuentu B. Bernardi Clareuallensis, in gratiam recepit. De- inde in Poloniam diuertens, ducem cum multis muneribus obuuium habuit in Saxonia, quem tamen non antè suo conspectui passus est presentari, quam tribu- tum duodecim annorum, hoc est, quingentas libras de quoque anno persolueret, & quòd de Pomeranis ac Rhugis hominum sibi faceret, subiectionemque perpe- tuam sacramento firmaret, quæ omnia dux perfecit. Regem quoque Daciæ in si- gnum subiectionis, ad decorem imperialis reuerentiæ, imperator gladium sibi sub corona deferre fecit. Ab Hungaris, rege eorum terrore perculso, magnifica munera susce-

Innocenti-
us II. papa.

Ludo. iuni-
or Franco-
rum rex.

Lotharius
coronatur.

suscepit. Innocentius interea concilium Pisas conuocat, in quo priuatis Petri fauoribus episcopis quasdam constitutiones dedit. sed ilico Romæ rursus antipapa factiofis quibusdam & Rogerio adiuuante, caput extollere cepit. ob hanc rem vocauit pontifex imperatorem, qui exercitum non vt prius paruum, sed copiosum, per vallem Tridentinam secundò in Italiam duxit, habens secum (vt refert Otho) Cunradum Sueuiæ ducem. captisque in arctis locis castellis, vsque ad Padum progrediens, Guardecastellum cepit, ibique Mediolanenses & Cremonenses, diuturnum inter se bellum habentes, obuios habuit: discussaque eorum causa, Cremonenses à principe hostes iudicantur, proscriptique discedunt, quos imperator insecutus, territoria eorū ac castella destruxit. Inde Papiam veniens, ciues illos pactione pecuniæ in gratiā suscepit. Bononienses quoque atque Aemilienses, qui eum priore expeditione despexerant, supplices occurrunt. postea vsque ad Taurinum progrediens, totam citeriorem Italiam in prouinciam redegit. Inde Apenninum transiēs, Anconam, Spoletum, cum vrbibus alijs in deditiōnem accepit. Dehinc contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam & Apuliam peragravit. Porro Henricus Noricorum dux, regis gener, per Tusciam exercitum ducens, summo pontifici vsque ad imperatorem conductū præbuit. Augustus verò tam fortia in Apulia atque Campania gessit, vt nullus ex Francorum regibus à Carolo Magno vsque ad id temporis, tanta ibi fecisse inueniatur. denique non solum ciuitates, vt pote Capuam, Troiam, Salernum, Barletum, Barram cepit, verum etiam munitissima castra & arces inaccessibiles expugnauit. Henricus verò Bauariæ dux Beneuentum capit, ac Papæ restituit. Morante in Apulia imperatore, Rogerius quum auri atque argenti multo pondere attentatum cum flectere non posset, exercitum longè copiosorem congregat, seque publico bello conflicturum denunciat. Imperator ergo vt erat strenuissimus, militem instaurat, aciem ordinat, eosque respectu genuinæ fortitudinis ac innatæ hostium ignauitæ, nulla inimicorum multitudine frangendos denunciat, præsertim cum in externa remotaque regione positi, ad patriam fugere nequeant, ac contra tyrannum non solum regni, sed Ecclesiæ hostem & execratum iuste arma sumpserit, ad bellum confortat. Cumque in occursum eis procederet, fractus animo Rogerius, fugit, & ad montana se contulit. imperator verò occurrente sibi summo pontifice, Barram vsque progreditur. itaque à ciuibus cum magno gaudio susceptus, castrum quoddam Rogerij, vbi præsidium habebat, expugnat. milites ibi repertos, & præcipuè Saracenos, patibulo suspendit. Itaque Augustus eiecto de Campania & Apulia Rogerio, dum eum in Calabria & Sicilia persequi intentat, à suis qui iam longo tempore extra patriam morati erāt, reuocatus est. Rogerio itaque hoste iudicato, Rainoldo viro forti & nobili ducatus Apulie, relicta sibi parte militum, traditur, & sic victor princeps de reditu disposuit. Verum refert Otho Erfising, qui tum in humanis erat, quòd in dando ducatu inter imperatorem & Ro. pōtificem, penè controuersia suborta fuisset, vtroque ducatu Apulie sui fore iuris affirmante, quæ lis consilio tandem hoc modo decisa dicitur, vt in dando duci vexillo vterque manum adhiberet. Fugato itaque Rogerio, Iohannes Constantinop. imperator, qui Rogerio aduersabatur, legatos statim ad Lothariū mittit, de superato hoste congratulans. Inter legatos erat, qui ostendere conabatur Latinam ecclesiam errare, quòd addidissent S. Spiritum procedere à filio, contra sententiam Niceni concilij. Tum Petrus diaconus homo doctus, qui in corona aderat disputandi gratia: Si, inquit, Latini damnandi sunt quòd addiderunt spiritum sanctum à filio quoque procedere, damnandi multò magis Græci videntur, qui id fieri à solo patre addiderunt. Delusus igitur homo audax tam acuto responso, substitit hac de re amplius disputare. Petrus Leonis interim impoenitens moritur, & cadaver eius in latebris sepelitur, & vsque hodie fouea illa ignoratur. Lotharius salutato pontifice abiit, & apud Tridentum in via morbo correptus, in ipsis montibus & in vilissima casa moritur, vt Italici scribunt, xij. anno regni sui, imperij autem vij. ANNO DOMINI 1138. Lothario rebus humanis exēpto, Cunradus supra memoratus dux Sueuiæ, apud Confluentiam in regem eligitur suffragijs legitimis, regnauitque annis xv. In huius tamen electione Saxones & Henricus dux Bauariæ, cognominatus Superbus, non consenserunt, insignia etiā imperialia apud Henricū ducem remāserant. erat enim gener defuncti Lotharij, & vt aliqui scribunt, ad imperium anhelabat. Verum rex Cunradus curiam apud *Wabenberg* indixit generalem, ad quā cum imperatrice vidua, adherentes ei Saxones venerunt, & in gratiam ac pacem regis recepti sunt. Hēricus Bauarus,

Loth. secundus in Italia profectio.

Henr. dux Bauariæ.

Rogerij fuga.

Attende de ducatu Apulie.

Attende de legomenon de sancto spiritu.

Cunradus Imp. 93.

rus, qui Ratiponæ tandem regalia, scilicet crucem, lanceam & coronam coactus reddidit, regis gratiam non impetrauit. Hoc in tempore Rogerius Siculus, rursus coactis vndique militibus, in Apuliam est reuersus, atque cum Rainaldo Apulie duce constituto congregitur, à quo superatus, iterum ex Apulia pellitur, sed post modicum Rainaldus moritur, vt refert Gotf. Viterbiensis. Quod cum innotuisset Rogerio, iterum in Apuliam reuersus cum filio Guilielmo, prouinciam duce orbatā, absq; bello in suam ditionem recepit, & exterminatis inde nobilibus, Siciliæ regem se nominauit. Princeps Capuæ Robertus & hi quos Rogerius expulerat, in Alemaniam ad Cunradum imperatorem se conferentes, illum ad auxilium ferendum hortantur: sed negocijs arduis impeditus, transire non potuit. At Innocentius Papa tumultuario collecto exercitu in Apuliam contra Rogerium profectus est, qui cum ad quendam locum venisset, ac duces exercitus minus cautos haberet, à Rogerio interceptus est cum his cardinalibus qui secum erant. hos autem omnes non multò post Rogerius vnà cum pontifice liberos fecit: quam ob rem quod voluit, facillè impetrauit, etiam titulum regni, vt Gotf. Anto. & plures alij scribunt, & sic recognouit regnum ab Ecclesia, & ab eo tempore regnum Siciliæ patrimonium S. Petri scriptū est, quod Cunradus & successores sui ratum habere noluerunt, secutaque inde multa sunt mala. Blondus verò & Platina scribunt, quòd Rogerius tunc titulum regni non obtinuerit. Vtunque sit, ab eo tempore regem se scripsit, & Ecclesia meliorem suam conditionem fecit. Rogerius iam Siciliæ rex declaratus, vt refert Anton. post Gotf. Viterbiensem, cum nullum præter Cunradum haberet obstaculum, Guelfonem Bauariæ ducem, Henrici Superbi fratrem, aliàs iritatum contra Cunradum, pecunia concitauit, qui magnis hinc inde comparatis Siculorum exercitibus, rebellare Cunrado cepit, motus etiam ex eo, quòd sciebat fratrem Henricum regis gratiam perdidisse: sed & rex Hungariæ eundem Cunradum metuens, Guelfonem data pecunia ad rebellandum instigauit: nec desunt qui volunt, etiam Innocentium pontificem cum Rogerio sensisse, impediuisseque Cunradum, quòd ad imperium non veniret. Refert Hermannus hoc ideo factum, ne regnum Apulie & Siciliæ recuperaret. Vtunque sit, ex Italia stipendio auctus fuit Guelfo contra Cunradum, eumque impediuit, quòd ad Italiam tunc venire non potuit, vt princeps Capuanus Robertus, ceterique ex regno pulsi, venientes ad regem Cunradum, postularant. Placuit Henrico Superbo, vt negocium Cunrado fieret, Guelfonemque adiuuabat. ipse enim iam senectute confectus, bellare non poterat. Contra hos Cunradus rex copias ducit, occurritque Guelfoni prope coenobium *Neresheim* / vel vt alij volunt, prope castrum *Slochberg* in minori Rhetia: & commissa pugna, victoria regi cessit, multis ex parte Guelfonis profligatis ac fugatis. Ipse verò Guelfo cum paucis euasit. Hunc conflictum aliqui scribunt vltimum habitum Guelfoni ignominiosum, neminem tamen fuisse occisum, plures autem captos. Altera vice, vt refert Gotf. Viterb. Henricus filius Cunradi, qui si vixisset, post eum fuerat regnaturus, eundem Guelfonem prope *Wmsperg* & ante villam *Etshofen* bello vicit. Nam rex Cunradus oppidum *Wmsperg* obsedit, & in deditiōnem accepit, ex gratiaque matronis concessit, vt quæcunque humeris portare possent, liceret efferri: quæ neglecta supellectili, maritos suos quotquot potuerunt, videntibus cunctis & industriam mirantibus, exportauerunt. Et Fridericus frater regis contradicens: De viuis, inquit, non est cogitatum. Cui rex: Non decet, inquit, verbum regium immutari. & mulieres laudauit. hæc abbas Spanheimensis. Verum commisso bello, cum ex more inter præliandum qui Guelfoni adhærebant, clamarent, *Hic Guelfi* / vicissim verò regales, *Hic Gibelini*, quia Henricus in villa eius nominis ablatatus fuit, significare volentes, quòd potentia lactis pugnaret, Italici, Longobardi & Siculi cum Guelfone pugnantes, interrogant quid esset dictum, *Hic Gibelini*: quibus declaratum fuit, vt ait Hermannus, quòd Papales eo die significati fuerint per Guelfonem propugnatorem, & imperiales per Gibelinos. vnde ab illo euentu, ait, vsque in præsens Papæ adherentes in Italia, significantur per Guelfum: & qui imperio adhærent, per Gibelinos. Et licet alij de his factionibus aliter scribant, tamen historia hæc rebus satis consonat, ex quo videtur non errasse Antoninus, qui scripsit multos existimare, ab isto Guelfone Guelfos appellatos esse, quod satis facit pro Hermanno, qui scribit Innocentium vnà cum Rogerio fuisse contra Cunradum. Idem abbas Spanheimensis. Cunradus rex postea Herbipolim venit, ibi iudicio quorundam principum dux Henricus proscribitur, & ducatus

Rogerius Apuliam recepit.

Sicilia vnde regni titulum habeat.

Guelfo Bauarus à Cunrado vincitur.

Wmsperg.

Guelfi vnde & Gibelini.

Hen. Super-
bus Bauaria
pullus.

bus suis in palatio Goslarenſi priuatur, ducatum autem Saxoniae Alberto marchio-
ni confobrino eius ducis, Noricum verò poſt in Bauariam veniens, Leopoldo filio
Leopoldi marchionis Orientalis, fratri ſuo ex parte matris, tradidit. Henricus ergo
dux Saxoniam ingreſſus, cum caſum & miſerias ſuas amicis proponeret, adiutorio co-
rundem & ſuorum, qui de Bauaria & Sueuia ſub ſpecie peregrinationis terram intra-
uerant, eundem Albertum ita humiliavit, vt ad regem auxiliij gratia recurreret. Præ-
terea Luitpoldus marchio omnibus penè baronibus ad ducatum Bauariae pertinen-
tibus, amore ac terrore ad ſe confluentibus, primò Ratiſponam ditioni ſuae ſubdidit.
nò multò poſt Henricus morbo correptus moritur: quo mortuo, Saxones amore filij
ſui Henrici ſe regi opponunt. idem facit Guelfo, inter quem & marchionem variae cæ-
des factae fuere. Et ſcribunt aliqui poſt priuationem Hærici Guelfonem adiutorio Ro-
gerij cum Cunrado belligeraſſe, & non antè. quemadmodum verò ducatus Bauariae
redierit ad duces Bauariae, dicitur ſub Friderico primo. Redeo ad terrae ſanctae mo-
nimenta. Mortuo Balduino rege tertio Hieroſolymorum, ſucceſſit in regno Fulco
gener eius Andegauenſis & Turonenſis comes, anno Domini 1130. Per idem tem-
pus Iocelinus Edeſſenus comes ſenior ægrotus, audiuit magnam multitudinem Tur-
carum eius caſtrum obſediſſe. ideo mandauit filio, vt cum copijs hoſti occurreret, il-
le autem timidus recuſauit, aſſerens periculoſum cum tam paucis tantæ multitudini
occurrere. Quare pater iratus, lecticam ſibi parari iuſſit, cui impoſitus, cum copijs ſi-
ſis ad ſoluendam obſidionem hoſti occurrit, cuius aduentu cognito, Turcae eius ani-
moſitatem reformidantes, obſidione ſoluta, ad propria remearunt. Comes eodem
loco lecticam qua portabatur, ad terram deponi iuſſit, & erectis in cælum oculis, cum
gemitu & ſuſpirio gratias egit, quòd in nouiſſimis ſuis cum Dominus tanta gratia vi-
ſitaſſet, ac hoſtem auertiſſet. & his dictis, ſpiritum exhalauit, reſiſto filio Iocelino, à
paterna gloria plurimum degenerare. Anno regni ſui primo Fulco quartus Hiero-
ſolymorum rex Antiochiam adiit, ſed principiffa nequam mulier ad dominium ci-
uitatis adſpirans, regi ſe oppoſuit, adeò vt & comitem Tripolitanum blanditijs &
muneribus corruptum, in hoc factò æmulum ſuſcitaret, ita vt bello ſibi inuicem oc-
currentes, magnum inde regno Chriſti diſſidium ortum fuerit. ſed rex bello factus ſu-
perior, comitem fugauit, & per Dei gratiam interponentibus ſe pacis amatoribus,
reconciliati ſunt. Rex verò in Antiochia aliquandiu moratus, collocatis illorū in pa-
ce negocijs, curam ciuitatis & principatus nobili viro Rainaldo Maſſer commiſit, in-
deque in regnū ſuum reuerſus, bella in hoſtes Chriſti fortiter geſſit. Verum non mul-
tò poſt de Perſide infinita multitudo Turcarum duxit in Antiochenos. rex verò aſ-
ſumpta regni militia, properat eis in auxilium: & cum eſſet in itinere, comperit Sagni-
num Turcarū potentiſſimum cum multitudine graui comitem Tripolitanū obſediſ-
ſe. ideo illuc dirigit acies, cuius aduentu audito, Sagninus obſidione ſoluta ad pro-
pria remeauit. Rex autem Fulco hoſtibus obuiam proceſſit, à quibus non longè po-
ſitis caſtris, aliquandiu manſit quietus. Sed videns quòd hoſtis nil moliretur, quin po-
tius maiora expectaret ſubſidia, repente ſuper eum irruit, & ſtragem immenſam fecit,
adeò vt pauci euaderent. Adepta tam inſigni victoria rex abire ſtatuit, ſed ante
eius reſeſſum nobiles & primates Antiocheni principatus de cōſenſu ipſius regis Rai-
mundum Guilielmi Piſtauienſis filium, miſſis ſolennibus nuncijs ad ſe vocauerunt, vt
illi Boemundi iunioris filiam matrimonio copularent. quòd & factum eſt. fuit autem
hic Raimundus nobilitate inſignis, corpore compoſitus, verbo affabilis, vſu & rei mi-
litaris experientia omnibus qui eum præceſſerunt, præponendū. erat tamen animo
præceps, in ira modi neſcius, rationis expers, parumque felix. Reuerſo autem rege
ab Antiochenis, variae coniurationes & graues contra eum in regno exortae ſunt, prin-
cipaliter ab Hugone comite in Ioppe, qui propter contumaciam à rege dampnatus,
ad hoſtes ſidei Aſcalonem ſe contulit. rex autem Ioppen obſedit, ſed ciues artenden-
tes quòd illorum dominus patrociniū hoſtium crucis quaſierat, ad regem ſe con-
tulerunt. Interea tamen rex Damascenorum Panearas urbem expugnauit, vniuerſis
ciuibus atque ſtipendiatis captis. Eo etiam tempore comes Tripolitanus Dama-
ſcenis terram ſuam hoſtiliter ingreſſus, viriliter occurrit, ſed peccatis noſtris exigen-
tibus, agminibus ſuis diſſolutis, in fugam verſus occiditur, prodeſſentibus cum Surianis,
qui in monte Libano habitabant. Interea Iohannes Conſtantinop. imperator ira-
tus, quòd abſque eius conſcientia Antiocheni principes filiam Raimundo nuptui da-
re præſumpſerant, congregatis equitum atque peditum copijs, in Syriam deſcendit,
veni-

Fulco 4. Hi-
eroſol. rex.

Fulconis
ſucceſſus.

Ioh. Græcus
Imp. Antio-
chenos in-
uadit.

ueniensque in Ciliciam, penè cunctas ciuitates eiusdem prouinciae, eiectis inde prin-
cipibus fidelibus, occupauit. inde Antiochiā veniens, eam obſidione vallauit. Dum
hæc circa Antiochiam geruntur, Sagninus Turca comitatū Tripolitanum ingreſſus,
omnia igne & ferro vaſtat, cui cum occurreret rex Hieroſolymorum, grandis pugna
eſt facta, & noſtri vincuntur. Rex autem vix cum paucis in quodam vicino oppido ſe
defendit. nam eo prælio penè omnes pedeftres copiae perierant. Captus eſt ipſe prin-
ceps Tripolitanus. Sagninus autem ſtatim caſtrum in quo rex erat, obſedit. ſed audi-
ens quòd princeps Antiochenus & comes Edeſſenus in ſubſidium domini regis pro-
perabant, miſſis de pace ad regem nuncijs, pollicens vniuerſos quos ceperat reſtitu-
turum, & tam regi quàm ſuis liberum exitum ſdaturum, dummodo id oppidum ei re-
ſignaret, rex neſciens tam propè fore ſubſidium, conditionē ſuſcepit. omnibus itaque
liberatis, abiit. ſed cum eſſet in loco qui Archis dicitur, de principū aduentu primum
cognouit, mutare tamen nihil potuit. Inter hæc imperator Conſtantinop. ſuis fre-
quentibus aggreſſionibus Antiochiam vexabat, ciues verò verſa vice aſſiduis eruptio-
nibus imperatoris exercitum pro viribus conterebant. Tandem ſub certis pactio-
nibus pacificantur, ita quòd princeps debitam fidelitatem imperatori præſtaret, & im-
peratori introitum vrbs non negaret, ei proprietatem illius recognoſceret; impera-
tor verò in recompensationem exhibitæ fidelitatis, principi urbem Antiochenā con-
cedat, Alopecam, Caſaream Cappadoçiae, Emiſam vrbes reſtituat. pace ita facta, im-
perator abiit in Ciliciam, & ibi hyemauit. Dum hæc Antiochiæ geruntur, Theodo-
ricus Flandren. comes regis gener, cum honeſto comitatu Hieroſolymam applicuit,
cuius aduentu lætus populus Chriſtianus, quoddam præſidium quod trans Iordanem
ſitum erat, obſeſſum expugnauit. Sagninus verò ſucceſſibus proſperis elatus, regnum
Damaſcenorum occupare conſtituit. quod intelligens Ainardus regis Damaſceno-
rum ſocer, inita cum domino rege ſocietate, ipſum in ſubſidium vocauit: qua re co-
gnita, Sagninus in propria reuertitur. rex autem cum exercitu Damaſcenorum, ſicut
pactum erat, ciuitatem *Panearum obſedit, obſeſſamque ad deditonem compulſit.

Sagnini
Turca vi-
ctoſia.

Theodori-
cus Fland-
comes.

Deinde Iohannes Conſtantinopolitanus ruſus potiundæ Antiochiæ cupiditate
ductus, denuo coactis copijs ingentibus, in Syriam deſcendit: veniensque Antiochi-
am, à Latinis habitatoribus minimè eſt admiſſus: qui ex hoc magnam indignationem
accipiens, in Cilicia hyemando renouauit exercitum, ſperans hyeme tranſcurſa eti-
am inuitis ciuibus circa Antiochiam aliquid obtinere, ſeque de illis vindicare conſti-
tuit. Cum autem ad initium veris venandi cauſa egrederetur, in aprum ſagittam mit-
tens, ſeipſum ea manu qua arcum tenebat, grauiter ſagitta vulnerauit. erat enim ſagit-
ta illa venenata. mox itaque ex tam leui cauſa mortis reſponſo accepto, redijt ad ca-
ſtra. inualuit tum veneni vis adeò, vt medici ſpem, curæ nullam fore dicerent: ſed ſi
vitam ſeruare cuperet, manu truncaret. hoc vir magnanimus audiens, conſtanter
ſpreuit, indignum aſſerens, vt vna manu tantum & tam nobile regetur imperium.
Videns ergo mortis ſibi imminere diſcrimen, Emanuelem minorem ex filijs declara-
uit imperij hæredem. ita vita functus, imperium filio reliquit gubernandum. Ea
tempeſtate accidit res toti Chriſtianitati valde damnoſa. nam cum dominus rex Hi-
eroſolymitanus Fulco apud Acam moram traheret, ac extra urbem cauſa ſolatij per-
rexiſſet, caſu lepuloſus à canibus excitatus fugit: ſequuntur fugientem vniuerſi. rex
autem equo inconſultè feſtinans corruit, ita vt equus ſella caput regis conquaſſaret,
quòd cerebrū tam per nares quàm per aures exiret. Igitur cum gemitu vniuerſorum
ad ciuitatem relatus, triduo ſine ſenſu adhuc palpitans vitam protraxit, quarta die
ſpiritum exhalauit, anno Domini 1142. Reliquit autem duos filios, Balduinum pri-
mogenitum annorum circiter xij. & Almaricum annorum ſeptem. In hac gene-
ratione circa annum Domini 1120. ordo Præmonſtraten. originem habuit, cuius lo-
ci & ordinis fundator Nortbertus extitit. Refert Vincen. quòd hic fuit Lotharingus
genere, diuitijs atque facundia clarus, qui diuino amore ſuccenſus, poſt poſita ſeculi
pompa, præſbyter eſt ordinatus, verbo prædicationis inſtitit, nudus nudum ſequitur
Chriſtum, quorundam etiam religioſorum moribus exploratis, vitam inauditæ au-
ſteritatis aſſumpſit, per aliquod tempus nudis inceſſit pedibus, etiam brumali rigore.
non deſtitit verbum Dei ſpargere, & animas Chriſto lucrifacere. Denique Gelafius
papa cum in Gallias veniſſet, ad hunc vir Dei Nortbertus nudis incedens pedibus
acceſſit, animique ſui proſopitum pandens, licentiā ſeminandi verbum Dei accepit,
tandem à papa Calliſto commendatus eſt Bartholomæo Laudeniſi epiſcopo: quo
Aaaa proteſto-

Emanuel
Græc. Imp.

Præmonſtra-
ten. ordo.

protectore, in loco Præmonstrati diuinitus inspiratus refedit, ibique solitariam & religiosam vitam agere cœpit, multosque fratres colligens, regulam S. Augustini suscepit. Ordo Templariorum & ordo S. Iohannis in hac generatione confirmantur, de quibus supra generatione 37. est dictum. ANNO Domini 1120. in Saxonia duæ munitiones fuere non longè ab inuicem, vbi media nocte videbatur vigilibus vir ab vna progredi ad alteram in modum faculæ ardentis. hæc visio non semel, sed pluries visa est. ANNO Domini 1123. in pago Vormantiensi videbatur per aliquot noctes armata multitudo equitum euntium & redeuntium, & quasi ad placiti colloquia nunc hinc, nunc illic turmas facere: circa nonam verò horam cuidam monti, à quo & exisse videbantur, se reddere. Tandem quidam regionis illius huic prodigiosæ concioni, signo crucis se muniens, appropinquauit, & mox quendam ex illis per nomen omnipotentis adiurat, manifestare causam populi qui sic appareret. Cui ille: Non sumus, inquit, vt putatis, phantasmata, nec militum vt videmur turbæ, sed animæ militum non longè antehac interfectorum. arma verò, habitus & equi, quia nobis prius fuerunt instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, & totum ignitum est quod in nobis cernitis, quanuis id corporalibus oculis compræhendere non possitis. In huiusmodi comitatu etiam Emicho comes de *Syningen* ante paucos annos occisus, apparuit, & ab hac pœna orationibus & eleemosynis fertur se redimi posse docuisse. De his nocturnis exercitiis scribit & Guil. Parisien. in tract. de dæmonibus. ANNO salutis nostræ 1124. puero cuidam in pago *Tullstese* nato crus dextrum liuore tumefactum, tandem crepuit, & pro sanie grana non pauca tritici, siliginis, farris, hordei ac auenæ euidenter effudit. ANNO Domini 1120. venisse dicitur Iohannes patriarcha Indorum, narrans Callisto papæ & cardinalibus prælatisque alijs in consistorio publico, qualiter S. Thomas apostolus omni anno communicet populum manu sua, dignis eucharistiæ sacramentum porrigens, quam & retrahat ab indignis. ANNO Domini 1139. Iohannes de Temporibus moritur in Gallia, cum vixisset trecentos sexaginta vnum annos. fuerat enim armiger Caroli Magni. In hac generatione Cunradus rex concessit Genuensibus priuilegium signandi pecuniam argenteam & auream cum ipsius nota, quod & nunc vsque apud eos in fidem præmissorum seruatū est. Cunradus rex Norinbergam urbem instaurasse inuenitur, in qua & insigne monasterium ordinis diui Benedicti ad S. Aegidium nuncupatum, in celebriori vrbis loco fundauit. ab hoc Cunrado Norinberga incrementum plurimum suscepisse legitur. ANNO Domini 1126. quarta feria hebdomadæ pentecostes, pruinæ frigus plagam magnam tam nouellis vbiq; frugibus, quam vineis abundantissimam iam foetuum suorum spem turgendo promittentibus intulit, nec multò post, id est, 16. Kalen. Iulij, frigora secuta est tempestas immensa, quæ diluuium minari videretur, crudeliter aliqua deuastans. Item quædam ex locis palustribus vltra solitum erumpentia, segetes contiguas & maximè triticeas vredine deprauarunt, apiumque foetus ex toto penè periere. Sæpe fecimus hætenus ducum de Zæringen mentionem, cum pluribus locis, tum in Hentico 4. quare quæ in veterum monumentis de illis obseruauimus, annotabo. atqui varia traduntur omnia. Inuenio chronicam Teutonicam quæ refert, quod anno salutis nostræ 223. dux Bertoldus de Zæringen, fuerit dux Sueuiæ, Brisgauriæ & Vchtlandiæ. Et quod idem fuerit conditor vrbium Bernæ & Friburgi in minori Burgundia Lausanen. diocesis, & quod vnicum filium disciplinæ militaris gratia commiserit duci Burgundiæ, à quo contumeliosè tractatus sit. quæ de re Bertoldus dux, reuocato filio, duci Burgundiæ mouerit bellū, in quo à Friburgensibus, Bernensibus & nonnullis alijs suis fuerit desertus, & à Burgundionibus maxima damna passus. Vnde vt duci Burgundiæ resistere & vicissitudinē reddere possit, ferunt eum extruxisse præclaram istam arcem, quæ adhuc cernitur in oppido Brisach. Inde Burgundiam longo tempore afflixit, in quorum memoriam hi versus turri sunt insculpti:

*Hanc dux Bertoldus portam struxisse notatur,
Ex qua fraude sua Burgundia depopulatur.*

Quod dux Bertoldus arcem in Brisacho construxerit, & Burgundiam inde vastauerit, non est mirum: sed quod aliqui duces de Burgundia aut Zæringen anno Domini 223. fuerint, non bene quadrat, cum Burgundiones per hæc tempora nondum quicquam in Gallia occupauerint. Nam vt verè docent historia, longè post sub Valentiniano primū permissi sunt Gallias inhabitare, sed necdum sub ducibus, sed sub regibus militauerunt. Vnde existimo vitio scriptorum historiam fuisse corruptam. Nec redolet quod

Mira phantasmata apud Vormantiam.

De B. Thoma Indorum patrono. Ioh. Temporeus.

Norinberga.

Duces de Zæringen.

Brisachum.

quod à quibusdam scribitur, nobilem virum Bertoldum de Zæringen, à Friderico primo ducem factum esse. Ferunt hi quodam tempore Fridericum imperatorem de conuentu principum Moguntia congregatorum, ex indignatione clam abijisse Sueuiam versus, vix tribus comitatū nobilibus, venisseque eum noctu ad villam Bertoldi de Zæringen: & cum eo in loco hospes publicus non esset, receptus asseritur ab eodem Bertoldo, cum quo splendide supra omnem spem victitans Imperator, vt gratias illi pro sua vrbinitate dignas ageret, eum in ducem & principem sublimare curauit. Hoc quàm verum sit, ex eo intelligi potest, quod ante Fridericum primum duces de Zæringen inueniuntur fuisse, puta sub Henrico quarto. Sed & Fridericus primus ab Ertolpho duce de Zæringen extorsisse legitur regnum Burgundiæ cum archifolio Arelatensi, quod duces de Zæringen ab imperio, licet sine fructu, recognouerūt atque tenuerunt, pro quo eidem duci imperator dedit inuestituram regalium ecclesiarum, Lausanæ scilicet, Gebenensis, & Sedunensis. Patet igitur, præmissa esse cōficta. Quare cum hi duces multum potentes fuerint, vt qui multas ciuitates & castra edificauerūt, monasteria plurima fundauerunt, (Ruthardus enim dux de Zæringen & Lantgravius Alsatia, cuius vxor Iemenfrid, & eorum filius fundauerunt monasteria Gengenbach & Suartzaschach) alij ita scribūt, quod anno Domini M.LVI. Bertoldus filius * Bertzelini comitis, ducatum Carinthiæ vulgò * Zæringen, ab imperatore obtinuit. * Bezelinus iste & Gebiso frater eius, fundauerunt monasterium monialium in Sulzberg, vbi & sepulti sunt. Bertzelinus iste decessit sine hærede: sed Gebiso frater suus reliquit filium nomine Bertoldum, qui successit in ducatu. ille cum Gebhardo fratre episcopo Constantiensi fundauit monasterium sancti Petri Constantia, quod & hodie dicitur monasteriū S. Petri. ibi est sepultus. Fuit & Bertoldus dux de Zæringen, cui circa annum MCLXXVIII. Rudolphus Sueuiæ dux, comes Rhinfeld, imperator electus contra Henricum quartum, Sueuiæ ducatum dedit. hunc cum teneret, cæso Rudolpho, Fridericus de Staufa ambiens, ab Henrico quarto accepit. ANNO Domini millesimo centesimo duodecimo Bertoldus dux de Zæringen Sueuis, condere cœpit ciuitatem Friburgensem in Brisgauria ex villa. Hic Bertoldus postea anno trigesimo prope oppidum *Molsheim* occisus legitur, & ad sanctum Petrum sepelitur. Hic Bertoldus decessit sine liberis, cui in ducatu Zæringen successit frater Cunradus, qui vxorem duxit Clementiam de nobili prosapia ducum Francorum. Hic Cunradus obiit anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, & ad sanctum Petrum sepultus est cum duobus fratribus Bertoldo & Rudolpho. Reliquit autem plures filios, Cunradum, Bertoldum, Rudolphum, Albertum & Hugonem. Cunradus puer moritur, & ad sanctum Petrum sepelitur, Rudolphus episcopus * Lausanæ obiit anno 1190. & ad S. Petrum sepelitur. Albertus factus est dominus in Drachenfels in *Waf*, Hugo habuit dominium in Brisgauria, & obierunt sine liberis, Bertoldus in bonis paternis successit omnibus. Hoc etiam in tempore fuit Ertolphus dux, quem supra memorauimus. Bertoldus iste anno 1178. Friburgum in minori Burgundia condidit, vulgò *Wstland*, & fertur regio ideo minor Burgundia dicta, quod Treuiri contra Romanos, vt essent in præsidio, miserunt quodam tempore maximam nobilitatem, qui per burgos habitantes, Burgundi vocati sunt. Fertur enim quod in eadem regione 36. generationes Comitum & Baronum habitauerint. Bertoldus iste moritur anno 1185. & ad S. Petrum sepelitur. Reliquit filium paternum nomen referentem. Hic ex vxore filia comitis de *Riburg* duos procreauit filios, & quia onerosus videbatur nobilitati, præpotens enim erat, & princeps nobilis, libertatis (vt aliqui coniectant) conseruandæ causa veneno extincti sunt duo ducis filij. nam paulò antè, anno scilicet Domini 1190. idem dux edificauit Bernam, vt ipsi æstimabant, odio & emulatione: & vocata est Berna ab euentu, quod in nemore vbi nunc oppidum est situm, vsus captus fuit. Filij hoc modo tanquam hæredibus è medio sublatis, dux ipse Bertoldus vehementer indoluit, exasperatusque dixisse fertur: Ecce progeniem extinxerunt meam veneno: & ego eos hac ciuitate inficiam vsque ad exterminium. Ita & effectus inde secutus. Videmus enim quod ferè omnis nobilitas eius regionis est eliminata. Dedit enim idem dux Bernam cum pagis suis & cum minori Burgundia, imperio. Super quo Fridericus secundus multa Bernensibus dedit priuilegia, pollicitus quod ab Imperio nec per se, nec per suos successores alienari valerent vllò vnquam tempore. Idem imperator dedit eis quoque primum aduocatum. Obijt hic Bertoldus anno 1218. sine prole. De hoc sunt versus:

Aaaa 2

Dum

Dum bis sexcentis ter senus iungitur annus,

In Friburg moritur Bertoldus dux Alemanus.

Hic est ille Bertoldus, de quo superscriptio c. Venerabilem. de elect. Bertoldus dux iste sororem habuit Agnetem, quam duxit Egon de Furstenberg. generavit ex ea filium, referentem nomen paternum. Egon iste secundus duxit Adelheidam filiam Comitis de Dyffen / & procreavit ex ea Cunradum. Egon praedictus sepultus est in *Wetzzenbach*. Cunradus duxit uxorem Sophiam de *Zollem*. Cunradus iste aedificasse fertur castrum Friburgi in monte anno 1270. hunc Cunradum obsedit in Friburgo Rudolphus dux Austriae anno 1279. Cunradus in Friburgo sepelitur. Egon filius Cunradi duxit Catharinam de *Wetzzenberg*. sepultus est Friburgi ad S. Claram. reliquit autem filium Cunradum secundum, qui primò duxit filiam ducis Lotharingiae, postea duxit Annam de *Signau* baronissam, ex qua suscepit filios Fridericum & Egonem tertium. Fridericus duxit Annam comitissam de *Eusenberg*. deinde illa mortua, duxit Montifagam de *Montfay*. sepelitur in *Friburg* ad beatam Virginem. ex Anna genuit Claram uxorem Gotfredi de *Zubingen*. Egon frater Friderici duxit uxorem Verenam de *Wesschen Neuenburg*. Iste Egon gravissimas lites habuit cum Friburgensibus. Concordia intercessit, & Friburgenses emerunt libertatem à comite pro summa viginti millium marcarum argenti, & computauerunt sibi dominium in *Wabwyler* / vbi postea sepelitur. Hic Egon habuit filium Iohannem, qui duxit filiam Comitis de sancto Georgio in Burgundia. moritur sine sobole, & in *Wesschen Neuenburg* sepelitur. Anna relicta Egonis tertij, duxit maritum secundum Hermannum ducem de *Tegf*.

GENERATIO XXXIX.

A NNO Domini 1140. anno Innocentij Pontificis secundi decimo, Cunradi tertij secundo, Generatio xxxix. coepit. Quo anno Edessa Mesopotamiae ciuitas, ab Hebraeis Arach dicta, ab Alaph Turcarum principe capitur: vbi occisis omnibus fidem Christi negare recusantibus, etiam in dedecus Christiani nominis, nobiles matronas super altare S. Iohannis Baptiste, quod sciebat à nostris veneratum, stuprari fecit. Ea autem vrbs Rages Medorum fuit dicta, ad quam Tobias pro accommodata Gabelo pecunia filium suum misit: & quam postea Thadæus apostolus ad Christi fidem conuertit, quæque B. Thomæ ossibus exornata sacris refertur, quam etiam Abagarus rex obtinuit, qui datus ad Iesum literis, scripta manu Dei responsa accipere meruit, & quæ iam diu Christianis paruerat. His temporibus Romani quosdam senatores creauerunt, qui Rempublicam Romanam ditionemque ad se pertinentem gubernarent. Causam scribit Orho Frisingensis: nam cum Innocentius auxilio eorum ad deditionem Tiburtinos coegisset, volebant illos, ut muris ruptis prouincia excederent, compelli. Quod cum recusaret facere, in Capitolio conuenientes, antiquam vrbs dignitatem renouare parabant. hoc pontifex precibus ac minis soluere conatus, non poruit.

A NNO Domini 1142. defuncto Fulcone rege Ierusalem, successit ei Balduinus filius in regno, quintus Hierosolymorum rex, regnavitque annis 24. fuit autem adolescens optimus, corpore procerus, affabilis & misericors, ac Deum timens, mediocriterque doctus. Eodem tempore Innocentius Papa, ne Christiani terram sanctam omnino amitterent, S. Bernardum abbatem Clareuallis pro reformanda pace inter sedem apostolicam & Cunradum regem, in Alemaniã misisse fertur, & reconciliatio Spiræ facta, in *Grancfurt* sigillis principum roborata est. alij aliter, sed in hoc tamen concordant, quod Bernardus Spiram venerit, vbi tum erat tantus populi concursus ad eum venerandum, ut Imperator, ne populum eum conculcasset, manibus suis illum exportare sit dignatus. extant circuli in pavimento ecclesie maioris tres, vbi prostratus in terram vir Dei, ter fertur salutasse virginem Mariam. Ad quem virgo Maria: Salue, inquit, Bernarde. Tunc rex Cunradus à S. Bernardo apud *Grancfurt* cum multis principibus crucem assumpsit, ac se ad terram sanctam accinxit. Interea pontifex Innocentius, habito apud Latranum concilio, multa instituit, moriturque anno salutis nostræ 1144. in cuius loco Cælestinus 2. Guido antè vocatus, S. Marci presbyter cardinalis, assumitur, natione Tuscus. sedit tantum 5. menses. Sub Innocentio condemnatur Petrus Abelardus, ut refert in speculo Vincentius, de quo ad Innocentium S. Bernardus: Habemus, inquit, in Francia nouum de veteri magistro theologum, qui ab incunte etate in dialectica lussit, & nunc in scripturis sacris insanit. deinde capitula erroris explicat. huius Petri aliquando discipulus fuit Gansfredus Antifiodoren. qui

qui ait, Ego aliquando mihi magistrum recordor fuisse. & post pauca: Hic siquidem precium redemptionis euacuans, nil aliud nobis in sacrificio passionis Dominicæ commendabat, nisi virtutis eius exemplum, & amoris eius incensiuum. & subiungit: Triamque specialia Christus nobis in sua passione exhibuit, exemplum virtutis, incensiuum amoris, & redemptionis sacramentum. tertium euacuante heretico, cetera nihil prodesse poterunt. Cælestino defuncto, Lucius 2. Bononien. cancellarius iniit pontificatum, Gerardus dictus, ac infra annum moritur. Hic grauitè à ciuibus Ro. perfectionem passus, humiles ad Cunradum regem misit literas, suam ac totius Italiae oppressionem continentes, ipsumque ad patrocinium Ro. ecclesie inuitauit. sed alijs occupatus, venire non potuit. populus itaq; Ro. senatoribus quos antè instituerat, adiecit patricium Iordanem Petri Leonis filium, pontificem adit, & omnia regalia eius tam in vrbe quam extra vrbem, ad ius sui patricij reposcit: eum more antiquorum sacerdotum, primitijs, oblationibus & decimis sustentari debere dicit. At cum Lucius contra Ro. populum senatum remouere disposuisset, ingenti militia curiam, vnde senatores expelleret, seu Capitolium inuasit. Tunc populus ad arma concurrens, Papam cum suis expulit: vbi Papa (ut fertur) lapidibus attritus, postmodum officium pastorale exercere non potuit, & breui moritur, videlicet mense x. die 4. & in basilica Lateranensi sepelitur. Nihil autè prætermittebat, quod ad expeditionem pro retinenda terra sancta pertinere. Nam mirum in modum amore retinendæ Hierusalæ excitabatur, quod tituli sanctæ Crucis in Hierusalæ presbyter cardinalis, potifex creatus fuerat, quam quidem basilicam totam ferme restituit. Eugenius 3. Pisanus, monachus Clareuallis, abbas monasterij S. Anastasij in vrbe, Lucio successit, anno Domini 1145. sedit annos 7. menses 4. Si quidem cum non satis inter cardinales constaret, quæ potissimum de numero suo deligeret, diuino nutu perciti, virum hunc sanctissimum Eugenium deligunt, qui vbi Romanos instare minis etiam cognouit, quo sui confirmaretur senatores, ad Faruense monasterium se contulit: ibiq; vocatis cardinalibus, munus consecrationis accepit. Deinde Viterbium perrexit. At Romani cum patricio suo Iordane Præfecturæ dignitatem abolentes, omnes principes & nobiles ex ciuibus ad subiectionem patricij compellunt, & cardinalium, clericorum & quorundam illustrium laicorum subruentes domos, prædam immensam diripiunt, Ecclesiam B. Petri in castellare sacrilegè & prophanissimè non metunt, peregrinos causa orationis aduenientes, ad oblationem quaestus plagis & verberibus cogunt, ac quosdam ex ipsis offerre nolentes, in templi porticu occiderunt. Quos venerabilis pontifex cum Iordane & fantoibus excommunicauit, adiunctis Tiburtinis Romanorum antiquis hostibus, militia coercuit, tandemque petere pacem coegit: quam pacem eo tenore dedit, ut principatus dignitatem abolerent, & præfectum in pristinam dignitatem reciperent, senatores verò ex eius auctoritate retinerent: sicque in vrbem rediens, natiuitatem Domini celebravit. Verum postea cum rescisset dolo in vrbe machinari, fugam iniit, nauibus Tiberi delatus, infidias veritus: quem Romani haud secus, quam Gelasium olim, armis telisque iniectis persecuti sunt. Appulsi autem Pisas, in Franciam inde migravit. hæc Otho Frisingensis. Erat tum in Gallia Bernardus Clareuallensis abbas, à quo Eugenius superueniens didicit, pessimo loco rem Christianam in Asia esse: quare ambo Ludouicum regem Francorum orant, ut cruce signatus expeditionem pararet. Cunradus quoque Romanorum rex cruce iam signatus, paratis ad iter necessarijs, anno Domini 1146. mense Maio exiit, transcursum Bauaria, Austria & Hungarorum finibus, & emensa vtraque Pannonia, Thraciam attigit, ad vrbeque demum Constantinopolim peruenit, qui ab Emanuele imperatore Græcorum magnificè susceptus, data exercitui aliquali quiete, transit Helleponto, cum suis legionibus in Syriam venit, ducens in suo comitatu loricatorum septuaginta millia absque peditibus. Applicuit igitur rex Lycaoniam, cuius metropolis est Iconium. Tradiderat autem Emanuel imperator Constantinopolitanus Romanorum regi vias duces: qui innata vsu malitia, siue de mandato domini sui, siue infidelium corrupti pecunia, studiosè coeperunt per deuiam Alemanorum trahere legiones. Cumque deduxissent exercitum, præ lassitudine nostris dormientibus, nocte clam relictis castris diffugerunt, populo sine duce relicto: luce facta, non sunt inuenti: quo comperto, Imperator congregatis principibus consulebat, quid factum opus esset, alijs redeundum, alijs procedendum consulentibus. Dumque sic locorum ignari, & pro alimentorum defectu solliciti fluctuarent, nunciatur, in vicino aduentare infidelium acies. Erat enim in solitudine sterili constitutus exercitus, sicut studiosè à

prædictis seductoribus fuerat introductus. dicebaturque publicè, nec à vero aberat multum, quòd conscientia Imperatoris Græcorum, inuidenti Latinis, fuerint hæc molimina constructa. Sicigitur dum fame, labore, & locorum ignorantia laboraret exercitus fidelium, subito Turcarum acies Imperatoris Cunradi castra irruunt. Nostri autem quanuis in principio stupefacti trepidassent, attamen ut cunquere collectis animis, prout locus permittebat & tempus, viriliter resistebant. postremum fame attriti, iam deficere incipiebant. Sic ergo in gyrum ab infidelibus fidelium vallatus exercitus, telorum & sagittarum immisionibus anxie nimis & vsque ad mortem premebatur, nec dabatur referendi & cum hostibus consistendi copia: quoties enim in hostes fidelium acies impetum facere nitentur, illi dissolutis agminibus nostrorum eludentes conatus, ad diuersa ferebantur: iterum nostris in castra se recipientibus, illi agmina sua reuocantes, nostrorum cingebant exercitum, & instantes acrius quasi obsecris, requiem negabant. factum est ergo occulto Dei iudicio, quòd omnis illa principum virtus, quæ armis, viribus & numero videbatur incomparabilis, subito contrita corrueret, ita ut vix illius vestigia gloriæ superessent. Sed de 70. millibus equitum, & de tanta pedestrium manu vix decima pars euaserat, alijs aut occisis, aut captis. euasit autem imperator cum paucis principibus, qui licet cum difficultate in partes Niceæ uenerunt, hostes tamè victoriam potiti, onusti spolijs, locupletes armis & equis ditati sunt, regis Francorum aduentum, quem ad eandem propè partes aduenisse rumor deferebat, auidè expectantes. huic tamen tanto negotio Sultanus Iconij non interfuit, sed quidam primicerius militiæ suæ. Traditum est, Emanuelis dolo gypsum farinæ admixtum, unde panis quo vesceretur Germanicus exercitus, confectus est. Acta sunt hæc anno salutis nostræ 1147. mense Nouemb. Hi autem filij Belial, qui duces dati à Græculo fuerant, ut peccatis peccata cumularent, ad regis Francorum properant exercitum, mentientes Imperatorem eorum fretum ducatu, omnia prosperè egisse, & Iconio violenter expugnato, de hostibus triumphasse. Interea rex Franciæ Ludouicus penè eisdem subsecutus vestigijs, cum suo exercitu venit Constantinopolim, ubi modicam moram trahens, transito Hellesponto, in Bithyniâ descendit, de qua Cunrado imperatore diligentius inquisiuit, cui cum veraciter significatū fuerat, ipsum amisisse exercitum suum, & cum paucis principibus euasisse, fractus animo, quid sibi faciendū esset, anxie nimis cogitabat. Igitur processu temporis certior de strage imperatoris factus, modico interuallo Fridericus dux Suenorū, imperatoris ex fratre nepos, secundū aliquos filius Cunradi, qui ex illa strage euaserat, ad exercitū regis Fræcorum properauit, à quo quæ sinistra euenerant, certius didicit. Igitur motis castris rex Ludouicus ad locum in quo imperator castrametatus fuerat, peruenit: ubi familiaribus vsi colloquijs, ordinant simul iunctis copijs proficisci. Sed cum Ephesum Asiæ minoris metropolim peruenissent, imperator seu de paucitate suorū verecundiam non sustinens, seu Francorum factū non ferens, suis per terram remisit, ipse nauigio Constantinopolim reuersus est, ubi cum suis principibus vsque ad veris initium hyemabar. Interea rex Francorum per aliquot dies Ephesi cōmoratus, peruenit ad vada * Venandri fluminis. hic Francis primū hostes iuxta eorū desiderium intucri datum est. continuò rex in eos flumine transmissis cum suis viriliter irruit, multisque occisis & captis, reliquos in fugam vertit, quos cum castris in quæ fugerant, cepit. Habita igitur victoria, ac præda lætiores facti, rursum manè ad iter se accingunt, viam continuantes. at vexillifer regis exercitum præcedens, ad montem quandam peruenit: deinde consilio Maiorum persuasus, ne illic subsisterent, ad vltiora illo die contendit: factumque est ut sequentes lentè incederent, putantes in monte signato castra mansura: & ita quibusdam transgressis montem, exercitus diuisus est. Quòd videntes infideles qui ex latere exercitum sequebantur, sumpta occasione tum ex locorum angustijs, tum quia militum robustior portio præterierat, subito aciebus instructis irruunt in nostros, & antequam arma corripere possent, acies Francorum dissolunt. Christiani tamen viriliter resistunt, pugnaturque diu Marte ancipiti, tandem infidelium præualuit manus, & Christianorum exercitus valdè est diminutus. Rex autem Francorum casu ex tanto erutus periculo, prædicti montis verticem ascendens, intempestæ noctis silentio ad locum in quo præcedentes castrametati fuerant, peruenit. Cœpit autem ea die cibus illis deficere, & quod deterius erat, sine duce vagabantur errabundi: tandemque cum multa difficultate ad urbem * Sathiam peruenierunt, quæ tum erat sub ditione imperatoris Græcorum: quo * in loco ipse cum reliquis pedestribus

Cunradi exercitus Emanuelis fraudem de cecidit.

Ludou. rex Franciæ Syriam adit.

Error signiferi.

* ex loco

bus copijs & suis principibus nauigio ad portum S. Simeonis peruenit, ubi mansit donec sui omnes venissent. Princeps autem Antiochenus Raimundus, ante regis aduentum totius regionis conuocatis nobilibus, illi occurrens, cum comitatu Antiochiam magnificentissimè perduxit, sperans regis auxilium ad ampliandum principatum. Igitur post aliquot dies, id quod mente conceperat, regem adiit, eius petens auxilium, vrbes finitimas subiugare statuens. sed ubi vidit se non proficere, cum rex Hierosolymam irreuocabiliter proficisci destinasset, mutato studio, regis vias abominari cœpit, & in læsionem eius armari. Quod cum regi compertum est, molimina principis præueniens, de suorum consilio vrbe Antiochena clam egresus est. Fuerunt qui regi imputarent, quòd tanti viri de se benè meriti preces non admiserit, cum facillè vnâ aut plures vrbes obtinere potuisset. Interea imperator Cunradus acta hyeme apud Emanuelem Imp. classe vectus, cum suis portum attigit Aconensem, deinde Hierosolymam applicans, à rege & vniuerso clero ac populo introductus est in sanctam ciuitatem. Applicuit quoque iisdem diebus Alphonfus comes Tolosanus, qui antequam Hierosolymam perueniret, apud Cæsaream perijt, ut ferunt, veneno. Nūciatur interea regem Francorum appropinquare: quare rex de comuni omnium consilio misit illi obuiam patriarcham. Præueniens ergo illum patriarcham, & vniuerso populo occurrente, in sanctam ciuitatem introductus est, atque ad loca venerabilia honorificè deductus. vnde in vnum cōuenientes tres reges, quid facto opus sit, secum tractabant. Igitur post dies aliquot apud urbem Aconensem curia indicitur generalis, ut de fructu tantæ peregrinationis, & de regni conseruatione tractaretur: interfuerunt tres reges, Romanus, Francus, & Hierosolymitanus, cum multis principibus viris: & cum de multis consultaissent, ad postremum de communi omnium consilio visum est expeditus, Damascenorum urbem obsidere. Vnde firmitate consilio præcipitur, ut die statuto omnes sint parati copias suas eò deducere.

ANN O salutis 1147. 25. die mensis Maij, congregati prædicti Deo amabiles reges, præuia Dominica cruce, copias per montem Libanum, qui medius inter Cæsaream Philippi & Damascum interiacet, ordinato agmine ad quartum à Damasco lapidem castrametantur, ex quo loco vrbs prospici potuit. quam urbem seruum Abrahæ fundasse constat loco campestri naturaque arido, sed arte vbere atque foecundo. Paruus siquidem amnis in regione vnicus, non multum à mœnibus præterlabens, linguam quandam facit, in qua nostri castra ponunt. erant & horti macerijs muniti, ubi post macerias latebant Turcæ, sagittis nostros iaculantes. Balduinus cum primū duceret exercitum, tantum ex illis passus est molestiæ, ut in eas munitiones conuersus, Turcas depulerit, hortosque occuparit. At ex opposito Turcæ nostros sagittis frequentibus è flumine prohibent. sed postquam totis copijs nostri digladiari cœpissent, hostem fugere in ciuitatem compellunt. Commisum est ab imperatore egregium facinus, cum pedes interesset prælio, exertoque gladio pugnaret, Turcus quidam ingenti corpore eum arctissimè à collo depræhendit. At Cunradus tam valido ictu Turcam inter collum armumque sinistrum percussit, ut eam partem ad dextram vsque adacto gladio secuerit. Re ad ciues relata, desperare cœperunt, ac plerique iam se fugæ parabant. Erant tum Syri quidam proceres, quibus Balduinus omnino credebatur. Hi corrupti muneribus à Damascenis, regem inducere, ut transportaret exercitum ad alteram vrbs partem, ubi dixerunt eam esse infirmiore. credulus ille mouit castra. quo facto, Damasceni repente statim nostrorum occupant ac muniunt, nostrosque ab aquatione & comœatu prohibent: quare siti & fame laborantes, tandem non sine contumelia obsidionem soluunt. redeunt igitur Hierosolymam, fraudes eorum qui eos seduxerant, detestantes: & ut refert Anto. postmodum tota illa pecunia proditoribus à Damascenis data, inutilis reperta est & penitus falsa. Audiens itaque fraudes rex Cunradus, parato nauigio ad imperium est reuersus. Ludouicus rex Francorum non multò post eum secutus est. ab eo autem die cœpit Latinorum conditio manifestè deterior fieri. Nam quorum solum nomina prius hostibus fidei erant formidini, illis nunc despectui fiunt. Interea Rogerius rex Sicilia & Apuliæ Rom. classem, ut scribit Blondus, duxit ingentem, ac tantis Saracenos incommodis cladibusque afflixit, ut rex * Tunecij tributo quotannis promisso ingenti, pacem impetrare coactus sit, quod certè ad 30. annos continuò exegit. Deinde reuersus, Emanueli imperatori Constantinop. cuius dolos fraudesque & inimicum in nostros animum meliùs, quam Gallici aut Germanici reges, nouerat, infensus, cum bello domare constituit.

Ludouicus ab Antiochenis excipitur.

Cunradus Hierosolymam intrat.

Damasceni obsidentur.

Cunradus Imp. egregium facinus.

Rogeriū
Emanuele
bellum.

Helionorā
Ludovicus
Francus re-
pudiat.

Raimundi
cædes.

Turcæ An-
tiochenos
occupant.

Cunradi 3.
interitus.

Ioh. Dama-
sceniliber.

Cum classe itaque tunc de Aphrica reducta, Corcyram & eius urbem Corphum aliquandiu oppugnatam, Corinthum quoque & Thebas & Euboeam, quæ & Nigropontus, de imperio Constantinopolitano cepit, spoliavitque. flexit postea obmissa Constantinopoli ad Asiæ littora, Christianis opem, aut barbaris incommodum allaturus, idque Christiano nomini feliciter cessit. Ludouicum enim Francorum regem, quem in itinere Saracena classis fortè interceperat, Rogerius casu obuius, parta de Saracenis victoria, Christianū regem gaudēs venerabundusque; ab interitu liberat. Sed ferunt alij, regem Francorum, cum ex Syria in Galliam nauigio rediret, casu à Græcis captum esse. Tum Rogerius classe veniens, illos aggreditur, regem liberat. vtrunque sit, rex liberatus est. Interim verò classis Veneta quæ Emanueli fauebat, ea loca recepit, quæ Rogerius paulò antè occupauerat. Quod cum intellexisset Rogerius, rege Francorum dimisso, Constantinopolim delatus, suburbia Emanuele præsentè incendit, & palatium aliquandiu oppugnatum cum capere nequiuisset, eousque tamè progressus est, vt poma imperialis pomerij manu propria legeret. Verùm fatiatus damnis, cum postea in Siciliam incomposita classe transiret, in Venetos incidens instructos, & ad dimicandum paratos, ex suis triremibus 20. amisit, agræque fuga sibi salutem quaesuit. hæc alij acta scribunt, antequam reges Damascum obsedissent. Rediēs in Franciam Ludouicus, Helionoram uxorem Guilielmi Pictauiensis filiam, perulantem quidem foeminam, repudiavit, plerisque asseuerantibus eam Ludouico cognationis gradu artinere, ex qua etiam filias duas susceperat. Hæc res initium fecit multis postea bellis. nam Henricus dux Nortmannorum eam duxit, cui Andegauia, Cenomania & Turonensis comitatus obuenerit, quas terras defuncto eius patre, vnà cum regno Angliæ suscepit, & ex hac causa ducatum Aquitaniæ rex Francorū amisit. Post dictorū regum recessum Noradinus Sagnini filius, cum infinita suorū manu in Antiochenos fauere cepit. Quod cum principi Raimundo innotuit, sicuti impetuusus & præceps erat, non expectans sociorum auxilium, cum paucis obuiam ibat: & cum ad hostem venisset, incertus ob tantam multitudinem ferò acies instruxit: & pugna commissa, qui cum eo erant, hostium vires non ferentes, in fugam versi sunt: princeps verò strenuus in media hostium strage viriliter decertans, gladijs confossus interijt. Noradinus potitus victoria, cnpit principis cum dextro brachio præcepit in signum victoriæ ad Calipham Baldacensem & alios Turcarum satrapas Orientis deferri. Comes etiam Edeffenus, qui ex eo bello euaserat, in via insidiantibus hostibus captus est: atque Alapiam deductus, squalorem carceris non ferens, miserabiliter vitā finiuit. Post cuius mortem vxor eius prudentissima, regionis præsidia, quantum potuit, munire satagebat. Interea imperator Constantinop. audiens illarum partium quæ suæ ditionis erant, desolationem, principem quendam cum ingenti pecunia ad comitissam mittit, offerens eam, si præsidia quæ penès se remanserant, eius imperio cōcederet: conseruare enim ea, ac amissa recuperare promittebat. In quam sententiam & rex Ierusalem qui tunc aderat, condescendebat, quòd speraret Græcorum viribus in eo statu prouinciam conseruari posse. Perfectis igitur omnibus, secundum quod in pactis cautum erat, atque oppidis omnibus Græcis resignatis, rex Hierosolymitanus assumpta secum comitissa cum liberis & omnibus alijs Latinis exire volentibus, Antiochiam egreditur. Noradinus autem Turcarum potentissimus, videns terram Latinorū auxilio destitutam, de Græcorum mollitie præsumens, missis exercitibus, infra annū vniuersam occupauit regionē. sic ergo prouincia opulentissima in manus venit Turcarum. ANNO 1152. & sunt qui addunt vnum, Cunradus 3. Imperator Sueuus, posteaquam annos penès 15. regnasset, fato defunctus est, in monasterio Sorsch apud Sueuos tumulatus. Cæsarei sepulcri honorem & antiquitatē versiculi probi magis quam elegantes testantur. magnus erat hic princeps pacis & belli studio, si æquam habuisset in externis componendis fortunam, qua Germania statū pacauerat. Nec multò post eius interitum Eugenius 3. pontifex anno 1153. mortem obiit. memoratu digna gessit & hic per Bernardum. is enim in concilio Rhemenfi circa annum Domini 1148. Guibertum Pictauiorū episcopum absurda quædam de S. Trinitate differentem, confutauit. Est & ibi Britannus quidam hæreticus damnatus. Sub isto etiam Eugenio translatus est liber Iohannis Damasceni presbyteri de Græco in Latinum, in quò continetur orthodoxæ fidei traditio, in quatuor diuisa libros: hic tamen de processione sancti Spiritus à filio, cum Græcis non fideliter sentit. potuit tamen excusari ab hæresis vitio, quia tempore suo nondum erat ab ecclesia determinata materia

ria illa, vt dicit Thomas in Summa. Defuncto igitur Eugenio pontifice, Anastasius 4. patre Benedicto, patria Romanus, abbas antea S. Rufi, ex cardinali pontifex creatur anno Domini 1153. sedit annum vnum, menses 4. dies 24. ANNO Domini 1153. addunt vnum nonnulli, Fridericus huius nominis primus, qui postea Barbarossa est dictus, Sueuiæ dux, Cūradi 3. Imp. ex fratre Friderico nepos, omnium principum suffragijs, apud Francofordiam imperator designatus est. Deinde accepta principum fide, apud Aquisgranum regia pietate coronatur, quò confluerat omnis penè Germanica cum Italis quibusdam & Gallica nobilitas, testatura quam de tanto iuvene spem concepisset Europa. Sunt qui mox ad Eugenium Pont. qui adhuc ecclesiæ præerat, legatos, electionis huius nuncios, missos scribant. Fuit ille statura iusta, faciem corporisque habitum cum animo componens, genuinam quandam primis etiam annis constantiam, seueritatemque præ se ferebat, barba capilloque rufo. sed quas optimorum scriptorum fide animi & fortunæ dotes habuerit, è Gunthero Ligurino poeta cognoscere licet. ait enim iste de Friderico Sueuo:

*Nobilitate riget, clarioque hinc sanguine Reges,
Inde Duces contingit auos: facundia dulcis,
Forma nitens, animusque sagax, manus impigra, solers
Consilij, belloque ferrox, & pace modestus,
Mente senex, et aete puer, prudentia rerum,
Certus amor, robusta fides, constantia mentis
Nec frangenda malis, nec sustollenda secundis,
Laudis amans, largitor opum, crudelibus atrox,
Tranquillus placidus, ferus indomitusque superbis,
Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis,
Fortis ad instantes casus, prudensque futuri,
Præteritique memor, socijs bonus, impijs hosti.*

Hunc resp. Germanica tutorē, hunc patrem patriæ nacta est, in quo certa scriptorum memoria largam Domini manum, quendam bonorum cumulum posteritas admirari solet. Fridericus post acceptam apud Aquas coronam, generalem curiam in Merzburg celebravit, vbi rex Danorum Petrus regiam coronam de manu Cæsaris accipiens, homagium & fidelitatem iurauit. Deinde pacem in Gallia & Germania reformauit, conuentum principum multis in locis propterea habendo.

Erat tum magna controuersia inter Henricum ducem Saxonie & Guelfonem fratrem ex vna parte, & Henricum Luipoldi marchionis Austriae fratrem ex altera, pro ducatu Norico. Vnde regi magna anxietas succreuerat. fuerunt enim ambo consanguinei proximi. Priuauerat Cunradus rex Henricum, Superbum dictum, ducatu Bauariæ, patrem Henrici & Guelfonis, & eundem ducatum Luipoldo marchioni Austriae filio contulit: sed hic immatura morte obiit, fratri suo Henrico ducatum relinquens. Ob eam rem inter prædictos variæ cædes factæ sunt, vnde consilio principum Fridericus rex litem hoc modo sedauit, vt Henricus de Saxonia ducatum Bauariæ reciperet, quem & pater & auus suus habuerant, Henricus verò de Austria, cum antè tantummodo fuisset marchio, in ducum numero referretur, quas dignitates Fridericus mox concessit vtrisque. factusque est Henricus ex marchio-

ne dux primus Austriae, & sic sedata est discordia. Guelfoni quoque auunculo suo rex contulit in beneficium marchiam Tusciae, ducatum Spoletum, principatum Sardiniae, & totam terram Mechtildis comitissæ. Habebat autem rex fratrem Cunradum ex parte patris. nam pater ipsius mortua Iuditha matre regis, duxit aliam uxorem de genere comitum de Zuenbrunck & Sarburg, ex qua genuit præfatum Cunradum. Hoc tempore mortuo Hermannō Palatino comite Rheni sine legitimo harede, Fridericus rex Cunrado fratri contulit Palatinatum, qui Cunradus vsque ad extremum vitæ Heidelbergæ sedem habuit, vbi etiam anno Domini 1183. præposituram cœnobij in Neuenburg prope Heidelbergam, in monasterium monialium commutari fecit, de consensu tamen abbatis Lauriffensis, ad quem pleno iure spectabat. Eodem tempore diuortium latum est inter Fridericum & uxorem suam, filiā marchionis de Wogspurg in synodo Constantiensis, propter impedimentum consanguinitatis, vt refert abbas Vrspergensis. At paulò post duxit filiam Rainaldi Burgundie comitis excellentissimi principis, nomine Beatricæ, alij Hagnen dicunt, ex qua genuit Henricum, Fridericum, Cunradum, Philippum & Othonem. deinde socero defuncto, Fridericus

Anastasius
4. papa.
Fridericus
I. Imp. 94.

Summa lau-
dum Friderici.

Frid. pacis
Germanicæ
author.

Dux Au-
striae I.

Friderici
uxores.

dericus regnum Burgundiæ cum archisolio Arelatenſi in poteſtatem ſuam redegit, vt infra dicitur. Inter hæc Anaſtaſius papa pontificatus ſui anno 1. menſe 4. moritur, cui Adrianus genere Anglicus, epiſcopus cardinalis ſucceſſit, anno 1154. ſedit annos 5. menſes 6. vt refert abbas Vrſperg. Adrianus primo coronationis anno tum precibus tum minis ſolicitatur, vt cõſulibus liberam vrbis adminiſtrationem relinqueret. renuit iſt conſtantiffimè. Inſtabant Ro. clerici, vt in Lateranum proficiſceretur faciendæ conſecrationis cauſa, quod etiam facere reſuſauit, niſi Brixianus Arnoldus hæreticus, ab Eugenio antea damnatus, ex vrbe pelleretur. Hoc autem ægrè ferens populus, cardinalem S. Pudentianæ ad pontificem ſacra via proficiſcentem, vno atque altero vulnere afficit. hanc ob rem iratus pontifex, eos execratione perſecutus eſt, quoad mutata ſententia & Arnoldum ab vrbe pepulere, & populus abdicare ſe magiſtratu coactus eſt, relicta pontifici vrbis libera adminiſtratione. ANNO 1153. S. Bernardus abbas obiit, anno ætatis ſuæ 63. fertur autem in teſtamento fratribus tria documenta reliquiſſe: in primis ſcilicet, Nemini in vita mea ſcandalum dare volui, & ſi aliquando inciſi, ſed aui vt potui. Secundum, minùs ſemper ſenſui meo credidi quàm alterius. Tertium, laſus nunquam vindictam expetui. Ecce hominis charitatem, humilitatem & patientiam. ANNO Domini 1155. diſpoſitis in regno rebus, Fridericus contra exercitu validiſſimo mouit in Italiam hac de cauſa, quia propter longam abſentiam Imperatoris, ad inſolentiam declinauerat, & ſuis cõſiſa viribus, aliquantulum rebellare coeperat. Mediolanenſes primi poſt ingreſſum eius petebãt, vt iſtis rex concederet ſuper Cumam & Laudam dominium, multam pecuniam promittentes. ſed cum nec preceneq; precio id impetrare potuerunt, tres dies maiestatem regiam in ſolitudine circunduxerunt, quouſque tandem contra voluntatem eorum iuxta Mediolanum cum exercitu perueniens, caſtra locauit milliari Teutonico ab vrbe, ibique cum exercitui mercatum negarent, nobiliſſimum caſtrum Roſatum, quod videlicet quingentos milites armatos in preſidio habebat, capi & incendio deſtrui rex fecit. milites etiam ſui vſque ad portam Mediolanenſium diſcurrunt, multos vulnerantes & capientes. ortis hinc inde diſcordijs, exercitus regis fluuium Ticinum verſus Nouariam veniens, duos pontes, quos ipſi incaſtellauerant, violenter occupat, quos poſt tranſitum totius exercitus deſtruxit. Inde tria caſtra eorum Minimam, Gailardam & Trecam vaſtant, & natali Domini celebrato, per Vercellas & Taurinũ euntes, Padum tranſeunt. Inde Cairã maximam & munitiſſimã villam deſtrunt, ciuitatẽ Aſtam incendio conflagrant, deinde Dertonã ciuitatem munitiſſimã natura & arte obſidentes, & poſt tres dies Burgo capto, poſtque multos aſſultus multasq; cades hincinde editas, arcem per deditiõẽ accipiunt. Deſtructa Dertona, Papienſes vt glorioſum regi triumphum facerent, maiestatem ſuam ad ciuitatem inuitauerunt, ibiq; coronatus, in maxima lætitia & ingenti ciuitatis ſeruitio incedens, tres dies comoratur. Deinde directo tramite per Longobardiã, Romaniã, Tuſciam & Sutrium vſq; peruenit. ibi dominus Apoſtolicus cum tota eccleſia Ro. regi hilariter occurrens, conſecrationẽ paternẽ obtulit, ſuaq; grauamina quæ à Ro. populo paſſus erat, non ſine querela indicat. ſic quotidie ſimul euntes, & ſimul hoſpitantes, dulciaq; miſcent colloquia, Romã perueniunt. Altera die quæ fuit 6. Kal. Iulij, pontifex in baſilica S. Petri Fridericum imperiali corona donat. tum populus Ro. per Adrianã portam vi erumpit, Teutonicos contra voluntatẽ pontificis cædit. viciffim verò imperiales ex Romanis ad mille viros occidunt, nonnullos capiunt, quos tamen ad preces Pontificis Imperator incolumes dimiſit. Manẽ factõ, Pontifex & Imperator ad Lateranũ venerunt. Deinde omnibus munitiõibus in poteſtatẽ ſuam redactis, Imperator apud Albã Papæ valedicens, & omiſſa id temporis Sicilia, in Germaniã properat, & in itinere Spoletum diruit: rebellantem vrbẽ incendit, funditusq; euertit, dehinc per totã Italiã & Longobardiã multis rebellibus edomitis. Cum autẽ veniſſet Veronã Imperator, per Atheſim nauibus cõpactis transportauit exercitũ. Albericus verò dux ex ciuitate cũ quibuſdã latronibus voluntate ciuiũ clauſuras Falerni, vbi ex vtraq; parte itineris mons præruptus eſt, occupauit: & parte exercitus iam prætergreſſa, imperatorẽ cum reliquis offendiſt, ac niſi pecunia ſe redimat, viam ſibi præcludi, belloq; congredi minatur. Imperator ingentis animi vir, tale pactum cum latronibus imperatorem facere dedecoroſum exiſtimans, cum exercitus parte ſubſtitit, ac ſe ad conſigendum præparauit. Interim Otho Palatinus de Wirſpach ſenior, pater Ludouici, qui poſtea dux effectus eſt Bauiariæ, lectis de exercitu ſtrenuis viris, valle gyrata, quodam locorum gnaro ductore, hoſtibus inſcijs

Veronenſi perfidia.

Papæ Frid. coronatur.

Friderici prima in Italiã profectio.

S. Bernardi interitus.

Adrianus 4. papa.

montana reptando conſcendit, moxq; ſigno dato, eodem inuaſit cum clamore, & in præcipitium compulſit: ſicq; ſerè omnibus morti datis, captos ex eis duodecim præcipuos, imperatori tradidit, ex quibus vndecim ſuſpenſis, vno dimiſſo qui reliquos illaqueauerat, ipſe imperator per vallem Tridentinam repatriat: maximaq; potitus victoria, cum mille & octingentis militibus hoſtes proſtigauit. Reuerſus in Germaniam imperator, ducem Bohemorum regia decorauit dignitate atque coronat. contra Polonorum quoque ducem mouens, ipſum ad deditiõem coegit, ac cenſum iam per aliquot annos neglectum reddere compulſit. Refert hęc Otho Friſing. Fridericum voluiſſe, dum eſſet in vrbe, progredi contra Guilielmum qui Rogerio ſucceſſerat, & qui Apuliam occupabat: ſed à quibuſdam principibus perſuaſus, hoc diſſerre ſtatuit: poſtea tamen quàm ex vrbe diſceſſerat, Guilielmus Beneuentana ſuburbia, Ceperanum, Baicumq; in Hernicis de eccleſia occupat, ob quam rem indignatus pontifex, regem Guilielmum anathemate notat, cuiusq; ditioni ſubiectos omni ſacramento liberat, quo facilius ab ipſo deſicerent, nullo iure iurando adſtricti. Hęc Blondus & Platina ante coronationẽ Friderici aſſerunt factã. In hoc tamen concordant omnes, quòd poſt reſeſſum imperatoris pontifex primoribus Apuliæ obſecutus, Beneuentum ſe contulit, maioremq; regni partem ſua tantum præſentia Guilielmo abſtulit. Interea Palæologus vir quidem nobilitate inſignis, Emanuelis imperatoris Conſtantinop. nuncius & orator, Beneuentum petijt, pontificique Imp. Græci nomine ſpontè obtulit auri librarum 5. millia, fugaturumq; ſe ex Italia Guilielmum, ſi tres maritime in Apulia vrbes ei ex federe rebus benè geſtis darentur. Quod vbi Guilielmus reſciuiſſet, pontificem ad miſericordiam cohortatus, pollicetur non modò ſe reſtitutum quæ de eccleſia abſtulerat, verum vltra quædam alia condonaturum, Romanosq; eccleſiæ rebelles in officio retenturum, ſi vtriuſque regni titulis tam citra quàm vltra Pharam poſiti inſignior fieret. id pontifex, aduerſantibus quibuſdam cardinalibus, reſuſauit. Venerant & hi legati ad Fridericum Cæſarem, muneribus eum aduerſus Guilielmi vires allecaturi, qui Adriano planè & Roberto Capuano reliquisq; exulibus, non Græcæ leuitati obſequens, rem fuiſſet aggreſſus, ni tam multis affectus incommodis exercitus, repetita patria, ſibi conſuli voluiſſet. Itaque cum imperator diſcedit, qua diximus fortuna, Guilielmus inſtructo exercitu, Apuliam hoſtili animo ingreſſus, quum ferro flammaq; conſumpſiſſet omnia, in Græcos & Apulos mouens, qui apud Brundisium caſtra poſuerant, eos facile ſuperat, vnde Salentini Apulique omnes ſtatim ſe dederunt. Pontifex cardinalibus inſenſus, qui obſtiterant ne pax componeretur, Guilielmum in gratiam recepit, eidemq; vtriuſque regni titulos adſcripſit, adhibito priùs ſacramento, ſe nil deinceps moliturum quod eccleſiã Romanam offenderet. Sic compoſitis rebus, pontifex per Caſſinates, Marſos, Reatinos, Narnienſes, Tudertinos iter faciens, ad Oruatum tandem peruenit, vbi Romanorũ inſidias veritus, aliquantisper moratus eſt. His cœpit inſitijs, hoc caſu Adriani pontificis in Fridericum exitiale odium. Querebatur ſe Papa inter Romanorum & Guilielmi nuper gladios verſantem, deſtitutum eſſe præter magnifica illius promiſſa, & ita ſe modò illius cauſa agitari, vt nec tutò Romæ eſſe liceat. Contra imperator multa ac in primis coronationem Guilielmi Siculi prætendit. iamq; ad id vſque proceſſum eſt, vt imperator nullum Ro. eccleſiæ legatum, niſi à ſe vocatum vel conductum, in regno Teutonico admitteret, neque ſub forma appellationis quenquam ire ad curiam Romanam pateretur. De hoc ſatis cõſonant, quæ reperti in cœnobio Hirſaugienſi Spirenſis diocæſis, prout ſequuntur, conſcripta. Nam ad imperatorem pontifex inter hæc plurimum exandẽſcens, talem fertur epiſtolam ſcripſiſſe: Adrianus epiſcopus ſeruus ſeruatorum Dei, Friderico Rom. imperatori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Lex diuina ſicut parentes honorantibus longauitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri ſententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Quapropter dilectè in Domino fili, ſuper prudentia tua non mediocriter admiramur, quòd B. Petro & ſanctæ Ro. eccleſiæ non quantam deberes reuerentiam, exhibere videris. In literis enim ad nos miſſis, nomen tuum noſtro præponis, in quo inſolentia, ne dicam arrogantia notam incurris. Quid dicam de fidelitate B. Petro & nobis à te promiſſa & iurata, quomodo eam obſerues, cum ab his qui * Dei ſunt & filij excelsi omnes, epiſcopis videlicet, homagium requiris, ſi delitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus tuis innectis, & manifeſtè nobis factus contrarius, cardinalibus à latere noſtro directis, non ſolùm eccleſias, ſed

Primus Boemiarum rex.

Palæologus papa & Friderici ſalutat.

Papæ in Cæſarẽ odium.

Adriani pō. tif. epiſtola ad Imp. Exod. 20.

Luc. 14. & 18.

* dij Pfal. 81.

& ci.

Friderici
imperatoris
stola respō-
soria.

& ciuitates regni tui claudis? Respice ergo, respice, tibi consulimus, quia dum à nobis consecrationem & coronam merueris, dum in concessa captas, ne concessa perdas, nobilitati tuæ timemus. Ad quam imperator ita respondisse fertur: Fridericus Dei gratia Rom. imperator semper Augustus, Adriano ecclesie Catholice pontifici omnibus illis adherere, quæ cepit Iesus facere & docere: Lex iustitiæ unicuique quod suum est restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem, à quibus videlicet progenitoribus nostris & regni dignitatem suscepimus & coronam. Nunquid tempore Constantini Syluester regalis aliquid habuisse dinoscitur? sed eius pietatis concessione libertas concessa est ecclesie, pax restituta: & quidquid regalis papatus vester habere dinoscitur, largitione principum obtinet. Vnde cum Ro. pontifici scribimus, iure & ex antiquo nomen præponimus, & ad iustitiæ normam eidem nobis scribenti concedimus. Reuoluite annales, & si lectum neglexistis, quod asserimus, illic inuenitur. Ab his autem qui » Dei sunt per adoptionem, & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus, cum ille noster & vester institutor ab homine rege nihil accipies, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum Cæsari persoluit, & exemplum vobis dedit ut ita faciatis, docet vos, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur regalia nobis dimittant, aut si hæc vtilia iudicauerint, quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari persoluant. Cardinalibus vtrique vestris clausæ sunt ecclesie, & non patent ciuitates: quia non videmus eos prædicatores, sed prædatores: non pacis corroboratores, sed pecuniæ raptores: non orbis reparatores, sed auri insatiabiles corratores. Cum autem viderimus eos quales requirit ecclesia, portantes pacem, illuminantes patriam, assistentes causæ humilium in æquitate, necessarijs eos stipendijs & comensu sustentare non differemus. Humilitatis autem, quæ est custos virtutum, & mansuetudinis vestræ non minimam notam incurritis, cum huiusmodi quæstiones religioni non multum conferentes, secularibus personis proponitis. Prouideat itaque paternitas vestra, ne dum talia mouet quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem serotinum ori vestro aures suas arrigere festinant. non enim non possumus respondere auditis, cum superbiæ detestabilem bestiam vsque ad sedem Petri repressæ videmus. Paci ecclesie benè semper prouidentes, benè semper valete.

Marth. 17.
Iohan. 13.
Marth. 11.

Marth. 22.

Laudensis
episcopi
spoliatio.

ANNO deinde 1156. episcopus Laudensis Romam sub appellatione tendens, ab hominibus imperatoris spoliatur, & verberatus, affectusque opprobrijs, in custodia tenebatur, ad cuius ereptionem papa Vefontium, vbi tunc curiam imperator celebrabat, Rolandum cancellarium suum & Bernardum cardinalem presbyterum misit, cum imperatore nomine Apostolici opportuna quæque locuturos. qui venientes, primò literas Papæ asperas grauesque dederunt, in quibus scriptum erat, quia quantum nobis non ex æquo responderis, non tamen nos poeniteret, si maiora quam acciperis, de manibus nostris beneficia suscepisses. Quod verbum ita vel imperatorem vel omnes exasperauit principes, ut vix manibus abstinere. Vnus autem legatorum quasi pro Apostolico loquens, stolidissime ita respondit: Si ergo imperator ab Apostolico non habet imperium, à quo habet? quasi sub hominio Cæsar imperium suscepisset. Quibus verbis commotus Otho Palatinus de Wittisbach/ qui gladium imperiali maiestati tenebat, gladio euaginato impetum in cardinalem fecit, vixque ab imperatore retractus est, quin cardinalem exitio dederit. Tandem multis iniurijs impetiti, à conspectu Cæsaris eliminantur, viaque regia reuertere Romam iubentur, & ne quæstionem faciant, monentur. Qui reuersi, iniuriam sibi factam querunt, seque vix mortem euasisse apud pontificem protestati sunt. Contrà imperator Germaniæ principibus irrogatam eam imperio à Papa & à Romanis calumniam conquestus, vicisci dedecus parabat. principes autem verentes, ne controuersia inter regnum & sacerdotium rempublicam inuolueret, dominum Adrianum per episcopum Babenbergensem & alios conueniunt, imperatorem literis mitioribus & alijs nuncijs de notabili priorum arrogantia excusaturi. Pontifex autem audiens nuncios imperatoris cancellarium & Othonem Palatinum Italiam intrasse, imperijque negocia potenter disponere, nam conuentus cum quibusdam Italiæ episcopis & principibus celebrabant, timensque superuenturum imperatorem, salutifero eorum consilio consentit, & supplicibus literis cum salutatione condigna per idoneos legatos de obiectis se excusans, mediantibus principibus, Cæsarem placauit. Inuenio reconciliationem Augustæ fuisse factam, vbi gratiam suam pontifex imperatori apicibus directis restituit. ANNO salutis nostræ

Temeritas
Othonis
Palatini.

stræ 1158. Fridericus redire parat in Italiam, quæ maximis discordijs efferbuerat. nam Mediolanenses rebellare coeperant, in auxilium multas ciuitates Lombardiæ inuitantes, Dertonam euersam eximij reaedificauerant muris, Cumas & Laudam ad contemptum imperij, aliasque munitiones destruxerant. Eo tempore imperator præmisit Cremonam, fidelem imperio Rainaldum cancellarium suum, & Othonem comitem Palatinum de Wittisbach/ qui à Cremonensibus magnifice sunt suscepti: quare de re Cremonenses ab alijs Longobardis indigna sustinere, & quod deterius est, in ipsum imperatorem indigna euomebant conuicia, portionemque regni Longobardorum paulatim subijcere satagebant, authore Gualphago Mediolanen. tyranno. Quam ob rem imperator ingentem exercitum duxit in Italiam. aderat tum Bohemorum rex nuper regia dignitate sublimatus. iste Brixienfes oppressit, quem subsecutus est Fridericus Sueuorum dux, Cunradi regis filius, post hos imperator appropinquabat. Territi itaque Brixienfes, imperatoris iussa se facere iurabant, postmodum imperator iuxta flumen Abduam tentoria fixit, vbi quidam Mediolanenses ex altera parte fluminis in imperatorem conuicia iactarunt, propter quod imperator milites armare capere iussit. ipse verò sicut erat acer animo, non nauem neque vadum fluminis que-
sivit, sed quadam trabe lignea hastarum auxilio fluuium transiit, & cum paucis in hostes prosilijt. Qui territi, in conspectu ipsius fugam ineunt. vbi imperator vix decem se comitantibus, hastam in qua vexillum erat, fixit ante portas castri, in quod hostes profugerant. subsecutus est exercitus. sic trepidantes ciues, se ad gratiam dederunt. at ipse mansuetus, regia benignitate mulieres & paruulos conseruari censuit. prædam castri militibus distribuit, & in præsidij milites suos collocauit. deinde ciuibus Laudensibus in monte dicto Guezionum, super Abduam fluuium vexillo regio urbem designauit decoram ædificandam. Post hæc cum exercitu Melegantium se contulit, vbi Mediolanensium satisfactionem diu expectauit. at vbi satisfacere contemnunt, aduocauit copias ex Longobardia imperator paratissimas, Cremonenses cum xxx. millibus armatorum & episcopo suo Oberto, Papienses quoque & Nouarienses cum copioso & splendido exercitu iunguntur. Iunctis itaque copijs, imperator contra Mediolanenses duxit, qui quidem cum magno exercitu urbem exeunt ad pugnam. Committitur pugna, in qua Mediolanenses fugiunt ad mœnia urbis. insequuntur Cremonenses cum Longobardis, & dū appropinquarent urbi, Mediolanenses equos reflectunt, & rursum pugnam ineunt, ad quod regius exercitus substitit. Imperator hoc videns, continuo irruit in hostes, & eosdem moribundos in urbem redire coegit. post tantum conflictum suburbia ciuitatis fecit incendi, relicta sola turri quam Ro. construxisse feruntur. erat autem sublimis, quatuor subnixæ columnis, à vallo distans parum plus quam sit iactus lapidis, quæ vsque ad ostium erat solida & saxis compaginata quadris. hæc ad urbis tutelam repleta erat armatis, postea imperator urbem circum-
gessit obsidione. & ante portam Romanam sua fecit figi tentoria. paucis diebus iam
hostibus intra mœnia clausis, ad prædictam turrim expugnandam misit. Cumque hi
qui in turri erant, columnas eius cernerent instingi martellis & alijs machinamentis, formidare coeperunt, & se in deditionem obrulerunt. Quibus imperator vitam concessit, & urbis mœnia incolumes intrare permisit. mox ex edicto Teutonici cum tubis turrim conscendunt, exoriturque vndique clamor virorum & clangor tubarum: ex quo ciues inclusi sunt territi, & quid consilij caperent, aut quò se verterent, titubare coepere. Consilio itaque habito pacem petunt, atque ad concilium principes imperatoris flagitant, regem videlicet Bohemorum, Lupoldum Austriæ ducem, ac Einardum Bambergensem episcopum. aderat quoque cancellarius Rainaldus, & Otho comes Palatinus. Isti mediatores, communicatis consilij, & imperatori Mediolanensium iustam subiectionem, & Mediolanensibus dignas imperatoris præceptiones vicissim referebant. Postremò ciues se & sua imperatoris tradiderunt voluntati. gladios itaque denudatos super colla ponentes, cruces quoque & alia insignia præferentes, nudis pedibus ad pedes imperatoris se prostrauerunt, quibus imperator precibus principum flexus, vitam donauit. Post tantos triumphos in die natiuitatis Mariæ diademate imperiali processit insignitus, & cum eo rex Bohemorum corona regia decoratus, alij quoque principes ordine quisque suo. acceptis igitur obsidibus, spes resistendi ablata est omnibus Longobardis. Deinde Roncaliæ, vbi mos Longobardorum est, iustitiam requirere & ab imperatoribus recipere, curiam publicam indixit, edictumque est ab eo, ut de singulis Italiæ
Bbbb
urbi

Friderici se-
cūda in Ita-
liam profe-
ctio.

Transitus
Abduæ.

Obsidio Me-
diolanensi-
um.

Mediolani
deditio.

urbibus viri idonei conuenirent. Conuenientibus itaque eò loci, assumptis prudentibus & nobilibus viris, causas singulorum determinare studuit, primò pauperum, de de baronum, & postremò ciuitatum. exhinc pactum pacis instituit, quod principes Alemaniae facere consueuerunt, & ne quis contra illud attentaret, bannum (id est, poenam pecuniariam) constituit, ita ut si qua vrbs pacis violaret iura, centum marcas auri persolueret, marchio verò quinquaginta, comes quadraginta, capitaneus seu alius maior xx. alij verò decem, & vsque ad tres marcas soluendas constituit. Quòd si quis non posset exoluere, verberibus diris in patria afflictus, per quinquennium exul fieret. Alias quoque leges rationabiles instituit, inter quas vna, ne feudorum iniuste fierent distractiones: iudices quoque praefecit singulis ciuitatibus Longobardiae. Tum contra nouas imperatoris constitutiones murmurare coeperunt Longobardi. non est enim eorum consuetudo banna soluere, sed ut secundum leges Ro. iniuriam passis satisfaciant, prout iurauerunt laesi, de quibus iudex tantum viciesimam vel minorem recipit portionem, prout de iure. Scribit Frisingensis, qui tunc praesens esse potuit, quòd imperator à principibus & iurisperitis diligenter inquisuerit, quo iure ciuitates Italiae subiacerent imperio: & adiudicabantur ei omnium generali sententia regalia omnia, utpote monetae, telonia, nauigia, dignitatum, iudicum & consulum confirmationes, vectigalia, praetoria ab antiquo constituta, exactiones pro necessitate imperij. Ad quae omnia promulganda, nuncij per Italiam destinantur: inter quos fuere praecipui, cancellarius Rainaldus & Ortho Palatinus de Wittisspach, & nonnulli Comites, qui etiam Mediolanum venerunt: conuocatisque ciuibus decreta imperialia promulgarunt. ciues, utpote talium insueti, edicta spernunt, expulsisque cum dedecore legatis, rebellionem toto nisu continuo moliantur, vnde sunt secuta mala plurima. Scribit & Ligurinus, multis non fuisse ambiguum, si credere fas sit, Adrianum pontificem rebellionem eorum fouisse. nam postquam sua iura recondita fisco imperator accepit, vrbes & castella publicata, veterem iram ille extinctam prauis authoribus refricare coepit, iniustum regem, saeuum, superbum, ingratumque sibi, qui culmen vsurparet, asseuerans, non etiam licere Augusto, nisi conuente pontifice, mittere ad urbem legatos: & quòd non liceat fisco, castella vel oppida Papae vrgere collectis, nisi quando primùm Romae gestare coronam imperij incipit: deinde à patrimonio Petri se abstinere, quod nisi fecerit, non ut imperator, sed Ecclesiae deprædator, iuste nominari. subiunxitque, satis argutis rationibus hæc omnia in lucem posse deducere. Imperator obiecta extenuare satagens, opposuit querelas de rupta pace inita, ne pontifex cum Rom. Siculo, Gracove principe ipsius iniussu foedera iniret: denique paratum esse stare iuri vel arbitrio sapientum. Hæc Papa cum recusasset, frustra imperator plura offerre destitit. Hinc Cumas adiit, cuius ciues proprijs puls sedibus per Mediolanenses, sententia imperiali ad suam reuocauit ciuitatem: nec prius recessit, quam Cumarum & insulanorum sedaret discordias. Supra ciuitatem autem Cumarum castrum construxit munitum, quod Paterellum Teutonici vocant, & praesidio illic milites Teutonicos imposuit. Tunc Mediolanenses periuri & rebelles facti, cum magno apparatu praenominatum castrum inuasert, ad portas quoque arietes ducentes, confregerunt castrum, ceperunt milites in praesidio locatos, custodique mancipauerunt. Hoc audito, tota penè Longobardia rebellare coepit. qua de re imperator copijs contractis, Mediolanenses inuadit, eorumque segetes in mense Iunio partim succidit, partim pedibus eorum contriuit, arbores decorticauit, vites succidit, & sic maxima damna illis intulit. Postea ad Laudam veniens, ibi Cremonenses eum adeunt, iniuriasque exponunt, quas ipsis ciues Cremæ villæ contra instituta imperatoris facerent. nam cum apud Roncaliam decreuisset imperator, quatenus Cremenses cuiusdam castrum muros, quos in praedictum Cremonensium Laudenses exerant, deijcerent, & decursus aquarum, quos eodem modo construxerant, ad proprios riuos redire permitterent, Cremenses id Mediolanensium & Brixienensium consilio freti, facere recusant. Erat autem Crema oppidum firmissimum, continens vnus miliaris Longobardici spatium, fossatis & aquarum decursionibus, locis paludinosus & muris vndique benè munitum. vnde sperabant Mediolanenses, id imperatoris resistere posse decretis ac praelijs. Igitur imperator audita Cremonensium querela, permisit eis exercitum, insuper tres nobiles principes addidit, Cunradum fratrem suum Palatinum Rheni, & Bertoldum ducem de Zæringen, Rupertum quoque comitem

Quo iure
Italia Imp.
subiaceat.

Noui Me-
diolanen-
morus.

mitem Basileæ. hi pariter properant ad obsidionem Cremæ. Cremonenses illis occurrunt, committitur pugna, sternuntur hinc inde multi. Tandem Cremonenses compulsi sunt ad vrbes suae moenia confugere, ceperuntque obsideri arctius. Interea aduenit imperatori magnus exercitus de Alemania. Beatrix vxor ipsius, & consanguineus Henricus dux Saxonum & Boioariorum, adduxerunt supra duo millia armatorum. hi oppidum Gardam rebelle expugnant, spolia eius diripiunt, & incendio conflagrant. ascendit exercitus ad centum millia pugnatorum. Vbi innotuit imperatori, quòd Papienses vellent cum exercitu ire contra Mediolanenses, qui terras eorum depopulari fuerant, imperator noctu confurgens, nemore medio ad insidias se collocat, denunciatis Papiensibus, ut vrbi Mediolanensi appropinquarent, & spolia auferrent. Quod cum fecissent, Mediolanenses erumpunt: pugnaque commissa, varia sorte certatum est: & cum Papienses iam fugam meditentur, ex latibus adest imperator. vexillo commisso duci de Zæringen, ex improviso irruit in hostes, & eos in fugam vertit. capti sunt ex Mediolanensibus plusquam trecenti, sexcentis ferè occisis, quorum corpora aliquandiu iacuerunt in campo infeluta, donec imperator longius abscedente, cum planctu totius vrbs sepelirentur. Imperator ad obsidionem Cremæ reuersus, Cunradum fratrem suum ducens, & Guelfonem auunculum suum, qui praeter alias opulentias ex possessione comitissæ Mechthildis habebat militum duo millia, Bohemorum quoque regem nepotem suum, & ducem de Austria, adduxit quoque Henricum Bauariae ducem cum militibus vxoris suae. verum ut Cremas obsideret, primùm legalibus innitens statutis, pactiōnem supra dictam à Cremonensibus fecit exposci. at illi confidentes in sui castrum firmitate, eo quòd olim Lotharius imperator viribus deficiens, non ausus fuerit idem castrum obsidere, de auxilio quoque Mediolanensium & Brixienensium confidentes, praecipis imperatoris superbè contradixerunt, ac mulieres choros ducentes, per plateas cantant: Sicut olim Lotharius, sic & Fridericus recedere cogetur inglorius. Ideo imperator ferocius aggrediens, machinas ex omni parte in muros construi iussit. in ea quoque parte quae fabris aptior videbatur, turrim ligneam erexit, catos & alia instrumenta adhibuit, repletis fossatis terra, lignis ac stipulis: quibus perfectis, vades quos antè dederant, filios ac nepotes de castro, ad crates ligneas quae turri erant appensae, fecit alligari, & sic turrim ad castrum propelli. Tunc illi iustitiae ac foederis naturalis oblitus, de castro lapides iacentes, mangonibus ac alijs instrumentis suos crudeliter peremerunt. Deinde imperator quosdam captiuos ex Crema, in loco eminenti ante oculos eorum fecit suspendi, verum Cremonenses exasperati, vicissim quosdam captiuos supra muros erectis patibulis suspenderunt. Interea dux Henricus decem ciues Mediolanenses capiens, qui praesentati, mox sunt suspendi, tandem quassatis muris, miseri ciues desperare coeperunt, deditiōnem vrbs offerunt, tantum ut personae saluarentur. Quibus imperator, ut erat misericors, permisit ut de castro & de terra cum mulieribus & paruulis exirent, nec de rebus quidquam absporrarent, nisi quantum quis in humeris suis vna vice deportare posset. Mediolanenses quoque & Brixienles abire permisit, qui praesidio affuerant, ut tamen equos & arma relinquere. ô quanta miseria, castrum & praeda hostibus relinquitur, quae militibus distribuitur, & castrum funditus destruitur, prout perfidi meruerunt. Hæc per anticipationem dicta sunt. Inter hæc, ut refert Iohannes scriptor Cremonensis, conspiratio facta fuit contra imperatorem, in qua conspiratione se adstrinxerunt maxima pars cardinalium sedis Apost. Guilielmus quoque rex Siciliae, & penè vniuersae ciuitates Italiae cum multis potentibus, data pecunia immensa domino Adriano Papae, ut imperatorem excommunicaret. Et refert dictus Cremonensis, quòd à fide dignis viris Mediolanensibus & Brixienensibus, qui conspirationi interfuerant, didicerit, quòd illa conspiratio cum Apostolico Adriano, iuramentis adeò firmata fuerit, ut nullus ab altero recedere posset, vel imperatoris gratiam nisi omnibus consentientibus requirere, & quòd si moreretur Papa, de numero conspiratorum alium eligerent cardinalem. Sanè Deus, qui per os Dauid locutus: Male dicent, inquit, illi, & tu benedices, in contrarium hoc vertit. Factum est enim, ut cum praefatus Adrianus apud Anagninam denunciaret excommunicationem contra imperatorem, paucis diebus euolutis, refrigerandi gratia processit cum suis. Cumque venisset ad quendam fontem, hausit & bibit. ac continuo (ut fertur) musca os eius intrauit, gutturi eius hæsit intantum, ut nullo artificio medicorum auelli potuerit, quoad spiritum exhalaret. Hæc ille abbas Vrspergensis sic. Verum

Beatrix re-
gina auai-
lia.

Crema ob-
sidio.

Crema di-
fusa.

Conspiratio
contra Fride-
ricum Imp.

Psal. 138.

De Adriani
interitu.

cum Itali quos legere potui, nullam de hoc faciant mentionem, & Iohannes Flabborienſis aliſque multam de Adriano referant honeſtatem, & præſertim hic Iohannes aſſerat ſe audiſſe Adrianum dixiſſe, quòd Romano pontifice nemo ſit miſerabilior, & quòd conſeſſus ſit ſe in illa ſede tantas miſerias inueniſſe, vt facta collatione præſentium, tota præterita vitæ amaritudo, iucunditas & felicitas ei fuerit: intellexiſſeque quòd ambire ſummum pontificatum, & non ſine fraterno ſanguine ad illum aſcendere, eſt Romulo ſuccedere in parricidijs, non Petro in ouibus paſcendis: hæc & alia ambiguum me reddunt, quid potiùs eligendum, quidve credendum ſit. Scribimus enim reſ geſtas affectu nonnunquam plùs, quàm veritatis amore ducti. Verùm vnum hoc adijcimus, Adrianum virum fuiſſe integrum, Eccleſiæ reſ & patrimonium ampliſſe, & multa bona feciſſe, inſuper iuſſu Eugenij Noruegiam prædicando & benè monendo ad Chriſti fidem redegeſſe. hæc Platina. Moritur autem, relicta in magno precio Eccleſiæ ditione. Eo inter mortuos relato, pars ferè tota cardinalium in Friderici principis & Teutonicæ nationis ignominiam, Rolandum cancellarium, euidentem imperij hoſtem, elegit in Papam: ſed Guido Cremenſis, Iohannes S. Martini, Imarus Tuſculanus epiſcopus, cardinales, Oſtauium cardinalem legunt, adnitente vrbs præſecto & populo, omniſque militia præter Othonem Cincium: & præſente apocriſtario palatii, Decanus cum choro eccleſiæ S. Petri ſubſcribunt electioni domini Victoris tunc appellati, hoc eſt, Oſtauiani. Facta tum dicitur pactio inter electores, vt neutra pars ſuum inthronizaret, donec diſcordia ſopiretur. Interim verò pars Rolandi, vt pote maior, ſuam electionem promulgauit, vnde ſchiſma ortum eſt. Hoc factò, Oſtauius ſeu Victor obedientiam recepit eorum qui ad ſe venire volebant. Rolandus verò, qui & Alexander tum eſt dictus, ſeceſſit ab vrbe. poſt cuius reſeſſum Victor xj. diebus reſedit in vrbe. Rolandus autem cum ſuis vix impetrato comæatu, ad ſuum Siculum ſe tranſtulit, & duodecimo poſtmodum die inthronizatus eſt. Alexander itaque anno Domini 1159. inthronizatur. ſedit annis xxj. Is imperatorem adhuc Cremam obſidentem per legatos rogat, vt imperiali authoritate interpoſita ſeditionem tollat. Reſpondit Fridericus, vtrunque pontificem Papiam ire oportere, quòd & ipſe proficiſceretur, cognoscendæ diſceptationis cauſa. Hoc ideo feciſſe fertur, ſecundum quosdam ſcribentes, non vt illos iudicaret, ſed vt à prudentibus & religioſis viris, quos vocaret, addiſceret, cui electo potiùs obedire deberet. Qua re cognita, Alexander Anagniam ſe contulit. Fridericus verò indignatus, quòd dicto ſuo Papa non obrempaſſet, miſit nonnullos epiſcopos ad Alexandrum, eum non pontificem, ſed cardinalem appellans, vtque ad concilium Papienſe accederet, monuit. Verùm ab Alexandro reiecti & conſutati, ad Oſtauium ſe conferunt. dixerat enim Alexander, Romanum pontificem à nemine iudicari debere. Igitur abeuntes reiſecta epiſcopi & oratores, expectantem Signiæ Oſtauium, cui pontifici nomen Victori inditum erat, vt pontificem venerati ſunt, eumque Papiam deduxerunt, quem imperator in concilio Papiam declaratum adorauit, & equum eius de more per vrbeſ deduxit. hunc etiam imperator poſtea miſit in Alemaniam, vbi cuncti ei obedientiam fecerunt. Qua iniuria Alexander permotus, præmiſſa admonitione canonica, Oſtauium & Fridericum anathematis vinculo colligat, deſtinatis literis & nuncijs per orbem, qui ſuam iuſtitiam oſtenderent. ipſe Romam ſecundo ſui pontificatus anno redijt, multosque in vrbe aduerſarios inuenit, maximè cum Friderici exercitus, præter vrbeſ veterem & Anagniam, omnem Eccleſiæ ditionem iam occupafſet. quare pontifex hortante etiam Philippo rege Francorum, Tarracinam profectus, conſenſo nauigio, ad eam rem mandato Guillelmi regis Siciliæ parato, in Franciam contendit, conuentuque in Claro monte habito, anathema in imperatorem & Oſtauium fulminatam promulgauit. Fridericus continuò poſt, ſegetes Mediolanenſium vaſtat, pontem inter Mediolanenſes & Brixienſes quendam deſtruxit. Interea Mediolanenſes contractis copijs, Coracium vicum cum ingenti multitudine Brixienſium & Placentinorum capere parant. Ad quod imperator cum ſatis iuſto exercitu occurrit, iuxta eos tentoria fixit, vbi Mediolanenſes ab imperatore per nuncios petunt, quatenus ſine pugna ad vrbeſ ſuas eos redire permitteret. Habita repulſa, Mediolanenſes tanquam in periculo mortis poſiti, ſumpto viatico, conſiſtum ineunt, pedites multos amittunt, quibus & imperator vexillum abſtulit, protracta tamen pugna & laſſato exercitu imperatoris, irruunt de-

Alexander
3. Papa.
Victor an-
tipapa.Victor Fridericus
Pam ſalutarFriderici &
Oſtauium
Alexander
exccatur.

nuo

nuo ſubintroducti milites Brixianorum, Placentinorum, aliarumque ciuitatum, multos de exercitu imperatoris occidunt & capiunt, ipſe quoque imperator cum paucis in gyro ſe defendit. Superuenit eo in conſiſtu tempeſtas & pluuia denſiſſima, ira vt nullus proximum diſcernere valeret. ſicque factum, vt imperator ſupplicatione ſuorum flexus, à campo certaminis cederet: hoſtes verò cum captiuis tanquam victores abiere. Superuenerunt tum imperatori auxilio Fridericus Cunradi regis filius, & dux Bohemiæ regis filius, Daniel quoque Pragæ epiſcopus, Rainaldus Colonienſis archiepiſcopus, imperialis aulae cancellarius. Cum his & alijs copijs imperator ciuitatē Mediolanū obſidione vallauit. Verùm obſidendæ vrbs Mediolanenſis hæc fuerat cauſa, quoniam, vt reſert Volat. Alexander ad Gualſagū Angliæ comitem ac Mediolanenſem principē ſeſe receperat. quam ob rem ira percitus imperator, in Italiā veniens, poſt factam & latam in ſe execrationis ſententiam Mediolanū obſedit, ac terras quæ cum ea conſpirauerant, deſolauit. deſecerat enim omnis penè tranſpadana regio ad Alexandrum, atque in eius nominis honorem Alexandriam ciuitatem à fundamentis conſtruxerunt. Gualſagus igitur Mediolanenſis princeps imperio rebellis, multa in vrbe contra imperatorem molitus eſt. Sed cum imperator ciuitatem aſſiduus inſeſtaret conſiſtibus, contigit circa veſperas vnius diei inter partes comiſceri præliū ante muros vrbs, in quo Fridericus Sueuorum dux vexillifer iuxta portas vrbs induxit exercitum. pugna facta, imperator ſuper ponte, equo multis vulneribus interempto, pedeſter remanſit. inualeſcente autē prælio, tandem Mediolanenſes cedunt, vbi in fuga multi caſi, & plus quàm mille viri capti ſunt, quos imperator ad Laudā miſit, vbi hyeme in compedibus nudi & ærumnoſè fuere ſeruati. Multa ſæpe ſtragès habitæ, anno tandem ſeptimo poſtquam obſideri cœperat, vrbs capta eſt. Ferunt quidam, Mediolanenſes multis attritos terroribus damniſque, fame quoque & inedia perculſos, ſine omni conditione ſe & ſua in manus imperatoris tradidiſſe. egreſſi feruntur ſeorſum nobiles, ſeorſum populares, qui proceſſerunt vſque ad vrbeſ Laudam, vbi manebat imperator, plebeij verò vexillum S. Ambroſij ſuper Carotium ſuum affixerunt: itaque iurata & tradita eſt ei poteſtas ſuper vrbeſ. Alij tamen ſcribunt, Iudæos prodidiſſe ciuitatem, nonnulli ſcribunt vi captam. Vt cunque ſit, vtique conſtat in poteſtatem imperatoris vrbeſ veniſſe, prædaque facta, innumerabiles viros & mulieres cum paruulis in Germaniam tranſmiſſos. Tunc quoque Gualſagus cum Iohanne epiſcopo & multis ex vicecomitum familia captis, in Germaniam relegati ſunt. hunc etiam Gualſagum, vt quidam ſcribunt, Fridericus triduo ſub menſa ad modum canis tenuit, & multis flagellis cædi fecit, qui & in Germania multis annis in compedibus manſit. Tandem compedibus ruptis, euasi, vt dicitur. At imperator mœnia cuncta ciuitatis euertit, vrbeque ſolo adæquata, aratrum per circuitum duci, & ſal in perpetuam damnationem ſeminari iuſſit. reliqui autem ciues in quatuor vicis ab vrbe remotis collocati ſunt, vbi in tugurijs & mapalibus multo permanserunt tempore. Nobilitatus triumpho imperator, oliuarum feſto in baſilica S. Ambroſij cum oliua triumphalem geſtabat victoriæ palmam: vbi expletis ſingulis, Ticinenſi in vrbe in paſchate cum Beatrice conſorte curiā celebrauit. Placentinis quoque & Brixienſibus, ne à fide deſciſcerent, ſecundum iuramenta præſtita præcepit muros ſuos & foſſas deijcere, turres euertere, ſicque diſpoſuit ciuitates rebellium reliquas. Mediologo ſubuerſo, imperator reliquias ibi inuentas inter prælatos & principes diuiſit, trium quoque Magorum corpora apud S. * Euforgij, vbi nunc eſt habitatio fratrum Prædicatorum, recondita, dedit Rainaldo Cplonienſi archiepiſcopo, qui ea ad Coloniam honorificè tranſportauit, & in maiori Eccleſia decentiſſimè collocauit. Eo quoque tempore Guelpho, cui Fridericus omnem ſubiecerat Tuſciam, cum reliquis ad eandem pertinentibus, in Tuſciam mouens, exercitum ſuum illò perduxerat, atque maximum apud S. Geneſium conuentum habuit, in quo ſeptem baronibus ſeptem comitatus cum tot vexillis in feudum conceſſit. Deinde ſoluto conuentu, à Piſanis & Lucenſibus alijsque ciuitatibus honorificè ſuſceptus, Tuſcia omni cum Spoletò & reliquis plena poteſtate aciure potitus eſt. Inde ſuos illic cum filio Guelphone conſtituens, eandem illi regendam commiſit, fortiſſimos quoſque milites ibidem reliquens. ipſe verò per vallem Tridentinam cum reliquis exercitus ſuppetijs ad ſua reuerſus, ſtrenuiſſimè cuncta gubernabat. ANNO Domini 1165. Hugo comes Palatinus de Tubingen, Brigantiæ & Rhetiæ Curienſis comes, quosdam milites ducis Guelphonis pro ſuis exceſſibus captiuos ſuſpendit, & caſtrum eorum Mo-
ringen

Mediolanū
diripitur.

Gualſagus.

* Euforgij.
Triū mago-
rū corpora
Coloniam
tralata.Guelpho
Tuſciam oc-
cupat.Hugo Pala-
comes de
Tubingen.

ringen destruxit, pro quo dux Guelpho conquerens, filium Guelphonem quem Tu-
 scia & Spolero praefecerat, de Italia reuocauit: ipse verò eò iturus, filio omne patri-
 monium & possessiones, quas ex matre habiturus esset, ex integro tradidit. Vnde
 hoc anno Guelpho iunior cum multis principibus ac baronibus exercitum duxit ad
 castrum Tübingen, habuitque in exercitu militum duo millia & amplius. hi omnes
 octauo Idus Septembris sabbato circa Tübingen castra posuerunt, & diem Domi-
 nicum in quiete ducere statuerunt. Cumque die Dominico multi de nobilibus &
 principibus facere concordiam attentarent, quidam proterui viri de castris Guel-
 phonis eruperunt, quibus alij ex castris Tübingen occurrunt. Conflictus oritur circa
 castra. Comes de Beringen vexillifer fuit Guelphonis. Assuerunt & tres episcopi in
 castris, Augustensis, Spirensis, & Vormatiensis, Bertoldus quoque dux de Zæringen.
 Superuenerat autem nocte praecedenti in castrum Tübingen ex Rhetijs dux Frideri-
 cus Cunradi regis filius, de Notenburg dictus, cum mille quingentis equitibus. Ade-
 rat & comes Zolorensis. hi omnes erumpentes ex oppido, & pugna facta, in fugam
 vertunt obsessores, qui quidem dispersi atque confusi, fuga facta, 900. ex eis sunt ca-
 pti, alij verò agrè sylua salutem quærentes euasere, ipse autem dux Guelpho ad ca-
 strum * Aßels duobus vel tribus comitatus, se proripuit. Excitus Guelpho senior
 tali infortunio filij, de Italia cum imperatore Friderico in Alemaniam redijt, egitque
 vt eius mandato captiui omnes relaxarentur: ac reformata est inter praedictas par-
 tes pax, quæ per anni spatium tantum durauit. Nam Guelpho iniuriarum memor,
 terram Palatini rursus depopulatur, & duo castra ipsius Reßmünz & Wilsar destruxit,
 in quibus 60. viros cepit. Tunc Palatinus fractus animo, Fridericum ducem de
 Notenburg, qui Guelphoni plerumque aduersabatur, interpellauit, qui etiam eius cau-
 sa filium regis Boemorum cum gente seuissima aduocauit. Hi totam ferè Germa-
 niā a nemore Boemiæ per Bauariam & Sueuiam immaniter vastauere, & suis spur-
 citijs foedauere. tandem prouidentia imperatoris dictus Palatinus in potestatem se
 Guelphonis tradidit apud Ulmam coram imperatore & principibus, & Guelpho
 cum in exilium misit ad castrum Muenburg in Rhetia Curienti, vt scribit Otho de S.
 Blasio. Interea imperator schismatis tollendi causa, legatos ad Philippum Franciæ
 regem oratores summos de imperio misit, quorum legationis summa fuit, debere
 ambos Christiani orbis summos principes, vtrunque pontificem, quenque ad su-
 um conuentum perducere: in quo solidiori innixus iustitiæ alter confirmaretur:
 hortaturque regem, vt Alexandrum adducat Diuionem, qui locus indictus est ad
 conuentum, & ipse se vnā cum Victore pollicetur affuturum. Et scribunt aliqui,
 quod comes de Moys dederit fidem imperatori, regem Franciæ ad conuentum ven-
 turum. Sanè imperator venit, & iuxta fluiuium * Sauum, qui Gallos à Germanis
 diuidit, prope Diuionem cum papa Victore tentoria erexit. Aderant tum reges
 Scotiæ & Boemiæ, magnis armatorum copijs stipati. verum Alexander ad id se
 concilium profecturum recusauit, quod ipse non indixisset. Vnde rex Franciæ an-
 tequam Fridericus venisset, accessisse locum fertur fraudulenter, & in redemptionem
 fideiussoris comitis de Moys, de aqua fluminis in medio pontis manus lanif-
 se dicitur, & requisito sub voce praconis imperatore, Innocens, inquit, ego sum.
 Quo sine mora abeunte, superuenit imperator die dicta, & regem Francorum iam
 abiisse intellexit, ipse ira plenus in Germaniam rediens, Octauianum quem paulò
 post consecutus erat, in Italiam remisit. Varia scriptores de concilio Diuio-
 nensi sentiunt. Nam Blondus scribit, Fridericum dolose voluisse agere cum Alexan-
 dro, vt deponeretur. Alijs non videtur hoc vero simile, vt rege Francorum praesen-
 tare, potuisset imperator fraudem aliquam perficere. Quoniam autem sub dubio res
 laret, facultas cuique datur eligendi quod voluerit. Verum hoc patet, quod paulò
 post Octauianus moritur in Luca ciuitate, & in Ecclesia matrice ante Nicodemi se-
 pulchus est imaginem, vbi, vt aliqui scribunt, plurimæ virtutes eius meritis à Do-
 mino factæ sunt, licet Itali aliter sentiant. Pro Victore Guido Cremensis in sum-
 mum pontificem surrogatur, Paschalis dictus, anno Domini 1165. cui obedientiam fe-
 cit imperator Goslaræ, & post eum Henricus dux Bauariæ & Saxoniar, Cunradus Pa-
 latinus Rheni, Lantgrauius * Turingiæ, Magdeburgensis, Bremenensis, Treuerensis, Co-
 loniensis, * Babenbergenensis archiepiscopi, & omnes ferè Teutonici, & plerique Itali-
 ci episcopi. ANNO eodem salutis nostræ 1165. in Italia focij populi imperatorem
 veriti cum exercitu reuersurum, vires suas adaugere adnixi, vicinos orauerunt popu-
 os,

Achela ca-
strum.Reditus
Imp. &
Guelphonis
in Germ.Guelpho-
nis succes-
sus.Paschalis
pontifex.

los, vt & consenserint suis foederibus. Cremenfes igitur, Brixiani, Bergomenfes, Me-
 diolanensesq; dispersi & Placentini, Veronensibus societate iuncti sunt, ac ictis foede-
 ribus, suafu Venetorum, praeter tributa imperatoribus dari solita, nihil potestatis in
 eorum vrbibus Friderico permifere. Eodem tempore Iulio Prænestino episcopo
 vicario vrbis Romæ defuncto, Iohannes tituli sanctorum Iohannis & Pauli cardinalis,
 suffectus est, qui prudentia & largitione maximam populi Romani partē Alexandro
 conciliauit, Cremenfi Guidone spreto, & vsqueadeo tum authoritas Alexandri pon-
 tificis in Romanorum animis reuocata est, vt eum publicè censuerint aduocandum,
 qui è Parisijs ad mare Gallicum delatus, in Siciliam peruenit: inde Guilielmo Siculo
 procurante, Romam perrexit. Quo tempore Veronensium factionibus excitati Lon-
 gobardi, Friderici ditionem, si qua in fide manserat, multis incommodis affecere, &
 Veronenses castella quædam imperatorio munita praesidio diripuerunt. id quod Ira-
 lia iam moliebatur, Friderici armis resistere, quod redituri pontificis expectaret au-
 xilia. Alexandri autē aduentu Cisalpinæ Galliarum populi mox ad spem libertatis ere-
 di, in Fridericum (vt ipsi dicebant) seuerè imperantem arma sumunt. ea de re Fride-
 ricus cum solito Germanorum maiore exercitu in Italiam reuertitur, qui tum con-
 iurationem contra se factam dissimulans, in agro Brixiano nulli molestus subsedit:
 omnes Veronenses atque Cremenfes se aduocantes, benignè allocutus est. Bononiam
 adiens, mitissimum se exhibuit. At cum Guidonem Cremensem, Paschalem dictum, ab
 Hetruscis speni, & Alexandrum Romæ summo haberi in honore intelligeret, partē
 copiarum in Hetruriam misit, à quibus vrbis Romæ terra hostiliter inuasa est, & pars
 quæ in Hetruscos vergit, ad partes imperatoris est reuerfa: nec deerant in vrbe ciues,
 qui partes secuti imperatoris, Guidonem fouerent, & Germani proceres largitione
 plurimos seducebant, ita vt Alexander Papa pecunijs Ecclesiæ in vrbis defensionem
 expositis, & concionibus homilijque per singulos dies habitis parum proficeret. ipse
 verò imperator Anconam interim obsidens, in suam potestatem paulò post redegit.
 Dum autem imperator Anconam rebellem obsidione cingeret, Rainaldus Colo-
 niensis archiepiscopus, antea pro negocijs imperij ingressus in oppidum Tusculanū,
 iuxta Romam aliqua tractaturus venit. Romani verò antea Tusculanis Albanisque
 malè moti, nō magis quia Germanis fauissent, quam quod imperata immoderatiùs
 tributa pēdere noluisent, audito etiā quod Coloniensis archiepiscopus ibi morā face-
 ret, accensus ira populus Ro. tota vrbe diffunditur, & ad 30. millia armatorū, archie-
 piscopum in castris in ignominiam Caesaris obsidione concludunt. Quod imperato-
 ri continuo Anconæ nunciatum est, qui consilio principum, maximè laicorum, retra-
 hitur, ne obsidionem solueret. Erat in exercitu archiepiscopus Moguntinus, qui cum
 intellexisset ecclesiasticos principes in suis necessitatibus negligi, conuocatis quos
 prece vel precio potuit, 500. milites & Sarianos 800. ad bellum instructissimos con-
 gregauit. ac cum venia imperatoris abiens, ad liberandū archiepiscopū properauit.
 eò perueniens, locatis ex opposito ad castra Romanorū militibus, illos per nūcios in-
 terpellat, virtutemq; priscorū Romanorū ad memoriā reuocans, petit vt antistitē ob-
 sessum liberè abire sinerent, nam in eorū damnū nō aduenisset. sed in casum verba fu-
 dit. Responderūt enim, episcopum eiusq; exercitū volucris cæli escā se duros, &
 vt se ad pugnā præparent, edicunt. archiepiscopus verò non territus, suos hortatur ne
 spem in fuga ponāt, vt pote & à patria & ab exercitu imperatoris remotissimi, sed ho-
 stium ignauia memores, pro vita totis viribus decertēt. Innotuit aduentus sociorum
 Coloniensium, & his qui erāt in oppido. vnde milites Teutonice animositate alacres, acies
 ordināt, qui primi irruant, qui à latere, & qui pondere prælij laboratibus praesidia præ-
 stent, & sic signis erectis, Deo causam suā cōmittentes, cōtra Ro. procedūt. archiepi-
 scopus autē Coloniensis cū castellano & suis 300. militibus, ad subueniendū se præpa-
 rabāt. nouerāt enim signa amicorū. Pugna igitur cōmissa, fractis læceis, res gladijs agi-
 tur & sagittis. Et ecce Coloniensis cū expeditis, licet paucis, militibus castello erūpens,
 Romanos à tergo inuadit. sic bello antè & retrò circumdatus, dū acriter pugnatur, Chri-
 stianus archiepiscopus Moguntinus cum subsidiarijs acie Ro. à latere inuasit, eosque
 diuifos tribus in locis cecidit. Itaq; multis occisis, pluribus captis, Romani superati, fu-
 gam ineūt, in qua multi periere. praesules itaq; militibus à cæde reuocatis, cū maxima
 lætitia triūphantes noctē illā duxerūt. manè factō, Romani ad tollēda cadauera occi-
 sorū veniētes, fugātur. Tandem missis nūcijs, vt amore S. Petri respectu Christianitatis
 eis mortuos suos sepelire permittāt, suppliciter obsecrāt: quod à praesulibus hac cōditi-
 Romanorū
strages.

Alexand. in
vrbem re-
uocatur.Tertia Fri-
derici in Ita-
liam profes-
sio.Archiepi-
scopus Co-
loniensis
obsessus.

one est concessum, scilicet quod occisorum captiuorumque sub iuramento numerum presentent, & sic pace data, mortuos ad sepulturam tollit: qua computatione facta, inuenerunt occisorum ac captiuorum de suis numerum penè 15. millium. Hæc Orho de S. Blasio in continuatione chronicae Orthonis Friising. Itali penè scriptores rem ita gestam describunt: præfuisse Tusculanis Rainonem comitem, quo auctore Romani tantam feruntur accepisse cladem. Raino is, est, qui à Lothario Imp. Apuliæ ducatu donatus, à Rogerio inde deiectus est, eum mortuum sub Innocentio plerique asserunt. Sed Itali aiunt præfuisse adhuc eum tali tranquillitate, ut cum Germanus esset, ab Alexandro tamen non esset alienus. verum ad eum fuit Romanorum pertinax in Tusculanos odium, ut neque venturi mali metu, neque Alexandri monitis, Tusculanis pacem darent. Raino obsessus, accersitis qui apud Nepefum & Sutrium confederant Germanis, Romanorum furori occurrit, hostem repressit, ad eum ut Canensem cladem æquasse scribatur ea Romanorum strages. Hostes elati victoria, ditionem Romanam populantur, quæ res ut Alexandri animum omnino fregerat, ita Friderico quoque non nihil attulit curæ, cum pontificis vires externis iam augeri intellexeret. Nam Emanuel Græcus imperator legatos ad pontificem misit, qui ei pollicerentur, & magnas copias in Fridericum, & vnam mentem omnium Græcorum cum Ecclesia Ro. conuenientem, ut Orientalis cum Occidentali eadem fieret, si patere imperium Rom. antea diuisum, in vnum corpus redire. Pontifex verò tanta re in fratrum suorum cardinalium concilio discussa, duos ex eo collegio oratores addidit, qui Constantinopolin accedentes, omnia exploratius intelligerent. Tum & Barbarossa Anconam ilico dimittens, ad urbem properauit, nec prius substitit, quam de monte Malo mœnia insepexit. ad diem sequentem copias in prata Neronis subducat, & Vaticanam irruptio pertentata. irrupissetque, nisi à familiaribus pontificis fuisset defensa. quare circumductis ad B. Petri basilicam copijs, parietem illius perfringere, est nisus. & cum id tardiusculè succederet, ignem testo valuisque supponi iussit, sed aditui incendium auertere cupientes, valuis referatis, illum furentem ingredi permiserunt. His intellectis, pontifex iam irrupturos Germanos cernens, in ades Fregepanum ad Palladium confugit. Tum verò Guilielmus Siciliae rex, audito pontificis discrimine, magnam vim pecuniæ & triremes duas paratissimas ei misit. At imperator interca archiepiscopos episcoposque Germanos in urbem misit oratores, id cum populo Rom. curaturos, ut pontificis vtriusque Alexandri & Cremen. causa, vel à populo æquis auribus audita discussaque, dignior in vno Ecclesiæ caput constitueretur. Quod si fieret, pollicebatur sese pacem vrbi, & omnia quæ occupasset, Ecclesiæ redditurum: quæ res certè cum tota ad Friderici nutum spectare videretur, pontifex noctu abiens nauigatione, salutè sibi fuga quaesivit, Caietam primò, mox Beneuentum delatus. expulit nihilominus Fridericum ab ipsa vrbe pestis, quia passim veluti pecora & ciues & milites interimebat. mortui sunt episcopus Colonienis, totius in centor schismatis, Spirensis, Ratisponensis, Pragensis, Verdensis, Leodiensis, Fridericus dux Sueuiæ filius Cunradi regis, Guelfo dux iunior, Berengarius comes de Sulzbach, Henricus comes de Tubingen cum pluribus alijs. ANNO Domini 1168. & sequentibus annis, prout opportunitas temporum concessit, cepit imperator in Tuscia & terris Romanorum castra ad se spectantia, suæ potestati vèdicare & quædam noua cõstruere, in quorum præsidijs Teutonicos præcipuè collocauit. in monte siquidem Radicophano eminentissimè castrum ipse primus cõstruxit, ex quibus Romanos ad eum perdomuit, ut Alexander papa coactus secederet ab vrbe. Milites quoque Teutonicos imperator per Italiam dignitatibus præfecit. Sed & per hoc etiam tempus Emanuel Constantinopolim imperator, apocritarium suum ad Alexandrum secundum mittens, magnam legationi vim pecuniarum addidit, quam orator inprimis obtulit, deinde longa oratione concludit, pollicens Græcorum subiectionem Occidentali Ecclesiæ faciendam, si coronam Occidentalis imperij, qua Fridericus iuste & debite priuatus videretur, pontifex Constantinopolitano reddere vellet: quibus, habito consilio cardinalium, ita respondit Alexander, Se nolle id in vnum coniungere, quod olim de industria maiores sui disunxissent: Insuper super hac re tam difficili, tamque matura, inter patres colloquendum, idque tum fieri, cum ex episcoporum suorum conuenientia concilium propediem congregaretur. res enim hæc, ait, non vnius est hominis, sed plurimorum: quare non ab vno, sed à pluribus agenda. Moritur interim Guido Paschalis dictus, in basilica S. Petri, quam magno Friderici præsidio adhuc obtinebat, cuius in

Raino comes.

Emanuelis apud Pont. legati.

Frid. Vaticanum intrat.

Alexandri fuga.

Radicophanum castrum.

Callistus Antipapa.

in locum à seditionis quibusdam sufficitur Iohannes Sarmien. abbas, cardinalis ex Pannonia, vir pridem furto infamis, quem Callistum vocitabat, quem imperator fouit ac manu tenuit in Apostolica dignitate. Per idem tempus Fridericus imperator Bambergensem episcopum, bene & catholicè de Alexandro pontifice sentierem, ad eum misit oratorem. obtulit autem Fridericus Alexandro & Ecclesiæ pacem quantumuis amplissimam, voluit tamen Longobardos ab hac pace excludere. hoc Blondus eum scribit fecisse, ut distinctos postea utrosque facilius posset cõficere. Verum sit nec ne, Deus nouit. sed pontifex dolos putans, simplicem virum re infecta ad imperatorem remisit. Alexander pontifex diu cum Ro. inter hæc colluctatus, ad urbem præscriptis sibi conditionibus posse accedere postulauit. consulibus enim & populo pollicebatur, nihil agere aut intentare, præter illa quæ diuinam rem in Ecclesijs cernerent: & cum non admitteretur in suam & Ecclesiæ terram, in Campaniam se contulit. Nunc ab Occidente ad Orientales styllum flectendo, bella terræ sanctæ narrare pergam. eniuero Friderici imperatoris primo anno inclutus rex Balduinus Hierosolymorum quintus, congregata regni militia, ad deuastandam Afcalonam ducit. Est autem Afcalonam, vna ex quinque ciuitatibus Philistinorum, in littore maris sita, formam habens semicirculi, cuius circumferentiæ arcus super terram, ad Orientem respicit. Hanc igitur urbem per annos 50. postquam Ierusalem à Christianis occupata est & obrenta atque possessa, adhuc resistentem nostri tunc primò obsidere ausi sunt. itaque mari terraque vndique vallata infestabatur, ciues verò viriliter resistebant aliquandiu, & cum per quinque menses obsessa esset, & nostris spes potiundæ vrbis amplior data, classis Aegyptiorum, nostris videntibus, nec prohibere valentibus, ad portum vrbs applicuit. Eo tempore dum Christianus populus circa Afcalonis expugnationem desudaret, Noradinus videns Christianos occupatos, ingenti militia regnum Damascenorum inuasit. vbi cooperantibus pro magna parte Damascenis, regem eorum dissolutum & inutilem regno priuauit, & fugere ex Oriente compulit. Capta itaque Damasco, & omni circum regione subacta, æstimans exercitum nostrum ab Afcalonem remoueri, Paneatas obsedit, sed in utroque frustratur. nam Noradinus ipse circa obsessam ciuitatem nihil profecit, & nostri Afcalonem ad deditonem compulerunt, quanquam & id sine damno nostrorum minimè factum sit, ciuibus omnimodis requiem negantibus, & nostris stragem quotidie non paruam hostium facientibus. vno enim die circiter 40. ex fratribus Templi, violenter in muri quodam foramine ingressi sunt ciuitatem, qui omnes occisi sunt. Verum die quadam post hæc ciuibus ultro ad pugnam exeuntibus, ad eum graui strage à nostris prostrati sunt, ut non esset in ciuitate familia, quâ luctus domesticus non premeret. quare consumpto militiæ robore, omnis resistendi virtus eorum emarcuit: de communi omnium consilio interpositis conditionibus, ut cum vxoribus & liberis & omni supellecile eis egredi liceret. Capta autè est Afcalon anno Domini 1154. ANNO eodè Rainaldus de Castilione, Constantiam Raimundi principis Antiocheni relictam, vxorem duxit, non sine admiratione multorum. nam multi inclyti viri, eius matrimonium appetebant: sed omnibus spretis, stipendiarium militem Rainaldum occultè sibi maritum elegit: qui videns quod non multum patriarchæ placeret, motus indignatione patriarcham cepit, & eum ignominiosè tractauit. nam virum senem nudo capite ac melle delibutum per diem æstiuum in sole feruentissimo stare compulit, deinde omnibus bonis spoliatum dimisit. Idem Rainaldus Antiochenus princeps peruersorum omnium, quorum plerunque arbitrio utebatur, Cyprum insulam regno Hierosolymitano vicinam, quæ tunc temporis sub imperatore Constantinopolitano tenebatur, populis fidelibus refertam, violenter occupauit: vrbes contriuit, oppida deiecit, monasteria tam viro rum quam foeminarum impudenter cõfregit: auri & argenti quod inde abstulit, non erat numerus. Deinde tamè cõscientiæ stimulis agitatus, cogitabat quo pacto posset se de tanta offensa imperatori reconciliare. de cõsilio igitur suorum venit ad imperatorem in Ciliciam, vbi cum summa ignominia populi Latinorum reconciliatus est. nudus enim pedibus, indutus laneis manicis vsque ad cubitum decurtatis, ac circa collum fune ligato, gladium habens in manu nudum, cuius capulum imperatori porrigeret presentatus, ibique ante pedes eius in terra laeuit tam diu prostratus, quousque cunctis verteretur in nauseam, & gloria Latinorum in opprobrium & fabulam. Hic Rainaldus postea anno Domini 1160. cognito quod terra quæ fuit principis Edefeni, absque militaribus copijs armentis referta esset, collecta ingenti militia, profectus est ad locum: & nemine resistente,

Balduini regis successus.

Patriarchæ captus.

dux

resistente, infinita præda inde reportata est. Quo audito, hostes fidei se cohortati, magnis copijs insecuti, cum nostris prælium committunt. diuque concertantes nostri, tandem consternati, præda dimissa, terga dederunt, multis occisis & nonnullis captis, inter quos & ipse Rainaldus captus est, atque Alapiam cum alijs captiuis multa cum ignominia ductus. Balduinus autem rex inter hæc, dum quandam ciuitatem, quam Turca præter præsidium occupauerant violenter, occupatamque succenderant, reedificasset: inde rediens Hierosolymam, subito Saraceni in via positus insidijs, ipsum undique aggrediuntur, atque suis omnibus in fugam conuersis, ipse penè captus est: verum velocitate equi cui infederat, saluatus, illorum euasit manus. Capta est illa die de Christianis maxima multitudo, cæsi autem pauci, inter quos & magister templi captus est. Acta sunt hæc anno Domini 1138. 13. Kalen. Iulij. Sequenti anno Noradinus Christianis infestissimus, congregatis copijs, castrum quoddam quod Spelunca dicebatur, obsedit. Quod cum Balduino innotuit, assumpta militia regni, una cum Theodorico Flandrensi comite ad soluendam obsidionem properat: quod Noradinus audiens, obsidionem soluit, ac regi occurrit. pugna facta, hostes fidei non sine multa strage in fugam sunt versi. Post casum verò Rainaldi rex Ierusalem ab Antiochenis vocatus, Antiochiam profectus est, compositisque rebus principatus, ad propria est reuersus. non autem multo post iterum Antiochiam perrexit, ubi grauem infirmitatem incidit, qui mortis sibi sentiens imminere periculum, Berytum se exportari fecit, conuocatis ad se prælatis & principibus suis, coram omnibus ibidem fidem suam pie ac religiosè articulatim aperiens, pontificibus peccata cum multa poenitentia confitens, canis solutus ergastulo, animam exhalauit. Dicitur, in quadam medicina venenū sibi propinatum fuisse, nec id quidem à veritate multum discordat, quum reliqua pars ab catello cui porrigebatur, absumpta, eundem vita extinxerit. Tantam autem moestitiā in nullo regno pro morte alicuius principis extitisse nulla tradit historia. fertur nihilominus & hostes fidei doluisse, ita ut quibusdam suggerētibus Noradino Damascenorum regi, ut cum Christiani duces in multis essent occupati, fines nostros ingrederetur, dicitur respondisse: Compatiendum est & indulgendum iusto eorum dolori, eo quod principem amiserunt qualem hodie non habet orbis. obiit autem anno 1162. die 21. mensis Februarij, & inter suos prædecesores in Ecclesia sepulcri Dominici est sepultus. Viuente adhuc Balduino, Raimundus magister domus hospitalis Hierosolymitani, una cum fratribus suis tam domino patriarchæ quam ecclesiarum prelati, multas super patriarchali iure inferre cœperunt molestias. nam siue à domino patriarcha, siue ab alijs ob scelera sua execratos, & ab Ecclesia separatos, ad celebrationem dinuorum passim recipiebant, ægrotis viaticum & extremam unctionem non negabant, multaque alia contra emunitatem ecclesiarum faciebant. cumque super his dominus patriarcha sæpe conquereretur, ciues ad eam temeritatem venerunt, ut armis correptis contra patriarcham in Ecclesiam sepulcri irruerent. Huius autem tanti mali Ecclesia Romana videtur præbuisse materiam. nam locum prædictorum, à domini patriarchæ iurisdictione exemit. ANNO autem Domini 1163. domino Balduino quinto rege Ierusalem defuncto, successit ei in eadem sancta ciuitate Latinorum rex sextus Almaricus filius eius vnicus, vir experientia seculari præditus, prudens, & in agendis circumspectus. fuit etiam pecuniæ cupidus, sed in regni necessitatibus nec expensis parcebat, nec fatigationi corporis indulgebat. ANNO igitur primo regni eius Aegyptijs negantibus tributū annuum soluere, quod cum patre suo pepigerant, contractis copijs descendit in Aegyptū, occurritque illi maxima multitudine procurator Aegypti, qui prælio victus, multis amissis aufugit. Timentibus ergo Aegyptijs, ne exercitus Christianorum ad intima regni penetraret, ruptis aggeribus qui flumen Nili cohibere solent, exuberantem aquam per regionem inducunt: quare his repagulis rex Almaricus ultra progredi non potuit, sed victoria potitus, in regnum reuersus est. Non autem multo post Noradinus sperans regnum Aegypti sibi vendicare, Syracinum militiæ suæ principem cum infinita Turcarum manu in Aegyptum ducere constituit. Quod audiens Sultanus Aegypti, proprijs viribus diffidens, legatos ad Almaricum regem misit, orans auxilium: tributum autem non solum quale patri suo fuerat constitutum, verum pro suo arbitrio multo maius pollicebatur, subiectionem perpetuā, foedus perenne, per obsides firmare paratus erat. Dum hæc legati cum rege tractarent, penèque esset conclusum, Syracinus ingreditur Aegyptum, & occurrentē sibi Sultani vicem ac fugat, quique à suis in fuga occisus est. post cuius mortem Suar Sultanus factus est. Syracinus autem

Rainaldum
Turca ca-
piunt.

Balduini
mors.

Morus ho-
spitalium.

Almaricus
Hierosol. 6.
rex.

autem post victoriam Balbeis ciuitatem expugnauit, timore cuius Suar Sultanus cum rege Almarico priores conuentiones renouauit, unde rex cum vniuerso exercitu descendit in Aegyptum anno 2. regni sui, atque una cum Sultano dictum Syracinum apud Balbeis obsessum, ad deditionem compulit, ea conditione, ut cum suis omnibus liberum haberet exitum. ita Damascum abiit. Quibus diebus Noradinus à peregrinis Christianis circa partes Tripolitanas debellatus est. aduenerant enim orationis causa quidam nobiles Aquitanie, scilicet Hugo senior de Signiaco, & Ganfredus comitis Angelisinenfis frater. hi subito cum eorum militia super exercitum Noradini irruentes, eum penè vsque ad internecionem delent. Noradinus autem consternatus, damnum abolere cupiens, non post multos dies congregatis suorum copijs, castrum Christianorum circa Antiochiam obsedit: quo audito, Boemundus 3. princeps Antiochenus, comes Tripolitanus, Colomannus Cilicie præses, imperatoris consanguineus, Thorus quoque Armeniorum princeps, ad obsidionem soluendam proficiscuntur. eis itaque aduenientibus prælium committitur, tandemque post ancipitis Martis pugnam Christiani in fugam versi vincuntur. sed & principes ferè omnes capti sunt. Noradinus hac potitus victoria, castrum cepit anno 1169. Sed & rege Almarico in Aegypto constituto, Noradinus urbem Christianorum vulgari appellatione Bellianas dictam, obsedit, atque intra paucos dies ad deditionem compulit. Rediens autem ab Aegypto cum suis exercitibus Almaricus rex, vocatur ab Antiochenis, atque illuc una cum comite Flandrensi, qui eo tum in anno ad regnum applicuerat, properauit: adueniensque tanta diligentia regionis negocia, quanta propria, tractare coepit: & prudenter administrans omnia, effecit ut eadem ætate interueniente multo precio, princeps libertati & honori fuerit restitutus. Gratianus S. Proculi monachus, patria Hertricus, apud Bononiam inter cætera opera decretorum librum accuratissimè collegit, quod opus Eugenius pontifex approbans, legendum publicè concessit. Petrus Longobardus, Parisiensis episcopus, ex Nouaria cisalpinæ oriundus, per id quoque tempus, Vincentio testante, bonitate vitæ & acumine ingenij clarissimus, quatuor libros Sententiarum composuit. Petrum Comestorem prædictis non carne, sed virtute fratrem, in Gallijs floruisse tum constat, qui vtriusque testamenti historiam diligētissimè compilauit, alia etiam nonnulla edidit. Auicenna Hispalensis medicus, cum in omni doctrina excelleret, librum composuit, in quo omnem logicam, omnemque naturalem philosophiā complecti voluit, metaphysicam accuratissimè enucleauit. post alios medicos in lingua Arabica medicinam omnem descripsit in quinque libris, in quibus se Galeni interpretem appellat. Auerris medicus, cognomento Cōmentator, apud Cordubam Hispaniæ floruit. commentarios in Aristotelis libros scripsit, librum quoque de medicina composuit. Auicennæ inimicissimus fuit. Hæresis Vualdensiū seu Pauperum de Lugduno, per hoc tempus initium sumpsit, cuius author quidam nomine Vualdo Lugdunen. ciuis extitit. is cum diues esset, opibus relictis & pauperibus erogatis, euangelicā paupertatē omnimodā obseruare statuit. Vnde cum idiota esset, quosdam vulgares libros cum quibusdam sanctorū dictis sibi conscribi fecit: quos non sanè intelligens, suo inflatus spiritu, prædicando Apostolorū sibi officium vsurpauit. Congregatis itaque innumerabilibus discipulis, multos & quidem pessimos errores disseminare coepit, prælatos scilicet ac clerū penitus aspernando. monitus autem, respondit: Oportet Deo obedire magis quam hominibus. & cum in suo sensu obstinatus persisteret, tandem veluti hæreticus patria pellitur. quæ res facta est in laqueum magnum & scandalum simplicioribus. in multis autem locis adhuc hæc ipsa fatuitas viget. In hac etiam generatione erat admirabilis quædam virgo in Rheni partibus in oppido Mingen sanctimonialis. Rapta enim frequenter in somnis, didicit non solum quod verbis effunderet, sed etiam quod scribendo Latine diceret. Multa fertur prædixisse de futuris, ad quam etiam S. Bernardus scripsit. Hæc ad Colonienfes scribēs de futura clericorū tribulatione, dicebat quod clerici gloriā absque merito habere volebant. In hac generatione anno Domini 1145. legati Armeniorum episcoporū, eorumque Catholicus, id est, Vniuersalis metropolitanus, qui plus quam mille episcopos sub se habet, ad summum Pont. Eugenium Viterbij tum manentem venerunt, itinere per annum & sex menses pergentes, subiectionē sedi Ap. offerunt. Causa viæ talis erat: Inter Armenios & Græcos aliqua discrepantia erat. Ponunt enim Armenij fermentatū, sicut & illi, panē, aquā verò admiscunt, sicut nos: præterea natiuitatē Domini Epiphaniæ cōtinuantes, duas illas festiuitates unā faciūt, antiquo more Orientaliū.

Noradini
victoria.

Viri illu-
stres disci-
plinis.

Vualdo.

A. 5.

Hildegardis

Armenij se
Pont. Ro.
offerunt.

Pro

Pro ijs alijsque Ecclesiam Ro. iudicem elegerunt, formamque sacrificij iuxta consuetudinem eius sibi dari deposcunt, quos Romanus Pontif. gratanter recipiens, Missarum solennibus ac sacrificijs secretius adhibuit. Quod dum intentè facerent, vnus ex eis pontifex in B. Martini octaua, quando dedicatio Ecclesie B. Petri celebratur, summo Pont. diuina mysteria agente, splendido fulgore radium Solis super caput eius coruscare, & in ipso radio duas columbas ascendentes vidit. Cumque diligentius hac illaque oculos circumferret, nullumque aditum per quem lux illa inferretur, videret, deificum esse cognoscens, ac ad obedientiam Ro. Se. magis accensus, cunctis quae viderat aperuit. At venerabilis pater Eugenius nō suis hoc meritis attribuens, ipsius potius fide cœlitus ipsi monstratū affirmabat, vt videlicet Ecclesia, à qua missus ipse erat, Sacramentorum virtutem cognosceret, ac deinceps quali ea reuerentia tractare deberet, addisceret. In hac generatione Otho Austrius Frisingensis episcopus moritur, in qua etiam chronica sua elegantissimè conscripta terminatur. In fine huius generationis Fridericus imperator reuersus in Germaniam, totam terram & vniuersam substantiam Friderici ducis de *Notenburg*/aliàs Sueuorum, fratruelis sui, hæreditaria successione possedit, ac pariter multorum baronum. Guelfo autem dux orbatus hærede, amisso nuper in Italia per pestem filio, Henrico ducem Saxonie atque Bavarie fratruelem, hæredem adsciuuit, quantitatem tamen pecunie pactus, dum consequi putat, frustratus est. dux enim Henricus Guelfonem iam grandæuum citò, moriturum prælagens, argentum constitutum dare distulit, pro quo Guelfo commotus, imperatori cognato suo, recepta ab eo pecunia, primò beneficijs, scilicet ducatu Spoleti, marchia Tuscie, principatu Sardinie, ipsi resignatis, omnia prædia sua ipsi contradidit. Similimodo Rudolphus comes de *Psittendörff*/omnia prædia sua heredis loco imperatori dedit. Pro his imperator Alberto comiti de *Hapsburg*/qui filiam comitis Rudolphi vxorem habuit, concessit Turicen. comitatum, & adiacentia Seckingen-sis Ecclesie cum prædijs conquestis. Præter hæc multorum nobilium, qui hæredibus carebant, prædia donatione vel precio acquisiuit. Deinde Burgundiam ingressus, terram fœderi sui Rainaldi comitis, qui iam obierat, in ditionē suam redegit, ac regnum Burgundie cum archifolio Arelatensi, quod duces de Zeringen, licet sine fructu, tantum honoris causa in beneficium ab imperio iam diu tenuerant, à Bertoldo duce extorsit, præstitis sibi trium episcopatum aduocata cum inuestitura regalium, scilicet Laufenen. Gebennen. & Sedunen. hæc omnia liberis suis acquisiuit. In hac generatione Vladislaus 25. Boemorum dux, à Friderico primo sibi & posteris regiam dignitatem acquisiuit: & cum in expugnatione egregiam operam nauasset, imperator ei leonem rubeum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris insignem concessit: candelabrum quoque Salomonis ex Mediolano absportatum, in Ecclesia S. Viti Pragæ collocavit. Nec obstat præmissis, quod anno Domini 1086. apud Moguntiam in conuentu principum ab imperatore Henrico Vratislav rex dicitur declaratus, Morauorum regno ad Boemos translato, & Polonia, Slesia & Lusatia adiectæ, vbi etiam Gilbertus Treuerensis episcopus Pragæ regē inunxit, & regijs decoravit insignibus. nam in historijs Boemorum inuenitur, quod post Vratislav regem pluribus annis interregnum fuit, tanquam regni decus homini Vratislav, non prouincie, datum fuisset.

Zechius Croatinus, haud obscuris parentibus ortus, propter homicidiū vltionem fugiens, in eam regionem venit, quæ nunc Boemia, terram incultam. Zechio frater fuit Leches: hic vt vidit fratrem ditatū, in terram planam iuxta profectus, Poloniam vocauit. nam Pole Sclauonica lingua, planum dicitur. Coalueruntque ambo breui in magnam multitudinem: Rusubiam, Pomeraniam, Cassubiam, sui generis hominibus impleuerunt. Zechij quoque familiam Boemos appellant, Morauiam, Lusatiamque, pulsīs veteribus colonis, occuparunt. Defuncto Zechio, Cracus apud Boemos magnæ autoritatis vir, eligitur in principem, qui populū optimè rexit. moriens, tres filias reliquit, * Prelam, Terbam, quæ erat sortilega, & Libussam. Libussa sapiens pluribus annis rexit Boemiam, tandem rectè iudicando imperium amisit. victus enim clamauit per terram, indignum esse viros à fœmina gubernari. Sequitur multitudo, principem postulant. Libussa, concione vocata, Ego vobis, inquit, vsque huc placidè molliterque imperavi, sed vobis meum regimen ingratum: sternite equum meum, finite in campum currere: vbi subsistet ante virum ad mensam ferream sedentem, ille mihi coniunx, & vobis princeps erit. Placuit, & ita factum est. Equus aliquantisper currens, stetit ante aratorem Primislaum dictum, inuerso vomere comedentem.

Accedunt

Otho Frisingensis.

Fridericus Imp. Sueuicū occupat.

Burgundia Fridericus occupat.

Boemia reges.

Zechius Boemorum princeps.

Polonia vnde sic dicta.

Accedunt qui spectaculo aderant, & illū principem salutāt: accepit vir grato animo, mox boues in altum euānuisse ferunt. fixit idē stimulū in terram, quem frondiisse aiunt. Duxit Libussam vxorem, & primus Pragam aggere & muro cinxit. Mortua Libussa, Valasca vna ex puellis eius, virgo ingentis spiritus gentis Amazonicæ, accersitis mulieribus & virginibus: Heram, ait, perdidimus, quæ non passā est nos seruire viris: Assiste mihi, & ego vobis imperium polliceor. Coniurant in viros singulæ: mandat ipsa omnibus, vt viros, parentes, mares omnes quoquo pacto occidant. Illæ iussa perficiunt. armatæ postea, prælia multa cum viris agentes, semper victoriam obtinent, & more Amazonum viuere statuant. Post multā Primislaus vir industrius scribit Valascæ, iniussu suo optimates arma in eas mouisse, se illam filie loco amare, scñiū suū regno ineptum, velle tradere sibi arcem * Visegradensem, vnde Boemiam totam obtinere valeat, modò partem sibi quam velit, tantum relinquat, ac potestatem quam sibi fœmina reliquisset, iure se fœminæ restituere debere. Capitur Valasca suis artibus, & arcem volens accipere, cum armatis copijs occiditur: deinde in ceteras cades fiunt, quæ sine duce facile supprimuntur. Sequitur iam nunc catalogus ducum Boemie.

Primus dux Boemorum, dictus est Zechius, secundus Cracus, III. Primislaus, IIII. Ninnuslaus, V. Mnatan, VI. eius frater Sphorcio, VII. Vuinislav, VIII. Vratislav, IX. Hostiricus, X. Borfinous primus Christianus sub Arnulpho imperatore. XI. Ziptimeus, sub Henrico Ancepe ad fidem conuersus. Boleslaus & Veneslaus filij eius. Boleslaus occidit fratrem primo anno Othonis primi. XII. Vindislav. XIII. Vuenceslaus. XIII. Bodeslaus. Vuenceslaus fuit martyr. XV. Boleslaus, XVI. Boleslaus eius filius. XVII. Valricus. XVIII. Brifetislav, XIX. Spitigneus. XX. Vratislav. hic creatur in regem ab Henrico quarto. XXI. Cunradus, qui non est vsus regio nomine, sed ducis. XXII. Biferislav. XXIII. Boleslaus. XXIII. Borfunslav: post quem duces ipsi deficientes, reges esse coeperunt. Exin catalogus regum Boemie succedētium.

Primus Boemorum rex Vratislav, ab Henrico III. creatus. Secundus Vladislav, à Friderico primo coronatus. Post illum Sobislav tertius, successit illi Fridericus rex quartus. Cunradus quintus, Biferislav sextus, Vuenceslaus VII. verum sex vltimos abstinuisset regio nomine constat, quia fortè coronam more Maiorum obtinere non valebant. Primislaus deinde Vladislav filius, à Philippo Rom. imperatore coronatus est, quem Philippum Rom. Ecclesia non accepit. Vuenceslaus Primislav filius rex III. Othocarius frater eius rex V. Vuenceslaus Othocari filius VI. Vuenceslaus eius filius rex VII. Rudolphus filius Alberti regis Rom. VIII. qui duxit vxorem Elizabeth, relictam Vuenceslavi regis, & ope patris regnum obtinuit. Henricus dux Carinthie in regem eligitur, Rudolpho defuncto rex IX. Iohannes filius Henrici vij. rex X. hic Henricum fugauit. Carolus rex XI. Iohannis filius, imperator factus. Vuenceslaus rex XII. & imperator Sigismundus XIII. imperator & rex Hungarie simul, Albertus XIII. eius gener & Ro. rex. Ladislav filius Alberti rex XV. Georgius Pogebracius XVI. Vladislav XVII. regis Poloniae filius, qui hodie regnat. In hac generatione anno salutis 1155. postquā Ludouicus rex Francie Helionoram Guilielmi Picatuen-sis filiam vxorem reliquisset, vt supra dictū est, quam Henricus Andegauen-sis comitis filius vxorem desponsat, quæ res initium fecit multis postea bellis. ob eas etenim nuptias Aquitania, Andegavia, Cenomania & Turonum comitatus, Henrico accessere, quos principatus defuncto patre vnā cum Anglia regno suscepit, potens aduersus Francos effectus. Genuit autem Helionora Henrico quatuor filios, Henricum, Richardum & Iohannem, qui successiue reges Anglie fuerunt, & Groffroium, qui vxoris suæ suppetijs fuit dux Britannie constitutus, & quatuor filias. At rex Ludouicus ne sine liberis masculis vita defungeretur, Constantiam Alphon-si regis Castellæ filiam ducit, quæ in partu secundo dum filiam edit, moritur. huic superinduxit Alizam Theobaldi Blesensis filiam, ex qua genuit Philippū, qui dictus est Augustus, cognominatus est etiam Adedatus, quasi ad preces Dei munere donatus. verum priusquam nasceretur, vt refert Robertus, patri hoc in somnium apparuit: videre visus est filiū calicem manu tenere, humani cruoris plenū, eumque suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberent imperterriti. Quod visum pater vni tantum Henrico Albano legato apostolico detexit: sed defuncto Ludouico, legatus postea rem propalat. deinde anno superiore antequam Ludouicus moritur, curauit Philippū regni consortem assumere. quare Rhemis perductum magna pompa adolescētē sacrari iubet, annū vix 14. agentem, cui, dum coronatur, Guilielmus Rhemorū primas, nouelli regis auctulus, & Sabinę cardinalis,

Cccc

Roma

Boemia ducēs.

Boemia reges.

Ludouicus Franc rex.

Philippus
Augustus
Franc. rex.

Romanus legatus affuit. Philippus itaque rex cum annos tantum 15. natus esset, coronatur: quo tempore Ludouicus eius pater quorundam aulicorum suafu adductus, Philippum in Dionysiano templo iterum coronari iussit, ubi Isabellam Balduini Hannoniae comitis filiam Philippus uxorem accepit, cui in perpetuam dotem comes Arthesium usque ad Lisam amnem dedit. paucis post diebus Ludouicus paralyti, ut refert Robertus, interijt, elatus in monasterium de Barbello, quod viuis ipse construxerat, cuius sepulcrum Alisa regina auro argentoque superadditis gemmis ornauit. mortuus est anno Domini 1180. Fridericus imperator sub titulo ducis Sueuiae fundauit monasterium S. Fidis in *Stessat*, habeturque ibi aliquid de Othone episcopo Argentinensi & Cunrado comite, fratribus suis. Similiter monasterium S. Vualpurgis prope *Hagnau* in foresta fundatum est a duce Sueuiae. Alij dicunt, & forte verius, quod Fridericus auus istius, gener Henrici quarti, monasterium S. Fidis in *Stessat* fundauerit. Eo ferme tempore, hoc est, anno 1168. Cunradus comes Palatinus Rheni, frater Friderici imperatoris moritur, & Henricus dux Saxoniae & Bauariae, Clementia filia ducis de *Zæringen* repudiata, duxit filiam Cunradi Palatini, & ob hoc post Cunradi mortem factus est comes Palatinus Rheni, quem Fridericus primus de Palatinatu inuestiuit. Mortua vero uxore, Henricus duxit filiam regis Angliae, genuitque Othonem, Henricum & Guilielmum.

Henricus comes
Palat.

GENERATIO XL.

ANNO Domini 1170. imperante gloriosissimo imperatore Friderico primo, anno regni sui 18. praesidente in vrbe Roma Alexandro III. pontifice maximo, anno eius 12. incepit XL. generatio. Circa cuius initium Gualfredus Angliae comes, nuper Mediolano vastato captus & in Germaniam ductus, compedibus fractis, in Italiam cum rustico habitu venit. ubi Mediolanensium ciuibus conuocatis, adiuuantibus socijs ciuitatibus ac Graecorum imperatore, ab integro ciuitatem reposuit, ac moenibus muniuit. Mediolanenses igitur pristinam renouantes perfidiam, ut scribit Abbas *Vrspringensis*, conspiracy inierunt cum alijs ciuitatibus Longobardiae, quae omnes vno die iudices imperatoris cum suis fautoribus expulerunt, quosdam suspendentes, quosdam nudos relinquentes: quod factum esse propter multiplices insolentias, quas Teutonici exercuerant, Italici scriptores commemorant. Accepta igitur occasione a schismate Ro. Ecclesiae & ab excommunicatione imperatoris, & ut suspicabatur, de authoritate Alexandri papae, spreto iuramento, coeperunt rebellare. Et ideo ipsi etiam reaedificauerunt quaedam ciuitatem, ab imperatore prius destructam, & ob honorem Alexandri Papae, vocauerunt eam Alexandria, in dedecus & iniuriam imperatoris. De industria autem eam vrbe instaurant, vnde Papienses, Dertonensesque, ac Montisferratenenses, quos solos imperator amicos habebat, infestare possent. Ego tamen inuenio, Cremonenses imperatori tum quoque, amicos fuisse, & plures alios in Italia. vnde Papienses, Cremonenses, & alij fautores imperatoris, in derisionem Mediolanensium, eam ciuitatem Paleam appellabant. erat tamen circumdata fossatis ac muris firmis, creuit vero statim populus, siquidem constat 15. millia virorum primo eius conditae anno eam incoluisse. Prouocatus itaque, Fridericus, cum exercitu in Italiam ducit per montem Ciniuum, fretus fauore marchionis Montisferrati, & primo ad Seculam subitit oppidum foederatum Lombardis. id dolo, ut fertur, captum diruit. Astenses deinde timore perculsos, in deditionem accipit. deinde Alexandriam delere instituit, quam quatuor menses obsedit, quum pluuia Octobri continuata, Tanarus amnis effusus, magno obsessis praesidio fuit. ad prima autem veris signa sociae bello ciuitates opem obsessis, atque annonam nauibus aduerso Pado Tanaroque, simul terra apportarunt. Tempore succedente, cuniculis quibusdam imperiales singuli quidam in vrbe subrepunt. exciti tamen nocturni vigiles, vrbe clamoribus implent. ad eas voces Alexandrini raptis armis irruunt, eos qui intrarunt, trucidant, & cuniculos repagulis firmant. ac eruptione facta, armatas Friderici cohortes ad portam expectantes, ingenti caede commissa, ad imperatoris usque tentoria repulerunt. pertaesus itaque, longitudine laborum, in die Paschatis obsidionem soluens, Papiam venit. In hac obsidione imperator non profecit. Nam tunc Henricus de Saxoniam, quod tacent vel ignorant Blondus ac Platina, nepos imperatoris, perfide ab eo recessit, sumpta occasione de execratione, & forte accepta pecunia. Quem, ut referunt, secutus imperator usque ad lacum Cumanum, cum magna humilitate postulauit, ut se non desereret, volens ad pedes

Mediolani
instaurati.

Alexandria.

Quarta Friderici in
Italiam ex-
peditio.

Henrici ducis
Saxoniam
rebellio.

pedes se ducis demittere, quod tamen dux recusauit. Quidam autem ducis officialis, Iordanus nomine, ferrus dixisse: Sinite domine, ut corona imperialis veniat ad pedes vestros, quia veniet & ad caput. Tunc imperator plus non potens, pro tempore exercitum dimisit, & maximo labore auxilioque Taurinensium ac Nouariensium egressus per montem Iouis, tendens in Burgundiam, in quibusdam locis adeo angustiatus, ut accepta pecunia, seruentis seruum se esse simularet, & equos curaret. Tandem veniens in Alemaniam, praefatum ducem de prodicione crimine laese maiestatis impetuit. dux vero praenit eum, ac in Sueuia fecerat conspiracy contra imperatorem, cum Zolorensibus precipue & Veringensibus comitibus. Ast imperator ducem frequenter citat ad curiam, ut veniat ad obiecta responsurus. ubi quidam principes ac fautores ducis, more Teutonicorum voluntatem suam pro lege statuentes, dicebant quod d imperator ducem condemnare non posset, vel terras suas abiudicare, nisi intra ducis terras placitum statueret. Porro quidam nobilis vir exurgens, proposuit quod d lege duellionum obtinere vellet aduersus quemlibet, posse imperatorem euocare principem pro iustitia ad locum quemcumque vellet, intra terminos sui imperij existentem. Cumque nemo isti se offerret ad pugnam, edicto imperiali praefata sententia pro iure perpetuo statuta est, ratione & authoritate firmata est. Deinde imperator praedicto duci abiudicauit ducatus suos & alia bona singula. sic factum est ut ducatum Noricum concederet Othoni Palatino de Vuitilispach, qui fretus auxilio fratrum suorum, Cunradi videlicet Salisburgensis episcopi, qui postea fuit etiam Moguntinus archiepiscopus, & Othonis fratris, quem fecit Palatinum in Vuitilispach, cuius filius postea Philippum regem interfecit. Horum auxilio Otho ducatum viriliter obtinuit, & ducem inde expulit. ducatum vero Saxoniam contulit Bernardo de Anhalt. huic auxilium praebat Colonien. archiepiscopus, Philippus Moguntinus, & Lantgrauus de Thuringia, qui ipsum ducem intra vnum mensem de castris sexdecim firmis expugnauerunt, & de terra usque *Brumfug* expulerunt, de qua ciuitate nec ipse, nec eius progenies adhuc potuit expelli. Imperator vero alia ipsius bona multis distribuit, praeter ea quae Guelphoni patruo illius & suo auunculo dereliquit. Haec a quibusdam gesta fuisse anno Domini 1180. narrantur. Circa annum Domini 1174. erant in imperio nobiles quidam pacis studiosi, tam pontificis quam Friderici rebus pariter affecti, quibus intercessoribus induciarum foedera sunt conscripta. Longobardiae populi inducias laudauerunt, sed paci cum imperatore constituendae non prius vacandum esse dixerunt, quam Alexandri pont. Ro. ratio esset habita, quin etiam Veneti admoniti essent, quorum suasionem arma primum in Fridericum Veronenses Paduanique mouerant. Deinde Friderico petente, conuentus Papiensis est habitus. illuc tres cardinales cum Se. Ap. legationis titulo accesserunt, cui Longobardiae societatis oratores interfuere, petieruntque a Friderico cardinales pacem, per quam pontifex Ro. sua & Ecclesiae iura reciperet, retineretque intacta. & Lombardi subiectionis modum postulabant, conferendumque tributorum consuetudinem obseruari, quam Carolus Magnus, Ludouicus & Lotharius concessissent, volebantque & pontifex & Lombardi Emanuelem Graecorum imperatorem ac Guilielmum regem Siciliae includere. Friderico autem iniqua, ut Blondus vult, postulante, conuentus est dissolutus. Paulò deinde post rescitum est, Fridericum copias ex Germania nouas contraxisse, ac in Italiam aduentare: quas cum exploratores breui affuturas renunciarent, Papiensem Comensemque agros populati sunt Mediolanenses, Alexanderque pontifex Alexandriam vrbe dato episcopo exortauit, & Papiensem Ecclesiam crucis ac pallij dignitate priuauit. ANNO 1175. Friderici imperatoris copia Comum peruenere, sociae autem ciuitates per Lombardiam Mediolanensibus praesidio accesserunt, ductumque est maximo apparatu Mediolanensis populi Coracium in rus Barilianum, & impatientes morae Mediolanenses DCC. equites, Comensi agro qua hostis venturus nunciabatur, progressi sunt: in quos a longe visos Fridericus trecentos primum equites, inde alias post alias immisit. repulsi que Mediolanenses, multis vulneribus acceptis, ad Coracium vnde resistendi necessitate acies opposita est, concedunt. Et Fridericus iam ternis copijs in praesidium paratus aduolauit. Primus itaque in tanto ardore Friderici signifer, cum aquilam inter confertos hostes intulisset, confossus, aquilaque in hostium potestate facta est. Quo in loco cum pugna esset atrox, & multae hinc inde fierent caedes, Fridericus impetum in hostes inconsultius fecit: dumque multos manu ipse etiam sua vulnerat interficitque, equo suffosso prolapsus occubuisse creditus est. ad quam famam ardentiores Italici, impressionem

Brumfug.

Agitur de
pace Italiae.

Quinta Friderici in
Italiam ex-
peditio.

Improspere
Friderici
pugna.

tionem fecerunt, & Germani pedem referre, pōst fugam sensim cōmitere cōeperunt, quorum multos Ticinus amnis absorpsit, & plurimi eorum ad hostium castella ignari itinerum delati, partim cāsi, partim sunt capti. Facta de impedimentis ac cāforum spolijs prāda, militi est concessa. Erat Comi vxor Friderici, quā mutata veste funere regio prosequi virum satagebat. verūm die quinta à commisso prālio Fridericus Papiā habitu comitatuque imperatorio urbem perambulare prius est conspectus, quā cum vel viuere Papiēsis populus rescisset. Postquam & vxor & viri ecclesiastici ingens multitudo, quos iturus in prālium imperator Comi dimiserat, Papiam ad eum conuenerunt, multi eorum ea fuerunt audacia, vt in faciem illi dicerent, persecutionem Ecclesiae, qua tam diu debaccharetur, Germanos & suos imperio subditos luere. Ad quā verba ardentiores facti episcopi & archiepiscopi multi, sunt protestati, sese, nisi Rom. pontifici & Ecclesiae pacem breui dederit, eum derelicturos, & successorem ab Electoribus postulatos: quibus deterritus minis, quare se statuit, opportunè tamen, quoniam modo pax inter papam & imperatorem componeretur. **ANN O** igitur Domini 1177. reformata est pax inter Alexandrū papam & imperatorem apud Venetias. de medijs autem quibus ad pacem ventū sit, Italici quoque scriptores sunt partim discordes. Blondus enim scribit, quē sequitur Aeneas Syluius, Fridericum post prāmissā Magdeburgensem Moguntinumque archiepiscopos, oratores ad pacem cum Alexandro constituendam, destinasse Anagniam. Conuentum est ibidem, vt pontifex Bononiā, imperator Mutinam se conferret, quōd eo modo facilè posset ad colloquium perueniri. pro qua re complenda, pontifex ad Garganū montem se contulit, vbi triremes à Guilielmo Siculo tredecim missas reperit, hisque Venetias delatus, magno honore exceptus est, & in itinere terrestri sex cardinales Bononiam misit, Fridericus autem Mutinam venit. Dum hæc geruntur, oratores Friderici Bononiam suspectam dicunt, & Ferraria pro conuentu eligitur. erat quadagesimale tempus, & pontifex ducem Venetorum aurea rosa donauit, petijtque Ferrariam: vbi rursus mutatis conditionibus, Venetijs conuenire placuit, ea lege, ne prius imperator Venetias admitteretur, quā pacē iureiurando firmaret. Concessit igitur Fridericus pacem Alexandro in ea formula, qua semper optauerat, & Guilielmo regi Siciliae, ac quindecim socijs ciuitatibus in sex annos pacem dedit. hæc Blondus. Alij verò asserunt, Fridericum cum magno exercitu venisse in Aufoniam, mouisseque in Romanam urbem, pro quo pontifex (vt aiunt) eius vires perhorrescens, 17. pontificatus sui anno coqui sui vestibus sumptis, eo in habitu Venetias profugit, ad diuæ virginis de charitate monasterium profectus. hæc ab incolis recipitur, & hortulo prescitur. Post aliquot verò menses, cum quidam nomine Cōmodus, eum agnouisset, confestim ad Sebastianum ducem accessit, pontificem adesse Romanum retulit: qui re cognita, mox senatum congregans, cum omni apparatu ad pontificis diuersorium accessit, agnitumque in tali respectu habitu pontificem, cum crucibus alijsque solennitatibus ad diui Marci templum cum omni gaudio perduxit. Cumque ibidem pontifex ante altare ex more confedisset, principem, senatum & omnem populum benedixit. Imperator audiens summum pontificem Venetijs esse, Othonem filium suum cum armata classe ad reposedendum summum pontificem Venetias misit, qui & Venetis ob id bellum mouit, cui statim Sebastianus dux Venetorum occurrens, facto congressu ipsum superauit, & Venetias victum perduxit. Otho autem ad pontificem ductus, procurauit quōd pax inter maximum pontificem & patrem Augustum componitur. Altera igitur quæ secuta est die, Fridericus Venetias venit. pacem à filio confectam hoc modo approbat, vt Romam & quæ ditionis erant Ecclesiasticæ, summo pontifici redderet, & quicquid ille pro perpetrata culpa iniungeret, patienter perferret. Isto igitur foedere Alexander pontifex inire, confestim ad ianuas templi diui Marci accessit, & ibidem vniuerso adstante populo, in imperatori iussit vt se humi prosterneret, & veniam denuo postulareret. At summus pontifex Cæsaris imperatoris collum pede comprimens, ait: Scriptum est, Super aspidem & basiliscam ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. At Fridericus: Non tibi, inquit, sed Petro, cui successor es, pareo. Et pontifex respondit: Et mihi & Petro. ac sic inter imperatorem & summum pontificem pace composita, ipse imperator cum bona venia abiit. Vel vt Blondus scribit, postquam pontificis pedes imperator exosculatus est, deinde ad altare maius ambo principes se amplexati & exosculati sunt. Abscedente igitur imperatore, pontifex ob beneficium à Venetis susceptum, Sebastiano duci & eius successoribus

Restituta
Pont. Ale-
xandro pax.

De Othone
Frider. filio.

Psal. 90.

Non tibi,
sed Petro.

ac

ascenatui Veneto priuilegia concessit: primò quidem funale candidum, quod solis pontificibus Romanis portandum consuetudo concedit. Item quòd plumbo posent epistolas sigillare deinceps. Tertio eidem principi vmbellū concessit, ornamentum galero persimile. Quarto Venetorum principi tertiam sedem in theatro Rom. fieri fecit, cum prius duæ tantum in papæ theatro sedes essent, quarum dextram pontifex, sinistram verò Cæsar tenet. Demum in ascensione Domini Venetis in templo S. Marci Euangelistæ indulgentiam plenariam perpetuò duraturam concessit, quæ hodie perdurat. Quinto ipsi duci octo vexilla serica diuersorum colorum obrulit. Sexto denique cereum album eidem condonauit, quæ omnia in palatio S. Marci perpulchrè depicta habentur. Abiens denique Venetijs pontifex cum triremibus Guilielmi Siculi & quatuor Venetorum ornatus, Anagniam se contulit: vbi non diu immoratus, Tusculum petens, de abrogandis consulibus agere cum Romanis cœpit antequam pax componeretur. Verum quia difficilè erat consules tolli, quos ad quingenta annos habuerant, pacti sunt vt non prius electi à populo consules magistratum inirent, quā pontifici iurarent se Ecclesie Romanæ fore fideles, nihilque vnquam molituros quod dignitati pontificiæ obesset. Hoc itaque modo rebus compositis pontifex Romam profectus est. Vnde postmodum v. Kalen. Augusti, Iohannes Sarmienfis qui dicebatur Callistus, renunciauit schismati, & venit ad pedes Alexandri, & hic erat tertius antipapa. Eo ablato, serè omnes scribunt, schismaticos elegisse quendam cui nomen *Lando, & vocabant eum Innocentium. sed quòd ille peruenerit, & quid de eo actum sit, nullus ex his quos legere potui, scribit. Cum Friderico enim pax inita durauit. Sic itaque durissimum schisma quieuit, & bella diutina cœperunt tepescere in Occidente. Imperator quippe iam veniens in senium, quieti cœpit operam dare, & vilitatibus filiorum suorum intendere. Quinque enim genuerat filios, Henricum quem postea designauit imperatorem, Fridericum quem fecit ducem Sueuorum, Othonem qui postea habuit terram matris suæ Burgundiam, Cunradum qui mortuo prædicto Friderico, fuit dux Sueuorum: sed & minimum Philippum, qui mortuo Henrico successit in regnum. In Oriente verò, incipientes quæ superiore generatione dimissimus, Almaricus Ierusalem rex, anno Domini 1170. vel circiter, audiens quòd Noradinus regnum Aegypti nitebatur occupare, contractis militaribus copijs, descendit per solitudinem in Aegyptum. quo audito, Suar Sultanus nostræ fidei admirans sinceritatē, gauisus est valde. considerabat enim vir prudens, nullatenus nisi per Christianū exercitum hostem se expellere posse. Quare cōsentiente Calipha, regi Almarico 400. aureorum millia dedit ea conditione, quòd rex non egrederetur de Aegypto, nisi Syracino aut extincto, aut Aegypti sinibus expulso. Quibus pactis, Almaricus in prælium egreditur, quanuis impar nimis accinctorum ad prælium distributio fuerit. habebat enim Syracinus loricatorum xij. millia, Christianorum verò equitum quatuor millia, præter Aegyptios viles & effœminatos. Itaque commissa pugna, rex aciem hostium viriliter sternit ac in fugam vertit. ceciderunt die illa hostes mille quingenti, de Christianis centum. Syracinus autem fugiens, tradentibus ciuibus, Alexandriam occupauit. eo audito, rex celeriter sequutus, ciuitatem obsidione cinxit, victumque omnem mari & terra abstulit. Est autem Alexandria totius Aegypti metropolis, Magni Alexandri opus, vbi turris est Pharos, à Sostrato Cnidio condita, Philadelpho rege, inter orbis spectaculo numerata. Obsessa ciuitate quotidiani conflictus eduntur. tandem pax est facta, scilicet, quòd rex reciperet suos quos Syracinus tenebat in vinculis, & captiuus Turcis Syracino restitutus, regnum Aegypti ipse egrederetur cum suis legionibus. & sic obsidio Alexandriae soluitur, ac ciuitas per deditorem in regis transiit potestatem. Egrediuntur ergo, concessa pace, obsessi, qui diutina fuerant obsidione macerati, vnum præ omnibus admirantes, quòd tantam multitudinem ciuium, tantam aduenarum numerositatem, tam modicis exercitus intra vrbis moenia coercuerit, & ad ignominiosam deditorem compulerit: vix enim Christianis erant equites quingenti, peditum quinque millia: obsessorum qui arma portabant, quinquaginta millia. itaque quisque redijt ad sua. Sequenti autem anno ad regem legatio solennis ab imperatore Constantinopolitano peruenit. summa legationis erat: Sentiens imperator, quòd regnum Aegyptium adeò potentis & opulentum, peruenit in manus imbellium & effœminatorum, timebat ne perueniret ad gentes alienas: sperabat autem quòd auxilio domini regis Ierusalem, facile posset in suam potestatem redigi. Hac igitur gratia legati regem adeunt, firmatis

Venetis que
priuilegia
dedit Alex-
ander.

*Lando

Friderici
filij.

Almarici
Hierosol. in
Aegypto
gesta.

Almarici
fœdus cum
Aegyptijs
negligit.

conventionibus quod imperator gentes mitteret, ac simul vni regnum aggredirentur. Fama adhuc, ut dicitur, personuit, quod Suar Sultanus Aegyptius occulte dirigeret ad Noradinum legationes, ab eo implorans subsidium, asserens se inuitum pacis foedere cum inimico populo Christiano iunctum, & si de eius amicitia certior esset, pacta nostris frangeret. Vnde rex iusta indignatione motus, contractis copijs, in Aegyptum festinat descendere. Sunt qui omnia praedicta dicunt ficta fuisse, sed ut factum haberet aliquam excusationem, talia vulgata esse in populo. Incentium autem huius mali, ut quidam volunt, ministrabat Guilbertus magister domus hospitalis. fratres autem militiae templi, eidem se facto subducentes, quia eis contra conscientiam bellum indicere praeter pacta videbatur, regem sequi noluerunt. Rex ergo Aegyptum aggressus, Pelusium oppugnat. Sultanus vero Suar his auditis, & munere & amicorum auxilijs Almaricum regem adoriri statuit. Missa ergo ad Noradinum legatione, auxilium implorat communis rei tuendae causa. obsequitur Noradinus, ratus grassaturam hanc hostium vim in sua, nisi mox occurrat. Syracinum expeditissimis armis qui amicum strenue iuuaret, in Aegyptum mittit vicinam. Rex autem euerso Pelusio, Cairum obsidet, vnde Sultanus regem cupidum promissis eneruat, infinitam pecuniam offerens. nam ut aliqui dicunt, aureorum vigesies centena millia, quod vix Aegypti regnum persolvere posset, promittit. hoc autem non ut solueret fecit, sed ut regem protraheret, quoad Turcarum auxilia venirent. Datis interea praesenti centum millibus aureorum, rex obsidionem soluit: & retro cedens, circa ortum balsami castra constituit, vbi per exploratores recognouit, quod Syracinus adueniens, innumeram multitudinem Turcarum secum traheret: quare ire ipsi obuiam parat. Sed cum audisset Syracinum Nilum transisse, quoniam nouo consilio viderat opus esse, duplicatis hostium viribus, iam non tutum sibi ultra morari in Aegypto propiciens, ordinatis agminibus in regnum suum redijt. Porro Syracinus videns temporis opportunitatem votis suis consociatam, & iam non esse quempiam qui suis desiderijs posset resistere, quod ante mente conceperat, exequitur. nam Sultanum nil de Turcarum fide dubitantem iussit occidi, post cuius mortem ingressus ad Calipham, & ei debitam exhibens reuerentiam, ab eo Sultanatus officio insignitur. O nefanda cupiditatis rabies. ecce a quo quieto & tranquillo statu, & in quem turbulentum in partibus Orientis Christianos deiecit inordinatus amor habendi. Aegypti copiae & opulentiarum immensitas nostris vrbibus famulabatur, ex ea parte Hierosolymitanum regnum tuta habebat latera, nec erat ab Austro quem formidaret. at nunc quoque te vertas, suspectas inuenis regiones, quoniam omnis per circuitum regio hostibus patuit. Verum Syracinus hoc tam magno facinore non diu est laetatus. nam vix anno superuixit. Quo mortuo, successit ei Saladinus vir acris ingenij ac strenuus, in militares viros liberalissimus. Fuit praeterea clemens in deuictos, in verbo valde stabilis. Hic primis sui principatus auspicijs ad Calipham dominum suum ingressus, ut solitam ei exhiberet reuerentiam, claua quam secum portabat, ipsum occidit: quo occiso, omnem eius progeniem gladio transfuerberauit, ut ipse simul esset Sultanus & Calipha, deinde omnem eius thesaurum suis liberaliter erogauit militibus. Videntes autem principes Orientales, quod occupata a Turcis Aegypto, multo deterior facta esset conditio Christianorum, opus esse deliberant, ut de praesentis regni ad Occidentis principes dirigerentur, qui diligenter insinuent regni Hierosolymitani importabiles necessitates, & Christianorum inibi afflictionem, asperosque casus imminentes. Missi sunt ergo de communi omnium consilio Fridericus Tyrensis archiepiscopus, & Ioh. Paneates episcopus, qui velociter ad partes Occidentis peruenientes, nihil profecerunt. Deinde anno 1171. memor Constantinop. Imperator pactorum, quae cum Hierosolymorum rege firmauerat, scilicet ut suis copijs adiutus, Aegyptiorum regnum occuparet, classem in Syriam misit, in cuius nauali erant galeae centum quinquaginta: naues autem onerariae ad equos, arma & bellica instrumenta portanda, septuagintaduae. praeterea e principibus erant ibi Malducas consanguineus Imp. & Alexander nobilis vir de Apulia. Rex autem Almaricus compositis regni negocijs, apud Ascalonam tam Graecorum quam Latinorum congregauit exercitum. inde terra marique ante Damiatam, quam principio obsidere disposuerat, castrametati sunt, urbem obsidione vallantes: vbi dum per triduum assultus differunt, experimento didicerunt, verum esse quod poeta ait:

Semper nocuit differre paratis.

Nam

Nam hoc in triduo superuenerunt ex superiori Aegypto Turcarum copiae, & nostris videntibus, nec prohibere valentibus, urbem prius penè vacuam impleuerunt. Christiani tamen nihilominus erectis in gyrum machinis, ciuitatem aggrediuntur, sed cives viriliter resistebant. Accessit per idem tempus tanta imbrium abundantia, ut nulla arte stillicidia in tugurijs arceri possent. fiebant interea interpolatis diebus in urbem assultus. nunc nostri, nunc hostes deterius habebant. Ipsi verò raro Latinos, nisi lacessiti, ad congressum prouocabant. In Graecos verò nonnunquam per quandam adulterinam portam eruptiones faciebant. Augebantur indies ciuibus copiae militares, ita quod iam nostris essent formidini. Murmur ergo serpebat in populo, & erat penè omnium vna sententia, Christianos inutiliter operam consumere irata diuinitate. Coaluerat enim fames valida in castris, & potissimum Graecorum. Mediantibus ergo nostris & Turcarum satrapis nonnullis, consentientibus in idipsum Graecis, occultis quibusdam conditionibus foedus inicitur, & mox voce praeconia pax indicitur. Depositis machinis & igne succensis, Almaricus terrestri itinere reuersus est in regnum suum. Graeci verò omnes qui nauigio venerant, ut ad propria remearet, sinistro omine naues conuenerunt. nam saeuissima tempestate suborta, contractis ad littora nauibus, naufragium passi sunt, adeò ut de tanta classe vix paucae naues conseruarentur incolumes. ANNO sequenti Saladinus ut Christianis vicem rependeret, ad inuadendos eorum fines totis se viribus praeparat. vnde contractis copijs vsque ad 40. millia equitum, regnum Hierosolymitanum ingreditur. Hoc audito, rex cum vniuerso exercitu qui vix ducenti & quinquaginta esse poterant milites, celeriter Ascalonam properat. Deinde hostibus ad bellum praeparatis parat occurrere. Sed illi ad alium declinantes locum, effracto Gazae suburbio, cum ingenti praeda in Aegyptum sunt regressi. Videns autem rex Almaricus quantis molestijs regnum molestaretur, & quod hostium incessanter augebatur numerus, statim consilio principum in Occidentem solennes misit nuncios. Ipse verò ad imperatorem Constantinopolitanum prospero flatu nauigat. Audiens autem imperator, primum vehementer admirans, quae esset causa tanti laboris, deinde ad gloriam suam reputans, quod rex Hierosolymorum locorum venerabilium Dominicae passionis resurrectionisque Defensor & Aduocatus ad se venerit, quod nulli praedecessorum suorum legitur accidisse, plurimum exhilaratus est. Ingressi regi cum coetu procerum suorum, imperator familiariter assurrexisset fertur, ac pacis osculum dedisse. deinde rex imperatori viae suae causam aperit, regni sui necessitates explicat. Famam immortalem, quam imperator in subiugando Aegypti regno sibi comparare posset, diligentius exponit, facilitatem quoque obtinendi propositi euidentibus adstruit argumentis: quibus persuasionibus aures benignas imperator accommodauit, & desiderijs plenum ac opatum pollicetur effectum. Hoc completo negotio, bona spe ad reditum separat, ac secundis flatibus actus, Sidonem peruenit: quo anno & sequenti Saladinus eruptiones facit in regnum Hierosolymitanum: sed Deo propicio, parum nocere potuit. ANNO autem Domini 1175. Noradinus Alapiae dominus, maximus Christianae fidei persecutor, princeps tamen iustus ac prouidus, est defunctus: nec multo post Almaricus rex febre correptus, est mortuus, & inter praedecessores suos sepultus. Noradinus autem reliquit filium impuberem apud Alapiam commorantem, qua de re Damaseni vocabant Saladinum ob tutelam pueri, qui statim regnum Damasencorum occupauit: quo facto, cum multitudine suorum versus Coelesyriam properat, omnesque illas vrbes, quae haecenus Noradini fuerant, facile occupat atque subigit: Christianos verò apud Hierusalem & alibi in Asia agetes, breui fuerat confecturus, nisi eodem tempore quo ipse a Turcis, a Christianis Balduinus in regem fuisset assumptus, filius Almarici, qui vix tertiumdecimum annum attigerat, elephantiae morbo suspectus. Vnde de communi omnium consilio principum, Raimundo comiti Tripolitano regni cura & administratio commissa est. Audiens autem rex, quomodo Saladinus cum Noradini filio egisset, suspectum merito omnes qui erant de consilio regis, Saladini incrementum habebant, ne geminatis possessionibus, acrius in Christianos insurgeret: tutiusque videbatur, filio Noradini ministrari subsidium. Ergo comitem Tripolitanum administratorem regni cum vniuersa militia dirigit, ut conatibus Saladini se opponat. Audiens Saladinus comitis contra se aduentum, per nuncios eum rogauit, ne suis se conatibus opponat, sed ut permittat se cum Noradini filio fortunam experiri, & ne hoc contemnat, obsides suos & Rainaldi quondam Antiocheni principis, qui

Cccc 4

in

Syracini
perfidia.

Saladinus
Sultanus &
Calipha.

Incomoda
Hierosoly.
regni.

Balduinus
Hierosoly.
rex vij.

Damiatam
Latini cum
Graecis ob-
sident.

in Emisa ciuitate quam ipse occupauerat, captiui tenebantur, gratis offert restituen-
dos. Placuit hoc verbum comiti, & receptis obsidibus, prout pactum est, ad propria
cum Christianorum exercitu remeavit. Verum breui post Saladinus immemor initi
foederis, regnum Hierosolymorum infestare pluribus tentat incursionibus: quod cum
Balduinus rescisset, conuocatis suorum tumultuarijs copijs, fines Damascenorum in-
greditur. Serusidolus autem frater Saladini, audiens regis aduentum, præerat enim
ille Damasco, congregata suorum militia, Christianis occurrit. Verum Deo prouiden-
te simul & pro suis pugnante victus, multis suorum amissis, fuga salutem Serusi-
dolos quæsiuit: Christiani autem victoria potiti, multaque præda onusti, Hierosoly-
mam sunt reuersi. ANNO Balduini 3. Saladinus occupata omni terra Noradini,
in Aegyptum reuersus, infinita suorum congregata multitudine, hostiliter Christianos
aggessus est. Quo audito, rex vocatis celeriter suis, inuocato Dei auxilio, urbem
Acalonam pugnaturus cum suis egressus est, in cuius exercitu vix erant 375. equites
loricati, nam reliquam militiam rex Antiochiam miserat: hi omnes præuio Domini-
cæ crucis ligno, contempta multitudine, hostes inuadunt. primò dubio Marte
flictum est, cum essent vires longè impares. Nam dicebantur in exercitu Saladini fuis-
se equitum 26. millia armatorum. Sed Deo auxiliante, contractis legionibus, strage
facta, hostes in fugam vertuntur, quos nostri vsque ad noctem insecuti, penè per xij.
milliaria ad internecionem tantam multitudinè deleuere, ad eò vt Saladinus vix cum
centum equitibus fuga euaderet, cæteris occisis aut vinculis. Hac potitus victoria
rex, multa onustus præda, Hierosolymam est reuersus. ANNO sequenti Saladinus
iterum regnum Hierosolymitanum hostiliter est ingressus, quod postquam regi inno-
ruit, suis vndique conuocatis, contra hostes fidei progreditur: qui Saracenorum ex-
cursores habens obuiam, cum eis iniuit prælium. Nostri sunt superiores, multisque
interfectis, cæteri in fugam versi, ad castra Saladini peruenere. Saladinus cognito quod
acciderat, ordinatis aciebus, nostris obuiam pergit, pro multitudine suorum confi-
dens: & cum diu ancipiti bello pugnatu fuisset, & nostri de victoria nimis securi, con-
fuso agmine & ordine hostibus occurrissent, Christianos tandem in fugam vertit. Ca-
pti sunt ibi ex nostris Otho de S. Amando, magister militiæ templi, qui squalore carce-
ris eodem anno mortuus est. multi quoque de nostris occisi sunt. Hac elatus victo-
ria Saladinus, infinita damna eo anno regno intulit. Nec Hierosolymos præter in-
dicias res vlla tuebatur, quæ pacta inter vtrumque principem, vix durauere biennio. Hinc
Saladinus cum infinita infidelium multitudine, rupto foedere quod cum Christianis
pepigerat, fines regni ingressus, agros & suburbana depopulari cepit. Erat autem ho-
stium numerus 20. millia. Præparant se in occursum nostri, vix septingenti equites, qui
præuia Domini misericordia, ordinatis agminibus in hostium cuneos irruentes, disso-
lunt eorum agminibus, omnes in fugam vertunt, de quibus illa die ceciderunt mille.
Saladinus ergo victus redijt ad propria, atque vt erat vir animo vigilantissimus, volens
Christianorum vires explorare, multò his maiora cepit attentare. Nam suorum vndi-
que contractis, copijs, transito flumine Euphrate, in Mesopotamiam applicuit. Vn-
de vrbes splendidissimas, Edessam videlicet ac Carras, cum reliquis & omni penè prou-
incia, quæ sub ditione & dominio fratris Noradini fuerant, sibi vendicauit. Verum
vt rex Saladinum ad exteras sese terras recepisse cum suis copijs intellexisset, ratus
regionem ipsam viribus hostium destitutam, coadunatis sibi militibus, terras Dama-
scenorum ingreditur, locumque celebrem fatis & insignem Zoram, multis refertam
habitoribus, non longè à Damasco violenter confregit. Quo facto, præsidium quod-
dam quod à Christianis paulò antè abstulerat Saladinus, obsidentes nostri, ad dedi-
tionem obsessos compulerunt: quòd rex cum intrasset, prædā inde absportauit. Post
in regnum feliciter redijt. Verum Saladinus vt aduersus nostros liberius contende-
ret, minori Asia, Armenia & Lyciæ, quam maiorem Turciam nunc appellant, Sulta-
num præfecit gēte Turcam, paucis admodum copijs attributis. Itaque Saladino ran-
tis implicito bellis, Emanuel secundus Græcorum imperator, subiiciendæ sibi Tur-
ciæ animum adiecit, & copijs quidem ingentibus ac paratissimis raptim ductis, Ciliciam
primùm spoliando vrendoq; subegit: Asiam deinde minorem ingressus, ad Cuneam
urbem prouinciæ primariam peruenit. Sultanus interim copijs armatorum decem millium
contractis, haud longè à Cuneo desedit. tactus verò erat Sultanus regni ambitione, &
si fortè de Saladino aliquid durius accidisset, illi succedere expectabat: quare multum
Emanuelem orauit, vt parte earum ciuitatum quas ceperat, retenta, quod erat reli-
quum,

Baldu. Sala-
dinum vin-
cit.

Saladinus
foedus ru-
pit.

Emanuel II.
Græcorum
Imp.

quum, sibi relinqueret, foedera secum quæcunque præscriberet inuito. Et cum Eman-
uel Cuneum obstinatius petens, in illud ducere pararet, ingenio barbarus, astu rebus
suis consulere perrexit. Fuga nanque simulata, fauces montium arctissimas est ingres-
sus, quem Emanuel euectio est infectus, futurum ratus, vt eo exercitu oppresso, Tur-
cia omnis in suam cederet potestatem. Sed aditibus vbiq; repagula præsidiaque bar-
barus ita opposuerat, vt quàm primùm ingressus fuerat Emanuel, sese cum exercitu in-
terceptum, omni destitutus spe salutis intellexerit: actumque erat de eo, nisi Sultanus
perfidia in Saladinum vsus, regno quod ambiebat, imperatoris Græcorum præsidia vo-
luisset magno beneficio comparare. Nihil enim vltra captis imperatori & Græcis præ-
scribens, quàm vt his quæ de Turcis ceperant redditus, pacem secum posthac con-
stanter seruent, eos abire permisit. Hic Emanuel Constantinop. imperator paulò
post anno Domini 1180. moriens, Alexium filium heredem imperij reliquit annorum
13. Andronico Græco regia progenie tutore dato, cuius consensu Philippus Francia
rex Hagnem filiā adolecenti in matrimonium locat. Præfuit Andronicus tutorio nomi-
ne Constantinopolitano imperio, donec aula studio principatum (nam & ipse ex im-
peratoria familia erat) ambiret, sed conatibus suis præcipui videbantur aduersari La-
tini, quorum in puerum ob patris Emanuelis merita fides erat spectata. Quare pellectis
in suam sententiā aulicis, Latinos edicto publico consensu imperatoris curia expulit.
Latini mente consternati, Græcorum molimina prauententes, in galeas quadragin-
ta quatuor, quæ erant in portu, aliasque naues se recipientes, vix mortis euaserunt dif-
criminata. qui autem infirmi erant, aut ad fugam minus idonei, rabiem sunt experti. In-
uaserunt enim abeuntes Græci, nec sexui, nec ætati parcentes. Reliqui verò qui se eo-
rum fidei commiserant, Turcis & alijs populis infidelibus in perpetuam venditi sunt
seruitutem, qui promiscui sexus vltra 4. millia fuisse dicuntur. Verum nec à seculo in-
auditum scelus impunè commiserunt. nam qui in galeis & nauibus (vt prædiximus)
erant, postquam cognouerunt Græcos vxores & eorum liberos, totamq; familiam que
in vrbe remanserat, partim gladio, partim incendio consumpsisse, iusta indignatione
circumierunt vtrumque Hellepontii littus vsque ad ostium mediterranei maris, man-
cipia vi comprehendentes, vniuersos habitatores gladio peremerunt: sed & monaste-
ria peruadentes, pseudomonachos & sacrilegos eorum sacerdotes ferro cadunt, mo-
nasteria succedentes, ex quibus locis infinitam auri & argenti copiam corraserunt.
Deinde mare mediterraneum ingressi, Thessaliæ & aliarum circumadiacentium prou-
inciarum vrbes perlustrantes, cuncta incendio & rapina tradidere: qui verò stragem
aut rapinam abominabantur, in regnum Hierosolymitanum descenderunt. Andro-
nicus verò, pulsus Latinis qui puero fauebant, breui post nauigantem laxandi animi gra-
tia imperatorem Alexium, in mare præcipitatum necauit, isq; sumpta euectio purpu-
ra, imperator à complicibus est declaratus. præterea ne facinore partem tyrannidem
amitteret, facinus haud paruum edidit. nam proceres omnes, quorum virtutem su-
spectam habebat, interfecit. Verum Guilielmus Siciliæ rex, iniurias Latinis ab An-
dronico illatas vlturus, cum armato exercitu in Græciam trajiciens, Thessalonicam
Macedoniæ urbem vi cepit, & multas Græciæ Thraciæque ciuitates varijs calamita-
tibus affectas partim cepit, partim diripuit, nusquam occurrente Andronico, dijs nunc
& ciuibus suis infesto, propterea quòd multos occiderat, plerosque exilio damnaue-
rat. Hac necessitate impulsus Constantinopolitani ciues, Isaac quendam regia pro-
genie ortum, ex Peloponneso vocatum, imperatorem tumultu cõcitato acclamauerunt:
isq; populi multitudine stipatus, Andronicum prælio superat, captumq; singulis mu-
ltularum membris, vitā in acerbis cruciatibus finire coegit. Hæc ad tēpora Lucij Papæ
sunt protracta. Nec prætereunda mihi videntur in hac serie Philippi regis Franciæ
initia. Hic enim principio regni sui in aleatores quos abhorrebat, edicta proposuit,
illorumque executionem fecit. Anno autem primo regni sui bella pro ecclesiarum
defensione, clerique libertate duo gessit: vnum contra Bebonem in territorio Bitu-
ricensi, secundum contra comitem Cabillonensem, quorum tyrannidē viriliter per-
domuit. Paulò post quia Iudæorum maxima multitudo Parisijs habitabat, quibus
adeò diuites facti erant, vt ferè medietatem vrbis sibi vendicarent, hi cõtra decreta ecclesiæ
in domibus suis seruos Christianos & ancillas habebant, quos etiam in quibusdam iu-
daizare cogebant. Insuper & sacra vasa pro instante ecclesiarum necessitate pignoris
nomine retinentes, tam viliter tractabant, quòd eorum infantes in calicibus offas facie-
bant, & ex his bibebant. Sed & multa alia enormia cõtra fidem nostram committebant.
dice-

Alexius filius
Emanuelis.

Andronicus
Latinos
Græcia ex-
pulsit.

Andronicus
Alexium ne-
car.

Isaac Græ-
cus Impera-
tor.

Philippus
Franc. rex
Iudæos pel-
lit.

dicebatur etiam, quòd singulis annis in opprobrium ac contemptum Christianæ religionis, quasi pro sacrificio in quibusdā locis subterraneis in die cœnæ Domini Christianum vnum patibulo crucis affigentes occidebant. Quæ cum audisset rex Philippus, mortuo patre, eius præcepto per totum regnū Iudæi capti sunt, & primò omnibus bonis spoliati, deinde mandauit vt omnes qui fidem Christianam & baptismum suscipere nollent, de regno eius exirent. Multi ergo baptismum susceperunt, quibus rex omnes possessiones suas integrè restituit, synagogas autem ecclesias dedicari mandauit. Cum autem his temporibus in curijs regum & principum multi histriones concurrerent, qui pro adulatione ac procacitate equos, vestes, aurum & argentum extorquebant, adeoque hæc pestis inualuit, vt miseri & auari reputarentur, qui talium societate carerent: Philippus rex Franciæ considerans hoc esse vanum & salutem contrarium, promisit Deo, quòd dum viueret, vestes suas Deo intuitu pauperibus erogaret. Ad res Ecclesiæ nunc reuertentes, vnde digressi sumus, quæ post initium pacis foedus inter Alexandrum Papam & Fridericum facta sunt, narrabimus. Itaque confecta inter Ecclesiæ capita pace, Fridericus cum bona pontificis venia Rauennam, deinde Bertinorum se contulit. Alexander autem triremibus 13. Guilielmi Siculi & 4. Venetorum ornatu, Sypontum primò ventis delatus, deinde Troiam & Beneuentum, per Cassinam, saltum Anagninam se recepit, vbi non diu se continens, Tusculum petens, de abrogandis consulibus cum Ro. agere curauit. Verum quia res in quinquagesimum se annū protraxerat, difficulter tolli videbatur. Pacti tamen, vt non prius electi à populo consules magistratum inirent, quàm in verba pontificis iurarent se ecclesiæ Ro. fidelissimos fore, nihilque vnquam molituros, quod dignitati pontificiæ obesset. compositis rebus, pontifex tertio Romam profectus est, obuiam sibi procedente gratulationis causa populo. Deinde statim in Laterano concilium celebrat, in quo mores curiæ iam nimia licentia labefactos corrigit: & ne quis arma, ligna, ferrum infidelibus apportaret, sub anathematis poena decernit. De decimis quoque ante hoc concilium à laicis in feudum concessis, decretalem instituit. Interim verò Alexander post longos & assiduos labores, cum iam quieturus à tyrānicis perturbationibus videretur, pontificatus sui anno 21. die 19. moritur: sublatis prius è medio quatuor schismaticis pontificibus, quorum seditionibus ecclesiæ Ro. penè subuersa est. Reliquit autem Petri sedem Lucio eius nominis secundo, natione Tusco, qui Luca gente nobili oriundus, omnium consensu pontificatum inijt anno Domini 1181. sedit annos quatuor, menses duos, dies 18. Hic Lucius ab initio consules, Romanis quibusdam fauentibus, deponere curauit, multorum ex nobilitate ac populo Ro. ope ac consilio fretus, fastidiebant enim tyrannidem consulum. Sed adeò consularis factio præualuit, vt Lucio vrbe deturbato, in fautores eius multum sit stœnitum. nouo enim exemplo studiosos pontificis, qui fuga sibi non consuluerant, effosis oculis cæcarunt. At pontifex fugæ suæ necessitate ad bonum consilium conuersa, Veronam conciliū conuocat, rebus Hierosolymitanis consulturus, qua gratia patriarcha Hierosolymitanus & magni Hospitalis magister Veronam ad Lucium pōtificem, & inde eo suadente ad Philippum Francorum regem se contulerunt, opem rebus afflictis postulantes.

Lucius II.
papa.

Iuramentū
Italicarum
ciuitatum.

ANN O Domini 1181. Imp. Fridericus apud Moguntiam maximum festum celebravit, conuocatis principibus regni, sed & de alijs regnis compluribus, in quo conuentu ex filijs ipsius Henricus, rex est designatus, & Fridericus, dux Suenorum, ambo gladios accinxerunt. ANN O deinde 1183. Fridericus iam bellis fatigatus, Longobardis omnibus cōdixit curam apud Constantiam, vbi principes & potestates eorum se repræsenterunt: & pacta quædam de faciendo seruitio imperatori de singulis ciuitatibus Longobardiæ, ibidem statuta sunt, vocaturque pax Constantiæ, quam hodie tenent in scriptis, quam & Baldus commētatus est. Ea sic legitur: Imperialis clementiæ mansueta serenitas &c. vbi etiam nomina ciuitatum referuntur, quæ pacem iurauerunt, tenorque iuramenti est talis: In nomine Domini iuro ego N. quòd amodo ero fidelis domino imperatori Friderico, & eius filio regi Henrico, non ero in consilio vel facto, quòd ipsi perdant vitam vel membrum, aut mentem, seu coronam imperij vel regni sui, seu capiantur: vel si sciuerō aliquem fecisse vel facere volentem, per me vel per alium domino imperatori, vel regi, vel nuncio eius, sine fraude manifestabo, & eum adiuuabo. Insuper pacē domini imperatoris Friderici, & filij eius regis Henrici & suæ partis, factā cū societate Lombardiæ, sicut scriptū est, & inde sine fraude infra xv. dies post, & iurata bono intellectu & sigillo domini imperatoris sigillata, obser-

obseruabo bona fide & sine fraude. Et hoc iurare faciā omnes masculos mecum habitantes, à 16. annis & supra vsque ad 70. infra 15. dies postquam iuratum habuerō, exceptis seruis: & qui per me iurare noluerint, infra tertium diem imperatori vel regi vel suis nuncijs per breue manifestabo. Acta sunt hæc anno Domini incarnationis 1183. regnare Friderico Imp. Ro. gloriosissimo, anno regni eius trigesimo secundo, imperij verò xxix. datum apud Constantiam. Quo tempore Lucius pontifex seditionem principum in Asia, Guidonis de Lisigniaco, & comitis Tripolitani intelligens, cum ad arma ciuilia res spectare videretur, non destitit nuncijs & literis eos hortari, vt in gratiam mutuum redirent. Guilielmum quoque Siciliæ regem, pace cum Isaac Græcorum imperatore composita, impellere pollicitationibus curabat, vt in Asiam traiceret. Verum dum ob hanc rem nunciij vltro citroque mitterentur, Lucius vir optimus pontificatus sui anno quarto, mense 2. die 18. Veronæ moritur, sepeliturque magna pompa ante altare cathedralis basilicæ, super cuius tumulo hi versus notati referuntur:

Luci, Luca tibi dedit ortum, pontificatum
Ostia, papatum Roma, Verona mori.

Fuerat enim episcopus Ostiensis antea, de quo refert Hermannus, eum constituisse, vt Missa concubinarij possit audiri, & ab eodem Sacramenta Ecclesiastica recipi, quamdiu à suo episcopo toleraretur: grauissimè autem vterque peccat, & sacerdos celebrans vel Sacramenta porrigens, & episcopus eum tolerans. ANNO Domini 1183. in prouincia Bituricensi septem millia Cotarellorum interfecti sunt ab illius terræ incolis. Isti enim terram regis Francorum vastando prædas ducebāt, homines captos cum vxoribus vilissimè tractabant. Cum vxoribus enim illorum quos ceperant, captis ipsis videntibus dormiebant, ecclesias incendebant. Sacerdotes autem & viros religiosos torquentes, iridebant aut virgis cædebant, ex quibus quidam inter flagella spiritum exhalabant. alij verò carceri mancipati, data pecunia ad propria redierunt: ecclesias spoliabant, & corpus Domini de vasīs aureis & argenteis extrahentes, in terram deiciunt, ac viliter pedibus conculcant: de corporalibus concubinarum corum pepla capitibus cōponebant, calices exportabant, malleis aut lapidibus confringentes. Hæc videntes incolæ illius prouinciæ, domino regi Philippo significabāt, & accepto ab eo exercitu, in latrones illos irruunt, & omnibus interfectis, de præda illorum ditati sunt. Circa hæc tempora misit rex Philippus Stephanum Nouiomensem episcopum ad Cainum regem Danorum, vt ei vnam de sororibus suis daret vxorem. Quod æquus ille accipiens, Engebergam ei tradidit, puellam sanctam & bonis moribus ornatam. hanc rex Atrebat legitimum vxorem duxit, ac coronari fecit. Sed mox instigante diabolo, rex vxorem exosam habere cœpit: nec multò post consanguinitatis linea per Carolum Flandrensem comitem ab episcopis computata, matrimonium separari fecit. Regina ad Danos ire nolens, in locis Galliæ apud religiosos manere decreuit. sed quoniam istud coniugium dicebatur iniuste separatum, papa (sunt qui fuisse Cælestinum putent) postea ad querelam Danorū misit duos legatos in Franciam, qui Parisijs conuocato concilio de reformando coniugio tractauerunt. Sed pelli suæ timentes, nihil ad profectum duxerunt. Verum postea anno 1202. papa Innocentius III. Octavianum Ostiensem, & Iohannem Voltrensem episcopos in Franciam misit, quorum admonitione rex vxorem suam Engebergam in qualemcunque gratiam recepit. Et superinductam à se ad tempus separauit. Tum super matrimonio multæ habitæ sunt à iurisperitis disputationes. Attamen antequam legati Romam redirent, Maria ducis Boemiæ filia, à rege Philippo superinducta, defuncta est, de qua idem rex filiū nomine Philippum & filiam vnam susceperat. Erat autē Maria filia ducis Moraviæ & Boemiæ, marchionisq; Istriæ, quam quinque annis cōtra Dei decretum & legem rex tenuit. Illa verò mortua, Innocentius Papa III. ad petitionem Philippi regis, prædictos pueros legitimaui, quòd factum eo tempore multis displicuit. De hac dispensatione est tex. in tit. qui fil. sint le. in c. Per venerabilem. De hoc Philippo, qui & Augustus dictus est, reperimus quòd habuerit tres vxores. primò habuit Isabellam, filiam comitis Balduini de Hannonia, per quod matrimonium conquisit comitatum de Artoys & Atrebatum ciuitatem. habuit aliam vxorem nomine Mariam, filiam ducis de Moravia: ex hac genuit Philippum comitem Clari montis & Bologniæ, & filiam vnam: tertiam habuit vxorem Engebergam filiam regis Danorū, quæ magis dicenda fuisset secūda: quia ex præmissis patet, quòd ille superinduxit Mariam: qua defuncta, fortè reassumpsit Engebergā, & sic potest dici secūda & tertia.

Philip.

Philippus iste regnavit annis 43. quia defunctus est anno Domini 1223. Philippus iste anno 1184. contra Flandriæ comitem Philippum propter comitatum * Veromanden- sem, quem iniuste detinebat, apud urbem Ambianos congregavit exercitū: cui, cum comes desperaret se illi posse resistere, dictum comitatum liberè restituit. Castrū tamē S. Quintini & Peronam tantum in vira sua retinere obtinuit. Quo tempore Philippus duo insignia opera in regno suo fecit: nemus quod prope Parisios est & Vicenarum dicitur, fecit nuro optimo cingi. quod audiens rex Anglorum Henricus, sylu estres fer- ras, apros, ceruos, damulas, capreolas, per totam Nortmanniam & Aquitaniam ca- ptas, in naui per Sequanam fluuium prædicto Philippo transmisit. Insuper & ciuita- tem Parisien. vt illi nomen antiquum auferret, à luto enim Lutetia dicebatur, vicos & plateas omnes duris lapidibus sterni fecit. ANNO Domini 1186. septimo die mensis Ianuarij, Fridericus imperator filio Henrico regi Germanorum, regales nu- ptias cum Constantia Rogerij Siculi filia, nuper sibi desponsata, Mediolani solenni- ter celebrauit, anno Henrici 21. regni autem 14. quem pater toti Lombardiæ præfecit. Eodem anno castrum Brisach à rege Henrico iniriatur, & hyems satis calida fuit, ita quòd in Decembri & Ianuario multæ arbores florent, in quibus circa Februarium pira quantitate auelanæ conspiciantur: corui quoque & aues reliquæ in Ianuario foetus prodixerunt: sed sequenti anno, s. 1187. in Martio magna aeris inclementia & asperitas algoris, & ferè vsque ad kalen. Iunij durauit, ita quòd diebus Pentecostalibus in medio Maio nix magna cecidit, & ferè omnia vina perierunt. ANNO salutis nostræ 1186. Urbanus in Papam eligitur, sedit annum vnum, menses 10. His diebus, vt refert Vrspergensis, Fridericus Imp. Henricum filium & regem prouincijs Italiae ad se spectantibus præfecit, illique nuptias Mediolani habuit, vt supra diximus. Nunc ad res & bella terræ sanctæ properandum erit. siquidem Saladinus, vt erat vir impiger & per omnia strenuus, postquam totam Mesopotamiam suæ subiecerat ditioni, trās- missō Euphrate, in Coelesyriam est reuersus, & nobilem ac potentem urbem Alapia- am quibusdam conditionibus recepit. Hic primū Christianos orientales timor non modicus contriuit. nam quod maximè verebantur, accidit. Subiugata enim Alapia, omnis illa regio per circuitum Saladini potentia vallata est. Quare Christiani vrbes & oppida quæ in circuitu erant, munire coeperunt. Eo tempore Balduinus rex apud Nazareth febre laborabat, sed elephantias ingrauescente, de se quasi desperans, re- gni vniuersalem administrationem domino Guidoni de Lisigniaco, viro sororis suæ tribuit. Nam Almaricus rex de vxore sibi con sanguinea genuit Balduinum & Sibyl- lam, à qua vxore cum fuisset iudicio ecclesiæ separatus, accepit Almaricus neptem imperatoris Emanuelis politiam, ex qua habuit filiam Isabelem, quæ postea nupta fu- it Herfrando adolescenti, vt inferius dicetur. Fuerat Sibylla Guilielmi Montisferra- tensis vxor, quo apud Ascalonam vita functo, Guido de Lisigniaco eam vxorem ac- cepit, atque hac ratione ad regnum tuèdum postulatus est. Saladinus autem in his regionibus compositis rebus, Damasum redijt. Deinde cum vniuerso exercitu fines Christianorum ingressus est. Quo cognito, Christiani correptis armis ad locum vbi castra locauerat, processerunt. Hic sanè, vt aiunt, si nostri Deum habuissent propici- um, poterant facillè hostem supprimere. erant enim in Christiano exercitu magni & mirabiles viri, videlicet Boemundus tertius princeps Antiochenus, Raimundus com- es Tripolitanus, Henricus dux * Louaniæ, Rudolphus de Milione ex Aquitania. Sed peccatis nostris exigentibus, contentio orta est inter nostros. Nam quidā odio Gui- donis, cui rex administrationem commiserat, pugnare dissuadebant. Mirabantur mi- lites quid esset quòd tanta opportunitate data non fieret cum hostibus cōgressus. vnde per 18. dies hostium castra vix milliare distātia, quod nūquam aliās visum fuit, man- ferunt intacta. Saladinus autem post multa damna regioni illata, ad propria integris copijs reuersus est. Vix autem euoluto mēse, Saladinus reuocatis viribus urbem, cui antiquitus nomen erat Petra Deserti, nunc autem Caath dicitur, obsidione vallauit. Rex Balduinus considerans superbiam Guidonis, & quòd in supradicta belli admini- stratione minus strenuè se gesserat, ad se regni curam reuocauit. Atque de commu- ni consilio principum, nepotem suum Balduinum, quem Sibylla soror ex Guilielmo marchione Montisferrati primo viro genuerat, in regem fecit coronari, Raimundo comiti Tripolitano pueri tutelam & totius regni administrationem solenniter dan- do: quo factō, ad subueniendum his qui obsidebantur à Saladino, cum suorum co- pijs properauit. Quod cum Saladinus per exploratores cognouisset, soluta obsidio-

ne, ad propria est reuersus. Acta sunt hæc anno 1183. Saladinus deinde regni Hiero- solymitani terram cum magno exercitu aggressus, ingentem pecoris hominumque prædam abegit. magna ibi pars Templariorum militum caesa est. Ea futurae desolati- onis regni Christianorum indicia cum cognoscerent Heraclius patriarcha Hieroso- lymitanus, & hospitalis Hierosolymorum magister, Veronam ad Lucium pōtificem, & inde eo suadente ad Philippum Francorum regem se contulerunt, opem postulan- tes. Philippus quoque cum ire non posset, tamen multos milites Hierosolymam itu- ros in Italiam ad pontificem misit. Hæc acta sunt sub Lucio anno 1184. Inter hæc obiit Hierosolymæ Balduinus quartus, lepra magis quam senio confectus. Cui Baldui- nus nepos eius & ipse rex, de quo supra, successit in regno. regni curam Tripolita- nus comes gerere nequiuit, eò quòd Sibylla mater pueri, vnā cū Guidone marito re- sisteret: dumque res ipsa magnis Christianorum simultatibus tractatur, Balduinus puer & rex, ad octauum auunculi obitus mensem defunctus est. Eam pueri mortem Si- bylla mater texit, verita ne Tripolitanum comitem populus & militia regem assume- rent: multisque non magis pollicitationibus blanditijsque quam largitionibus à pa- triarcha, episcopis, proceribus Guidonem maritum, Hierosolymorum regem creari obtinuit. Guidone rege designato, comes Tripolitanus pro sua in illum inuidia, non- tam Hierosolymorum dominatum, quam omnem Latinum populum infestauit. In- ducias cum Saladino constituit, quæ Tripolitanum comitatum à fauore Christiano- rum penitus separauerunt. Quin etiam mulierem nobilissimam, principatum Tibe- riadis & Galilææ hereditario iure tenentem, vxorem duxit, quæ omnia per nuptias generales induciæ, quas vir astutus comes Tripolitanus abrumpere satagebat, & fortu- na eius consilijs fomenta addidit. Montis siquidem regalis Christianus princeps Rai- noldus de Moreal, multa trans Iordanem tenebat, quibus ex locis annonam abun- dantem * Hierosolymi trahebant. Is princeps inconsulto & penitus inscio rege, in- ducias temere violauit. Saladinus venisse tempus ratus quòd maximè expetebat, comparato exercitu ingenti, Turcis Saracenisque omnibus per nuncios & literas sua- sit vtendum occasione data: nam Christiani ipsi maximè discordes essent, & facillè possent exterminari: contraxit copias equitum quinquaginta millia, peditum innu- mera erat multitudo. Primū ergo per Tripolitanum Tiberiadisque securi delati agrum, ad Acam quam dicunt Prolemaida, castra metati sunt. Inerant verò vrbi Chri- stianæ militiæ principes templi & hospitalis Magistri, quibus ea vrbs à regibus con- cessa erat. Hi ad primum impetum hostis, qui kalen. Maij factus est, intrepidè prælio sunt congressi, pugnatumque est dispari copiarum numero. vnde Magister hospita- lis vir fortissimus, & meliores quique de suis, ceciderunt: nihilominus tamen nostri tandem superiores facti, cruentam victoriam obtinuerunt. At Raimundus interim Tripolitanus, ne Christiani delerentur, parum etiam fidens barbaro, Tiberiadem mu- niuit: atque vxore ibi relicta, Tripolim est reuersus, Guidoni que regi reconciliatus, à barbarorum recessit inducijs. Hoc intelligens Saladinus, Aca dimissa, Tiberiadē ob- sedit. magister templi Hierosolymam confugerat, quo compulso, Tripolitano co- mite instante, Guido rex copias eduxit, equitum 30. millia, peditum 40. millia: qui fa- cto itinere, cum loco aquarum irriguo castra ponere statuissent, præuenti sunt à Sa- ladini copijs, & in loco arido pernoctare sunt coacti. Saladinus id intelligens, relicta obsidione Tiberiados, in castra venit quæ præmiserat, Christianis opposita. Et in au- rora cōmissō prælio, in Christianos siti laborantes & profus deficientes, eadem ma- gnā edidit, & in fugam eos vertit. In eo nanque bello 30. millia hominum occisa sunt, & qui antea ternos quaternosque singuli fugare prosternereque soliti fuerant, vice nunc versa, seni septenique singulis hostium fugabantur. De hac tamen fuga paucissimi sunt prolapsi. Tripolitanum comitem ab amico ferunt barbaro Tyrum fu- isse deductum. Guido cum templi magistro ac notioribus militibus captus seruatus- que, reliquos etiam religiosos Saladinus securi fecit percuti. Ea in miserabili clade, magna salutariferæ crucis pars amissa est. Rarè autem à primo introitu Latinorum in Syriam, vilo prælio tantus effusus est sanguis. nam tunc totius Christianitatis concide- re vires apud Orientem. Quos enim Saladinus Templarios aut Hospitalarios ce- perat, sine aliquo humanitatis respectu occidi fecit. Insuper & Rainaldum de Castil- lione Antiochenum principem, virum manu & consilio promptum, eo bello captū, Saladinus manu propria capite truncavit. Deinde apud pontem Tiberiadis manubi-

Flandren. comitatum Philippus occupat.

Henr. regis nuptiæ.

Urbanus III. papa.

Baldu. Guidoni regni Hierosoly. tradit.

Caath.

Initia va- flandæ Hi- erosoly.

Guido vici- mus rex Hi- erosoly.

Saladini aduersus christianos expeditio.

Saladinus Guidonem regē capio.

as Christianorū & spolia inter suos liberaliter diuidit Saladinus. Rex autem & templi Magister in signum victoriæ referuntur. Incidit hic tam miserabilis casus in annum 1187. Tanta potitus victoria Saladinus, mox ad Acam duxit, quam Christiani cum singulis vestimentis exire permisi, cuestigio dederunt. Berytum deinde, post Byblon, & continuato victoriæ cursu, quicquid ab Aca ad Afcalonam maritima regio habet, Saladinus pari deditiois facilitate recepit. Afcalonitæ munitione confisi, responderunt se non nisi post captam Hierosolymam deditioem facturos. Multum certe Saladini humanitas & fides Christianis profuit. siquidem nullum qui tributa sibi pendere vellet, populum vrbe aut oppido eiecit, nulli datam fidem violauit, vir promissi tenacissimus, & in misericordiam liberalitatemq; procliuus. Per hoc tempus Cūradus marchio Montisferrati Tyrum applicuit, nauigium vctus imperatoris Isaac, cuius sororem in matrimonium acceperat, propter opem illi datam aduersus Græcum nobilem ad imperium aspirantem. Et eodem die comes Tripolitani de fuga ab infausto prælio emergens, eò se contulit, qui vir perfidus, Cunradi suspectam ducens virtutem, relicta Tyro, Tripolim accessit, vbi morte subitanea defunctus est, & cadauer eius circumcisum est repertum. Saracenus enim fuerat effectus, vnde à nonnullis proditor exercitus Christiani habitus est. Per id etiam tēpus classis Guilielmi Siciliae regis 40. triremium, apud Tyrum apparuit, quam Margaritus Siculus ducebat. Saladinus autem Afcalonam obsidens, 10. diebus oppugnatam urbem ea conditione recepit, vt Guidoem regem & templi magistrum liberatos, Tyrum deduceret. quod & factum est. Hierosolymitæ autē ciues, & qui de vicinis locis vndique, hostium metu, illuc confluerant, audita strage suorum, & viuifica crucis amissione, omni se humiliabant genere supplicandi, agebantur ab omnibus Christianis ibidem solennes litanias, confessiones & ieiunia. sed & paruula atas his exercitijs insistebat. at ira Dei in patulo vehemens erat. nec mirum: nam & clerus & populus in luxu varios se effuderat, toraque terra facinoribus & flagitijs sordescerat. Insuper qui religionis præ se ferebant habitum, regularis temperantia turpiter fines excefferant. Pauci erant, quos vel auaritiæ vel luxuriæ morbus non infecerat. Quare Dominus ad iracundiam concitatus, terram quam tulerat de manibus impiorum, rursus permittit barbarorum dominio occupari. Veniens igitur Saladinus Hierusalem, urbem ab Occidentali parte vallauit, atque continuis aggressionibus obsessos grauare nititur. Sed ciuibus pro viribus resistentibus, ab aquilonis parte die noctuque ciuitatē impugnat. Cumque muros machinis debilitasset, timentes ciues cum ex nullo loco præstolarentur auxilium, ne hostes violenta irruptione urbem occuparent, placuit inuitabili periculo cedere, & sub certis conditionibus deditioem facere. nam pridie paganis irruentibus, vna turris plerisque occisis, capta fuit, & vexillum Saladini impositum. quod miles quidam Teutonicus irruptione cum suis facta, deiecit, occisis in ea paganis omnibus, qui fiduciam Christianis dans, eos ad defensionem murorū reduxit. Tandem verò vbi omnia desperata vident, nec auxilium sperare possunt, ciuitatem certis pactis tradiderunt. Secundo igitur Octobris die, anno Domini 1187. resignata est sancta ciuitas in manibus paganorum, lxxxvij. anno postquam à Gortredo capta fuerat. Tantum autem cuique abeunti ferre licuit, quantum suis humeris portauit. Intransibus autem Saracenis, in opprobriū Christianorum inter reliqua sacris illata mala, iumenta sua stabulauere in ecclesijs. At ecclesiam sanctæ Resurrectionis multo auro redemerunt Suriani, ne pateret gentibus & sordibus subiaceret. templo verò Domini miram venerationem fecerunt Turcæ. consueuerunt enim antiquitus secundum suam superstitionem multipliciter locum illum venerari. Sed & Saladinus antequam illud ingrederetur, parietes illius fecit aqua rosacea lauare, & multis odoribus perfundi: quo facto, omnes ecclesiarum campanas malleis fecit perfringi, atq; in prophanos vsus diffundi. Profugit patriarcha Heraclius mox vrbe capta cum Latino populo. māsēruntque ex Christianis apud Hierosolymam Suriani, Armeni, Græci plurimi, qui tributo dato vitam suam agrè tutabantur. Audita etiam deditioe sanctæ ciuitatis, multa loca quæ vix ab homine capi potuissent, se tradiderunt Saracenis: recedētib;que Christianis de Hierusalem, versus Tripolim iter ceperūt: & cum iam ciuitati appropinquarent, credentes se manus Saracenorum euasisse, in sacrilegos & Saracenis deteriores, Tripolitano comiti subiectos, inciderunt, qui ex Tripoli exeuntes, quæ Christianis Saraceni humanitatis gratia reliquerant, despoliauerūt. Saladinus autē relicto Hierosolymis firmissimo præsidio, exercitū properē Tyrum ducit,

Saladini fuc
cillus.Afcalon de
ditur.Saladinus
Hierosoly
mam capit.Patriarcha
fuga.

cit, quam Cunradus marchio publico auxilio defendendam acceperat, Margari-
to Siculo duce cooperante. Itaque Siculæ classis auxilio fretus, Saladinum repū-
lit. Digressi sumus in Orientis historiam à Friderici Barbarossæ memoria, cum circi-
ter annum 1186. Henrico filio Constantiæ Siculi regis filiam vxorem datam scripsi-
mus. Siciliam regebat eo tempore Constantiæ frater Guilielmus, qui cum hæredem
legitimum non haberet, dotis nomine Siciliae regnum & Apuliæ ducatum Henrico
dedit. Quæditio post mortem Lotharij quondam imperatoris à Rogério, capto pa-
pa Innocentio, regioque nomine ab eo extorto, imperio ablata fuerat. Igitur tum
sexto imperator cum frequentia principum Italiæ ingressus, rogantibus Mediolanen-
sibus, vt in signū adeptæ imperialis gratiæ, nuptias filij apud Mediolanum dignaretur
celebrare. Imperator verò, quia iam antea insignia ciuitatis cum clauibus aureis in ar-
gumentum subiectionis eorū oblata receperat, pacemq; omnibus donauerat, in hoc
quoq; consensit: omnibusq; Italicis primoribus generalē curiam apud Mediolanum
indixit. ad quam de Cisalpinis regionibus, ac de omni Italia, Tuscia, Campania, Apu-
lia, Sicilia, coadunati principes, sororem Guilielmi sponsam Henrici regis cum mā-
ximo & regali apparatu pompaque, cum Imperatore & sponso obuiam procedētes,
fiscipiunt, ac cum maximo regni fastigio nuptias peregunt. In hac curia plenariē
Italicis gratiā imperatoris adipiscētib; pax est ad integrū reformata stabilitaque: quā
frater, plerisque Italiæ vrbes lustrat. Tum & Florentiam veniens, honorificè recipitur,
licet cum Ecclesia sentirent. Mors tum imperator querelis nobiliū de ciuitate, quod
castra eis sua ablata fuerant, propter insolentias eorū abstulit Fridericus eis omnē co-
mitatū eorū vique ad muros ciuitatis, sicut etiam fecit alijs ciuitatibus Tusciæ, & red-
didit castra nobilibus tanquā imperio subdita. Sed post quatuor annos omnia * recu-
perat. hæc Antoninus. Cōpositis Italiæ rebus, cum suis in Germaniā redijt. ANNO
Dominus 7. Fridericus Imp. 3. Kalen. Ianuarij conuentū principum apud Norinbergam
habuit, vbi de pace disposuit sub hac forma: Fridericus Dei gratia imperator &c.
Et præcipit pacem seruari, & incendia fieri prohibet, statuens vt quicunq; in ducatu
alicuius incendiū commiserit, proscrip̄tus denunciatur: quē postea, si emendare nō-
luerit, episcopus excōmunicet. quod si infra annū à proscriptione & execratione ab-
solutus non fuerit, vniuerso iure honoreq; priuatus habeatur, omniq; præbendali iu-
re carebit perpetuò. Item si in Raifa alicuius domini aliquis incendiū fecerit, dominus
cuius est Raifa, iurabit super reliquias, quod non faciat cum scientia, mandato vel vo-
luntate sua: reum autē abijciet à se, & nunquā resumet: alioqui damnū resarciet. Si rā-
lis incendiarius in castrū domini, dum agitur, fugerit, non tenetur eum tradere per-
sequentibus: sed iuuabit vt vel in syluā aut aliū locū abeat, dummodo tamē dominus
suis consanguineus vel vasallus fuerit: aliās eum persequentibus repræsentet, vel in
eadem culpa sit. Statuit quoque, vt quicunq; alicui damnū facere aut eum lædere
intendit, tribus ad minus antē diebus per certū nunciū suū diffidat. Sancimus, in-
quit, quoque, vt quicunq; treugas alicui dederit, nisi aliud actū sit, cōtra dicere eis antē
terminū statutum nequaquā possit: quod si fecerit, violator fidei censendus erit. Item
qui nunciū aliquem pro eo quod cōtradicturus mittit, læserit: fidē suam violauit, &
decetero omni honore carebit. De filijs quoq; sacerdotū rusticorū statuimus, inquit,
ne cingulū militare aliquatenus assument. Statuit etiā, si quis vineas aut pomeria ex-
ciderit, proscriptioni & execrationi incendiariorū subijciatur. Multa aliā decreuit,
quæ breuitatis causa obmitto. & in fine scribitur, Actū Norinbergæ, anno incarnati-
onis Domini 1187. ANNO Domini 1188. Urbano pontifice calamitatē Christiano-
rum, vt creditur, ac dolore animi Ferrariæ mortuo, ascendit cathedram S. Petri Gre-
gorius 8. vir literatus, qui mox ad subueniendū Hierosolymis toto accenditur deside-
rio, literas ac nuncios ad principes Christianos mittit, eosque cohortatus est ad Hi-
erosolymam recuperandā. cuius rei gratia Pisas ipse proficiscitur. Verū dum hæc vir
sanctissimus agit, Pisis moritur pōtificatus sui die quinquagesimo septimo. ANNO
eodem Clemens tertius pontificatū inijt. Sedit annos tres, mēses quinque, vel sex: tū-
dum alios, annos duos, dies xvj. Hic itarim de bello in Saracenos gerendo edictū pro-
ponit. nam Saladinus secundā fortunā secutus, iam ciuitates xxv. de principatu Anti-
ocheno ceperat, ipsam Antiochiā corrupto largitione patriarcha, iam occupauerat:
Saladinus igitur ceteriq; Saraceni anno 1188. totū regnū Hierosolymitanū vique, ad in-
ternectionem contriuerunt, qui rumor vniuersa Occidentis regna concusserat. Vn-
de reges & principes benè admonētē pontifice, ad vindicandū Christianorū sangui-
nem

Attende de
Sicilia Hen-
rico legara.Conuentus
principum
apud No-
rinbergam.Gregorius
8. papa.Clemens 3.
papa.

nem se accingunt, quorum de numero præcipui fuerunt Fridericus imperator cum filio suo Friderico, Philippus quoque rex Franciæ, Richardus rex Angliæ, Orho Burgundiæ dux, subsequentibus multis archiepiscopis & episcopis, Veneti quoque & Pisani paratissimas eduxere classes, Guilielmus Siciliae rex, pacato à piratis mari, annam omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscentibus administrabat. Frifones præterea, Dani & Flandrenses, cum quinquaginta triremium classe inter nauigandum ad Africæ littora flectentes, Saracenos magnis incommodis afflixere, capta ac diruta Sylua vrbe. Bela autem rex Poloniae, Hugaris salutem Christianorum consulens, pacem fecit. Expeditionis huius gratia hortante archiepiscopo Tyrensi, rex Franciæ Philippus & rex Angliæ colloquia habuerunt: & sedato inuicem ad tempus dissidio, contra omnium opinionem ambo crucem suscipiunt. In huius autem facti memoriam, hi duo reges in eodem loco crucem ligneam erexerunt, ibique fundantes ecclesiam, foedus perpetuum inierunt. vocabant locum illum, Agrum sanctum, qui locus est in Normannia. Verum instigante diabolo, dum se ad iter præparant, grauis inter eos exorta est contentio, & fecerunt sibi mutuo damna maxima. Interea Henricus rex Angliæ moritur, cui successit filius eius Richardus comes Pictauiensis. Hic post adeptum regnum, pacem cum rege Franciæ renouauit. vnde Philippus rex pro bono pacis, vrbes Cenomanensem & Turonensem ei restituit, quas patri eius abstulit. Eodẽ igitur anno Concilium generale Parisijs celebratum est, in quo mirabilis & incredibilis multitudo militum Crucem assumpsit, & in eodem Concilio ordinatum est à Philippo rege, vt omnes qui Crucem non acceperant, ad minus de omnibus mobilibus & redditibus suis decimas darent: & istæ sunt vocatæ decimæ Saladini. Tempore eodem Guido rex Hierosolymitanus dum apud Tripolim maneret, de cõsilio Emerici fratris sui viri strenuissimi, ac domini Patriarchæ, Magistri templi, & aliorum peregrinorum qui iam applicuerant marino itinere, Tyrum ire disposuit, vt ibidem cum illis conitinctis copijs, contra Saladinum procederet ad prælium. Pertentare tamen antè disposuit Marchionem Montisferrati, qui ciuitatis dominium occupauerat, si urbem sibi vellet aliquo modo resignare: Sed quia Cunradus Marchio Tyrum, rogantibus ciuibus ac iurantibus, in ditionem suam receperat, facile recusauit. Idcirco rex & qui eius sequebantur castra, profectus est aduersus Saladinum. quod postquam Tyri vulgatum est, exierunt de ciuitate exercitus regis Siculorum, & ex Alemania comes Bertoldus de Saringen, & comes Albertus cum multitudine Teutonicorũ. Quũ autem extra ciuitatẽ diebus pluribus in tabernaculis habitassent, pars exercitus Saladini, qui tunc castrum de **DE BELLO FORTI**, obsidebat, subito in exercitum regis irruit: sed præuia Domini misericordia, cum hostium damno multis occisis & captis, repulsi sunt. hæc Antoninus. **ANNO** Domini 1189. videns rex Guido, quod populus qui secũ erat, rædio afficeretur, communicato cum maioribus cõsilio, Aca ciuitatem obsidione vallauit. quod audiens Saladinus, soluta obsidione à castro De bello forti, ad præstandum auxilium suis qui in Aca obsidebantur, acies suas direxit. Fertur autem deo suo gratias egisse, quod hostium suorũ reliquias simul cum rege in sua retia perduxisset. Igitur cuestigio nostros inuasisset, nisi germanũ suum prædæ ac gaudij participem, quem expectabat, fieri voluisset. nec dubitabant nostri, si tum eos inuasisset, omnino imparatissimos dissipasset. Sed ecce ex insperato classis appulsa est, quam Iacobo Auerniæ duce, Brabantini, Frifones, Flandrenses & Daci, militibus, armis, comitatibusque instructissimam transmiserunt. multitudo præterea nobilium & aliorum hominum ex Campania, Burgundia, necnon Italia aduenerat. Quibus copijs auctus Guido rex, Aca bina fossa vallo communita & stadio inuicem distante cinxit, ea ratione, vt Christianus exercitus in eo vallatus, hinc obsessõrum eruptione, inde à Saladini insultu tutior esset. Insuper ex Gallia, Germania & Italia milites sæpe veniebant, qui imperatorem Fridericũ & Franciæ & Angliæ reges breui affore dicebant. Saladinus autem copijs vndique cõtractis, castra sua Christianorum castris contulit, opponens nostris, quæ fossa & vallo simul communierat. ita assidue & ab eo, & ab oppidanis Christiani sagittarum iactibus vexabantur. Pugnatum est vna die totis viribus, & cum Christiani propè victores essent, Saraceni nostrorum impetum ferre nequeunt, in fugam sunt conuersi, nec tunc repetebant castra. Quid autem ageret Saladinus, nec ipse sciebat. Casu etenim venit, quod equus Christiani militis de quo descenderat, rapidè fugam iniret, quem aliqui persecuti capere volentes, alium alium inclamando ita vociferati sunt, vt qui postremi in aciebus sequebantur, fugere nostros

Qui principes cruce signati.

Decimæ Saladini.

Aca Guidobertus obsidet.

Anceps Christianorum & Saladinus pugna.

stros putarent, vnde in fugam præcipientes sunt versi. Quod cum Saladinus videret, retrahere suos conatur: & Christianos fugientes insecutus, magnam edidit stragem. videntes hoc obsessi, erumpentes, ingentem cædem committere cœperunt, fuissentq; nostri ad internecionem cæsi, nisi Gansfredus regis frater, ad custodiam castrorũ relictus, eruptione facta hostes repressisset. Duo millia ex Christianis caesa sunt, inter quos tẽpli Magister, & Andreas *Premensis comes vulnerati in castra delati, periere. Quanta deinde pericula, quot damna Christianorum exercitus ibi perpeffus est, longum est narrare. Nam sæpe Saraceni erumpentes, multis nostrorũ occisis, machinas incendunt, & aliquando combufferunt. Durauerat iam multo tempore obsidio, & fames castra inuaserat Christianorum: vnde tabes multos, simul & inedia, confecit. multos hæc ad accipiendam precariam ab hoste mortem in ipsas hostium munitiones egit præcipientes. Cum ad eam rerum desperationem esset ventum, tumultus in castris concitatus, & regem & cæteros terruit duces. euestigio cõcessum est, inuadenda esse hostium castra, annonamq; inde vi rapiendam. Iuerunt autem xxx. millia, quiq; ex omni ordine meliores. cum eos irruere sine ordine cerneret Saladinus, simulata fuga, deseruit castra, in quæ nostri irruentes, ditissimæ suppellectili non minùs, quàm annonæ manus milites apponunt, face rerum sese onerantes. Saladinus interea castra circũdans, ad eas se contulit partes, qua Christianis redeundum erat: & singuli onerati, absque vilo hostium respectu reuertebantur: quos oneratos strauit, nec fuit Christianorum quisquam, qui præda abiecta spem in armorum defensione ostenderet, sed fuga sibi salutem quæreret singuli adnitebantur. Multi tum ad mare delati sunt, quorũ partem hostilis cecidit gladius, partem natando conatã euadere absorpserunt fluctus. Afflictus ea clade Guido rex, alterum quoque accepit incommodũ, quia Sibylla eius vxor & filij quatuor dysenteria in castris interierunt. Vnde labores noui exorti sunt. Isabelis enim Sibyllæ soror, Herfrando nobili adolescenti desponsata erat, cui Hierosolymorum regnũ, sublata Sibylla, iure debebatur: atque in eam spem Herfrandus à Christianis proceribus attolli cœperat. Sedenim Cunradus marchio Montisferrati ad regni Hierosolymitani scepra adspirans, Isabelem Tyri agẽtem rapuit, & vxorem duxit, occasione sibi data tali modo: Herfrandus, qui secundogenitam Almarici habebat vxorem Isabelem, assererat vxori suæ regnum deberi, tum ex præcepto patris, tum etiam ex testamento Balduini fratris Isabelis. Sed Henricus comes Campania, regis Francorum nepos, his diebus Tyrum aduenerat cum magna multitudine armatorũ, huius fauore ac potentia Herfrandus sperabat se regnum facillè obtinere posse. Contrà rex Guido, se iuste & solenniter vnctum & coronatũ assererat, quare deponi à regno non deberet, quum nihil depositione dignum admisisset, tandem quoque promittebat se regis Francorum, cum venisset, stare iudicio. Hoc non obstante, factũ est Henrico comite volente, cui tum nullus de exercitu audebat contradicere, vt portus, vectigalia & commissa delinquentium apud Herfrandum remanerent. ita solo nomine rex Guido, omni spoliatus iurisdictione, remansit. quare meritò conquirebatur, quod contra omnem iustitiam regni honore spoliaretur: & ob hanc causam conuocatis his de exercitu qui à principio cum secuti fuerant, cum Saracenis audaciũ solito configere statuit. Verum Maiores, timentes ne ex desperatione rex exercitum duceret in discrimen maximum, egerunt vt ad omnia rex Guido restitueretur. His contentionibus marchio adductus spe regni consequendi, matre Isabelis Calomaria ad huc viuente & consentiente, Isabelem rapuit, ac iudicio ecclesiastico eam ab Herfrando separari procurauit, ipsamque vxorem accepit. Quod enorme ac detestabile factum licet omnibus peregrinis displiceret, effecit tamen necessitas atque indigentia annonæ, quam sola Tyrus Christianorũ castris præbebat, vt siue iniquis, siue contumacibus animis, Cunrado duxerint adulandum: & Cunradus ingenij dexteritate præditus, primores sibi largitione ac munificentia studuit obligare. Eo quoque tempore, hoc est, anno Domini 1189. Fridericus Romanorum imperator inclytus, terrestri itinere versus Constantinopolim acies suas direxit. de hoc sunt versus isti:

*Annis vnderis dempris de mille ducentis,
It pater & natus, dux & rector Fridericus.*

Fuerunt in exercitu Imperatoris isti principes, dux Sueuiæ Fridericus imperatoris filius, Bertoldus Morauia dux, episcopus Herbipolensis, archiepiscopus Tarasianus, episcopus Monasteriensis, episcopus Pataviensis, episcopus Olisburgensis, episcopus Misnensis, Hermannus marchio Badensis, Fridericus de Bergilen, Cunradus de

Sibylla Guidonis vxor moritur.

Intestinae Christi. se-diciones.

Friderici in Orientem expeditio.

Dorndoch, multi quoque alij Barones ac nobiles. Imperator itaque ducens per Hungariam, Bulgariam & Thraciam, continuato itinere apud Cōstantinopolim primū confedit. Quō perueniens, cum Imperatore Constantinopolitano pace composita, transitō Helleponto, in Asiam venit, in qua prouincia multa perpeffus est incommoda. Sultanus enim, qui Iconio dominabatur, aduentu eius territus, promissit iusto precio de victualibus exercitui prouidere: Sed vir infidelis non solum in promisso defecit, sed & congregata Turcarum multitudine, eius vbiq̄ vexabat exercitum. Iratus Imperator, Sultanum persecutus est vsq̄ Iconium, circunquaque omni regione vastata. cumq̄ versus Ciliciam tenderet, & ad quasdam locorum peruenisset angustias, Saracenorum inauditam reperit multitudinem, qui locorum auxilio freti, facile putabant se trāsitum eius posse impedire. Imperator postquam id percepit per exploratores, instructis aciebus, properat viriliter cum suis legionibus irruens, auxilioque diuino leuiter ab illo loco infideles repulit. Cumque illos persequens, ad patentes campos duxisset exercitum, inauditam stragem in eos exercuit: Fridericus tum Philomeliū urbem cepit, & agrum Iconio adiacentem populatur. Armeniā deinde minorem ingressus, omnia in suam compulit potestatem, adeo vt nec prius, nec post suo vnquam exterminio magis timuerit Saladinus: & quum incolumi exercitu in Ciliciam peruenisset, ab Armeniorum principe cum multa hilaritate est susceptus. Verū quum ad refocillandum exercitum parum remanere decreuisset, hortante præfato Armeniorum domino, ad recreandum animū venationibus insistebat. Quadam autem die calore æstiuans, quum lauandi gratia ad quandam descendisset fluuium, rapidum anhem in exploratum ingreditur: tantorumq̄ exercituum imperator in vndis perijt, in totius Christianitatis irreparabile detrimentum. Nam Saladinus adeo formidabat eum, vt relicta Syria, cum suis Turcis in Aegyptum ire cogitaret, desperans ea loca per quæ Imperator transiturus erat, posse contra eum tenere. Vnde omnia mandauit dirui. diruti sunt tum muri Laodicii, Byblii, Beritij & Sidonij. ita mortuus est Barbarossa Imperator anno Domini millesimo centesimo nonagesimo, imperij sui vigesimo octauo, vir certè magnificus atque præclarus, qui adeo suo tempore dilatauit imperium, vt post Carolū Magnum gestorum magnificentia parem non haberet. aliquando persecutus est Ecclesiam, in quo non est laudandus. Post Friderici Imp. lamentabilem mortem, Fridericus eius filius per solennes nuncios regi Guidoni significat de morte patris, addens vt viri mitterentur ad eum, quorum fide & consilio cum exercitu procederet. volebat enim prius quàm ad obsidionem accederet, eas ibi recuperare ciuitates, quas Saladinus Christianis ademerat. Virabat autem consilia Antiocheni principis, propter patris defuncti comitis Tripolitani nequitiam omnibus notam. Diriguntur igitur à latere regis Balduinus Petracensis castellanus, & quidā Pictauiensis miles. hi duo cum honesto comitatu ad eum peruenientes, ipsorum consilio ad refocillandum legiones Antiochiam diuerterūt. Vbi Alemanni reperientes victualium & omnium rerum abundantiam, dum corpora quærunt reficere, in epulis se diffundunt. quare modico tempore, & fortè ex intempèrie acris, tanta mortalitas secuta est, vt de tanto exercitu vix pauci remanerent. vnde ipse à proposito impugandarum urbium desistit: & mutato consilio, Tyrum nauigio peruenit, vbi patris corpus imperiali magnificentia sepeliuit. Saladinus autem audiens quod exercitus filij imperatoris terrestri itinere ad obsidionem veniebat, exercitum ipsi obuium præmisit, quem Todefquino cuidam ex principibus suis assignabat. Quam ob causam quia magna ex parte exercitus Friderici erat diminutus, deliberant principes quid sit faciendum. nihilominus tamen cernentes hostium copias exiguas, ad pugnam se accingunt. Sed & Sultanus hoc idem metuens, in tutiora loca suos reuocauit. Ipse autem dux Sueuiæ cum paucis ad obsidionem Acæ venit, vbi diu expectatis auxilijs, infeliciter moratus est. Interea dum hæc in Asia agerentur, Guilielmus Siciliae rex moritur Panormi: cuius regnum ad Ecclesiam redire debebat, nullo legitimo hærede relicto. Certior igitur Clemens factus, Siciliam rege carentem pro Romana Ecclesia recipere est adnixus: sed magnates Siculi, ne in Romani pontificis potestatem cederent, vel potius vt tyrannidem exercere possent, adulterinum regem instituerunt Tancredum, ex Rogerio rege de pellice genitum, quem virum socordem Guilielmus nunquam vel spurij fratris nomine dignum duxerat. Cumque in Calabriam & Apuliam Clemens copias mitteret, Tancredus Papæ fortiter resistens, regnum cædibus repleuit. At Clemens obmisso tan-

Fridericus
Barbarossa
Imp. in vndis
perijt.

Friderici
Sueuiæ ducis
copias.

Tancredus
noth? Siciliam
infestat.

tisper Tancredo, dum Christianos contra Saracenos sollicitat, moritur, & in Laterano sepelitur. ANNO Domini 1190. Cælestinus tertius pontificatū adeptus est, quum Henricus filius Friderici Imperatoris defuncti, regia corona in vita patris Aquiligrani consensu principū insignitus, in Italiam ingreditur: indeque ad urbem tendens, à Cælestino gloriosè susceptus, ab eoque omnium Romanorum fauore vnà cum coniuge Constantia coronatus, Imperatoris & Augusti nomen sortitus, Henricus Sextus est vocatus. De regno Siciliae hinc variant Scribentes. Nam Gotfredus Viterbiensis scribit, quod anno Domini 1186. rex Henricus cum regina Constantia, filia Rogerij Siciliae regis, nuptias gloriosas celebrauit Mediolani apud sanctum Ambrosium. Idem scribit Orho de S. Blasio in Supplemento Chronicæ Othonis Frisingensis. Idem sentit Abbas * Vrpringensis. Refert ad hæc Gotfredus, quod Constantia non fuerit ætate nisi triginta annorum, sic versificans:

*Sponsa fuit speciosa nimis, Constantia dicta,
Lamq̄, tricennalis tempore virgo fuit.*

Contrà verò Blondus & Platina, alijque nonnulli scribunt, quod Pontifex Cælestinus ægrè tulerit rebellionem Siculorum, eosque compescere constituit. Iam enim Tancredus pro rege habitus, Calabriam Apuliamque tenebat. Quare Cælestinus post die coronationis suæ Henricum Sextum à Germanis Electoribus iam regem factum, imperatorem constituit, ea cōditione adiecta, vt Henricus regnū Siculū citra vltraque fretum proprijs recuperaret sumptibus, & censum solueret annuū iure feudi. idq̄, quo rex facilius consequeretur, Constantiam Guilielmi regis Siciliae sororem, Rogerij filiam, virginem in monasterio Panormi agentem, educi curauit, eamq̄, natu grandiorē, penè lx. annos natam, dispensatione Apostolica illi in matrimonium copulauit. Vides hinc quod Scriptores famosi non solum diuersa, sed etiam aduersa scripserunt. Nam illi volunt, Constantiam ante Papatum Cælestini quatuor annis Henrico fuisse copulatam, & virginem triginta annorum: posteriores verò, Cælestinum Henrico per dispensationem desponsasse Constantiam ferè sexagenariam. Vtrum verius sit, Deus nouit. ego priores sequeror, quia negocijs eis omnibus fuerūt contemporanei.

Henricus igitur imperator, vt refert Platina ac alij, motus beneficentia Pontificis, post coronationem Tusculum, quod ipse firmo præsidio munierat, Cælestino reddidit, quod statim Romani à pontifice acceptum, qui (vt Blondus ait) illi inconsultè id tradidit, adeo diripere euertereque, vt saxa demolitæ urbis in Capitolio vsq̄, ad multam ætatem in memoriam tantæ cladis seruata sint. Peremerunt tunc Romani veteris odij causa multos de ciuibus Tusculi, multos membris mutilarūt. Superstitēs autem quidā inter se cocuentes, nouas in ea regione sedes constituerūt, videlicet castrum Molariæ, Rocham papæ, Rocham periuram, & castrum sancti Cæsarij. Verū Henricus per hæc tempora coniugem secum ducens, cum exercitu mouebat in Campaniam, rebellantemq̄, sibi totam terram inuenit. Tancredus enim tyrannidem in Sicilia arripens, sub regio nomine cum consensu quorundam baronum regni, imperatori restitit, ipsumque de hæreditate coniugis, quoad vixit, constantissimè propulsare curauit. Imperator verò Neapolim Campaniæ ciuitatem obsidione vallauit, cunctis in circuitu ferro igneque vastatis. Cumque eam urbem per tres menses obsedisset, pestilentia exercitum inuadente, de reditu disposuit, atque obsidionem soluit. Inter hæc à quibusdā baronibus Apuliæ, imperatrix capta, & in captiuitate retinetur. Facta autem apostolico de captiuitate imperatricis querimonia, pontifex commotus, præsumptores huius rei, terra eorum supposita interdito, anathemate constringit, imperatricemque laxari à captiuitate coegit, quam postmodum imperator recepit, ac vlcisci de iniuria se promissit. Reuersus ad Cisalpinam Henricus Imp. Cunrado fratri suo ducatum Sueuiæ concessit. Erat autem Cunradus ferocis agrestisque naturæ homo, sed liberalis animi, de quo etiam dicitur infra. Tum etiam archiepiscopus Colonien-sis, cum quibusdam alijs principibus rebellibus, in eius gratiam redijt. Tancredus interea filium suum primogenitum, nomine Rogerium, fecerat in regem solenniter coronari, illiq̄, imperatoris Constantinopolitani filiam dederat vxorem. ANNO Domini 1190. Philippus rex Francorum, dimissa regni custodia Adilæ matri suæ & archiepiscopo Rhemensi Guilielmo auunculo suo, prohibuit vniuersis prælatis & hominibus suis, quandiu esset in seruitio Dei, ne exactionem aliquam facerent. præcepit præterea, quod omnes redditus suos & obventiones per tria tempora Parisios afferrentur, & si eum in via illa mori contingeret, regina & archiepiscopus Rhe-

Sicilia Henrico cedit.

Tusculum miserè dirutum.

Constantia regina capta.

Philippi
Franc. regis
expeditio
in Syriam.

sup. generat.
59. vol. 1.

Frid. Sueuie
ducis interi-
tus.

Acā urbem
Christiani
recipiunt.

mensis & episcopus Parisiensis, cum tribus alijs thesaurū suum in duas ordinarēt partes: quarum vnā partem reparandis ecclesijs, arbitrio eorum, per eius guerras destructis, distribuerent: & residuum inter illos diuiderent, qui propter exactiones quas ipse in suos homines exercuerat, nimium fuerāt depauperati, de qua parte, media scilicet, etiam portionem pro anima sua & prædecessorum suorum darent: aliam mediam partem, totam ad opus, quem vnicum habuerat, filij sui Ludouici, qui tunc erat trium annorum, custodirent. Sic ergo ordinato regno, pera & baculo peregrinationis in ecclesia S. Dionysij acceptis, terrestri itinere Ianuam peruenit. in eo autem loco naues & victualia præparari fecit. Intrans autē mare, prospero itinere Messanā Sicilia ciuitatem peruenit, vbi à Tancredo rege intruso honorificè susceptus est. Et dicit historia Francorum, quod in Messana ambo reges, Franciæ scilicet & Angliæ, se inuenerint, quibus abbas Ioachim dixerit, iter eorum esse inutile, iam non esse tempus recuperandæ Hierosolymæ. nihilominus iter prosequuntur. Rex Franciæ ad Ptolemaidam directo itinere, Angliæ autem rex per mare cum suis venit in insulam Cypron. Cum autem ibidē esset, & Christianus exercitus qui eum secutus fuerat, minus benè à domino insulæ tractaretur, ipsum hostiliter aggredi statuit. audiuerat enim dominum insulæ imperatori Constantinopolitano rebellasse, & tyrannicè insulam possidere. Itaque rex Angliæ insulam vi cepit, tyrannum ac filiam eius cum omnibus thesauris suis vnā cum insula occupauit, & relicto ibi præsidio firmo, ad Acam processit. Præterea rex Philippus interim ad portum Aensem feliciter venerat in vigilia paschæ, vbi à Christianis hominibus quasi angelus Domini est susceptus. paratior enim opinione fuerat exercitus illius, maior machinarum vis & comiteatus potentissimo rege dignus. Fixis igitur tentorijs, ciuitatem aggredi noluit, absente rege Angliæ. condixerant enim, vt non nisi pariter urbem assilirent. Angliæ verò rex occupandæ Cypri insulæ causa parum demoratus, & ab ea profectus cum classe sua, habuit obuam inauditæ magnitudinis nauem, hominibus & armis valde unitam. serpentes in ea seruatos aiunt Annibalis exemplo. hanc Saladinus in auxilium obsecrorum in Acam mittebat, qua naue capta & incensa, omnes qui in ea erant, occisi sunt ab Anglicis. Deinde veniens Acam Angliæ rex, castra ante vrbis mœnia constituit. Guido itaque auctus tam multis Francorum Anglorumque copijs, tam multis generis machinis, tormentisque varijs, per singulos dies insulæque atque impugnationibus obsessos agitauit. Quo tempore cum totis viribus nostri ad expugnationem vrbis intruderent, nobiles multi & de principibus nonnulli ibi in Domino quieuerunt, inter quos Fridericus dux Sueuiæ, comes Clari montis, comes Theobaldus Franciæ fenescallus. Ingens verò multitudo hostium in vrbe muros non solum turati sunt, sed & facta quandoque eruptione, cominus sunt congressi, adeo vt tormenta & machinas sæpe cremarent. At Philippus rex Franciæ, Richardusque Angliæ rex, quandoque simul, quandoque copijs separatis, expugnanda vrbe alijs atque alijs consilijs sunt vsi. saxis enim mirabilibus & quâdoque molaribus domos in vrbe & muros munitionesque machinis perfrugerunt: minoribus autem frequentius saxis coniectis, & milites de aggeribus repugnatos, & omnē in vrbe ætatem sexumque partim opprimebant, partim terrore perpetuo fecerunt contabescere. Erat autem eodem anno regibus in obsidione existētibz eclipsis solis in 7. gradu cancri, & durauit per quatuor horas. Sed secundo obsidionis anno Acā, ciues, siue auxiliōrū defectu seu tædio diurni laboris, de vrbe dedenda mentionem fecere. Tandem his conditionibus deditio facta est, vt pars Dominicæ crucis, quam in bello ceperat Saladinus, restitueretur: insuper ducenta millia Byzantium aureorum obsessi soluerent, nec aliud barbaris promissum est, quàm vt salui cum vestimentis in tuta perducerentur, in quo & Francorum regi dimidia deducendorum barbarorum pars, altera Anglico attributa est. Fuit hic annus, quo vrbs Aca recepta est, 1191. Deinde cum promissa peterentur, crux nusquam est inuenta. quam ob rem Richardus rex, quotquot deducendos acceperat, omnes trucidauit. Philippus verò prudentia ac humanitate vsus, partem sibi traditam cum Christianis tam carceratis quàm apud barbaros seruientibus, permittit. At tamen ea cedes à Richardo commissâ, vel eo maximè Saladini animū consternauit, quia meliorem copiarum suarum partem in Ptolemaide, hoc etiam nouo accedente occisorum militum incommodo, amiserat: qua de re quoniam resistere se posse quasi desperabat, quid factū opus foret, suorum habito consilio, fuga salutem querere maluit. Itaque his damnis affectus Saladinus, multas ciuitates aperuit, quas diffusus est,

tueri

tueri posse, Porphyriam, Casaream, Acalonem, Gazam & Damiatam, eueris muris, destruxit. Eo potissimum tempore Richardus Ioppen instauratam militibus repleuit: quod ne fieret, Saladinus impetu irruens, prohibere conatus est: sed immittā principio classis Richardi magna, post addita maior, Saracenos ab impediendo auertit. Debilitari iam Saladini virtus, nostrorum verò vbique augeri inceperat. Quod considerans animo Saladinus, de reddenda Christianis Hierosolyma cogitauit: quod certè ne faceret, discordia inter Philippum & Richardum reges orta de principatu, effecit. Hi nanque reges impulsu diaboli, tunc primum in Asia memores simultarum & inimicitiarum, quas ipsi inter se, sicut & progenitores sui, soliti fuerant exercere, vt quidquid vnus aggrediretur, alius impedire conaretur pro viribus. Primus itaque Philippus rex manifesto errore ac infamia morbo, vt credebatur, simulato in purgationem prætenso, & (vt quidam scribunt) cupiditate comitatus Flandriæ ductus, ad reditum festinabat, exercitum suum Othoni duci Burgundiæ commendans, atque contra voluntatem omnium qui castra sua fuerant secuti, cum multa desolatione relicto Dei viuētis exercitu, à terra sancta recessit. Affirmat Iacobus Genuensis, Saladinum post captam Ptolemaidem & Ioppen à Richardo rege instauratam, refectum esse, nisi tunc Philippus discessisset, reddendæ Christianis terræ sanctæ æquifsimis conditionibus animum adiecisse: sed eo discessu audacior redditus Saladinus, nostros sicut prius spernere cepit. Richardus tamen eo maiora aggressus est, quo præteriti temporis æque vt futuri, laudem ad se solum sperabat trahere. Per quod tempus Cunradum Montisferrati marchionem, Tyri duo sicarij, quos Arsacidas vocant Saraceni, gladijs confoderunt. id enim genus hominum superstitione sua deuotæ, æternam promereri beatitudinem autumant & publicè prædicant, si hoste eorum publico interempto, morte ipsi vel crudelissima afficiantur. & hi duo de fuga retracti, infelicem animam inter cruciatus effuderunt. Quæ verò fuerit causa occisionis, variè scribunt. alij dicunt quod Herfrandus fecerit eum occidi propter hoc, quod sibi vxorem suam Isabelam abstulerat. Alij dicunt, quia quosdam mercatores apud Tyrum interfici fecerat, interfectus est ab illis. Mortuo verò Cunrado, Henricus comes Campaniæ accepit Isabelam vxorem, simulque dominium Tyri accepit. sed oblatis regni Hierosolymitani titulos ideo habere noluit, Blondo referente, quia regem Franciæ, sicut & ceteri Gallijs oriundi, celerius subsequi intendebat. Videns autem rex Angliæ Guidonem Lignianum Tyri & Ptolemaidæ æque ambire dominium, prudenti consilio occurrit motibus discordiarum, Guidonemque blandè appellatum, in sententiam suam facile traxit, vt pecunia haud grandi accepta, regnum Cypri accipiens, sibi Hierosolymitani regni curam relinqueret. Guido itaque Ptolemaida a omni Asia cum copijs & supellectile migrans, regnum Cypri ab Anglicis traditum libens accepit, cuius cognationis successores vsque ad nostra tempora, sicut scribit Blondus, tenuerunt. Platina quoque vult, Richardum à Guidone regni Hierosolymitani titulos accepisse, eumque titulum Anglicos reges adhuc vsurpare.

Philippus
Francorum
ex Oriente
discedit.

Richardo
regnum Hi-
erof. cedit.

Itaque mouentes Ptolemaida Richardus rex, Othoque Burgundus, vt Hierosolymam obsiderent, euntes, primo ac secundo itineris die Saladinum à lateribus nonnunquam extremam aciem laceffere conspiciunt, quibus vt poterant, magno suo incommodo resistunt. Ventum est ad Assur oppidum, vbi Richardus sagitta vulneratus, nihilominus processit. Saladinus verò oblatam occasionem rei benè gerendæ amplexus, totis in illos viribus incubuit. Richardus igitur & Otho acie instructa, globatim in hostes proruperunt, pugnatumque est, à meridie ad noctem, ac multi vtrinque ceciderunt: & relinquens Saladinus nostros, tandem de fuga Hierosolymam se contulit. Nostri verò in loco prælij nocte illa morati, deinde tertijs castris in Bethleem venerunt. Postridie cum castra fuerant ibi communita, per exploratores acceperunt, ingentem ex Aegypto camelorum & mulorum vim Hierosolymam apportare comitatum. Richardus cum toto iuuentutis robore nocte concubia profectus, felici vsus audacia, interceptam prædam omnem in castra perduxit. fuit in exercitu Christianorum diuersis nationibus maxima expectatio ad Hierosolymæ obsidionem. Constituisse ferebatur Saladinus, tanti exercitus vires in vrbe nunquam expectare: nec minor erat apud hostes Hierosolymæ defendendæ desperatio, quàm apud nostros potiundæ confidentia. Nihilominus vertit id Richardus, qui concionatus est, vereri se ne per hyemem breui affuturam comiteatus sibi deficeret: quare differendam esse in ver proximum obsidionem censuit. motis itaque castris, Acalo-

nana

Richard. succellus varij.

Richardum Anglum Lupoldus Austrius capit.

Saladini interitus, ac mortui gloria.

nam petijt, quam simul cum Gaza vrbe instaurauit. Otho autem cum Gallicis Tyri apud Henricum Campanum hyberna egit. Veneta & Pisana classis iam 3. anno defessa, domum repetere statuit: sed odijs inter se concertantes, magnum discrimen in patriam tulere. Iam ver aduenerat, Richardusque rex & Otho dux, hic ex Ascalone cum Anglicis, ille ex Tyro cum Gallicis & caetera Christianorum colluue, ad solita castra peruenerunt. tum repete Richardus rex palam asseruit, migrandum sibi esse in Europam, accepisse se nunciu, quod rex Francie Nortmanniam vexaret: fratremque suum Iohannem intelligeret ad regnu Angliae aspirare. Quod quidem omnium Christianorum animos consternauit. ipsius enim rei fama barbari ad spem victoriae sunt euecti. Ergo damnatum est hoc praecipue consilium, cum constaret quod Saladinus Hierosolymam eiusque regni vrbes aequis conditionibus redditurus fuerat. sed nunc foedera quaecumque hostis dare voluit, Richardus recipere est coactus: pacemque cum Saladino componit his conditionibus, vt sibi omnia praeter Tyrum ac Ptolemaidam haberet: reliqua autem quae in potestate Christianorum erant, nequaquam vexaret. Vrbes itaque solum Tyrum ac Ptolemaida cum agro & castellis paucis & oppidis remisit nostris. Bergomensis hic scribit, Richardum cum Saladino pacem composuisse, maximamque pecuniarum vim ab eo ob id accepisse. si verum est, iustas paulo post, vt sequitur, luit poenas. Richardus quinquennialibus cum Saracenis pactis treugis, cum multis in Europam traiecit, anno Domini 1193. venitque per Hungariam in fines ducis Lupoldi Austriae, paucis comitatus. Igitur memor iniuriarum duci exhibitarum, dimisso regali obsequio, priuatus in quoda diuersorio iuxta Viennam Pannoniam ciuitatem, necessitate praedij consedit: ibique ne agnosceretur, in coctione pulmentorum laborans, propria manu carnes assabat, anulum regalem digito gestans. Quod aduertens quidam de familia ducis qui cum agnouit, cum duce enim apud Acam fuerat, vnde festinans ducem eius rei certiore facit. dux frequentia militum stipatus, occurrens, regem frixam carnem gyrantem cepit, ardentissimamque custodiam mancipat, digna factis compensans. Nam capta Aca, rex Angliae signa sua vbique affigi praecipit, titulu victoriae sibi prorsus adscribens: & cum per urbem transiret, ac vexillum ducis Lupoldi terrae quam ipse obtinuit, affixum videret, percontatur cuiusnam haec insignia forent. Quod cum intelligeret esse ducis Austriae vexillum, indignatus conculcari fecit: praeter haec praedam omnem inter suos distribuit. erat enim tum potentior, attamen militia Teutonica cum Italica regi in faciem restitisset, nisi autoritate militum templi repressa fuisset. ex hac perfidia dux sine mora repatriauit. haec ignorantes, improperabant duci qui regem cruce signatum caperet: Romanus quoque pontifex hac causa ducem execrauit. Imperator vero Henricus regem captiuu sibi praesentari iussit. victus adducitur Vormatiam, vbi tandem datis in redemptionem suam imperatori millibus centenariorum auri, necnon & duci Lupoldo, reconciliationeque impetrata, rex a captiuitate liberatus est, quod aurum ab ecclesijs Anglicanis distractis calicibus, crucibus, vasisque pro magna parte, corrasum extitit, vt refert Otho de S. Blasio. In Asia tamen Otho dux Burgundiae cum caeteris Christianis Ptolemaidam Tyrumque instaurantes, Henricum Campanum comitem enixe rogabant, vt regni Hierosolymae titulu reciperet: quod nulla alia ratione renuit, quam quod labores bellicos homo delicatus declinans, in patria redire statuerat. sed Deo aliter visum est. nam cum supremam aulae suae partem Ptolemaide incautior circumiret, delapsus fracta ceruice interijt. Guido de Liffniaco rex Cypri per hos dies moritur, regnumque Emericus frater recepit, qui Isabele Henrici Campani relicta sibi copulata, regni Hierosolymitani titulos ad illam haereditario iure spectantes, & simul Tyri ac Ptolemaidae principatum accepit. Nec tamen satis firma aut diuturnior futura videbatur in Asia res Christiana, nisi per id temporis quoque Saladinus interijisset, vir omni eius seculi virtute, gestarum rerum gloria & potentia facile princeps, qui vnico, quod in funere circumferri iussit, elogio moderationem & magnitudinem animi sui ostendit: eius enim interior tunica lanea, suspensa ante funus deferebatur, pracone clamante, Saladinum Asiae dominatorem, ex tanto regno tantisque opibus nil aliud secum ferre. Restituit autem ea mors nostrorum animos, vt saltem retinere terram quam possidebant, addita confidentia videretur. Saladini enim frater filijque perniciosissimis odijs decertantes, Turcas, Saracenosque & Arabes in sua dissidia laceros diuidebant. & Christiani Byblon pecunia redemptam a Saracenis, contra foedera recipere non sunt veriti. filiorum autem Saladini natu maior Saphadinus, successit in dominio super

super Syriam: secundus vero Merlinus, super Aegyptum. Reuertor nunc ad Henricum imperatorem, qui dispositis interim rebus Germanicis, acceptam etiam grandem pecuniam a Richardo rege Angliae liberaliter erogans militibus, exercitum egregie stipendiatum, praefectis sibi ducibus Marcouardo dapifero de Annewyler, & Bertholdo de Rungspurg, misit in Apuliam, quorum industria multa castella ciuitatesque in deditionem accepit. Tancredo interim mortuo, optimates terrae ipsius contra imperatorem vnanimiter conspirauerunt, aduenas Teutonicos omnes eijcientes.

ANNO igitur Domini 1193. Henricus imperator contracto exercitu alpes transcendit, transitaque Italia & Tuscia, in Campaniam arma conuertit, in quo itinere Richardum de Sterre comitem ditissimum, captum apud Capuam patibulo suspendit, capite deorsum verso, pro capta Imperatrice in eum efferatus. Deinde omnes ciuitates Campaniae Apuliaeque aut expugnatas destruxit, aut in deditionem accepit. nec fuit ciuitas quae eius impetum sustinere valeret. Militia peregrinorum, quae in auxilium transmarinae peregrinationis exierat, interim confluebat, opemque tulit. Itaque tota Apulia cum Campania in prouinciam redacta, in Calabriam Siciliamque copias transportauit: profligataque regione, Henricu de * Kalend. marscalcum cum * Kalu instructo exercitu versus ciuitatem Catanensem direxit, vbi omnes ipsius terrae optimates cum innumerabili exercitu ordinata acie offendit. Eis congressus, victoriam multis occisis adeptus, fugientesque infecutus, ciuitatem cum eis irrupit: captoque episcopo, qui praecipue rebellauerat, cum multis nobilibus, ciuitatem succendit: nec ecclesijs parcens, ecclesiam S. Agathae cum multitudine vtriusque sexus, non habito delectu aratis, quae in eam confugerat, miserabiliter incendio consumpsit. sicque ad imperatorem nobiles triumpho trahens captiuos redijt. Statuerant autem optimates dolo imperatorem perimere, quod ipse praesentens, cum se detectos minime putarent, ab imperatore vocati, conuenerunt ad eum: quos omnes captiuos in vincula coniecit, exquisitisque supplicijs enecauit. Nam Margaritum archipiratum potentissimum baronem, cum quodam comite oculis priuauit, & quendam laetae maiestatis viduum, pelle exutum decorauit, quendam vero ad regnum aspirantem coronari, coronam per tempora clauis transfigi praecipit, quosdam stipite alligatos incendio extinxit, quosdam veste perforatos humo agglutinauit, ac per hoc omnibus maximum terrorem inculsit. Erat tum grauida Constantia: & cum tempus partus aduenisset, edito publico diuulgari coepit, vt quicumque vellet interesse partui, Panormum veniret: multisque superuenientibus & adstantibus, imperator Panormi in pratis tentoria expandi fecit: & cunctis videntibus, imperatrix peperit infantulu, quem vocabant Fridericum. ANNO Domini 1194. imperator contra Falernum ciuitatem, quae Siciliae archisolum, necnon ararium thesauri regij extitit, aciem direxit: castrisque ante faciem locatis, hortum regalem muro cinctum, omni que bestiarum genere referretum, irrumpi iussit. Itaque ciues animositatem Caesaris metuentes, sine pugna deditionem offerunt: quibus consentiens, ciuitate tradita, eos recepit in gratiam, signis imperialibus turribus vndique insignitis: statutaque die processionis, qua a ciuibus imperiali fastu susciperetur, exercitum omni affluentia deliciarum resolutum, gazisque spoliolorum egregie ditatum, securum reddidit. Tandem tota coronatur ciuitas tapetibus sericisque diuersi generis & magni precij, thure, myrrha, aliisque speciebus odoriferis intus & extra urbem redolentibus. ciues per turmas secundum dignitatis, conditionis, aetatisque differentiam egressi, nobiles in sua cohorte, seniores in suo ordine, exiuuentus & adolescentia vtriusque sexus ordine, obuiam cum musicis instrumentis plausum exhibentibus imperatori procedunt. Caesar non minori industria composito exercitu militari disciplina, omni que presumptione Teutonica interdicta, armorum splendore rutilante, binis & binis longo tractu ciuitatem versus pedetentim incedentibus, ipse autem cum principibus imperiali gloria & ornatu subsecutus, ciuitatem ingreditur, cunctis laudes affatim acclamantibus, vulgo prono vultu in terram corruente: sicque in regiam receptus domum, quieti dedit operam. itaque multis muneribus a ciuibus est honoratus, equis praestantissimis, sellis auratis, frenis falleratis, & diuersis speciebus, quae omnia exercitui liberaliter largitus, primo principibus regalia dona contulit, dein militibus pro meritis erat munificus, inastimabili pecunia in thesauris regij auri argenti que reperta, ararium publicum apud Trifels confertissimu reddidit. Igitur redacta in prouinciam tota Sicilia cum Sardinia, Henricus imperator exercitum peregrinorum multis muneribus donatum, a se dimisit: & cum

Henr. Imp. 6. in Sicilia expeditione.

Catana Siciliae vrbs.

Falerni Her. 6. recipiunt.

Her. 6. Caf. magnificencia.

ipsis

ipſis è ſuo latere publici ærarij ſtipendiarios 500. milites in adiutorium tranſmarini negocij miſit. ANNO Domini 1195 Imperator Henricus apud Tarentum conſtitutus, repatriare conſtituit, nobileſque captiuos in Germaniam præmiſit. nam filium Tancredi regis adhuc puerum, in Rhetiam Curienſem perductum, oculis priuari, & in caſtro Amifo perpetuæ captiuitati addiçtum: cuſtodiri præcepit: ſponſam verò Irenen, filiam imperatoris Conſtantinopolitani, Philippi fratri ſuo deſponſauit. regnam Apulię Tancredi vxorem Sibyllam, filiamq; eius, apud monaſterium virginum in Hoſenburg Alſatię mancipauit. Hęc Orho de S. Baſilio. Scribit abbas Vrſpring, quòd Henricus pro ſecuritate Sicilię & Apulię vades receperit rebellionem timens, inter quos erat epiſcopus Salernitanus & duo comites. hoc non attento, anno Domini 95. quidam in Apulia rebellant Cæſari, propter quod iuſſit vades quos duxerat in Alemaniam, oculis priuari, præter epiſcopum & eccleſiaſticos: rebelles quoque captos, diuerſis ſupplicijs fecit interim. Per id tempus Cunradus frater imperatoris, dux Sueuorum, mouit contra Bertoldum Ducem de Zæringen, cumque eſſet in oppido Durlach, obiit, ſepultus in monaſterio Loricenſi. multi aſſerebant eum fuiſſe interfectum à quodam, cuius vxori vim fecerat: erat enim vir ſupris, luxurijs & immunditijs deditus. Imperator ducatum Sueuię contulit Philippo fratri ſuo, cuius opera præcipua in Sicilia vrebatur. is relicta Italia, tranſiit in Alemaniam cum vxore Irena Conſtantinopolitani imperatoris filia, ponens eam in caſtro Swainuſen, tum de mandato imperatoris regium diadema impoſuit Othocaro regi Boemorum, & paulò poſt Philippus nuptias celebrauit cum multis principibus ac baronibus apud Auguſtam in campo magno, qui dicitur Concio legis. His etiam temporibus procurante imperatore, factum eſt vt principes Alemanię penè omnes, filium paruulum Fridericum aſſumerent in regem, & ei fidelitatem iurarent, ſuper quo literas ſigillatas miſerunt imperatori. erat tum circiter trium annorum puer. Henricus imperator, vt ſcribit Antoninus, ex quo totam Siciliam obtinuit, propter graues & frequentes collectas & importabiles exactiones, id regnum auro & argento expoliauit. Sed, vt refert quoque Bergomenſis in ſupplemento, Henricus obtento regno plures è turribus præcipitari iuſſit, pleroſque alijs mortibus interfecit, & in eccleſiaſticos quoque ſeuijt. propter quæ indignatus Cæleſtinus pontifex, eum exerauit. ſed venia de errore poſtulata, in gratiam eum pontifex recepit. Et quia Saladinò mortuo Cæleſtinus in magnam recuperandæ Hieroſolymæ ſpem venerat, Henricum imperatorem, qui mortuo Tancredo regnum Sicilię occupauerat, ad bellum Aſiaticum adhortatur. ſed cum ipſe Hieroſolymam petere non poſſet, archiepiſcopum Moguntinum & Saxonię ducem cum multis alijs & magnis copijs eò deſtinauit. fuerunt autem cum premiſſis ducibus in expeditione Cunradus cancellarius imperatoris, Lupoldus dux Auſtrię, dux Brabantię, Hermannus Lantgrauius de Thuringia, Patavię epiſcopus, Ratiſponenſis epiſcopus, Halberſtadienſis epiſcopus, marchio Cûradus, comites quoque alij & quàm plures nobiles. Hi omnes venerunt in terram promiſſionis viri bellicoſi, expenſarum prodigi, rationis expertes, volûtatem pro iure habentes, enſibus inuiçti, in nullis niſi hominibus ſuę gentis confidentes, ducibus ſuis fideliffimi, & quibus vitam potiùs quàm fidem poſſis auferre. Hi cum veniſſent in terram promiſſionis, vt ſcribit abbas Vrſpringenſis, treugas fregerunt, quas rex Richardus Anglię recedens ſtatuerat. urbem Berytum recuperauerunt, ſimiliter & Ioppen, vt Platina vult & Blondus. Cæleſtinus tum Romæ moritur anno Domini 1198. & paulò poſt Innocentius tertius patria Anagninus, familia comitum, omnium conſenſu pontifex ſufficitur, vir certè doctrina & moribus inſignis. ſedit annos 18. menſes 7. Deinde & eodem anno Henricus Meſſanæ ægrotare cœpit, cognitoque mortem ſibi adeſſe, vxorem & Fridericum paruulum ad Innocentium Papam factum miſit, eodem illi obnixè commendans. Philippo verò germano, Hetrurię & Sueuię duci, quantum in ſe fuit, Ro. imperij & regni Sicilię quouſque filius adoleuiſſet, gubernationem commendauit: conſectoque teſtamento, diem Panormi obiit, vbi in Eccleſia magnificè eſt ſepultus. Erat autem Henricus prudens, facundus, facie ſatis decora, plùs tamen macilenta, ſtatura mediocriſ, corpore tenuis, animo acer, vanitatibus deditus, maximè venationum & aucupiorũ. multi aſſerebant eum veneno extinctum, vxore procurante, propter nepotes ipſius occiſos: quod tamen qui de familia eius fuerant, conſtanter infiçiabantur, nec erat veriſimile. Igitur Henrico deſuncto, Innocentius ſtatim Germanos qui in Aſia erant, retinere in officio literis & pollicitationibus conatus eſt. verùm id

Captiui Siculi.

Philippus Sueuorum dux.

Fridericus rex designatus.

Teutonum ad Hieroſolymam expeditione.

Innocentius papa.

id quidem fruſtra. Germani enim audita morte imperatoris, relicta Aſia, in Europam cum maximo Chriſtianorum detrimento tranſeunt, potiſſimum Ioppèſum, in quos omni ope deſtitutos delati Turcæ Saraceniſque, etiam deditiõnem facturos, vi captos ad vnum omnes interfecere, euerſa ſtatim à fundamentis vrbe. Fuit hic Orientis ſtatus in tranquillus, cum Philippus Francus & Richardus Anglus continuis bellis Occidentem vexarent, & Pont. Innocentius ex Henrici Cæſaris interitu dubiarum rerum materiam accepiſſet, vir bonus qui pontificatus ſui initijs cum exoſam haberet iuſtitia venalitate, ſtatim fecit edictum, vt nullus Officialium curiæ ſuę quicquã ab aliquo exigeret, præter ſcriptores & bullatores, quibus etiam certum modũ præfixit. Eius opera & impenſa hoſpitale Sanctiſpiritus conditum aiunt, auctumque ab eo magnis prouentibus, quibus & peregrini & ægroti ac vulgò concepti orphani alerentur. Ordinauit etiam famis tempore, vt pauperes verecundi, qui publicè mendicare erubeſcebant, pecuniam occultè ad ſuſtentationem reciperent, & alia complura. Præterea ſtatim poſt electionem cœpit intendere ad recuperandum patrimonium Rom. Eccleſiæ, vt ſcribit Anto. quod imperator Henricus in vita occuparat, & poſt mortem familiares ſui inter ſe viſurparãt. Porro duos cardinales miſit in Romanoliam contra Marcouardum, qui eam tyrannicè detinebat. erat ille Senefcalcus generalis imperij, dux Rauennæ & marchio Romandiolæ: qui videns ſe nec muneribus ſteclere poſſe pontificem, nec minis, relicta marchia, in regnũ Apulię ſe recepit, ſicq; reducta eſt marchia ad dominium Eccleſiæ. poſtea patrimonium B. Petri, totum exarchatum Rauennæ, terrã comitiſſæ Mechtildis ad Ro. Eccleſiã reduxit, item ea omnia quæ Cunradus tenebat. Conſtantia verò imperatrix his viſis, ſtatim ad pontificem ſolennes nuncios mittebat, poſtulans vt regnum Sicilię, ducatu Apulię, Capuę principatum concedere dignaretur ſibi & filio ſuo, ſecundum formam quã prædeceſſores eius conceſſerant prædeceſſoribus regni ipſius. ſed ipſe attendens quòd priuilegium conſeſſionis indultum primò ab Adriano, & poſtea à Clemente renouatum ſuper 4. capitulis, videlicet de electionibus, legationibus, appellationibus, concilijs, derogabat non ſolùm apoſtolicæ dignitati, ſed etiã eccleſiaſticæ authoritati, remandauit imperatrici, vt illis capitulis renunciaret omnino: cumque illa non eſſet aliquã efficeret nequiuiffet, contenta fuit illis renunciare. hæc Anton. Verùm ego vereor hæc mutationem, cauſam fuiſſe multorum malorum, cum Henricus non gratis, ſed ſuis ſumptibus hoc regnum, pacto interueniente cum Cæleſtino, acquiſiuiſſe videatur.

Idem verò Innocentius conſiderans quòd per detentionem Salernitani archiepiſcopi, qui adhuc per Philippum imperatoris Henrici germanum fratrem, in Alemania detinebatur captiuus, detraheretur Apoſtolicæ dignitati, ſtatim Sutrinum epiſcopum natione Teutonicum, & abbatem S. Anaſtaſij in Alemaniam deſtinauit, ſcribẽs prælatis Eccleſiarum, vt detentores Salernitani ac aliorum prælatorum monerent, & ſi neceſſe eſſet, per execrationem compellerent, vt illos dimitterent, comminando principibus, vt niſi ad hoc darent operam, totam Alemaniam ſe ſuppoſituros interdicto. Illi verò in Teutoniam venientes, inuenerunt Philippum à quibuſdam principibus electum in regem, qui accedens legatos, de facto ſe fecit abſolui, & hoc non manifeſtè. execrauerat enim Cæleſtinus Philippum, quia dum eſſet dux Tuſcię, occupauerat relicta Mechtildis, quæ ipſa moriens Eccleſiæ legauerat, & patrimonium S. Petri vocabatur. Poſtmodum Philippus fecit ſe coronari & inũgi Mogutiã à Tarentaſienſi epiſcopo, quia nullus epiſcoporum Teutoniarum id facere attẽtauit. ſed nec epiſcopi qui præſentes erant, pontificalibus induti fuere, præter ſolum Sutrinum epiſcopum, qui ad aliud fuerat deſtinatus. Quam ob cauſam rediens, extra epiſcopatum ſuum ad finem vitæ ſuę authoritate Apoſtolica manſit. Coloniaſis verò archiepiſcopus & quidam alij principes tam eccleſiaſtici quàm ſeculares, videntes ſe in electione Philippi fuiſſe contemptos, apud Aquisgranum congregati, Othonem filiũ Henrici ducis Saxoniarum, in imperatorem elegerunt, quem archiepiſcopus Coloniaſis ſolenniter coronauit, & ſic facta eſt diuiſio in imperio. Othoni adhæſerunt Coloniaſis omnes ſuffraganei & multi alij, dux quoque Liuonię & Limpurgæ, comes Palatinus Rheni, & Lantgrauius Thuringiæ. Philippo verò reliqua terra cum principibus, ſimiliter & rex Franciæ, maximè ex eo, quòd audiſſet Richardum regem Anglię Othoni fauere, cui etiam comes Flandrię adhærebat. Innocentius papa Othonis partes tuebatur, ſiue beneficiorũ, quæ in Eccleſiã contuliſſet Magnus Orho, memor, ſiue efferã

Ioppe diruta.

Hoſpitale S. Spiritus in Saxonia.

Innocentius Romandiolam repetit.

Siciliam repetit papa.

Philippus Sueuus Imperator 96.

Othonis Saxonis 4. electio.

Sueuorum vim veritus, qui multo iam tempore sedem Apostolicā affligerant, id quod in Barbarosā historia patuit, & Henrici 4. ac filij eius, quem quintum diximus, gesta probant, in quibus se præcipua Sueuorum potentia extulit. Demum quoddam & Henricus 6. Philippi frater, inclementi fuisse in clerum animo, multa conferendorum episcopatum causa conatus. Leodiensem enim episcopum, quod præter decretum suum confirmatus fuerat, occidi fecit. Vnde ipse Innocentius reprobata electione Philippi, vtpote nuper à Cælestino execrati, Othoni adhæsit, ac prælaris Alemaniam mandauit, vt ei obedirent, & Philippo tanquam execrato & Ecclesiæ persecutori se opponerent, quod idem Lombardis persuasit. Rebus sic se habentibus, cum Philippus in Alemania maiorem sequelam haberet, post multas cædes victor euasit, atque iam se ad Italiam præparauit. dolo tamen occisus est, vt de hoc plura scribit Anton. Sed quia inuenio quosdam longè aliter rem gestam narrare, & præsertim abbatem Vrpringen. in sua chronica, qui eo tempore viuens, plerique negocijs præfens fuit, vt nihil eorum quæ circa hoc scribuntur, obmittam, facio eum per se loquentem in re nõ parum odiosa, cuius hæc sunt verba: Philippus frater imperatoris, eo tempore exierat de Alemania, vt veniret ad Imp. in Siciliam, processeratque vsque ad montē Falconis castrum apud Viterbium. vbi de morte imperatoris nunciatum est ei. Orta denique est seditio ibidem maximè contra Teutonicos, qui tunc in Italia morabantur, vnde in castro eodem quidam de familia ducis occidebatur. Philippus inde cum maximo discrimine discessit ex Italia, & in Alemaniam peruenit, vbi iam principes iuramenta postponentes, de electione noui imperatoris ceperunt tractare. ideo ad partes Rheni se contulit, & natiuitatem Domini in Magnau celebrauit, vbi ad eum venerunt officiales & ministeriales & quidam principes ac barones, vbi etiam aderat Cunradus Argentinenſis episcopus. cum his habuit consilium, volens tenere imperium, cum in sua potestate haberet insignia imperialia, coronam, crucem & alia atrinentia, non enim esset cautum, vt ad alium transiret imperium, ne tam ipse quàm fratrueis suus puer priuaretur. Sed intercessit his rebus Innocentius, omni studio aduersatus eidem, hoc agens, vt ipsum impediret, impropèrās ei quæ frater suus ac parentes crudeliter peregerant. Extat adhuc de elec. c. venerabilem. epistola præfati Innocentij ad Bertoldum ducem de Zæringen, in qua contra Philippum multa, narrante abbate Vrpringen. conscribuntur. Tunc coepit papa, inquit idem, friuolis insistere obiecti-
Innocentij
pape in Phi-
lippu odii. onibus & exceptionibus, quatenus ipsum impediret, sententiam ei obijciens execrationis. nam cum in Tuscia adhuc gereret principatum, dicebatur quoddam Cælestinus eum execrasset. sanè vt plus in deuotum eum posset comprobare, si non eius monitis acquiesceret, misit episcopum Sutrinum ad repetendum à Philippo vades de Apulia, quos olim Henricus iusserat exoculari. At ipse Philippus, vt erat mansuetus, cum audisset de sententia execrationis, petiuit humiliter ab eodem legato absolui, in super vades Papæ remisit. quocirca Papa, vt plus odiosum redderet Philippum, comites illos cecos & viros nobiles fecit demonstrari multis in curia Ro. existentibus. Ego quoque, inquit idem abbas, in minori ætate constitutus, Romæ vidi eosdem. episcopum quoque prædictum Sutrinum, pro eo quod illicite absoluit Philippum, excedens fines mandati, sicut in præfata epistola sua expressit Papa, priuatum episcopatu relegauit. audiui etiam, inquit, eo tempore (quod tamen difficile est relatu, & vix credendum) dixisse Innocentium, quod ablaturus esset Philippo diadema, aut ipse sibi insigne Apostolicum. Deus autem ex alto prospiciens, non permisit vt per totam Alemaniam periret cultus diuinus, ac ecclesiasticæ dignitatis officium: quæ duo honestius ibi consistunt, quàm in alijs gentibus, licet vbique per incentiua vitiorum, & maximè luxuriæ, deprauata sint. hæc Abbas. Philippus cum videret imminere sibi aduersitates, quærens fauorem principum, conciliauit sibi Bernardum marchionem Misnie, Magdeburgen. præfulem & Bremen. ac suffraganeos eorumdem. Sed genitrix inuidia, qua suis honoribus insidiantur Alemanni, immo se occidunt ac vulnerant, ad hoc mouit principes quosdam, vt in præiudicium illius generationis, curiam apud Andernach oppidum Rheni pro eligendo imperatore constituerent. Quo audito, Philippus transmissis illuc legatis, effecit, vt nulla ibidem celebraretur electio, rum propter sui & quorundam principum absentiam, tum propter regie generationis non destituendâ profaniam, tum propter iuramenta principum eidem generationi exhibita. His non obstantibus, Coloniam indicunt diem: quod rursus Philippus nuncios misit, impediens ne in præiudicium suum fieret electio. asserunt etiã quidam, quod propter hoc promissa fue-
runt

rint archiepiscopo Treueren. duo millia marcarum. atram Bertoldus dux de Zæringen, tunc nominatus fuit in regem, non quod iustus videretur aut diligeret veritatem, sed quod pecuniosus erat homo auarissimus. Videns autem Philippus quod à tali insolentia nollet cessare Alemanni, ipse cum principibus suæ partis conuentum habuit in Mulsusen, vbi à Sueuis, Saxonibus, Bauaris, Bohemis & principibus quampluribus Rheni eligitur in regem. Tunc coeperunt multiplicari mala in terris, rapinæ, depredationes, depopulationes terrarum, incendia, bella, latrocinia, & cætera huiusmodi. principes autem qui Philippo assistere debuerant, verba præfati bona dederunt. Cumque præfatus dux de Zæringen diffideret de expensis ad obtinendum imperium, redijt ad gratiam regis Philippi, accepitque ab eo beneficia quæ sibi cõferre curauit, qui & homagium sibi fecit, ac fidelitatem & vades, nepotes suos Cunonem & Bertoldum filios Egonis comitis de Brach, quos apud Coloniam pro expensis obligauerat, qui compulsi cum non soluerentur, se redemerunt. Ex his Cuno postea factus est monachus & abbas Cisterciens. inde Romæ factus est cardinalis Portuen. alter Bertoldus factus est abbas in Lusitach. nam in periculo captiuitatis constituti, ambo promiserunt, si liberarentur, ad monachicam vitam se ituros. Iam inter hæc Colonienſis & Moguntinenſis archiepiscopi cum suffraganeis, & alij quidam iniqua cogitauerunt, miseruntque nuncios Albertum de Zagisburg, & comitem de Lynngen in Angliam, vocaturos inde Othonem, præsumentesque in auxilio Richardi regis Angliæ, qui fuit auunculus eiusdem. hunc igitur apud Coloniam elegerunt in regem. Facta est hæc abusio, vt fieret portentum. vix enim remansit aliquis episcopatus, siue dignitas Ecclesiastica, vel etiam parochialis Ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur causa, sed non manu vacua. Gaude nunc nostra Roma, quoniam aperiuntur cataraçæ thesaurorum in terra, vt ad te confluant riuus in magna copia nummorum. hæc abbas Vrpringenſis. Properant electi reges, vterque vt occupet sedem Aquisgrani. sanè Philippus prior oppidum obtinuit, & ibidem viros strenuos in præsidio collocauit, inter quos fuerunt Vualtranus filius ducis de Lynpurg, & Henricus dapifer de Walspurg. Superuenit autem Otho cum Colonienſi & alijs fautoribus suis, & obsidet ciuitatem. cumque hi qui erant in præsidio, resistere non possent, accepta securitate personarum, dederunt ciuitatem. Tunc Dominus Adolfs episcopus Colonienſis in sede regni coronauit Othonem regem. Totã verò curia imperialis & officiales imperij, adhæserunt Philippo cum principibus compluribus, Cunrado quoque Herbipolenſi episcopo & cancellario, quem admodum latius de his in generatione sequenti scribemus. ANNO Domini 1174. Thomas Cætuariensis archiepiscopus, vir quidem optimus & sanctissimus, martyrizatur: quod quidem scelus ex coniuratione regis Anglorum Henrici factitatum dicebatur, cuius rei causa Henricus rex oratores suos purgandi se causa ad Alexandrum 3. deſtinauit: & cum facile pontifex oratoribus regis non crederet, in Angliam duos cardinales mittit, qui rem diligenter inspicerent. quibus rex, omisso Hybernico bello, quod erat implicitus, honoris causa apud Normanniam occurrit: reque discussa, ad hoc ventum est, vt Henricus iuramento adhibito, cum non satis de facto constaret, sese purgauerit, promiseritque se poenitentiam pro nece sanctissimi viri acturum, cuius etſi fuisset insons atque inscius, occasionem tamen præstitisse sit visus, quod viuentem simultate & odio persecutus sit. additum præterea, vt 200. milites Hierosolymam mitteret, qui sua impensa per annum contra Saracenos dimicarent, vtque ipse triennio cum quanto posset exercitu contra barbaros bellum gereret, libertatem ecclesiasticam in suo regno tutaretur, appellationibus ad curiam Ro. factis non aduersaretur. His autem iurè iurando confirmatis, regni Anglici titulum in se atque in hæredes suos transferri meruit, spontè, vt Blondus scribit, regnum Angliæ à pontifice obtinuit, vt nemo posthac rex Angliæ declararetur, qui à Rom. pontifice non esset appellatus. hinc obseruatum aiunt, vt omnes Anglici reges à Rom. pontifice regni iura recognoscant. In hac generatione ordo Humiliatorum sumpsit exordium. cum enim Fridericus primus totam Cisalpinam, vt Bergomensis scribit, varijs incommodis & vexationibus laceraret, infinitos propè viros cum mulieribus & pueris in Germaniam perpetuo exilio damnauit. Vbi cum multis annis stetit, fastiditi exilij tam viri quàm mulieres, communi cõsensu vestibus albis induti, ad imperatorem humiliter aliquando accessere, & in terram se prosternentes, misericordiam deprecati sunt, quorum humilitatè vt vidit Cæsar, permotus pietate, eorum
De Bertol-
di Zæringē
electione.
Otho 4.
Imp. 97.
Thomas
Cætuariens.
Anglorum
regnum à
Rom. Pont.
peti.
Humiliato-
rum ordo.
 E c c e 2
 preci-

precibus annuit, & eos in patriam redire concessit. Renerſi igitur exules in Cisalpi-
nam, plurimi vnà cum vxoribus & vestitu dealbato castitatem vouentes, in vnum con-
& integro corde Deo & B. Mariæ virgini deseruire, facultates suas omnes in lanificio
ponentes, atque in illo artificio post crebras orationes & contēplationes summo pe-
re insistere cōperunt. procedente inde tempore, ob religionem & vitæ sanctitatem
à summis pontificibus priuilegiati, regulam B. Benedicti tam viri quam mulieres pro-
fessi sunt. hæc ille. Et sunt qui huius ordinis initia in alia quædã tēpora, sed incerta ra-
tione, referūt, qui cum multis durasset annis, ab Innocētio 3. confirmatus fertur. In
hac quoq; generatione abbas Ioachim in Calabria partibus, maximè tempore Hen-
rici 6. multa conscripsit. de eo fertur, quod cum prius non multum ab homine doctō-
re didicisset, donum intelligentiæ diuinitus accepit, adeò vt facundè ac disertè quas-
libet scripturarū difficultates enodaret. Fuit his ferè temporibus Almaricus Car-
notensis episcopus magna ingenij fama, qui cum apud Parisios non parua opinione
doctrinæ vigeret, docuit quoſque Christianos membra Christi corporis esse, affecti-
oni subiectos fuisse cum Christus pateretur. Sed error pontificis Innocentij studio da-
mnatus est, è qua ignominia Almaricus paulò post decessit. Huius accensū stimulis
quidã, nonos & inauditos errores confinxerunt, qui inter cætera asserere conaban-
tur, quod patris potestas durauit quandiu vigit lex Mosaiica, & quia scriptum est, No-
uis superuenientibus abijcietis vetera, postquam Christus venit, absoluta dicebant
omnia veteris testamenti sacramenta, & vigiſse illam legem vsq; ad illud tempus quo
prædicabant talia. Illo ergo tempore dicebant noua sacramenta finem habere, & spi-
ritus sancti tempus aduenisse, ideoq; cōfessionem, baptismum, eucharistiam & alia sa-
cramenta, sine quibus non est salus, locum decetero nō habere, sed vnumquenque
per gratiã sancti Spiritus tantum interius, sine aliquo exteriori actu posse saluari. Cha-
ritatis quoque virtutem sic ampliabant, vt id quod aliàs peccatū esset, si fieret in cha-
ritate, iam illud nō esset peccatū, vnde & stupra, & adulteria, & cæteras corporis vo-
luptates nomine charitatis perpetrabāt, mulieribusq; cum quibus peccabant, & sim-
plicibus quos decipiebant, impunitatē promittebant, Deū tantūmodo bonum & ius-
tum prædicantes. Huius fama cum ad Petrū Parisiensem episcopū & Guarinū regis
Philippi consiliariū peruenisset, occultè miserunt magistrū Rudolphum de Naumur-
tio clericū, qui secretiūs rem vestigaret. Hic ad singulos astutè accedebat, & de illo-
rum secta se esse fingebat, & sic facta eorum discebat. Itaque plures sectæ huius sacer-
dotes, clerici & laici vtriusque sexus, detecti, & capti, Parisios sunt adducti. Ibi con-
gregato Concilio, publicè conuicti sunt & condemnati. clerici degradati, traditi cu-
riæ seculari, iussu regis sunt incinerati. mulieribus autem & simplicibus deceptis pe-
percerunt. hæresiarcha verò Almaricus, licet iam fuisset (vt putabatur) in pace Eccle-
siæ sepultus, quia tamen constitiſset illa originè ab ipso habuisse, condemnatus
est à concilio, ac de sacro coemeterio, eiectus, eiusque cinis & ossa dispersa. Ordo
Guilielmitarū à S. Guilielmo eremita olim duco Aquitanensī, nomen & originem tra-
xit. eius discipulus fuit S. Albertus eremita. Circa annū Domini 1190. Philippus rex
Francorum cum esset apud S. Germanū in Laia, audita Christiani cuiusdam morte à
Iudæis perpetrata, Christianæ religioni compatiens, familiaribus suis ignorantibus,
it et arripuit, prope Parisios venit, positus in portis castri custodibus, & compræhensis
Iudæis plus quàm octoginta, comburi fecit. ANNO Domini 1193. rex Philippus
cum exercitu intrauit Nortmanniam, obseditque castrū Vernolisi: sed audiens quod
Nortmanni Ebroicæ ciuitatē obsedissent, obsidionem soluit, atq; fugatis Nortmānis,
ipsam urbem funditus euertit. ANNO Domini 1195. cum rex Philippus in archi-
episcopatu, Bituricensi contra regē Angliæ duxisset exercitū maximum, rex Angliæ ei
occurrit, & iuxta regē Philippū castra sua locauit. Præparantibus autē se hinc inde ad
conflictum, præter opinionem omnium, rex Angliæ depositis armis, ad regem Fran-
corū accessit, ibiq; publicè corā omnibus pro ducatu Nortmanniæ & comitatu Pic-
taviensī & Andegauensī homagiū illi fecit. Attamen pax nō diu durauit, quin potius con-
tra se veniētes ipsi reges, plurima vtrinq; incōmoda inferunt. ANNO Domini 1197.
Balduinus comes Flandrensis qui Philippo regi apud Compendiū homagiū fecerat,
à fide recedens, Richardo regi Angliæ confederatus, ipsum regē Francorū grauitè
persecutus est. Eodem anno contra omnīū opinionē ipsiusq; regis edictū, Philippus
rex Iudæos Parisios reduxit, pecunię fortè inter rot belli impensas egens, & Ecclesias
Dei

Almaricus
hæreticus.

Leuit. 26.

Techna ista
hæretica vi-
de nū & ho-
die vigeat.

Almarici
ossa disper-
sa.

Guilielmitæ

Iudæi cre-
mati.

Philippi cū
Richard. An-
glo gesta.

Dei grauitè persecutus est. Nec multò post rex Angliæ Richardus, cū mille & quin-
gentis militibus ac peditibus innumeris Gifortium mouens, omnem regionem po-
pularur, Corfellas ad solum complanauit, necnon villas plures destructas prædatus
est. Rex igitur Philippus cum ad Gifortium transire cuperet, cum quingentis tantum
militibus medias acies hostium pertransiuit, viriliter pugnans, multis tamen ex mili-
tibus suis captis atque fugatis. captus est Alanus de Rufiaco, Matthæus de Marliaco,
Guilielmus de Mileto, Philippus de Nantatio, & plures alij: sicque rex Angliæ cum
triumpho recessit, prædas diuisit, & paulò post iterum Francos fudit. ANNO 1198.
Richardus rex Angliæ audiens quendam militem Lemouicensis diocesis in suo ca-
stro thesaurum magnum reperisse, cupiens thesaurum habere, dictum militem à vice-
comite Lemouicensi, ad quem confugerat pro securitate, repetebat. sed dum ille re-
neret, in prædicto castro illum obsedit. Cumque die noctuque castrum illud forti-
ter impugnaret, sagitta percussus, post paucos dies moritur, atque apud fontē Ebrodi
sepelitur. & quia liberos non habebat, frater suus Iohannes, dictus *Sine terra*, succes-
sit ei in regno. & paulò post factæ sunt treugæ inter illū & regem Franciæ, secuta pace.

Rich. Angli
interitus.

GENERATIO XLI.

ANNO Domini 1200. Innocentij 3. pont. Ro. anno tertio, & Philippi Sueui Ger-
manorum regis tertio, coepit prima & quadragesima generatio. Eius initiū ha-
bent res Asiaticæ. siquidem in Asia rebus vndiquaque tumultuariè gestis, ad impor-
tunam Alemanorum profectiōem in propria, cum infideles barbari Ioppen mari-
timam ciuitatem solo æquassent, petiere tum qui Tyro & Ptolemaide inclusi obsi-
debanrur, in ducias Christiani, quas quidem barbari faciliter concessere, quod & ipsi
distidij inter se conflictantes, intestinis quibusdam bellis agitarentur. Eapropter Si-
mon de Monteforti, homo ad res bellicas è plurimis selectus, & cui Philippus Gallo-
rum rex, quem in Asia reliquerat exercitum, non sine magna rerum gerendarum opi-
nionē commendauerat, cum rem Christianam in Asia tutam vidisset, in Europam se-
secum suis recepit. Verum is vt in Galliam, vnde mulro stipatus milite exceserat, post
multa à se gloriose in transmarinis rebus bellicis gesta diuertisset, inuenit inter se cru-
entis admodum bellis vtroque reges, Angliæ scilicet & Galliæ, concertare: quod
quidem grauitè animo ferens, quonam pacto reges in vnum concordaret, coepit pe-
nitens cogitare. Itaque defuncto Richardo, succedit Iohannes, cui *Sine terra* cogno-
men fuit. Et cum res inter Richardum & Philippū hætenus tumultuariè agerentur,
Iohannes Anglis meliūs prouidere cupiens, inducias à Philippo petijt, quibus Philip-
pus annuens, sacramentum firmare statuit. Igitur extremo induciarum tempore re-
ges inter Vernonem & insulam Andelinam de firmanda pace conueniunt, ibique
partitis de quibus cōtendebatur terris, Iohannes omnia quæ Richardo Philippus ab-
tulisset, Ludouico regis filio, cui Blanca regis Castellæ filia nupserat, & Iohannis ne-
ptis erat, libera permittit: insuper Ludouicum hæredem omnium earum possessio-
num, quæ cis Oceanum Gallicū erant, pro suæ libertatis dono instituit. Verum pau-
cis exinde mensibus exactis, Philippus, denuo in vnum conuenientibus non longè à
Vernone regibus, Iohanni Anglo & reliquis Nortmanniæ magnatibus diem Parisijs
indicit, quo de comitatu Pictaviensī & Andegauensī, necnon ducatu Aquitanæ age-
retur. qui cum ad statutum diem non comparuissent, consilio freris procerum suorū
Philippus, Nortmanniani coacto milite ingreditur, cunctam terram deuastans. Tor-
nacum deinde mouens cepit, totamque terram quam Hugo de Tornaco habuit, si-
bi subiugauit, * Arturum in ea militem instituendo, cui etiam comitatum Britonum,
qui hæreditario iure illi competeat, tradidit, adiiciens ei comitatum Pictaviensem,
Andegauensemque, hominem ligium illum faciens. Sed postquam ab eodem rex Phi-
lippus discessit, rex Angliæ Iohannes superuenit, atque Arturum vnà cum Hugone &
Ganfredo cepit, sicque quod amiserat recuperauit. Eodem etiam anno 1200. Phi-
lippus Germanorum rex, aduersus Othonem vbiq; ducēs, Alsatiā vastauit, atque
ad castrum cui nomen Haldenburg, prope Argentoracum in terra plana situm, appli-
cuit, expugnauit, ac funditus euertit: deinde castra in Rubiaco & Aphich obsidēdo,
confregit & solo æquauit. ANNO autem Domini 1201. Philippus ad obsidionem
Argentoraci mouens exercitum ducit, ac suburbia ciuitatis igne succendens, ciuium
terras vastauit. Quod ciues ipsi secum perpendentes, se non posse resistere, Philippum
in ciuitatem pacificè recipiunt, ac fidelitatis illi iuramentum præstant. ipse quoq; epi-
sco-

Ioh. Sine
terra rex
Anglorum.

Philippus
Sueuus va-
stauit Alsatiā.

scopus in gratiam Philippi receptus, illi adhæsit. Quoniam autem frequentes inter Philippum & Othonem pugnae sunt commissae, factum est ut inter se principes & barones variarentur, nunc uni, nunc alteri contra praestitam iuramentorum fidem adherentes, videbant enim in ancipiti bellum fore positum, & fortunam nunc illi, nunc verò alteri fauere, frequentius tamen Othoni aduersari. **ANN O** dein 1201. Andreas filius Belae tertij, regnare cepit apud Hungaros, qui duxit uxorem ducis Moraviae filiam, nomine Gertrudem, de qua genuit Belam, Colomanum, Andream, & B. Elisabeth, coronam regni eodem anno adeptus. Verum Gertrudis praedicta Banckbani cuiusdam magnifici viri uxorem, cuiusdam suo fratri ad deludendam hospiti tradidit: quam ob rem Banckbanus enfem suum in reginae sanguine cruentum exercuit, deinde in omne genus Banckbani execrabilis effusio sanguinis est subsecuta. Post haec Andreas rex terram sanctam petijt ad mandatum papae, quod acceperat dum adhuc dux Hungariae praesuisset, quemadmodum patet in c. de vo. & vo redemp. Licet. Siquidem patris sui votum redimere volens, contra Sultanum ad terras transmarinas proficiscitur, ubi corporis viribus contra infideles pugnando, fortiter res belli egit, atque in capitaneum exercitum Christianorum electus, victor euasit: ac tandem post multas de hostibus partas victorias, allatis secum plurimorum sanctorum reliquijs, in Hungaria est reuersus. At nouem effluxis deinde annis, filiam suam Elisabeth Ludouico Thuringiorum Lantgrauio desponsauit uxorem, qui post nonnullos annos & ipse cruce signatus, Hierosolymam contra infideles pugnaturus petijt, ibique gloriosè de Christi hostibus triumphans, obiit. Elisabeth verò sancta mulier in calibatu vitam degens, cum in spiritu matrem suam sibi apparuisse atque opem postulasse vidisset, a poenis, quibus pro peccatis suis erat inuoluta, precibus liberauit. Ad res imperij redeuntes, cum Philippus victoria potitus contra Othonem, Alsaticae prouinciam ac Argentoracos sibi subiugasset, multa cum prosperitate ad superiores regni Germanici partes reuertitur, de die in diem & barones & nobiles in suam partem sibi conciliando, suosque aduersarios valida manu expugnando. Verum ad Argentoracos non diu post reuersus Otho, adscito sibi suae partis magno exercitu, Philippum insequutus, ad imperiale oppidum Albicastrum peruenit. Audiens autem imperterrito sibi Philippum animo valida manu suorum stipatum velle occurrere, ulterius ad pugnam egredi timuit. quare hinc pedem retrahens, in Saxonia est reuersus. Denique Innocentius papa III. audita huiusmodi controuersia inter Othonem & Philippum, quodque Othoni Anglus, Philippo autem Franciae rex fauebat, ne tumultu omnia complerentur, Othonem imperatorem confirmat, legitime ab his ad quos pertinebat, electum. Sed non sine causa id pontifex faciebat. nam Philippus rex de ducatu Hetruriae sese intrumiserat, quod illum Henricus imperator moriens filij tutorem instituisset. Vnde permotus pontifex, circa tertium Kalend. Iulias Guidonem Praenestinum cardinalem, sedis Apostolicae legatum, Colonia mittit, ut suo mandato Philippum indebitè ad regnum aspirantem, atque bona Ecclesiae friuolè detinentem, excommunicaret, omnesque illi adherentes, qui hoc idem cum suis coplicibus sentirent. nam omnibus ad quos vel praesens peruenire, vel eius epistola deferri poterat, autoritate Apostolica & sub excommunicationis poena mandauit, quatenus Othonem pro indubitato rege susciperent, & Philippum ut rebellem Ecclesiae & hostem publicum, refutarent. vniuersos etiam, & in primis Colonien. ut ad Othonem deficerent, & a fidelitate, subiectione & iuramentis, quibus Philippo tenebantur obnoxij, confestim absoluit. Philippus interim nouarum rerum causa, Hetruriam in Italia, & in Germania Sueuicam praesidio munit, & Siculas res Constantia Friderici pueri mater firmat: sed ea inter medios illos tumultus mortua, pontifex Siciliam contra Marcouardum inuadit, sui (ut supra scripserat) iuris tuendi causa. Quae res & Philippum regem sollicitum magis ad eum commouit, ut regni negocijs ac sibi ipsi studiosius prouidere cupiens, magnam suae partis principum & episcoporum & nobilium sibi adherentium Babergae conuentum habuerit, ad cuius quidem imperium plurimi pontifices, abbates, duces, marchiones, comites & nobiles conuenere, causas regni seriosius tractantes. Sub ea tempestate ossa sanctorum Henrici & Kundegundis, imperatoris & imperatricis, de terra leuata sunt, atque ab utriusque sexus hominibus, qui deuotionis causa illò confluerant, venerata. Igitur Otho iam a sedis Apostolicae legato declaratus & confirmatus Germanorum rex, quo rebus suis consuleret, anno Domini 1202. suorum principum atque nobilium in Traiecto superiori apud sanctum Seruatium supra Mosam, colloquium habuit, ubi multi atque varij contra Philippum & sibi adherentes tractatus habiti sunt, atque pro suae partis confirmatione pacem inter ducem Brabantiae & comitem Gelriae, Otho suas interponendo vices refor-

Andreas Hung. rex.

S. Elisabeth Lantgra.

Cöfer superiorum Vr. springensi sententiae de Philippi excommunicatione.

Constantiae interitus.

reformauit. Siquidem contractis vndeque, copijs, non sine vtriusque partis damno & incommodo, ad bellum se mutuo cohortati sunt. Et ne quid turbationis Germanico regno deesset, Innocentius papa tertius Henricum comitem de Veringen, in demortui Argentinensis episcopi Cunradi locum electum, usque in quartum penè annum confirmare distulit. Nam idem Henricus episcopus sequi partes Philippi etiam inuitus cogebatur, nisi Ecclesiam suam & totam Alsaticae prouinciam periculo & desolationi voluisset exponere. Ira pontifex Romanus in eum succensus, confirmationis & consecrationis munus dare noluit. Verum periculi causam apud se pertractans, tandem consentiens enim Othoni pontifex, Philippum totis visibus ac ipsi adherentes, tam per se quam per alios, quantum potuit, persecutus est. **ANN O** Domini 1203. Philippus Germanorum rex, manu suorum valida Thuringiam contra Hermannum Lantgrauum intrauit, eius imperio inobedientem atque rebellem, in eo vel maxime, quod Sifrido Moguntino archiepiscopo contra Philippum decretum electo adhereret, ac simul Romano pontifici Innocentio consentiret, quod prouentus ac redditus memoratae Moguntinae Ecclesiae in Thuringia Sifrido cedentes, in usus suorum hostium & regis Othonis conuertisset. Quod Thuringiae Lantgrauus intelligens, Othocarum Bohemiae regem & comitem Palatinum in auxilium vocat, qui suorum contractis tumultuariè copijs, cum magna multitudine armatorum Hermannum succurrunt. Animaduertens hoc Philippus, congregari eis timuit, ferroque ac igne quae in circuitu fuerant consumens, sese cum suis in Erpshesfurt reclusit. Quo comes comperto, exercitum tam suorum quam auxiliariarum ad oppidum mouit, fortiterque obsedit. Igitur clausus in oppido Philippus, fuga salutem meditatatur, atque noctis in tempestate silentio paucis suorum vocatis satellitibus, ad marchionem Misnensem se contulit, eiusque pro liberandis de obsidione militibus implorans auxilium, hostes cum paucis aggressus, nihil fortiter gessit: quin potius in obsidione hostes perdurantes, eos qui in oppido clauderantur, vexabant. Audientes verò Philippum noctu cum paucis aufugisse, solutaque per nouem dies perdurarat, obsidione, ad propria sunt reuersi. Superuenit ea tempestate Otho rex cum suo exercitu, & conuocatis suae factionis principibus, conuentum in vrbe Merseburg in mense Augusto celebrauit. Nam in eo principum conuento Hermannus Lantgrauus supradictus & Othocarum Bohemorum rex a Philippo deficientes, propter excommunicationem & mandatum Innocentij summi pontificis, Othoni regi sunt confederati. Aderat tum etiam Praenestinus episcopus Apostolicae sedis legatus, Othonem nomine Innocentij in festo S. Bartholomaei iam secundò coronans. Moritur tum Hollandiae comes Theodoricus, haeredem filium qui succederet, non habens, sed filiam duntaxat unicam reliquit, quam, patre mortuo, comes quidam de Lohse sibi uxorem rapuit, & comitatum Hollandiae suae ditioni subegit. Quod moleste nimium ferens Guilielmus, defuncti comitis frater, amicorum suorum exercitum congregans, consertis cum comite Lohenis manibus, eum de Hollandia potenter expulit, ac fratris sui filiam in hereditatem paternam reduxit. **ANN O** Domini 1204. mense Julio, Philippus rex magno suorum congregato exercitu, Thuringiam denuo contra Hermannum Lantgrauum ingreditur, & in primis oppidum Vuyzese obsidione cinxit, & in deditionem accepit. Deinde regem Bohemiae Othocarum cum magna multitudine in auxilium Hermanno cum comite Palatino properantem, primo congressu fugauit, ac omnia per circuitum oppida & praesidia cepit, spoliauit, incendit, ac funditus destruens subuertit. Cernens autem Thuringiae comes sui principatus desolationem ac regis Philippi magnanimitatem, quodque impetum belli diutius ferre non posset, maxime quod Bohemi quos in auxilium vocauerat, relictis castris noctu aufugissent, animo fractus, Philippi se pedibus pronus prosternit, gratiam petit, & inuenit, sequi suaque omnia illius imperio humili voto subijciens. Adolphum deinde Coloniae Agrippinae archiepiscopum ad se conuocans, Andernaco ad Rhenum flueta oppido eius oppertus est aduentum: qui illò perueniens, ubi ad regis conspectum peruenisset, paruo inter se colloquio habito, regi reconciliatus est. Deinde quoniam Brabantiae dux & Lothariensis adhuc a rege Philippo disenserant, Adolphus persuasus est, quatenus receptis decem millibus marcarum argenti, illos sibi reconciliaret. Nam Salfelden, dudum ab Ecclesia Colonienis alienatum restituit, ac plurima se daturum illi promissit. Illectus igitur promissionibus & muneribus archiepiscopus, sacramentum quod Othoni praestiterat, parumpendens, nec periturum, nec excommunicationis sententiam magni duxit: sed cum duce Brabantiae & Lothariensibus

* Ita

Thuringiae motus contra Philippum.

Secunda Othonis coronatio.

Hollandiae comes.

Comes de Lohse.

ad quartū Nonas Octobres in oppido Confluētino cōueniens, Philippo tum ibidem
 præfente, in eius arma coniurat, ac socij in fidē coeunt. Quibus ad vota peractis, rex
 Philippus cum toto suorū ac sibi de nouo confœderatorū exercitu Aquisgranum de-
 scendit, ibique à supradicto Colonienfī archiepiscopo in Ecclesia beate Mariæ virginis
 magna cum solennitate denuo rex Germanorū in frequentia populi coronatur. Phi-
 lippus tamen rex suorum consilio suffectus principū, audiens Cunradum Moguntinē
 ciuitatis episcopum iam pridem è viuīs excessisse, illō profectus, vt episcopum Ecclesiæ
 dignum præficerent, intendit. Factum est proinde, vt omniū ferè suffragio Diepoldus
 Vangionū antistes, tribus tantum contrauentibus, episcopus eligeretur. Nam præ-
 tendebant propter regis præsentiam electioni liberè haudquaquam intendere posse,
 sicque appellatione interposita, quòd Papam regi sciebant contrarium, ad oppidum
 Bingen ad littus Rheni se transferūt, atque Sifridum quendā archiepiscopum eligunt,
 quem domino Papæ offerentes, cassata electione priori, confirmari hunc sibi petunt.
 Quod Romanus pontifex libenter annuens, Sifridū repudiato Diepoldo siue Lupol-
 do confirmauit, quemadmodum claret in decretali, quæ incipit, Bonæ memoriæ. vbi
 Romanus pontifex exprimit, quòd pro huiusmodi negotio Prænestinū episcopum
 sedis Apostolicæ legatū Coloniā miserit, vbi tamen non iudiciū, sed iniuriam fecisse
 electioni videtur. Præterea Colonienfes ciues, quoniā adhuc adhærebant Othoni, ro-
 gabant legatum, vt in iniuriam Philippi, Adolphum archiepiscopū suum deponeret,
 eo quòd Philippū coronauerat. Quibus assentiens Prænestinus, Adolphum deposuit,
 & in eius locum Brunonem Bonnæ præpositum substituit, sed nec Bruno, nec Sifridus
 Moguntinus, temporalium administrationem obtinere potuerunt, in humanis viuente
 Philippo. Nam Diepoldus regi Philippo adherens, contra Sifridum æmulū fortiter
 dimicās, auxilio fretus Philippi, monasteria, Ecclesias, & pleraque loca sacra spoliāns,
 pauperes oppressit, & multa Sifridi familiaribus malā intulit, & bellis personaliter in-
 terfuit. Depositus tandem & excommunicatus ab Innocentio papa, nihil curauit, sed in
 sua pertinacia permansit. Verum mortuo rege Philippo, in displicentiam Othonis ad
 episcopatum est restitutus. ANNO Domini 1205, rege Philippo Aquisgrani coro-
 nato, rex Otho apud Saxoniam graui detinebatur infirmitate: quòdque morbo into-
 lerabilius videbatur, principū penè omnium auxilio destituitur. Guido autem Præn-
 estinus, quod factum fuerat Aquisgrani per Philippū, quòd Adolphus Colonienfīs illum
 coronauerat, literas super omnibus ad Innocentiū scripsit, qui Prænestino rescri-
 bens, Adolphum ab archiepiscopatu iussit deponi, quemadmodū superius attigimus.
 Denunciatus iam per sententiam Adolphus excommunicationi subiaceret, congregati
 in vnum commissarij Romani pōrificis, Brunonem (vt diximus) archiepiscopum
 elegerunt, atque Adolphum memoratum per sententiam diffinitiuam autoritate
 Innocentij ab omni officio & dignitate pontificali deponentes, canonicis vt Bruno-
 nem suscipere mandant: qui mandatis apostolicis obtemperantes, eundem susci-
 piunt, illique vt canonicè electo obediunt. Percitus ira Philippus, ne vnquam Bruno
 ad archiepiscopatus plenam administrationem ascenderet, sedulo curauit. Nam cap-
 tus ab eodē, & duræ custodiæ mancipatus, multam passus est iniuriam, vt dicitur in
 fta. Igitur Adolphi iniuriam Philippus, qui tum Spiritus manebat, vlcisci cupiens, com-
 muni principum decreto, qui tum præfentes aderant, magnum congregauit exerci-
 tum, atque * Mosellæ fluenta sextodecimo Kalendas Octobris transiens, Coloniā
 pridie Kalen. eiusdē mensis arctissima obsidione vallauit. Videns autē quòd eam ca-
 pere non posset, obsidionem post dies aliquot soluit: & circumducens per regionem
 exercitum, non sine contritione pauperum, Nussie oppidum, quod in descensu Rheni
 fluminis sex ferme à Colonia distat milliaribus, obsedit, cepit, & Adolpho resignauit.
 Quibus peractis, omnem prouinciam incendio, ferro & præda vastauit, multasque
 munitiones in circuitu vel cepit, vel destruxit. Interim Otho Saxo, siue (quod vetu-
 stissimis constare video monumentis) dux de Brunfug, pari ardore inferiorē Germa-
 niam munit, suos vt in fide maneat hortatur, debere titulos imperij sibi non tam suæ,
 quam auitē virtutis causā & autoritatis pontificiæ mandato: qua re inferiores ciuita-
 tes præcipue motæ, Othonē secutę sunt. ANNO Domini 1206, Philippus rex de-
 nuo Colonien. fines ingressus, occurrente sibi Adolpho nuper deposito, nihilominus
 tamē se pro archiepiscopo gerente, cū magno suorū exercitu episcopatū peruagādo,
 ciuitatē obsedit. Nā Bruno Colonien. archiepiscopus Adolpho suffectus, & Otho rex,
 atque per Sifridū Moguntinū duobus sibi per Angliæ regem de Britannia missis adstan-
 bus

Secūda Phi-
 lippi coro-
 natio.

Germano-
 rum episco-
 porum schi-
 smata.

Nussa ca-
 pta.

tibus episcopis consecratus, cum id nemo Teutonicorū metu regis Philippi præsume-
 ret, intra muros sese continebant. Itaque ciuitate per Philippum obsessa, tandem ac-
 cepto consilio qui intus erant, rex Otho cum reliquis accersitis quadringentis equiti-
 bus & duobus peditum millibus, de ciuitate palam eruperunt. Congredientes igitur
 duo reges, Otho & Philippus, cum suis copijs apud Wassenburg, rex Otho terga dedit,
 sibi cum suis fuga salutem querens. Philippus pugna certamen obtinuit, atque mul-
 tis occisis & plerisque captis de Othonis exercitu, Brunonē quoque archiepiscopum
 cepit, atque manicis ferreis duriter constrictum, captiuum abduxit, inque arcta custo-
 dia plus minus anno detinuit, donec tandem principum interuentu absolueretur.
 Colonienfes verò nimium sibi metuentes, cum omni sua spe frustrati fuissent, ac sibi
 totum penè Teutoniæ regnum aduersari vidissent, accepto ducis Brabantia consilio,
 Philippum regem tum Boppardiæ agentem accedunt, commissorum in illum veniam
 humiliter postulantes: qui vt erat animo lenis, cum gratia illos suscipiens, quam opta-
 uerant gratiam, cum indulgentia consecuti sunt. Huius igitur rei gratia rex Philippus
 Cunradum Nemetensium præfulem ad Colonienfes misit, vt regis nomine iuramen-
 tum fidelitatis à ciuibus ipsi cum alijs quibusdam necessarijs cautionibus & capitulis
 acciperet: qui Coloniā veniens, à ciuibus pacificè & honorificè susceptus, vt pacis
 condiciones & capitula illis proposuisset, gratis admodum votis pacta susceperunt, at-
 que præfesto iuramento fidelitatis, ad Philippū defecerunt. Otho autem fuga è bel-
 lo lapsus, in Saxoniam diuertit, atque rebus suis vt cūque poterat ordinatis, in Bruno-
 nis vicum se recepit. Inde mouens nauigio in Angliā secessit, vbi ab auunculo suo re-
 ge Albionis honorificè susceptus, aliquantisper apud eundem substitit. Videbat enim
 à se defecisse principes, æmulumque suum prosperari in omnibus, ac se præter solum
 nomen in regno nihil habere. vnde prudenti vsus consilio, latere ad tempus in Anglia
 voluit, ne simul & corpus & imperiū tot expositus periculis & discriminibus, tandem
 aliquādo amitteret. Verum Philippus rex vt sibi regnum cognatione amicorum fir-
 maret, filiam suam natu maiorem regi Bohemiæ dedit vxorem: aliam verò ætate mi-
 norem, filio ducis Brabantia matrimoniali foedere copulauit. Siquidē ex Irena vxore
 sua quatuor filias susceperat. Hinc viribus non parum auctus, fortior in regno factus
 est, atque intantū auxilio fretus amicorū, vt etiam Romano pontifici Innocentio iam
 esset suspectus. Solis defectū, quem Græci eclipsin vocant, tum accidisse vltima die
 mensis Februarij referunt circa horā diei ferme tertiam, & multi quidem humanum
 se caput in sole vidisse testabatur. ANNO Domini 1207, diurnis Alemanię prin-
 cipes regni aduersitatibus ac regum discordia fatigati, communi inter se habito con-
 silio, Philippo annuente, legatos ad Romanū pontificem mittere decreuerunt, vt pro-
 duorum inter se digladiantium regū pace & concordia laboraret. Missi autem fuere
 legati Vuolffgerus Aquileienfis patriarcha, & Gebhardus Magdeburgensis burggra-
 uis, & ministeriales nonnulli de curia regis Philippi. Assumptis autem secum de Cre-
 mona viris quibusdam iureconsultis, Romam venire: vtque Philippo regi iura per-
 mitteret administranda, multis rationibus inducere tentauerunt. Verum papa con-
 ditionem admodum peregrinam interponens negotio, voluit vt filia regis Philippi,
 vxor nepoti Richardo comiti desponsaretur, futurum indubitanter existimans, Tu-
 sciam, Spolerum atque marchiam Anconitanam propter huiusmodi nuptias ad eum
 oportere deuenire: nec statuit huiusmodi terras, multoties à Romanis pontificibus
 repetitas, quo minus nepoti cederent, velle repetere. Sed legati principum huius se
 negocij nullam prorsus commissionem recepisse dicentes, pontifici vt de suis in Ger-
 maniam legatos ad regē destinaret, consuluere: se autē daturos operam pro viribus,
 vt res cupitum fortiretur effectum. Eapropter Papa consilij legatorum facilem præ-
 bens assensum, legatos legatis associat, seque matrimonium quod quærebat, nepoti
 consequi posse plurimum confidebat. Mittuntur autem ad Germaniam legati apo-
 stolici Hugolinus episcopus Ostiensis, episcopus quoque * Veltrensis, & Leo tit. san-
 ctæ Crucis in Hierusalem cardinalis. Præuenere autem principum regni quos mise-
 rant Romam, legati, Romani pontificis ambasiatores, atque Philippum regem qui
 tum Augustæ Vindelicorum ad Kalen. Decembris colloquium principū celebrabat,
 accedentes, ipsum super propositis à Papa conditionibus certiozem reddidere: nec-
 non legatorum de propinquo aduentum, quos ipsi præuenierant, denunciauere.
 Verum rex & principes audita Romani pontificis petulantia, in risum permoti, ad-
 mirabantur, quòd homo Christi vicarius, legem Domini sui temerare præsume-
 ret. Venientibus igitur ad se legatis Apostolicæ sedis Augustam, rem tacitus rex &
 prin-

Othonem
 Philippus
 fugat.

Solis defec-
 tio.

* Veltren.

De Germa
nia pace
agitur.

principes animo contegentes, honorificè vt quidem decebat suscepti, Spiram pariter descenderunt, atque publico per literas edicto curiam & comitia in Northausen Saxonie oppido, ad natalem Domini proximè celebrandum, indicunt. Intermedijs tamen currentibus diebus, multa pacis conciliandæ in medium capitula proponuntur: sed nihil ad rem quadrare videbantur, quæ tum ibidè proponebantur. Philippus autem Dominicæ natiuitatis festum vnà cum Apostolicæ sedis legatis iuxta conditum regni principibus factum in Northausen celebraturus adiit, atque solène cum eis colloquium habuit. Multa dehinc pro communi pace inter reges reformanda ratio habitata est, multa legatorum & principum consilio attentata. Post plurima simul omnes in vnam conuenere sententiam, vt scilicet Philippi filia Othoni desponsaretur, ipseque Otho, quandiu superuieret Philippus, regno cedens, post mortem foret, modò superstes haberetur, licitè regnaret. Quoniam autem quartus matrimonium contrahi consanguinitatis gradus impediabat, decernunt legati, Romani pontificis dispensationem interuenire, ne, si minus, pacis & concordie oblata capitula & media, turbationis & dissidij materiam subministrarent. In hac etiam solenni principum conuocatione sæpe dicti Apostolicæ sedis legati, ad instantiam regis Philippi, Adolphum depositum Coloniensis Ecclesiæ archiepiscopum, à vinculo excommunicationis quo tenebatur ligatus, absoluerunt: quem tamen pro satisfactione commissorum, ad Apostolicæ sedis examen remiserunt. Proh principum & curialium hæc est spes mercedis potiundæ, hoc merentur qui principum malefactis dulciter blandientes, quidquid audent laudant, atque malum bonum, & bonum malum dicunt, non verentes animam stygijs in aquis præfocari, dummodo temporales cum auri, argenti ac reliquis muneribus honores assequuntur, etsi respub. in perditionem & nihilum redigatur. Deinde ad instantiam principum & legatorum rex Philippus Brunonem archiepiscopum Coloniensem, carceris squalore foetidum, è custodia liberum dimisit, atque cum legatis apostolicis Romam proficiscens, pallium & gratiam Apostolici obtinuit.

Saraceni Hi
spaniam va
stant.

Dum hæc interim de Germaniæ pace à pontificijs legatis aguntur inter Othonem Saxonem & Sueuum Philippum, horrenda Saracenicis nominis factio Christianæ reipub. bellum indixit. Nam ex Africæ copia Saracenorum ingentes in Europam traiecerant, Hispaniam inuaserant, & Innocentius quidè pontifex vbique crucem prædicari iubet: sed priusquam reliquorum populorum auxilia confluisissent, magnam hostes partem Hispaniæ adeò vastarunt, vt iam Gallias meditentur. Tum omnes vnà vires Hispaniæ, hostem fugere coegerunt rursus, qui in Granata etiam multo postea tempore defedit. ANNO Domini 1208. Philippus rex dimissa Saxonia, suorum stipatus militum exercitu, in Sueuiam maturauit. diuertens autem ad ciuitatem Bamberg ocij gratia, moram ibidem aliquandiu agere statuit. Die verò quadam hilarior factus, sanguinem de vena per incisionem emisit, ob idque inter nobiles & curiæ suæ principes incundior apparens, peracto prandio paulatim intra cubiculum, paucis cum comitantibus, quieti locum dedit. aduenerat tum illò comes Palatinus Otho de Wittspach, odium in corde habens contra Philippum regem, tum quòd illi filiam suam, quam rex Othoni uxorem desponsauerat, propter homicidij perpetrati scelus in familiarem quendam ducis Bauariæ, tradere noluit, tum quoque quòd sanguinis propinquitate illam ducere non potuit. Igitur quod intus aduersus regem odium in corde conceperat, opere implere cupiens, opportunitatem temporis & loci nactus, accersitis ad se Bambergensis episcopi Egberti, & marchionis de Andersse militibus, ostium ubi rex quiescebat, propius accedens pulsauit: qui mox, rege nil tale suspicante, intronissus, gladium quo erat accinctus, educens, in regis collum vibrauit, atque vulnus illi dedit, organicam regi venam abscindens. Perterritus enim clamore Henrici de Walpurg dapiferi, qui tum solus cum Cunrado Spirensi episcopo regis Philippi cancellario, intra cubiculi secreta manebant, ictum semiplenum ducens, manu titubabat: sicque vulnus licèt mortiferum paruum tamen infligebat. Nec fuit è cubicularijs custodibus vllus, qui tantum principem, tam amantem reip. hac eriperet cæde, vt ne dicā omnino remp. quando hoc vno Philippo perempto, Germania summis insidijs pontificis Romani agitata, vires penè suas omnes in sese experta est truculenter. Dapifer ergo crudele nimis facinus videns, clamore simul & pauore irriguit, atque fores cubiculi ne truculentus homo clanculū aufugeret, repagulis firmare festinabat. Quod latro perpendens, retrorsum conuersus, vibrato in maxillam obstantis gladio ictum dedit, illoque in præceps ruente, ruptis camera repagulis profiliit, & antea-

Palatinus
de Wittspach
Philippum
interemit.

antequam res ipsa curialibus innotesceret, conscensus equis, quos prius parauerat, extra ciuitatem cum suis celerius aufugit. Quo extra palatium proficiente, suboritur clamor extemplo, fitque concursus ad cubile regis, ubi regem sanguine suo voluratum in paumentis, mortuum iacentem vident. ô miserabile spectaculum, periit rex Philippus intra cubiculi sui secreta, qui vitam conseruauit illasam inter prælia: occiditur à latrone truculenter, qui ab hoste non potuit occidi violenter. Corpus igitur occisi principis primum Bambergæ in Ecclesia maiori, non sine multorum lachrymis sepultum fuit, cuius tamen ossa post annos aliquot per Fridericum 2. imperatorem, Philippi nepotem, exhumata, Spiram sunt translata, & in maiori Ecclesia cum funerali solennitate inter alios reges tumulata. In quorum quidem elatione Fridericus memoratus Siciliæ Apuliæque rex, Sueuorum dux, & regni Hierosolymitani hæres, Ecclesiam parochialem in oppido Sueuiæ imperiali * Esslingen, cum omnibus iustitijs, * Esslingen pertinentijs, prouentibus ac iure patronatus, Spirensi ecclesiæ contradidit. Quam Att. de Ec- donationem postea factus imperator, secundum annatam sibi clementiam, banno im- clesia Esse- periali confirmauit. occisus est autem Philippus Kal. Iunii, anno 8. supra millesimum ducentessimum, eodem anno quo & pax inter reges reformata, & treuga fuisse facta.

Verum Otho nefarius peracto scelere, aufugit, vt tetigimus, ad Egbertum Bambergensem episcopum, eiusque fratrem Henricum marchionem Andersse, conspirationis in necem regis & conscios & socios, qui postmodum ab Henrico de Kalydin Philippi regis marescallo, propter tanti sceleris perpetrati nefas apud Ratisponam urbem in quadam casa occisus est, poenam quam meruit criminis condignam recipiendo. Erat autem Philippus rex animo planè lenis, eloquio dulcis & affabilis, benignus ad omnes, sed corpore quidem debilis, virilis admodum tamen & ingentis animi ad res quasunque gerendas, facie venusta, capillo flauo, statura medio cri, magis tenui quam grossa. hic ob æris penuriam, prædia quæ pater suus late in Alemania acquisiuit, distrahere coepit, villasque & agros rusticanos & ecclesias illis contiguas, ære alieno obligare. Siquidem ea tempestate ecclesiam Urspringen dedit titulo pignoris nobili viro Bertoldo de Mysen, quam postea præpositus & fratres de potestate & manu tyrannorum liberarunt, 200. auri marcas soluentes. Hic denique obligationis vltus & modus ecclesiarum ordini quàm maximè Cisterciens. & Premonstraten. admodum insuetus fuit, quum constet nullū sibi tale ius imperatores antea vendicasse. Causam verò huius impignorationis referunt nonnulli, scilicet quòd regnante Cunrado rege, & eius successore primo, Friderico Barbarossa, dominium Ecclesiarum sua sub protectione & defensione suscipiebant, atque priuilegijs munias fideliter, quantum licuit, defendebant. Mortuo igitur præposito Urspringen. fratres sibi ad regimen Ecclesiæ inutilem elegerunt, quod cum Friderico innotuisset, nobili viro Degenhardo de Helsensteden, regalium prædiorum per Sueuiam procuratori demandauit, quatenus ad præposituram Urspringen. quantocyus accederet, & annum ab eodem præposito censum, videlicet de singulis rusticorum mansis & prædijs, vnum auenæ maldrum reciperet quotannis reddendum. Hinc nactus occasionem Bertoldus de Mysen supraddictus, annum censum ab Ecclesia Urspringen. recepit. Post mortem Philippi satis miserabilem, comitia fieri Francofordiæ ad Moganum principes imperij constituere, ubi in vnum conuenientes, Othonem qui pro imperio tantum certauerat, Saxonie ducem in regem Germanorum eligunt, qui annis admodum paucis regno potitus, per Rom. pontificem est depositus, & in eius locum Fridericus Sueuorum dux, Henrici 6. quondam imperatoris filius, Apuliæ & Siciliæ rex, in eius locum surrogatus, & ab regni principibus electus, quemadmodum patebit suo loco. Sifridus etiam Moguntinæ ciuitatis archiepiscopus, propter Philippi crudelitatem iam biennio exul ab episcopatu factus, Romæ in Ecclesia S. Sabinæ cardinalatus titulo insignitus, iubente papa Innocentio, ad propriam sedem reuertitur, Diepoldo siue Lupoldo Vangionum antistite, qui Sifridi locum occupauerat, vel potius vi & armis inuaserat & obtinuerat, eiecto, atque à clero & omni populo magno cum tripudio honorificè susceptus, nam Lupoldus Philippi regis potentia fretus, Moguntinam Ecclesiam, expulsus & proscripso Sifrido, violenter occupans, nec summi pontificis obtemperare mandatis, nec sententiam excommunicationis aduertere voluit. Bruno quoque Coloniensis archiepiscopus, quem Romam petiuisse cum le- Schismata Ep. Germ. abolica. gatis Apostolicis constat, audita morte Philippi regis, vnà cum memorato Sifrido Moguntinensi in Germaniam reuertitur, ac Coloniam in die sanctorum martyrum

De ecclesia
rū impigno-
rationibus.

Otho 4.
Philippo
succedit.

Schismata
Ep. Germ.
abolita.

tyrum

tyrum Proti & Hyacinthi reuersus, summo cum honore totius cleri & tripudio populi suscipitur. Estque terris & ciuitati suo aduentu reddita pax, latronumque ac praedonum insatiabilis multitudo procul prouincia pulsa. Denique comites, uasalli & terrae nobiles obedientiam illi omnes cum subiectionis solito homagio praestiterunt. Adolfus autem Coloniensis Episcopus, olim Philippi partes secutus, Rom. Pont. mandato per legatos depositus, Romae, ut promiserat Papae, ad eundem ueniens, obedientiam & subiectionem iurando, vitam in exilio finiuit. Conradus item Spirensis episcopus, & Philippi regis quondam cancellarius, durante apud Francofordiam conuentu principum, ad castrum Trifels munitissimum se recepit, metuens a facie regis Othonis denuo per principes electi. noluitque illius sese conspectui praesentare, nisi hac conditione, ut rex Otho sibi de salute sacramentum faceret, atque suum cancellarium, cum ipse regalia insignia haberet, institueret. Otho libenter annuens, cancellariatus officium cum uita salute homini admodum superbo & ambitioso contulit. Cum enim & Mediomatricum & Nemerem. ecclesiam haberet, nequaquam homo cupidus & auarus contentus fuit, nisi & cancellariatus officium assecutus fuisset. ANNO Domini 1209. Innocentius Papa 3. cum regni principes unanimi consensu Othonem sublimasse in regem intellexisset, factum laudauit, atque Hugonem Ostiensem & Leonem S. Crucis in Hierusalem cardinales ad Germaniam legatos, qui Othonem ad imperij coronam Romae a pontifice suscipiendam amicabiliter inuiterent, misit. Venientes autem in Alemaniam partes legati, matrimonium nuper inter Othonem & Philippi regis filiam communis intuitu pacis contractum, Apostolica sanctione confirmarunt, atque super consanguinitatis impedimento dispensarunt, ac per regni & imperij ciuitates transeuntes, iustitiam postulantiibus ministrarunt. Ea tempestate Otho rex apud Herbipolim Franciae Orientalis metropolim solennem principum conuentum celebrauit, ubi ad se uenientes apostolicae Se. legatos, summa (ut decuit) reuerentia suscepit. Deinde Hugo Ostiensis rationem eorum quae a Ro. pontifice in mandatis acceperat, reddens, iniunctum legationis officium exposuit, atque contractum regis cum nepte matrimonium, auctoritate summi pontificis ratificando confirmauit. peractis autem pro pace regni necessarijs, ad urbem cum pace reuertuntur.

Rex autem Otho dimissa Francia, in partes Sueviae secessit, peragratis prius Rheni partibus, cuius quidem in Sueuiam aduentus magnum praedonibus ac sceleratis ibidem demorantibus timorem incussit. Promulgauerat enim rex in conuentu principum sententiam in eos iustitiae, sine cuiuscunque personae delectu, quam demeruerant. siquidem in omnes quos publicas stratas insidij obsidentis inuenire potuit latrones & praedones, nobiles & ignobiles, digna poena animaduerti iussit, nemini parcendo. Sunt qui haec haec fecisse Othonem scribunt odij potius liuore, quam iustitiae amore ductum, quum & contra morem gentis, principes, comites, barones & nobiles ad se uenientes, rebus & uerbis dehonestaret, ac contumelios affectos eminus propulsaret. Feuda etiam quae Philippus ab ecclesiasticis principibus habuerat, contra illorum uoluntatem usurpauit: & tam ipsos quam ecclesias, zelum iustitiae simulans, opprimere coepit. Vnde a plerisque religiosi & clericis ueluti defensor iustitiae collaudabatur, quum aliud in ore, aliud in corde praetendisset. Nam omnia beneficia tam Ecclesiastica quam secularia, familiaribus suis quos secum ex Saxonia & Anglia duxerat, contulit: & Alemaniam proceres, nobiles & plebeios contemns, uel in exilium extra patriam, uel durae seruitutis iugo subiecit. odium enim inueteratum, quod ille in Sueuigenam gentem corde conceperat, quoniam prius euomere in tumultu non potuit, nactus opportunitatem pacis, pleniter effudit. Epiphaniam Domini Otho deinde in Augusta Vindelicorum ciuitate peragens, conuentum principum illud conuocat, ubi regis Philippi crudelē interfectorem, Othonem uidelicet comitem Palatinum de *Witresbach, & Henricum marchionem de *Zandershe, fratrem germanum Egberti Bambergensis episcopi, cum eorum complicitibus & coniurationum socijs, iuxta legem Boioariorum de patria proscriptis, eosque omni beneficio, dignitate & bonis cunctis per imperiale decretum priuauit, & in alios transfudit. Dein mense Martio generale colloquium cum certis regni principibus in oppido Hagenau habuit, ubi futuram in Italos expeditionem intimaui. Inde progressus, in Saxoniam reuertitur, ubi filiam regis Philippi sibi matrimonialiter desponsatam, in oppido Drumschwick donec ab Italia reuertetur, mansuram collocauit. Interea principes tam Ecclesiastici quam seculares, ad regis imperium sese ad iter disponunt. Igitur in principio mens-

Super Othonis matrimonio dispensatur.

Att. decretum contra praedones.

Palat. de Vuitel. proscrībuit.

sis Iulij rex Otho & principes regni conuenerunt apud Augustam Sueviae ciuitatem, & cum valido exercitu in Italiam tendunt, praemissis tamen legatis, quos Apostolicus in Germaniam destinauerat. Consilio autem habito, per uallem Tridentinam exercitum ducens, Veronam peruenit: ibique a ciuibus, ponte nauibus compacto per Athesim, toto cum exercitu traductus, honorifice excipitur: dispositisque inibi negocijs imperij, Gardam castellum ab Henrico 6. Veronenfibus quondam traditum, ab ipsis recepit, atque in eo praesidia imperij antiquorum more collocauit. Exin Bononiam traiciens, generalem in ea curiam cum Italiae principibus celebrauit, ualidumque ex omni Italia contrahens exercitum, Romam proficiscitur. Siquidem omnes rotius Lombardiae comites, nobiles & ciuitates, cum ingenti apparatu illum suscipientes, sua illi oppida, ciuitates, suburbia & munitiones subdidere, portarum clauas in signum meri dominij offerentes. Denique infinitam uectigalium & tributorum pecuniam penes illos a tempore Henrici imperatoris repositam, regi ad manus uoluntate tradiderunt. Nam durante in regno dissidio, per Italiam census & tributa ubique reponerentur. Itaque ultra progrediens rex cum exercitu, Romam tandem peruenit: ubi occurrente sibi papa Innocentio 3. cum uniuerso clero & populo ciuitatis, magno honore ad ecclesiam S. Petri deductus, ab eodem imperij corona condonatus est. Nam uehementer nimis Othonem pontifex uidere cupiebat, cuius partes contra Philippum tanto tempore tamque studiosè libens persecutus fuerat, licet magnus hic amor in maius odium sit immutatus. Coronatur autem ab Innocentio Pont. maximo die mensis Octob. 4. Romae in basilica S. Petri Otho rex 4. licet multi ex parte regis Gallorum Philippi, hoc impedire molirentur propter odium Othonis, quod conceperat. siquidem demortui regis Philippi partes, dum uiueret, semper defendebat, sperans exinde comitatum Flandriae suo imperio fore subiugandum. Coronato autem Othone, exegit Innocentius ab eo coram omni multitudine iuramentum de patrimonio B. Petri custodiendo, & contra quoslibet defendendo. Romani quoque suorum uectigij praedecessorum inherentes, quae ex debito illis imperator die coronationis dare teneretur, perierunt, sicque inter Teutones & Romanos obortus tumultus. Verum ad arma utrinque concurrentibus, fit praedium atrox, in quo multi nobiles & ministeriales regis fuere occisi, plures ad mortem usque uulnerati. Per motus indignitate facti imperator, altera die de resarciendis damnis Romanos conuenit. nam mille ac centum uiri cecidisse ferebantur, quos quia furore adhuc succensos uiderat, insolentiae locum tribuendo ex urbe discessit. Eo anno aestas fuit tonitruis & fulminibus ac imbris nimium impetuosa, hyems quoque nimis dura & asperissima, quae diutius solito perdurauit. unde in multis Germaniae locis alimenta defecerunt iumentis, & inopia diu pressit mortales. ANNO Domini 1210. Otho imperator offensus nuper Romanorum insolentia, suspectum habens Rom. pontificem, ne quid in eo tumultu occasionis ciuibus praestitisset, cupiens irrogatam sibi contumeliam vindicare, tum maxime quod ciues Ro. de resarciendis damnis ex seditione datis conuenisset, terras ecclesiae Ro. hostili peragrabat incurfu. Siquidem e Roma profectus, militum suorum stipatus suppetijs, aliquandiu Mediolani substitit, ibique insignia imperialia dimittens, ciuium haud paruū sibi fauorem conciliauit. Deinde contracto sibi tumultuariè militum haudquaquam paruo exercitu, per Tusciam & marchiam Anconitanam Ecclesiae terram circumduxit exercitum, atque in primis Romandiolam penè totam occupans, Neapolitani regni prouincias armata manu hostiliter inuasit, easque suo subiugauit imperio, Friderico 2. adhuc puero, nil tale suspicanti. Hinc ira simul & odio percitus Papa, Othonem quem prius ad primè dilexerat, odire coepit, iniquo quidē ferens animo factum, atque ad Othonem mittens hortatur admonendo, ut capta de Ecclesiae terra redderet, in castellata libera dimitteret. Verum is nihil talium animaduertens, peiora indies moliebatur. nam hostili manu Apuliam intrans, multas ad regem Siciliae ciuitates pertinentes, in sua potestatem redegit; principatumque Capuae cum palatio ciuitatis accepit, & in eodem permanere statuit. Primam dissidio causam dedit Romandiolae ditio, quam tantopere cupiebat Otho, quippe quam Philippus etiam nuper tenuerat. Et nactus erat ille iam ex Constantiae mulieris interitu, maioribus rebus aptam materiam, occupandae scilicet Apuliae ac Siciliae. reliquerat Henricus 6. uxorem Constantiam cum paruulo filio Friderico 2. moriens Innocentij super electi curae, qui ut mox post principis obitum iura Siciliae repetijt, ita post Constantiae interitum postea non tam tutelae nomine, quam sui iuris tuendi causa, Siciliam ac

Othonis in Italiam expeditione.

Att. dissidij temp. reposita ab Italia pecuniam.

Othone Innocentius coronat.

Discessus Othonis ex urbe.

Papae & Othonis dissidium.

Apuliam administrabat. Hoc regnum, cuius olim initia Rogerius Pontificis Rom. f. dei commendarat, omnibus viribus petebat Otho, quod agrè Papa & ecclesiæ armis & exterorum auxilijs tutatus est. Atqui metuens imperator, ne quid nocenti diffimulatio pareret imperio, Papæ constanter restitit admonitus, Capuam & alias plurimas imperio suo subactas munitiones fortiter manu tenens. Quod cum animaduertisset Papa, monitū prius imperatorem pontifex Ro. per literas & nuncios, deinde vt rebellem Apostolicæ sedi & inobedientem anathemate primū, deinde in pertinaciā perseuerantem, in concilio præsulū, quod Romæ tum Innocentius celebrabat, ab imperio depositum percussit & pronunciauit: Nempè latrocinijs vias omnes Romanas Otho infestans, cædes exercuit & prædas. Verū Innocentius Papa ne quid duceret neglectū, quod ad res Ecclesiæ tuendas spectare videretur, prælatos & proceres, ac omnes alios regni & imperij vasallos & subiectos populos sacramenti religione, quo tenebantur Othoni obnoxij, absoluens, liberos restituit, mandans omnibus, ne quis eum vel imperatorem Ro. nominaret, vel illi obediret. ANNO Domini 1112. Otho Imp. Papæ contra se commotum intelligens animum, vt omnia tumultu agerentur, in additamentum turbatæ Italiæ prosperis vtens successibus, integro (vt aiunt) animo totam sibi Apuliam & Calabriā subijcere, oppida quoque, ciuitates, munitiones, castella in deditiōnem accipere, ac suis militibus assignanda cōmittere, haudquaquam trepidabat: quin potius & Fridericū Apuliæ Siciliæque regē, Henrici Imp. filium, exterminare ac proscribere, penitus cogitauit. Quod ne omnimodis fieret, hominis ferocitatem atque animi pertinaciā considerans Papa, per literas Moguntinensium archiepiscopo Sifrido mandauit, quatenus Othonem iamiam in concilio Romæ habito per sententiam depositum ab imperio & excōmunicatum, per totum regnū Teutonicum publicaret, ac omnibus ciuitatibus denunciaret, ne qui de ignorantia se excusarent. quod Sifridus dicto citius perficiens, Othonem & excōmunicatum à Papa, & in concilio Romæ per sententiam ab imperio depositum, vbi ubi publicauit. Henricus igitur comes Palatinus Rheni, dux Brabantia, & alij principes, comites, nobiles & barones, his auditis, cum ciuitatibus quæ Othonis partes fouebant, de Sifridi Moguntini archiepiscopi publicatione editi pontificij, malè grati, magno suorum adunato exercitu, ad Kalend. Octob. contra Sifridum procedentes, hostiliter eius episcopatum inuadunt, totamque Moguntinæ ditionem Ecclesiæ rapinis & incendio deuastant, nihil præter ciuitates & castella munita intactum relinquentes: nam villas, agros, vicos & monasteria cum Ecclesijs & locis episcopo subiectis igne conflaurant, cædes moliantur & rapinas, nemini parcentes. Verū Sifridus qui hæc omnia sibi mala propter obedientiam Ro. pontificis euenire sciebat, videns quoniam ex æquo resistere non valebat, nec suorum cuiquam benè confidere audebat, quod nusquam tuta fides foret, in partes Thuringiæ se recepit, & apud Hermannum prouinciæ comitem cum Ro. Ecclesia fideliter sentientem, aliquandiu mansit. Itaque Imp. Otho Ro. pontificis sententiam tam excommunicationis quàm ab imperio depositionis, per totam ferè Germaniam intelligens esse publicatam, veritus ne quid in imperio noui contra se oriretur tumultus, maximè sua id causante absentia, mox relicta Italia, in Germaniam redire maturauit. Quod cum peruenisset, perturbationibus plenum regnū inuenit, propter prædictæ sententiæ inuulgationem: sentiebant enim non rectè fieri omnia circa eum & regni principes tam seculares quàm Ecclesiastici: ea propter non vsquequaque illis confidens, nuncios qui secretè res disquirerent, ante se in Germaniam præmiserit, qui citius ad eum reuersi, omnia tumultu plena referunt: quibus auditis, mœrorē animi studio celare voluit, ne ab his qui eum comitabantur, veluti perplexus insimularetur. ANNO Domini 1112. Otho licet abrogatus à Papa, nihilominus tamen pro imperatore se gerens, cum ad partes Germaniæ, dimissa Italia, declinasset, circa festum Pentecostes conuentum Norinbergæ principum suæ partis celebrauit, in quo multiplices Rom. pontificis contra se ostensas calliditates exponens, quàm iniuste ab illo insectaretur, declarauit: Adeste, inquit, animis principes, quibus cura sit de regno, deque in eodem rebus gubernandis. nempè ad vos respicit Teutonicus regni quæuis dispositio, vestra intererit eminus cuncta prospicere. Vestri etenim iuris esse fatemur, non Ro. pontificis, imperatorem creare simul & destituere: vestrū, si quid in imperio tumultus insurrexerit, quo viritim extirpetur, curare. Igitur o principes & regni cordati proceres, ius vestrū defendite, pro patrijs & imperij legibus vires exercete, ne si minùs, & imperium & patrimonium dimittatis. Vt autem id

Otho 4. excōmunicatur.

Excedit Otho Italia.

id fieri possit, persuasum credimus Ro. pontificem, quo sese suis à præsumptionibus reuocet, si monere blandiloquio tentaueritis. Nam si pro libito suo Ro. pontifici nimium quàm expedit dissimulando, depositionem imperatoris permiseritis, actum breui vestra de potestate in deligendo imperatore omni dubio procul intelligetis.

His itaque ac similibus dum in concione ad principes Otho imperator perorasset, animos nonnullorum sibi conciliauit, atque suorum congregato exercitu, expeditionem in Thuringos mouit, contra prouinciæ comitem Hermannum, tum quod cum Rom. Ecclesia in malum imperatoris benè sentiret, tum quod Sifridum Moguntin. archiepiscopum ab hostibus Othonis partem defendentibus, ad se cōfugientem suscepisset: tum etiā, quod ab eius se fide nuper subtraxisset. Igitur copijs coadunatis, duas Hermannimunitiones fortissimas, Rodenburg & Salzingen, cepit ac funditus destruxit. Inde progrediens, oppidum Wisenfæ obsidione vallauit, quod etiam præter arcem capiens, pari furore subuertit. Afferunt tum primū cœpisse vsū instrumenti bellici, prius incogniti, quod vulgariter Trisocē nominatur, quoniam bombardarum vsus necdum erat inuentus. Deuastauit ergo Thuringiam imperator supra quàm dici poterit crudeliter nimis, & multa contra Deum & homines in propriam suæ vitæ & animæ perniciem mala cōmissit. Deinde profectus in Saxoniam in Dorshusen oppidum imperiale, augustales cum vxore sibi desponsata Philippi quondam regis Germanorū filia, nuptias celebrauit: quæ quidem quarta dehinc die infirmata vsque ad mortem, rebus subitò excessit humanis, variam interitus sui opinionem, ne suspensionem dixerim, posteris relinquens: tum quod in Ecclesiam Dei crudeliter inueheretur Imperator, tum quod neprem suā, licet dispensatione Apostolica interueniente, vxorem duceret, Dei Oprimi Max. vindictam in se expertus, discere debuerat ponere superciliū: sed nihil minùs veritus, quo cœperat, animo pertinaci perseuerauit. Animaduertentes igitur nonnulli principes Imperij, cum primis autem Sifridus Moguntin. Archiepiscopus, rex quoque Boemiæ, Treuirensis Archiepiscopus, & Hermannus Langrauius, cum alijs nonnullis, Othonis contumaciā & rebellionē, atque in vnum conuenientes, ad memoriam iuramentū quod olim fecerunt Friderico Henrici Imperatoris filio adhuc infantulo, reuocarunt, atque illum in regem loco abrogati Othonis assumere decreuerunt. Consultatione igitur habita, Fridericū Othone abuteret, in regem Germanorū vnanimiter eligunt, solennes ad illum cum electionis decretionuncios mittentes, videlicet Henricum de Dorsen & Anshelmum de Justingen viros nobiles & strenuos, cum quibusdam alijs, quorum nuncio informatus & instantia persuasus Fridericus ad capeſſenda imperij iura, quanto cyus in Germaniā venire maturaret. Quibus Fridericus blanditer respondens, rem differre aliquantisper voluit, ne si quid inconsultius ageret, poenitentia ductus, ludo se omnibus exponeret. Dux quoque Brabantia, qui Othonis partes plurimū persequebatur, propter desponsatam sibi vxorem Philippi quondam regis filiam, Lequidum cepit, Huardo episcopo per fugam elapso, in qua quidē ciuitate maxima præda & inestimabiles diuitiarum thesauri à militibus cum damno plurimorū diripiuntur. nulli enim raptores pepercere loco, non monasterio, non ecclesijs, sed omnia quæ inuenire poterāt, sine misericordia rapiētes auferebant. Per hos etiam dies in Narbonēsi prouincia, quam vulgò Linguam Occitanā appellitant, Christianæ puritatis permulti contemptores, ex Albigeſio primam suę doctrinę & iniquitatis instructionē recipientes, apparuerunt, quorū tamen dogmā nemo ad hunc diem notus scriptor reliquit. Et cum hæreticos eos vocent, atque ob eam culpam exterminatos esse authores tradant, genus tamen hæreseos prætereunt: puto eos, quoad coniectura assequi possum, arcanam pestem secutos, foedis quoque elum damnasse. Diffusum id virus cum totam ferme regionem inquinasset, Romanus pontifex Innocentius 3. misso Gallone cardinali ad Philippum Franciæ regem legato, monet in hæreticos arma sumere, peccatorum remissionem his qui insigne crucis ad bellum susciperent, promittens. Legati oratione admodum ardenti permotus rex, permittit suos arma capere, & in Albigeſes proficisci. fuisse in exercitu episcopos multos & proceres multos referunt, atque in primis Eudonem Burgundiæ ducem, Henricum Niterensem, Petrum Senonum archipraesulem, Reginaldum Rothomagen. Robertum Baiocen. Iordanum Lexouien. & Reginaldum Carnoten. Igitur mouentes Franci, * Biteres primū obsident expugnātque, occisis, qui in ea erant, multis hæreticorū millibus. Quo periculo territi reliqui regionis incolæ, ad Carcaffonem muni-

Otho vaſtat Thuringiā.

Othonis ſæuitia.

Frider. 2. vocatur in Germaniam.

Albigeſij.

tissimam urbē confugerūt, in qua à nostris circumsepti, inde abire nudi omnino compelluntur, vt qui pudendis membris per summum nefas abusi fuerant, ea ad ignominiam videnda exhiberent. Eliminata foedissimæ gentis turpitudine, Franci cupidi sua quoque loca reuifere, reliquo exercitui Simonem de Monteforti, hominem nobilem ac strenuum nec minus religiosum præficiunt, quum ad hoc quoque negociū subeundum & Innocentius pontifex summus eundē vnā cum Lupoldo Austriae duce subordinasset. Is igitur belli cura mox suscepta, non segniter superflites persecutus est, comitante eum Dominico viro Hispano, quo authore Prædicatorum Ordo initiū suscepit. Itaque arces per eam terram expugnauit, hæreticis interemptis. Habuit autem obscoena Albigeriorum turpitudine defensores Petrum Aragonum regem, sancti quoque Eligij Comitem, & Fuxi principem, qui eductis ingentibus copijs, Simonem apud Murellum arcem obsederunt, qui tamen raras armatos secum in præsidio haberet, nihil tamen desperans, re diuina à sacerdote facta, postquam se in primis atque suos sacramento Confessionis purgasset, eruptionem subito facit, regem Aragonum & octodecim millia hostium interemit, cum ipse octo tantum ex suo præsidio amisisset. Credi merito potest, Deum pro sua religione. Comitem rectè pugnantem, adiuuiffe.

Hæresis Alfatensis.

In partibus etiam Alsatiæ tum hæresis & error tam nobiliū quam plebeiorum multum increuit, volentium & asserentium licitum & nequaquam esse peccatum, in Quadragesimæ diebus & reliquis Sextis ferijs anni comedere carnes: quicquid etiā peccarent homines cum his membris, quæ sub umbilico forent, licitè fieri posse, dicentes hæc fieri secundū naturam. Vnde quotannis huius erroris & hæresis authoribus Mediolanum certum censum miserunt: tandem verò ab Episcopo Argentinensi ac ciuibus capti vtriusque sexus & conditionis homines ferè octoginta, vna die omnes igni traditi sunt & combusti. ANNO Domini 1213. facta electione noui regis Germanorum, Friderici II. videlicet, qui tum Siciliae regnum tenebat, per Moguntinum Treuirensēque archiepiscopos, regē Boemiæ, ducem Austriae, ducem Bauariæ & Lantgrauū Thuringiæ, missis etiam ad eundē honestissimis legatis, qui eum in Germaniam securè ducerent, Otho auditis huiusmodi rumoribus infrenduit animo, seque in arma parans, quæcunque vel Romani pontificis & Ecclesiæ fuissent, aut etiam Friderici regis, in suā redigere potestatem contendebat. Verum Fridericus tandem à legatis Germanicis persuasus, quanquam vxor & plerique Siciliae optimates animum eius in aliud mutare contendissent, relicta cum filio paruulo Henrico vxore in Sicilia, ad iter sese honesto comitatus apparatu in Germaniam præparauit. Romam primum ad Innocentium veniens, honorificè suscipitur, à quo benedictionis pariter & coronationis munus humiliter petijt. Sed pontifex illi blandè respondens, quod petebat, ingeniosè denegauit, dicēs se legatum Cardinalem in Germaniam cum eo destinaturum, qui regni Teutonici principibus mandaret, vt ab Othone excommunicato simul & deposito recederent, & sibi tanquam ab eisdē electo, in omnibus fideliter obedirent & assisterent. Itaque Fridericus pontificis animū ambiguū haudquaquam intelligens, cum legato & suis, quoniam directo itinere propter Othonis insidias in Germaniam venire non potuit, per vallem Tridentinam atque loca Alpium inuia, in Rhetiam Curientem, deinde à nobilibus & episcopo susceptus honorificè, ad Constantiam vsque perducitur: vbi per dies aliquot demoratus, per copias principū regni, maximè autem Sueuicæ nationis proceres, quorsum volebat, deducitur. Cōperiens autem Otho, quod Fridericus dimissa Sicilia venisset in Germaniā, atque in ciuitate Constantiensi, multo stipatus milite, subsisteret: animum rebus adiiciens, illi occurrere statuit: regni que introitum prohibere, si possit, tētauit. Coadunato igitur suorū exercitu, in Sueuiam venit, in Friderici occursum præproperè nimis iter accelerans, exercitum suum à se defluere vidit, atque in dies infirmiore fieri. vnde consistens in oppido Werthingen, non audebat iam palā cōtra Fridericū exire, quod optimā nobilitatis suæ partē à se ad Fridericū deficere videret. Verum adhuc spe ductus in ducem Bertoldū de Zeringen, necnon Henricū comitem de Werthingen, Argentinensem quoque Episcopum, quorum suppetijs adiutus, in oppidū Werthach imperiale descendit, rei euentū expectaturus. querens autem si copiam habere posset militum auxiliatorū, vnde Friderico resisteret, in oppido constitutus, hincinde quos poterat, lancearios mercede cōduxit. at ij ex oppido gregatim excursus facientes, vinū ac pabula & quicquid ad victū quotidianū requirebatur, diripientes, oppidanos etiam rapinis & iniurijs multis afficientes, tandem ab incolis extra oppidum eiecti sunt. vnde videns se ab omnibus desolatam Otho,

Friderici 2. in Germaniæ aduentus.

cum paucis admodum stipendiarijs militibus in Saxoniam, rubore suffusus, redijt. Fridericus autem intelligens Othonem à ciuibus oppidi Werthach cum suis expulsū, auxilio principum fretus plurimorum, de Constantia mouens, ciuitates & oppida Imperij circa Rheni fluenta superioris perlustrando, in suam subegit potestatem. Itaque cum ad oppidū imperiale Hagenau peruenisset, quoniam ciues partium erant Othonis, portas clausurunt, Fridericum intrmittere recusantes, qui mox vicum obsidione vallauit, tamque diu impugnauit, donec tandem expugnaret, oppidanosque rebelles in deditiōnē compelleret. Inde progrediens de ciuitate in ciuitatem, de oppido in oppidum, ab omnibus vt rex honorificè suscipitur, atque vt Germanorum rex salutatur. Quo factum est, vt breui rotum penè regnū, paucis cum Othone manentibus, obtinuisset. Per Rheni autem fluenta Fridericus descendens, Moguntiam venit: vbi aliquandiu confidens, magnum principū conuentum habuit, Sifrido Moguntino archiepiscopo in odium Othonis adiuuante simul & procurante. Nam illò cōuenierant idem Sifridus Archiepiscopus Moguntinus, Treuirorum quoque & Argentinensis, qui Friderico reconciliatus, ab Othone cui adhaesit, recesserat. Basileensis, Spirensis, Constantiensis, Herbipolensis episcopi, rex etiam Boemiæ, Lantgrauus Thuringiæ, comesque Palatinus Rheni, qui omnes regi Friderico fidelitatis iuramentum præstiterunt, atque à Moguntia per Rhenum in Coloniam, deinde ad imperiale palatium Aquisgranum profectus, cum eisdem per Brunonem, vt nonnulli asserunt, siue per Sifridum Moguntinum, vt reliquis placet, inunctus & in regem Germanorū coronatus est. Videns autem Fridericus quod fauor regis Galliæ plurimum sibi prodesset, auxilio fretus episcopi Metensis, amicitias cum eo statuere decreuit. Conuentui locus ductus est apud Vallicolorem, vbi reges foederis causa coirēt. Cui cum Philippus Gallorum rex propter corporis aduersam fortunam interesse non posset, Ludouicum filium primogenitum misit. Reges simul conuenientes, amicitiae foedus quam diu uerent in humanis, percusserunt. Igitur Otho videns se imperio priuatum, & quod Fridericus Aquisgrani coronatus regno potiretur, constitutus apud Saxoniam, societatem cum Iohanne Anglorum rege, cumque Rainaldo Boloniæ comite statuere cogitauit. Quod Philippus Galliarum rex cum rescisset, Boloniæ comitem ex comitatu suo exturbauit. Verum rex Angliæ Iohannes inita cum Flandrensi comite Ferdinando societate, ad Boloniam cum ingenti classe recipendam se contulit, mutato tamen proposito, ad Granatingos Flandriæ oppidum duxit. Philippus autem in Ferdinando primò ducens, Brugas primum, deinde Gandauum inuasit, cuius classem Boloniæ comes apud Dam oppidum relictam deturbauit. Verum rex Franciæ factum intelligens, Gandauum obsidione soluta, in hostes subito ruens, captis & occisis plurimis, ad vsque naues eorundem procurrit. Deinde rediens ad Brugeses, & Gandauis obsidibus receptis, in Franciam reuertitur, non multo post tempore Brugeses & Gandenses datis triginta millibus marcarum auri, obsides suos redemerunt. Et primis illis motibus Iohannes Anglus occursum, vt sociorum Othonis & Flandriæ comitis fidem tutaretur, ex Angliā motuit. Andegauiam restituit, murisque claudit, & deficientibus ad eum Britonibus ac Picauis, Ligerim transijt, Monachi castellum obsidione cinxit. vbi cum esset laboratum aliquanto tempore, Ludouicus Philippi filius hostem repulit. At interim occupato aduersus Flandrenses Philippo, Otho coadunatis sibi auxiliarijs vndecunque poterat copijs, in terras comitis Gelandrensis hostili animo ingressus, igne simul & ferro multa pauperibus damna intulit. Vnde mouens vnā cum rege Angliæ, duce quoque Brabantinorum Henrico, Ferdinando comite Flandrensi ac alijs plerisque, contra Philippum regem Gallorum apud Tornacum processit in bellum. Occurrit Gallus hostibus ad pontem Bouinum, vbi tanto animo exercitum instruit, vt certam habere spe victoriam videretur: statimque cum hostibus congressus, primum comitem Flandriæ cepit, deinde Othonem inuadēs, vt maiore audacia, ita maiori labore (nam Philippus ipse ab equo vi peditum Othonianorum deiectus, periculo vix est liberatus) Saxonem ad fugam compulit, qua ægrè Gallorum manum euasit. Sic Otho in Saxoniam reuersus, pauco post tempore ex ea ignominia fato est defunctus. Incidit hæc Othonis strages in annum Domini 1214. Philippus inde animum ad vlciscendum Anglum adiecit. Verum is regis Philippi Gallorum veritus potentiam, & quod iam altera vice bello superatus, multos ex suis amisisset, ad Rom. pontificis gratiam confugit, atque liberè Deo & sanctis Petro & Paulo apostolis, sanctæque Ro. Ecclesiæ ac Petri successoribus Angliæ regnum

Otho in Saxoniam fugit.

Hagenau oppugnauit.

Frideric. 2. Aquisgrani coronatur.

Frideric. & Philip. Franciæ foedus.

Otho III. à Phil. Franco profugatus.

regnum pariter & Hybernæ obtulit & concessit cum omni suo iure, proque dictis regnis Innocentio III. homagium fecit, ut si illa in feudū ab Ecclesia reges Angliæ de cetero tenerent: illud adiiciens, ut pro omni seruitio dictorum regnorū quotannis centum auri marcas soluerent, quod postea aliquandiu seruatum est. Nec id quidē nouum, quum longē ante hoc Adolphus primus monarcha Anglorum rex, idem regnū Leonis quarto, Romanæque Ecclesiæ vestigale fecit, post quem Henricus rex ob necem sancti Thomæ Cantuariensis, idem regnum pro se & suis successoribus à Sede Apostolica in feudum recognouit. Fridericus interim, ut ad regni fastigia conscenderet, conuocato principum regni Germanici conuentu Moguntia, illò peruenit. Vbi cum principes in vnum conuenissent, Moguntinus archiepiscopus denuo Fridericum regni Germanici corona insigniuit. qua obtenta, rex Fridericus in Sueuiam suæ gentilitatis regionem, multo stipatus milite, proficiscitur. vbi quum resedisset, audita clade qua Otho apud Bouinum pontem afflictus fuerat, Aquisgranum imperatoriam nuper urbem obsidione pressam recepit, vbi Innocentij papæ autoritate regiam denuo de more coronam accepit. atque ut aliquam Deo, vnde omnis potestas principaliter datur, animi gratitudinem demonstraret: cruce signatus, voto se rum publicè obligauit subsidij Christianis in Asia degentibus offerendi causa, sed & pontifici Romano comitatum de regno Siciliae Fundanum perpetuo donationis iure à Ro. ecclesia possidendum. De Sueuia autem Fridericus valido suorum exercitu ad Mosellanos descendit, & in primis Treuirenses, deinde nobiles prouinciæ omnes, qui in circuitu resederant, in deditioem recepit. Deinde Lotharingia in deditioem similiter coacta, Meren. & Leodien. cum reliquis penè ciuitatibus & oppidis in sua verba iurare potenter coegit. Mosam post hæc fluium transiens, contra Henricum partium Othonis Brabantia ducem copias duxit. Verum inopinatum dux Friderici aduentum intelligens, territus quòd tantæ multitudini occurrere haudquaquam sufficeret, consilio suorum præhabito, in pace obuiam venire Friderico statuit, veniam postulaturus: quam cum à rege supplici voto postulasset, absque mora impetrauit. Itaque fidelitate regi, ut moris est, iurata, filium suum & quosdam alios terræ nobiles, obsides dedit: atque Othonis partes deserens, Friderico regi adhæsit. ANNO Domini 1215. Innocentius Papa Romæ in ecclesia Lateranensi concilium siue synodum celebravit, cui interfuerunt Hierosolymitanus & Constantinopolitanus patriarchæ, metropolitani lxx. episcopi cccc. duodecim abbates, priores conuenticuales octingenti, Græci & Romani legati, regum verò Hierusalem, Hispania, Angliæ, Francia, & Cypri, oratores. Venere multa tum quidem in consultationem, nec decerni tamen quicquam aptè potuit, quòd & Pisani & Genuenses maritimo, Cisalpinæ terrestri bello inter se certabant. Editæ tamen nonnullæ constitutiones referuntur, è quibus vna existit, ut quoties orbis principes, alter in alterum, deliquerint, correctionem ad pontificem Romanum spectare. Multa denique pro recuperatione terræ sanctæ tractata fuere. Vnde idem Innocentius missis in omnes Christianorum fines literis & nuncijs, viros videlicet doctos & idoneos crucem predicare contra Christianæ fidei hostes iussit. Tenores autem literarum inter alia hæc quidem continebant, si quòd singulis mensibus fieret generalis processio, seorsum viris, & seorsum mulieribus constitutis, cum orationum deuota instantia pro terræ sanctæ liberatione: Orationi autem ieiunium & eleemosynam adiunxit, ut his quasi alis quibusdam, facilius ad aures Dei uolet oratio. Singulis quoque diebus sub Missarum solennibus, publicam tam virorum quam mulierum in terram prostrationem fieri voluit, cum psalmo: *Deus, uenerunt gentes*: Versu & oratione ad hoc dispositis & institutis. Truncum etiam fieri in Ecclesijs sub tribus distinctis clauibus ordinauit, in quo reponeretur eleemosyna in subsidium terræ sanctæ, atque ut homines ad sumendam Crucem exhortentur, strictius mandat. Audientes autem hæc parui pueri de regno Francorum, vsque ad XX. millia, crucem acceperunt, quasi per eos uellet Deus terram sanctam liberare: nam turmatim diuisi, per diuersos portus acceperunt, alij Massiliam, Brundisium alij, reliqui Genuam uenientes, quidam tandem ad propria redierunt. siquidem ad mare uenientes, plerique à piratis dolose * manibus ducti, quasi ad Hierusalem ducebantur, aut in mari submersi sunt, aut Saracenis venditi. Innocentius autem pontifex, discordiæ inter Genuenses & Pisanos componendæ causa Perusium profectus, ibidem moritur pontificatus sui anno 18. mense 7. die 16. cuius vita adeò probata fuit, ut post mortem nil eorum quæ laudauerit, quæque im-

Angliæ regnum à Ro. pontifice accipi.

Friderici 2. altera coronatio. Rom. 13.

Henricus Brabantia dux.

Innocentij tertij constitutiones ex synodo.

Psal. 78.

Mirū quid de pueris. Turba in bellis cruce signata.

* nauibus

Innocentij 3. interitus.

improbauerit, immutatum dicatur. Quin ut religionis apprime studiosus, multis ueniendi regulam dedit & disciplinam, ita veterum quorundam Ordinum instituta reparauit. In Laterana synodo Cruciferorum Ordo reparatus est, & à pontifice Innocentio ultimo hoc pontificatus anno confirmatus. Sunt qui coepisse putent Ordinem hunc Constantini & Helenæ temporibus, septem primū cruce, auctore Cyriaco Hierosolymorum præfule & martyre: quo etiam ferè tempore sacrae uirgines ab Helena Constantini matre lectæ sunt, quæ publico stipendio alerentur, Dei laudem uitæ puritate & frequentibus precibus prædicaturæ. Atque hoc quidem tempore Cruciferi per Innocentiū restituti sunt, quo ferè tempore Albertus Hierosolymitanus patriarcha, labantem in Syria religionem restituere conatus, Carmeli montis incolas fratres disciplina & Regula coercuit, habitum exteriorem virgultum Helia more dedit. Quæ regula tum Romæ probata est, & nomen Carmelitarum, qua coeperat modò ueneratione apud Romanam Ecclesiam, multos annos magnæ auctoritati fuit. datæ Ordinis eius benefactoribus Indulgentiæ &c. Et Syria principibus gentilibus adeò grata religio fuit, ut magnis Sultani eleemosynis alerentur. Honorius quartus, restituto albo habitu, eos in Europa excepit beatæ Mariæ sacros, quo titulo post Honorij quarti reformationem Carmelitæ uisunt, id quod infra latius scribetur. Dominicus Hispanus uir sanctitate & doctrina plurimum decoratus, Prædicatorum Fratrum Ordinem primus instituit. is in Calagna pago Exoniensis diocesis natus, patrem habuit Felicem nomine, matrem uero Iohannam, & fratres duos ueterinos, cuius mater in somnis præuidit se gestare carulum accensam faculam ore baiulantem, qui mox ex utero matris in mundum natus, totum mundum incendere uidebatur uerbo suæ prædicationis. Nam fuit uitiorum mirabilis obiurgator, hæresium oppugnator, Albigenisium potissimè, fideliumque diligentissimus exhortator, ex canonico regulari à Deo uocatus, cum socijs sibi coniunctis Prædicatorum ordinem incredibili seruore fundauit, atque à beata Virgine diuinitus inspiratus, habitum religionis assumpsit. Verum Albigenisium hæresis cum pullulare in ciuitate Tolosana & Galliarum regione coepisset, B. Dominicus ab Innocentio pontifice datus, à Francorum autem rege Simon de Monteforti ad huiusmodi hæresim extirpandam, idem sanctus uir cum additis sibi militum copijs aduersantium arma conatusque retrudit, quemadmodum supra tetigimus. Pater autem religionis existens, cum apud Tolosam Honorius hæresim & schismaticos domitos intellexisset, Ordinem confirmauit: quo confirmato, plura sunt monasteria ædificata. Tandem uero uigesimalmo tertio salutis anno supra duodecies centesimum, apud Bononiam Italiae ciuitatem Nonis Augusti migravit ad Dominum, quem postea Gregorius nonus, auditis eius miraculis & clara uita, in sanctorum catalogum adscripsit. Circa hæc quoque tempora Franciscus Seraphicus natione Italis, ex Assisio Vmbrorum ciuitate oriundus, uir diuinus, ac primus fratrum Minorum ordinis institutor & fundator, circa annum Domini 1208. primò negociator humanus & affabilis ac prodigius usque ad annum uigesimalmo quintum. inde terrena cuncta despiciens, Christum in omni uita secutus est. cum enim aliquandiu pedibus calcatus incessisset, sententiæ Dominicæ memor, Qui uenit ad me, & non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: abiectis omnibus, tunicam protritā fune præcinctam induit, atque mox nouum ordinem instituit, cum quo uelut sol in orbe radians, Christianam religionem plurimum illuminauit. Nempe in seipso tantum austeritatis rigorem exercuit, ut in tentatione quadam carnis, pruinali tempore niue uel glacie operiretur. paupertatem uero dominam suam semper uocabat: malebat potius de se uituperia quam laudes audire: omni que studio præcauebat, ne paupertatis metas transiliens, ad superflua diffunderet: sexto conuersionis suæ anno in Syriam transiens, martyrij desiderio Sultanum accessit, à quo honorificè est susceptus. Duobus autem annis ante obitum suum uidit in uisione seraphin unum in aere, sex alas habentem, cruce manibus extensis, pedibusque coniunctis affixū, alas uero duas super caput erectas, & duas ad uolandum extensas habebat, porro duabus totum corpus tegebatur. Cumque diutius cogitaret, apparebāt in manibus eius quasi fixuræ clauorū, latusque ipsius dextrū uelut lancea perforatū, deinde fratribus ab eo institutis nouam regulā dedit, quæ ordinē & Honorius 3. confirmauit. Tandem uero plenus bonis operibus, apud Assisium urbē suam anno salutis nostræ millesimo

Cruciferorum ordo.

Moniales prima.

Carmelita.

Dominicus ordinis Prædicatorum institutor.

Franciscus Assisensis ordinis Minorum auctor.

Luc. 14.

lesimo ducentesimo vigesimo septimo, Nonis Octobris in Domino feliciter obdormiuit. Gregorius nonus, auditis eius crebris miraculis, post biennium, magno prius ob eam rem habito conuentu, in numerum sanctorum retulit. Nicolaus autem tertius anno 1280. literas de stigmatibus eius Christi fidelibus misit. Ordo quoque Eremitarum à quodam Guilielmo eremita viro sancto, & Aquitanæ duce ac comite Pictauiensi, nuper anno Domini 1157. licet institutus, sub Innocentio tamen & Honorio, sub titulo fratrum Eremitarum S. Augustini & appellari & nominari iussus est & confirmatus. nam prædictus Guilielmus, prius à B. Bernardo sufficienter edoctus, Ordinis sui calamitatem religionisque feruorem penè extinctum considerans, animum ad instaurandum eum adiecit, in breuique conualescens ex multitudine religiosorum & monasteriorum, meliorem faciem Ordini diui Augustini per Gallias dedit. Quare hunc Ordinis conditorem appellant, ac Guilielmira vulgò per Gallias nominantur. Itaque cõcessione Anastasij pontificis ac Adriani eius successoris, relicta eremo, tum ciuitates primùm incolere cœpit, ac primùm Parisijs monasterium sub mendicationis titulo extruxit. Deinde Albertus Gallus, doctrina & viræ sanctitate mirabiliter ordinem adaugens, plurimum ordini laudis & religionis contulit. Verùm cum Guilielmitarum titulus in Gallijs vsque ad Innocentij tempora perdurasset, mandante eo, posthabita eius denominatione, & omnibus S. Augustini cremitis ad ciuitates ubique accessitis, Innocentius & eius successores, omnes sub vno titulo Eremitarum, vt dictum est, appellari voluit & præcepit. Ad Innocentij autem publicatas literas per vniuersum orbem pro liberatione terræ sanctæ, innumerabilis multitudo pro Christi amore ac terræ sanctæ recuperatione Cruce signabatur: inter quos fuere posteritati commendandi principes isti subnotati: Fridericus rex Germanorum II. Henricus Brabantia dux, dux Morauia, dux de * Lemburg, dux de * Ancei, comes Iuliacensis, Palatinus comes de * Tubingen, marchio de * Baden, comes Lohësis comes Montensis, comes Spanheimensis, comes de * Nassau, comes Feldensis, comes Hirsutus, comes Syluestris, comes Synensis, Sifridus archiepiscopus Moguntinensis, episcopi, Leodiensis, Argentinenis, Patauiensis, Eichstatis, & complures alij, qui omnes prædicante magistro Scholastico Xantensis Ecclesiæ, mandato Innocentij Papæ, sese ad Christi militiam deuouerunt. Eodem anno Theodoricus Treuironum archiepiscopus ad Coloniam veniens, Henrico duce Brabantinorum cooperante, iuxta mandatum Apostolicum sibi transmissum, ciues ad subiectionem Friderici regis induxit, eosque pace reformata, ab excommunicatione & interdicto, quibus per annum & menses quinque fuerant innodati propter rebellionem & Othonis episcopi Monasteriensis detentionem, absoluit. Siquidem Apostolico mandato Sifridus Moguntinensis archiepiscopus, cum Theodoricum Coloniensem archiepiscopum creberrimis nuncijs & literis, vt Othonem abrogatum & excommunicatum deferret, monuisset, & Friderico regi electo & coronato adhæreret, alioqui se pœnas & censuras ecclesiæ grauissimas incursum, cum monita illius contempsisset, ab eodem archiepiscopo autoritate apostolica primò quidem excommunicatus, deinde cum anathematis in se sententiam paruipendisset, ab archiepiscopali dignitate depositus fuerat. Itaque vt tetigimus, concordia reformata, Treuironum archiepiscopus quarta die mensis Augusti Missam in principali ecclesia S. Petri in præsentia tam cleri quàm populi decantauit: in qua quidem die Fridericus rex ciuitatem Colonien. ingressus, à ciuibus honorificè susceptus est, homagium subiectionis & fidelitatis iuxta consuetudinem illi iurantibus, diebus plus minus septem illic moras agendo. ANNO 1216. Innocentio mortuo, successit illi Honorius eius nominis III. patria Romanus, vir doctus & morum integritate sanctissimus, qui regem Fridericū II. coronauit Imp. sed postea excommunicatum deposuit, duosque Ordines, Prædicatorum s. & Minorum, confirmauit, ac sub tutela protectionis Apostolicæ sedis perpetuè suscepit. Denique ad hunc Honorium Petrus Antiochodoren. imperator Constantinop. cum Iola vxore veniens, in basilica S. Laurentij extra muros coronatur, deligiturque statim Iohannes Columna Cardinalis Ro. qui legatus ad res Asiæ componendas cum his copijs proficisceretur, quas Innocentius ad eam rem collegerat. Quo Christianos ad terræ sanctæ atque ciuitatis Hierosolymitanæ recuperationē adhortare, magnus tam in Italia quàm Gallia & Alemania bellantiū apparatus fiebat. Nam principes regis Franciæ consilio, Bonifaciū marchionē Montisferrati, & Baldwinum Flandriæ, & Henricum S. Pauli, Ludouicum Sabaudia comites, in Saracenos hortantur.

Eremitæ.

Guilielmitæ

Germanici principes cruce signati.

Colonieses in Friderici II. fidē acceperunt.

Honorius III. papa.

tur. Hi coniunctis copijs Venetias delati sunt. vbi conuenientes in vnum, factus est bellantium tam fortis exercitus, tamque validus, vt non solum per eos credi posset regnum Ierusalem, verum etiam Aegypti regnum recuperari posse. Itaque cum Venetis reliquarum quæ illò aduenerant, nationum copiarum conuenientes, inter se pactæ sunt, vt Veneti transportarent exercitum, ipsæ autem sociæ itineris essent. Vnde constitutum est vnanimi consilio, vt pars validior in Syriam nauigarent, reliqui tenderent in Aegyptum, atque Alexandriam expugnarent, aut Sultanum, ne in Syriam descenderet, prohiberent. Describenda est in hac generatione Cõstantinopolitani imperij variatio, qua res Græcorum ad Gallos deuenit. Imperauerat Græcis hæcenus Isaci filius, in Latinorum castra profugit, opem pro patre contra tyrannum petens, quæ hac cõditione ei concessa est, vt & Græcam ecclesiã Romanæ subijceret, & marcarum auri xxx. millia persolueret, ob damna quæ olim Emanuel imp. Venetis Francisq; intulerat. Venerat autem Alexius puer Romæ, Innocentio crudelitatem in patrem commissam exponens. Inde ad Philippum Ro. imp. qui sororem suam Irenen habebat vxorem, in Alemaniam properauit, atque conditionibus quibus cum Rom. pont. & principibus deferenda ope conuenisset, propositis, imperator Philippus per nuncios & literas effecit, vt exercitus Christianorum congregatus, ad recuperandam Constantinopolim Alexio suppetias ministraret. Istis proinde foederibus, cum pro secū Alexius Bonifacio Montisferrati *, sibi cognatione coniuncto, Cõstantinopolim profectus, terra marique vrberum oppugnaturus: sed non improuisus eorum fuerat tyranno aduentus. nam præter pedites, lx. millia equitum in vrbe eo tempore sunt reperta. Siquidem armauerat contra Latinos ciuium mentes tyrannus, vt non aliter resisterent, quàm si contra populos infideles, qui loca sancta polluerent, pugnare debuissent. Verùm Latini fortiter facientes, Theodorum Lascarem, Alexij tyranni generum erumpere conantem, intra moenia retrudunt, ac vrberum biduo cõtinuata oppugnatione vi capiunt. Aufugerat noctu Alexius, relicto magno auri pondere apud Irenen virginem Deo dicatam. Re autem à Græcis cognita, conuenere in vnum proceres, atque habito inter se consilio, Alexium quem Franci exulem reduserant, imperatorem eligunt. Igitur manè factò, Græcorum copiosa multitudo ad castra Latinorum venit, atque in vrberum electum sibi imperatorem Alexium cum immenso gaudio introducunt, ac in templum S. Sophiæ introducentes coronant. Introductus ergo in vrberum cum patre Isaac imp. Alexius, non diu superuixere. nam ex innato odio in Latinos, imp. Alexius immemor beneficiorum quæ à Latinis acceperat, machinari contra eos cœpit. Quare pater morbo correptus moritur, filius veneno (vt aiunt) petitus interijt, quanuis aliter alij scribant. Siquidem turbatis Græcis de promissis ab imperatore illis factis, tumultum suscitant. Quod cum imperatorem haudquaquam laceret, habito consilio marchionis Bonifacij consanguinei, quem ob hoc ad se vocauerat, clam aufugere tentabat. Sed quidam Murziphlus, quem pater imperatoris ex infima plebe patricium creauerat, intelligens consilium, populum allocutus, quantis in periculis versaretur, ostendit, atque remp. viro, non puero, indigere prædicabat. Quibus auditis, pars populi hunc gubernatorem, pars ducem, ac pars maior imperatorem eum acclamauit. Igitur magna stipatus caterua, in palatium se proripuit, atque puerum imperatorem interemit. Vsurpato autem sibi imperio, perfidus multa Christianis damna inferre tentauit, atque illorum castra inuadere: sed à Latinis repulsus, nihil dignum memoria fecit. Cum autem se nihil proficere cerneret, fictæ pacis causa legatos ad Latinorum castra mittit, qui vt cum Venetorum duce in colloquium venirent, obtinuerunt. Verùm cum dux illi obiecisset, quòd nulla posset cum eo esse pacis societas, qui dominum suum veneno semel atque iterum petiit interfecisset, atque imperium iniuste sibi usurpasset: quare imperiū quod per nefas occuparet, veniam precaturus dimitteret, ac obedientiã Romanæ ecclesiæ faceret: percitus furore subdolos homo, neque obedientiã se Ro. ecclesiæ facere velle asserbat, quin potius vitam amittere, Græciam subuerri malle, quàm vt Orientalis Ecclesia Romanæ submitteretur. Quare commoti Latinorum exercitus, ciuitatem terra marique obsident, ac post multa fortiter gesta capiunt, terga Græcis vertentibus, munitissimis palatijs relictis. Victoria verò Latini potiti, tyrannū querūt diu frustra. aufugerat enim pridie, quàm ciuitas in Latinorū manus deuenisset. Dein proceres animum rebus adijci-

Gesta in oriente tempore Innocentij III.

Græci imperij tumultus.

*marchione

Isaac, Alexius frater, Alexius filius, imperatores Græci

Murziphlus imp. Constantinop.

ijcientes, ex omni exercitu 15. viros sapientia & industria præcellentes selegerunt, qui vrbi imperatorem, ac sacris patriarcham assumerent, eo tamen pacto, vt si imperator Venerus non esset, ipsi Veneti patriarcham eligerent à Ro. pontifice confirmandum. Itaq; Flandrensiū comes Balduinus summa concordia imperator eligitur atq; declaratur, & Thomas Mauricenus in sacris agens, patriarcha præficatur atque declaratur, qui nouum electum imperatorem inunctum coronauit. Proceres igitur ad occupandum imperium egressi, intra annum omnia recepere quæ fuerunt imperatoris Isaac, Adrianopoli excepta, in quam plures Græci odio Latini nominis sese receperant. Quarta pars oppidanorum Venetis assignata est, quæ insulas quidem continuit Aegæi maris, Cretam, Eubœam, quæ nunc Nigropontus, aliasque minores. Sed quoniam Creta Bonifacio cedebat, indigens is pecunia, Balduino suadente, Venetis Cretam accepto ingenti pondere contradidit, ipse Thessaliæ regno potitus. Fretus autem his pecunijs Bonifacius, Adrianopolim à tyrano pressam oppugnauit, & Valachos, olim Romanos ac Bulgaros, vltiorem Danubij ripam incolentes, vicinos in se exciuit. Eius gentis supra nomenclaturam exposuimus, cum egressum eorum in Triballorum regionē, & varias Constantinopolarū frages describeremus. & sunt ex authoribus probis, qui ex Auaribus Bulgaros superuisse putent. Bonifacius itaque multitudinem hostium timens, Constantinopolim petijt, Sultano Iconij iturus obuiam, qui Satala vrbe Græca capta, maximis calamitatibus ac supplicijs Christianos quotidie vexabat. Balduinū autem coronato, ea dies celebris toti penē Græciæ, non magis Latinorum quàm Græcorum conuentu lætissima fuit. Incidēte res illæ occupatæ Constantinopoli in Innocentij III. tempora. Perturbauit tamē tantos Latinorum successus Balduini mors immatura, quum vix quinque potitus imperio annis obiisset, cui successit summa concordia frater Balduini Hæricus imperator declaratus est. Dum hæc in Græcia agerentur, Cinijs rex Memellinus, vel (vt Platina scribit) Hilminolus Saracenus, in Hispaniā maxima classe traiecit, Toletumque oppugnare cōstituit. Quod vbi accepit Innocentius Papa, publico edicto omnes qui ferre arma possent, ad extinguendum tantum incendium concitauit. Conuenerant eō multi Galli cum Saracenis pugnaturi, qui quoniam Hispani non vsquequaque grati extiterāt, in propria rediere. Quam ob rem Hilminolus vtranque Hispaniā incredibili celeritate hostilem in modū peruagatus, Arelatū vsque & Auinionem perueniens, omnia cædibus & populationibus compleuit. Hac autem calamitate perciti quatuor Hispaniæ reges, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauaræ, copijs simul iunctis, cum Saraceno cōgressi, maxima victoria potiti sunt, nihil præter Bethicam, hoc est, Granatam Hilminolino reliquere. Sed hanc rex Hispaniæ Ferdinandus anno Domini 92. supra 1400. in suam denuo potestatem subegit. Veneti quoque rebellantem Cretam, quam nuper à Bonifacio multis nummū millibus aureorū emerant, in fide armis continentes, in coloniæ formā redegere, missis eō ciuibus, qui Cretenfes in officio continerent. Deinde defuncto Constantinopolitano imperatore Henrico, qui Balduino fratri successerat, cum vndecim iam annis regnasset, Petrus Antiochensis, Henrici prædicti filius, eo in regno imperator electus est: quanquam Henricū sine liberis mortuū pleriq; scriptores tradiderint. Acta sunt hæc anno Domini 1217. sub Honorio Papa III. Is enim Petrū apud S. Laurentiū Romæ imperatorē Constantinopolitanum coronauit in præsentia Iolæ vxoris atque filiarum eius. Tum adiuncto sibi cardinale de Columna, vnā cum Iolæ vxore & filiabus, cum circiter centum & sexaginta militibus Constantinopolim redire statuit ad res Asiæ reformandas. Promiserat autē Venetis Dyrrachium vrbe se daturum, si Constantinopolim illum reducerent. Itaque imperator Iolam vxorē ac filias cum cardinale legato præmisit, quæ Brundisium, deinde Constantinopolim venerunt. Ipse autem cum Venetis Dyrrachium fortiter obsedit. Quam cum plurimis diebus oppugnasset, nec capere potuisset, soluta obsidione, sub fide Theodori Epirotarum ducis Constantinopolim versus per terram iter aggressus, cum ad teterrimos montes peruenisset, dolo Theodori circumuentus capitur, atque in carcerem biennio retruditur. per quod quidem tempus Iolæ vxor imperium prudentissimè administrabat. Sed non multo post, mortē obiit, & Latini proceres Constantinopoli & in Romania tum agētes, Robertū Petri filiū ex Gallijs accersitum, imperatorē Constantinopolitanū ex Latinis quartū deligunt. Eo ferme tempore Iohānes de Bregna, ex duce Viennensi in Fræcia, rex Hierusalem creatus, regnabat. Nam cum Americus rex Cypri, regni quoq; Hierosolymitani titulū vxoris ratione tenens, rem

Balduinus
Flandrus
Imp. Con-
stantinop.

* Auares

Bulgari.
Auares.

Hilminoli-
nus Sarace-
nus.

Honorij 3
tempore ge-
sta in Ori-
ente.

Iohan. rex
Hierosoly.

Christianam frigidè administrasset, alium regem qui in Asia degebant proceres, surrogandum constituunt, atque Iohannem prædictum in regem Hierusalem consensu omnium declarant. Hic per solennes oratores accersitus, cum multis copijs Constantinopolim venit, atque Latini regis Henrici, qui tūc imperator fuerat, nauigio fretus, Prolemaidam peruenit. Accepit ilico sibi vxorem Cunradi olim Montisferrati marchionis & Hierosolymæ regis filiam, cui id regnum iure hæreditario debebatur. Tertio autem Kalen. Oðob. regium vtrique diadema Tyri est impositum, atque pompa regia nuptiæ celebrata. Eodem autem anno treuge inter Christianos & Saracenos factæ, expirauerant. Vnde Christianorum exercitus post Lateranense conciliū ab Innocentio cōportatus, assumptis armis, contra Christi hostes se parat. Erāt autem in eodē exercitu reges Vngariæ, Hierusalem & Cypri, cum multitudine copiosa principum & baronum, inter quos erant Austria & Bauaria cum multa militia Teutonico- rum, comes quoque Henricus Niuernensis, & Vualtherus regis Franciæ camerarius. Hi omnes transacta hyeme, arma cōtra hostes fidei tentātes, inter se diuisi sunt, quod Andreas Vngariæ rex, cum fretus nauigio Venetorum, ipsis quicquid in Dalmatia Dalmatia
Veneris da-
ta.

dux Austriæ habuerat, ob impensum sibi beneficium concessisset, ab Austrio diffidebat. ergo Vngarus, tractis secum magnis peregrinorum copijs, ad propria reuertitur. Vnde permotus Apostolicæ sedis legatus, hunc, nisi reuertetur, cum omnibus sequentibus excommunicauit. Peruenierant verò hi Acam, vnde peregrinorum nonnulli, siue timore, siue delicijs tracti, egredi nolebant. Rex Iohannes cum duce Austria, quoddam castrum in Casarea Palestinæ cum militia S. Iohannis firmare statuerunt. Templarij quoque vnā cum domino Vualthero & militia hospitalis Teutonico- rum, adiunctis sibi paucis ex peregrinis, castrum filij Dei, quod olim destructū fuerat, reparare contendunt. Cum autem fundamenta murorum foderent, murus antiquus apparuit: quem effodientes, monetam aureā in magna copia inuenerunt, cuius inscriptio & figura modernis erat incognita. Mense autē Martio applicare cœperūt naues peregrinorū, maximè autē Teutonico- rum, ad portū Acanensem. excitata enim fuerat Colonien. & Treuren. prouincia in obsequiū saluatoris, per signa quæ apparuerunt in celo, quibus moniti, nihil morādum existimauere. ANNO Domini 1218. Iohannes rex Hierusalem, preparatis galeis & nauibus in mense Maio, cum patriarcha, peregrinis & duce Austria, prospero vento ad portum Damiatæ peruenit. vbi Damiatæ
siue Aelio-
polis.
Heliolo-
polim

antequam in terrā descenderent, per triduum sunt morati. Obsessa est igitur vrbs Aegypti Damiatæ. sunt qui olim dictam velint * Aeliopolim ab Aelio principe, qui eam triplici muro circumdedit, deducta Nili particula, quæ vrbe in insulæ formam redegerat. suburbia habebat circumquaque posita, plena mercimonijs, quæ primò miles diripuit. Verum flantibus postea zephyris, Nilus in immensum creuit, atque Christianis magnum damnum intulit. nam corrupta annona, laborare inopia rerum Christiani tum cœpere, præcipuè autem obsidente aditus Sultano, ne quid importaretur, qui non longè à nostris castra posuerat. Hac itaque difficultate rerum moti Christiani, in Sultanicis copijs mouent: qui terrore percussus, relictis castris, rerum omnium copia refertis, nostris obsidendi vrbe, quā liberaturus venerat, facultatem præstitit. Cordirus autē magni Sultani filius, Hierosolymæ spem retinendæ abiciens, si Damiatæ Christiani potirentur, dirupto vrbe muro, turrim David & templū Domini tantummodo integrum reliquit, nec sepulcrum Christi violauit, motus (vt aiūt) illorum Christianorum precibus, qui ea loca incolebant. Vel, vt Blondus scribit, prohibentibus id Surianis, Aethiopicis, Armenijs, Georgianis, ac alijs Christianis Asiaticis Hierosolymā incolentibus, atque Asiæ & Africæ magnis principibus subiectis, qui ne huiusmodi loca diruerentur aut cōminuerentur, hostes prohibebant. Dum nostri autem Damiatam acriter oppugnant, Sultanus cum maioribus copijs rediens, inter Cairam & Babylonem & Damiatam castra posuit. nec tamen vnquam, vt pugnandi copiam faceret, induci poterat, siue id maledicto fieret, siue conuicio. Hac verò indignitate moti Galli, sine ordine in eos ruentes, magnum incommodum ab irrupentibus recepere. Nam Vualtherus regis Franciæ camerarius & alij quidam interempti sunt, & Iohannes Hierusalem rex igne (vt appellant) Græco afflictus, ad id quod Saraceni immiserant, manus faciemque combustus est: non tamen obsidio Damiatæ relicta, quin potius longa obsidione, ferro ac pestilentia affecta. Quare murmurantes contra Sultanicam in vrbe qui obsidebantur, Damiatam hostibus in ditionem dare tentabant, quos tamen varijs promissionibus Sultanus *, cum inundationē Nili

ducebat
CO

eo anno haudquaquam ascendere atque Aegypti planitiem irrigare perspexisset, timens ne fames futura malum augeret, pacem Christianis, annuente Corradino fratre rege Aegypti, obtulit, his videlicet pactis, ut ipse crucem quae olim in victoria Saladini cum ciuitate Hierusalem capta fuerat, cum omnibus captiuis ac sumptibus pro reparandis muris ciuitatis redderet, totumque regnum Hierosolymitanum, quod antea Christiani tenuerant, restitueret. Quae quidem pacta Iohannes rex Hierusalem acceptanda fore, quod vtilia Christianis essent, iudicabat. Cui etiam Galli & nobiles ex Teutonia & Anglia ad stipulabantur. legatus vero Apostolicus, Templarij, & alij rectores exercitus, parum haec arbitantes, plurimum autem profore, ubi Damiatam in deditioem accipere possent. Igitur Sultanus pace desperata, ciues cohortatur ut fortiter res agant, & missis noctu peditum haud parua copia. Verum nostri terra marique fortiter pugnantes, cum plurimi vtrinque cecidissent, tum vnus ex nostris occulte scalam muro, vnde conscendere poterat, admouit. Vbi autem plurimi conscensis muris ciuitatem intrassent, apertis portis succlamare coeperunt, atque occurrentes Saracenos trucidare: ad quorum tumultum reliqui perciti ciues & qui praesidio erant positi, correptis armis, alter in alterum ruunt, cecideruntque Saracenorum tam virorum quam mulierum ac paruulorum maxima multitudo. sicque abscque damno in oculis Sultani Damiatam est capta nonis Nouemb. anni 1219. Est hic Aegypti Syriaeque status, cum in reliqua Asia parte, non minore periculo & Turcae, & Persae, & Armenij, & Georgiani, noua gentis cuiusdam barbarae alluue penes obruti, decertant, Tartaros vocant, nomine apud scriptores veteres ignobili. gens est Scytica, quae circiter annum Domini 1202. fines suos egressa, multos annos per Asiam & Europam ingenera saeuitia, duce Canguista, debacchata est. Et in Asia res Turcarum tantisper vexata est, dum sedes accepissent Tartari, & foedere barbaries coisisset. Ex Tartaris qui ad aliam mundi partem spectant, illis qui in Asia recepti sunt, se coniungere. Qui Panononas aggressi fuerant successu parum prospero, rege amisso, cum usque ad annum MCCXLIII. laboratum esset, eas repetunt terras, quas olim bello suas fecerant, in quibus gentibus postea Tartarorum ditio mansit: atque hi ferè sunt eius barbarici successus. ANNO Domini 1220. Fridericus Imp. secundus, Sueviae dux, ab Honorio summo pontifice Romano eius nominis tertio, imperator coronatus est, prius ab Innocentio III. confirmatus. Is in Honorij Pont. gratiam ecclesiae Romanae multa Italiae bona contulit, ibique se voto ad expeditionem Hierosolymitanam addixit. ANNO Domini 1221. Fridericus res imperij in Lombardia & Tuscia cupiens disponere, a Bononien. & quibusdam alijs ciuitatibus inhonestè tractatur. Vnde insignia imperij remisit in Alemaniam, faciens ea custodiri sub potestate Eberardi de Tham ministerialis sui & dapiferi in castro Walspurg, filium quoque suum Henricum iam ferè octo annorum, gubernandum commisit Cunrado de Tham in castro Wintersteten. Deinde Romam veniens, mores mutauit, spreta iurisdictione religionis, multa & quidem enormia aggressus, ditionem vexabat pontificiam, pontifices & archiepiscopos ponens in ecclesijs modo suo, & institutos a Papa expellens, collectas ab ecclesijs exigens. Dicebat enim ius regibus Siciliae in electionibus praetorum ex antiquo debitum, minorari a Papa, quod eorum priuilegium Innocentius III. sustulisset Constantiae, Friderico puero existente, ut supra dictum est: & fortè fuit priuilegium, de quo in glo. summae, 16. q. 7. quod Apuliae reges habeant inuestire. admonitus autem super his, ipsi non obtemperabat. admonentem magis magisque, in dies spreuit. Vnde eum percussit pontifex anathemate, nisi resipisceret, & ablata redderet. & cum sperneret primam execrationem, iteratò pontifex priuationem imperij regnorumque addidit: tertio per contumacem exasperatus pontifex, omnes imperij & regnorum olim suorum subditos, a sacramento fidelitatis absoluit. haec fuerunt semina malorum plurimorum.

ANNO eodem inter legatum Ap. Pelagium & regem Hierusalem grauis controuersia orta est. Nam legatus sibi vniuersorum exercituum vsurpabat dominium, & omnes ab illo dependere videbantur, insuper & Damiatam vrbis captionem sibi attribuere moliebatur: quam ob causam creditur, Iohannem Hierusalem regem castra reliquisse fidelium. Redijt enim in Syriam. Quibus diebus multae naues victualibus plenae, ex diuersis regionibus Damiatam applicuerunt. Venerunt & Treueren. & Mediolanen. archiepiscopi, Fauentinus & Reginus episcopi, & nuncij Imperatoris Friderici, deferentes eius literas cum aureis bullis, in breui nunciantes eius aduentum: venit postea Brixien. episcopus, & cum eo de Italia militia copiosa, & apud Damiatam res per-

*missa

Damiatam
recepta.Tartarorum
origo.Frideric. II.
Imp. 98.Honorius
Fridericum
Impe. ex-
cratur.

singulos dies magis florere coepit. Legatus autem Papae attendens tantum populum ad Dei congregatum obsequium, vocatis Maioribus, suadebat contra Sultanum progressum, qui castra sua posuerat super Nilum itinere vnus diei a Damiatam. Militares autem huic proposito contradicebant, dicentes, debere regem qui in proximo venturus erat, expectari, cum non esset in exercitu aliquis cui vellent obedire. Sed Pelagius legatus non obstante contradictione, omnino iudicabat procedendum, mouebatur ad hoc zelo dilatandi Christiani nominis. Praeterea episcopus quidam publice praedicabat, quod Dauid rex vtriusque Indiae, ad Christianorum auxilium festinabat, Saracenos impugnaturus, adducens secum ferocissimas nationes. Sed absque rege militaris manus educi non potuit. vnde legatus videns quod sine praesentia regis nil ageret, solennes ad eum mittit legatos, orans ut compatiendo Christiano exercitui veniret. Rex vero ut erat homo sapiens, quanuis reputaret indignum, ut in eius praesentia militares res per sacerdotes administrarentur, attamen eius volens satisfacere voluntati, & Ecclesiae Romanae obedire mandatis, collectis his Christianis qui in Syria remanserant, profectus est Damiatam. Adueniens autem, dissuadebat omnino, dicens, quod si eo tempore populus Christianus procederet, illi nec per terram, nec per aquam a Damiatam subueniri posse, maximè cum tempus instaret, quo Nilus inundaretur. legatus autem moleste nimis ferens ea, quae a rege prudenter dicebantur, excommunicabat omnes generaliter illius negocij turbatores. Videns autem rex animum legati a proposito reuocari non posse, licet inuitus, obtulit se cum his qui eius castra sequebantur, profecturum. haec Antoninus. Igitur rex totius Christiani exercitus ductor, ut capitaneus fecit per urbem proclamari, ut in festo Apostolorum Petri & Pauli omnes qui ferre arma poterant, vexillum ecclesiae Romanae ac suum contra hostes sequerentur, secum pro duobus mensibus victualia portantes. Die igitur assignata, populus Christianus quasi vir vnus egressus est. Erant autem septuaginta millia armatorum, ad bella promptissimi. At Sultanus quanuis innumeram secum tam equitum quam peditum multitudinem haberet, considerans Latinorum fortitudinem, timuit illis occurrere: sed suorum diuisis copijs, viarum aditus per quos nostri transierant, occupauit: adeoque vias obstruxit, ut ad Christianorum exercitum nec victualia ex Damiatam deferri possent, nec ei succurri aut subueniri. Stetit aliquibus diebus quasi immotus exercitus, vnde & victualia coeperunt deficere: tentatus saepe hostis, saepe ad prodeundum in aciem prouocatus, qui metu & pauore simulato, per dies singulos maiorem perniciem in nostros machinabatur. Nilum amnem, cum Babylonem Cairumque praeterlapsus est, vndique coercet ripas, elatioribus alicubi pro soli necessitate, alicubi depressioribus: cataractaeque certa spatiorum proportionem in regionibus sunt dispositae, de quibus agri constituto tempore inundantur. Postquam igitur Christiani duos in castris defederant menses, occasio diu expectata hosti obuenit: Nilus in summas ripas est solito citius tumefactus, quae fretus occasione Sultanus, cataractas vbi que non magis amoueri, quam ripas ad amnis fundum defodi curauit: cooperueruntque ilico regionem aquae, ut Christianorum castra, nisi vbi solum natura aut congesta terra eleuatus erat, cubiti altitudine superarent: iumentis vero sublata in primis pascendi facultas, & quod in castris paratum erat, destructum est stramentum, nec aliquid fuit saluum, quo mortales potuerint vel triduo sustentari. Sunt Christiani in eam adducti difficultate, ut nec remanere, nec redire (hoste omnibus in locis vias occupate) possent. Sed nec resistere aggredientibus valebant. Mirabile dictum, cum nostri iam ab infidelibus quasi capti tenerentur, Sultanus ad regem & legatum missis nuncijs, de pace mentionem fecit. Et post multas pro tempore vtriusque partis allegationes, in hunc modum descendunt, ut Christiani urbem Damiatam Saracenis restituant, & Sultanus partem crucis Dominicae, quam ab Hierosolymis absportaauerat, Christianis redderet, & captiuis vicissim liberatis, Christiani a cam Tyrumque redirent, quibus vrbibus & eorum opibus pax octo annis esset cum Turca Saracenoque seruanda. Praeterea Sultanus Christianorum calamitatibus compatiens, cum audisset illos fame miserabili affici, quadam naturali compassione victualia necessaria, quousque redirent Damiatam, gratis fecit exhiberi. Inter illos vero qui in vrbe remanserant Damiatam, audita compositione, grauis discordia est suborta. Nam Veneti, Genouenses, Pisani, Siculi, ac alij emporijs nobiles, considerantes quanta vtilitas, maximè Italiae, ex illa vrbe acceperat, ipsam reddere infidelibus denegabant, & se ad illam defendendam preparabant. Sed Orientales Christiani cum militia Templi & Hospitalis,

Gggg

lis,

Damiata
Sultano
reddita.

lis, & alij nobiles Francorum, ipsam restituere iuxta promissa volebant. Creuit inter eos contentio intantum, vt qui urbem reddere nolebant, arreptis armis, omnia palatia quæ ab alijs tenebantur, expugnaverint, ac urbem totam in suam redegerint potestatem. Quod postquam nostri qui quasi captiui tenebantur, audierunt, missi ad urbem solennibus nuncijs, denunciarunt his qui ciuitatem occupauerunt, vt nisi citius secundum pacta cum Saracenis inita Damiatam redderent, ipsi Acam urbem traderent Saracenis. Hoc audito, timuerunt valde. nam plerique ex eis, domos, vxores & familias habebant in Aca. Quare habito consilio, deliberauerunt urbem reddere, ac exercitum liberare. Præconizatum est igitur per urbem, vt omnes Christiani in vigilia natiuitatis B. Mariæ virginis ex vrbe migrarent. ad quam vocem tantus clamor plangentium exortus est, vt vsque ad aliqua milliaria audiretur. Attamen die statuta cum vniuersa supellestili exeuntes urbem, iuxta flumiua sua locauerunt tentoria. Cum autem naues quæ erant in portu, ad portandam tantam multitudinem cum supellestili non sufficerent, rogauerunt Sultani, vt hos qui remanserant, cum securo conductu faceret reduci in Palæstinam. Qui libenter annuit, filium suum pro obside dās, 70. millia promiscui sexus vsque ad Acam per desertum arenosum deduci curauit. Insuper his qui res suas nec per mare, nec per terram tunc deferre poterant, ad illas auhendas vnus anni spatium concesserat. sicque Damiatam in die natiuitatis B. Mariæ virginis, anno salutis 1221. Saracenorum populus quam amiserat, recuperauit.

Henricus
Frid filius
Germa. rex.

Damiata itaque reddita Sultano Babylonie, legatus Apostolicus, rexque Vngarie Andreas, dux Austriae, ac ceteri ferme omnes Christiani illius expeditionis, in Europam, vnde venerat, sunt reuersi. ANNO Domini 1222. Fridericus secundus Rom. Imp. habito conuentu principum Herbipoli, filium suum Henricum, regem Germanorum cum esset annorum ferme 12. fieri postulauit, qui per Engelbertum archiepiscopum Colonien. apud Aquisgranum solenni pompa inunctus coronatur. Eodem anno Iohannes rex Hierosolymorum, ex amissione Damiatae & Christianorum in Oriente tribulatione dolens, compositis (vt poterat) rebus in Syria, cum satis modica comitiua transfretauit ad partes Occidentales. Petiturus auxilium, Romam venit, & per benignè magnis donatus muneribus, ab Honorio suscipitur, & vt posset habere adiutorium, ad preces eius pontifex reconciliauit Fridericum, promittentem restituere terras Ecclesie & crucem assumere, ac ad terram sanctam recuperandam cum copijs accedere. Insuper Iohannes rex Hierusalem, Friderico filiam vnicam ex Iole vxore susceptam, in matrimonium locauit, eique ius illud condonat dotis nomine, Honorio consentiente, quod sibi pro filiae nomine hereditario iure in regno Hierosolymitano competeat. Hinc venit, quod omnes Siciliae reges titulum Hierosolymitani regni verbis, non etiam armis, vendicant. Fecit tum rex Iohannes filiam de longinquis partibus Romam adduci. Nuptijs igitur Romae celebratis, imperator cum vxore sibi desponsata in Apuliam tendit, vbi moras aliquandiu traxit. ANNO Domini 1225. circa medium mensis Maij, Henricus rex conuentum principum Francofordiae celebravit, in quo missi ab imperatore Friderico nuncijs cum literis, pronuntiabant ipsum de Apulia in Germaniam esse venturum, atque pro recuperatione ciuitatis Hierosolymae ac totius terrae sanctae conciliū habiturū. Præmiserat enim Honorius Papa legatum in Germaniam Cunradum Portuensem episcopum cardinalem pro cruciatis, qui Coloniae regni Germanici principibus diem quo conuenirent, indixit. Per Sueviae autem partes descendens legatus, Hirsaugiam venit. Illic ab abbate loci & fratribus honorificè susceptus, post biduum, comitante illum abbate, Spiram est ingressus. Eodem anno rex Henricus filius Imp. Friderici secundi, duxit vxorem Margaretam filiam ducis Austriae, nuptiasque magna cum pompa & solennitate Norinbergae in praesentia multorum principum celebravit. Denique tantus illic hominum concursus fuerat, vt in plateis ac domibus hominum multitudo supra numerum visa sit, nam in palatio vbi celebratae sunt nuptiae, tantus erat numerus hominum, vt praeter multitudinem gradus ipsi quibus ad palatium ascendebatur, fracti, plus minus 70. homines opprimerent. Eodem anno hyems fuit admodum dura atque longissima, quam etiam fames biennio subsequuta, multos miserè oppressit. Circa festum autem Epiphaniae rex Henricus videns turbatum regnum plurimas ob causas, principes in vnum Francofordiae conuocat, cum quibus varios ac multos de pace communi componenda tractatus habuit. Sed quoniam pleraque fuere impedimenta, quod voluit, quodque sufficienti concupiuit animo, à principibus consequi non potuit. Quare ab inuicem diuisi

rex

rex & principes, conturbatum inter se regnum reliquere. ANNO 1226. Longobardi (vt creditur) per suggestionem Honorij papae contra Fridericum Imp. II. comitantes ligam inter se ac vicinas sibi ciuitates aduersus imperium Romanum statuerunt, quæ per multos annos sub nomine confederationis Longobardorum appellata perseuerauit, graue admodum Rom. imperij dispendium, ac Hierosolymitanæ expeditionis manifestum impedimentum, quoniam iter quod ipse Fridericus in Syriam facere promiserat, occasio hæc, ne fieret, diutius suspendit. Eodem anno Vangionum antistes Henricus, pro defensione libertatis Ecclesiasticæ dissensionem haud paruam cum suis ciuibus habuit, qui cum admoniti eius obedire mandato contempserunt, ciuitatem interdicto supposuit, ac diuina ibidem celebrari vetuit. Verum cum nec sic proficeret, omnem clerum de ciuitate exire præcepit, præter pauculos admodum parochialium ecclesiarum curatores, quos in ea dimittere procurauit: non tamen illi vel poenitentes absolueret, vel infirmos communicare poterant, nisi prius se mandatis parere pontificis promississent. Præterea nullus Ecclesiasticæ tradebatur sepulturae, nullus ad communionem ecclesiastico permittebatur ritu intrare. Cumque ad vnus anni spatium hæc mala durassent, tandem interuenientibus ex vtraque parte bonis ac integris viris, res in concordiam venit. Eodem anno Honorius III. moritur, postquam decretales epistolas cõpilauit, ordinem B. Francisci comprobauit, quem biennio post Gregorius in catalogo sanctorum retulit. Antea etiam ordinem Prædicatorum confirmauit, similiter & ordinem B. Mariæ domus Teutonicorum. Sepelitur autem in basilica S. Mariæ Maioris ad præsepe. Post cuius mortem tanti terræ motus repente exorti sunt, vt in montibus Saluijs ad quinq; millia hominum periisse constet, cadentibus domibus, saxisque ex cacuminibus montium in habitatas conualles passim hinc inde ruentibus. In cuius demortui locum, cardinales in vnum conuenientes, Gregorium nonum natione Herculicam, patria Anagninum, è familia comitū, Innocentij III. nepotem, pontificem eligunt, sedit annos 14. menses tres, ante Hugolinus dictus. ANNO 1227. Henricus filius Friderici II. Imp. Germanorum rex, conuentum principum ad Dominicam Passionis in Quadragesima apud Aquisgranum conuocat patris iussu, in quo de expeditione Hierosolymitana consilium habitum fuit. Comparuere in eo conuentu penè totius regni principes, Sifridus Moguntinus, Theodoricus Treuirensis, Henricus Colonienis archiepiscopi, Salisburgensis quoque & Magdeburgensis cum Bremensi archiepiscopi, cum eorum suffraganeis, dux etiam Austriae, qui ante biennium redierat de terra sancta, dux Bauariae, dux Carinthiae, dux Brabantiae, dux Lotharingiae, Henricus comes Palatinus Rheni, Ludouicus Lantgrauus Thuringiae, & * dux Flandriae, qui duodecim annis Parisijs in vinculis retentus à rege Gallorum, tandem saluus euaserat. Eo etiam in conuentu Henrici regis vxor, filia Lupoldi ducis Austriae, per ministerium Henrici archiepiscopi Colonienis, in reginam vincta & coronata fuit, atque in sede regali iuxta maritum honorificè collocata. Gregorius postquam pontificatum iniit, monuit Fridericum sub anathematis poena, vt primo quoque tempore in Asiam cum exercitu proficisceretur, recuperandae Hierosolymae causa: promisit autem Fridericus se id facturum: indictumque est veris tempus ad conueniendum Brundisij, quo ex portu tunc soluere est pollicitus: pontifexque cruce signatos qui in orbe Christiano multi erant, vt ad diem conuenirent, missis quaquaersum tabellarijs, admonuit. Conuenit ingens militum multitudo, præcipue ex Germania. Ver autem iam penè exactum erat, expectatus est requisitusque Fridericus. Interpellabat enim necessitas, iuramentum, ac præfixus terminus ad iter. Ipse verò dictos cruce signatos Brundisij expectantes deseruit, infirmitate (vt asseruit) detentus. Interim sub ignoti aeris intemperie plures cruce signati diuersis mortis casibus periere, vbi & claræ memoriæ Thuringorum Lantgrauus diem clausit extremum. Superuentientia enim ætatis caumata occidentales milites, præsertim Germanos sub caelo frigidiori nutritos, grauissimis affligerunt morbis. Ad eum autem Lantgrauij necis nuntium, Fridericus ex insperato Brundisium aduolauit, vbi tandem ad pontificis nuncios & epistolas, ad tertium Idus Augusti cum omni classe Brundisio soluit, * in animo sibi esse in Asiam trajicere, paratisque omnibus qui tum aderant, subsequi iussit, licet non multo post redierit. Eodem tempore Iohannes Hierosolymae rex cum Berengaria vxore, pontifici gratam facturus, Bononiam venit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Quem pontifex Gregorius Romandiola & exarchatus Rauennae gubernatorem du-

Longob. ci-
uitates con-
tra Frideri-
cum.

Gregorius
IX. papa.

* comes

s. Elisabe-
the mari-
tus is fuit.

Gggg 2

cemque

Altera Fri-
derici excō-
municatio.

cemque instituit. Non minus, quam primum idem pontifex intellexit, Fredericū ob-
missa nauigatione in Italiam reuertisse, ipsum latē in eum auctoritate Honorij Papæ
prædecessoris sui excōmunicationis sententiæ subiacere denunciavit, offerens quod
impartiretur sibi iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium, quàm citò in terræ
sanctæ succursum iuisset. Dein anno 1228. Fredericus amicorum precibus & mi-
nis pontificis fessus, transiit in Syriam, & peruenit A cam in mense Augusto, habuitq;
tractatum per internuncios de pace cum Sultano. His ita pergentibus, Rainaldus fi-
lius quondam ducis Spoleti, quem Fredericus in Sicilia præfectum dimiserat, terras
inuasit Ecclesiæ. Vicissim pontifex Iohannem Hierosolymæ regem ex Romandiola
acceriuit, aliasque Ecclesiæ copias contra Rainaldum prædictum & alios Frederici
partium destinavit. Interim idem Fredericus oratores Romam mittens, absolutionē
à pontifice reconciliationemque, quia votis satisfecerit, imploravit: sed pontifex pe-
titionibus eorum repulsam dedit, & Hospitalarijs Tēplarijsque in Asia militantibus,
vt Frederico tanquam hosti publico fauores detraherent, iniunxit. ANNO Domi-
ni 1229. fit compositio inter Imperatorem & Sultanum hoc modo: Quod Sultanus
restituat quietē ciuitatem Hierusalem imperatori, excepto templo Domini, tradidit
etiam totum regnum Hierosolymitanum, exceptis quibusdam castris, treugæ quo-
que decennales inter Christianos & Saracenos sunt pactæ. Compositione itaque fa-
cta, perrexit Fredericus cum baronibus suis & magistro Mansionis domus Teutoni-
corum ad capiendam possessionem Hierusalem, & fecit se coronari in regem in me-
dio Quadragesimæ, mittens postmodum oratores ad significandum Papæ, regibus
& principibus Christianitatis, quomodo suscepisset coronam regni Hierusalem, treu-
gasque ad decennium inter Christianos & Saracenos fieri curasset. Papa verò Gre-
gorius audita hac pace cum Sultano, (cū admoniti execratiq; Rainaldus marchi-
am Anconitanam, & Cunradus vallem Spoletanam infestantes, vt captas de terra
Ecclesiæ vrbes & oppida redderent, adduci non potuissent) Iohannem Hierosolymæ
regem cum exercitu Ecclesiæ in regnum Apuliæ misit, & vt homines regni illius Fri-
derico rebellarent, operam dabat. Quod & factum est. ex hoc enim plures ciuitates
& castra à subiectione imperatoris se subtraxerūt. Quæ cūm Fredericus accepisset, ce-
leriter recessit è Syria, relinquēs sibi senescallū suum, cum multis copijs. Redijt itaque
Fredericus cum duabus galeis in regnum Apuliæ, coepitque recuperare ciuitates sibi
rebelles: aduocauit etiam exercitum de Alemania, regnumque Apuliæ, quod pro
magna parte sibi rebellauerat, recuperauit. quin etiam & patrimonium B. Petri ac
ducatum Spoletanū, marchiam Anconitanam, ciuitatem Beneuentanā, quæ omnia
sunt de iure Ecclesiæ, inuasit. Venerat autem ex Syria magister militiæ Teutonicorū
cum Frederico. Hunc magistrum vnā cum Messanenſi episcopo Fredericus ad Grego-
rium misit, & veniam supplex orauit. Ad quod pontifex prius assensum præstare no-
luit, quàm vn cias auri centum & 20. millia Ecclesiæ Rom: ob illata damna perfoluisset.
Ipseque pro ea re ad pontificem Anagninam venit. Quo facto, benedictione Apo-
stolica restitutus imperator, & rex vtriusque Siciliæ appellatur, ac ita benignè accipi-
tur, vt ad pontificis mensam discumberet, paxque inter eos plena fieret anno Do-
mini 1230. Hæc est, vt puto, series rerum gestarum inter Gregorium Pont. & Fredericū
Imp. Ex quibus autem causis vterque ad præmissa motus fuerit, scribentes nō con-
cordant. Scribit enim Antoninus, cū in principio sui pontificatus * anni Gregori-
us imperatorem exhortatus fuisset, vt iurisdictionē ecclesiæ, scilicet inuestituras pon-
tificum & collationes beneficiorum, non vsurparet, terras plurimas Ecclesiæ restitu-
eret, clericos tallijs non grauaret, censum debitum de feudis redderet, ille superbia
plenus nihil emendauit: propter quod Gregorius eum execrauit iterum & de nouo,
quod & fecerat Honorius. Sed certè ex epistola Gregorij, quam scribit ad regē Fran-
ciæ, quæ incipit, Ascendit de mari bestia: conuincitur, Gregorium hoc in tempore
ob has causas Fredericum non excōmunicasse, sed pro eo quod ad terminum præfi-
xum ipse Fredericus cum cruce signatis non transiit in succursum terræ sanctæ, pro-
pt iurauerat, & sub pœna execrationis sibi præceptum fuerat. Dicebat autem impe-
rator iniuste se excōmunicatum, cū etiam in termino iter arripuisset, & mortuo
Lantgrauio in itinere, grauis eum infirmitas redire compulisset, & sic per euidentem
infirmitatem deberet esse excusatus. Refert idem in epistola quæ incipit, In admirati-
onem: quanta stipendia præmiserit ad subsidium terræ sanctæ, videlicet quod iugiter
aleret milites vltimontantos septingentos, & de suis ferè trecentos. Ad quæ pon-
tifex

Frede. cum
Sultano in-
duciz.

Restituta
Frid. Hieru-
salē cum re-
gno.

Fredericus
reconcilia-
tus papæ.

Causa diffi-
dij inter pa-
pam & Fri-
dericum.

nifex in prædicta epistola, Ascendit de mari: responderet, Fredericum infirmitatem si-
mulasse, de eius ficta ægritudine per literas prælatorum ibi consistentium constituisse,
ideo quod obmisso passagio non iuerit, denunciatum execrationi ab Honorio latæ
subiacere, cum oblatione, quod impartiretur sibi iuxta formam Ecclesiæ absolutio-
nis beneficium, quàm citò in terræ sanctæ succursum iuisset. Subiungit, Sed ipse Fri-
dericus claus Ecclesiæ paruipendens, non absolutus in Syriam transijt, vbi cum Sul-
tano solis sibi moenibus restitutus, relicto Saracenis templo Dominico, ex defensore
mutatus sit in hostem. Fredericus verò nunciabat, ciuitatem Hierosolymam cum to-
to regno, exceptis paucis castris & templo, sibi restitutam. Conquerebatur autem
de pontifice, quod eum in recuperatione regni Hierosolymitani per legatos suos stu-
duerit impedire. id verò negabat pontifex. Conquerebatur non minus imperator,
quod dum ita peregrinaretur in seruitio Iesu Christi, pontifex regnum suum hostili-
ter vsurpauerit. Ad quod pontifex respondit, quod quia Rainaldus Frederici præfe-
ctus inuasit regnum Sicilia speciale patrimonium Ecclesiæ, neinde impugnaretur
sedes Apostolica, legati sui intrauerint regnum, multosque obedientes inuenerint,
qui ob id peritium non incurrerint, cū à iuramento fidelitatis, quod eidem Fri-
derico præstiterunt, ex lata in eum execratione absoluti fuissent. Subiungitque dicēs,
Dicitque Frederico redeunti, & ad sinum matris Ecclesiæ reuertenti, absolutionis
beneficium curauimus impetiri. Ex his colligitur, quod ob alias causas tunc non fu-
it execratus, ipse etiam regnum Hierosolymitanum retinuit, & quod pontifex ei
postea contra quosdam in eodem regno secum litigantes iustitiam administrari man-
dauerit, prout de hoc in eadem epistola patuit. De reconciliatione ista Platina scri-
bit, quod Fredericus Brundisium rediens, pacis admodum cupidus, vltro pontificem
rogarit vt in gratiam recipiatur, imperatorque appelletur, ac pro regno Siciliæ ve-
rus ecclesiæ feudatarius habeatur: quod quidem non prius impetravit, quàm vn cias
auri centum & 20. millia ecclesiæ Ro. ob illata damna perfoluisset. ANNO salutis
nostræ 1220. sub Hermanno de Salza Magistro generali ordinis Teutonicorum, erat
dux super Polonos & Moscouiam vir catholicus Cunradus nomine, cuius (vt credi-
tur) opera Rom. pontifex legatum misit episcopum nomine Christianum, vt Prutenis
tunc paganis fidem prædicaret catholicam. Licet autem parum profecerit, ipsi tamē
pacem tenebant cum Christianis, donec fatore malorum instigante, inter eos & Po-
lonos de finibus contentio esset exorta. Hinc factum est, quod Pruteni terram Po-
lonorum peruasurunt, eade ac incendio omnia vastantes, prædasq; agētes, regionem
Colmensem & Luboniam quasi redegerunt in solitudinem. Et quia dux Cunradus
non satis ab initio restitit prædictis malis, non contenti, incurſiones crebras fecerūt
in terras Christianorum, homines vtriusq; sexus perimunt, quasdam mulieres & pu-
eros occisis viris abducunt, & si qui sequi non poterant, occidunt, nonnullos pueros
sudibus insigunt. Et præuales tandem in tota Polonia, monachos & presbyteros
ab altaribus trahunt & interficiunt. Insuper in breui spatio temporis plus quàm du-
centas & quinquaginta ecclesias parochiales, multaque monasteria, spolio prius fa-
cto, funditus incinerant, sacramentum corporis Christi pedibus cōculcantes, & vir-
gines sacras aliasque passim ad supra trahentes. Horrendum dictu, ita ducem ipsum
oppreſerunt, vt eis nec resistere, nec quicquā negare posset. Inter has angustias con-
stitutus dux, accepit fratres domus Teutonicorum, homines esse bellicosos & inui-
ctos, gratiam & fauorem Ro. pontificis, necnon imperatoris habentes. Consilio igi-
tur habito cum proceribus terræ in præsentia domini Christiani legati Apostolici, de-
liberavit inuitare fratres prædicti Ordinis pro tutela sui ac regni contra Prutenos. Et
cū omnibus placuisset consilium, idem dux legatos misit solennes ad dominum
Hermannum generalem Magistrum, qui voluntatem ducis Cunradi ac subiectorum
eiusdem exposuerunt, cum oblatione remunerationis condignæ. Verūm cū dictus
Hermannus intellexisset negocium istud supra vires sui Ordinis esse, valde difficilem
se reddidit. Tandem tamen à Ro. pontifice & imperatore nonnullisque principibus
persuasus, nō sine multa pollicitatione, habita deliberatione cum fratribus Ordinis,
munus id agnouit. Et primum duos fratres, quorum vnus erat Cunradus de Zansberg,
pro tractando negotio in Poloniam misit, qui dum primum ingrederetur Poloniam,
inuenerunt Prutenos vastare terram, & ducem absentem esse. Vnde rogatu ducissæ,
contractis tumultuarijs copijs Polonicis, occurrunt Prutenis, & post difficilem pu-
gnam localiter vulnerati sunt. quo viso, Poloni terga dederunt: itaque victoria po-
titi;

Ordo Teu-
tonicorum
quando pri-
mum Pru-
tenos ag-
gressus.

titi, cum spolijs Pruteni abierunt. Post quorum recessum hi duo fratres inter cada- uera occisorum adhuc viuentes, ad Ducissam reducti sunt, & tandem curati. Interea dux adueniens, tractare coepit cum fratribus, tandemque communi placito suorum, solenni stipulatione atque perpetuo iure possidendam concessit atque tradidit reli- gioni * M. domus Teutonicorum terram Colmensem ac * Luboniae, vna cum omni- bus terris, quas a Prutenis valeret obtinere. Quae omnia firmata fuerunt literis ac sigillis ex more sufficientibus. Confirmavit hoc postea Gregorius nonus, qui etiam mandauit fratribus, vt pro remissione omnium peccatorum vindicare deberent iniuriam Christianis ab ipsis paganis illatam & inferendam. haec secundum chronicam Ordinis. Aeneas vero Syluius de temporibus Friderici III. & Europa, Barbara, in- quit, gens Prutenorum & idolorum cultrix vsque ad Fridericum Imp. eius nominis secundum fuit, sub eius vero imperio cum amisissent Christiani Ptolemaidam Syriae ciuitatem, fratres Teutones S. Mariae indefugati, in Germaniam rediere viri nobiles & rei militaris periti, qui ne per ocium marcerent, Fridericum accedentes, Prussiam Germaniae conterminam Christi cultum spernere dixerunt, saepe illius gentis homi- nes in Saxones carcerosque vicinos excurrere, ingentem vim pecorum atque hominum abigere, esseque in animo sibi compescere gentem barbaram: annuat tantum impe- rator, prouinciamque fratribus perpetuo iure possidendam tradat, si eam armis ac- quirant: iam enim Moscouiae duces, qui se eius terrae dominos affirmabant, ius suum fratribus dederant. Grata oblatio Friderico fuit, qui collaudato proposito, quas vo- luere fratres sub aurea bulla literas concessit. Haec ille, quem post Ptolemaida ca- ptam, Fridericum haec dedisse scribere miror, cum aliter historijs probis constet. At donatione hac firmata, Magister generalis ordinis Hermannus de Salza, supra- dictis fratribus duobus in auxilium transmisit fratrem Hermannum de Salze, fra- trem Theodoricum de Berchten, fratrem Cunradum de Nitol, qui quondam S. Eliza- beth cubicularius fuit, & alios duos fratres, adiuncto illis satis notabili comitatu. hi omnes venerunt ad castrum vulgo dictum *Dogelsfang*, quod iam ad instantiam fra- tris de *Sansterg*, religioni aedificauerat in quodam monte dux Polonus. Mox elegerunt praedicti fratres in caput suum, fratrem Hermannum de Salze, quem vocauerunt prouinciae Magistrum, qui consilio inito, munitionem vnam nouam aedificauit super fluuium Vistulam, quam vocabant *Nessouiam*. Et cum rumores hi peruenis- sent ad Prutenos, euestigio incursionem ij faciunt in Poloniam, homines terrae cade ac incendio molestantes. & cum vidissent fratres in habitu cruce signato, quarebatur, qui essent, a quodam captiuo. ad quod ille: Hi, inquit, missi sunt ab Ecclesia catholi- ca cum mandato, vt vos iugiter armis insectentur, nec desinant donec & vos ad Chri- stianam fidem recolligant. Quo responso audito, plausum fecerunt, & praedam na- ctam abducunt. Deinde cum auxilio ducis Cunradi aedificauit Magister Hermannus ab altera parte fluuii Vistulae, castrum dictum *Thoren* anno Domini 1233. quod hoc mo- do factum extitit: Quercus ampla atque patula nata erat in edito loco, quam in ca- stelli modum crectis propugnaculis iuxta ripam munierunt Vistulae, vbi collocato praesidio vteriores Prutenos vexare coeperunt. Pugnatum est saepe pro quercu, & in- de ingentes paganorum copiae saepe fugatae. habebatur autem in flumine nauiculam ad hoc instructam, vt necessitatis causa nauigio possent ad *Nessouiam* profugere. In eodem loco trans Vistulam fluuium fundarunt ciuitatem *Thoren*, quae tamen inde trans- lata est postea, vt suo loco sequenti generatione scribetur. In hac generatione Fri- sia ferè tota submergitur fluctibus marinis, perierunt hominum plus quam centum millia, propter irreuerentiam factam sacramento, a quodam pugile, sicut postmodum reuelauit B. Maria virgo, & constructa est Ecclesia in eodem loco, vt fertur. Mons quidam in Burgundia per idem tempus diuiditur, & quinq; millia hominum suffocantur, tandem ad alios montes accessit mirabiliter. Item lapis grandis cecidit in monaste- rio S. Gabrielis apud Cremonam, habens signum crucis & imaginem Christi expressam, desuper aureis literis scriptum fuit: IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. & ca- cum illuminauit, secundum Vincen. Erat autem glacialis lapis. eo liquefacto, vnxitur oculis monachi caecutientis, & visum recepit. In hac generatione circa 1223. annu Philippus Augustus Francorum rex, fato defunctus est. Eius mortem cometa praecessit cu prodigijs quibusdam alijs. Successor ei filius Ludouicus, qui primum inito regno Picta- uos rebelles, nam ad Angli defecerat, armis recepit. ANNO 1225. Clara virgo san- ctissima, diuini Francisci disciplinis & exemplis in diuino opere plurimum erudita, ijs tepori- bus

* Magistri
* MariaeCastrum Dor
gelgang.Frisia inun-
dario.Ludouicus
Francorum
rex.
S. Clara.

bus apud Assisium in precio habita est, cuius fama Honorius & Gregorius permoti, eam honoribus & gratijs adiuuare pro viribus coeperunt, & cum sanctissime vsque ad vite ex- itum vixerit, Alexander quartus postea eam in sanctorum catalogum aggregari curauit.

Circa fine huius generationis Fridericus secundus ducatum Austriae crexit in regnum, Austriae re- de quo extat epistola inter epistolas Petri de Vineis, subsequenter tenoris: Fridericus gio hono- Dei gratia Ro. imperator & c. Friderico duci Austriae & Stiriae suo dilecto principi & re aucta. comiti Carniolae, gratiam suam & omne bonum: De fulgore throni Caesarei velut de sole radij, certè prodeunt dignitates, vt primè lucis integritas, minoris luminis non sentiat de- trimenta: tantoque magis imperiale sceptrum extollitur, tanto cura regiminis a solici- tudinibus releuatur, quanto tribunal ipsius digniores in circuiu circumspicit regiones. Hac igitur consideratione comoniti, tuis deuotissime princeps noster supplicationibus inclinati, nec minus ad honoris sacri imperij exaltationem respectum habentes, de infra scriptorum principum nostrorum consilio, videlicet S. Ratisponensis episcopi, L. Vormatiensis episcopi, H. Bambergensis electi, C. Brixienis episcopi, S. abbatis Campidonensis, C. abbatis Cluniacensis, C. ducis Morauiae, & B. ducis Bauariae, du- catus Austriae ac Stiriae cum pertinentijs suis & terris, quas hactenus habuerunt, ad no- men & omen regium transferentes. Te hactenus praedictorum ducatum ducem, de potestatis nostrae plenitudine & magnificentia principali, promouemus in regem, eun- dem libertatibus, emunitatibus & iuribus, praedictumque regnum tuum praesentis epi- grammatis auctoritate dotantes etiam ad regiam dignitatem, vt ex honore quem tibi libenter adijcimus, nihil honoris & iuris nostro diademati aut imperio subtraha- tur: quinimmo sicut hactenus tanquam dux, princeps & fidelis noster exiteris, sic in posterum persistatis, nihilque propterea iuri & honori imperij in praedictis regno & terris suis omnino deperat: hoc specialiter expresso, quod successores tui non per electionem eligantur, sed semper maiores natu ex generatione tua ex te & successoribus tuis legitime descendentes, & ipsi regno succedant: nullus ex eis coronam vel con-secrationem in praedicto regno de manu cuiusquam suscipiat, nisi a nobis & successoribus nostris tantum in curia, aut alibi ex commissione a nobis facta. Alij vero heredes minores natu, non habeant aliud nisi quod ex regis gratia poterunt obtinere. illud etiam iuri regio coniungimus, vt si aliquis comes aut inferior de regno tuo, contra te aut successores tuos forsitan excesserint, ipsum per sententiam curiae iudicare poteris & c. etiam banno, vt moris est, imperij Romani.

GENERATIO XLII.

ANNO salutis nostrae 1230. sub Gregorio 9. regnante Friderico 2. Hierusalem & Siciliae rege, Sueuiaeque duce, imperatore Constantinopolitano Roberto, Francorum rege Ludouico, incepit 42. generatio. quo in anno Fridericus 2. benedi- ctione apostolica reconciliatus, imperator & rex Siciliae ac Hierusalem declaratus est. Venit inde pontifex Perusinus, profugos reduxit, duosque & 20. menses in ea vrbe per- mansit. Romae interim magna seditio orta est: coeperat paulo ante Romani explo- so consulum magistratu, senatores quoadque vnum, quandoque binos creare annuos, qui Senatorius Romae ma- attributa, vt ad plenariam rei administrationem, praeter urbium arciumque & prouin- ciae vrbi adiacentium subiectionem, nihil deesse Romanis videretur: Annibalque, ex Anni- bala gente Romana nobilis senator factioni consentiebat, in quam multi inciderunt sa- cerdotes. Hi pontificem formidantes, cum senatore populum ad rebellionem concita- rant. Eo tempore Tiberis excrefcens, multa damna intulit, & tanta peste labora- tum est, vt vix decimus quisque superfuisset. Venit tum pontifex Romam, & publice omnes priuatimque distributa pecunia consolatus est, praeter Annibalem, qui execra- tus & depositus, Iohannem de Poli habuit successorem, praeterque sacerdotes & clericos de haeresi conuictos, qui dignitatibus & beneficijs sunt priuati. Cessante peste, senator in Viterbienses duxit, illis plurima damna intulit. sed a pontifice missis quatuor cardina- libus, reducitur. accessitque postea ad urbem Reatinam pontifex, deinde Messanam, Spoletem postea, ac demum Anagninam profectus est. Romae interea ad apertam rebellionem ventum est. Senator enim more praescorum legem rogauit, populusque sanc- uerat, vt omnia prouinciae Ro. oppida reipu. vectigal penderent. Non est tum veritus pontifex, dissuadetibus Cardinalibus, Romam proficisci, vt homines ad sanitatem redu- ceret. verum cum nihil proficeret, Reate se contulit. Quod cum & Fridericus simul ve- nisset,

Gggg 4 nisset,

Frideri. 2. in
Germaniã
redijt.

nisset, collocuti de rebus agendis, in hanc sententiam venere, vt Romanos, coniunctis copijs, adorirentur. Quod adeò pollicebatur Fridericus, vt filiũ suum Henricum susceptũ, quem Sardinie regem declarauerat, nisi recusasset pontifex, voluerit vadem dare, vt scribit Blondus. Iussus itaq; imperator legatũ pontificis adijt, Montefalconi cum Ecclesie copijs agentem, quò & ipse suas ex curia accersuerat, primusque in Romanos Viterbium vastantes imperator protulit signa. Et cum esset decertandũ, imperatorij milites se subtraxerunt. Fridericus verò recto itinere Pisas, & inde in Alemanniam se contulit. De hoc facto ita continetur in epistola Gregorij ad regem Francie missa, quæ incipit, Ascendit de mari. in qua repetit idem Gregorius, Fridericũ sibi improperare, quòd ad instantiam pontificis Romanos tũc Viterbium oppugnantes diffidauerit, & in Viterbiensium subsidium strenuam militiam miserit, & quòd papa scripserit Romanis, id præter suam conscientiam fieri, & quòd cum ipsis eo irrequisito firmauerit concordiam. Ad quod ibidẽ respondet pontifex, venisse Fridericũ non rogatum, promissisq; quòd terram Ecclesie perditam in pristinum statũ reduceret, & ipsam pro viribus defensaret in Tuscia, ad quã vires suas cõtulerit, sed recuperationem castri, quòd modico labore reduci poterat, impediuerit: immo cũ hostibus Ecclesie, vt ex consequentia facti & literis demonstrari possit, foedus pepigerit, vt ipso certo die exinde recedente, illi ad arma consurgeret, & B. Petri patrimoniũ occuparent. Profecor historiam. Hac itaque perfidia, inquit Platina, pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua confugientibus magnũ proposuit premiũ: quare tanta multitudo confluit, vt postea Romani aperto Marte cum Ecclesie copijs cõgredi nusquam sint ausi. Recuperato itaq; & patrimonio S. Petri, & agro Sabiño, pontifex Perusij agebat,

Balduin⁹ 2.
Cõstã. Imp.

Ea tempestate scelus Constantinopoli emerit, cuius causã Latini inde breui sunt expulsi. Robertus nanque Antisiodoren. Constantinop. imperator, quanuis senex, virginẽ insignis formæ Græcam nobilem despondit vxorem, non ignorans eam Burgundioni cuidam prius fuisse desponsatam. Burgundio furore accensus, noctu cum militibus palatiũ puellæ ingressus, refractis foribus, eam naso detruncato deformauit, matremq; illius quẽ sibi eam desponsauerat, mari demersit. Id cum manẽ rescisset imperator, vlcisci non est ausus, Latinis omnibus iniustitiam eius, & Burgundionis audaciam damnantibus. Sed opportunè Robertus post mortem, & Balduinum adolescens frater eius (sunt qui filium dicunt) sufficitur. Cui imperator Exagonarum, procurantibus Venetis, filiam in matrimonium obtulit, pollicitus fore, vt Romanie imperium, terram omnem, insulasque pulso Bataza, in generi ipsius redigeret potestatem. Sed Latini hoc matrimonium impediuerunt, veriti ne Balduinus foci viribus auctus, vlcisceretur iniuriam fratri illatam, dicentesque Balduinum imperio gubernando nimis iuuenem, Iohannem Brennum Hierosolymorum solo titulo regem, de quo supra, ex Italia Romandiolaque euocauerunt, cuius filia nomine Martha, Balduino desponsata est, suadente Gregorio pontifice: constituiturque quòd post foci mortem Balduino permitteretur imperium. Iohannes quàm primũ inijt imperium, nihil duxit antiquius, quàm Balduinum generum in Gallias mittere auxilia imploraturum. Tulit agrẽ Exagonarum imperator, quòd à Balduino contemptus esset neglecta filia, quam modò Theodoro Bataze filio despondit vxorem. Qua iuncti affinitate Græci imperatores, pellendis Latinis non minùs arma quàm animos iunxerunt, pressumque est illic terra & mari imperiũ Romanie, & tum aliqua Veneti, tum maxime plura imperator Latiniq; amiserunt. Deinde anno Domini 1237. Iohãnes imperator obiit, & Balduinus ex decreto imperiũ resumpsit. Alij scribunt dictum Iohannem obiisse anno 1240. & eodẽ anno Balduinum resumpsisse imperium, & imperauit annis xx. Iohannes verò Bataza apud Adrianopolim Orientalis imperator appellatus, & alter Exagonarum imperator, partim diuisis, partim coniunctis copijs, Latinos vt Græci cijcerent, adnitebantur, & Bataza quidem Smyrnam & Satalam maritimas vrbes obtinebat, Marcus Sannutus Aegei maris insularum possessor, & Leoguala Rhodum tenens, ei suberant. Inuasit tum Bataza Cretam Venetorum ditionem, qui Sannuto mercede cõducto, classẽ hostilẽ repulere, & insula ex integro recuperata est. Per quod tempus cum rebellassent Ragusei, à Venetis in amicitia recepti sunt.

Attẽde studiu
diũ Græcorũ
in expel-
lendis Latinis.

Interea Balduinus multo bellorũ onere grauatũ, cum aliter pecuniam à mercatoribus habere nequiret, filium suũ Philippum infantem illis loco pignoris tradidit Venetijs custodiendũ, detraxitque culminibus sacrarũ ædium plumbum, & id vendidit. Cumq; nec sic satis prouisum esset, lanceam spongiamq; quibus Dominus & Saluator noster

noster hinc poratus, inde vulneratus fuit, & crucis ligni facti partem Venetis tradidit, opem ab eis petens, & quòd illa pignori tenerent. Nam & Græci Constantinopolim terra & mari cinxerant arctissima obsidione. Veneti illò classe xxv. triremium missa, Græcum in obsidione superant maxima clade, atque Constantinopolim liberant. quin etiam Leogualla, qui Græcorum classi præfuerat, Rhodum insulam & seipsum Venetis subiecit per foedera. ANNO Domini 1232. prædicata crux est contra Prutenos mandato Gregorij papæ per terrã Alemanniam, gratia cuius superuenerunt fratribus Teutonici ordinis plurimi bellatores, quorũ ope M. Hermannus ædificauit ciuitatem, dictam hodie, *Das alt hauff*. ANNO deinde 1239. venit in auxilium fratribus Ortho dux de *Brunschwig*, ducens secum magnam militiam. hic subornauit quendam neophytum ex Prutenis, quòd venit in Prussiam, simulans se odio Christianorum auersis, & quòd castrum *Walge*, quòd fratres vi antè ceperant, facile capere possent penuria præsidij, asseruit. Persuasi itaque Pruteni, contractis magnis copijs, obsidione castrum cingunt. Verum dux Ortho vbi opportunum visum est, vnã cum his quos habere poterat, excurrit in hostes, eosque vique ad vnũ occidit, mansit aliquandiu idem dux apud *Walge*, & frequentibus excursionibus Prutenos adeò humiliat, quòd veniam petentes, baptisma suscipere, subiectionemque religioni promitterent. inter hæc multas munitiones & oppida M. Hermannus in Prussia extruxit.

Fratri Teu-
tonicorum
successus.

Erat per id tempus in Liuania fratres religiosi, vulgò dicti, De Gladio: hi præter crucem habebant in vestibus gladios affixos, militabantque pro defensione fidei contra paganos. & quia videbant negocium ordinis B. Mariæ indies prosperari, habitis hincinde tractatibus, per Ro. pontificem voluntariè se passi sunt Teutonicorum religioni vniri: & hodie ordo iste Teutonicorum, Liuoniam in sua habet potestate.

Frates gladio & cruce insigniti.

ANNO Domini 1241. M. Hermannus de *Walge* moritur, & in magistratu Popo de Osterna in prouincialem substituitur. Erat per idẽ tempus in Pomerania dux Suandepoldus Christianam fidem professus. hic per plures annos contracta societate seu foedere cum Prutenis, adnitebatur non modò fratres, sed & Christianos omnes ex Prussia pellere, in quo bello fratres Ordinis multa passi sunt, ita quòd sepe desperarent se posse resistere. Qua de re Innocentius 4. episcopũ Mutinen. legatum illò misit, dans in madata, vt Prussiam in quatuor episcopatus diuideret, & quòd crucem contra predictũ ducem prædicaret: ex quo maxima suborta sunt bella, amiseruntq; fratres Ordinis ferè omnes munitiones, & occisi sunt multi. Attamen in vigilia S. Barbaræ virginis noctu capiunt castrum vnũ, dictum *Schartuiza*, in quo inuenerunt scrinium, & in eo caput B. Barbaræ virginis depositum, prout scriptura indicabat, ex quo letiores facti, reliquias sacras abspertauerunt, & in Ecclesiam ciuitatis Colmenis venerabiliter collocarunt, vbi & hodie in precio habetur. Effet verò longum narrare, quæ mala, quas pugnas dux Suandepoldus contra religionem patrauerit, nam etsi baptizatus esset, peiora tamen infidelibus commisit. tandem post multos annos superuenerunt in auxilium fratribus marchio de *Brandenburg*, episcopus *Merspurgen*sis, Henricus comes de *Swarzenburg* maximis copijs, qui coadunati copijs fratrum, circa annum Domini 1250. terram Prutenorum percurrunt, prædas agunt, captiuos abducunt, igne & ferro omnia proterunt, in eamq; necessitatẽ ducem redigunt, vt pacem petere compelleretur. Quo facto, legatus sedis Apost. missus, pacem perpetuã inter milites Ordinis ac ducẽ multa stipulatione interueniente, cõclisit atq; firmavit, quam pacẽ idem dux postea vel inuitus, quoad vixerat, seruauit. Et in ea septentrionis parte varijs successibus vtrinque tumultuatum est, cum Fridericus in Germania quoque superiori, quòd nuper redierat, nonnullis principum factionibus agitur. intercesserat enim in-

Frid. in Ger-
ma. gesta.

ter ipsum & Henricum filium Germaniæ regem simultas quædam, quare & filium in Siciliam deportari iusserat. Ea res magno principum studio in conuentibus plerisque est acta. Tum vxorem tertiam, regis Anglici sororem duxit, nuptijs Vormatiæ celebratis. Deinde circa annum Domini 1235. Italiam repetit, quæ cum diuturna pace vires recuperasset, rebellionem meditari dicebatur. Durauit enim hæcenus integra Longobardorũ societas, quæ sub primo Friderico Barbarossa coeperat, vrbes completa potentissimas, Mediolanum, Brixiam, Mantuam, ac maiorem Romandiola partem, & in transpadanis Veronam, Vincentiam, Paduam & Taruisium, quibus Veneta vrbs tum penitus dominio maritimo consentiebat. In Friderici verò partibus erant Cremonenses, Bergomenses, Parmenses, Rhegienses, Mutinenses, & in albis Tridentum. cetera vrbes & oppida Longobardiæ, Romandiola & marchia Taruisinæ, pro fortuna

Italiæ status

fortuna varietate alternis fauebant. Erat tum Ecelinus in marchia Taruifina nobilis & potens, cuius auus eiusdem nominis, Teutonicus miles sub Othone (vt scribunt plerique) tertio venerat in Italiam. Hic verò sub Friderico 2. auctus est opibus adeò magnis, vt tyrannidem sibi constituerit maiorem ceteris omnibus, quas absque imperij aut regni titulo Italia rarò aliàs pertulerit. Friderico itaque Italiam ingredienti, prima vrbs Verona in illius partes Ecelini opera est reducta. inde Fridericus Mantuanum ingressus est agrum, Mercariam, Clarumque oppidum vi capta direptaque incendit. & Crèmonam accedens, nouem mēsis apud eam moratus est, ex qua cum esset moturus, obsidendam Mantuam comminatus, flexit de itinere in Vincentinos, qui ex improviso copijs circumdati, cœperunt deditionis facere mentionem: ea fretus occasione Fridericus, dum vltro citroque commeant oratores, urbem dolo captam diripuit atque incendit, ad eamque tantisper moratus, quoad exercitus populatur deuaftatque agrum Paduanū propinquum, in Taruifinos duxit: circumfessamque cepisset urbem, ni Patauinus immisso milite subuenisset. Dum Italiam Fridericus eo ardore infestat, filius Henricus principum (vt putant) Germanorum studio cum Longobardis foedere coit. Quod cum pater Fridericus cōperit, veritus ne ducenti aduersus filium proceres Alemaniae aduersarentur, pontificem per nūcios orauit, vt contra rebellem filiū literas daret. Pontifex foederis ignarus, cōcessit literas Apostolicas, quarum vi Alemanni patri aduersus filium parerent. Vnde Fridericus filiū cepit, de regno deposuit, ac captiuum in Apuliam relegauit, vbi postea moritur. Et scribunt aliqui, quòd iubente patre necatur. ANNO Domini 1236. Fridericus in Alemania multa castra per Austriam nociua Reipub. destruxit, cum superiore anno mandato imperatoris rex Bohemiae & dux Bauariae Austriam inuasissent. Tum imperator iustitiam tam minoribus quam maioribus administravit: iniustos autē morte mulctatos, ac etiam exterminatos extra prouinciam profligauit. ducem quoque Austriæ Fridericum multoties propter varios excessus nuncijs & literis vocauit, qui velut superbus venire contempsit: tandem sententiam proscriptionis tum propter contemptum, tum ob multorum querimoniam praelatorum ac principum, in eum fulminauit. nam idem dux fecit omnia claustra in ducatu Austriæ irrumpi, pecunias ac deposita diripuit. ita & in Ecclesias saeuit. exegit insuper de vnoquoque * mense 60. denarios. Vnde imperator intrauit Austriam, & in Vienna, quam multis flagitijs dux Fridericus polluerat, honorifice susceptus est. descendit etiam filius eius Cunradus per Danubium, comitatus multis principibus, deditque se vrbs Vienna imperatori, quam pro imperio suscepit, cauens literis, ne ab imperio aliquādo abalienaretur, his verbis: Volumus, inquit, vt nunquam per concessionem alicuius beneficii vrbs Vienna de nostra & imperij transeat potestate. quarum quidem tenor literarum, in chroñicis Australibus ad integrum descriptus habetur. Eodem anno mortuo Henrico filio Friderici imperatoris in carcere, idem Fridericus in Italia constitutus, Manfredum filium suū ex libera natum, ad principes Germaniae cum oratoribus misit, mandans vt in locum demortui Henrici, Cunradum filium legitimum in regem Germanorum eligerent. qui mandatis imperatoris obediens, Cunradum in regem elegerunt, quem ipse imperator Fridericus, dispositis rebus in Austria, secum Ratisponam, vbi conuentum principum habuit, ducens, denuo in regem eligi procurauit, atque Nemetum proficiscens, hoc idē fieri terriò voluit. Deinde Fridericus ac Cunradus filius eius in regem Germanorū electus, scripserunt Gregorio Papæ per archiepiscopum Rauennatem, quomodo iura sua ipsi in regno Hierosolymitano nonnulla subtrahata essent, petentes ea sibi restitui mandati. Commisit ergo pontifex praefato archiepiscopo, vt legatus id exqueretur. Hæc ideo collegi, vt appareat, à tempore reconciliationis anno 1230. facta, vsq; ad 1238. apertam inter pontificem & imperatorem controuersiam non fuisse. ANNO Domini 1238. Henricus vltimus Alsatiæ Lantgrauus sine hæredibus obiit, cuius quidem titulus cum feudis, beneficijs & ministerialibus ad episcopum Argentinensem deuoluitur, atque hodie manet. Nam in idipsum vnde prodijt, tandem redijt. Eodem anno cœperunt omnia inter pontificem & imperatorem tumultu agitari, propter res bellicas in Italia per imperatorem contra Longobardos paratas. Composita siquidē re Alemaniae, Fridericus in Italiam reuersus est, proposito socias bello vrbes edomandi: & primi omnium Patauini ab Ecelino blanditijs inducti, partes imperatoris sunt secuti, quibus ilico Ecelinus iugum imposuit seruitutis. Pontifex verò de Friderici in Italiam reditu apparatusque certior factus, sedis Apost. protonotarium ad eum misit, orans vt si pa-

Austriæ Fridericus vaftat.

Vienna Austriae in imperij potestate.

Cunradus Fridericus 2. filius rex designatus.

si pacem Ecclesiae, si suam ipsius beneuolentiam, quam proximis diebus in fauorem suum aduersus filium Henrici & vxoria dispensatione perceperat, tanti faceret, quanti Christianus princeps facere deberet, constituta cum Lombardis à Friderico auo suo foedera, quæ Henricus pater seruauit, etiã ipse conseruaret. Misit deinde Gregorius tres cardinales, qui re infecta, Viterbium sunt reuersi. Pontificem nanque, vt Blondus scribit, magis quam Lombardos deprimere anhelabat. Prius autē quam recederent à Lombardia cardinales, Fridericus in montem Clarum duxit, Brixianorū oppidum expugnatū direptumque incendit. Et cum Brixianos non posset trahere in suas partes, in Mediolanenses duxit. De hoc Anton. Audiens, inquit, Fridericus quòd ciuitates Lombardiae Mediolanum, Bononia, & aliae plures Romanodiolae, rebellassent ab eo, & ad deuotionem Ecclesiae rediissent, magnis copijs contra eas profectus est. Demum Mediolanenses cum omni conatu, & legati papæ, & tota colligatio Lombardiae, quæ Ecclesiae adhærebat, bellum inierunt cum imperatore in loco dicto, Curia noua, & post magnū conflictum, Mediolanenses cum socijs victi sunt, multis interfectis & plurimis captis cum Carroccio suo, vbi etiã captus est magistratus Mediolanen. filius ducis Venetorum, ac multi alij nobiles Lombardie, quibus omnibus ductis in Apuliam, filium ducis Veneti fecit imperator suspendi super turrim, quæ erat in litore maris, alios diuersis cruciatibus fecit trucidari. Ex hac victoria recuperauit dominium Lombardiae. exinde cum sex millibus armorum Brixiam obsidens, quam postremò patris in deditionem accepit, & similiter omnes alias ciuitates Lombardiae, exceptis Bononia & Parma. Auditam cladem Mediolani pontifex molestissimè tulit: omni saque deinceps spe benè gerendæ rei ob illatum socijs incommodum, redire ad urbem instituit. Sed Iohānes Cincius tunc senator fordido loco natus, pecunia à Friderico corruptus, vt Blondus & Platina scribunt, obstitit, custodiam portarū complicitibus attribuens. fortè de illa corruptione loquuntur, de qua narrat abbas Vrspringensis quòd imperator quodā tempore conuocauerit ad se de ciuibus Ro. potentissimos & nobilissimos de familia eorū qui dicuntur Fregepanes, ac nonnullos alios, habueritque cum illis tractatum qualiter eos faceret vasallos imperij. Iussit itaque eosdē sub certa estimatione precij computare, quantum valerent bona immobilia eorum: quo facto, omnes res illas dato eis precio comparauit ab eisdem, & easdem res illis in feudum concessit ratione fidelitatis, quam deberent sibi & imperio. Nihilominus Ecclesiae studiosi, occupato Capitolio, Iohannem deiicientes, per legatos pontificem reducant: qui Romam veniens, dispersit per vicos pecuniam, & annonam paulò post plebi distribuit, fueruntque nonnulli seditiosi tum relegati. Licet autem pontifex molestè ferret cladem Mediolanen. tamen in meliorem spem erectus, ducem Venetorum existimans ob illatam filij necem Fridericum persecuturum, & quia Veneti & Genuenses discordabant, vehementer eos pontifex planè composuit, veritus ne propter simultates in bellum laberentur. Constituit pontifex accipientibus pacem annis nouem his conditionibus duraturam: bella vterque populus susciperet gereretque communia, nec pacem, amicitiam, bellumve alter sine altero cum * Vataza Graeco imperatore habere aut inire posset, & vtriusque populi nauigia amborum simul deferrent insignia, vt pars quæ huiuscemodi constitutæ paci contraria primū faceret, excommunicaretur, interdictum à sacrificijs in cursura, cuius sententia tum lata est. Secundum hanc pacem magna omnium lætitia constitutam, arma pontifex spiritualia in Fridericum exercuit, excommunicatione in illum ad diem cœnæ Domini promulgata, & omnibus iurifurandi regione solutis, qua imperij regniue ratione illi tenerentur adstricti. & quidem ea pax laudabilis, vel ea ratione maximè fuit necessaria, vt hi præpotentes Italiae populi hinc Friderico, inde Graecorum imperatori Latinos opprimenti possent resistere. ANNO 1239. pontifex imperatoris animositatem intelligens, cum Venetis aduersus eundem iniit foedera, per quæ classis tiremum 15. est armata communi impensa, quam adhiberi voluit pontifex Friderico Siciliae * viribus expellendo, qui interea post Mediolanen. cladem Cremo-
* intibus
Tertio Fridericus excommunicatur.

composita, de sua iustitia, deque rei ipsius indignitate multa differuit, Petrumque Vineen. suarum magistrum epistolarum, magna facundia virum, sermonem habere iussit, suis laudibus suisque de Rom. Ecclesia, deque Rom. pontifice meritis redundantem. Duxitque deinde in palustrem Venetorum terram, prædamque abegit, & in Venetos conuicia iactauit, & cum vltra ire non posset, aqua impediante & sagittis, reuersus est Paduam, obsides ab eis recipiens. Deinde Veronam pergens, iterum Mantuam velle obsidere simulauit, eductisque copijs Parmam petit, atque inde Lucam, & postremò Pisas, Ecelino interim Taruissinam marchiam occupante. ANNO dein 1240. Gregorius Montelongus legatus apostolicus Bononiæ agens, & classis Veneta, & Mantuanus populus, Ferrariam inuaserunt, quam Salinguerra honesto loco natus Ferrarien. qui Ecelini sororem duxerat, pro imperatore gubernabat. Oppugnata est aliquandiu vrbs, fuisseque diutius defensa, nisi egressum ad colloquium Salingueram legatus interceptisset, qui à duce Venetorum, vrbe capta, Venetias est ductus, vbi in pace obiit. Ferraria verò à legato Azoni marchioni Estensi attribuitur pro Ro. Ecclesia gubernanda. Veneti postea cum pontificis copijs nonnulla damna Friderico fecerunt classe sua. Interea miserabiliter se scriptis per orbem missis lacerant pontifex atque imperator. Conqueritur per mundum Fridericus de pontifice, quòd pacem cum eo initam non seruauerit, tum peregrinationis suæ tempore Siciliam inuaserit, quòd Castellæ ciuitas contra pacis formam detenta sit. Item conqueritur, quòd dum in Italiam intraret pro recuperandis imperij iuribus cum multorum bel-latorum millibus, miserit pontifex Gregorius obuiam episcopum Prænestinum, qui à deuotione sua tentauerit Mutinam auertere, & Placentiam deinde, quantum potuit, auerterit, & contra eum, ne transire posset, exercitum Longobardorum congregauerit. Et quomodo ipse Gregorius sibi Friderico scripto Apostolico mandauerit, vt de negocijs Longobardorum in se compromitteret, quo id suspendere perpetuo, vel ius imperij liberè suffocare posset. Subiungit, quòd cum Longobardi post victoriam contra Mediolanenses obtentam, de resistentia desperassent, ad summum pontificem confugerint, asserentes, nisi ipse eos contra Fridericum publica vi defenderet, ad ipsius & imperij dominium cogerentur redire. Et quòd Gregorius Lombardis contra eum & imperium corporale præstiterit iuramentum, & quòd totius orbis decimas terræ sanctæ vtilitati reseruatas promiserit eisdem, si suo arbitrio negocium exequerentur. Et quòd per nuncios Panormitanum archiepiscopum & alios ad Apost. Sedem missos, Fridericus deuotionem omnimodam super Ecclesiastica libertate & reformatione Ecclesiæ & imperij iuribus obtulerit, & quòd satisfactionem omnimodam pollicitus fuerit. Et nihilominus Gregorius, contradicente saniore parte fratrum suorum, contra decreta sanctorum patrum, ipsum excommunicauerit iniuste. Et quòd nisi B. Petri vicarium, iudicem non habeat. Hæc & alia plurima scripsit Fridericus cardinalibus, regibus & principibus, quæ de verbo ad verbum narrat Gregorius in epistola, quam scripsit ad regem Franciæ, & incipit: Ascendit de mari bestia. in qua ad hæc & alia conuicia pontifex respondit, omnia esse falsa. De ciuitate Castellæ dicit, quòd ciues se Friderico sacramento fidei, Ecclesia ignorante, prodiderint, vnde per hoc nullum ius acquisierit imperator. non enim erat in potestate ciuium Castellæ, spoliare Ecclesiam & dare se alteri. Ad hoc Fridericus etiam præstiterit sepius iuramentum de reddendis possessionibus Ecclesiæ Ro. ad eum peruenientibus. Insuper, Quomodo ergo ausus est petere, quod absque periurio non potest retinere? Quòd autem scribit Fridericus, à Papa se impeditum in consecutione iurium Ecclesiæ, respondit pontifex, monuisse se per literas Fridericum, ne crucis negocium, quod ad vtilitatem Ecclesiæ, imperij, & totius populi Christiani fuerat ordinatum, impedire valeret, vt in eum compromitteret pro sedanda imperij & Lombardorum discordia, miseritque Prænestinum episcopum officio sibi legationis commisso, sicut hoc sibi incumberet ex officio. quòd si Placentinorum concordia, eo protestante, saluo honore & iuribus imperatoris & imperij & quorumlibet aliorum, non placuerit, id legato non debeat imputari. Sed nihilominus postea miserit Ostien. episcopum & cardinalem pro pace, iuxta formam acceptam ab eisdem nuncijs inter Lombardos & imperatorem reformanda, illis ampliora adimplere paratus, ipse autem Fridericus reformationem pacis noluerit acceptare. Falsum quoque, quòd contra eum & imperium pontifex corporale præstiterit iuramentum, seu quòd totius orbis decimas, terræ sanctæ vtilitati reseruatas, conuertere in subsidium Lombardorum contra imperatorem promise-

Ferraria
Estensimar-
chioni data.

Causa diffi-
dij inter Gre-
go. & Frid.

De ciuitate
Castellæ.

Criminatur
Fridericus.

promiserit. Quòd autem scribit imperator, mississe se Panormitanum archiepiscopum cum multis oblationibus, respondit pontifex, oblationes fuisse verbales, cum antè & post terram Sardinie & Lunensis diocesis ad Ro. pertinentem Ecclesiam, non omiserit occupare, in Lombardia etiam Ferrariam & quasdam alias Ecclesiæ terras, contra iuramentum temere veniens, occupauerit. Et in eadem epistola idem Gregorius exprobrat multa beneficia Friderico ab Ecclesia & à se Papa collata, & quòd ipse ingratus, impiorum baculis non desinat vniuersam turbare terram, regna subuertere, libertatem Ecclesiasticam extinguere, quòd etiam Siciliam in seruitutis extremæ opprobrium deducens, Ecclesias omnes exossauerit, personas ecclesiasticas spolians, baronibus, militibus & alijs hominibus regni Siciliae ad formam & conditionem seruorum inaudita crudelitate reductis. Et quomodo id temporibus Honorij deploratum fuerit, quomodo ipse paternè vt desisteret admonuerit, pluries nuncijs & literis ac longa patientia expectauerit, si forsitan oculos suos ad cælos leuare vellet. Quomodo denique Saracenos in odium & malum Christianæ fidei foueat, recuperationem terræ sanctæ & negocium crucis impediatur, cum crucem publicè prædicari in regno prohibeat, & conferri ad hoc, suis interdicit. & post pauca nominat Fridericum præambulum Antichristi. proponit, inquiens, suis literis, quòd per nos tanquam Christi vicarium, vinculo excommunicationis adstringi non potuit, hæresim affirmans.

Ceterum seruntur à plerisque plurima in Fridericum conficta crimina, quibus pietatem & religionem læsisse dicitur: quæ quoniam inania bonis videri solent, consultò præterimus. Quantum enim & illud quod descripsimus dissidium duorum principum attulerit orbi Christiano detrimentum, hodie etiam spectare licet. Atque interim Fridericus 2. Cæsar, cum pro tantarum rerum auspicijs vires reparasset, aliquot menses Pisas agebat, è qua primum vrbe discordijs & contentionibus omnis Herruria est infecta, singulas enim ciuitates, singula oppida pertentans, qui suas, qui Ro. pontificis partes essent secuturi, voluit intelligere. Et diuisæ sunt factiones etiam nominibus. nam qui pontifici & Ecclesiæ fauebant, Guelfi dicti sunt: qui Cæsaris arma sequebantur, Gueibeli. nomen hoc apud Pistorienses aiunt primò auditum. Sed vtriusque sanè appellacionis antiquior origo, sub Cunrado 3. qui circa annum Domini 1138. imperium inierat, in pugna quadam cepit, quum Guelphi auxiliares copie symbolum quasi hoc sibi haberent, *Hle Guetph*: qui verò sub Cunradi Cæsaris signis erant, *Hle Guatbellen*, clamarent. Cunradus enim Suenus in eo pago vetustæ nobilitatis *Watsingen* ferebatur nutritus. hinc Cæsariani Gueibeli, pontificis socijs Guelforum nomen mansit, quòd olim Gueifus Italica auxilia contra Cæsarem Cunradum duxerat. Eius rei supra in generatione 38. meminimus, bonorum scriptorum autoritate freti. Sed vt ad institutum redeamus, serpsit hoc factionum studium adeò latè, vt nulla ciuitas, nullum oppidum, nullus populus ea labe perniciosissima manserit intactus. Vrbs enim in vrbs, prouincia in prouinciam, populi pars in alteram, nulla impellente alia quam harum partium causa, gessere ab inde vsque ad nostra tempora bella. Nec modò diuisa sunt insignia in prælijs deferenda, sed colores, terræ fructus, vestium habitus, ipse hominis in celsus, digitorum concepitus & oris hiatus, suarum habent partium significationem. Fridericus autem vbi suos vbiq; notos habuit, eorum qui aut diuersarum censerentur partium, aut qui neutris consentire vellent, expugnata oppida locaque popularus est, & diuersarum partium patria pulsos, qui in suam facti sunt potestatem, nonnullos euestigio interfici, quosdam oculis effosis in Apuliam relegari aut lacerari cruciatibus iussit. Pisani interea fauore imperatoris tumefacti, classem armare in Genuenses, qui adiuti à Venetis, Pisanos maximis affecere incommodis. Fridericus non minus plenus spe & furore, Entium filium Sardinie regem, attributa copiarum parte, præmisit Fulginatibus, qui vnà cum Viterbien. Friderico non magis suorum populorum, quam prouincialiū rebellionem sunt polliciti. Secuti sunt nonnulli alij. Fridericus tunc Viterbij fuit, secuti in perfidia Ortani, Tusculanenſes, Cornetani ac Montefascones: eadè quoque impietas etiam vrbs Romam peruaſerat.

Pontifex itaque in eam omnium periculosissimam perductus difficultatem, cum non haberet aliud, à Deo solo protectionē inuenit. Cardinalibus enim, clero, omni- que populo conuocatis, capita ipse apostolorum gestanda accepit, & cruce, cui portio viuificæ crucis inest, præmissa, à Lateranensi episcopo apostolorū principis basilicam petijt: vbi ambone consensu, orationem habuit commiserationibus plenam: portectoque brachio capita apostolorum ostendens, flens atque suspirans, lachryman-

H h h

tibus

Guelfi pōti-
fici & Gibe-
lini Cæsari
adhærent.

Watsingē

Entius Fri-
de. filius,

tibus multis, nihil moratus, decretum promulgauit sacrosanctum, gloriae salutisque aeternae praemia illis pollicitus, qui aduersus scelestissimum Dei & Ecclesiae sanctae hostem Fridericum pugnaturi, crucis caractere insignirentur. mirumque, populū Ro. a quo toties dissenferat, in eius defensionem armari in ea hostis potentissimi propinquitate, cuius largitione corruptos atque etiam coniuratos esse potentiores quosque constabat: ut nulli dubium esse debeat, sicut Blondus inquit, diuina ope datam tunc Ecclesiae pontificique salutem. Venienti enim Friderico tum, ut portas murosque, perumperet, amplissimo exercitu, cruce iam signata cohors, cominus est congressa. ad cuius conspectū adeo territus, adeo in insaniam versus est, ut cruce signatos captos, ad se viuos perducere, in prima ipse pugnans acie, clamauerit: perductisque, caput partim illis in crucis modū quadrifariam scindi iusserit, partim in fronte crucem ferro candenti reddiderit, clericis autem ferro coronam caesam in crucis formam vulnerari mandauit. Et cum populi Ro. vidisset constantiam praeter spem, tertia quam aduenerat die, omnia vrens, deuastrans in itinere obuia, transijt in Campaniam. Vnde breui post Beneuentum duxit, quam cepit ac diripuit. in Picentes delatus, Asculum obsedit: ab Entio quoque filio direptiones incendiaque plurima vastitatesque sunt commissae. mirae vero & rarae sunt calamitates, quas per id tempus per legatos in regno Siciliae exercuit Fridericus. Multos archiepiscopos episcoposque partim dicitur occidisse, aliquos in carcerasse, nonnullos relegasse, in quibus Catanensis fuit episcopus, a quo ab infantia fuit educatus. Eo tempore pontifex decreuit, ut illa praecellens & dulcis Hermannii Contracti monachi antiphona, *Salve regina*, certis diuinae rei horis adderetur, campanasque ad Christi corporis & sanguinis confectionem pulsari, & laudes Virginis speciali oratione in matutinalibus celebrari, ad haec crucem fecit contra Fridericum vbique praedicari, dans plenarias indulgentias crucem asumentibus. At Fridericus iterum ad urbem redijt via Latina hostili animo, Cassinense quoque monasterium legati ipsius spoliat, aurea & argentea vasa frangunt, quae Fridericus constata redegit in nummos, ac monachos inde eiecit. Soram ferro flammaque vastauit, Templariorum bona vbique diripuit. Rauennam etiam repentino incursum in potestatem suam redegit. Sunt qui his in bellis praecipua eum vsum esse dicant Saracenorum opera, quibus multa loca etiam in Sicilia colenda cum magistratibus dederit. Inter haec pontifex Gregorius apud Lateranum conciliū indixit, in quo de abrogando Friderico haberetur ratio, suadentibus Franciae & Angliae regibus, ad quos miserat cardinales auxilij gratia. conuocauit itaque omnes orbis Christiani praelatos ad conciliū pro reformatione Ecclesiae, & ad praesidia quaerenda terrae sanctae. Intelligens tum Fridericus conciliū esse indictum, terra marique vias aduentantibus claudere curat. quam obrem Entium regem filium suū Pisas mittit. alto namque nauigantes mari cardinales nauigio Genuensium, 40. habentes galeas, properant. Entius autē & Pisani hoc percipientes, progressi sunt contra eos inter portū Pisanum & Corsicae insulam. Cardinales verò audientes Entium ex aduerso venientem, rogant conductorem ut declinaret ab eo, nec praelium cum illo iniret. Sed ductor Guilielmus parui sensus superbia ductus, ne videretur Pisanos timere, bellum suscipit, ubi succumbunt naues Genuensium. occisi sunt multi, multi capti. Et inter ceteros cardinales legati duo & complures alij praelati, ducti sunt in Apuliam ad imperatorem, qui in diuersis carceribus eos collocauit, ubi plures mortui sunt. Vesontinus archiepiscopus in mari submersus est, cum multis alijs, abbates Cluniacensis, Cisterciensis, & Claraualensis, archiepiscopus Rothomagensis capti, ad instantiam regis Franciae, de cuius regno erant, liberati sunt. propter hoc factum Pisani mox execrati denūciantur. Igitur anno 1241. Gregorius tantis malis afflictus, in aegritudine incidit, ex qua decepsit Romae, cum paulo ante solis eclipsis apparuisset tanta, quanta nunquam antea. moritur autē anno pontificatus sui 14. Hic Gregorius decretales, Raimundo qui fuit de ordine Praedicatorum, adiutore compilauit, quarum promulgatio facta est anno Domini 1228. ANNO Domini 1241. Ganfredus ex Castellonia gente de Mediolano, episcopus Sabinensis, Caestinus 4. pontifex est creatus: Blondus scribit, Caestinum misisse ad Fridericum legatos obsidionem Fauentiae continuantem, & multis illū de futura pace pollicitationibus delinire conatum. Sed priusquam Fridericus respondere potuerit, Caestinus ipse 18. pontificatus die defunctus est. Dederat hic pontifex magnam instaurandae pacis spem, & apud imperatorem proficisset, ni subito vita decepsisset. Erat ei frequēs in ore, difficilius in secundis rebus quam in aduersis esse moderatum. Vacat tum sedes mensibus 19. causam tantae vacationis variē

Frid. urbem Romam aggre ditur.

Secundō Frider. Romā inuadit.

Conciliū de Friderici abrogatione interceptū.

Caestinus papa 4.

variē tradunt. sunt qui Friderici partim persecuciones, partim subdolas pacis promissiones, partim factas cōminationes afferant. Blondus secutus Parmensem ordinis Minorum, qui vidisse se omnia scribit, Cardinales ait Melphitano carcere per Fridericum detentos, ne ipsis absentibus electio fieret, protestatos. Interim Fridericus Fauentiam fame oppressam cepit, inde in Bononiam ducens, studio eam vniuersali priuauit, quod tunc primum Paduam est translatum. Et cum Bononia potiri non posset, vastato agro, duxit in Mutinenses atque Rheginos. agris vastatis, properat in Parmenses. Ingressus Romandiolam, omnes ciuitates tenentes partes Ecclesiae, & quae erant iuris Ecclesiae, cepit. Deficiente autē pecunia post pignorationem iocalium & vasorum argenti & auri, ut haberent milites stipendia, fecit monetam de corio, insignitam sua imagine & subscriptione, quae aureū valeret, edictum ponens in exercitu, ut quicumque praesentaret talem monetam thesaurario suo, acciperet pro ea monetam auream quae dicitur Augustanus, sicut nunc ducatus, cuius sculptura erat ex vno latere facies imperatoris, ex altero aquila, & in obsidione Fauentina de illa moneta prouidebatur stipendiatis, pro qua postea receperunt auream, sicut erat constitutum. haec Anton. Incidit in istam Romani imperij cladem nobilis illa Pannoniorum seu Vngarorum strages, quam sauitia Tartarorum Bela 4. rex Vngariae est expertus. fuit barbaris dux Batho, cuius expeditionis paulo superius obiter, & quod illi dicunt, *επιπρολαύσεσσι* meminimus, qui late regnū omne vastas igni & ferro, Vaciam primò, postea Varadinum, demum Strigoniam diripuit. Atque hac vti crudelitate Tartari per triennium, quum fame deficerent, rege amisso, terras repetiuere, quas illis in finibus bello acceperant. ANNO Domini 1242. cum iam sedes per 22. menses vacasset, Balduinus Imp. Constantinop. & ceteri Latini in Romania habitantes, meliora quaque modò ditionis suae amiserant, adeo vt de retinenda Constantinopoli desperaret, quam saepe apparuit in potestatem Graecorum redituram, nisi Veneti obstiterent. nec erat apud eos obscurum, auxilia à Christianis frustra expectari aut peti posse, cum Romani Pont. deesset opera & auctoritas. dedit itaque Balduino ingenium necessitas, qui Raimundo comiti Tolosano sociatus, in Italiam est delatus, primumque sicut debuerunt, principes ipsi adierunt Fridericum. Impetrarunt verò imperator Constantinop. & Raimundus à Friderico, cardinales praelatosque Melphitano carcere liberari, fore polliciti, ut illis cardinalibus ad collegium adductis, ad optatissimam pontificis electionem veniretur. Ergo Friderici nuncio Melphim misso, subito rumor vrbē peruasit, liberatos Cardinales Anagninam peruenisse. Balduinus Romam petens, cum magno honore susceptus est, deinde Anagninam petijt. ubi redeuntibus ex carcere cardinalibus, Sinibaldus gente Flisca comitum Lauaniae Genuensis, in pontificem electus est, 4. Innocentius appellatus anno salutis nostrae secundum vniuersam computationem, 1242. sedit annis xj. mensibus 6. Placuisse fertur Friderici nuncijs apud Balduinum Imper. agentibus illius viri electio, Friderico amicissimi, certatimque Parmam, quam in potestatem suam is redegerat, venientes, electum nunciant, putantes placere tanti viri electionem. Is autem ex composito fertur respondiisse, bonum se amicum Cardinalem, in acerrimum hostem Ro. pontificem permutasse. haec Blondus. Sequuntur ferè omnes, ita quòd mirum mihi videatur, quomodo potuerint scribere, cardinales è carcere fuisse liberatos, Anagninamque eligendi pontificis causa venisse, quos tamen Fridericus tempore suae depositionis tenuisse carceratos legitur, cum postea Innocentius scripserit efficiendae concordiae causam praestitisse, si praelatos quos ceperat venientes ad conciliū, & in carceribus impiè detinebat, relaxasset, ut de hoc in c. ad Apostolicam. de re iud. lib. 6. Nisi velimus dicere, quòd cardinales relaxauerit, sed alios praelatos ac clericos in carcere retinebat, quorum restitutionem Innocentius petebat, quod est contra Blondum. Innocentius autem pontificium habitum indutus, Romam veniens, procedente obuiam S. P. Q. Ro. omnium applausu ingenti suscipitur, qui statim peractis quae de more in consecrandis & coronandis pontificibus fieri consueuerunt, de pace cum Friderico ineunda mentionem facit, Balduino ad rem conficiendam auctoritatem suam interponente. in longū verò protraxit res, quatuor mensium tempus sumpsit: contentumque inter eos tandem, ut pontifex ciuitatem Castellanam petens, eo loci imperatorem opperiretur, secum de componendis rebus sermonem habiturus. Rescijt interea (ut refert Blondus) pontifex, Fridericum in eius caput cum Rom. ciuibus machinari, ut accedens ciuitatem Castellanam, in itinere caperetur. quare veritus ne si petitas denegasset condiciones, cōiurati ad facinus in ipsa vrbe profiliiret, petite pacis

H h h h 2

con-

Paduanum studium.

Prifcus monetæ ex corio.

Bela 4. Vngar. rex.

Innocentius 4. papa.

Att. praeter aliorū opinionē quae do Card. liberati.

conditioni verbo est assensus. At Genuensium nauigio fretus, quod apud Centumcellas in portu confederat, in Franciam profectus est, quem rex Franciæ Ludouicus summa veneratione excipi curauit, deducique Lugdunum fecit, vbi ab omnibus benignè & comiter est susceptus. Vbi cum rem Christianam summo studio reparare conaretur, non tam Fridericū lenire, quàm exteros etiā populos, qui totis viribus innere iam Christianis videbantur, prædicare pietatem, detestari vitia *. Quam ob causam missis ad Tartaros nuncijs, quod ex Pannonijs in Italiam sperarent aditum, eos magna ex parte fratrum Minorum & Prædicatorum opera eò perduxit, vt non solum Christianis pacem dare, sed fouere quoq; magnopere solerent. Deinde concilium Christianorum principum vocauit Lugdunum anno Domini 1246. missis per orbem nuncijs, vt omnes episcopi, abbates, & alij prælati ad concilium venirent, ad quod concilium etiam deuotissimus rex Franciæ Ludouicus venit, offerens se & suum regnum ad defensionem sanctæ Ecclesiæ & ipsius papæ: & quia conualuit breui de graui infirmitate, voto transmarinam Crucem accepit: ideo ad eius suggestionem in prædicto concilio Crux transmarina prædicata est. Fecit autem Innocentius papa in concilio citari imperatorem, vt personaliter se præsentaret, & de obiectis criminibus responderet: qui comparere noluit, sed misit suos oratores & procuratores, videlicet episcopum Argentinensem de Alemania, & fratrem Hugonem magistrum mansionis S. Mariæ Teutonicorum, & M. Petrum de Vineis, virum literatum & eloquentissimum. Hi in concilio existentes, excusarunt imperatorem, quod infirmitate detentus personaliter non accessisset, supplicantes Papæ, vt dignaretur ei parcere, parato & offerenti se ad restituendum bona & iura usurpata Ecclesiæ. Et quod infra annum operaretur cum Sultano, vt restitueret terram sanctam Christicolis. Sed Papa eum Concilio, attento quod pluries Ecclesiam deceperat in suis promissis, cum etiam non apparerent argumenta veræ pœnitentiæ & satisfactionis, non dimittendo prælatos quos captiuos tenebat, non credidit procuratoribus, etsi mandatum ostenderent per bulam auream prædictorum obligatorium. hæc Antonin. Alij, vt Blondus & Platina, scribunt datum fuisse tempus quo id fieri deberet. verum cum Fridericus fallendi arte callidus, dilatione petere videretur, vt cum Papa alios quoq; interea opprimeret, Innocentius in ipso concilio solenniter protulit sententiam contra eum condemnationis & priuationis imperij ac regnorum eius, prout causæ depositionis & forma sententiæ in c. ad Apostolicæ de sen. & re iud. lib. 6. sunt descriptæ. Fridericus vbi intellexit depositionis sententiā in se latam, scribit regi Franciæ epistolā quæ incipit, Etsi causæ nostræ, in qua contendit probare, sententiā de iure esse nullā, primò ex eo, quia etsi Ro. pontifex plenariam habeat in spiritualibus potestatem, vt peccatores quoslibet possit absoluerè & ligare, nusquam tamen legi dicit, vt Papa diuina vel humana lege concedente, possit transferre pro libito imperium, aut de regibus & principibus in regnorum priuatione temporaliter iudicare. Deinde dicit, papam processisse contra se non per accusationis ordinem, cum nec accusator apparuerit, nec inscriptio præcesserit, nec per denunciationem legitimo denunciatore cessante, nec per inquisitionis modum, quoniam clamorosa insinuatio nõ præcessit: negat etiam crimina inserta fuisse notoria, vt Papa scribit: testes contra se productos, asserit iniquos. Capuensem enim episcopum reprobat, cuius fratrem ex proditoris crimine cõdemnauerit ad suspendiū: reliquos testes Hispanos, de negocijs Italiæ minimè instructos. Et dato quod testes fuissent legitimi, tamen ipse nec præsens fuit, nec cõtumaciter absens: cùm (vt audiatur) in prædicatione citatus fuerit, vt per se vel responsales idoneos compareret, contumaciam suā magister etiam Thadeus de Sueffa, cum mādato sufficienti comparens excusauerit. Subiungit, & dato quod fuerit contumax, tamen non est legitima contumaciæ pœna, quod delatus aut accusatus, contumax iudicio nullo discussio per diffinitiuam sententiā debeat declarari depositus. causas verò in sententiā expressas, dicit tales, à quibus omnibus incorruptibilis veritas & publica monimenta eum defendant: censum verò neglectum fuisse per suos Officiales, quem etiam crediderit probè solutum. Nec fuerit requisitus à papa. Post discordiam verò censum eundem consignatum prælatorū & publicarum personarum sigillis, apud sacras ædes depositum. Refert etiam episcopum prædictum, magistrum quoque domus S. Mariæ Teutonicorum, & magistrū Petrum de Vineis, vltimò pro omnimoda pacis consummatione tractare missos, quos saltem per triduum ad multorum nobilium ac prælatorum instantiam præstolari noluerit pontifex summus. In fine dicit, liquere quā iuste dixerit

Lugdunen.
concilium.Friderico
imperium
abrogatur.Frid. episto.
la se expur.
gat.

xerit Papa eum de catholica fide suspectum, quam, teste summo iudice, in omnibus & singulis articulis secundum vniuersalis Ecclesiæ disciplinam credat firmiter, ac simpliciter confiteatur: hortatur postremò regem, vt sibi contra pontificem assistat, prout in eadem epistola inuenitur. Innocentius autem lata sententia, scripsit electoribus imperij, vt sine mora procederent ad electionem noui imperatoris. Et quia multi principes Alemanniæ opposuerunt se Friderico & filio eius Cunrado propter execrationem, in qua iam diu Fridericus durauerat, elegerunt Henricum Langranium Thuringiæ in regem Rom. qui in die S. Osualdi apud Francofurt Cunradum Friderici filium cum suo exercitu ignominiosè fugauit. Ite Henricus obsedit Mentlingen anno Domini 1247. quapropter ciues votum fecerunt B. Virgini pro liberatione, quia adstricti erant Friderico iureiurando. ipse enim oppidum muris cinxerat, moxque soluta est obsidio, atque ciues vt vouerant, capellam B. Mariæ sacram, vt hodie cernitur, ædificauere. Idem Henricus Vlmam quoque obsedit, vbi sagitta in incertum missa vulneratus, dysenteria postea moritur. Mortuo Henrico, Guilielmus comes Hollandiæ eligitur. hic Guilielmus apud Francofurt exercitum habens, concessit Vldarico comiti in Wirtemberg aduocatiā monasterij Densendorff, de quo habentur literæ sigillatæ apud eosdem principes. Ite Guilielmus paulò post à Frisonibus, quibus mouit bellum, occisus est. Et quia vterque illorum benedictione caruit, non numerantur in Cæsarem catalogo. Innocentius verò antequam deponeret Fridericum, pramonuit consanguineos suos, vt Parma dimissa, Placentiam migrarent. quod & fecerunt. verum Fridericus vt intellexit se depositum sententia pontificis, mox domos consanguineorum Pont. Parmæ & villas in rure funditus euertit. ac paulò post, duce Burgundiæ, vt creditum est, in pontificis oppressionem pollicente, suafus, Lugdunum accedere proposuit, mouitque à Parma comitatum non armatorum magis quàm togatorum, qualem nullus duxerat imperator. Lombardiæ autem & Italiæ administrationem Entio filio regi Sardinia commisit, iniungens vt Parmam non exiret. Iam autem Taurinum venerat Fridericus, accepitque quod Entius filius suafione Cremonensium in Brixianos duxerat, & quod per eius absentiam Parmenses exules, ope Placentinorum superatis prælio conciuibus suis apud * Tarum fluum, vrbe inuaserant, occisis multis Friderici studiosis, in patriam sunt reducti. Fridericus his aduersis permotus, simul timens ne fortè alij Italiæ populi exemplo simili rebellarent, mox redijt. vocatoque Ecelino ex marchia Taruina, copijs ex Apulia Siciliaque accersitis, cum 60. millibus armatorum Parmam obsedit, in qua magna ciuitatum cum legato Apostolico auxilia conuenerant. Statuit tum Fridericus urbem delere, & aliam in loco castrorum condere. iamque castra vallo fossaque munita, in modum ciuitatis ordinauit, Victoriamque vocauit, & nummos quosibi percussit, Victorinos à Victore martyre, cuius nomine Ecclesia cathedralis ædificari deberet, nominauit. Continuum est ferè biennio bellum atrox variumque, quo partes Guelfæ & Gibelinæ totius Italiæ se lacerabant. fuit autem vrbs Victoria vario gentium & rerum commercio frequentata, quod per singulos penè dies ex Aphrica, Mauritania, Asia, Aegypto noui homines, noua veste, nouis moribus sunt visi: animalia etiam vidit vrbs Victoria, quæ post theatrales Romæ ludos Italia non viderat, elephantes, dromedarios, pantheras, leones, pardos, lynces & vrsos albos, canes magnitudine horribiles, aues quoque rapaces, ac cicures. Fridericus quoque curauit præter vilitas aues adduci falcones, chiluones, astures, gryphes albos, & quod eam decuit maiestatem, immensæ magnitudinis barbaros, bubones perspicuos: contraxitque illò speciosissimas mulieres, fecitque ibi hortos & viridaria, vineas, confectiones cum villis. Continuans sic obsidionem Parmæ Fridericus, plures ex hostibus captos, maioribus balistis in urbem proiecit, crudelitate non solum in viros, sed etiam in foeminas vsus, multos ante portas lanari truncarique iussit. Tandem anno 2. obsidionis propè exacto, legatus Apostolicus Gregorius Montelongus dictus, & Philippus vicedominus Lombardorum præsidio præfectus, oblata, quam diu expectauerant, occasione sunt vsi. Sagittarij nanque Germani & Saraceni in magnum coacti numerum, ad Parmæ portas fossasque conglobati, id sunt adnixi, vt congregientes aut vulnerarent se mutuo, aut occiderent. Tum legatus præfectusque struatis in vrbe aciebus, maxima celeritate erumpunt, vt urbem Victoriam eximproviso aggrederentur. præ securitate enim obsidentium & debilitate obfessorum, milites ociose deambulabant, Friderici exemplo, qui tum per nemora lasciuiebat. fit incurfus, cla-

Hen. Lang.
Germ. rex.

Mentlingen

Guilielmus
Hollandus
eligitur.
Densendorff.Victoria vr.
bem Fride.
condidit.

mor ortus atque trepidatio. inermes se inculcantes, hostem aduentare furentem sanguinolentumque conspicati, dum arma arripere properant, portam reliquere hostibus indefensam. Nec mora, per omnes vias & vicos pugnari ceptum est truculentissimè, & crudelissima occisione facta, hostes vrbe Victoria cum omnibus opibus potiti sunt. nam & corona regia maximi precij, multaque vasa intercepta sunt aurea. Hoc audito Fridericus fugiens, in agrum Cremonensem se contulit, neque est ausus intrare urbem, cuius ciues magno numero apud Victoriam occisi fuere. ditatus tanta præda ecclesiasticorum exercitus, Victoriam urbem gloriose deuictam, solo æquavit. Reparauit breui exercitum Fridericus, & in Placentinos duxit. domito oppido & monasterio S. Columbæ destructo, relinquens filium Entium in Lombardia, transijt in Hetruriam. Forliuenses enim, Ariminenses & Vrbinates cum tota marchia sibi fauebant. Perusini, Assisij, Tudertini, pontificem sequebantur. præter Florentinos tota Hetruria Friderico parebat, qui accedens Florentiam, non est intromissus, sed postulanti concessum est, vt Guelphis eiecisset, rerum Gibelini in Florentia potirentur. abierunt in exilium Guelphi, pars manus incidit Friderici, à quibus aliqui capti & in Apuliâ relegati, aliqui necati aut excæcati sunt. Entius interim vicarius generalis patris in Lombardia, perrexit cum copijs Bononiam, vbi erat legatus cum gentibus ecclesiæ. Bononienfes contra eum manu armata exierunt, & viriliter decertantes, Entium ac suos debellarunt, multis occisis ac pluribus captis, inter quos ceperunt Entium, quem miserunt in caueam ferream, vbi post aliquot annos vitam finiuit. Hæc ferè fuerunt initia interituris Friderici rebus, posteaquam eius omnis virtus inter muliebres delicias luxu clanguit, velut Annibalis vim fregit Campanum ocium. Nam post Victoriam vrbe excidium cum experiretur Fridericus multa frustra, in Apuliam contendit, vbi breui siue morbo, siue veneno extinctus est. parum enim constat in tanta scriptorum diuersitate, quid vero propinquius. Necatum plerique nothi Manfredi, quem Tarentinum principem instituerat, insidijs afferunt. Mortuus verò est anno Domini 1250. quum præfuisset imperio annos vltra 30. aliquot. nam variè computari solent. Spem dedit bonæ Ecclesiæ à qua educatus est, nec fefellisset fortasse, si per intestina incommoda licuisset. Germaniæ regno præfectus Innocentij 3. autoritate, coronatus imperator ab Honorio 3. à quo rursus defecit, deinde receptus in gratiam, neque cum Gregorio 9. integrum statum seruauit, demum ab Innocentio quarto imperij iure priuatus. Quo in loco finierit vitam, non sanè constat. qui mores fuerint hominis, è gestis coniecturam capere licet. Vxores habuit, primam Aragonum regis filiam Mariam, è qua Henricum, cuius supra meminimus, suscepit. ex illa quoque genitum aiunt Cunradum regem Germaniæ, quantum velint multi ex Iole Hierosolymitani regis filia natum, quæ Iordanum filium peperit: tertiam Mechtildè Anglicam, nec sine sobole. Cæterum quid restamenti statuerit, quomodo remp. vel rem domesticam componi voluerit, non sanè liquet. oppida Neustingen & Eßlingen muris cinxit. Ante hoc anno Domini 1247. Innocentius legatos per Franciam & alias prouincias misit, qui populis suaderent militiam Christi suscipere, Ludouicumque regem Franciæ sequi, in Asiam trajicere properantem: impedire tamen hæc expeditionem non nihil visi sunt Tartari, qui agmine bipartito Europam & Asiam inuaserant, prout supra dictum est. Eodem quoque tempore Grossonij, aliàs Corasmini, gens Arabica, eorū deuota superstitione, Sultano Babylonis impellente, Templarios aggressi, eos fundit, ac Hierosolymam facillè capiunt mœnibus carentem. Christianos qui tunc in ea erant, trucidant: sepulcrum Christi ad ea intadam tempora reseruarum, maxima ignominia foedatum est. Hanc ob rem motus Innocentius, Ludouicum regem accelerare iter in Asiam hortatur. Præerat tum Franciæ regno diuus Ludouicus, Augusti Philippi nepos, qui ex voto & Innocentij Pont. monitis Syriæ bellum cogitans, circa annum Domini 1248. classem parat, in Aegyptum prospera nauigatione defertur. vbi cum in Damiatæ vrbe conspectum classis aduenisset, Aegyptij per ripas dispositi, nostros à continenti facillè repellebant. sed desiliantes è nauibus Franci, hostem Damiatam repetere coegerunt. Postis non longè ab vrbe castris, primores Damiatani igne per muri circuitum imposito, noctu auferunt. At nostri accepta illorum fuga, loco potiuntur, atque ignem restinguunt. Damiatam secundo à Christianis capta circa annum Domini 1249. à Saracenicis lue purgata est per legatum qui in expeditione aderat. Mansitque ibi rex Ludouicus cum toto exercitu per aestatem. non enim audebat vltra procedere propter fluuium Nilum,

Victoriæ vr-
bis excidium.

Entius captus.

Friderici 2.
interitus.

Vxores Fri-
derici.

Neustingen
& Eßlingen

Diuus Lud.
Franc. rex
Damiatam
recepit.

Jum, qui illo tempore inundari consueuerat. Quo anno & Alfonso Pictauiens. comes, frater Ludouici, cum alijs quibusdam in Aegyptum auxilia Francorum duxit. Transcursa æstate rex de consilio, præparato tam nauali, quam terrestri exercitu, 20. die Nouemb. contra hostes crucis Damiatam egressus est, atque non longè à villa Massera contra Agarenorum castrum se locauit, de belloque ibidem tractauit. fiebant interim leuia prælia quasi quotidie inter nostros & hostes. Quibus diebus Sultanus moritur, sed antè reuocauit filium ab Oriente, vt omni mora posthabita rediret in Aegyptum. moriens autem, curam totius exercitus commisit Faradino fideli ac strenuo viro. Rex igitur cum omnino configere cum hoste deliberasset, nõ patebat accessus propter brachium fluminis inuadabile. Cumque multis modis transitum tentasset exercitus, per quendam captiuum nostris capitaneis notificatum est, quod non longè erat fluuius vadabilis certo in loco. Igitur in die carnispriuij sequentes conductorem, instructi flumen transire coeperunt, & sine damno totus exercitus transijt. vbi nostri nunc cum hoste manus conferre poterant, versus castra eorum irrupit, omnia igne & ferro confumens, nec ætati nec sexui pepercerunt. Progredientes vltra, cum Saracenis occurrentibus conflictum ineunt, quibus in fugam versis, multi sunt occisi, & inter illos eorum capitaneus. Et cum de hostibus iam plenam se victoriam habere crederent, acies nostrorum se inconsultè diuidentes, vniuersam illam regionem lustrare coeperunt. quod Saraceni perpendentes, resumptis viribus, irruunt in nostros tanta instantia, vt penè in fugam verterentur. Resistebant tamen vt poterant, cum vndique ab hoste premerentur, & fieret strages horribilis, maximè nobillum & baronum, inter quos Arthesij comes regis frater ibidem (vt creditur) occisus est: durauit vsque ad horam nonam conflictus. Circa vesperam nostri vt poterant coeuntes, ac receptui signum dantes, se ad quendam locum renitentibus hostibus reducentes, castra locauerunt. Inuenerunt itaque se maxima recepisse damna, nihilominus cum se ad resistendum hostibus pararent, subito hostes fidei ex victoria animosiores effecti, tanto impetu nostrorum castra aggressi sunt, vt penè expugnarentur. tandem tamen nostri eruptione facta, eos repulerunt multis interfectis. Cum autem nostrorum ita extenuatus esset exercitus, & balistarum subsidium defecisset, erat quorundam consilium, quod antequam Sultani filius rediret, qui cum infinita multitudine aduentare ferebatur, Damiatam nostrorum reliquias remearent. sed Gallicana militia indignum ducens dare hostibus terga, vltra procedendum censebat. cumque super hoc disceptaretur, subito cum illa multitudine Sultani filius adest, qui audiens nostros superiore bello attenuatos, consilio suorum nostros aggredi statuit. nostrorum indies deterior fiebat conditio, pestis multos absumpsit: accedebat ad miseriarum cumulum tanta fames, quod homines inferiores manus non possent sustentare. his incommodis coacti sunt Damiatam repetere. Quinta autem die Aprilis cum essent in itinere redeundi, Sultanus immensis copijs nostros aggreditur, qui infirmitate, fame, lassitudine extenuati, minimè valentes resistere, omnes permittente Deo in manus hostium inciderunt, vt vix pauci euaderent qui non occiderentur, aut vinculis alligarentur. Sed & pius ille & illustris rex Francorum Ludouicus, cum duobus fratribus Carolo & Alfonso captus, in manus hostium deuenit. Postera die cum rex in carcere teneretur, & ab infidelibus satis humanè tractaretur, Sultanus illum de treugis requiri fecit, petens vt statim Damiatam redderet: quod si non fieret, tam eum quam suos omnes quos tenebat captiuos, gladio interficeret. ad vltimum inter eos pactis conclusum est, vt rex Damiatam Sultano restitueret cum omnibus rebus ibi inuentis, insuper & octo millia Byzantium Saraceni pro damnis & impensis, quas Sultanus fecerat: ipse verò Sultanus pro parte sua, deberet regem cum omnibus Christianis quos ceperant Saraceni à tempore quo exercitus Christianorum intrauerat Aegyptum, relaxare. Insuper & omnes alios captiuos à tempore quo imperator Fridericus cum illis fecerat treugam. Ad seruandum igitur ea hincinde præstitis iuramentis, quum Sultanus cum suis iam ad recipiendam urbem Damiatam veniret, idem Sultanus coniurantibus contra eum suis, in via occisus est, atque cum eo multitudo magna suorum qui illum defendere parabant. Interfecto Sultano, hi qui in ea coniuratione principales fuerunt, armati ad regis tentorium venerunt, petentes vt iuxta pacta quæ cum Sultano firmauerat, sine mora Damiatam redderet. Rex igitur cum de Damiatam retinenda omnino desperaret, Damiatam restituta. habito suorum consilio, pacta firmavit. itaque statuta die ciuitatem receperunt, qua

Ludouici in
Aegypto
succellus.

Ludo. rex
capitur.

Damiatam
Admirato
restituata.

recepta, statim regem fratresque eius ac omnes barones regni Francia & Cypriae Ierusalem liberauerunt, captiui autem postea non omnes perfidia Saracenum relaxati sunt. Rex autem Francorum postea non omnes treugas cum Saracenis, dum speraret Christianos in ciuitatibus quas adhuc tenebant, securos fore, de reditu in Occidentem ordinare cepit. sed maior pars militiae Templi & Hospitalis & barones afferebant, post recessum eius Saracenos pacta non seruatuos, cum in eius praesentia periuri, iuxta pacta captiuos nondum liberassent. afferebant quoque Sultanum Alapiae contra Aegyptum bella meditari. Quibus auditis, rex contra suorum consilium deliberauit retardare reditum, sed germanos Carolum & Alfonsum remisit in Franciam ad custodiam regni anno Domini 1250. Remansit rex in Syria, nec quidem ociose. nam munitiones & castra multa in Syria restaurauit atque firmavit, ibi etiam plurima pietatis opera exercuit. demum audita morte matris suae, de consilio suorum in Franciam redire disposuit: & dum esset in mari, tertia nocte nauis regem deferens, ad eum collisa, quod a nautis & alijs submergenda crederetur: surgentes ergo sacerdotes & alij, inuenerunt regem coram corpore Christi orantem: factaque est fama, regis merito naufragos seruatos esse. Interea quaedam iuuenum Germanorum & Gallorum manus, quod audisset Franciam regem Ludouicum captum, terram sanctam perere statuit. hi se Pastorellos vocabant. Sed dum per Parisios, Aurelianos & Bituriges eade, furto, stupris sequiunt, a Biturigibus perempti sunt. Reuersus autem Ludouicus rex de Syria, cum magno gaudio est receptus, & ex tunc feruentius proficiens de virtute in virtutem, ad omnimodam vitae perfectionem peruenit. & cum ab infantia secum creuerit miseratio, ex tunc euidentius super afflictos pauperes pia gestans viscera, necessitatibus eorum succurrit. Tunc enim cepit fundare hospitalia domos pauperum, religiosorum aedificare monasteria, & in diuersis regni partibus indigentibus pecuniam erogare, multos conuentus Praedicatorum & Minorum fundauit ex toto. ANNO Domini 1250. Cunradus legitimus Friderici filius, ex Iole Iohannis Hierosolymitani regis filia (vt volunt nonnulli) procreatus, audita morte patris, subito contractis copijs ex imperio, erat enim rex Rom. viuentis patre designatus, cum magno apparatu tendit in Siciliam & Apuliam. Manfredus autem bastardus Friderici, interim se fecerat vicarium generalem regni fratris loco, & omnes ciuitates eius possidebat, exceptis Neapoli & Capua rebellantibus. Ecclesiae enim adhaesit se feruntur. Cunradus autem per mare vt tutius iret, per marchiam Taruifinam adiuuus a Venetis, transiit in regnum. At Manfredus quauis consistaretur de aduentu fratris, inhiabat enim ad regnum, tamen animi dolorem dissimulabat, & fratrem cum magno gaudio suscipiebat. Cunradus mox Neapolitanos laesae maiestatis crimine postulatos, ad satisfactionem deditionemque facendam interpellauit. Et cum nihil proficeret, furens ciuitatem obsedit, quam 8. mense ad deditionem compulit, muro penè in circuitu euerso immunitam reddens: meliores quoque urbis aedes quaeque euertit. inde in Capuam conuersus, quae Neapolitanis consenserat, eam quoque muro diruto diripi fecit, pariter & Aquinum nobile oppidum vi captum, spoliatumque, incendit, & tandem secundo quam aduenerat anno, omni potitus est Trinacria & Siciliae regno. Et vt scribit Anto. non solum laicos, sed & religiosos exterminans non sibi fauentes in malo, ecclesias destruens, episcopatus & alias dignitates ad libitum concedens. ANNO Domini 1251. Innocentius Papa post depositionem Friderici, Guilielmo Lantgrauio Thuringiae in regem Germanorum, vt principibus mandauerat, electo, Hugonem tituli S. Sabinae cardinalem presbyterum ad principes regni Germanici legatum cum literis misit, mandans vt abiurato Cunrado Friderici filio, Guilielmu regem legitime electum sequerentur. Vnde permotus ira Cunradus, Papae fautores cum Guilielmo electo rege, crudeli vastatione persequitur. quare in Sicilia & Apulia rebus (vt potuit) compositis, papa Innocentio in Gallijs adhuc existente, cum exercitu in Germaniam reuertitur, atque in Bauariam diuertens, ad Henricum ducem, cuius sororem duxerat uxorem, eius auxilium postulaturus, accessit: qui pariter contractis tumultuarijs copijs, omnia penè quae episcopij Ratisponensis dominio suberant, igne ferroque deuastant. Deinde ciuitatem ipsam ingressi, Henricus dux monasterium S. Emerami, Cunradus autem Ecclesiam cathedralem in diuersorium commutauit. sicque ambae turpiter violantur Ecclesiae, solaque innocentia pro crimine reputata vexabatur. Conueniuntur deinde monachi monasterij S. Emerami super bonis cuiusdam Iudaei baptizati, quae nec habebant, nec receperant,

Pastorelli.

Cunradus
4. Imp. 99.Guilielmus
Imp.

perant, atque ad restitutionem impossibilem urgebantur. Verum cum dare postulata minime possent, dux Henricus extortis monasterij clauibus, omnem domus & ecclesiae suppellectilem rapuit ac deportari fecit. Igitur quarto Kalen. Ianuarij in tempesta noctis silentio, nobilis quidam de Hohenfels, episcopi Ratisponensis ministerialis, tanti contra Deum & loca sancta facti iniurij vicem dolens, ac veluti alter Phinees blasphemiam in Deum, in sanctos & Deo deditos homines, vlcersi cupiens, Cunradum regem impium, immo ecclesiae hostem atque tyrannum, occulte statuit interficere. Quod fidelis quidam, Fridericus nomine de Emeßheim, regi nimium familiaris & fidelis, dum intellexerat, praecurrens, vt rex mox se absconderet, suavit: ipse autem sese ad lectum ubi rex dormire consueuerat, ponens, a nobili praedicto cum alijs ferme sex regis familiaribus occisus, turpissima morte extinctus est, atque rex mortis periculum euadens, crastina luce populo vniuerso viuus ac cum gaudio deuotissime veneratus a ciuibus, ne ipsis tanti criminis insidiosa proditio impingeretur, humiliter regem exorarunt. Verum tanti in se commissi sceleris vindictam vlturus, monasterium S. Emerami rursus cum duce Henrico ingreditur, ac plura inibi aedificia subuertens, funditus demolitur. Vnde monachi obligatis bibliothecae preciosissimis libris, tyrannidem redimere coacti, altare quoddam portatile aureum, pondo marcarum septem & sexaginta, quod a tempore Henrici 4. extructum, vsque ad ea tempora durauerat, distrahere compulsi sunt. Quod cum Guilielmus rex rescisset, contractis vndique copijs, valida manu Ratisponam contendit, atque in Cunradum mouere proposuit. Verum Cunradus auditis eiusmodi rumoribus, fuga saluti consulens, in Apuliam est reuersus. Henricus vero Bauariae dux, quoniam cooperatore malorum extiterat, non ita diu post, iuxta mortis poenas luit. ANNO Domini 1252. Cunradus dimissa Germania, vnde iam pridem per Guilielmu regem fuerat expulsus, in Apuliam se denovo recepit, ubi post latam in se excommunicationis sententiam, cum plurima, tum in Rom. pontificem Innocentium, tum S. Petri addictum patrimonium bella caedesque exercuisset, superatis Neapoli & Capua, tum corporis valetudine aliquantulum laborare coepit. Nam Manfredus ambitione ductus regnandi, adauxit infirmitatem, medicis magna & multa promittens, vt in clystere venenum ponerent, ex qua re ille de medio sublatu est, execratus & impenitens. haec Anton. Quod non vero simile videtur, cum testamentum fecerit, in quo haeredem instituit Cunradinum. Quis igitur crederet tum in extremis positum, suae salutis immemorem fuisse? ad haec sepultus in Fungia ciuitate Apuliae, vt catholicus princeps, extitit in ecclesia. Nam Blondus scribit, quod Cunradus testamento Cunradinum instituit regnorum haeredem, datis illi ex Germania tutoribus, quibus regni Siciliae in primo administratio demandata esset, cui Platina & alij quoque assentire videntur. Quod autem fertur Cunradus in testamento Cunradinum nepotem suum, filium scilicet fratris Henrici ex Constantia, regis Castellae sorore natum, haeredem instituisse, error est, salua pace. fuit enim Cunradinus Cunradi filius ex filia ducis Bauariae genitus, de quo extat epistola Cunradini, & incipit, Ex abundantia cordis, in qua sic scribit: Cum autem magnificus rex Cunradus diuae memoriae charissimus pater noster, testamento soleniter condito, nos tenellum tempore mortis suae in manibus sanctae matris Ecclesiae ac tutela reliquisset &c. Et in alia epistola Alexandri quarti, quae incipit, Ad certitudinem, in qua prohibet, ne praestetur subsidium Cunradino Cunradi filio. vnde liquidò claret, Cunradum sine testamento nequaquam decessisse. Innocentius vero ea Cunradi morte audita, nono tandem anno quam in Gallias venit, in Italiam redire statuit. delatus Genuensiu classe in Italiam, Romam ideo non accessit, quia requisitos nuncios & literas Romanos, vt attributam senatoribus quos tunc annuus creabant binos, potestatem quasi regiam, aut abrogarent, aut se praesente moderatiorem curarent facere, sed euincere nequiebat, recta concessit via Perusiam. & quia Manfredum principem Tarentinum audiuit ad regni Siciliae tyrannidem adspirare, copias apud Perusiam contraxit, & deinde parato exercitu, regnum Apuliae intrauit, ad primamque sibi & Ro. ecclesiae deditam Neapolim urbem, muro instaurato, eo itinere substitit, quem omnes ferme principes, in quibus etiam Manfredus fuit, & populorum oratores salutatum reueritumque Neapolim adierunt. Sed Antoninus refert, quod Manfredus callidus & perfidus, attendens quod Cunradus frater suum filium sub custodia matris haeredem regni reliquerat moriens, curam autem tuendi regni consanguineis vxoris, quos e Germania adduxerat, legauerat, quousque adoleceret Cunradinus, horum in manibus po-

Guilielmus
Cunradum
fugat.Cunradi
mors & re-
stantum.Manfredus
Salernitanus
primus
ceps.

restatam summā in regno posuerat: intelligens hæc omnia contra se Manfredus pro-
uisa, confestim conuertit ingeniu suum ad dolos. Nam quia Rom. pontifex Innocen-
tius 4. persecutione Friderici & postea Cunradi exagitatus, excōmunicauerat eos ac
etiam Manfredū eorum sequacem, ei reconciliatus est post mortē Cunradi ipse Man-
fredus, partesque Apostolicæ Sedis præferēs, adeo gratam operā impendit, vt in prin-
cipatu Salernitano à patre collato confirmaretur, & alijs titulis dignitatum augetur.
Vnde pontifex Manfredi fauore subleuatus, fines regni intrauit, & in breui deiectis
Cunradini tutoribus, cuncta in suam potestatem accepit. Cæterum non multo post
Manfredus obortis aduersus pontificem discordijs, manifestè ab eo dissentiens, Nu-
ceriæ copias parare ac bellum contra Ecclesiam mouere constituit: neque pontifex
ipse segniùs militem contrà habere, & conatum omnem adhibere satagebat. sed in-
ter hunc belli apparatus in Neapoli moritur, & in Ecclesia S. Laurētij sepelitur, dum
breui se toto regno potiturum arbitratur. Ipsi Innocentij decretum fuit, vt octa-
ua natiuitatis Mariæ in Ecclesia Dei quorannis celebraretur. idem cardinalium sedes
iam pridem vacuas repleuit, statuitque vt cardinales equo vecti, galero rubeo vteren-
tur honestandi ordinis causa. Apparatus quoque decretalium ipse composuit, scripsit
Apologeticum de potestate imperatoris & papæ contra Petrum de Vineis: multa
quoque pro liberatione terræ sanctæ statuit, vt post *Agnus Dei* diceretur psalmus, *De-
us venerunt gentes.* Sed Innocentio vita functo, Manfredus ad ingenium rediens, vi-
res factionum suarū reparauit, adiutus præcipua * Guibelinorum, qui reliqui erant,
opera. Et sunt qui scribunt petisse eum veneno Cunradinum filium Cunradi, nepo-
tem suū, quo perempto, dominatum Siculum occuparet, sed frustratum esse primo
conatu. Interea cum (vt aliquorum est sententia) vacasset aliquanto tempore sedes,
anno Domini 1254. Alexander 4. natione Campanus seu Hernicus, patria Anagninus,
in locum Innocentij successus est. sedit annos 7. Hic Alexander Manfredum statim ad-
monet, ne quidquam contra dignitatem Ecclesiæ moliat. sed ille monita contem-
nens, iam pridem animos regios gerens, mortuo (vt ipse fingebat) Cunradino, cuius
se hæredem meritò dicebat, mox eum Alexander excommunicauit, hostemque iu-
dicatū bello adortus est. Manfredus accersitis multis Saracenis, ipsius pontificis co-
pias suas partim occidit, & partim cepit, & spolia obtinuit. & cum ex hoc multas
pecunias congregasset, multos ex Africa Saracenos conducens, ac etiam Florentiæ
& aliarum Lombardarū vrbiū extorres ad se euocans, maximū conflauit exercitum.
Quo fretus, iteratò Alexandrum Papam obsistentē cum ignominia repulit. Hoc ego
arbitror factū contra Papæ legatum. nam vt alij scribunt, Alexander diffusus regni ne-
gocijs, Anagninam se cum omni curia recepit, Octauianumq; Vbalдина gente ortum,
ecclesiæ Ro. cardinalem, Neapolim mittit, qui Neapolitanos contra Manfredum in fi-
de confirmaret, pollicitus se breui Campanis omnibus ac Neapolitanis auxiliū allat-
urum. Sed Manfredus non contentus Neapolitanos vexare, in Hetruria quoque fa-
ctiones mouet, maximè verò Florentiæ, quæ mortuo Friderico, statim in libertatem
se vindicauit. Missus autem aduersus Manfredū Octauianus legatus cum præualidis
copijs, vsque adeo bello inferior fuit, vt magnam de se apud multos suspicionem re-
linqueret, ne studio partium, quo ex genere inficiebatur, erat enim Vbalдина gentis
quæ imperio fauebat, Manfredo faueret. denique sub hoc, siue sponte sua cedente,
siue per vim pulso, plerasque regni partes occupauit Manfredus. Porēs de hoc factus,
regio amictus paludamento, regē se appellari ac coronari curauit. legatū enim Apo-
stolicū magnis cladibus attritum, in Neapoli clausit, & * Gibelinos in Hetruria erigere
curauit. Nam Florentinos pauco post tēpore tanta clade superauit, vt relinquere vr-
bem hosti sint coacti. Non minùs interea Ecelinus Manfredi partiū, in Trāspadanis
exercet tyrannidem: & cum Alexander ecclesiæ studiosis opem ferre statueret, Venet-
os habens ad id cupientissimos, creatus est Philippus Fontanen. Ferrariensī familia,
Rauennas archiepiscopus & sedis apost. legatus. hic Venetias venit, & Crucē aduersus
Ecelinū prædicans, signatis vitæ æternæ præmia repromisit. premebat tum Ecelinus
Mantuam, habens in exercitu præter Germanos milites & multarū vrbiū auxilia, xij.
millia Paduanos, quos non solū militum, sed & obsidum loco duxerat. Soluit post-
ea obsidionem Ecelinus, ac Veronam venit, ibique Paduam perditam cum intellexis-
set, Paduanos omnes xij. millia diuersis cruciatibus interfecit. ANNO Domini
1256. rex Guilielmus conuentū principum ad octauū Kalen. Iulij Colonia fieri mādāt,
in quo in Italiā pro nanciscenda imperij corona proficisci proponit, vtq; principes ad
Qua-

Innocentij
decreta.

Alexander
4. papa.

Quadragesimæ instantis dies Augustæ occurrant, indicit. Verum dum hæc Colonia
apud comitia tractantur, Frisones gens admodum leuis & inquieta, Cunradi (quod
creditur) factione in diaboli malum & regni Teutonici diuisionem, eruptione facta,
Hollandiam igne ferroque deuasant. Quod rex Guilielmus audiens, veritus ne ma-
iora propter sui absentiam attentaret, coadunato suorum valido exercitu, vicesima-
octaua die mensis Decembris in Frisones mouit. Et cum Frisonum terra sit admodū
paludinosā, ob idque non satis tutus accessus comitantibus, rex ipse dum exercitum
præcedere, & vbi ad hostes commodè intrare posset, præcogitat, caballus cui in sede-
bit, cespitans, in paludem glacie coopertam præceps prolabitur, ira vt nec progredi
nec regredi fuerit possibile. Dum autem hincinde cum equo paludi immerfus volu-
raretur, Frisones, qui ad explorandum hostium aduentum, in arundineto proximè la-
titabant, quempiam ex militibus fore existimantes, occurrunt, atque regem luto hæ-
rentem, nec vltra nec citrà progredi valentem, interficiunt, anno ætatis suæ septimo
& vicesimo, regni autem septimo, comitatus Hollandiæ xxj. Verum exercitus re-
gis aduētum expectans, dum post vnum alterumque diem minimè comparuisset, in-
ter se diuisus, subito disparuit: quoniam quid de rege factum esset, ignorauit. Tertiā
deinde luce regem à Frisonibus interfectum rumor increbuit, vnde sui, annimis non
parum consternatis, dum ad locum interfectionis peruenissent, hunc in cuiusdā ab-
iecti hominis domuncula sepultum inueniunt, cuius quidem cadauer exhumantes,
ad *Mittlenburg* transferunt, & in quodā monasterio honorificè tumulatum collocant.
Post cuius quidem mortem Florentius filius eius adhuc infans, Hollandiæ comes hæ-
reditario iure declaratus est, qui paternum comitatum annis ferme quadraginta, nō
sine Frisonum sanguine, satis strenuè administrauit. Nam plurima cum Frisonibus
bella gerens, paternam vltus cædem, plurimos occidit, reliquos in fugam vertit, igne
villas, agros & oppida deuastādo. Præterea anno Domini 1257. principes in Aleman-
nia, monente Ro. Pont. post obitum Guilielmi regis Germanorū, in duo se diuiden-
tes, alij Alphonsum Castellæ regem, alij Richardum Cornubiæ comitem, regis Ang-
liæ fratrem, ad imperium elegerunt. Siquidem feruntur archiepiscopus Coloniens.
& Treueren. Palatinus quoque Rheni, & dux Saxonix muneribus corrupti, Richar-
dum elegerunt, qui venit Basileam vsque auxilio prædictorum. Ex aduerso verò reliqui
electores elegerunt Alphonsum regem Castellæ, etiam non sine munere: & factum
est ichisma, quod durauit vsque ad annum Domini 1273. quo quidem anno ad man-
datum Gregorij decimi, principes curiæ obmissis his duobus, tertium elegerunt, Ru-
dolphum comitem de *Habsburg*, vt in sequentibus dicitur. Ecelinus autē & Ober-
tus magnis copijs Gibelinorum partes eleuabant: Obertus Cremam recepit. Lega-
tus autem Apostolicus copias Brixianas secum ducens, ad Gambaram se recepit, quo
in loco ab Ecelino & Oberto eximproviso inuasus, prostratusque ita, vt paucissimi fu-
ga saluari potuerint. captus est legatus cum episcopo Brixiano & omnibus precipuis
Guelpharum partium ciuibus, quos Ecelinus ad portam Brixensem ducens, mox vr-
be potitus est, ac omnibus veniam dedit. Obertus cum parte prædæ & captiuis Man-
tuanis Cremoni se contulit anno 1259. Isto ferè tempore aut paulò antè, Othocar-
us rex Bohemiæ Austriam occupat. Cum enim Fridericus dux Austriæ bello à rege
Hungariæ cæsus, decessisset sine virili hærede anno Domini 1246. eo tunc intromisit se
ducatui Vladislaus marchio Morauix, eo quod vxorē haberet de domo Austriæ. Sed
hoc breui defuncto, immiscuit se Hermannus marchio Baden, qui habuit vxorem de
eadem domo Agnetem filiam Henrici ducis quondam, ex qua suscepit filiam & filiū
nomine Fridericum. Sed is impeditus fuit, supererat autem soror Friderici vltimi du-
cis, relicta Hærici ducis Sueuiæ filij Friderici 2. Et quia Othocarus filius regis Bohemiæ,
tunc à quibusdam Australibus vocatus fuit ad ducatum, vt eum faciliùs retinere pos-
set iam vsurpatum, duxit in matrimonium Margaritam relicta prædicti Henrici quon-
dam regis Ro. & auxilio patris sui ac quorundā nobilium de Austria, terram sibi totā
subiugauit, factusque est dux anno 1254. Verum Othocarus Margaritā vituperabiliter
repudiavit, & aliā superinduxit, neptē Belæ regis Hungariæ. ANNO Domini 1253.
Otho dux Bauariæ, quadam nocte iucundior solito, meroq; ingurgitatus, miserabiliter
suffocatus est, duos filios Ludouicum & Henricum derelinquens. Eodem tempore
Ludouicus Bauariæ dux vxorē suam, filiā ducis Brabantix, malitiosè infamatam, nō
tamen conuictā, truculenter cum nonnullis criminis (vt putabat) conscijs interfecit
in Vuerda. In hac quoque generatione cōtra pluralitatē Beneficiorū facta est solēnis
dispu-

Guilielmus
Hollandiæ re-
gis cades.

Dissident
electores.

Interregni.

Othocarus
Bohemus
Austriam
occupat.

Otho Bavi-
arus suffoca-
tus.

Disputatio
de plurali-
tate benefi-
ciorum.

Albertus
Magnus de
Loingen.

B. Thomas

Kungspurg
castrum.

disputatio Parisijs anno Domini 1238. in qua determinatum penè ab omnibus fuit, quòd nemo sine periculo peccati mortalis tenere potest duo Beneficia, quorū alterum sufficit ad sustentationē suam. Dicunt quidam, Sanctū Doctorem dixisse, quòd medietas ministrorum Dei, est quasi refecata per hoc genus auaritiæ. ANNO 1254. Alexander Papa damnauit duos libellos, vnum contra paupertatem, à quodam Guilielmo de S. Amore, magnæ scientiæ & opinionis viro, ab alijsque nonnullis Doctoribus editum. Cùm igitur ab Alexandro peteretur reprobatio status Fratrum Mendicantium, tanquam non valentium saluari in eodem statu, vocati sunt prælati & magistri Ordinum Mendicantium. Et responderunt, præcipuè B. Thomas & Magnus Albertus, qui ad nihilum redigebant friuolas aduersariorum rationes. Alexander igitur papa comperta veritate, exaltauit dictos ordines, & magistrū Guilielmū deposuit ab omni dignitate. Tum Magnus Albertus philosophus & theologus insignis habebatur in precio Parisijs legendo: & beatus Thomas qui fuit discipulus eius, cœpit haberi celebris. Combussit etiam idem Alexāder libellum pestiferum, asserentem quòd Euangelium Christi & doctrina noui Testamenti, neminem ad perfectum adduxit, & euacuandum esse Euangelium anno M. CC. LX. Extunc deberet incipere Euāgelium æternum & lex Spiritus. Quæ doctrina ex libris Abbatis Ioachim, vt inuidi canes larrant, vel potiùs Almarici cuiusdam, de quo supra generatione quadragesima circa finem, sumpta dicebatur: vbi & de euacuatione Sacramentorum eodem tempore, scribebatur, quæ omnia etiam experientia temporis exufflauit. In hac generatione Speculum Historiale à Vincētio Gallo scribitur. Item Alexāder de Villa Dei, Ordinis sancti Benedicti, Doctrinale suū grammaticū conscripsit. Item Martinus Martinianam Chronicam compilauit. Item Alexāder de Hales irrefragabilis Doctor vixit. Item Bernardus Compostellanus sacerdos eruditissimus, Innocentij Pontificis Capellanus, tū in precio fuit. In hac generatione sub Prouinciali magistro Henrico de Wyden, Cunradus Lantgranius de Thuringen, Ordinem Teutonicorum ingressus est, vir per omnia catholicus. ferturque in eius benedictione Spiritus sanctus in igne super caput eius apparuisse, ex quo tantam consequutus est gratiam, quòd peccata hominum mortalia occulta cognouit. ANNO postea 1254. Othocarus rex Bohemiæ, Otho marchio Brandenburgensis, dux Austriæ, marchio Morauia, cum multis Principibus, nonnullas regiones Prussie ita debilitarunt, quòd promiserunt obedientiam Ordini, & Christianos se futuros, tradentes obsides. Othocari consilio & auxilio post hoc, castrum Kungspurg extitit ædificatū, & pro gloria regis, Mons regalis appellatum.

GENERATIO XLIII.

ANNO Domini 1260. Alexandro 4. præsidente, anno eius sexto, Alphonso atq; Richardo regibus in discordia electis, de imperio contendentibus, incepit quadragesimatertia generatio. Quo tempore Florentini in potestatem Manfredi venerunt, vt dictum est. Ad res autem imperij dimissas ocyùs reuertentes, historiam prosequemur. Igitur Cunradini Oratores mittebantur ad Alexandrum, & cùm iam conuentio quædam inita esset aduersus Manfredum, Lucenses exulesque Florentini miserunt Oratores ad Cunradinum Simonem Donatum & Bonacursium Adunarem equites, qui cùm venissent ad Alemaniam, vidētes adhuc eum in puerili ætate, & nondum ad talia aptum, reuersi sunt ingenti spe, sed rebus vacui. Cùm hæc agitabantur, Manfredus Ecelinum ad perfequendam victoriā est hortatus. Fuerunt tum Mediolani qui Ecelinum inuitabant. Hi nanque missis Ecclesiæ nuncijs, & Primorum filijs in obsides datis, Mediolanum Ecelino, si properè duceret, prodere spondēderunt. Etiam Ecelinus Vrceios obsidione premebat. Relicta itaque obsidione, cum quinque millibus equitum ad pontem Cassianum peruenit: cumque nullū ibi reperisset, qui se vocaret Mediolanum, in Modocciæ suburbia est delatus. Tum Martinus Turrianus apud Soncinum exercitum habebat Mediolanensium, Azoni Estensi & Cremonensibus coniunctum: qui certior factus de transitu Ecelini & de prodicione Valuasorum, cum omnibus copijs ad pontem Cassianum peruenit, copiasque Mediolanum duxit. Estensis verò Pelamanus & Bonifacientes duces, Ecelini vestigia secuti, ad pontem Cassianum substiterunt. Ecelinus autem omnem Insubriam vastans, Tricium duxit: cuius oppidi suburbia vi capta diripuit ac incendit. & cùm arcis custodes iaculis resisterent, vicum accessit, mercatum populo frequentissimum, nulli molestus qui annonam

Valuasores
primores
partiu Fri-
derici II.

annonam equitatu præberet. sed cùm videret se interclusum, aperiendum iter vi cogitauit. Et ad pontem Cassianum pergens, prælio cōgressus est. Vbi dum pugnantem vrgeret, sagitta in incertum missa, & in crus eius infimum fixa, saucius homo octogenarius, lassari cœpit: & tamen timore vires addente, ommissa pontis pugna, paulò superius amnem vado traiecit: commissoque leui prælio, captus est, Soncinumque perductus interijt. Hic finis tyranno fuit, qui 34. annis Tridentum, Feltrum, Ciuitadū, Taruissium, Paduam, Vincenciam, Veronam, & demum Brixiam oppressas tenuit: fraterque Ecelini Albericus, cum vxore ac liberis in manus hostium traditus, crudelissimè excarnificatus est, Apostolico legato, qui hunc à Taruissio pulsum persequutus fuerat, mandante. Igitur Alexander Pont. sublati tyrānis, atque tanto extincto per Italiam bello, ad res Asiaticas animum adiecit. Nam dum hæc aguntur in Italia, Ptolemaida Tyrusque vrbes admodum ditatæ erant. Siquidem Genue. Veneti quoque ac Pisani, per annos 64. Ptolemaidem & Tyrum vrbes ditissimas possederant, ibique omnes Orientis & Occidentis contraxerant mercaturas. Enimvero hi tres populi communi decreto inter se, in Ptolemaida areas, vicos, prætoria & cætera quæque, templis exceptis, diuiserunt, ne iurgia orirentur inter eos. Verum anno 1260. ex modica re paulò antè seminata, maxima inter ipsos orta est contentio, & hoc propter monasterium S. Sabæ, quod vtraque pars sibi vindicare quærebat. sed Genueses quidem beneuolentia vrbis præfecti, exclusis Venetis, monasterium capientes, & in arcem munientes, sibi retinuerunt: quæ res duos populos præpotentes & beneuolos alienauit. Erat tunc Philippus Gallus in vrbe præfectus, qui nec eos committere curauit, sed Venetos Ptolemaida abire præcepit. Veneti autè Tyrum se conferentes, Pisanos ad se tractos, spreto foedere, contra Genue. iritarunt. Et cum Manfredo Siciliæ rege aduersus Genue. foedus inierunt, quibus præsidij freti Veneti, contra Genueses arma sumpserunt, & maximam eorum classem in Ptolemaidæ portu incenderunt, vna cum monasterio, & euerterunt. Quæ calamitate Genueses iritati magis quàm perterriti, comparata denuo classe, apud Tyrum Venetis occurrunt, vbi auctis vtrinque copijs, Veneti iunctis sibi Pisani, eo loci Genueses ingenti clade superarunt, & captis eorum quinque & viginti nauibus atque submersis, Tyrum & Ptolemaidam redeunt, omnia Genuesium ædificia diruunt, indeque Genuesium ciuibus eiectis, eorum bona diripiunt: quam sanè cladem Alexander conatus fuerat præuenire, legatis vtriusque populi ad se vocatis, & ferè iam compositis. Interea dum pontifex componendæ pacis capitula tractaret, accepit repentinam illam Genuesium cladem: quam fertur adeo molestè tulisse, vt non priusmittere legatos Venetorum voluerit, quàm captiuos Genuesium incolumes dimitterent. Et ne vni tantum incommodo pontifici mederi necesse esset, statim Genueses, cum Palæologo Græco foedere inito, Constantinopolim & Cretam & alia Græciæ loca Venetis abstulere. Erant ea tempestate apud Constantinopolim res pessimo loco, adeò vt Balduinum imperatorem cæterosque Latini nominis in Romania agentes, retinendi ea quæ erant reliqua, desperatio inuasisset. Moritur tum Bataza Theodorus Græcorum imperator, duobus relictis filijs, quibus Michael Palæologum affinem testamento tutorem dedit, qui multa in Latinos aggressus est. Primò Guilielmo Francigenæ Achaiam & proximas Græciæ vrbes obtinenti, prælio congressus, eum superauit, captiuumque Adrianopolim perduxit. inde cum exercitu in mare Ponticū venit. Balduinus verò imperator copias quas habuit, nauibus imposuit, & ad defensionem ipsius oræ Ponticæ misit. Interim qui erant Constantinopoli, vetusta origine Græci, odientes Latinos, vt eorum mos semper fuit, eos inde eicere constituerunt: & cōiuratione inita cum Palæologo, vt ciuitatem recipere curaret, nocte concubia vrbs porta à coniuratis refracta, Palæologum admiserunt. Balduinus imperator hoc videns, & Pantaleon Iustinianus patriarcha, rapta supellectili, nauigio celeriter cum suis omnibus ad Europam profugiverunt. Potitus vrbe Palæologus, ad imperium adspirans, impietatis suæ fundamenta iacere studuit, quia pueros Theodori fidei suæ commissos interfecit, imperiumque interfectis pueris assumpsit. & ita finis fuit Latinorū imperij, Constantinopoli per annos 48. vel secundum alios, duodecimaginta continuati. Genueses quoque & Pisani armata classe Venetias vsque properant, Venetorum naues atque littora deprædantes, vrbe arctissima obsidione cingunt. Quamobrem Reinerus Zenus Venetorum dux, cum quantis potuit copijs exijt, & pugna facta captus, Genuā perductus, in carcere coniectus est. Genuesēes statim

Venetorum
& Genue.
diffidium.

Michael Pa-
læologus
Constanti-
nopolim oc-
cupat.

in Cretam ducunt, ac insulam Venetis abstulere. Græci Eubœam auferunt. ANNO 1260. rex Hungariæ regem Bohemiæ aggreditur, habens in exercitu quadraginta milia equitum, cui rex Bohemiæ cum centum millibus equitum occurrere fertur, inter quos dicitur habuisse sex millia ferro coopertos equos. Pugna facta, tandem Hungari rege ipsorum vulnerato, terga vertunt, ubi in quodam fluuio quem transire habuerunt, circiter xiiij. millia dicuntur submersa. Potitus victoria rex Bohemiæ, Hungariam intrare parauit. Sed rex Hungariæ per legatos pacem quaesiuit, terras quæ discordiæ causa fuere, restituit: per aliasque conditiones ac per interuentum matrimonij, vt mox dicitur, satisfecit. ANNO 1261. Othocarus rex Bohemiæ repudiauit, quæ nuper duxerat, Margaritam filiam quodam Lupoldi ducis Austriæ, quæ prius fuerat vxor Henrici ducis Sueuiæ regis Ro. filij Friderici 2. superinduxit autem neptem Belæ regis Hungariæ, & malè. Eodem anno Alexander 4. Viterbij obiit, maiore parte aduersa fortuna pontificatus sui tempore vsus, qui omne regnum Sicilia simul & Florentiam in Manfredi hostis ecclesiæ potestatem venisse, Constantinopolim à catholicis amissam, bellum inter Genuenses, Pisanos & Venetos inchoatum, eodem quo obiit anno vidit. Post cuius obitum Vrbanus 4. Trecenti vrbe Gallica oriundus, patriarcha Hierosolymitanus, pontifex est creatus. sedit annis tribus. Hic etsi infimæ conditionis fuerit, nobilis tamen sapientia & virtutibus: inuenit autem Ecclesiam multum dirutam ac deiectam. Designarat iam legatum, qui pacem inter Venetos & Genuen. componeret. Tum subito Manfredus comparatis nouis Saracenorum copijs, Picenum iam antea nutantem occupat agrum. Pontifex iraque eundem legatum in Galliam mittit, ubi crucem contra Manfredum & Saracenos prædicari iussit, qui que Gallos cruce signatos maturare pollicitationibus implet. Mox hi, duce Guidone Antisiodorensi episcopo, in Italiam descendentes, Viterbium vsque peruenere. Vnde non ita multo post accepta benedictione Pont. digressi, per Vmbros & Marsos iter facientes, Saracenos superant, & ad Lirim vsque propellunt. Eodem quoque tempore Romani, etsi ditionem Ecclesiæ non vexarent, non tamen pontificis imperio obtemperabant, in vrbe suo nutu creantes magistratus. Tum primum ab exteris Brancalconem Bononiensem, magni animi consilijque virum, senatorem creauerunt: verum postea mutata sententia, breui hominem comprehensum in carcerem conijciunt. Hac autem iniuria Bononienses moti, Romanos quosdam captos, non alia conditione dimissuros se affirmant, nisi restitutum in libertatem ciuem suum Brancalconem intellexissent. Tum Romani suis cauentes, non solum illum dimittunt, verum etiam in pristinum statum restituunt, alios etiam ex omni vrbs regione delectos magistratus, quos Banderosios appellabant, penes quos vitæ & necis hominum esset arbitrium, instituebant. Hanc autem insolentiam ideo tolerabat pontifex, quod se vexari à Manfredo cerneret. His malis pressus Vrbanus, congregatis cardinalibus atque prælatis, qui tum in curia erant, exponit calamitatem Ecclesiæ & persecutionem Manfredi, qui cum omni progenie sua, non attentis beneficijs collatis, semper conati sunt sibi Ecclesiam subiugare, & statum eius ad nihilum deducere. Atque remedium excogitasse se ait, si placeret, scilicet vt Carolum Andegauicæ & Prouinciæ comitem, fratrem Ludouici regis Fræcorum, euocaret ex Gallia, ei que conferret regnum Sicilia, quod vi armorum à Manfredo auferret. huic consilio omnes fauent. Vrbanus igitur destinavit Simonem cardinalem in Franciam, ad offerendum collationem regni sibi factam per Papam & cardinales. Carolus autem receptis literis Apostolicis, consuluit super hoc Ludouicum Francorum regem, aliosque fratres suos: qui omnes consulerunt, vt ad honorem Dei & sacrosanctæ Ecclesiæ obsequium, vocationem de se factam acceptaret. Ad prosecutionem autem huius rei rex Ludouicus promissit opem ac consilium. ita proceres regni similiter fecerunt. In Asia interim Ptolemaidam incolentes, Hospitalis Rhodi magister, cæteri que nominis Latini proceres, ita Venetis fauebat, vt iuris ipsorum ea vrbs potius, quam omnium Latinorum esse videretur: econtra Tyrum incolentes, Genuensibus fauorem pro viribus superque præstabant, vt hæ vrbes tanto captæ Christianorum sanguine, detestando sese affigerent bello, quæ à Saraceno rum quiescebant. At Manfredus omni penè Hetruria potitus est, omnesque Hetrusci Guelpharum notati partium, pulsi, Bononiam ad Florënos exules confluxere. Marchiam quoque Anconitanam, dubia fide vacillantem, Manfredus suis partibus consentire coegit, mox etiam moliri coepit, si posset Vrbanum pontificem cæteris ecclesiæ prouincijs pellere. Saracenos enim ex Africa conductos,

Hungarorum & Bohemorum cōgregatus.

Vrbanus 4. papa.

Brancalcon magistratus Rom.

Carolus Andegauicæ comes, frater Ludouici regis Francorum.

Etos, alijs coniunxit Saracenis Nuceriam incolentibus. hi Campaniam populati sunt, Nouellusque ex agro Senensi mouens, terras Ecclesiæ inuasit. ANNO Domini 1263. apparuit cometes cum magna cauda, surgens ab Oriente magna luce, vsque ad medium cæli, versus Occidentem suos radios emittens, per tres menses durauit: quo tempore Vrbanus mortuus est Perusij, & in cathedrali Ecclesia anno Domini 1264. sepelitur. Hic Vrbanus instituit solennitatem de corpore Christi, cuius officium B. Thomas composuit. pontifex indulgentias certas pro festo dedit, quas indulgentias Martinus quintus duplicauit, addiditque indulgentias ieiunantibus vigiliâ festi huius, & communicantibus in festo, cuiuslibet centum dies indulgentiarum, & rotidem concessit sequentibus Sacramentum ipso die, & quando ad infirmos defertur. Sustulit etiam eo die interdictionem Eugenius papa 4. indulgentias à Martino quinto concessas duplicando. ANNO 1264. Clemens 4. Guido antè vocatus, Gallicus è villa S. Aegidij ortus, Vrbanus est surrogatus. sedit annis tribus, mensibus nouem. Hic vxorem habuit antea & liberos, aduocatus famosus, & regis Franciæ consiliarius: defuncta vxore, factus est episcopus Podiensis, & post Narbonensis archiepiscopus, tandè Sabinensis episcopus Cardinalis, qui litem inter Henricum regem Angliæ & Simonem Montisferrati comitem iussus componere eligitur. Hunc electum, Manfredi insidias timentem, nauigio primum, deinde religiosi mendicantis habitu indutum, per terram Perusium in cognitum venisse asserunt. ad quem profecti cardinales, Viterbium honorificè deducunt. At Clemens papa lectus, incredibili amore & fauore in Carolum versus, accelerare aduentum ac illi copias amicosque per Italiam parare contendit, nec minori odio quam Vrbanus in Manfredum flagrabat. Carolus igitur properat validis præmissis copijs, quæ per alpes & citeriorem Galliam penetrauerant. Ipse tamen xxx. nauibus longis Massilia soluens, per varias insidias ad Tiberina ostia peruenit. Referunt Carolum benignè à Ro. acceptum, pontificis decreto senatorem vrbs fuisse creatum, quem magistratum annum ferme administravit. Dein cardinales à pontifice missi, Carolum in Lateranensi Ecclesia Hierusalem ac Sicilia regem coronabant. Illum autem constat Carolum dictorum regnorum corona ornatum hac conditione, vt sacramento adactus, quotannis feudi nomine 40. millia nummum aureorum Ro. Ecclesiæ persolueret, nève imperium etiam vltro oblatum à Germanis reciperet. Caroli copias, superatis Alpibus, in cisalpinam iam descenderant, factoque per Flaminiam itinere, omnes factionis Guelphæ milites sequuntur. Erant inter Hetruscos primi Florentini, vt refert Anton. exules, qui cum venissent in præsentiam regis, Guido cognomento Guerra, ornata oratione Florentinos regi commendabat, auxilium contra Manfredum & Friderici genus omne offerebat, & vt funditus deleretur, optabat, quæ oratio regi placuit plurimum. Carolus cum copijs, quæ ex Gallijs iam venerant, Roma mouens, Ceperanum cepit, pulso inde Manfredi præsidio, & saltum Cassinatem occupat, quem Manfredus ipse custodiendum acceperat, quanquam deinde mutato cõsilio Beneuentum profectus, expectare hostem in planis parentibusque locis instituerat, quod plurimum equitatu valeret. Germanum deinde oppidum expugnare aggressus Carolus, magna vi cepit. Manfredus contractis vndique copijs, statuit hosti occurrere in Samnitibus. Quod postquam intellexit Carolus, dimicandi cupidus, illò applicuit: nec vlla inde mora: simul atque in conspectum venit, in aciem primus eduxit, nec detrectauit pugnam Manfredus. Concursum est acriter, pugnaque diu anceps fuit, Germanis pro Manfredo, Gallis pro Carolo enixè dimicantibus. nec milites solum, sed & reges ipsi cominus pugnando, ea die plurima discrimina subiere. Post longum certamen Caroli fortuna & militum virtus superauit, profligatisque Germanis, Manfredus pugnans occiditur. Blondus & Platina ferunt, dum Carolus laborantibus suis intētius succurrit, ex equo consternatus, ita hostium animos auxit, vt Manfredus extra ordinem incautiùs pugnans, interfectus sit: & præter magnam cædem multi nobiles ignobilesque, in manus Caroli deueniunt, inter quos Iordanus dux & Petrus Vbertus eques Florentinus, qui ambo in Prouinciam à Carolo missi, in carcere vitam finire. de reliquis Carolus victoria potitus. sed apud Germanos inueni, Manfredum à suis desertum, occubuisse. Tanta Carolus victoria potitus, Beneuentum mouit, vrbsque dedentibus vltro ciuibus ingreditur. deinde Marescalcum suum cum 500. equitibus in Hetruriam mittit, qui Guelphos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaque profectus, abeuntibus spontè Gibelinis, magistratum sine prouocatione Florentiæ cõstituit, quem accolæ factionis Guelphæ Capitaneum vocant.

Cometa.

Festum corporis Christi.

Clemens 4. papa.

Obijt hoc tempore Vidicus comes de Vuitrberg, dictus cum pollice.

Manfredi interitus.

cant. Inde verò in * Senam mouens, omnes Gibelinos Hetruria, maximè verò Pifanos, in se concitauit, dum ad Bonitium castra habet, quod Gibelini acriter defendebant. Carolus itaque vtroque regno in potestatem recepto, excepta Nuceria, Saracenis etiam pacem concessit, permissis suis legibus in Italia viuere: ipse verò cum exercitu, vocante Pontifice, Viterbiũ se contulit. Rescijt tum Clemens Pontifex, Cunradinum adolescentulum Cunrado genitũ, copias in Germania parare. mox imperij curam assumpit, & Carolum Francum regem, in Hetruria vicarium imperij constituit, contendebant enim de imperio Alphonfus Hispanus & Richardus Anglicus. Insuper idem Clemens scripsit vniuersis Christi fidelibus, ne Cunradino vt regi scriberent Siciliae, nec illi contra Carolum Siciliae regem consilium, auxilium aut fauorem praestarent. De hoc extat epistola quae incipit, Ad certitudinem: in qua subiungit, Nos volentes Cunradini ambitum refrenare, omnibus & singulis principibus Alemaniae, vocem in electione Ro. imperatoris habentibus, prohibemus sub poena excommunicationis latae sententiae ac interdicti, ne eum eligant in Ro. regem, attento quòd nõ licet eligere quenquam, pendente electione duorum coram Ro. pontifice, quae fuerat facta de rege Castellae & Richardo Cornubię comite, vt in eadẽ. His auditis, Cunradinus scripsit lamentabilem epistolam, quae incipit, Ex abundantia cordis, in qua iniurias sibi illatas enumerat. Conqueritur in principio de Innocetio 4. quòd sibi innocenti nocuerit. Nam Cunradus pater suus Siciliae rex, condito testamento, se tenellũ in manibus sanctae matris Ecclesiae reliquerat, & quomodo tunc papa Innocentius sub praetextu Cũradini, asserens se eius baiulum, totum regnum occupauerit, qui tum possessione adeptus, nomen suum extinguere conatus sit, terras ipsius Cunradini distribuens in suos consanguineos & nepotes. Deinde cum Manfredus pro se Cunradino tunc terras regni recuperauerat, qui tum perfidia motus, ad se, mentitus motum ipsius Cunradini, regnum traxerit, & mortuo Innocetio Alexander succedens, ad illum episcopum Venusinum miserat, vbi pacis mentio fuerat habita: nihilominus ipse Alexander per literas suas alios ad regnum inuitauerat: quo mortuo, consequenter idem Cunradinus conqueritur de Urbano, quòd sibi fuerat inurbanus. Nam se Cunradino neglecto, egerit cum Manfredo, volueritque eidem ac suis haeredibus regnum concedere. Et cum tractatus ipse mansisset incompletus, idem pontifex in excidium ipsius Cunradini, Carolum inuitauerit ad regnum. Illo verò pontifice defuncto, conqueritur quomodo Clemens papa contra eum inclementer egerit, & in regno praedicto antiregem erexerit. Nec his contentus, sed & processus fulminauerit, non reputans esse satis, quòd contra Deum & omnem iustitiam abstulerit sibi regnum, nisi regni etiam titulum tollat: deinde praefatum Carolum per vniuersam Italiam imperij vicarium statuerit, quo commodius vires suas comprimat. haec & alia nonnulla scribens, subintulit se armis aduersus Carolum certaturum. ANNO sequenti cum in Hetruria rex Carolus omnes ciuitates quae prius Friderici, mox & Manfredi securae fuerant partes, duo per idem tempus afferuntur nuncij: alter, Cunradinum iam Tridentũ peruenisse: alter, in vrbe Roma atque in Sicilia motus rerũ haudquaquam contemnendos, & ciuitatum procerumque defectiones nunciabat. Per haec tempora Henricus Fridericusque, Alphonso fratre rege Hispaniae existente, profugi, diuersas petierunt nationes, id maximè adnixi, vt aliquos fratri hostes facerent. Fridericus in Aphricam ad Saracenos, Henricus ad regem Franciae se contulit. Rex Franciae affinitatem trium fratrum praetendens, pacem facere contendit, quare Henricus in Angliam traiecit, dehinc Germaniam petijt, vbi Cunradinum e sorore Constantia pronepotem, sibi consensaneum reperit, constitutumque est inter eos clandestinum foedus, vt rebus ad machinationem ordine inceptis, Cunradinus cum exercitu in Italiam aduolaret, ibi sibi Henricus viam prepararet. exiens verò e Germania Henricus, e Genua Pisas peruenit: illos in constitutam cum Cunradino machinationem facile traxit, & inde Viterbium ad pontificem declinat, tanquam a fratris superbia & ambitione profugus atque adeò errabundus, se contulit: magnaque largitione vsus ac liberalitate, vt pontificem quoque data mutui nomine pecunia, sibi obnoxium redderet. qua fretus largitione, discordem tunc ciuitatem Ro. fecit, pariterque in sua studia traxit, adeò vt ei senatorium ciues obtulerint magistratum. Qui redijt Viterbium, simulans se nolle, cui Carolus tum author fuit, vt vrbi Ro. praeficeretur. Inter haec Henricus Cunradinum, vt properaret admonens, Pisani que pariter ab eo admoniti, classem triremium 30. eduxerunt, in eamque classem in portu Romano Capitiũ

Cunradinus
Siciliae regnũ repetit

Henrici Hispani constantis

pitium ciuem Neapolitanũ in regno Siciliae gratiosum accipiunt, qui iussu Henrici in Aphricae littora vectus, Fridericum alterum fratrem cum magna Saracenorum manu nauibus imposuit, & ad Siciliae littora reuersus, Cunradinũ breui affuturũ affirmans, plurima loca obtinuit. Cunradinus tum Veronam applicuit, ibique tribus mensibus sedit, habens supra decem millia pugnatorum Germanicorum. Inde verò siue pecuniarum inopia, siue alia causa, tribus millibus delectorũ equitum retentis, caeteram multitudinem comes Tirolis reduxit. Fridericus Hispanus tunc omni penè Sicilia, exceptis Panormo, Messana, Syracusisque, pro Cunradino potitus est. Capitiũ verò, dum regina vxor Caroli moritur, ac Neapoli sepelitur, portui Neapolitano classe aduectus, nomen Cunradini clamat, quae res Carolum ex Hetruria in regnum reuocat, vbi rursus Nuceriam quae defecerat, obsedit: & dum expugnare non posset, castellis in exitu viarũ excitatis, barbaram gentẽ clausit, ne se Cunradino occurrentem impediret. Senenses & Pisani Cunradinum accelerare iusserunt, qui Papiam perductus, ad mare Ligusticum peruenit, & Pisana classe magnam in agro Lucensi vastitatem edidit. Marecallum Caroli apud Aretium magno praelio superatum interfecit. Tum Guido Ferentanus magnas copias ad eum duxit, multique ex Lombardia Romandiolaque Gibelini confluxere. Cunradinus breui potitus omni Hetruria fuisset, nisi vocatus ab Henrico, Romam properasset. profectus enim Senas, deinde in agrum Viterbiensem descendit: quem cum pontifex transeuntem vidisset, prophetica voce vsus: Adolescens, dixit, hic tanquam victima ad caedem ducitur. Romam deinde veniens ad pontem Miluium, Senatorem cum populo obuiam habuit, & tanquam Imperator acceptus, in Capitolium ducitur. Romae dimisso Guidone Ferentano, cum omni exercitu in regnum properat. Et audiens Carolum saltus Campaniae obtinere, ex Tiburtino & inde in Marforum campestria venit: deductus lacu Fucino ad veteres aquaeductus, sinistrum montibus claudentibus, ab oppido Alba decem stadiis confedit. Carolus ex altera parte inde decimo stadio, ad concauae vallis faucis exercitum duxit, & consilio Alardi Neapolitani, qui cum Germanis diu militauerat, partem exercitus praemisit cum Marescallo regia veste induto: ipse verò citra collem sago vestitus militari, fortissimoque, sibi milite reseruato, in insidijs mansit. Pugnatum est tribus horis dubio Marte: sed postquam ad intima regis agmina ventum est, & Marescallus ad terram prostratus ac interfectus, clamantibus cunctis regem esse captum, Germani quoque & hi qui in subsidijs erant, ne expertes victoriae forent, sese pugnae admiscuerunt: ita profligatis hostibus, quum passim fuga fieret, victor quoque insequendo dissipatur, vagus miles & praedae intentus, quasi certissimus victor exultabat, & maxima pars fugientes infecuta, sese longè a conspectu abstulerat. Tunc rex Carolus circumducta repente delectorũ acie, in campum primũ descendit, structoque ipse & denso agmine sparfos inuadit, multis subita vi oppressis, aut in fugam versis: in ipsaque signa Cunradini fertur, ac vno momento dissipat. Cunradinus autem ad integrae Caroli signa stupefactus, vnde haec vis, vnde nouus miles iste, interrogat: & cum e victore victum se cerneret Cunradinus ac Austriae dux Fridericus, adolescenti aetate ambo, sicut in fortuna pares, signa sua vbi toto praelii tempore fuerant, consultò relinquentes, secesserunt. Equidem cur cum Fridericum ex Austriae domo prognatum fuisse dicat, miror, cum vltimus eius gentis Fridericus in bello Hungarico nuper ceciderit. Sed aiunt hunc Badensem, e ducis Austriae filia ortum. At per hunc modũ oppressis hostibus, victoria plena Carolus potitus est. Igitur Cunradinum inter cadauera diu quaesitum, & non inuentum, Carolus summa diligentia perquiri fecit quaquaersum. Cunradinus agafonis teclus cuculla, Romam peruenit, & dux Fridericus a Guidone Ferentano, quem ibi reliquerant, exceptus est. Verum aduenientibus Romanis ciuibus diuersae factionis, qui ab Henrico partis Cunradini dudum pulsus, cum Carolo in pugna fuerant, ducibus Vrsinis & Sabellis, Cunradinus mox relicta vrbe, Asturam incognitus petijt, eo consilio, vt inde Pisas nauigaret. sed proditus a piscatore, qui eum piscatoria scapha ducere debebat. Quum enim pecuniã non haberet, annulũ manu extractũ illi pignus dedit. At piscator annulum quibusdam ostendit, de valore interrogans: qui permoti, vnde haberet annulũ, quaerunt: ad quod piscator, adolescentis esse liberali forma, habitu autem fordido, respondit. Illi itaque, Cunradinũ suspicantes esse, adolescentem capiunt, & ad Carolũ octauo die post praelium ducunt: qui gaudens, eos mox carceri mancipat, anno Domini 1268. secundum Blondum, siue quod alij putat, 1267. Pontifex, vt extat epistola quae incipit, Scimus, continuò scripsit Ludouico Francorum

Fridericus
Hispanus.

Cunradinus
Italiam intrat.

Cunradinus
salutatus
Imp.

Cunradinus
captus.

Cunradini
Sueviae Du-
cis vltimi
miserandus
interitus.

rum regi, cum ad congaudendum inuitans, quomodo etiam Carolus victor, Cunradinum & nobilem virum Fridericum, qui sibi nomē Ducis Austriae usurparet, cum suis aciebus prostratos cepit. Subiungitque in fine, Pro tanto ergo beneficio deuoti filij animus in iubilum supernae laudis lætanter exurgat. Carolus itaque Neapolim duci fecit compeditum, post multasque ostentationes ad pompam, Cunradinū vnā cum Friderico decapitari iussit. Per hūc modum Cunradinus primo adhuc flore adolescēs potius quā vir, periit, & cum eo Fridericus dux. Cunradinus iste fuit vltimus dux Sueviae, de cuius lugubri fato extat epistola quæ incipit, Illustris regis Cunradini in Carolū illustrem, & inquit, deplorans regem Cunradinū, Imperatorum antiqua profapia propagatum, causam rationabilem quauis infelicibus auspicijs consequentem, non armis, non in prælio, sed inermem nequiter captum, post diuturnum carcerem, post probrosa ludibria, post multas ex eo factas ostentationes ad pompam, vbi iam cum per Campaniā & Neapolim vsque ignominiosè post te traxeras, cōtra iustitiam, immo & contra Deū, contra concessam ei pluries securitatē, contra ius omne belli, contra consuetudinē prisca moribus approbatā, quē tu Carole immaniter priuasti, huic generi pro neqtate rependens absynthiū, vt qui Comitātū Prouinciæ cum vxore de gratia speciali à Friderico Cūradini auo acceperis, fidelitatisq; illi sacramentum pro se hæredibusque suis præstiteris. O rex Cunrade, tempore tuo præpotens in vrbe tua Neapoli, quā tantis olim sumptibus, tātis laboribus domuisti, tuus ecce natus indigna nece damnatus est. Væ tibi miserande puer, qui tantæ fidei thesaurū tuis abtulisti, tua cum taliter rupit fila intēpestiua Parcarū manus. O tristis & misera mater, in hunc seruata dolorem, quæ tali tantoq; filio deorbaris. O coniunx infelix eius, quæ nullū in orbe tibi decætero virū reperies ipsi parem. O præritistes Bauariæ duces, quæ susceptū in vlnis vestræ fororis ab vtero magis educastis eūdem filium, quā nepotē. Plange dolēter Germania mœsta nutrix eius, carens alumno charissimo, damno cum graui, sed dedecore grauiori. Plange dolorosa Sueuia peculiaris hæreditas, naturali principe vituperabiliter viduata. Plange vehementer Italia, quoniā cecidit caput tuū, in quo ad eō sperabas. Miserū Siciliae regnū plange, quod intra tua viscera verū dominum tuum, ob tuū redemptionē, vidisti decollatū. Plange infortunata Ierusalem, pro dito rege tuo, quo facillè fuisses in integrum restituta. Non desunt etiam qui scribāt, Carolū consuluisse Pontificē de carceratis, an eos deberet neci tradere: respondiſſeq; Pontificē, quod fieri de Cunradino iustitiā non negaret: qua responsione vt de mandato Pontificis auctoritateque, Carolus Cunradinum necauerit, de hoc Angelus in l. generaliter. C. de secund. nup. Supererat adhuc Entius filius Friderici secūdi, sed illegitimus, Sardinia quondā rex, qui longo tempore Bononię tentus fuit in custodia, vbi & postmodum anno Domini 1271. est mortuus, ac honorificè in ecclesia S. Dominici sepultus: de quo scribit Antoninus, quod in ipso finem habuit (vt verbis eius vtar) progenies viperea Friderici. Et subiungit: Hic benè aduertant fideles vniuersi, quē faciāt finem persecutores Ecclesie, vtique miserimum in anima & corpore. Cum enim excommunicati morerentur, quomodo regnū celorū ingredi meruerūt? Propter quod & sepultura Ecclesiastica indigni iudicati sunt: Et regno Siciliae & imperio Romano cum infinitis diuitijs exterminati, ad inferos descenderūt, Fridericus 2. cum patre suo Henrico, & cum filijs suis Cunrado, Manfredo, Cunradino & Entio rebellibus & persecutoribus Ecclesie. hæc ille. Non possum hoc in loco iustū dissimulare dolorem, non quod cupiā malefacta Ducum Sueviae præfatorū laudare, quos optarem in pace Ecclesie quicuisse. Sed quid sibi vult Antoninus, vir alioqui religiosus, doctus & Archiepiscopus, quod tantopere inuehitur in illos mortuos, vt scribat eos in excommunicatione decessisse, & perpetua morte damnatos, cum certū satis habeatur, Hæricum catholicè mortuū, & Christiana sepultura functū? De Friderico non ita constat. Non desunt tamen, qui scribant eum in extremis laborantē, à Capellano suo fuisse absolutum, quod in necessitatis articulo cuilibet Sacerdoti videtur esse permissum. extitit & in ecclesia sepultus. Cunradus rex compos mentis & cum testamento legitur mortuus, & vti princeps Catholicus in ecclesia sepultus. Cunradinus quoq; adolescens quid iudicare in tam arduis negocijs potuit? & si peccauit, tamen cum poenitēdi tempus sufficiens habuerit, quis eum immemorē suę salutis in extremis iudicabit? Entium verò condemnare, videtur friuolū, quem ipse Antoninus scribit post longam captiuitatem in carcere mortuum, & à Bononiensibus in ecclesia S. Dominici sepultum. Proinde vellem, quod vir cautus in mortuos tam seueram non tulisset sententiam.

VE.

Entij inter-
itus.

Alienæ vir-
tutis ofores
falsò Sue-
uos crimi-
nantur.

VETVSTISSIMAE VERISSIMAE QVE SVEVORVM LAVDES.

ATqui mira rerum mutatio, & fluxa generis humani gloria. Sueuorum gens inueterata illustrior portio fuit: cuiusque gloria eouque creuisse memoratur, quod virtute & armis imperium orbis meruerit, illudque supra vnus seculi spatium magnificentissimè tenuit ac gubernauit. hæc eadem viduata suis principibus, nescio qua iniquitate fortunæ, ne dicam ignauia, mox substitit, quasi non extet, cuius rei gratia famam suam extendere, aut quod minus est, tueri possit. Non desunt Sueuis vires, non potentia, non denique hominum copia, eorum quorum auctoritate & sapientia respública possit gubernari. Sed vbi vnusquisque priuatæ potentia studet, nemo est qui de rep. benè sentiat, aut quod sentit, ad communem vtilitatem referat, nihil mirum si in rebus pacis & belli confusa sunt omnia, & consideratè nihil fiat, tandemque gloria qua diu floruerunt Sueui, necesse est intereat. Cum verò de Sueuia Sueuorumque moribus ad eō multa memorandaque apud veteres inueniantur scripta, scitu & laude dignissima: haud ab re putauerim, hoc in loco ob patriæ amorem, etsi non omnia, illustriora tamen, quæ sparsim de his mandata sunt literis, & quæ inuenire potui, in vnum redigere, simulque nostrorum temporum rationem habere: ad quod cum neminem adhuc animum adieciſſe compererim, spero pro rerum gestarum cognitione hunc nostrum laborem non fore superuacuum. Post confusionem linguarum vnaquæque gens possedit terram aliquam. Vnde descendentes de Iaphet filio Noæ, obtinuerunt Europam. ab his simul egressa est & gens Sueuorum, quæ magnam partem Germaniæ à prisca memoratur possedisse. Cor. Tacitus de situ & moribus Germaniæ refert, Sueuos maiorem partem Germaniæ obtinere, proprijs tamen nominibus nationibusque discretos. Et Strabo. commentar. 7. Sueuorum, inquit, gens amplissima, à Rheno siquidem vsque ad Albim fluiuium peruenit, eorum etiam portio trans Albim loca depascitur. Vnde verò dicti sint Sueui, variant, vt in pluribus aliarum gentium appellationibus, scriptores. Berofus nanque, qui floruit ante monarchiam Magni Alexandri, lib. 5. Sub Balco rege xj. Assyriorum, post aliqua inquit, apud Tuiscones regnat Sueuus. super quo Ioh. Annius Viterbiensis scribens, De Sueuo, inquit, Germanorum rege, non est dubium, esse eum qui Sueuos condidit, quorum meminerunt Plinius in natur. hist. & Cor. Tac. de moribus Germanorum. Et sic secundum Berofum, Sueui non descenderunt à Iaphet, sed à Tuiscone quarto filio Noæ, quem genuit post diluuium, à quo Germani & Sarmatæ originem duxere. Consentit Cor. Tac. in priori lib. de moribus Germ. Tuisconem canunt deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Concordant satis antiqua scripta in Durego oppido Sueuiæ nobili, quibus habetur, quod duo reges ibi habitauerint, inde dictum est Duregum, vulgò Zurich, id est, *Zustreich*. concurrunt enim ibi duo regna, Sueuorum & Arelatensē, diuiduntur tamen fluuiio. oppidum maius condidit Sueuus rex Sueuorum, à quo Sueuia nomen accepisse fertur: minus oppidum condidit Thuricus rex Arelatensium. Alij verò, vt Plinius, Sueuos nuncupatos à Sueuo monte, qui ab ortu solis Germaniæ initium facit, & cum permaximus sit, ad Cimbrum vsque promontorium tenditur, qui mons & fluuiio nomen indidisse putatur, & dictus est Sueuus: hodie Odera seu Gutula, fluēs ex montibus Boemiæ. Vtrūque saluari potest, & quod Sueuus rex author fuerit Sueuorum, à quo & mons dictus fuerit Sueuus, & ab vtroque Sueuia nomen accepit. Et hic mons condeperdet, secundum aliquos, Riphæis & Hyperboreis montibus, & in parte respicit Pannoniam vno cornu, alio pontum Euxinum, & cohæret monti Venedico contra Sarmatiam, vbi & Venedicus sinus. Vnde qui habitabant iuxta Venedicum sinum, dicebantur Venedes, id est, Vandali: & habitantes iuxta Sueuum montem, dicebantur Sueui. Nec miretur quis nos, qui sumus prope Rhenum, à tam distante monte appellari, cum antiquitus Sueuia à Rheno vsque ad Albim fluiuium & vltra inueniatur protensa fuisse, vt prædictum est. Et sunt qui dicunt, Carpathum montem esse Sueuum: quod minimè mihi videtur. ex eo enim monte oritur fluuius Tibiscus, versus meridiem fluens, & exoneratur in Danubium, vbi demum vrbs Tibiscus. Eamque regionem adhuc tenent Germani, Septemcastrenses dicti. Erat etiam antiquitus differentia inter Sueuos: aliqui dicebatur Sueui Senones, alteri Sueui Angli, quemadmodum meminit Prolemæus & Cor. Tac. quorū nomina interiere, nisi dicere velimus, ex quo terra Sueuorum ad Albim fluiuium & septentrionem in

Origo & fi-
tus Sueuiæ.

Sueuus rex.

Duregum.

Sueuus mōs

Venedes;
Vandali.

ditionem Saxonum peruenisse narratur, Sueui Angli hodie in Saxonibus permanent, à quibus Saxonibus Anglis, Britannia postea victa, Anglia fertur dicta. Sueuia finibus istis ætate nostra descripta est: ab Oriente Boioarijs, ab occasu Alfatensibus & Rheno iungitur, alpium iuga à meridie habet, à septentrione Franconiam. Alemamiam nominant Sueuiam plerique à lacu Lemano, quem hi Lausanensem lacum, à quo non putarim dictos Sueuos Alemanos, hi Lindomagum fortasse ineptius, hi Constantiense flumen scribunt. Cui sententiæ Albertus Magnus Sueuus, in lib. cui titulum fecit, de natura locorū, ad stipulatur: Quarta Occidentalis gentes continet, Getas, Thuringos, Herulos, Sarmatas, Marcomannos, Longobardos, Sueuos, Alemanos, qui à Lemano maximo stagno, quod ante radices alpium diffunditur, per cuius medium transit Rhenus, nomen habent. Atque eo quidem argumento constat, cur Sueuia sola Alemania olim dicta fuerit, vnde & Alemanorum principum, hoc est, Sueuorum frequens est in historia mentio. Sueuia itaque totius Germaniæ inuenitur esse portio suprema, sola nanque duobus fluuijs totius Germaniæ clarissimis Rheno atque Danubio irrigatur, quorum alter modico flexu in * Occidentem versus Oceano miscetur, alter ediuerso in Orientem defluit. de hoc Gottfredus inquit:

*Et hæc Sueuorum depōst et bella canamus.
Fons ibi Danubij primum nascitur ortum,
Cui facit Hungaria, Ruthenia, Græcia portum.
Rhenus ab alto cadens, media irrigat inrima terra.
Castrorum latè copia multa patet.*

Sueuia hæc partim plana est, partim montosa, ager regionis fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter si quid aut lacus aut montes aut syluæ occupant. Nemora multa, venatio frequens, frumentorum abundantia, pecorum magna vis, conualles plurimæ perennibus riuis clarissima, vndique amnes procurrunt, qui se vniuersi in Rhenum Danubiūve exonerant. idque experimento compertum est mirabile dictu, quod amnes quique ex vno etiam aliquando scaturientes fonte, si Danubio influunt, anguillis carent: si verò Rheno illabuntur, anguillas nutriunt. Tota insuper regio salubritate gaudens, celebratissimis vrbibus, vicis & castellis referta, arces excellæ, natura & arte munitæ, & quæ ad Christianam religionem spectant, pulcherrimis ac ditissimis templis, collegijs, monasterijs, variorum ordinum sexus vtriusque, basilicis parochialibusque Ecclesijs est exornata. Circa montes ferrum habet, argentum procreat ac metalla: gens populosa, fortis, audax & bellicosa, proceri corpore, flauo crine, venusta facie & decora, ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorum à Plutarcho dicta. In Sueuia oritur Danubius seu Ister celeberrimum Europæ totius flumen, ab Occiduo fluit in Orientem, primò lentus, dein auctus 60. fluminibus, clarissimas gentes alluens, tandem 7. ostijs mare Ponticum ingreditur. Fontes Danubij sunt haud procul à Rotnuila, in villa Domeschingen, cui loco à Danubio nomen esse puto. Eius apud scriptores & multa & celebris est mentio. nam Herodorus in Melpomene Istrum ait apud Celtas ortum, totam penè Europam emetiri. Celtarum verò communis appellatio Germanis fuit apud verustiss. scriptores. Solinus in memorabilibus sententiam nostram confirmat, cum ait: Ister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliæ adspicit, id est, agrum Basileensem, quæ hæc montana, vnde Danubius oritur, adspiciunt. Sexaginta amnes in se recipit, omnes ferme navigabiles, septem ostijs ponrum influit. Et Cor. Taci. montem vbi est ortus fluminis, Abnobam appellat. id quod & Plinius scribit cap. 12. quarti. Aliquantò obscurius, & quo ad homini Græco licuit, Strabo in primo inquit, fontes Istri esse à montibus supra Adriaticum, fortassis alpes putat, quas Græci ferè post Adriaticum seu Tyrrenum descriptum incipere putant. Et Strabo alio in loco lib. 4. Apoeninū describens, ait: Ister ab hisce montibus in multa diuisus capita, sumit originem. In 7. Ceterum Tiberius à lacu vnus diei progressus iter, Istri fontes adspexit, & ab eo paululum absunt Rhetij. lacum (credo) putat Constantiensem, à quo vnus diei itinere distant Rhetij. Atqui Dionysius Byzantius in * perihegesi probè rem exequitur: alpes primū describit, quibus ortum Rheni dedit: post ortum Rheni, siue sub Rheno, id quod re ipsa constat, oriri Istrum inquit. eius hoc carmē est, vt diligentius examinetur poema: *Ἰστροῦ δὲ ἕξινο ἐπιτέλλεται ἱεροσ ἱεροσ.* & reliqua. Atque omnia quidem, quæ hoc loco disputata sunt, eò spectant, vt Sueuiæ deberi ortum Danubij seu Istri, etiam vetustissimorum scriptorum autoritate (nam res constat) intelligatur. Hic Ister siue Danubius Sue-

Abnoba.

Danubius
seu Ister
Sueuiæ flu-
men.Miri quid-
dam.Fertilitas
Sueuiæ.Sola Sueuia
Alemania.Sueuiæ limi-
tes.

Sueuiam omnem in duas secat partes, & rectius, vt didici, quàm faciant Alpes. in latere meridionali Danubij, superior est Sueuia, in latere verò septentrionali inferior.

Sueuia superior, etiam Rhetia secundum Anshelmum est dicta, de quo illud Pauli Orosij lib. primo: Pannonia, inquit, Noricum & Rhetia habent in Oriente Mœsiam, à meridie Istrum, ab Aphrico alpes Apoeninas, ab occasu Galliam Belgicam, & à circio Danubij fontem, & litem qui Germaniam à Gallia discernit, à septentrione Danubium & Germaniam: quod non est aliud dicere, quàm quòd Rhetia habet ab Oriente Bauariam, à meridie alpes Apoeninas, ab Occidente Galliam Belgicam, à septentrione Danubium. addit & Germaniam, quia olim Danubius limes erat inter Rhetiam seu superiorem Sueuiam, & Germaniam. testis est Corn. Taci. de situ Germaniæ dum ait: Omnis à Gallis, Rhetijs & Pannonijs Rheno & Danubio flumini- bus Germania separatur. Concordat satis Cl. Ptolemæus in cosmographia sua. Ita & intelligendi sunt Isidorus ac Bartholomæus, qui dicunt Rhetiam esse Rhenensem prouinciam, quia eam ab vna parte Rhenus circumfluit. Consentit Solinus satis, vbi de Gallis mentionem facit: Si Thracia sit petenda, excipit ager Rheticus, optimus frugibus & ferax, Brigantino lacu nobilis. Ceterum quomodo duplex sit Rhetia, Alpestris & Campestrus seu transalpina alia, videri potest Strabo: & Iustinus quidem ait, Tuscos duce Rheto, auitis sedibus amissis, Alpes occupasse. Superior Sueuia olim etiam Rhetia dicta est, terra habens multas ciuitates & oppida valde firma, cuius gleba est fructifera, & vinifera in multis locis, gens fortis in vita & moribus. sunt in ea nobilissimæ ciuitates, Augusta Vindelica, & Constantia, quarum vna Noricum, altera Gallos seu Heluetios adspicit. Augusta vrbs est in clyta atque vetusta, cuius originem aliqui ostendere volentes vetustissimam, gentem Sueuorum à Iaphet descendentem, eam primū inhabitasse prouinciam scribunt. venientes, aut, Sueui ad Rhetiam, locum aptum considerantes, ad tendendum verò natura munitum, ob concursum duorum rapidissimorum fluuiorum Vindæ & Lici, hanc urbem primū ædificauerunt, eamque Vindelicam à Vinda & Lico appellabāt: ea enim regio postea vsque ad alpes Vindelica dicebatur, vniuersaque montana pars in Orientem & austrum vergens à Rhetis Vindelicisque tenebatur, vt Strabo ponit. Eam autem more vetusto vallo ac fossa cinxerunt. Non nihil ex huius vrbis monumentis supra commemorauim in generali Germanorum descriptione. huic dant plerique Varianam cladem, etsi Strabo in 7. in Cheruscis casum Quintilium affirmit. sed ad Augustam ingenti periculo laboratum esse Romanis, casorum monumenta indicant, & locus qui Perda legio, vulgò *Perleg* dicitur, *Græcis Auar* quòd ibi casus sit Græcus Auar, qui Macedonicam legionem ducebat. epitaphij, quod adhuc visitur, supra meminimus:

His nomen terris Bogudis dat regia proles

Græcus Auar, pecudis de Sueuis more litatus.

Et post Quintilij cladem, Tiberius Drususque annos 3. in Vindelicis reliquisque vicinjs egere continuo bello, dum tandem acceptis in fidem illis, Augustus urbem Vindelicam Romanis habitatoribus dedit. vnde Augustæ opinor nomen extat hodie.

Anno dein salutis 955. Hungari Germaniam, & præcipuè Sueniam vastantes, Augustam obsident, varijsque cladibus Noricos, Rhetios & Sueuos affixerunt. Tum Ortho primus imperator aduersus eos pluribus diebus certauit, tandemque ad internecionem deleuit. tres quoque in eo bello regulos eorum captos, à militibus suis ad eum perductos, cum ob clementiam seruare conaretur, Sueui eo nolente suspensio necarunt. Vltima hæc apud Augustam pugna habita fuit atque victoria. Fertur autem S. Vdalricus interfuisse, qui postea in eadem vrbe migrat confessor, pontificio secundum Deum peracto. Constantia verò ciuitas, super lacum per quem transit Rhenus, est sita, vrbs non admodum magna, sed opulenta & famosa, in cuius agro finit Sueuia, à qua haud longè sita est sylua, vulgò *Schwaben* dicta, nec procul Abnobæ iuga, atque ad S. Gallum oppida cum tota Durgaudia, censentur à plerisque de Sueuia. hinc in Sequentia de S. Gallo, *Sueuiam suauem tibi Galle dono patriam.* Constantia autem dicta inuenitur à Constantio, Constantini Magni patre, cum prius Gannodurum nuncuparetur. Indicat hoc tabula marmorea in Ecclesia S. Cunradi in latere, vbi inuenitur vetustis literis ita conscriptum: *Prope mania vrbis Rhenus lacu emergens, rursus in aluum redit, amoenissimumque spectaculum sibi reddit.* Hac coepit vrbe anno salutis 1414. concilium generale ad schisma tollendum, quod

Concilium
Cöllatiense.

* 39.

Augusta
Vindelica
Sueuiæ vrbsVinda.
Licus.Att. de cla-
de Quinti-
lij.Constantia
Gannodurū
seu Vituda-
ra.

* 39. annis duravit, Sigismundi Cæsaris iussu & industria congregatum: tres enim fuerant, qui se pro papa gerebant, Iohannes, Gregorius, & Benedictus; quibus per concilium motis, canonicè præficitur Martinus quintus, de quo in generatione dicitur 48. migravit hac in vrbe Cunradus episcopus, & inter sanctos est relatus. Rhenus autem fluuius amoenissimus, Rheticarum alpium inaccessio ac præcipiti vertice ortus, fontes habet in altissimo alpium iugo, defluit verò ad aquilonem, primum auido meatu per conualles & abrupta montium, Curientemque percurrens agrum, fines Sueuorum ingreditur, moxque duos lacus præclaros efficit, Venetus & Acromum, vt Pomp. Mela nominat. hi nunc à loco & dominijs nomen trahunt. superior, quondam Brigantinus seu Podamicus, vulgò *Bodensee*, nunc Constantiensis lacus appellatur: inferior verò, ab oppido Cella Rudolphi, Cellensis lacus ab incolis dicitur. ad lacum superiorem Constantia vrbs est sita. Deinde aliquantò post secundum lacum procreans flexuoso littorum anfractu, varijs rupibus saxosisque incitatus, paulò inferius Rauracos, hodie Basileam nobilem urbem, Argentinam, Spiram, Vormatiam, Moguntiam, Confluentiam, Coloniam, Germaniæ ciuitates alluens in Oceanum Germanicum multis ostijs effunditur. Lacus Constantiensis omnium est amoenissimus, multaque castella, oppida & vicos vndiquaque per ripas habet. aqua est nitida fundo perspicuo, pisces fert varios quidem & multiplices: terra circumiacens, ferax vini triticique, & arboribus domesticis egregiè est confita: regionis forma supra quam dici potest pulchra, vniuersa læta, vnamque faciem longè lateque contextens: taceo nauigia, quibus quoque adportantur auehunturque necessaria omnia. Lacus verò inferior, Cellensis dictus, minor priore, aliàs non minori præditus est in se & per gyrum voluptate. Inter Constantiam & Augustam vrbes, in longum & per transversum itinere trium dierum plus minusve, multæ sunt planities & vrbes crebræ, castella & vici innumerabiles, arces munitæ, riuus, amnesque plurimi, & nemora ad vsum planè accommodata. Ager qui Danubio irrigatur, & qui Augustam alpesque Istro adjacentes respicit, & vinetis caret, cætera copiosè profert. Reliqua pars vicinior lacui Constantiensis, vites nutrit: remotior autem, Albogogia dicta, ad alpes Rheticas vsque percurrens, longè lateque palustris & nemorosa est, diues pecorum, lacte & carnibus abundans, linoque facit questum maximum, populus martialis & robustus. Versus occasum à capite Danubij interque Cellensem lacum, pagus est famosus, vulgò *Hegou* dictus, in quo præter nonnulla oppida & villas, in montium iugis castra sunt & arces plurimæ, natura & arte munitæ, quasi totius Sueviæ videatur esse propugnacula. Adiacet quoque trans Rhenum alter insignis pagus Tigrinus: in eo situm est nobile & antiquissimum oppidum, à duobus regnis Sueuorum & Arelatensium ibidem confinientibus, vt fama est, scriptumque inuenitur, Duregum nomen accipiens, quòd sit duorum regum. Sunt enim duo oppida vnius nominis. minus, à quodam rege Arelatensium Turico, fertur esse conditum: maius verò, à rege Sueuorum cui nomen erat Sueuus: ideoque pagus cum oppido, Sueuici iuris est habitus, vt in chronicis ibidem latius habetur. Inferior verò Sueuia, Danubio seu Istro flumine à superiori discernitur. Prope fontes eius fluminis, præclara est sylua, incolæ *Schwartzwald* / id est, syluam nigram vocant. Hanc caput Hercyniæ syluæ esse volunt. Id quod *Hertingen* pagus prope oppidum *Waldsee* indicat. Sed Hercyniæ syluæ latitudinem nouem esse dierum, author est Iulius Cæsar: longitudo verò sexaginta dierum, teste Pomp. Mela, iter occupat. Oritur autem à finibus Heluetiorum, Nemetum & Rauracorum, rectaque fluminis Danubij regione peruenit ad fines Dacorum atque Auarum: hoc est dicere, quòd oritur à Rheno, qui limes est inter Heluetios, Rauracos, Nemetes & Germanos. Adstipulatur Strabo lib. 4. Istri, inquit, fontes iuxta Sueuos & Hercyniam syluam sunt. & in 7. lib. Ac, inquit, Hercynia sylua proceris est arboribus, cui quidem & Istri fontes ac Rheni proximi sunt, inter vtrunque lacus & effusa de Rheno paludes. & post pauca: Hercynia sylua magis, quam Istri fontes, in austrum vergit, adeò vt è Gallia in Hercyniam tendenti, prius lacum transire opus sit, deinde Istrum, postea iam per faciliora loca montanasque planities ad Hercyniam syluam sunt accessus. Cæterum Tiberius à lacu vnius diei progressus iter, Istri fontes adspexit, ab eo Rhetij paulùm absunt. Iste est lacus Constantiensis vel Cellensis, ex verissima coniectura. Ergo his indicijs constat, veteres appellasse Hercynium saltum, quam modò syluam nigram dicimus. Coniectura ex Istri, Heluetiorum & Rauracorum vicinitate proba est. At Bacenas syluam aliam, quam Hercyniam plerique putant, cam

Rheni fontes.

Constantiensis lacus.

Cellensis lacus.

Albogogia.

Hegouia.

Nigra sylua Hercynia.

Hercynia.

6. bel. G. II.

Bacenas.

cam scilicet quam diuidere aiunt Sueuos à Cheruscis, arbitrati regionem inter nigram syluam & Rhenum, Cheruscorum patriam esse. Atqui longè alia est apud vetustos auctores Cheruscorum descriptio. Sunt illi Hermunduris Chattisque affines populi: opinor eos dictos, qui Marchiam hodie habet antiquam, haud procul à Saxonum ditione. Nam Albim flumen eos olim accoluisse, constat ex Ausonio, *Albim liquere Cheruscis*. Cæterum fortissimam gentem scriptores cognominant. Tu Strabonem vide in vij. Itaque crediderim ego, portionem illam inter nigram syluam & Rhenum, quam isti Cheruscorum dicunt, Sueuiæ connumerandam esse, quod & inuenitur apud antiqua monasteria in Brisgaudia. Est enim Sueuia, vt refert Bartol. de propriet. rerum, Rhenensis prouincia, & habet Alsatiam cum Rheno à meridie. Vnde de rege Alemanorū Ammianus Mar. lib. 15. scribit, quòd eius regis pagi, Rheni ripis vterioribus adhærebant, scilicet ex opposito Argentinæ. Hinc Strabo lib. vij. Sueuia, inquit, à Rheno vsque ad Albim fluuium peruenit. & Got. Viterbiensis de Sueuia:

Rhenus ab alto cadens, medius rigat intima terræ.

In hanc regionem apud vetustissimos, Heluetios transmisisse legitur, teste Cor. Tac. Cæsar id qui validiores inquit olim Gallorum res fuisse. Igitur inter Hercyniam syluam Rhenumque & Mœni amnes Heluetij tenuerunt. Verùm de Cheruscis & Bacenis nemo adeò meminit, vt veritatem adstruere velit. Et coniectura sæpe fefellit. Vnde Brisgaudiam partem esse Sueuiæ plurimi asseuerant. Itaque inferior Sueuia supra caput Danubij incipit, Hercyniaque sylua mox sequitur, quæ se in duo brachia expandit: Pars quæ Rhenum adspicit, nigra sylua, caput Hercyniæ dicitur: quæ verò Danubium sequitur, alpes dicuntur, Hercyniæ portio, auctore C. Iulio. nam rectè Danubium sequitur, vt ipse ait. Nigra sylua pinifera est & obscura, ideo fortè nigra dicta, proceris frequens arboribus, habet altissimos montes & niuales: habitatur tamen vndique, exceptis quibusdam vastissimis iugis montium. Terra amara est, & nisi exusta, in locis plurimis semina perdit. fructiferas arbores & domesticas, nisi in conuallibus, ægè producit. Sed pascua habet creberrima, multaque pecora. Incolæ ligno & resina plerunque victitant, in vallibus fontes & riuus vberes, circuniacentia irrigantes, & præter pisces quos ferunt eximios, aliam commoditatem afferunt hominibus. arbor enim pinus pro sua proceritate ad ædificandum multum est idonea, quam scindunt in varios vsus, ceu rates colligant, annibus imponunt, & in Danubium aut Rhenum auehunt, ex hoc quæstum faciunt. Sunt & in sylua hac fontes aquæ calidæ. hinc surgunt duo balnea famosa: in oppido *Baden* illustri, vnde marchiones Badenses nomen trahunt, vnum: alterum in oppido *Waldsee*, quod naturale dicitur, longè lateque notum. Non desunt huic syluæ argenti venæ aut fontes salis. Nonnulla habet oppida, vicos plurimos, & per gyrum sunt vrbes, arces, vici & pagi decorantes. vnde sylua hæc alioqui tristes & aspera, ex his præcommodis, habitantibus non est iniucunda. Alpes verò in latere septentrionali Danubium comitantur. mons est ferè perpetuus, haud longè à fontibus Danubij incipiens, in Orientem vergit. Latitudo eius xx. millia passuum plus minusve, longitudo verò extra limites prouinciæ extenditur. Sortitur autem varia nomina: in capite Scherra dicitur, deinde Alpes, postea *Waldsee*, postremò *Hersfeld* appellatur. superficies harum alpium propè plana est, niualis, saxosa & frigida. in multis locis aquæ penuria. vbique tamen habitatur. sunt oppida, sunt vici plurimi. incolæ multa vi exigunt à gleba frumentum, cum terra adeò saxosa sit, vt nonnunquam octo aut nouem iuga bouum, aratrum vix benè trahant vnum. Et quod mirum videtur, cum aliæ gentes ex agris saxa & lapillos eijciant, veluti impedimenta frugum, hi vbertatis causa conseruant. auena eius terræ optima est, pascua multa, iumenta & pecora plurima. conualles habet nonnullas, & in his lymphidissimos amnes, pisces eximios. in capite etiam alpium per latera in gyrum arces & castra sunt munitissima. Inter eas & Danubium sunt plurima oppida, villæ innumera. insignis vrbs *Vlma*, Magni Alberti natiuus locus *Stingen*, Vuerda quoque Sueuica. Inter syluam nigram & alpes iam dictas, amnis labitur præclarus Neccarus, haud longè à fontibus Istri orrus, & mox in agrum Rotuiliensium delatus decurrit, inferiorem Sueuiam in duas secans partes: ac itinere ferme quinque dierum auctus riuus pluribus, in Rhenum exoneratur. oppida illustriora per ripas sunt, *Horb* / *Notenburg* / *Tubingen* / *Esslingen* / *Stuttgarten* / *Hailbron* / *Vuimpina*, *Haidelberga*, supra quod oppidum arx fortis ac nobilis, ædificia habens regia magnificentia digna. sedes est comiti Palatino Rheni, archidapifero sacri imperij, vbi & studium floret generale.

Pars

Pars à dextris Neccari, alpes prædictas habet in meridie, ad Orientem Noricum, à septentrione Franconiam. in ea tres sunt regiones. Prima incipit in capite Neccari, quæ ab initio parum aspera: at ubi descēdens paulatim extenditur, ager tum clemens est & eximius, per colles vndique vitibus confitus, arboribus domesticis affluens, ferax tritici ac frumenti. crebra sunt oppida, vicorum magna frequentia. sunt nemora, sunt prata, valles, amnes, pecora, & quod maximum virtutis & opulentia specimen est, populo tota regio referta. Altera regio Noricum adspiciens, Rhetia est dicta, terra pinguis, diues & propè sphaerica, diues pecorum atque frugum, palustris tamen, vites non habet. in ea situm est insigne oppidum *Norslingen*. Magnam capies voluptatem, si regionis situm adspexeris: ita sanè per gyrum & intra, oppidis, vicis & castris ceu flosculis exornatur. Regio tertia ingens sylua est, quæ Francos à Sueuis distinguit. eius latitudo, vnius: longitudo per tractum Sueuia, trium dierum itinere vix consummatur. Incipit ab Othonis sylua, vulgò *Othenwald*, & ascēdendo non desinit, donec Rhetiam prædictam in latere tangat. Habet autem quasi pro custodia in hoc loco Sueuia duo propugnacula aduersus Francos, oppidum illustre Hallense, in quo sunt fontes salis vberes, & extrà ager apricus. At ubi plùs ascēderis, occurrit oppidum *Dinckelspise* insigne, cuius ager Rhetis est vicinus. licet autem sylua hæc montosa sit & aspera, pascua tamē habet & multa pecora, estque pluribus locis pinifera, ex qua incolæ resinam colligunt, & arborem pinum in varios vsus scindunt. Quanquam autem vasta sit sylua, à latronibus tamen benè est custodita. Seruant enim incolæ simul & finitimi præcæ consuetudinis ligam in parte periculosiore, quam centenariam appellant, qua, etsi sint diuersis subiecti dominijs, patriam tamen mutua ope ab exteris ruentur. sunt non minùs per gyrum & ab intrà oppida nonnulla, villæ plurimæ, & castra permunita. Pars autem inferior Sueuia ad lænam amnis Neccari post nigram syluam, cum adiacentibus castris, oppidis, vicis & agris, ad pedes habet pagos plurimos per syluas, montes & riuos distinctos. agri famosiores tres inueniuntur. superior habet à dextris amnem Neccarum, à sinistra syluam *Hagenschtes*, ad pedem montem *Henschberg*, terra vini ferax & frumētī opulentissima, in nullo impar agro ad dextram Neccari. Ager verò vltra syluam *Hagenschtes*, maximus est, & Rhenum adpicit. quàm proximè verò Rhenum Sueuici iuris sit, non contendo, cum prouinciarum limites pro dominantium potentia sæpe variantur. Tertius ager vltra montem *Henschberg* / *Gratshou* vocatur, diues & latè patens. hi agri omnes vino, frumento, plantis, arboribusque domesticis & syluestribus, omni que eo quod ad victum pertinet, abundant. sunt præclara oppida, vicorum multitudo, terra plena colonis & irrigua, & quod præcipuum est, aeris salubritate prædita. Hactenus vacat attingisse generalem Sueuia descriptionem, & leuiter quidem, talem scilicet quæ seculo nostro possit intelligi, comparata cum antiquorum scriptorum monumentis. Et patriæ laudi tantum mihi dandum videtur, vt non solum hac generali notione, nec ea quæ superiori volumine patuit, sed speciatim quibusque obseruatis, quæ ad Sueuorū gloriam pertinent, proferantur, quando ea natio vel omnium consensu, vt olim, ita hodie Germaniæ totius est longè celeberrima. C. Iulius Cæsar in quarto commentar. de his ita scribit: Sueuorum gens longè maxima ac bellicosissima Germanorum omnium. hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa è finibus educunt: reliqui qui domi remanserint, se atque illos alunt. hi rursus intuenti anno post in armis sunt, illi domi remanent. sic nec agricultura, neque ratio atque vsus belli intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet: neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecorè viuunt, multumque sunt in venationibus, quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ, quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant, & vires alit, & immani corporis magnitudine homines efficit. atque in eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis neque vestitus præter pelles habeant quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta. & lauantur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus, magis eo, vt quæ bello ceperint, quibus vendant habeant, quàm quo vllam rem ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæque impenso parant precio, Germani importatis his non vtuntur. Sed quæ sunt apud eos nata parua atque deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi vt sunt laboris, efficiunt. Equestribus prælijs sæpe de equis desiliunt,

Norslingen.

Othonis sylua.

Dinckelspise.

Graecia.

4. bel. Gal. 2.

Prisci Sueuorum mores.

Mercatores.

Equites.

liunt, ac pedibus præliantur, eosque eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos celeriter se, si vsus est, recipiunt. Neque eorum moribus turpius quicquam aut inertiùs habetur, quàm ephippijs vti. Itaque ad quenuis numerum ephippiatorū equitum, quantum pauci, adire audent. Vinum ad se omnino importari non sinunt, quò de ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effoeminari arbitrantur. Publicæ putant esse laudis, quàm latissimè à suis finibus vacare agros: hac re significari, magnū numerum ciuitatum suam vim sustinere non posse. Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia passuū sexcenta agri vacare dicuntur. ad alteram partem succedunt Vbij, quos sibi vestigales fecerunt, vt de hoc infra dicetur. hæc ille. At Cor. Tacitus de situ Germaniæ, de Sueuis refert: Maiorem, inquiens, Germaniæ partem obtinent, proprijs adhuc nationibus nominibusque discreti, quanquam in cōmuni Sueui vocentur. Insigne, inquit, gentis obliquare crinem, nodoque substringere. sic Sueui à cæteris Germanis, sic Sueuorum ingenui à seruis separantur. apud eos vsque ad caniciem horrentem capillū retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religāt principes, & ornationem habent. Et post pauca, Statuto tempore in syluam augurijs patrum & prisca formidine sacram, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus cocunt, cæsoque publice homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est & alia luco reuerentia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & potestatem numinis præferens. si fortè prolapsus, attolli & insurgere haud licitum. per humum euoluuntur. eoque omnis superstitione respicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera subiecta atque parentia. Pars quoque Sueuorum, vt idem Cornelius præmisit, Iudi sacrificat. vnde causa & origo peregrino sacro, parum comperi, inquit, nisi quòd signum ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet aduētā religionem. Hæc Cornelius de Sueuis peculiariter, cætera cum Germanis communia. Verumenimvero non solum apud Sueuos, sed & apud omnes ferè homines mutati sunt mores, quæque iacturarum pessima est, propè semper in deterius. At hodie in omni ferè Sueuia eorum hominum qui in aliquo precio habentur, tria sunt genera: Qui sacris præfunt, Nobiles, & ciuitates imperiales. Qui sacris præfunt Ecclesiastici principes & prælati, multa possident, regalia habent & iurisdictiones temporales, quas in suos subiectos, laicos etiam, passim exerceant. ab eis si grauatur quis, imperator appellatur. Omnis præterea status ecclesiasticus temporalibus prouisus est, personarum magnus numerus, clerus omnis habitu & incessu honestus, & satis disciplinatus. Nobilitas gradus habet. sunt enim principes, sunt comites atque barones, sunt & inferioris gradus nobiles. Principes non solum dignitate & generis claritate, sed & potentia antecedunt reliquos. terras habent & dominia latissima. Comites & Barones, cæteri que nobiles per totam Sueuiam dispersi sunt, regionem veluti flores campos, vndique exornantes. Et quod mirum videretur, cum principes, comites & barones, quoties imperij necessitas exigit, obsequia Cæsari tanquam subiecti præstant, inferioris tamen gradus nobiles, exemptos se dicunt, & nisi ad stipendium nemini seruiunt, nec suos subiectos seruire sinunt. Et tamen Romanum imperatorem, vt suum naturalem principem, omnes recognoscunt. Hi quoque prophanari suam dignitatem arbitrantur, si mercaturas aut artes exerceant aliquas, si ex ciuibus aut plebe vxorem recipiant, si in vrbibus habitent: consortia vrbanoꝝ perosi, arces & castra in montibus, syluis & rure collocant. curias principum percupidè frequentant. cæterum de patrimonio & redditibus suis victitant. verum ubi hæc deerunt, aliqua occasione sumpta, prædari non verentur. Ciuitates autem imperiales eo dicte, quòd solum sunt Romano principi subiectæ, potentes sunt in Sueuia, habentque libertates multas. Mores & instituta earum hæc omnibus cōmunia sunt ferme: Singulis annis vnus ex ciuibus suffragio creatur magistratus, apud quem summa potestas cum imperio sit. hic in caput vniuscuiusque animaduertendi potestatem habet, hoc ordine: si de criminibus agitur, assident in consilio hi quos sibi ciuitas deputauit. rei ipsi in vinculis adducuntur. accusatoribus & * reis defensoribus dicendi copia datur, & auditis omnibus, itur in sententiam, non vt leges censent, sed prout ratio & consuetudo iudiciorum dicat. eodem ordine in ciuilibus causis cognoscitur. Cæsar in ciuilibus, si exceßerint, appellatur. Sunt autem in qualibet bona ciuitate duo genera hominum: alij sunt ciues vetustiores, alij plebeij seu populares. Plebeij mercantijs & officinis intendunt, ciues veteribus patrimonijs contenti, redditibus aluntur, equestrem dignitatem imitantes. si quis plebeius ditior factus, ad equestrem locum peruenire

Vinum.

Sueuica religio.

Cleri Sueuici.

Nobilitas Sueuica.

Ciuitates imperiales Sueuicae.

Iudiciorum in Suevia consuetudo.

Allie clades Generat. 15. Generat. 27.

Suevi sub Ariouisto militantes.

4. bel. Gal. 2.

4. bel. Gal. 3.

4. bel. Gal. 4.

rentauerit, repulsam habebit: ita per longa tempora vterque ordo in suis finibus perdurat. Gubernatio reip. ferè communis est plebeijs & ciuibus, nec ea plebs seruire videtur. sua cuiq; substantia tuta est & libertas, saluis legibus vt velint viuere. In communi verò iustitia per totam Sueuiam administratur ab illiteratis. laici enim imperatorum legibus non vtuntur, sed in singulis vrbibus, oppidis & villis duodecim viri vtriusque integritate ac honestate præcipui eliguntur in iudices, nullo habito respectu, an sciant literas nec ne, qui munus iudicandi necessariò subeunt, licet remunerationem seu mercedem inde nullam habeant præter honorem. sed pro bono communi suis posthabitis negocijs, statutis diebus iudicij intendunt, iurantque singuli se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius atque melius. & præsentem magistratu loci, causas audiunt, partibusq; ad fatietatem auditis, sententiam dicunt, non vt leges censent, quarum nullam notitiam habent, sed prout ratio & consuetudo iudiciorum distat. Nec à sententijs eorum Maiores nostri appellabant, indignum fore putantes, tantorum virorum gratis iudicantium decretis contradicere. Hodie verò passim ab eis appellari cœpit, quod ferendum esset, si iudices appellationis, in iudicando consuetudinem priorum iudicum seruaret. Sed hoc à paucis ponderatur, immo plerumque sententiæ priorum iudicum, alioqui nullam iniquitatem continentem, ob id solum, quia contra leges scriptas prolata inueniuntur, retractantur: in quo sine eorum demeritis & iudices primæ instantiæ imperitiæ suggillantur, & victrix pars grauatur. Hoc quàm iustum sit, viderint iudicantes. Quis enim nisi insipiens, ab imperitis legum leges vnquam exigeret? vnde multò sanctius esset, nullos tales iudices præficere, vel si præfeceris, æquum esset eorum consuetudinem, quæ saltem contra ius gentium non esset, in iudicando seruare. Nescio quoque, tolerabiliòr ne aut reipublicæ vtilior fuerit antiquus mos in iudicando. hoc planè scio, quòd multò minoribus expensis & laboribus Maiores nostri litigabant, nec minis quàm hodie de administratione iustitiæ contenti fuerant. Hactenus de his quæ pacis tempore habent: restat nunc quidem scribere, quemadmodum bellicis in rebus se habuerint Sueui. Si quidem ab vrbe condita anno septuagesimoquarto supra trecentessimum Sueuos duce Brenno Italiam legimus ingressos, Romam vastasse. Meminimus Allie cladis & in primo volumine, vbi locus erat huic rei, & in secundo in generalibus Germaniæ laudibus, vbi Brennum è Sueuorum cognatione, non Britannum, sed Germanum diximus, id quod & Gotfredo probisq; scriptoribus alijs constat. nam Romani eam alluuiem Gallicam notiorè vocabulo appellarunt, quum ante illam cladem nihil cum Germanis egissent, vt ferè Græci etiã scriptores vetustissimi Germanos Celtas dixere. Insuper & Germanos fuisse eos, qui tum Italiã vt antea reliquas nationes vastarunt, probè ex Plutarcho patet in Camilli vita. Omitto reliquos, quorum supra meminimus, quibus constat, Senonas Sueuosque eius expeditionis principes fuisse. Quid de Ariouisti gestis dicam, cum quo adeò infelicitè dimicauit Iulius Cæsar, vt aliàs maiore nunquam periculo, ac milite minis audaci nunquam? In quo exercitu præcipua Sueuorum virtus enituit, si Eutropio credimus. Cæterum hi quæ in Germanijs rum egerint, pro fide authorum describam. Cæsar ait: Vbij, quorum fuit ciuitas ampla atq; florens, hos cum Sueui multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemq; ciuitatis finibus expellere non potuissent, tandem sibi vectigales fecerunt, & multò humiliores infirmioresque reddiderunt. Subiungit: In eadem causa erant Vspetes atque Tencatheri, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuerint, ad extremum agris pulsi, & multis locis Germaniæ vagati, ad Rhenum peruenierunt, quas regiones Menapij incolebant, & ad vtranq; ripam Rheni agros, ædificia, vicosque habuerunt, transitoque flumine, Menapios oppræsserunt. Qua causa Cæsar bellum cum Vspetibus & Tencatheris gerere constituit. quo audito, legatos misisse refert idem Cæsar. Interim is re frumentaria comparata, & hostium abditis secretisque locis exploratis, vltra processit, aliquanta exercitus parte stipatus, vbi legatos hostium admisit, quorum arrogans oratio fuit in hæc verba: Germanos neque priores populo Ro. bellum inferre, neque tamen recusare, si lacescantur, quin armis contendant. hoc tamen dicere, venisse inuitos se, à Sueuis eiectos domo, si suam gratiam Romani velint, posse his vtilis esse amicos: vel sibi agros tribuant, vel patientur eos tenere quos armis possederint: sese vnis Sueuis concedere, quibus ne dij quidem immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem superare non possint. Hæc ideo inserere volui, vt qualem tum opinionem de Sueuis haberet etiam Iulius

Iulius Cæsar, ostenderem, qui esset laturus auxilium Vbiji, bis Rhenum transuerit, resque maximas in Germania gesserit, Sueuorum tamen gentem indomitam reliquit. Et licet Eutropius scribat Cæsarem Rheno transmissis Sueuos superasse, plus tamen credendum est Cæsari, qui manu sua rem gestam describens, nil plus refert, nisi, postquam per Vbios exploratores comperit Sueuos ad initium syluæ Bacenis cum omnibus copijs expectare aduentum Ro. in syluis, constituit non progredi longius, inopiam frumenti veritus, redijt, nec manum cum Sueuis conseruit. Vnde multum sobriè Suetonius de vita Cæsaris scribens: Germanos, inquit, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus, Sueuos tacens, quos nec Cæsar victos tacuisset. Post Iulium Cæsarem, diuus Octauianus Titum Ennium prætorem cum legione Martia ac alijs ducibus in Vindelicos portionem Sueuorum misisse legitur, in qua Auar Macedo, vt scripsimus, perijt. Post natum Christum, multa sunt à Romanis acta, cum Sueuis præcipuè, quoties est in Germanis decertatum, qui (vt Tacitus ait) triumphati magis sunt quàm victi. Vannium à Druso Cæsare Sueuis præfectum aiunt. Deinde Tiberij tempore Maraboli apud scriptores præclara est memoria, quem aiunt Romam dolo vocatum, non dimissum esse, & Caligulam Eutropius ait Sueuiam ingressum, nihil præclari gessisse. Sub Claudio Vannius regno pellitur, prima imperij ætate clarus acceptusq; popularibus, mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domesticis insidijs circumuentus. Authores fuerè, Iubilius Hermundurorū rex, & Vangio ac Sido, sorore Vannij geniti. Nec Claudius, quamquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio per fugium promittens, si pelleretur. Scripsitque P. Attilio Istro, qui Pannoniæ præsedebat, legionem ipsaque è provincia lecta auxilia, pro ripa componeret subsidio victis, & terrori aduersus victores, ne fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent, ait Tacitus. Nam vis innumera, Ligij aliæque gentes aduentabant famaditis regni, quod Vannius 30. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Tandem Vannius hostium multitudine in pugna superatus, cum vulnera aliquot aduersa accepisset, fuga trans Danubium aufugit. Regnum accepere Vangio & Sido inter se partitum, egregia apud Romanos fide. Cæterum & apud Plinium & Pomponium Mejam legi solet de Sueuis, dedisse eos dono Metello Celeri Galliæ proconsuli Indos quosdam, qui errantes eò per Oceanum deuenierant. quo probè patet, quanta ditio fuerit Sueuici regis, cuius maritimi comæatus fuerint. Sub Vespasiano reges habuerunt Sueui Sidonem & Italicum. Nec minis celebria sunt, quæ deinde gesserunt in Sueuia Romani principes, quoties ea commota, magnis Romanos in commodis affecerit. Atqui sub Valeriano, qui circa annum Domini 259. iniit imperium, Sueui fines suos egressi, Galliam primùm omnem, deinde maximam Italiæ partem incendijs rapinisque deuastarunt. Deinde & Probi temporibus circa annum Domini 285. fuisse in Germania reges plurimos, qui Probo imperatori se dedere, id quod eius ad senatum literæ testantur. Constantinus Cæsar circa salutis annum 300. Alemanos Lingonas obsidentes profligauit, cum ipse antea fortunam in pugna aduersam expertus esset. Constantinus filius aliquantò post in Britannia Croci Alemani regis auxilio creatus est imperator. aiunt nonnulli casos esse sequentibus annis à Constantino Cæs. Francos & Alemanos, eorumque reges bestijs obiectos. Sub apostata Iuliano in Gallijs Alemanorum rex fuit Sumanus, cuius regis pagi, Rheni ripis vltioribus, id est, lateri septentrionali adhærebant, author Ammianus. Quo tempore Iulianus Cæsar ingentes Alemanorū copias ad Argentoracum fudit, rege Alemanico capto. Gratianus circa annum Domini 382. apud Argentoracum 30. millia Alemanorum cecidit summis laboribus. Anno Domini 407. imperante Honorio, Vandali, Burgundiones, Alani, Stiliconis perfidissimi cõsulis hortatu Gallias irrupere, deinde Sueuos, qui nuper Galliam aggressi, manebant in Heduis, sibi coniungere, & ad diripiendas Gallias cum maximis Sueuorum copijs profecti, relictis apud Heduos & Vesoniam Burgundionibus, ipsi in Aquitaniam peruenere. Quæ clades quanta Gallijs fuerit, è diuo Hieronymo licet intelligere, qui in epistola ad Gerontiam inquit: Innumerales & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt. quicquid inter alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & (ò lugèda respub.) hostes Pannonij vastarunt. & reliqua lamenta de Moguntiaco, Vangionibus, Tornaco, Nemetensibus, Argentoraco & alijs. At post ea tempora paululum, dictæ gentes Sueui, Alani,

Sueuiæ reges. Vannius. Marabolus.

Vangio. Sido.

Italicus.

Crocus.

Sumanus.

Sueti Gallias denatarunt.

* Gallicos Sueuorum in Hispania dominatus. * Emeritamque, Hispaniam,

Sueui Alboini auxiliares.

Marfilii. * Gothos

Duces Sueuiae.

Hildegardis vxor Caroli è profapia Sueuica.

Vandali, patefactis Pyrenæi claustris, Hispanias ingressi, horrēdam hominum stragem cōmiserunt. Tum postquam Vandali in Africam Genferico duce transfugerant, Sueui * Callocos Emerico rege gubernarunt. Is Emericus rex Sueuorum, annis 33. regnavit in * Callocis, cui defuncto Rixilla successit, & annis nouem regnavit, Hemicamque, Hispalem, Carthaginem ciuitates, & Bæthicam prouinciam armis in potestatem suā redegit, de quo in Annalibus B. Hieronymi. Mortuo Rixilla, Rixarius illi filius successit in regno Sueuorum, imperauit annis nouem. hic habuit vxorem filiam Theodorici regis Gotthorum. iste ad vltimum dum Gotthi Hispaniam ingrediuntur, occiditur, postquam regnavit nouē annis. Et illi successit in regno Mafrago, qui post eum regnavit annis duobus. eo defuncto, successit illi Arismundus filius, quo defuncto, successit ei Theodomirus, cui in regno successit Mirus, aliās Minus, & in illo deletum est regnum Sueuorum in Hispania, & translatum est in Gothos. Horum regū Hispanie supra mentio facta est. Quorum etiam meminit P. Orofius lib. 7. dicens: Alanorum, Vandalorum, Sueuorumq; reges eodē nobiscum placito mandantes imperatori Honorio: Tu nobiscū pacem habe, obsides accipe, nos nobiscum confisimus &c. Deinde aliquanto tempore post annū Domini 570. cum Alboinus Longobardus è Pannonijs in Italiam à Narsete vocaretur, auxilia primò Saxonum 20. millia cognationis causa secū duxit, qui sedes accepturi in Italia, cum vxoribus liberisque patriam egressi sunt. In ea loca Francorum reges transtulere magnā Sueuorum, qui Rhenum accolebant, multitudinē. Et ingressō Italiam Alboino, ingentes Sueuorum copiae auxiliae secutae sunt. Deinde cum & Italia magna pars vastata esset, & accepissent Longobardi sedes, Saxones, siue quod illorū imperio parere nolent, siue spe maiorū rerum, adorti Galliam proximē rapinis incendiisque vastarunt. Sed cum in ipsis iam Gallijs medijs debaccharentur, occurrerunt eis Francorum copiae, quibus congregati timentes, ad Siebertum Francū, qui tum Austrasiam Metis regebat, deducti sunt, qui foedere pacto, redituros eos in Saxoniam patriam dimisit. Institit rex apud Sueuos, qui iam penē 20. annos coaluerant in Saxonia, vt sedes mutarent: persuasitque eis tandē, vt regionem partiri paterentur, vellentq; æquo iure cum Saxonibus habitare. assenserunt Sueui. at Saxones non contenti, eam sibi totam ex foedere cum rege inuito postulabant. Et cum rex cūctatur, tandē Saxones à rege petunt, vt saltem æquo animo ferat, si armis ipsi patriam recuperent. Adnitente rege, Sueui inducti sunt, vt duas partes, retenta sibi tertia, Saxonibus restituerent. Sed nullis pollicitationibus Saxones molliori poterant. atrox prælium commissum est, in quo superatis & magna parte caesis Saxonibus, mansit regio Sueuis, quorum hodie, vt coniectura est, in Saxonia remanent reliquiae non contemnendae, quanquam de hoc & alia coniectura habeatur, vt supra tactum est.

Ex iam dictis patet, Sueuiam ab antiquo reges habuisse suos. quot autem & qui fuerint, & de interregno eorum, præter supra scripta inuenire non potui. vltimi fuerunt, vt existimo, Cunimundus rex, qui cum Ostrogotthis bella gessisse memoratur: Et Marfilii, qui circa annum Domini sexcentisimum nonagesimum, vnā cum Pipino maiore domus Franciae, contra * Græcos pro Christi fide concertasse memoratur, quemadmodum in *Blanchal* apud monasterium Campidonense in historia Tatonis ac eius gestis plenius inuenitur. Clodoueus quoque rex Francorum, ob victoriam de Sueuis obtentam in prælio, in quo Sueuorum rex occisus narratur, Christianum se fieri pollicebatur. ab eo tempore Sueuia reges non habuit vsque ad Carolum cognomento Crassum, filium Ludouici regis Germanorum. hic enim in diuisione Sueuiam obtinuit, posteaque rex Rom. factus extitit, & in prouinciæ formam Sueuia redacta fuit. Sueuia verò non multò post duces habuit. Inuenitur circa annum Domini sexcentisimum fuisse dux Sueuiae Gonso, qui S. Columbanū & S. Gallum è Brigantia expulit, habuitque sedem in Iburga, id est, *Wersingen*, posteaque legitur Gallo obtulisse episcopatum Constan. quem recusauit, & Iohannem discipulum suum illuc promouit. Fuerunt postea Bertoldus & Vehi principes Sueuiae tempore Caroli Martelli, post illos Gotfredus & Theobaldus filius illius. Carolus Magnus vxorem duxit Hildegardem de genere Gotfridi magni ducis Sueuorum. Ferturque quod in castro *Hilfermont*, id est, Campidonensi, sedem habuerunt duces Sueuiae Esuerius, Eruerius, Marfilii, Cunradus, Hildebrandus, Hochuinus, Nebus, Gotfridus, Imanus. Et quod Hildebrandus pater fuerit Hildegardis. Numerantur etiam à quibusdam duces Sueuorum Lantfridus, quem Carolus Martellus superasse dicitur: & Gotfridus, qui cum Odilone duce Bavarie certauit. Item Richardus dux Sueuiae & Angliae

Angliae rex. Hic fuit nepos Offonis regis Angliae ex sorore, factusque fuit rex Angliae, genuitque ex *Wunna* vxore sua duos filios, Vuilibaldum episcopum Eistetensem in Bauaria, & S. Vuunibaldum abbatem in *Haidenheim*, & S. Vualpurgem in *Haidenheim* abbatissam, vbi duo fuerunt monasteria, & sepelitur in *Eisteten*, in monasterio eius nominis ad sanctam Vualpurgam, ibi stillat oleum valens contra diuersas infirmitates. ita reperitur in præfato monasterio *Haidenheim*, quod hodie situm est in prouincia Brandenburgensi. Erat etiam sub Carolo Magno Geraldus dux exercitus Sueuorum, qui priuilegium Sueuis primorum ordinum in prælio meruisse dicitur. Post illos duces posteritas Caroli Sueuiam administravit, sub Arnulpho verò *Cæsare* gubernabant Sueuiam Bertoldus & Erckinger duces, qui duo vnā cum Lutrifido sororio postea iussu regis Cunradi primi decollati sunt, pro eo quod Salomonem episcopum Constantien. ceperant & malè tractauerant. Sed nondum Sueuia in ducatum erat restituta, immo fisco regio parebat, continuè tamen Sueuorum assensu instituitur dux Burckardus illius gentis nobilissimus, & ducatu prædia supradictorum fuerunt incorporata anno Domini 912. Alij dicunt quod illi successerit Burckardus, qui fuit focer Rudolphi regis Burgundiae, qui Italiae tyrannidem inuaserat. illi successit Hermannus, qui habebat fratrem Lupoldum, qui mortuo Rudigero marchione Orientali sine hærede, per Henricum primum de Marchia inuestitus est anno Domini 948. Hermannus dux huius nominis primus, habuit plures fratres, Lupoldum de quo iam supra, Vtonem qui obiit, Cunradum dictum Sapientem. hic Hermannus moram habuisse fertur in castro Duello, quod nostri *Quiet* nominant. Anno autem Domini 948. vnica filiam, cum esset ditissimus, in matrimonium locauit Ludolpho filio Othonis Magni, & filia vocabatur *Ida*, cui & ducatum Sueuiae simul reliquit. Huic Ludolpho successit Burckardus huius nominis 3. amoto Ludolpho propter rebellionem patris, vt aliqui volunt. Et illi successit Henricus Saxoniae dux, post illum Otho filius Ludolphi ex *Ida* vxore cum iam adoleuisset, hic Otho genuit Gregorium quintum, qui vnā cum Othone 3. electores imperij constituit. Deinde fit dux Cunradus, cui successit Hermannus 2. qui habuit vxorem filiam Cunradi regis Burgundiae siue Arelaten. Gerburgam, cui successit filius referens nomen patris. Illi successit Ernestus marchio Austriae, filius Henrici marchionis. hic ex *Gisela* nobilissima principe, in castro *Simpurg*, quod postea Cunradus eius nominis 2. imperator in monasterium S. Benedicti Ordinis transtulit, orta, ex Lothario 4. rege Francorum ortum ducens, generauit duos filios Ernestum & Hermannum. Ipse autem Ernestus pater in venatione sagitta perijt. successit ei primogenitus Ernestus filius, quem in prælio succubuisse referunt, cui secundo loco Hermannus frater successit in ducatu anno salutis 1030. Deinde Otho comes Palatinus, de genere (vt fertur) Hermanni ducis per Henricū Cæsarem anno 1042. vel circiter de ducatu inuestitur. Deinde Otho de *Schwinsfurt* præficitur ab imperatore, qui marchio fertur fuisse. Inuenitur apud quosdā, quod hic duos filios habuerit, Cunradum & Henricum, qui ambo immatura præuenti morte referuntur. Deinde Rudolphus comes filius Cunonis nobilissimi de *Schwinsfelden*, dux præficitur anno 1048. qui postea contra Henricum quartum, à quo ducatum obtinuit, in regem à quibusdam est electus, & à papa confirmatus, ac propterea in bello fuit occisus anno salutis 1080. Bertoldus princeps de *Züringen*, de ducatu se intromisit, viuentē adhuc Rudolpho rege, ac anno 1081. à principibus confirmatus, quem tamen ducatum amisit, Henrico 4. ei insidiante. Sed alij, Rudolpho, inquit, occiso, Bertoldus de *Züringen* à rege inuestituram petebat. Sed imperator Henricus 4. filiam suam Agnetem Friderico de *Strausf* sen desponsauit, & Sueuiae ducatum simul illi contulit. Qui Fridericus Bertoldum pacem petere coegit. conuenit tamen, quod Bertoldus Duregum oppidum Sueuiae à manu imperatoris sibi tenendum reciperet. omnes itaque duces de *Züringen* sine ducatu Sueuiae manserunt duces, in alijs tamen rebus & honoribus præpollentes fuerunt. Fridericus itaque Henrici 4. Cæs. gratia Sueuiae ducatum anno Domini 1081. accipiens, filios genuit duos ex vxore Hagna filia Henrici, Cunradum & Fridericum. Cunradus posthac Rom. rex creatus, imperium viribus & prudentia tutatus est egregiè. In Asia pugnavit feliciter, & profecisset, ni fraude Constantinopolitani principis Emanuelis exercitus perisset. filios habuit duos, Henricum & Fridericum, qui ambo sine sobole decessere. Frater autem Cunradi regis Fridericus secundò natus, genuit Fridericum Barbarossam postea imperatorem, & Cunradum ex secunda vxore.

De Gregorio 5. Papa.

Rudolphus rex.

Fridericus de Stauffa.

Cunradus 3. Imp.

re. is Palatinus comes factus est. Fridericus Barbarossa dictus, quinque habuit filios, Henricum postea imperatorem, Fridericum ducem Sueviae, Othonem Burgundiae comitem, Cunradum Sueviae ducem, & Philippum. Post obitum Friderici Barbarossae, Henricus fit imperator, & rex vtriusque Siciliae, & reliquit Fridericum postea imperatorem creatum. hic Fridericus ex regina Aragoniae generauit Henricum, qui obiit sine liberis. generauit ex secunda vxore Iole filia regis Ierusalem Cunradum, ex reliquis tres filios, Fridericum quem fecit regem Antiochia, Manfredum quem fecit principem Tarenti, & Entium quem fecit regem Sardiniae. Cunradus in vita patris imperator eligitur, successitque in regno Ierusalem & Siciliae, & generauit ex filia ducis Bauariae Cunradinum vltimum ducem Sueuicæ dynastiae. In qua principes singuli quantæ maiestatis semper, quantæque gloriæ omnibus Germanis fuerint, maximis & mirandis testimonijs ex eorum gestis supra exaratis cognoscere possumus. Nam etsi ex eadem domo successiuè prodierint Cæsares plurimi, nihil tamen in vnoquoque eorum non magnificum, non excelsum, non admirandum inuenire poteris, quorum omnia opera grauissima fuerunt & regia: quod ita ostenditur: Cunradus enim primus ex hac gentilitate in imperatorem electus anno salutis nostræ 1138. cum iam Rogerium Siciliae regem declaratum in præiudicium imperij inuenisset, nec id ratum habere vellet, multa impedimenta à fautoribus Rogerij perpeffus est à primordio imperij, quæ tamen gloriosè superauit. Et nisi tantam cladè in terra sancta miseratus fuisset, Rogerium in pace regno frui nunquam sustinisset: sed motus religione Christiana, ad instantiam S. Bernardi legati Ro. pontificis, crucem assumpsit. collecta multitudine cruce signatorum, peruenit in Syriam, vbi cum Hierosolymis inuenisset regem Francorum Ludouicum, consultè mox deliberant urbem obsidere Damascenorum. Vbi in pugna plenis copijs cum infidelibus facta, commissum est egregium facinus ab imperatore. cum enim pedes exerto gladio pugnaret, Turca quidam arctissimè à collo eum deprehendit, quem Cunradus tam valido ictu inter collum armumque, sinistram percussit, vt ea parte ad dextram vsque adacto gladio secuerit. moxque fuga facta est. Nec is est Cunradus Francus, qui spiritu feruenti in rem Christianam actus, cathedralis Ecclesiae Nemetensis ciuitatis ruinas restaurare curauit, atque iactis fundamentis, quæ hodie cernitur, Ecclesiam ædificare cepit: deinde vno & eodem die S. Guidonis Spiræ, & S. Crucis in Æmpturg famosissimum monasterium Ordinis diui Benedicti, ex castro suo Æmpturg Ecclesias erigere cepit. Successit illi in imperio defuncto Fridericus, Barbarossa cognominatus, vir ingentis animi, cuius si gesta præclara recensere voluerimus, liquidò apparebit, eum in re militari & quicquid ad augendum imperium conducere poterat, nemine inferiorem. Cum enim offendisset imperium apprimè lacerum, iam enim in Italia contra iura imperij vsurparant ciuitates vel tyranni, sicuti rebellare consueuerat, iam Rom. pontifices priuilegia de inuestituris prælatorum regni, ab antiquo ab imperatoribus concessa, reuocauerant. Ad hæc Rogerium Siciliae vtriusque inuasorem, in non modicum imperij præiudicium, regem fecerant, & sic nulli sua antiqua facies manebat. Vnde vir tantus ea calamitate imperij permotus, animum ad instaurandum imperium adiecit. quinquies enim in 23. annis validissimis cum exercitibus Italiam intrauit. inprimis rebelles castigans, Dertonam destruit, & tandem prædam militibus fecit. breuique redactis (vt credebatur) ad sanitatem subiectis, magna celeritate Romam contendit. Ab Adriano pontifice imperij corona donatus, redijt in Germaniam. Spoletum in via propter illatas iniurias incendit, & funditus euertit: in Germaniam reuersus, vix respirauit, & Mediolanenses Dertonam reædificauerunt, fidelesque imperij affligere satagunt. redijt propterea Mediolanum obsidens, tandem deditioem eius recepit, obsides imperauit, ciuitates & castella peragrans, pacis leges omnibus sub grauissimis pœnis promulgans. Edicta eius Mediolanen. contemnunt, eapropter Cremas Fridericus subuertit, deinde Mediolanum solo æquauit, muros rebellium urbium ac turres destrui fecit. Moritur interea Adrianus, qui rebellibus fauerat, & duo in discordia eliguntur, Alexander atque Victor. Et cum Cremas obsideret imperator, ab Alexandro 3. rogatur, vt interposita imperiali authoritate, seditionem tollat. respondit bonus princeps, vtrunque pontificem Papiam ire debere: quod dum recutaret Alexander, Victor concilio habito religiosorum virorum, à Friderico recipitur, Alexander eum anathematis vinculo fulminat. qua iniuria laceratus imperator, omnes Ecclesiarum ciuitates præter urbem veterem & Anagninam, occupat Fridericus, Anconam cepit, deinde Romam venit, media concordie

Fridericus Barbarossæ Cæsaris gesta.

cordie inter pontifices quærit. Alexander verò noctu abiens, Caieram applicuit. Mediolanum inter hæc restituitur, & Alexandria noua ciuitas collocatur, cum quibus duo maxima confecit imperator prælia, accepitque maxima damna. Tandem inter papam Alexandrum Venetij Fridericumque, pax confirmatur. abiit tum in Germaniam imperator. Et anno Domini 1183. indixit curiam apud Constantiam, & pacta quædam de faciendo seruitio imperatori statuta sunt, vocaturque pax Constantia, quam Baldus commētatus est. Oppugnabatur postea Hierosolyma, & à Saracenis capitur. hanc ob rem Fridericus imperator copias mouit in Christi hostes, multa egregia patrauit facinora: & dum refrigerandi se gratia amnem ingreditur, in vndis perijt anno salutis nostræ 1190. cum maxima Christianæ reipub. iactura. Successit patri optimo Henricus filius, qui duxerat Constantiam Rogerij regis Siciliae filiam, statimque regnum dotis nomine repetit: interfectoque Tancredo inuasore regni, Siciliam totam in suam potestatem redexit. Sequiuit in quosdam rebelles, diuersis supplicijs interimens. Pace facta, imperij atque regni negocia magnificentissimè disposuit, vir per omnia magnanimus. Verùm immatura morte Panormi obiit, derelicto Friderico infantulo iam rege Romanorum designato, cuius curam Philippo fratri commisit: quo non attento, principes Othonem Saxonie ducem eligunt in regem. fit longa inter eum ac Philippum concertatio. Tandem mortuo Philippo & Othone priuato, Fridericus de consensu omnium ad imperium vocatus est: quo nullus, vt refert Pius Aeneas Syluius, magnificentior à Carolo Magno imperium tenuit, potētissimus imperator, rex Siciliae, Sardiniae, Hierusalem, & Sueuicæ dux, vir non animi solum vigore, sed etiam corporis dotibus excellens, quo illa ætate nemo virorum fortius ferocior fuit, nemo vnus vir, quo magis innixa fides Christi stare potuisset, si arma quæ in Italos debacchata sunt, in res Asiaticas versa fuissent. Fridericus toties Italis deficientibus debellatis, factiosis toties domitis, omnibus bellis vix vnâ alteramve fortunam aduersitatem perpeffus, victoriosissimus vita functus est, cui si arma in Christi hostes ferre Itali impedimento non fuissent, sicque minus pontifices inuasisset, iure maximi imperatoris nomen apud Asiaticas etiam gentes obtinuisset. Reliquit tamen gloriæ successorem Cunradum ex Iole Hierosolymitani regis filia susceptum, ad imperium in vita patris electum, qui secundo quo aduenerat anno, omni potitus Trinacria & Sicilia regno, immatura morte obiit, Cunradinum filium suum, vt verè docent historiae, regnorum suorum hæredem relinquens. At Manfredus vir acerrimi ingenij, Friderici ex concubina filius, causante pueritia Cunradini, eius regna sub colore tutorio inuasit, qui tamen à Carolo Franco à pontificibus vocato, bello victus est, & occisus anno 1267. Hic Carolus Cunradinum illustrem regem, ex imperatoria antiqua prosapia propagatum, regna paterna repetentem, non in prælio, quod iam peractum erat, sed longè post interceptum inermem, post diuturnum carcerem, contra ius omne belli, contra consuetudinem quæ neminem regem quem armis cepisset, vita priuaret, immaniter vita & regno spoliavit, cum quo inclytissima ducalis Sueuorum dignitas ab aula recessit. Sed hoc habet omnis rerum mortalium fortuna, vt cum ad summum peruenierit, intelligamus prope exitum esse. gloria enim Sueuorum eoufque, & fama rerum gestarum & excellentia floruit, vt cæterarum prouinciarum splendorem vincere & antecedere videretur. Hæc eadem suis orbata principibus, mox obdormiuit, nec postea peculiare ducem habuit, licet Rudolphus comes de Habsburg, & Iohannes filius eius, & post illos Lupoldus, se ducem Sueuicæ scripserint. Illis tamen abeuntibus, tota Sueuia in prouincia formam redacta fuit. Et tantum de Sueuia Sueuorumque moribus populisque dicere potui. Fuerunt enim præter peculiare istos principes haud parum multi alij principes, quorum ego suis in locis partim memini, partim acta & gesta habere non valui. Idcirco eos consultò præteriens, alijs diffusius scribendi locum dereliqui. quapropter vnde digressus sum rediens, historiam aliquantisper intermissam repetere, ac si qua prætermissa sunt, resarcire conabor. ANNO salutis nostræ 1268. Clemens III. moritur Viterbij, vacauitque sedes annis quasi duobus, cardinalibus quæ sua erant, non quæ Iesu Christi, quarentibus. Erat Clemens, vt scribunt nonnulli, humanus, modestus atque doctus, bona etiam Ecclesie ita accuratè dispensauit, vt plus Deo quam cōsanguineis tribueret. Duas habuit filias ex vxore ante pontificatum susceptas, quarum alteri in monasterium collocatae 30. libras Turonen. paruarum dedit, alteri quæ marito suæ cōditionis nupserrat, trecentas libras Turonen. dotis nomine numerari iussit. Habuit & nepotem clericum, quem vbi cōperit tres præbendas habere,

Pax Constantia.

Henr. Cæs. Barbarossæ filius.

Fridericus.

Cunradus.

Cunradinus.

Att. Clemens æquitatè.

ei optionem dedit, vt quā vellet retineret, duas relinqueret. Verū instantibus amicis, vt nullam præbendam tolleret, sed plura tribueret, respondit, se Deo, non carni & sanguini, acquieturum. delectatus est mirabiliter doctrina Bonauenturæ Ordinis Minorum. Interea Bondegar Aegypti Sultanus, Christianos in Syria inhabitantes debellat, indeque hostili animo in Armeniam profectus, idem fecit. Postmodum Antiochiam habitatoribus vacuam inueniens, vniuersam ferme deleuit. Septem postea annis decursis, iteratò Antiochiam inuasit, & cruentissima strage ipsam affecit. Vnde & vniuersum exercitum suum præda onustum cum 20. millibus captiuorū reduxit in Aegyptum. Denique contra Assyrios pugnaturus, vulneratur, ex quo mœstam animam efflauit. ANNO verò salutis 1269. Ludouicus rex Franciæ, non tertius præteritis laboribus expensisq; quas fecerat, vltra mare iteratò cum duobus filijs, adiuncto sibi rege Nauarræ, & plurimis Ecclesiarum pralatis, pro recuperatione terræ sanctæ iter assumpsit. Verū quo hoc facilius fieret, consiliati sunt, vt regnum Tunisium in Africa primitus humiliarent, qui cum portum Tunisijs potenti manu obtinuisent, pestis superuenit, & adeò inualuit, quòd primò regi Franciæ vnum filiū, & postea legatum apostolicum, & demum ipsum regem Christianissimū cum pluribus comitibus & baronibus de medio sustulit. Quam verò feliciter rex Ludouicus vitam terminauerit, rex Nauarræ domino Tusculano card. per literas intimauit. nam in infirmitate sua laudare Dominum non cessans, illam orationem quādoque interferebat, dicens: *Fac nos Domine prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare.* Orabat etiam pro populo suo, dicens: *Esto Domine plebi tue sanctificator & custos.* Et cum appropinquaret ad finem, fertur suspexisse in cælum, dicens: *Intrabo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine.* & hoc dicto, obdormiuit, cui Philippus in exercitu existens, successit. Cùm autem de morte regis exercitus turbaretur, & Saraceni latarentur, Carolus rex Siciliae, quem adhuc viuens frater rex Ludouicus vocarat, nauigio magna cum militia aduenit. & cum multò plures essent Saraceni quàm Christiani, nullatenus tamen audebant apertè congregari, sed multa eis incommoda inferebant. Est enim terra sabulosa, vnde Saraceni statuerunt plura millia hominum super vnum montem, Christianis vicinum: & cùm ventus flaret, contra Christianos puluerem mouebant & molestabant. Sed tandem pultere per pluuiam depresso, Christiani paratis machinis Tunisium per terram & aquam oppugnare curant. Quo viso, Saraceni timore perculsi, pacis mentionem fecerunt, pactaque in eunt, inter quæ præcipua fuerunt, vt omnes Christiani in regno illo captiui, dimitterentur liberi, & quòd in monasterijs ad honorem Christi constructis, in omnibus ciuitatibus regni fides Christi per fratres Prædicatores & Minores & per alios liberè prædicari posset. Et volentes baptizari, non impedirentur, & solutis expensis regibus ibi factis, tributum annuum regi Siciliae regi Tunisijs imposuit, quotannis persoluum. Superuenit tum Eduardus regis Angliæ frater cum multitudine Frisonum: superuenerunt & alij peregrini, quòd circa ducenta millia pugnatorū crederentur, & speraretur, quòd non solum terram sanctam, sed etiam totam Saraceniā subiugare possent. Sed peccatis nostris exigentibus, incassum venerunt. nam legatus Papæ qui eos dirigere deberet, subtractus erat. Terra autem sancta ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum carebat, quia & patriarcha defunctus fuerat: sedes etiam Apostolica quæ vtrouique prouidere debuerat, tunc vacabat. Rex Nauarræ infirmus, Africa decedens, in Sicilia moritur. Carolus ipse venit in Italiam cum magna procerum manu. nam & Philippus Ludouici filius post obitum patris regnum susceperat, & alia procerum multitudo Carolum secuta, per Italiam transiit. Hi etiam discordes patrum animos, scilicet cardinalium, & sedem vacuam offenderunt. Tanta quidem erat pertinacia, vt eos neque Dei metus, neque hominum preces, neque Christianorū querelæ à certamine dimouerent. Ad extremū post longas expectationes, quia inter se cōuenire non poterāt, extra collegiū respicientes, Theobaldū episcopū Placentinū, per id tempus in Syria commorantē, elegerunt Ro. pontificem. ANNO igitur Domini 1270. Theobaldus episcopus Placentinus, post longam vacationem creatus est papa, & vocatus est Gregorius decimus. Euocatus è Syria in qua erat, venit Viterbium, & ibi coronatur. sedit annis quatuor. erat autem fidei magnus zelator ac pacis amator. Vnde subito animum induxit ad reductionem Græcorum ad obedientiam sedis Ap. ac etiam ad recuperationem terræ sanctæ, propter quæ conciliū generale indixit Lugdunū, ad quod & personaliter accessit. Contulit verò se ad id cōcilium Michael Palæologus

Bondegar
Aegypti Sultanus.

Phil. 5.

S. Lud. Franci interitus.

Tunisium occupatum.

Eduardus Anglus.

Gregorius papa x.

logus Græcorum imperator cum magna comitiua. Tertiadecimaque vice in sententiam Rom. Ecclesiæ Græcos toties deficientes, pertraxit. auxilio enim Genuensium imperator simul cum patriarcha Constantinopolitano ad vnitatem fidei sunt redacti, consentientes quòd spiritus sanctus procedit non solum à patre, sed etiam à filio, & in omnibus submisserunt se Romanæ Ec. Sicque Gregorius illi cōfirmavit imperium, pro eo potissimum, vt adiutorij haberet à Græcis ad terram sanctam recuperandam. Carolus verò rex Siciliae id agrè tulit, indignatus quia Balduinus iniuria imperio erat deiectus. cui Carolus promiserat adiutorij de eius recuperatione. ANNO salutis 1273. in mēse Octobri post longam vacationem imperij, eligitur in regē Ro. Rudolphus comes de Habsburg, vir in armis strenuus, prudēs atq; famatus, regnauit annis 19. aliās Rudolphus I M. P. C. 18. De cuius electione ita scriptū comperi: Post mortem Friderici II. Alexander papa III. requisit electores, vt aduocatū Ecclesiæ eligerent. Iam enim & Cunradus obierrat. Conuenientes itaque electores in Stanfurt, diuiserunt se in duos, tresque elegerunt Richardum Cornubiæ comitem, reliqui Alphonsum principem Castellæ. Oritur inde schisma, & durat annis multis. Rex verò Boemiæ & ipse adspirabat ad imperium. Tandem Gregorius X. pontifex præcepit electoribus ecclesiasticis sub pœna priuationis officij, secularibus verò principibus sub pœna excommunicationis, vt sine cunctatione se resolverent, & Ecclesiæ aduocatum darent, alioqui ipse hoc faceret. Obierat autem iam Richardus comes Cornubiæ, & supererat adhuc Alphonfus rex Castellæ. Sed id dicebatur modò ob stare, vt aliqui coniectant, volentes quòd etiam electio imperatoris non solum actiue, sed & passiue sit apud Germanos duntaxat, hoc est, quòd etiam electus deber esse Germanus. Post hanc Gregorij requisitionem dies dicta est ad Fræcofordiam: illuc venerunt nuncij Alphonfi non sine muneribus. Verū non quieuit Othocarus rex Boemiæ. Interea enim vt durauit discordia inter prædictos electos, ipse sibi aliquos de electoribus conciliauit: vnde quasi certus de imperio, ad Fræcofordiā suos destinauit nuncios, episcopum Secouiensem, & Comendatorem ordinis Teutonicorum, & cum his duos Barones. Hi omnes cum magna fiducia expectabant regis sui promotionem. Triduo igitur tractatu præhabito, electores vnanimitè in regem Ro. elegerunt Rudolphum comitem de Habsburg absentem. Quo ex more publicato, nuncij Alphonfi ac regis Boemiæ cum magna confusione abierunt vacui ad eos qui se miserunt. vocatus itaque solennibus nuncijs Rudolphus, vna cum consorte sua Anna, comitis de Higerlach filia, descendit cum principibus Aquisgranum, ibique regio diademate exornatur cum coniuge sua, iuxta morem antiquitus obseruatum. Eodem anno Rudolphus rex in concilio Lugdunensi à Gregorio papa est confirmatus, ea tamen conditione, vt sequenti anno Romanam pacificus veniret ad coronam vñtionemque accipiendam. Ita Itali scriptores referunt. in gestis tamen Rudolphi metro inuenitur hoc modo:

*Bis sexcenti septuaginta tresque stetero
Anni, Lausana dum rex & papa fuero.*

Ex quo apparet quòd papæ occurrerit Lausanam, vnde paulò post Gregorius venit in Italiam concilio absoluto. & cùm venisset (vt scribit Blondus) Bello cadorum, expectantem ibi Alphonsum regem Castellæ audiuit, qui multis est questus, pontificem ipsum malè & perperam electionem Rudolphi confirmasse, & quòd nullam, vt debuerat, habuisset electionis suæ ad imperium rationem: cum verò pontifex tam multis placauit rationibus, vt prætensum ius nouo imperatori designato cedere consentiret. In Lugdunenſi concilio pontifex pro expensis transitus ad terram sanctā, imposuit decimam à Christianis per sex annos soluendam. prædicari fecit crucem, concedens plenariam remissionem & indulgentiam assumentibus crucem, & euntibus vel saltem mittentibus vnum vel plures bellatores. ANNO Domini 1274. rex Rudolphus curiā Norinbergæ indixit, factusq; est maximus principū cōuentus, qui se regis ditioni subiecerunt. Aberant rex Boemiæ Othocarus, necnon Bauariæ dux Henricus, qui postea ad Augustam solenniter sunt citati. Adueniente termino, rex magna principum corona curiam celebrans, expectauit si quid rex Boemiæ & dux Bauariæ in excusationem suæ inobedienciæ dicere vellent. Henricus dux satis se submitit. comparuerunt tum regis Boemiæ nuncij, Bernardus Secouienſis episcopus, veniaq; petita, episcopus pleno mandato suffultus, proposuit electionem de Rudolpho non valere, vtputa factā ab execratis, & de execrato: ideo Rudolpho tāquam regi obediendū non esse. Addidit nonnulla alia sermone Latino. Cui rex: Episcope, inquit, si habetis cau-

causam aduersus clericum, agatis sermone Latino coram episcopo: sin verò contra me vel contra iura imperij, proponatis more solito. Sed nec papam fucatis vestris sermonibus contra me prouocabitis. Inter loquendum electores laici intelligentes episcopum electionem in dubium reuocare, vix manus abstinerunt. Itaque episcopus trepidè abiit, vt saluum conductum à rege repetens, confusus ad propria remearit. Continuò de consilio principum rex destinavit illustrem Henricum Burggrauium Norinbergen. virum prudentissimum, ad regem Boemiæ, requirens vt ducatus Austriæ atque Stiria regno restitueret, à quo eos in feudum recognouisset, petijt quoque Carinthiam & Carniolam, aliaque ad imperium pertinentia bona. Venit itaque Burggrauius ad regem Othocarum cum mandatis, sed nil prater contemptum impetrauit. Affirmabat enim rex nullam se Rudolpho obedientiam facturum, nec aliquid ab eo recogniturum. Paulò antè, anno scilicet Domini 1270. Stephanus Vngariæ rex Othocarum cum exercitu in Vngariam venientem, pugna vicit atque fugauit. Præterea regem Bulgarorum, vt sibi seruiret, compulit. Obijt autem breui, cui successit Ladislaus filius in regno. ANNO Domini 1275. mortuus est Gregorius in Aretio, & electus est pro eo Petrus de Tarantasia ordinis Prædicatorum, vocatus Innocentius V. sedit menses sex. Innocentio successit papa Othobonus de Flisco, vocatus Adrianus V. sedit diebus 39. Adriano mortuo anno Domini 1276. electus est magister Petrus Hispanus cardinalis, & vocatus Iohannes XXI. Sedit tantum octo menses, hic etsi doctissimus fuerit, tamen ignorantia rerum gerendarum & morum inæqualitate, plus detrimenti quam honoris pontificatui attulit. Pollicebatur sibi hominem longam vitam, sed ecce dum hoc prædicat, camera quadam noua, quam in palatio Viterbiensi extruxerat, subitò corruit, atque inter ligna & lapides inuentus papa, sexta post die acceptis Ecclesiæ sacramentis, mortuus est. Eodem anno Rudolphus rex persecutus est marchionem de Baden rebellem, auxilio comitis Palatini Ludouici & multorum aliorum, ipsū & nonnullos complices suos in Sueuia, Franconia & Alsatia, aliarumque prouinciarum, qui bona regni violenter sibi visurpauerant post exclusionem Friderici secundi & posterorū suorum. Ciuitates quas subiugarant titulo censuali, deiecit, & ad pristinam iurisdictionem quantum valuit, multis laboribus reduxit. Cùm autem iam dudum rex Boemiæ Othocarus, qui tunc principatus Austriæ, Stiria, Carinthia, Carniola, portus Naonis, plus quam viginetis annis occupasset, rebellis iudicatus esset, cùm vocatus contumaciter venire recusaret, immo quosdam nuncios ad portas suspendisset, Rudolphus rex tandē ingenti exercitu Ratisponam venit: ducemque Bauariæ qui Othocaro adhæserat, potenter deuincēs, ad Austriam properauit: Et licet Australes Othocaro iurassent, à quibus etiā plures habuit obsides, tamen Rudolphus veniens honorificè est susceptus: relictoque Othocaro, per informationem Prædicatorum ac fratrum Minorum & totius cleri, qui auctoritate Papæ tollebant iuramentorum scelera, omnes regem Rudolphum in dominum receperunt. Interim rex Othocarus collecto magno exercitu, in Austriam venit. tum Rudolphus Viennam obsedit per quinque septimanas, vbi rex Vngariæ in subsidium regis Rudolphi venit. Tandem per arbitros inter eos sine Marte concordatum fuit, quòd rex Ro. regem Othocarum Boemia & Morauia tantummodo infeudaret, & quòd rex Boemiæ residuas septem terras resignaret. Quod ita factum est. Nam rex Othocarus publicè flexis genibus, terras suas suscipiens, iurauit more solito. Tunc Vienna ad resignationem regis Othocari, regi Rom. est aperta rursum, vt olim Friderico II. Rex etiam Rudolphus regem Vngariæ reconciliauit regi Boemiæ, restituitque rex Boemiæ regi Vngariæ omnes ciuitates quas ei abstulerat, item & obsides omnes, promisit etiam regi Vngariæ thesauros reddere, quos amita eius regina absportauerat, videlicet duas coronas aureas, sceptrum regalia, amphorā auream nobilissimis gemmis ornatā, & alia complura clenodia, quæ à tempore regis Attilæ & alijs successoribus fuerant conseruata. ANNO Domini 1277. rex Othocarus ductus est poenitentia, similiter regina Boemiæ, grauitè ferens, ac frequenter eū increpās, quòd terras prædictas resignauerat, quòd obsides ministerialium Australium & cinium, diademata quoque & alia promissa, sicut per arbitros diffinitum erat, restituere deberet. Erat enim in concordia etiam actum, quòd rex Rom. filio regis Boemiæ filiam vxorem daret, 20. millibus marcarum dotis nomine assignatis. Videns autem Othocarū pactis non satisfacere, partē Austriæ quā regi Boemiæ sub obligatione pro dote assignauerat, rex reassumpfit: quapropter rex Boemiæ copijs contractis, omnes

Othoc. Boemi perfidia.

Austria Boemii erepta

Rudolphus Caesar marchionem de Baden persequitur.

Adrianus v. papa. Iohann. 21. papa.

Innocentius v. papa.

Boemi regis inobediencia

munitiones nouis quibusdam instrumentis, quæ cati vocantur, expugnauit: ita bellum grauissimū est ortum. Eodem anno rex Rudolphus & rex Vngariæ colloquium habuere, vbi rex Rudolphus regem Vngariæ adoptauit in filium. ANNO Domini 1278. in clivus dux Iulia cen. ad expeditionem regis Ro. veniens, Aquisgranum exactio- nem à rege Rom. impositam petiuit, vbi subitò cum duobus filiis ac ducentis militibus, & ferè mille alijs in Quadragesima ante ecclesiam B. Mariæ virginis est occisus.

Eodem tempore videns rex Boemiæ sibi non succedere, restituit obsides, diadema verò regi Vngariæ reddere noluit, dicens, quòd iuueni regi Vngariæ adhuc puero, ea vellet propter lineam consanguinitatis conseruare, qui vocabatur Ladislaus III. filius Stephani. Deinde cum grandi exercitu exiuit Pragam, comitatusque processione ab omni clero & populo, in Austriam vertit, adhærente sibi duce Henrico Bauaro pecunia corrupto, quauis literas diffidationis regi Romano non misisset. At Rudolphus rex cum Australibus & Stirensibus & paucis Sueuis, præsentè rege Vngariæ, cùm tamen vix vnum contra duos haberet, vij. Kalen. Septemb. anni 1278. feria sexta post festum S. Bartholomæi, in campo qui dicitur Nidersprung, ordinatis aciebus, Christum pro signo habens, quod nomen semper antea à Comanis & Vngaris pro nihilo fuit reputatum, acriter pugnavit. Igitur hac die ab omnibus repetitis vicibus, CHRISTVS, alta voce proclamatur, eratque Praga signum Boemorum & alba stola. Itaque commissa pugna, exercitus Boemiæ superatur, terga vertunt Boemi, pars trucidatur, pars in flumine submersa est. Rex Boemiæ à dapifero de Emerwert Bertoldo, ab equo deijcitur, & transfixus gladio moritur. Illa autem die rex Boemiæ inuentus est nudus, sicut egressus est de vtero matris, plaufroque superpositus ducitur in Viennam, ibique ad Scotos ponitur. manè cum toto clero & religiosis sub silentio nullis campanis pulsatis, ad domum fratrum Minorum deportatur, ibique nuda facie omnibus ostenditur, tandem reconditur, nullis exequijs celebratis. Venientes autem Boemi, cadauer absportauerunt, & fratribus in Zuima assignauerunt, vbi iacet tumulatus. Meritoque diuino operante iudicio, sepultura illi negatur, vt qui plures occidit, eisque sepulturam negauit, poena mulctaretur eadem. Ipse enim ante paucos annos regnū Hugaria inuasisit, inhumaniter nemini parcens, nec ætati, nec sexui, nec sacris, nec prophanis, confugientes ad Ecclesias extrahi faciens, ac trucidari mandans. Reliquit autem Othocarus filium, cui filia regis Ro. desponsata erat. Hic regio more educatus, marchionem Brandenburgen. commendatus est. Vocabatur autem filia regis Iutha, filius autem Othocari Vuenceslaus, qui in regno patri successit. Ferunt eius coronatione ducenta equitū millia apud Pragā ex regia curia cibos accepisse. ANNO Domini 1278. Nicolaus tertius patria Romanus, ex familia Vrſina, Iohannes Caietanensis antea vocatus, pōrifex creatur, protracta in sex menses electione non sine magna cardinalium contentione, quorum conclau Carolus senator & rex Sicilia præfuit, qui admodum instabat, vt vnus ex natione Gallica eligeretur. Sedit Nicolaus annos duos, menses octo. Erat vir dotibus animi corporisque ornatissimus, adeò vt multa fecerit, plurima intentauerit, suam prudentiam & animi magnitudinem ostendentia. amator & cultor doctorum erat virorum. edes apud S. Petrum per commodè construxit, quas postea Nicolaus quintus magna impensa restituit. Scribunt historici quidam, neminem ante ipsum sacrificare religiosius visum, cùm semper dum solennia ageret, lachrymas funderet. erat enim religionis obseruantissimus, vacanti- bus ecclesijs nullus pontifex celerius ac maturius consuluit, notarios & tabellarios, vt pote sanguine pauperum & litigantium viuentes, à se vt pestiferos reiecit. Non caruit tamen reprehensione. Suos enim ita amasse dicitur, vt aliunde raperet quod eis condonaret. Simonia per eos satis discurrebat, septem Cardinales creauit Romanos, & pro maiori parte sibi attinentes. ANNO Domini 1280. Hartmanus comes de Wirtemberg, qui habitationem suam habuit in Groningen oppido Sueuiæ, tertio Kalend. Octob. in castro Issperg captiuus obijt. Erat autem comitatus ipse in tres partes diuisus: vna pars Strurgardiam obtinuit, altera Brach, tertia Groningen: & secundum oppida partium, ipsi comites appellabantur, licet vnus essent stipitis. ANNO Domini 1280. oppidum Rosenburg ad littus Neccari fluminis Sueuiæ situm, quod nuper terræ motu funditus corruerat, consilio & impensis Alberti comitis de Hohenberg, iactis fundamentis atque repositis ad pristinum decorem ædificijs, pulchrè admodum restituitur. ANNO Domini 1281. Rudolphus rex Austriam intrando, regnum Bohemia Vuenceslao filio Othocari, quem iam pridem

Dux Iulias cen.

Othocarium Boemum Rudolphus vicit.

Nicolaus 3. papa.

De comiti- bus de Wir- temberg.

Rosenburg restauratus.

in

in bello occiderat, cui filiam suam vxorem dedit, administrandum reliquit. Deinde Norinbergam profectus, ad *Stranessurt*, ubi conuentum fieri voluit principum, descendit. Eo autem conuentu tractabatur, vt prædonum latibula, qui multa per regnum mala faciebant, destruerentur. Vnde Rudolphus contractis principum regni auxiliarijs copijs, multa eorum latibula funditus euertit. Dein expeditionem in Burgundiones mouit: nam Heduo rum procurator siue Admiraldus, iugum imperij conabatur excutere, suoque Burgundiam subiugare dominio, qui regis ad se cum iusto exercitu aduentum animaduertens, obuiam illi venit: fit congressus belli, certatur vtrunque, sed gubernator cum suis vincitur, atque ad obedientiam regis & imperij etiam ^{Burgundio-nes imperij pars.} * volens reducit. A Burgundionibus autem in Alsatiæ fines reuersus, quosdam munitionum ciues in dissidium conspirasse offendit, contra quorum temeritatem copias mouens, in deditioem breui capita conspirationis, *Hagenau*, *Colmariam*, *Duregum* & *Beronam* subegit. Vnde principes factionis capi, atque supplicio capitali animaduerti iussit. Eodem anno ciues imperialis oppidi *Esslingen* in *Sueuia*, castellum *Kaltenal* obsidione forti vallarunt, contra quos *Eberardus* comes de *Wirttemberg* dictus illustris, exiens, obsidionem soluit, ciuium copias fudit, ac plerosque occidit, reliquis in fugam conuersis. Eodem item anno *Hartmannus* Rudolphi regis filius, cum quibusdam alijs in fluuio *Rheno* 20. die mensis Decemb. submersus perijt, *Basileæ* *Rauracorum* oppido sepultus. Referunt quoque in supradicto imperiali oppido ^{Monstrum.} *Esslingen* 17. die mensis Martij, mulierem quandam partum edidisse monstruosum, ab umbilico vsque ad pectus continuatum, quatuor habens brachia se inuicem complectentia, duo similiter capita se mutuo respicientia, & membra verecundiora duplicata: verum non tam diu vixit. ANNO 1282. Rudolphus comes prædonum duas munitiones ad flumen *Rheni* sitas *Nischenstein* & *Eschonef*, funditus destruxit, atque ipsos prædones, vt meriti erant, aut laqueo suspendi, aut capite truncari fecit. At *Nicolaus* regi *Carolo* offensus, quod nuper vacante sede, præsidens conclaui, Gallicos patres contra *Italos* fouerat, ex quo magna & cleri & plebis contraxit odia. Ea igitur indignatione accensus pontifex, simulque quia maiorem potentioraque esse putabat, quam libertati expediret, ad diminuendam regis potestatem multa molitus est. vicariatum enim *Hetruriam* ei abstulit, quod diceret Rudolphum imperatorem aegre ferre, quem simulauit opem *Hierosolymæ* rebus allaturum, requisitumque respondisse, id à se nec fieri posse nec debere, nisi usurpatam in *Hetruscis* auctoritatem *Carolus* dimitteret. quam simulationem (vt refert *Blondus*) vtrunque continuauit. Rudolphus enim hoc ipso quod *Hetruriam* pontifex à *Carolo* liberauit, delinitus, *Romandiola* & *Rauennatem* exarchatum pontifici & ecclesiæ reddidit. Nanque post fractas apud *Forumliuuium* *Bononiensium* *Florentinorum*que copias, ubi ad octo milia hominum amiserunt, *Romandiola* imperatoris secuta erat partes, & Rudolphus rum minimo tributo contentus, eo priuilegio sub imperij titulo liberos esse dixit, cuius rei gesta *Blondus* in *Foroliuuiensium* monumentis extrare vidisse se refert. Ex hoc habeo, quod non solum pro absolutione, vt scribunt nonnulli, cum voto crucis non satisfaciens, excommunicatus fertur, sed hac etiam de causa *Romandiola* à Rudolpho ad Ecclesiam peruenit. *Nicolaus* itaque *Pont. Bertoldo* *Vrsino* nepote, *Romandiola* comite declarato, cum nuncijs & literis Rudolphi misso, omnem *Romandiola* pro Ecclesia recepit. Cui & *Bononia* tunc fuit pariter dedita. Venerat tamen circa pontificis mortem in *Hetruriam* vicarius à Rudolpho missus, quem vtrumque pontifex fuerit admissurus, mors eius incertum fecit. senatoriam vrbis potestatem quam ad eam diem *Carolus* rex continuauerat, ei abstulit. Constitutionem insuper edidit, ne cuiquam regi aut regia stirpe oriundo, senatoriam aliquamve dignitatem *Romæ* habere liceret. Scribit quoque *Bertoldus* *Lucensis*, *Nicolaum* pont. nisi eius consilia mors præoccupasset, voluisse duos reges creare, vtrunque *Vrsinum*, quorum alterum *Hetruriam*, alterum *Lombardiæ* præficeret, qui inde *Teutonicos* partim *alpes* incolentes, hinc *Gallos* *Siciliam* & regnum *Neapolitanum* tenentes, armis in officio continerent. Vt verò id facere posset facilis, *Petro* *Aragonum* regi persuaserat, vt iure hæreditario *Constantiæ* vxori suæ regnum *Siciliæ* repetere anniteretur, quæ erat *Manfredi* filia & neptis *Cunradini*, & hoc *Iohannis* *Prochyta* opera. Erat autem causa principalis, regimen lasciuum & tyrannicum *Gallorum*, qui gubernabant regnum. Accessit quoque occasio ad hæc non parua. nam *Carolus* rex *Siciliæ* & *Hierusalem*, vicariatu imperij ac senatoria destitutus dignitate, dum esset valde potens, ad instantiam

Attende quomodo *Romandiola* ad pontificem rediit.

tiam *Balduini* generi sui, qui deiectus fuerat ab imperio *Constantinopolitano*, decreuit magno apparatu & classe eò pergere, *Palæologum* expellere, & *Balduinum* restituere: considerans etiam, quia eo obtento, facile esset postmodum regnum *Hierosolymorum* sibi acquirere, & ad hoc opus armari fecit centum galeas & 20. naues magnas, & multa ad rem necessaria cum adiutorio regis *Franciæ* & *Venetorum*: & nulli dubium quin ei ad vota successisset, nisi rebellio *Siciliæ* impediuisset, & multi *Græci* paratiam erant ad rebellionem: sed humiliavit Deus superbiam *Francorum*, qui de victoria *Caroli* nimis erant elati: & iam plerique incolæ de regno recedebant, non valentes iniurias eorum sustinere. Inter ceteros autem fuit iste *Iohannes*, vocatus de *insula* *Prochyta* miles, dominus dictæ *insulæ*. hic proficiscitur ad *Palæologum* imperatorem *Constantinopolitanum*, ostenditque ipsi imminere periculum amissionis imperij: Verum ubi suis acquiesceret consilijs, nec pecunijs parcere vellet, nauaturum se pro viribus operam, vt *Carolus* ab incepto vel reuocaret, vel impediret. Vt autem hæc commodè fieret, adiutorio regis *Aragonum* usus est. Perrexit quoque *Iohannes* *Prochyta* in habitu transformato (fratrum scilicet *Minorum*) ad urbem, & secretè locutus *Nicolao* *Papæ* tunc existenti in arce *Soriani*, aperuit ei negocium. *Nicolaus* autem indignatus erat contra *Carolus* multis ex causis, & præcipue quia (vt aliqui asserunt) *Carolus* assentire noluit, vt suus consanguineus contraheret cum consanguineis pontificis. Ad hoc autem non nihil operatus est *Gaianus*, qui secretas literas accepit à *Nicolao* ad regem *Aragonum*. vnde profectus est cum literis imperatoris *Græcorum* & *Papæ* ac baronum *Siciliæ*, offerentium illi regnum *Siciliæ*: acquieuitque rex *Aragonum*, remittens in *Siciliam* dominum *Gaianum* ad ordinandam rebellionem. Intermittens tamen idem pontifex in castello *Soriani*, cibi & potus continentissimus, subita morte correptus, tertio sui pontificatus anno, mense octauo moritur: quæ mortem prædixisse quendam ferunt, notato per excrecentiam *Tiberis* vaticinio, eiusque corpus *Romam* delatum, in basilica *S. Petri* sepelitur. *Nicolaus* tertio ex humanis sublato, cum de successore eligendo inter patres ageretur, assumpti nuper à *Nicolao* cardinales, *Italicum*, altera verò factio à rege *Carolo* sublenata atque impulsæ, *Gallicum* cupiebat. aliquot menses certantes, cum de pontifice conuenire non possent, *Viterbium* in *Vrsino* generi ex superiore dominatu, seditione facta, ad arma coierunt, nouosque magistratus, pulsas veteribus, creauerunt. In de furore conclauis quo patres conclusi erant, irruentes, duos *Vrsinos* cardinales per vim detractos, priuato carceri manciparunt, quod factum dicitur de voluntate regis *Caroli*, qui quærebat habere pontificem *Gallicum*, & propter hoc audita morte pontificis, *Viterbium* accessit. Demum post vacationem sedis quimestrem, electus fuit in *Papam* *Martinus* 4. nati-^{Martinus 4. P2 Pa.} one *Gallicus*, etsi non nobilis genere, à cupiditate tamen pro se vel suis alienus, anno Domini 1281. vixit in pontificatu annis quatuor & mensibus duobus. Electus *Martinus*, *Viterbij* coronari noluit, quod ei ciuitati ob impetum in cardinales factum, interdictum à sacris putabat. Urbem itaque veterem petens, quod *Oruierum* vocant, eo loci omnia solènia peregit. resurrectionis autem die sex cardinales creauit. Hoc anno ^{Rudolphi vxor.} in vigilia *Matthæi* apostoli obiit regina domina *Anna* vxor regis *Rudolphi* in ciuitate *Vienna*, qui deinde post annos ferme tres duxit vxorem filiam ducis *Burgundionum*. Igitur *Martinus* regem *Carolus* ad se venientem, non modò perbenignè suscepit, verum eidem senatoriam dignitatem, quæ à *Nicolao* priuatus fuerat, restituit: quod non ita ab omnibus probatum est, cum ea res excitatura videretur magnas in vrbe seditiones. Iam & *Caroli* opera *Palæologus* *Græcus* princeps, quod pacta in concilio non seruaret, excommunicatus est, quæ res materiam dedit *Palæologo* confirmandum virium, & paucis tempore *Petrus* *Arago* à *Palæologo* inuitatus, *Siciliæ* regnum occupauit titulis vxoris suæ *Constantiæ* *Manfredi* filia: quod armis repetens *Carolus*, priusquam quidquam re tanta dignum gessisset, vira defunctus est, & filius *Carolus* captus, *Constantiæ* reginæ prudentia seruatus est. mansit *Caroli* 2. integer status *Neapoli*, fide & studio legati cardinalis. ANNO Domini 1281. *Rudolphus* vicarius suus in *Hetruria*. ad *Nicolai* pontificis mortem, quæ nuper audita erat, *Florentinos* *Lucenses*que, imperatori omnino rebelles reperit. quare *Germanorum* equitatu, sed paruo, fretus, *Florētinos* & *Lucenses* grauissimis incursionibus vexabat, vnde renouata sunt in *Hetruria* *Guelphorum* inter se fœdera. Demum compositione facta & pace cum *Florentinis*, vicarius reuersus est ad propria. ANNO Domini 1282. *Rudolphus* rex curiam

curiam fecit apud Augustam ciuitatem Sueuicæ ante natiuitatem Domini, & ibidem filium suum Albertum in ducem Austriæ instituit, de consensu principum. Similiter eidem Stiriam, Carinthiam, portum Naonis, Carniolamque concessit mense Decembri, & ab eo moderni duces habuerunt exordium. De Rudolphi regis genealogia modò dicendum esset, cum & magnifica eius gesta describuntur. sed de tam varia scriptorum opinione nò est quod iudicem. summi principis auctoritatem à gestis rebus petere licet, non à natione, quanquam & hæc fortassis est quædam virtutis imago. Originem comitibus de *Habsburg*, à Perleconibus comitibus Romanis ciuibus deducunt, ex Auentino monte splendida nobilitate, freti (opinor) non omnino malis authoribus, apud quos eius rei fides esto. Nos, qui vir Rudolphus fuerit, tanti hæres imperij, studiosius exequemur. Fuit is inclutus comes de *Habsburg* & *Lantgravius* Alsatia, vir ingentis animi, celebratus armis, prudens & magnificus, propter quas suas virtutes, cum vacasset imperium 23. annis, à principibus ad quos electio dignoscitur pertinere, concorditer electus est. Et licet post exclusionem Friderici 2. usque ad ipsum, quatuor se de imperio introuiserint, Henricus *Lantgravius* de Thuringia, qui in obsidione *Vlmenis* oppidi sagitta perijt, deinde *Guilielmus* Hollandus, qui apud *Frisones* extinctus est, electique duo in discordia, *Alphonsus* rex Castellæ, *Richardus* quoque comes *Cornubiæ* frater regis Angliæ, sed nullus ex his in catalogo imperatorum poni meruit. Rudolphus verò non solum electus, sed & à *Gregorio* x. est confirmatus, qui mox rebelles imperio ex diutina vacatione factos in Sueuia, Franconia & Alsatia, necnon aliarum prouinciarum, humiliare cœpit, regē *Bohemie* *Othocarum* potentissimum bello vicit & occidit, Austriam & nonnullos alios ducatus imperio recuperauit. in *Erdordia* conuentum habens, plus quam lxx. castra destruxit, plures ex rebellibus decollari fecit, nihilque quod magnificum principem decebat, obmisit. Italos autem de industria in factionibus suis reliquit. vnde aliquando interrogatus à suis, cur non iret Romam, fertur apologo respondisse, inuitata fuisse animalia quondam diuersi generis à leone, vt suam adirent regiam, tempore constituto venerunt, ac montem in quo habitabat leo, intrauerunt: sola vulpes cum redire nullum ex eis animaduertisset, pedem reulit, dicens: vt *Horatius* scribit,

Quia me vestigia terrent,

Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Ex hac conclusit fabula, multos ante se reges intrasse Italiam, paucos verò, vt intrucrant, reuersos. Et quia Rudolphus Ro. rex ex filio Alberto comite, ducem creauit, & de consensu principum illum de ducatus Austriæ, Stiria, Carinthia, de portu Naonis & Carniolæ inuestiuit, & vasallum imperij fecit, pertinens esse videtur, de principibus Austriæ scribere. Verum omisissis antiquissimis possessoribus *Marchiæ Orientalis*, hoc est Austriæ: sub Henrico primo, cognomento *Aucepe*, rege Ro. ex ducibus *Saxonie* & *Brunsuicæ*, circa annum Domini nongentesimum trigessimum sextum, defunctus legitur sine legitimo hærede *Rudigerus* de *Pechlary*, marchio Austriæ, quæ ob rem rex Henricus de eadem *Marchia* inuestiuit *Lupoldum* ducem Sueuicæ. hic *Lupoldus* castellum *Mellic* bello quæsiuit, & in eodem collegium xij. canonicorum fundauit, vbi & sepultus est vnà cū vxore sua *Nichartin*, sorore regis Henrici de *Brunsuicæ*. Successit *Marchio* 2. *Lupoldi* primogenitus Henricus, quo in tempore *S. Colmannus* ex prosapia regum *Suediæ*, martyrium est passus. Henricus reliquit duos filios *Albertum* & *Ernestum*. Henrico successit 3. *Marchio* *Albertus*, cognomento *Victoriosus*. hic vnà cum filio suo *Lupoldo* recuperauit *Marchiam* imperio, à rege *Hungariæ* occupatam, duxitque vxorem *Adelheidam*, *Petri* regis *Hungariæ* filiam. reliquit ex ea duos filios *Lupoldum* & *Ernestum*. Alter Henrici filius *Ernestus*, Sueuicæ dux fuit, è *Gisela* vxore geminos suscepit *Ernestum* & *Hermannum*, qui sine liberis decessere, & pater *Ernestus* in venatione ab Alberto comite de *Wassenberg* sagitta petitus concidit. quo defuncto, vxor *Gisela* *Cunrado* *Franciæ* duci nupsit. Is est, qui imperator postea lectus, *Cunradus* 2. à nobis dictus est, imperium circa annum Domini 1020. tenuit, vt generatione 35. diximus, vbi & *Gisela* mentionem fecimus, & generatione 34. in genealogia diui Henrici leges *Arnulphum* maritum illi fuisse, quem sicut scriptores quidam, nos *Ernestum* dicimus Sueuicæ principem. *Lupoldus* Alberti *Marchionis* primogenitus, successit in *Marchia*, moritur ante patrem, ideo non numeratur, nec etiam reliquit prolem post se. Ideo *Ernestus*, cognomento *Strenuus*, *Alberti* *Victoriosi* 2. filius, defuncto patre, 4. *Marchio* successit, & regere cœpit anno

Marchiæ Orientalis seu Austriæ *Marchiones*

Attende de *Gisela* *Cunradi* 2. vxore.

no 1056. huic *Ernesto* *Henricus* 4. confirmavit omnia priuilegia prædecessoribus suis in *Marchia* à *Julio* *Cæsare*, & à *Nerone* imperatoribus concessa. hic *Henricus* imperator prædictum *Ernestum* pro animi sui magnitudine, *Priorem* Ro. imperij nominauit. hic occisus est in *Saxonia*, in prælio partium *Henrici*, reliquitque duos filios *Lupoldum* & *Albertum*, & filiam nomine *Luditham*. sepeliuntur in *Mellico*. *Lupoldus* iste, cognomento *Pulcher*, V. loco *Marchiam* obtinuit, iste pro canonicis in *Mellic* introduxit monachos circa annum 1075. habuitque lites cum fratre *Alberto*, tandem compositi sunt, ita quòd *Lupoldus* *Marchiam* ab eodem *Alberto* recognosceret. *Lupoldus* reliquit duos filios *Lupoldum* & *Popam*. *Lupoldus* iste successit patri in *Marchia*, præfuit 40. annis vir iustus, *Marchio* sextus, vitæ sanctæ, vxorē duxit *Hagnen* *Henrici* 4. filiam, relictam quondam *Friderici* ducis *Sueuicæ*, quæ *Hagna* ex *Friderico* iam dicto habuerat duos filios, *Fridericum* & *Cunradum* postea regem Ro. Eadem *Hagna* ex *Lupoldo* genuit octo filios & decem filias. mortuus *Lupoldus*, reliquit sex filios & quinque filias, & postea sub *Friderico* 3. canonizatus est ab *Innocentio* 8. anno Domini 1485. *Popo* frater *Lupoldi*, in *Treuren*. archiepiscopus fuit sublimatus. *Lupoldus* prædicti *Lupoldi* tertius filius, à patre prælatus fuit, 7. *Marchio* præfuit septem annis. Cui defuncto successit frater suus *Henricus* anno Domini 1142. *Marchio* 8. & vltimus, huic contulit *Cunradus* 3. rex Ro. dux *Sueuicæ*, frater ex parte matris, ducatum *Bauariæ*, vacantem ex priuatione *Henrici* ducis, dicti *Superbi*, ob rebellionem. Durauit in eo annis ferè tredecim. Et cum in itinere esset cum dicto *Cunrado* rege ad terram sanctam, mortua prima vxore, duxit *Theodoram* filiam *Emanuelis* *Constantinopolitani* imperatoris. Suborta autem sunt occasione ducatus maxima bella. tandem verò *Cunrado* mortuo, & *Friderico* primo electo, *Fridericus* prædictum *Henricum* & filium *Henrici* *Superbi* amicabiliter composuit, ita vt quicquid *Marchiones* antea cis *Oenum* fluuium à ducatu *Bauariæ* recognoscebant, de cætero nullo iuris beneficio ducatu subiectum esset. fecitque ex *Marchia* ducatum, & de eodem *Henricum* inuestiuit, ducemque creauit: ducatum autem *Bauariæ*, *Henrico* filio *Henrici* *Superbi* restituit. Successit *Henrico* duci Austriæ *Lupoldus*, cognomento *Virtuosus*, anno 1177. Hic de equo cadens, fregit crus: & ingressus religionem, reliquit duos filios, *Fridericum* & *Lupoldum*. *Lupoldo* *Virtuoso* successit tertius dux *Fridericus* primogenitus anno 1193. Hic assumpta cruce sub *Henrico* 6. intrauit terram sanctam, & ibi mortuus est. Corpus eius inde translatum fuit in Austriam, in monasterio *S. Crucis* sepelitur. Deinde frater eius *Lupoldus* præfesse cœpit dux 4. Austriæ anno 1199. magnifica fecit. composuit auxilio aliorum principum *Gregorium* nonum cum *Friderico* 2. Moritur in Italia. Ossa eius relata sunt in monasterium *Sittenfeld* in Austria, dum rexisset ducatum annis 31. obiit anno 1230. Huic successit in ducatu *Fridericus* filius anno Domini 1246. in die *S. Viti* perit in bello, quod habuit cum rege *Hungariæ*. Et quia ex virili sexu genus defecerat, intromisit se de ducatu *Vladislaus* *Marchio* *Morauicæ*, eo quòd vxorem habuit de domo Austriæ. sed eo breui defuncto, immiscuit se *Hermannus* *Marchio* de *Waben*, qui habuit de eadem domo *Hagnetem* filiam *Henrici* quondam ducis. Supererat adhuc soror *Friderici* vltimi ducis Austriæ, relicta *Henrici* ducis *Sueuicæ*, quam duxit *Otho* carus filius regis *Bohemie*, quam tamen postea repudiauit, & filiam regis *Hungariæ* superinduxit. hunc *Othocarum* *Rudolphus* rex Ro. anno Domini 1278. bello occidit, & filium suum primogenitum *Albertum* de ducatu Austriæ ducem creans inuestiuit anno 1282. Habuit etiam *Rudolphus* duos alios filios, *Hartmannum* qui perijt in vndis, & *Rudolphum*: hic genuit *Iohannem*, qui postea *Albertum* regem factum interfecit. *Albertus* de progenie *Habsburg* Ro. rex, reliquit ex *Elizabeth* filia ducis *Carinthiæ* & comitis *Tirolis* sex filios, *Fridericum*, *Lupoldum*, *Albertum*, *Henricum*, *Othonem*, & *Rudolphum*. *Fridericus* postea in regem Ro. eligitur in discordia: verum bello victus, cessisse inuenitur, obiit sine prole. ita etiam defuncti sunt *Lupoldus*, *Henricus*, *Otho* & *Rudolphus* sine descendentibus, licet vxores inueniantur habuisse. *Albertus* verò etiam filius regis *Alberti*, duxit vxorem filiam comitis de *Psunt*, ex qua genuit quinque filios, *Henricum*, *Rudolphum*, *Albertum*, *Fridericum* & *Lupoldum*. *Henricus* & *Albertus* obierunt sine descendentibus, *Rudolphus* similiter, sed is acquisiuit comitatum *Tirolis*. Ipse enim circa annum Domini 1355. intrauit in *Pontinam* & *Innsbruck* ad *Ludouicum* ducem *Bauariæ*, qui comitatum *Tirolis* possidebat. is hunc comitatum obligauit duci Austriæ ad regendum pro nongentis millibus marcarum. Postea au-

Prior Rom. imperij.

* *Poponeza*

Hic sua *Popardia* multum debet.

Frid. Barbarossa è *Marchia* Austriæ ducatum fecit.

Interrupta linea ducii Austriæ.

De comitatu *Tirolis*.

tem anno 1360. Menardus ex Margareta comitissa Tirolis filius Ludouici, propter odium quod habuit in patruos suos Bauaros, comitatu relicto duci Austriæ Alberti filio, qui & matrem ipsius duxit uxorem, dictam vulgò *Multesch*, & sic is comitatus mansit ducibus Austriæ. Fridericus verò ex Alberto & comitissa de *Psurr*, duxit uxorem filiam * ducis Hollandiæ, & ex ea procreauit Albertum postea regem Rom. ex quo & uxore sua Elizabeth filia Sigismundi imperatoris, procreatus est Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ rex, dux Austriæ, qui obiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo Prage. Habuit etiam sororem Annam, quam duxit rex Poloniæ. Lupoldus verò prædicti Alberti ex comitissa de *Psurr*, duxit uxorem filiam ducis Mediolani, & ex ea progenuit 5. filios, Albertum, Guilielmum, Lupoldum, Fridericum, Ernestum, Albertus ex * ducissa Hollandiæ reliquit filium Albertum, sed non remansit. Ex Guilielmo qui duxit filiam Caroli regis Apuliæ, non manserunt descendentes, neque ex Lupoldo qui duxit filiam ducis Burgundiæ. Fridericus verò ex ducissa Brunsvicken, genuit Sigismundum archiducem, qui obiit etiam sine descendentibus. Ernestus autem quintus Lupoldi filius, ex regina Poloniæ genuit 5. filios, Rudolphum, Lupoldum, Ernestum, Albertum & Fridericum: ex quatuor prioribus nõ remanserunt descendentes. Fridericus autem postea imperator Ro. ex Leonora Portugalliæ regis filia procreauit tres filios, Christophorum, Iohannem & Maximilianum Imperatorem Romanum, qui natus fuit in cœna Domini, & in die S. Paschæ baptizatus est anno 1459. duxit uxorem Mariam filiam ducis Burgundiæ, ex ea genuit Philippum filium & Margaretam filiam. sororem verò regis Maximiliani duxit Albertus dux Bauariæ, ex qua suscepit plures liberos. ANNO Domini 1285. Philippus rex Franciæ pro Martini pont. mādato Aragonum regnum inuadit, Gerundam obsidet, cui succursurus rex Petrus Arago, cum Francis cōgressus est, vulneratusq; eo prælio, & paulò post defunctus. Igitur rex Franciæ audita victoria suorum contra Aragonenses, & simul regis vulnus, durius Gerundam vrget, cuius ciues per defectum victualium ac regis morte contriti, dederunt ciuitatem cum pacto, vt personæ saluæ forent, & quicquid secum abspoliare possent. Sed Aragonis Admiraldi opera recepta est ciuitas postea, & Franci cæsi, rexque Philippus macore febrim incidit, vnde pauco post tempore vita decessit. Post hæc Philippus regis filius primogenitus, coronatus est rex Franciæ Rhemis in die Epiphaniæ cum uxore sua Iohanna filia regis Navarra, anno Domini 1286. cætera de regno Siciliæ dicentur infra. ANNO Domini 1285. pontifex Martinus tot curis circumuentus, Perusium proficiscitur: vbi lenta febre vexatus, tandem moritur, sepeliturque in cathedrali basilica, ad cuius sepulcrum (scribit Platina) multi valetudinarij delati, multi cæci perducti, muti & claudi pristinam valetudinem meritis ipsius à Deo receperunt. ANNO Domini 1286. Honorius 4. patria Romanus, è gente Sabella nobilissima, Iacobus antea vocatus, pontifex creatus est, fratre suo Pandulpho senatoriam dignitatem gerente: habitauit hic in Auentino apud S. Sabinam, sedit annos duos. Eodem anno Honorius papa ordinauit, vt Pinziuala de Flisco de comitibus Ianuen. de Langana, fieret vicarius generalis imperij, qui & in Alemaniã statim profectus ad Rudolphum imperatorem electum, fecit sibi confirmari dictum vicariatum. Verùm postquam in Tusciam vt vicarius imperatoris venisset, vtque iura recuperaret imperij, Florentiam ingressus, in domibus Mozanis vltra Arnum prope ecclesiam Gregorianam residentiam fecisset, vocatis Florentinis, Lucanis, Pistoriensibus, Senensibus, ac aliarum ciuitatum ciuibus partis Guelphæ, exigebat ab eis fidelitatis & obedientiæ iuramentum imperio Ro. quod nullo pacto facere vouerunt. Vnde iratus recessit, & in pœnam inobedienciæ condemnauit Florentinos 60. millibus marcarum argenti, & similiter alias ciuitates proportionabiliter. Inde perrexit Aretium, ordinauitque vt Florentini exilio mitterentur, amissis substantijs eorum, & cum paruam haberet obedientiam, propter factionem Guelphorum: eapropter reuersus in Alemaniã, sine honore ad Rudolphum peruenit. Rudolphus autem comparandæ pecuniæ studiosus, cancellarium suum è gente Flisca in Italiam misit, qui populos in Hetruria omnes liberos faceret, & eos potissimum qui se pecunia redimere curarent: Persoluere autem ob eam rem Lucenses xij. millia nummum auri, Florentini verò sex millia, qui statim liberi omnino facti, magistratum quem Priorem arcium vocant, addito vexillifero iustitiæ, creauerunt. Non displicuit hæc veditio Honorio, licet indigna tanto principe videretur, quòd

Sigismundus Cæsar.

Fridericus 3. Cæsar.

Maximilianus Imp.

Philip. Fræcus contra Arag.

Honorius 4. papa.

De Tusciæ vicario.

Libertas empta Italia.

ea ratione Ecclesiastica ditio futura securior videbatur, cum non amplius imperatori liceret liberas ciuitates vexare. ANNO Domini 1287. Honorius 4. misit in Alemaniã legatū à latere cardinalem Tusculanum, qui in Herbipoli præsentem rege Rudolpho vocauit conciliū. Et quartam partem omnium prouentuum per quatuor annos postulauit. Multis ergo archiepiscopis, episcopis & prælatis tremantibus, surrexit Probus episcopus Tullenfis ordinis fratrum Minorum de Tubinga oriundus, & stans super baptisterium nouiter in ecclesia Herbipolen. ædificatum, pro omnibus appellauit. Idque factum est in medio quadragesimæ. Affuit in ea conuocatione præpositus ecclesiæ S. Martini in *Embslingen*, qui nomine capituli in expen. consumpsit xv. libras Hall. Idem quoque Probus postea ab episcopatu deiectus est, & in ordinem suum reuersus. ANNO Domini 1286. Eberardus comes de *Wirtemberg*, regis Rudolphi mādatis diutius reluctando, iram in se regis concitauit: vnde cōtractis tam equitū quam peditum copijs, comitatum prædictum armata manu ingreditur, & omnia quæ potuit hostili deuastatione demolitur. Videns autem comes Eberardus tantæ se multitudini resistere non posse, ad tutiora loca confugit. Quod cernens rex & animositate comitis, Stutgardiam vallauit obsidione, arietibus muros oppidi fortiter concutiens. Verùm comes cum suis qui intus erant, fortius rem aggredientes, maiore (vt referunt) regis damno quam commodo sese ab hostibus defendunt. Ad vltimum archiepiscopus Moguntinus temeritatem comitis ac pariter suorum viriles animos considerans, vices suas interponere disposuit, ac post concussum oppidi murum, post incendia vicorum & villarum, post denique terræ desolationem & plurima spolia, in regis gratiam comitem reduxit, concordiam & pacem inter partes reformando. Quibus peractis, Rudolphum comes vt regem recognouit, iuramentum fidelitatis præstando. deinde 22. die mensis Februarij rex eundem comitem cum ciuibus *Eslingen*. composuit. ANNO Domini 1286. comes Eberardus de *Wirtemberg*, propter diffidationē ciuitatum imperialiū per Sueuiam, quibus comites Albertus de *Weseln*, & alius quidam de *Tess* subsidia ministrabant, eosdē comites persecutus est, eorumque villas & agros tum igne tum ferro deuastans, cum rapinis cædes non modicas fecit. Verùm Rudolphus rex aduersus prædictum comitem Eberardum exercitum ducēs, cum plurima illi per terras suas damna intulisset, tandem reconciliatus in oppido imperiali *Eslingen*, prædictum Eberardum, ac comites Albertum de *Weseln* & alium de *Tess*, cum eorum complicibus in integrum restituit, pacem inter partes reformando. Nam cœmeterium quoddam ipsi comites obsederāt, quibus rex Rudolphus per mandatum iussit, vt soluta obsidione, ad propria reuerterentur. Verùm soluta obsidione Rudolphus ad decimumseptimum Kalend. Octob. ipsam cœmeterium destrui fecit. Quod animaduertens comes Eberardus, in furorē denuo accensus, regi rebelare instituit. Interuenientes tamen amici, pax prius inter regem & comitem reformata suo in robore vt consisteret, impetrarunt. Nec superfuit his rebus diu Honorius quartus bonus pontifex, qui ordinem Carmelitarum restituit, & reliquos nonnullos probauit, quo etiam tempore cum Aragonibus non admodum feliciter Franci pugnauerunt. Et defuncto quidem Honorio, vacat sedes decem menses. nam cum apud sanctam Sabinam conclaue haberetur, multi Cardinales repentina ægritudine sunt correpti. Hanc ob causam in aliud tēpus reijcitur electio. ANNO verò Domini 1288. Nicolaus 4. patria Asculanus, Hieronymus antè vocatus, ordinis Minorum, presbyter cardinalis apud S. Sabinam eligitur, collocaturque in sede S. Petri Reate: deinde ob seditiones Romam profectus, sedit annis quatuor & mense vno. Eodem anno Carolus princeps Salernitanus, qui captus tenebatur, liberatus fuit à captiuitate, procuratē Eduardo rege Angliæ, his pactis, quòd Carolus promissit Iacobo Aragonum regi iuxta posse suum dare operam, quòd Carolus de Valesio germanus regis Franciæ, renunciarer cum voluntate Papæ priuilegio & iuri regni Aragoniæ: Et (vt Blondus refert) idem Carolus suis impetraret sumptibus, Iacobum Aragonem à pontifice Romano, sicut Carolus genitor suus fuit, feudatarium Trinaciæ regem institui & coronari: quod si triennio non impetrasset, in carcerē redire promissit. Et ad confirmationem dictorum, dimisit dictus Carolus tres ex suis filijs, scilicet Robertum, Raimundum & Iohannem, vel secundum alios Carolum & Ludouicum, obsides, quinquaginta milites prouinciales, & insuper dedit xxx. millia marcarum in carlinis, & sic dimissus fuit. ANNO Domini 1289. Carolus 2. princeps, liberatus à carceribus Aragoniæ, redijt per Florentiam, vbi acceptus est honorificè. Post triuuum autem

Rudolphus rex, Wirtembergæ comitem vastat.

Comes de Tess.

Nicolaus 4. papa.

Attende de Aragonia.

tem iter suū prosequi cupiens, Aretini cum Gibelinis eum interciperere tentant. quod Florentini cum rescissent, missis octingentis equitibus & peditum tribus millibus, Carolum armata manu ad urbem deducunt, ubi cum magno honore receptus est à Nicolao papa ac cardinalibus, & die 28. Maij coronam accepit regni Siciliae & Apuliae magna solennitate. Deinde collatis sibi multis iocalibus & gratijs ab ecclesia, & subfidijs decimarum in adiutorium ad recuperandam Siciliam, postmodum inde recedens, Apuliam ingressus est. Circa hæc tempora rex Rudolphus, vacante burgraviatu Norinbergen. eundem comiti de Golsen contulit sororio suo, à quo descendunt burgravijs usque ad Fridericum, qui in Concilio Constantiensi à Sigifimundo Romanorum imperatore in marchionem Brandenburgen. creatus, de eodem fuit inuestitus. cessauerunt enim in eodem Friderico burgravijs Norinbergen. & marchiones Brandenburgen. hodie appellantur. ANNO Domini 1264. Albertus Magnus natione Sueuus Ratisponen. episcopus, ordinis Prædicatorum professor, his temporibus clarissimus, homo admirabilis doctrinæ habetur, qui cum diu philosophiæ ac theologiæ scholas tenuisset Coloniae, moritur, octogesimum ætatis suæ annū agens. Thomas Aquinas, Alberti Magni discipulus, ordinis Prædicatorum, hunc scientissimum virum, ex insigni Comitum familia apud Apuliam originem duxisse tradunt. Tantum Coloniae profecit, quod post aliquot annos apud Parisios primum locum in doctrina teneret. Romam deinde ab Urbano 4. accersitus, spretis dignitatibus quæ ei offerbantur, totum se studio dedit. Nam & scholam Romæ instaurauit. tandē cum apud Cassinum montem fuisset, vocatusque à Gregorio x. ad Lugdunense concilium, infirmatus in via moritur. Et à quibusdam chronographis dictum fuit, quod d veneno fuerit extinctus à quodam familiari regis Caroli, ut ei complaceret, quia de familia erat S. Thomas Aquinorum comitum, qui fuerant Carolo rebelles, timens ne fortè, si ad cardinalatum assumeretur, foret ei contrarius. hoc tamē (ut refert Anton.) non clare habetur. obiit anno 1274. cuius vita & doctrina probata est ab Ecclesia. ANNO Domini 1278. in ponte super Mosam in Traiecto superiori, ducenti homines chorea ludentes xv. Kalend. Iulij, & cum corpus Christi per sacerdotem portaretur ad infirmum, volebant cessare donec transisset sacerdos. Igitur mox transito ponte à presbytero, pons cecidit, & omnes in fluuio præter vnum submersi fuere. Circa hæc tempora fuit Nicolaus de Lyra doctor theologiæ Parisiis, quem quidem natione Iudæum referunt, sed conuersus, valde profecit in ordine Minorum. alij dicunt eum Brabantinum fuisse, ex Christianis parentibus natum: atque hoc magis creditur possibile. ANNO Domini 1288. in Alemania & diocesi Leodiensi, in villa Erckel quædam puella vixit sine cibo & potu ultra 30. annos, cuius villæ plebanus obtulit ei oblatam non consecratam pro consecrata, quam non potuit deglutire: sed resumpta illa, dedit consecratam quam sumpsit: ex hoc liquet, quod corporalem cibum non expetebat, sed magis spiritualem. ANNO Domini 1261. facta est magna contentio inter Henricum episcopum Argentinensem de Staßel & inter ciuitatem Argentinensem. super quibusdam iuribus, intantum quod Episcopus omnem clerum mandabat exire ciuitatem sub priuatione Beneficiorum: & cum totus clerus exiisset, posuit episcopus interdictum arctissimum, prohibens sacerdotibus quibuscunque, ne pueros ciuium baptizarent, aut cuiquam sacramenta ministrarent. His non obstantibus, inuenerunt ciues tres sacerdotes, qui contra interdictum episcopi celebrauerunt, & omnia sacramenta incolis ministrauerunt. Interea episcopus contractis vndique copijs, ciuitatem obsedit, post multas tamen vastationes extra ipsam factas, quo in tempore leues quædam pugnae pluries commissæ sunt: tandem ciues sese mutuo cohortantes, inito conflictu, post multam stragem exercitus episcopi victus est: ipse verò episcopus fuga vitam saluauit. Occisi fuerunt autem de exercitu episcopi, sexaginta nobiles, inter quos fuerat Hermannus de Gerolsbeck frater episcopi, & vnus de Uerstein: populares verò multi: capti verò & in ciuitatem ducti fuere septuaginta sex. deinde multa damna hinc & illinc commissa sunt. Tandem rex Richardus de Anglia, in regem Ro. à quibusdam electus, quæsiuit partes componere, sed nihil egit. postremò mortuus est episcopus. quo defuncto, reformata est pax. De vsu primarum precum, quod etiam tempore Rudolphi fuerint, inuenitur forma talis: *Rudolphus Dei gratia Rex & semper Augustus, honorabili in Christo deuoto Abbati etc. gratia suam & omne bonum. Cum ex antiqua & approbata, ac à diuis Imperatoribus & Regibus in christiana recordationis nostris antecessoribus usque ad nos producta*

Burgravius
Norinberg.

Marchio
Brandenburg.

Albertus
Magnus.

Thomas de
Aquino.

Miraculum

Nicolaus de
Lyra.

Mirum.

Ep. Argent.
à ciuitate
diffidet.

De vsu pri-
marum
precum.

Epistola
Rudolphi
Precariae
formula.

ducta consuetudine, qualibet Ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet Collatio, super vnus Collatione Beneficij Precum nostrarum primarias admittere teneatur: Deuotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Ecclesiastico Beneficio, quod ad tuam Collationem spectat, ob Reuerentiam sacri Imperij & nostram, si quod vacat in presentibus, vel quàm primum vacauerit, studeas liberaliter providere: taliter faciens, quod Deuotionem tuam nostra Serenitas debeat merito commendare, & ad tua iusta desideria facilis inueniri. Datum Regni nostri anno primo. Tu vide Specul. tit. de legato. §. Nunc tractemus. verf. Sed nunc quid legatus. & Doct. de Præbend. in c. Si cui. lib. 6. hoc esse priuilegium.

GENERATIO XLIIII.

ANNO Domini 1290. sub Nicolao 4. anno eius 3. Rudolpho rege Ro. existente, incepit 44. generatio. Eo autem anno insigne miraculum accidit Parisijs. nam cum quidam Iudæus mutuasset cuidam mulieri super veste pecuniam ante festum Paschæ, mulier carens bona veste, petiuit à Iudæo, ut vestem sibi per diem concederet. Ad quæ Iudæus: Porta, inquit, mihi Corpus Christi, quod dicitis esse in hostia, & ego tibi vestem gratis restituum. Mulier cupiditate deuicta, sumens Sacramentum & secreto extrahens ab ore, Iudæo presentauit: qui vestem ei restituit, & Sacramentum in patellam cum aqua misit. Verum in aqua bullenti cum Sacramentum illesum mansisset, ille gladio percussit Hostiam, moxque sanguis exiuit, quo aqua tinta est & rubea effecta. Christianis autem superuenientibus, & ad vsuram petentibus, Hostia euolauit super tabulam in eorum conspectu. Captus est Iudæus, & pro confesso scelere combustus, indeque Sacramentum cum processione ductum est ad Ecclesiam, & ex domo Iudæi fabricata est Ecclesia Saluatoris. Circa initium istius generationis Christiani ferè totam terram sanctam perdidit. Sultanus enim Aegypti paulò antè cum maximo exercitu equitum & peditum venit in Syriam, & obsedit ciuitatem Tripolim & vi cepit, occisis plurimis Christianis: ciuitatem expoliata, quæ plena erat iocalibus & preciosis rebus, diruerunt vsque ad solum, excepto quodam castello, in quo posterunt suos: paremque fortunam Sidon & Berytus pertulerunt cum Tyro, & eam urbium oppidis. Is itaque Sultanus astu equè ut prudentia pollens, ne ea clade accepta Christiani principes Occidentis in Asiam trajicerent, Christianis Ptolemaidæ habitatoribus inducias 2. annorum concessit. Pontifex autem Nicolaus crucem prædicari iussit pro auxilio Ptolemaidæ, mille insuper & 300. milites suo ære conduxit, quos multi sine imperatore secuti sunt, qui Ptolemaidam venientes nullo regimine, multa intulerunt damna Christianis ac Saracenis. Sultanus sæpe questus est, & per nuncios prædam repetijt, denegataque, exitium comminatus est. Erat de Ptolemaidæ regimine magna concertio. nam patriarcha Hierosolymitanus illud & Templarij, Hospitalarij & Teutonici, & rex Cypri, & rex Siciliae, & Pisani quærebant. Interea etiam pontifex Nicolaus, ut refert Blondus, Carolo 2. gratificari cupiens, pacem interrupit, quam ille & Iacobus Aragoniæ rex constituerant, & inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ reges nouum exortum est bellum, quæ res in Asia Christianos perturbauit. Sultanus enim Babyloniam centum quinquaginta millia pugnatorum aduersus Ptolemaidam misit, filio ducè copiarum instituto, cum ipse agrotaret. Ducta est obsidio 2. mensibus. interim mortuo Sultano, filius suffectus est, qui acrius urbem impugnans, promissa militibus præda, fossatis completis materia ac virgulis, ad mœnia usque pugnando peruenit. At vna die erumpentibus Christianis, magna occisione Sultanus in castra repulsus est. deinde fit discordia in urbe. placuit, imbellem multitudinem propter victus defectum emittere per noctem: cum qua multi desertores effecti sunt. deinde 12. millibus ad defensionem urbis dimissis, reliquos abire permiserunt. Manserunt autem ex primoribus rex Cypri & patriarcha Hierosolymitanus & Hospitalis ac Templariorum magistri, reliqui omnes abierunt. Sed rex Cypri perfidia vsus, desertores secutus est, cuius exemplo multi etiam post eum fuga lapsi sunt. Postremò omnium Hierosolymæ patriarcha magistrique, cognita Sultani oppugnatione, quæ maior quàm solita parabatur, dromone ad id seruato portu delapsi, secunda primùm nauigatione sunt vsi, sed vento post parum in validam tempestatem mutato, sub ipsam Cypri plagam naufragio perierunt. Itaque Sultanus post eadem die à paucis, quos nauigij carentia detinuerat, Christianis malè defensam urbem vi cepit, & mortalibus in ea repertis ad vnum cæsis præda sumpta,

Iudæi Parisiensi
crucis scelus.

Grauis in
Occidente
Christiano-
rum clades.

Ptolemaidæ
seu Aca postremum amissum.

sumpta, supponunt ignem, mœnibus vr̄bis parietibusque passim solo æquatis, duriore Saracenus miles Sultani imperio est oneratus, quod fundamenta vbique ita confodi, dissipariq; insit, vt nullum posthac vr̄bis ædificij vestigiū appareret. Salutis erat annus 1290. Itaque tandem reliquias amisimus, post victoriam Gotfredi annis 196. Cyprus tamen insula & Armenia minor, Cilicia prius dicta, in Christianorum fide manserunt, iterum Nicolaus prædicari fecit crucem & indulgentias. ANNO Domini 1291. rex Rudolphus in vigilia diuisionis Apostolorum venit ad Spiram, & cum illo regina ac filij & filia, vxor regis Boemæ, dux Ludouicus de Bauaria, & multi barones cum eo. ipsa verò die diuisionis apostolorum obiit rex, & die crastina gloriosè sepultus est in ecclesia cathedrali apud sepulturam regum, prope sepulcrum regis Philippi. de quo refert Anto. quod semper conatus fuerit dominium suum & potentiam augere in Alemania, nec visus est curare de Italia. vnde non ingressus est eam, sed studij sui fuit, procurare filijs terras & diuitias, vnde & acquisiuit sibi ducatum Austria, & partem magnam Sueuiæ. hæc ille. Quod ducatum Austriæ cum nonnullis alijs ducatibus atque dominijs posteritati suæ reliquerit, nobilissimisque dignitatibus insigniuit, nemini mirum videri debet. nam etsi fuerit genere paruus, consilio tamen atque prudentia fuit clarus, & in omni genere armorum princeps exercitatus, ac in bello victoriosus. vnde veniens ad imperium post exclusionem Friderici 2. post diurnam vacationem, quoslibet rebelles in Sueuia, Franconia, Alsatia, necnon aliarum prouinciarum multis laboribus humiliavit, regem Boemæ in bello superat atque occidit, comites in Wirtenberg prepotentes, vastata corū terra, subiugauit, quique vnico anno, salutis scilicet 1290. Erfordiam veniens, plus quam 70. castra destruxit. Sed Italiam ideo non curauit, quia eos pro maiore parte rebelles fore notauit, vnde in suis factionibus eos reliquit. Eodem anno Michael Palæologus Constantinop. Imperator obiit, quem sacerdotes & monachi sepultura sacra prohibuerūt, eo quod Occidentali Ecclesiæ in Lugdunensi concilio consensisset. Successit ei Andronicus filius in imperio. regnavit annis 15. vnde Andronicus ob eam contumeliam libenter Latinæ ecclesiæ fuisset vnitus, si auxilium habuisset, quod postea semper recusauit. ANNO Domini 1292. Nicolao papa 4. vita functo, Se. Ap. vacauit 2. annis & mensibus 3. ex discordia cardinaliū. nam Vr̄sini petebant fieri aliquem ad complacentiam regis Caroli, alia pars Columnensiū alium fieri cupiebat. Eodem anno Rudolpho mortuo, principes ad quos spectat electio imperatoris, elegerūt Adolphum comitem de Nassau apud Francfurt, qui reg. annis 6. valde fidelis imperio, in nullo suos liberos de rebus imperij ditauit, sed imperiū ampliari disposuit. totum enim principatum Misnensem coemit, & imperio incorporauit, quem vsque ad mortē suam quietē tenuit, sed successor suus rex Albertus totum perdidit. Ipse quoque Columbariam in Alsatia obsedit & cepit, & præfectū oppidi secum in curru captiuum duxit, baronem quoque de Napelsstain victum ducens, liberos eius obsides accepit. de huius electione reliquisque gestis paulò plura infra. ANNO Domini 1293. rex Adolphus venit ad Eßlingen Sueuiæ oppidū, vbi congregati fuerāt omnes barones ac potentēs Sueuiæ, qui omnes pacem iurauerunt, præter comitē de Wirtenberg. Nec his annis quietū fuit Franciæ regnū. nam Philippus Pulcher primis regni sui initijs ex Angli Eduardi perfidia multa passus in commoda, Aquitaniam atque alia recepit. ANNO Domini 1290. Hungariæ rex Ladislaus à Comanis, quibus diu adheferat, occisus est, filium successorem non habens, post cuius mortem Andreas de Venetijs dictus, coronatur, qui viuente adhuc Ladislaō rege, adductus in Vngariam fuerat, de cuius ortu ita habetur: Cū rex Andreas 2. mortua vxore, mare ad pugnandū pro terra sancta transisset, victorq; rediens in Italiā applicuisset, magnificè à marchione Estensi susceptus est: viditq; filiam marchionis vnā virginum omnium speciosissimam, quam matrimonio duxit: mortuo verò paulò post rege, vidua ista desiderans visitare parentes, vocatis prælati ac regni proceribus, se grauidam ostendit, & eorum voluntate ad patrem redijt, ibique puerum masculum peperit Stephanum nomine. Hic Stephanus vt adoleuit, marchionatum vsurpare volens, repulsus, fugit ad Iacobū Aragoniæ regem, cū iam Vngariæ regnū alij se proximiores tenerent. Habebat autem vxorem rex Aragoniæ filiam regis Andree, quæ erat sibi ex patre soror, cum qua aliquandiu moratus, tandem in Italiam redijt. Et cū ita vagus ac profugus terram circumiret, duxit filiam cuiusdam cuius Veneti potentissimi, ex qua habuit filium istum Andream, qui auxilio suorum viuente adhuc rege Ladislaō venit in Vngariam, & sic occiso Ladislaō, in regē surrogatur. Verūm,

Rudolphi
interitus.Rudolphi
laudes.Michael Pa-
laologus.

Andronicus

Adolphus
de Nassau
Cæf. 101.Philippus
Pulcher
Franc. rex.Andreas de
Venetijs
Vngar. rex.

Verūm, vt solent, quidam proceres Vngariæ post aliquot annos in præiudicium illius, à Papa Bonifacio 8. regem petierunt Carolum puerum, Siciliæ regis filium, anno videlicet 1299. cuius origo talis erat: Rex Stephanus 5. habuit filiam nomine Mariam, quam Carolo Claudio filio Caroli aui, qui contra duces Sueuiæ regnum Siciliæ obtinuit, desponsauit, qui Carolus Claudus ex filia Stephani genuit Carolum Martellum, Carolus verò Martellus ex Clementia filia imperatoris Rudolphi, genuit filium Carolorobertum, sed in Vngaria Carolus vocabatur. Vnde in præiudicium (vt tactum est) regis Andree, Papa misit legatum de latere: sed nihil agens, ad propria redijt. verūm postea anno 1301. idem rex Andreas in pace quieuit. At mortuo Andree, barones regni se diuidunt. aliqui enim Carolum exoptant, nonnulli verò regem Boemæ Vuenceslaum inuitant: & hoc ideo, quia rex Othocarus nuper in prælio occisus, de filia Belæ regis Vngarorum genuit Vuenceslaum dum esset Boemæ rex. verūm Vuenceslaus venire in Vngariam noluit, sed filium suum ex filia imperatoris genitū, Rudolphum scilicet, qui & habebat nomen suum, Vuenceslaum, eistradidit in regem Vngariæ coronandum. hic venit ad Albam regalem, & ibi ab archiepiscopo * Colocensi in præsentia episcoporum & procerum fuit coronatus. Eodem tempore frater Nicolaus episcopus Ostiensis, legatus à latere missus in Vngariam pro Carolo venit, qui Budam interdixit, & redijt. & quia pars magna Carolo adhaesit, videns Vuenceslaus rex Boemæ filium nomine solum regem fore, cum rediit vnā cum corona in Boemiam. Interea consentiente Vuenceslaō, proceres quidam regni Othonem ducem Bauariæ subintroducunt in regem Vngariæ, qui veniens, coronam regni à Vuenceslaō ablatam secum ferens, à Benedicto episcopo Versprimien. ac episcopo Antonio Canadensi rex est vnctus, & sacra coronatus corona. Inde Budam veniens, in die solenni coronatus incessit, paulò tamen post Ladislaus Vaiuoda Transyluanus eum cepit, & castro suo vinculatum tenuit, vnde postea elapsus est, & sine regno ad propria remeauit. ANNO Domini 1309. cardinalis S. Martini in montibus presbyter Card. in Hungariam missus, nobiles regni anathemate norauit, & diuino vniuersis interdixit, quapropter Carolum vniuersi Hungari regem suscipiunt atque coronant. Hic Carolus tres successiue vxores habuit, & ex vltima, filia Ladislai regis Polonorum Elizabeth, Ludouicum atque Andream filios genuit. Fertur autem quod anno Domini 1339. Casimirus, rex Poloniæ ad Albam regalem venerit, & de voluntate procerum ac prælatorum regni, Ludouico filio Caroli Polonorum regnū resignauerit: erat enim filius sororis suæ, & decessit sine liberis, de quo post obitum Casimiri coronatus fuit. Mortuus est autem Carolus post multa gloriosa facinora anno 1342. vir laude dignissimus. Et ei in regno successit Ludouicus, de quo & fratre Andree dicitur verius, si locus alibi fuerit. nam magna pars eorum quæ iam dicta sunt anticipatione, aliò referenda sunt. ANNO Domini 1294. post longam vacationem Ro. sedis, Perusij in hoc tandem conuenerunt cardinales, non eligere aliquem de collegio. vnde elegerunt sanctum virum fratrem Petrum de Murroni, qui eremiticam vitam ducebat, & qui multa monasteria instituit: tandemque solitudinem amans, habitationem sibi in montibus Murronis elegit, quem Cælestinum quintum nominabant. Electus est autem Carolo rege & Latino cardinale instantibus. Aquilam itaque post creationem suam profectus, eò statim cardinales omnes ad se vocat. omnes igitur eò profecti, Cælestinū ipsum vt verum pontificem adorant. eius autem coronationi interfuisse 200. millia hominū scribitur, sedit anno vno, mensibus 5. profectus est cum curia sua Neapolim. Verūm cū à priori vita ob pontificatum nequaquam declinaret, adeò benignus & facilis omnibus petentibus erat, vt eadem diuersis concederet, vnde & contemptus dignitatis oriebatur. hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri coepta est. Et instantibus acriter Cardinalibus quibusdam, maximè verò Benedicto Caietano viro in iure ciuili & canonico peritissimo, vt id quamprimum agat, proposito Reipublicæ Christianæ discrimine, quod sua imperitia imminere omnium ceruicibus ostendebant, affirmantes omnia mala accidentia in die iudicij sibi imputatum iri. Motus his verbis vir sanctus & simplex, futurum se in eorum potestate dixit, modò id iure fieri posset. quare constitutio omnium consensu facta est, licere pontifici abdicare se magistratu: quam constitutionem Bonifacius octauus, postea in librum sextum retulit. Vnde statim resignauit papatum, pontificatus sui mense sexto, atque Benedictus Caietanus extitit electus, qui Cælestinum ad eremum abeuntem, ex itinere ad se retraxit, eundemq; præfecto arcis Fumonis

De Carolo
Sicuto.Vuenceslaus
Vng. rex.Otho Bauar.
rex Vngariæ.Carolus Si-
culus Vngariæ
rex.Cælestinus
5. papa.De abdic.
do papatu.

nis custodiendum tradit, hac ratione motus, vt ipse dicebat, ne auctores seditionum aliquam calamitatem, hoc duce, Ecclesie Dei inferrent, licet reuera hominis sanctitatem admirarentur. Vt cunque sit, constat hominem magnæ ingratitudinis & calliditatis fuisse, quippe qui ambitionis causâ & virum sanctum deceperit, & captum, vitam eremiticam appetentem, in carcere dolore animi ante tempus mori coegerit.

ANNO igitur Domini 1295. vacante sede, secundum chronicam Floren. Benedictus cardinalis sollicitus erat pro papatu, non expectans vt vocaretur velut Aaron: vnde & nocte quadam cum modica comitiua accessit ad palatium Caroli, offerens ipsi omne auxilium Ecclesie in recuperatione regni Siciliae, si operam daret vt eligeretur in Papam. Rex autem hac spe inductus, effecit vt cardinales noti, posthabitis alijs, ipsum eligerent. Cum igitur essent in cõclauo Neapoli, dominus Mattheus de Vrsinis & dominus Iacobus de Columna capita partiũ, perpendentes factũ, primi vocem dederunt prefato Benedicto, quos alij secuti sunt, sicq; creatur Ro. antistes in vigilia Natiuitatis Dominicæ, anno quo supra. sedit annos 8. menses 9. vocatus est Bonifacius 8.

Bonifacius
8. papa.

qui librum sextũ anno salutis 1297. edidit. ANNO Domini 1296. pax facta est inter regem Aragonũ & regem Carolum, cum rex Aragoniæ nuper migrasset ab hoc seculo, Dangianus germanus eius, qui se fecerat coronari de regno Siciliae, & illud possidebat, quæsiuit facere pacẽ cum ecclesia, & cum Carolo secundo tunc rege Apulie: mediatorque Bonifacio papa, pax in hunc modum conclusa est, Quod rex Aragonum

Dangiani &
Caroli de
Sicilia pa-
cia.

Dangianus, vxorem duceret filiam Regis Caroli, & ipse Dangianus renunciaret & dimitteret Siciliam, ac etiam obsides quos dimiserat prefatus Carolus in Aragonia filios suos & milites cum illis. Et papa Bonifacius vnã cum Carolo promisit, Carolum Martellum germanum regis Francie, renunciaturũ priuilegio, per quod Martinus tradiderat ipsi regnum Aragoniæ. Et vt ad hoc præberet assensum, dedit ipsi comitatum seu ducatum Andegauia, & filiam in vxorem: Carolusq; rex Apulie personaliter accessit in Franciam, & concordatis partibus, liberatus est cum filijs suis à detentione eorum in Aragonia. Cum autẽ transiret per Florentiam cum comitiua sua, inuenit ibidem

Frid. Ara-
gonus Sici-
liã occupat.

Carolum Martellum filium suum, Regem Hungarię creatum, cum ducentis militibus Francigenis Prouincialibus & de partibus regni, permanstque in Florentia diebus viginti, pater cum filio, honore magnificẽ sibi impẽso à Florentinis. nam ibi erat etiam marchio Montisferrati, cui promissa fuit filia Caroli in coniugium. deinde ad curiam Romanam venit, & ibi firmata pace per Ro. pontificem cum predictis conditionibus, ex curia Neapolim est reuersus, & Dangianus qui possedit Siciliã, dimissa Sicilia, reuersus est in Aragoniam, ibique se coronari fecit. Sed cum Carolus crederet se Siciliam recipere quietẽ secundum conuentionem post recessum Dangiani, tum ecce Fridericus germanus Dangiani Siciliam sibi usurpauit, & in regẽ eius se fecit coronari deu-

luntate Siculorum contra ordinationem Ecclesie. Quapropter pontifex multũ indignatus est contra regem Aragonũ & fratrem eius Fridericũ, fecitq; eos ad curiam citari. Et rex Dangianus comparuit coram Apostolico, secum ducens reginam Constantiam matrem suam, ac etiam Rogeriũ de Loria suum Admiraldum: Papa autem honorificẽ suscepit eos, & execratos ecclesie reconciliauit. Excusauit autẽ se Dangianus rex, quod gesta fratris non essent de voluntate sua, & hoc iureiurãdo expressit in manibus papæ, ac in presentia regis Caroli: obtulitque exire in bellum ad regis Caroli adiutorium contra germanũ suum omni conatu etiam personaliter, ad obtinendum Siciliae dominium.

ANNO Domini 1297. cum rex Carolus parasset classem 4. galearũ, præficit Rogerium, vt proficisceretur contra Siciliã. requisitũ è pontificis decreto ad hoc etiam Dangianum regem, vt simul cum suis copijs congregaretur bello contra Fridericum. Qui propter venit cum 30. galeis, coniunxitque eas galeis Caroli. Fridericus autem sciens tantam classem contra se venire, armauit 60. galeas, & occurrit eis. Post asperam verò pugnam in mari diutius habitam, superati sunt Siculi, & capta 6. millia hominum & 22. galeæ, per quod rex Dangianus fidem suam ostendit. dicitur tamen à quibusdam, quod si voluisset, poterat dare Fridericum captum in manibus Caroli, quia galea in qua erat, deuenit ad manus eius. sed parum hoc referre cre-

De Tartaro
Chagano.

diderim, dummodo necita Carolus Sicilia potitus sit. In hæc tempora referunt gesta à Tartaris in Syria sub Chagano principe: sic enim puto nominandum potiũs quàm Chasanum, posteaquam inde amissa Ptolemaide, cum reliqua omni ditione decesserant Franci. Atque is quidem Tartarus sacris Syriæ locis piẽ visitatis, Christi fidei addictus est. Quæ cum per legatos Bonifacius papa accepisset, ingenti spe

Hiero-

Hierosolymæ rebus consultum iri ratus est, sed interuenterunt eius sententiam intestinæ nostrorum seditiones. ANNO Domini 1296. Flandriæ comes Guido, inita cum Eduardo Anglo societate, filiam ei despondit, sed à Philippo re cognita, in Franciam vocatus, aliquandiu seruatus est: tandem libertati permixtus, Franco rebellauit. Quod cum is rescisset, infestis copijs aduersus Guidonem profectus, Flandriam vastauit. ANNO Domini 1296. rex Angliæ Eduardus cum Adolpho rege Romano-

Guido Fla-
drus.

Adolpho
Cesar Anglo
iunctus.

rum colligatus est, misitque ei multa millia florenorum, vt veniret cum magnis copijs in Flandriam, quod se rex Angliæ etiam personaliter constituit venturum. præmisit autem Adolphus multos milites Teutonicos ante se ad stipendium Flandrensiũ, qui simul iuncti, occurrerũt comiti Artheni, qui victoria potitus, occidit ex Flandrensiũ & Teutonicis ad tria millia, & post illam victoriam comes Arthensis accepit loca quædam in partibus maritimis omnibus. Interea rex Angliæ Eduardus magna classe & mille bellicosos militibus, & multis peditibus descendit in Flandriam, prout promiserat ex conuentione inita cum rege Romanorum & comite Flandriæ, & subito Brugas oppidum in deditioem accepit: quod derelictum erat à Gallicis, quia muris & fossis immunitum. Et Bruges deuoti satis videbatur Regi Franciæ: vnde non confidebat ibi residere rex Angliæ, in Gandauo autem subsistebat comes Flandriæ, Adolphum regẽ Alemaniam, qui venire promiserat, expectans. Sed frustra. nam rex ille non venit, siue corruptus pecunia, siue quod tunc motũ fuit ei bellũ ab Alberto duce Austriæ, qui hoc fecit ad instantiã regis Franciæ. Eduardus igitur cum magna festinatione reuersus est in Angliam, derelinquens comitem Flandriæ malè prouisum. Per id tempus Carolus rex Apulie venit in Franciam ex cõmissione summi pontificis, in fauorem regis Angliæ, vt pacem componeret inter reges. ideoq; quoniam hyems erat, rex Franciæ reuersus in Franciã, dimisit præsidia in terris acquisitis, & cum magno honore suscepit regem Carolum, qui dedit operam ad componendam pacem. Et vt res sortiretur effectum, fecit treugas fieri per biennium cum pactis, quod regi Franciæ sine contradictione remaneret Brugæ, & aliæ villæ Flandriæ, quæ iam erant occupatæ à rege: & dispensante Bonifacio papa, rex Angliæ duxit vxorem filiã regis Francorum

Isabelem, & sic pax est firmata. Huiusmodi autem treugis comes Flandriæ inclusus fuerat. ANNO deinde Domini 1298. principes Alemaniam priuauerunt Moguntia De Adolpho
Cæsaris ab-
rogatione.

Adolphum imperatorem iure imperiali, ratione suæ infidelitatis. Recepit enim centum millia marcarum argenti, vt quidam scribunt, à rege Angliæ pro succursu contra regem Franciæ. Debuit autẽ hanc summam diuidere inter principes Germaniæ, quod non fecit, sed emit inde Comitatum quendam. Ex eo recusauerunt ire principes cum eo, ideo scandalum grande admisit, quia iuuare regem Angliæ non potuit. Orta siquidem est inter eum & quosdã de imperio concertatio, ita quod ipse damnificauit Argentinam & episcopũ ac totam Alsatiam, permixtque in omni Alemania lites & bella: quare depositus est ab electoribus per sententiã, quoniam remissus & inutilis erat. & electus Albertus dux Austriæ filius Rudolphi quondã regis Germanorum. quo facto, nouum suscitatur bellum inter Adolphum & Albertum, ad idem cooperante rege Angliæ, qui pecuniam obtulit magnam Alberto, vt vindictã faceret in Adolphum proditoris factæ in eum. accessit præmissis, quod Adolphus multorum principum amisit iam dudũ fauorem. Nam vt quidam chronographi scribunt, Gerardus archiepiscopus Moguntin. Cunradus episcopus Argentinensis, Albertus dux Austriæ, Albertus comes de Hatzgerloch, comes de Lyningen, comes de Swatbrucken, Otho de Dshens-

statin, in mortem Adolphi omnes iurarunt. Paulo post contractis copijs, venit Albertus contra Adolphum, & ad duo millia prope Vormatiam occurrit illi. Adolphus autem multo minoribus copijs, fidutiam ponens in dextra, bellũ cum Alberto iniit. sed pugna facta, cum multis militibus est occisus. Durasse fertur prælium ad dimidium diem, de quo sunt Versus sequentes:

Anno millesimo, trecentis bis minus annis,
In Iulio mense rex Adolphus cadit ense.

Fertur autem, nullum ex coniuratis his recta morte defunctum. Nam inter primos comes Albertus de Hatzgerloch, in itinere à duce Othone de Bauaria genero regis occisus est, comes de Dshensstatin vulneratus in conflictu obiit, Gerardus archiepiscopus postea inuentus est mortuus sedens in sella seu cathedra. Comes de Swenbruct fluuio submersus; Comes de Lyningen insanus factus est, Episcopus Argentinensis à quodam rustico apud Sriburg confoditur. Albertus postea Imperator à Iohanne fratrueli

Adolphi
interitus.

trucl suo occisus inuenitur. Scribit etiam Iacobus de Moguntia, quod Electores Imperij primū in *Stranctfurt* elegerunt ducem Albertum concorditer in regem absentem, & vocato Alberto comite de *Haigerloch*, ei tradiderunt literas, quas praesentaret duci Alberto. ijs continebatur, quod esset electus, vt veniret sine mora ad Francofordiam, pro complemento electionis, qui receptis literis in Vienna; collecto exercitu digno, ascendit: & cum prope Francofordiam veniret ad oppidum *Wijnheim*, Gerardus Moguntinen. precibus iam induxerat coelectores, vt concorditer eligerent Adolphum suum consanguineum, virum corpore compositum, virtuosum, literatum, & in armis strenuum: quo electo & publicato, venit nuncius qui retulit Adolphum esse publicatum: ad quod indignatus dux Albertus, multis cum querelis reuersus est in Austriam: & postea bello exorto inter regem Franciae & Angliae, cum Adolphus a rege Angliae recepisset pecuniam, vt eum iuuaret contra regem Franciae, id valde indignè ferebant principes. Ex quo & alijs causis, auctore praefato archiepiscopo Gerardo, depositus fuit, qui obiecit regi periurium, & quod stipendium contra Francum recepisset, quod cuderet falsam monetam, quod fecisset sacerdotem decolari, quod mandaret ecclesiasticos spoliari. An verò causae allegatae omnes fuerint verae, Deus qui nouit omnia, diiudicet. Hoc vnum veritas docuit, Adolphum à regno depositum, bello succubuisse. ANNO Domini 1298. cum Columnenses in plurius contristassent papam, ducti magnitudine nobilitatis & potentiae, qui etiam in electione Papae ab initio visi sunt resistere, adauxit turbationem, quod cum curiae suae mutaret residentiam papa, Sarra quidam multa ornamenta & thesaurum ecclesiae in via praedatus est: propter quod papa execrauit omnes illos de Columna clericos & laicos, vt fautores sceleris: priuauit etiam clericos beneficijs & dignitatibus: insuper tam clericorum quam laicorum destrui fecit palatia, resque quas in vrbe possidebant, subuertit. Hinc magna Columnenses damna & suarum detrimenta substantiarum recipientes, se tunc ex toto subtraxerunt ab obedientia papae, & bellum inchoatum est cum eis: habuerunt enim bonas ciuitates & castella satis munita. pontifex verò concessit plenariam indulgentiam omnibus sumentibus crucem contra ipsos, in quo bello multi sunt mortui. ANNO autem Domini 1299. interuenientibus amicis & bonis viris, venientes clerici & laici domus Columnen. ad Reatinam ciuitatem, vbi tunc erat curia, prostrati ad pedes pontificis, veniam petitam receperunt, atque à vinculo execrationis absoluti hoc pacto, quod ciuitatem Praenestinam quam occupauerant, ecclesiae restituerent: quod & fecerunt. Licet autem papa promiserit eos reponere in statum pristinum, non tamen seruauit, sed ipsam ciuitatem Praenestinam inexpugnabilem, dirui fecit, quae erat in eminenti, & aliam aedificari constituit in plano, vocari faciens ciuitatem Papae. Eapropter Columnenses videntes se deceptos, quodque papa iuxta conditum pacis capitula violasset, Praenestinam ciuitatem destruendo, rebellauerunt ab ecclesia, inimici papae facti. Ob quae papa denuo execrauit eos, & fulminauit graues processus contra eos, qui ne caperentur, dispersi sunt in diuersas regiones. Et cardinales duo Iacobus & Petrus exularunt, quos papa cardinalatu priuauit, & schismaticos iudicauit. Extat constitutio desuper in sexto de schismat. quae incipit, Ad succidendum. Sciendum tamen, quod Benedictus successor Bonifacii, hanc sententiam reuocauit per extrauagantem, exceptis tribus, scilicet depositione à Cardinalatu, & inhabilitatione ad papatum, & beneficijs ecclesiasticis & confiscatione bonorum, exinde per Clementem 5. resumpti ad cardinalatum, vnitique Ecclesiae pietati, vita defuncti sunt. Eo anno occiso Adolpho, vt dictum est, in *Stranctfurt* postea coram electoribus comparuit Albertus dux, & primae pollicitationi renunciauit. Verum vacante imperio ex morte regis Adolphi, principes concorditer eundem in regem Germanorum in die B. Pantaleonis elegerunt, qui postea Aquisgrani solenniter est coronatus cum coniuge sua filia comitis de Tirolis, regnauitque annos x. Hic Albertus erat vniculus, ad aspectu trux, & auarus. curabat enim ditari liberos. nam sex habuit filios, Rudolphum primogenitum, qui postea factus rex Boemiae, decessit sine liberis: Fridericum, Rudolphum, Henricum, Albertum & Othonem, vnamque filiam Hagnen natu maiorem, Andreæ regi copulauit Vngariae, aliam filiam Elizabeth dedit duci Lotharingiae, tertiam filiam dedit Goldemaro marchioni in Brandenburg. habuit & soror Alberti Carolum regem Siciliae maritum. Paulò post Albertus aliquoties confirmationem à Bonifacio postulauit, cui Bonifacius respondisse fertur, ipsum indignum imperio, qui occiderit dominum suum Adolphum in praelio, & tene-

De Alberti
Caes. electi
one.

De Columen-
sum & Papae
disfido.

Albertus
Caes. 102.

tenentem coronam in capite, ac spatam ad latus, dicentem, Ego sum Caesar. postea tamen in odium regis Franciae confirmatus est. ANNO Domini 1300. Bonifacius publicari fecit iubilium, quo plenam delictorum omnium remissionem his praestabat, qui limina apostolorum visitassent, ad exemplum testamenti veteris, eundem quoque de centesimo in centesimum annum seruari mandauit. ob hanc rem eo anno tanta vndique multitudo Romam venit, vt vix incedere per urbem liceret. Praeterea tractis treugis inter regem Franciae & comitem Flandriae, rex misit in Flandriam Carolum Valesianum germanum suum ad bellum resumendum, qui discurret, peruastans omnia, breui in deditionem accipiens omnes ciuitates maritimas, excepto Gandauo, vbi comes erat Flandriae cum filijs suis Roberto & Guilielmo ab omnibus derelictus. quapropter de pace actum est, ita vt se in manus regis traderet, promittente tamen Carolo quod ipsum regi reconciliaret, restituendo ipsum & filios in statum pristinum, quapropter datum est Gandauum. Carolus autem ingressus Gandauum, comitem Guilonem ac filios duos cepit, & contra promissa fide fregit. postea cepit totum comitatum Flandriae, cui praefecit Iacobum fratrem comitis S. Pauli, & redijt in Franciam. Interim Iacobus grauari coepit populum, multa adinueniens vt pecuniam extorqueret. Quae ciuiliū seditionum tanta causa fuit, vt neglecto Franciae rege, ad suos comites Brugeses defecerint, Guilielmum quendam accipientes, è comitibus de Flandria profapia oriundum, cui praefecto Brugis adolescens Guido comitis filius se iungit, terramque Gallicam paratis viribus vastat. Quare rex Franciae destinauit Arthesem comitem auunculum suum cum 7. millibus equitum, & 40. millibus peditum. Eo autem tempore rex falsificari fecit monetam, ex qua re multi depauperati sunt, & exercitus abominabilis est factus: castrametati sunt autem apud oppidum Coltraicum. at strenuus Guido vocato Guilielmo cum copijs, deliberant. Et quoniam congressum praelij vitare non poterant, exeunt cum xx. millibus, stationem facientes in planitie aduersus hostes, habentes ante se fossatum aquarum viuientium, quod non erat omnibus notum. Fuerunt autem plerique inermes, habentes venabula ac veruta & contos in manibus. augebat autem eis desperatio vires, statueruntque omnes mori satius esse quam fugere. Coeptumque est praelium acerrimum, & cum regij venissent ad praedictum fossatum, ignorantes cadebant in illud cateruatim, nec vltimi videre poterant periculum, propter pulueris conspersi densitatem. sicque comes Arthenensis, Conestabulus, ac Francorum exercitus superati, ad sex millia equitum & peditum sine numero cum multis ducibus, comitibus & baronibus ceciderunt. Post praedictam verò victoriam non remansit villa, non oppidum in Flandria, quod in deditionem non acceperit dictus Guido dux exercitus. Cum autem noua haec peruenissent in Franciam, non fuit ferè domus, quae non sumpserit lamentum, & multae viduae factae sunt. rex autem Franciae dolorem dissimulans, praonizari fecit per totum regnum bellum contra Flandriam sibi rebellem, falsificari denuo, cupiens monetam auream & argenteam, vt haberet in stipendia. Insuper vocauit Carolum Valesianum de Italia, quem venientem fecit capitaneum. Rex cum 80. armatorum millibus egressus de Atrebato, venit in Flandriam. verum quia patria est plena paludibus, & erat in Octobri, quo tempore eo loci non potest comode belligerari, eapropter rex bellum intercipere coactus, treugas in annum fecit, & abiit. Bonifacius etiam papa, vt erat homo in promittendo largus, Carolum Valesium fratrem regis Franciae, ad se Romam vocat, promittens eum imperatorem velle constituere, Alberto reprobato. Venit autem Carolus Valesianus Romam, qui filiam Balduini vltimi Imp. Constantinop. Aecaterinam uxorem duxerat: à Bonifacioque impetrauerat, vt socero suo liceret imperium repetere, à quo depulsus fuerat. Fecerat id quidem libenter pontifex, quod ei in animo erat, horum principum auxilio exercitum in Asiam transmittere, vt Hierosolymam recuperaret. Interea verò dum res ipse componerentur, Carolus ipsum patrimonio S. Petri cum omni potestate praefecit, per quod tempus in Pistorio Cancellarij gens ditissima, numero multiplicata, in duas partes diuisa est: & altera quidem Albi vocati sunt, altera Nigri, magnis inter se contentionibus agentes: secuti sunt Florentini, ac eadem nomina pariter receperunt. legato igitur apostolico misso nil agente, missus est illò & Carolus Valesius, qui obstare non potuit, quo minus Albi pellerentur è Florentia, qui tum reliquam factionis partem superare & numero contendeant & belli potentia. nam Albi tunc Gibellini appellati sunt. At Bonifacius Hierosolymitanam expeditionem parans, Ariminensem episcopum ad Philippum regem Francorum mittit, qui hominem ad eam rem cohortaretur. is itaque eò profectus, quum

De Iubileo.

Comes Fla-
ndriae capus

Flandrensis
victoria.

Alberum &
Nigrorum fa-
ctiones.

precibus nil obtinere potuisset, minas addidit. Sed par fuit illius arrogantia regis leuitas. hominem enim subito in carcerem conijcit, ex quo rex indignationem Papae acquisiuit, vt Blondus & sequaces referunt. Tamen alij causas inuidiae inter papam & regem assignant, quod rex Francorum quendam episcopum in Francia capere fecit, opponens ei quod esset * Paterinus haereticus, eum priuans episcopatu & bonis suis, vacantes episcopatus diripiebat spolijs, & inuestituras eorum facere volebat. Quam ob rem Bonifacius vt magnanimus, coepit contra eum agere, tanquam contra inimicum Ecclesiae. Et ad id efficacius procedens, vocauit omnes episcopos & praelatos Franciae ad urbem, ad celebrandum concilium: sed rex non permisit eis accessum. vnde papa magis turbatus, cum inuenisset ex quibusdam decretis, regem Franciae a sede Ap. debere recognoscere etiam in temporalibus regnum, destinauit archidiaconum Narbonensem, mandans regi recognitionem regni facere Sedi Apostolicae: alias eum exaceraret, & terram suam interdicto supponeret. Postquam ergo ille applicuit Parisios, rex non permisit bullas publicari: immo familiares regis, literas Apostolicas ei abstulerunt, ipsum de ciuitate eicientes & regno. comes autem Arthenis qui adhuc in humanis fuerat, literas in ignem proiecit. exinde rex custodi fecit omnes vias, per quas esse posset ingressus ad regnum Franciae. propter hoc Papa execrauit regem. Igitur rex Franciae congregari fecit Parisijs omnes praelatos Franciae, necnon barones, & facto concilio pro sui iustificatione, appellauit ab illa sententia, se excusando, & contra Bonifacium inuicendo, plura scelera, scilicet haeresis, Simoniae, homicidij & aliorum, illi impropere, ideo de iure deponendum esse a papatu. Orta igitur maxima dissensione inter eos, Bonifacius utroque, gladio utebatur, execrationes & alios processus terribiles contra regem fulminans. protestatus etiam fuerat archidiaconus Narbonense regnum Franciae ad Romanam spectare Ecclesiam, regemque admonuit, vt a regalibus abstineret, a regno se abdicaret: quinetiam adstantes praelatos principesque ac ceteram nobilitatem a iuramento fidelitatis, quo regi fuerant obligati, absoluens, iussit vt se Romam ad pontificem conferrent. Interea temporis pontifex Philippum regno Franciae per sententiam priuat, eiusque regnum Alberto imperatori subijcit, quem initio sui pontificatus repulerat. Nunc autem confirmatum in regem Ro. ad sumendum coronam imperij sollicitat. Nam de Alberto sic scribit Iacobus Moguntinus, quod Bonifacius eum in odium regis Franciae approbauerit: & cum eum papa contra regem Franciae incitaret, ille se hoc non facturum respondit, nisi sibi & haeredibus suis regnum & imperium confirmaret: de quo cum multum tractaretur per Sedem Ap. in contrarium, tandem refedit concilium. Stupidum dixisse papam referunt, Non fiet istud viuente Iezabele: denotans reginam, quae ex matre soror fuit quondam Conradini ducis Sueuorum. Et Bonifacij quidem arrogantiam iniquo animo ferens Philippus, Anagninam, quod se pontifex receperat, Sarram est Columnensium familia cum Nogaretio equite Franco mittit, ob causam insinuandae prouocationis, qua aduersus Bonifacij iniurias de regni depositione Philippus sese tuebatur. Erat huic obnoxius Sarra, quippe quem ex Italia fugientem, & a piratis captum, rex redemerat. Itaque Sarra, mutata veste, ne ab Italis agnosceretur, quot potest amicos colligit, & conductis ducentis est militia Valeijs, Nogaretium praemittit, qui auxiliu rei, quam tacitus se cum stauerat, afferret. Sarra noctu Anagninam ingressus, Guibelinorum ope Bonifacium in domo paterna capit: inde Romam ductum, post quintum & trigessimum diem mors abstulit. Sunt qui putant Nogaretium Sarramque, in mandatis habuisse, pontificem ad Philippum perducere, sed sanctitatis pontificiae reuerentia deterritos, partim Anagninensium occursum prohibitos, coepo destitisse. Moritur Bonifacius, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibusque terrorem potius quam religionem iniicere conabatur, qui que dare regna & auferre, pellere homines & reducere pro arbitrio animi conabatur. consanguineos nimis dilexit & exaltauit, duos enim nepotes fecit cardinales satis iuuenes, similiter & auunculum suum: viginti numero ex suis consanguineis & amicis episcopos & archiepiscopos instituit, laicos comites fecit, magnum thesaurum eis reliquit. vnde & mortem eius, conductis stipendiarijs, vindicare conati sunt. gratias a Caestino concessas reuocauit, quasi non fuissent effectum consecuta. Gibelinos omnes vno odio persequebatur. Notum est illud, quod Procheto dixit Genuen. archiepiscopo, ad pedes eius die. Cineru prodeunti. nam vbi dici a sacerdote soleat, *Memento homo, quod cinis es, & in cinerem reuertaris*: dixit mutatis verbis, Memento homo quia Gibelinus es, & cum Gibelinis in cinerem reuertaris: in eiusque, oculos cinerem coniecit,

Papae & regis Francorum dissidium.

Alberti Caesaris confirmatio.

De Bonifacij interitu.

Bonifacij temeritas.

iecit, eumque ob factionem archiepiscopatu priuauit, licet postea in integrum restituerit. Vuenceslaus Othocari filius in hac generatione obiit, & pro sancto habetur. De hoc Aeneas Syluius Senen. episcopus in historia Boemorum ita scribit, Vuenceslaus Othocari filium post obitum patris septem annos natu, ab Othone Brandeburgensi marchione in Franconiam abductum, tutorio nomine ab eo quinque annis gubernatum, reuersum puerum sub imperio matris fuisse, illam Zauisium quendam ex baronibus potentem amasse, cuius nuptias adeptam, multas regni opes ad eum contulisse. Sed ipsa breui morbo extincta, Zauisium captum necique traditum esse, regnum deinde ex Vuenceslai arbitrio ordinatum, anno Domini 1290. Praga igne prius consumpta, reparata est. Interea mortuo Rudolpho rege, Albertus filius successerat imperator. hinc non minores inimicitiae cum Vuenceslao, quam inter parentes eorum fuerant. hos Iutha Vuenceslai coniunx, mulier viro cautior, Alberti soror, magno labore diremit. Vuenceslaus iste imperium sibi oblatum fertur respuisse. subiecit sibi Polonos, a quibus inuitatus diadema suscepit. filium quoque sui nominis, XIII. annos natum, petentibus Vngaris regem dedit. Sed cum Bonifacius pontifex max. Carolum adolescentem Caroli regis Siciliae filium eum misisset, & Vngarorum animi mutaretur, filium Albam coronatum ad se reuocasse dicitur, deinde 33. aetatis suae anno ex tabe obiit, mortem eius Boemis magno meroore persecutus. Nam ad tumulum eius insignis latro cum accessisset, exprobrans mortuo vitam, lapideae statuae supra sepulcrum iacenti colaphum inculsit. nec mora, caecitate percussus, impietatis suae poenam dedit. reliqua suae sanctitatis miracula sciens praetereo, breuitati consulturus. Circa annum Domini 1300. Sutesenses famari coeperunt, licet origo gentis multo sit verustior, de quo scribit quidam, inuenisse se chronicam in vrbe Romana, quae referat quod tempore Sigiberti Suedorū regis, & Christophori comitis Austrofrisonū, fame compulsi fuerint aliqui eas regiones exire, & alias sedes querere per sortem, quod exiuerint ex Suedis sex millia hominum, ex Frisonibus mille ducenti, praeter mulieres & pueros: peruenieruntque ad Rhenum, vbi a Priamo & Petro de paludibus Francorum ducibus impediti, vi & armis sibi viam faciunt multis occisis. Deinde spolijs diuisis, per ripas Rheni ascendentes, parumque declinantes, inter alpes, colles & lacus, ad locum fracti montis ducatus Austriae diuerterint, deserta ibi ex licentia comitis de Habsburg eligunt, spinas euellunt, lapidibus purgant, terram ad culturam redigentes. Habebant autem tres duces, Suicerum, Rhenum & Vuadislauum. Suicerus cum Rhemo terras fracti montis & alpes Longobardiam adspicientes suscipiunt, Vuadislauus vallem prope Ararim fluiuium occupat. Factum est autem quod tum Archadio & Honorio imperatoribus, Nicolao & post ipsum Zosimo Rom. pontificibus, Romani auxilio cuiusdam Eugenij apostatae rebellabant. His Alaricus rex Gotthorum cum imperatoribus & papa resistere volentes, praedictos duces Suicerum, Rhenum & Vuadislauum, iam bellicis rebus instructos, bellicosos & feroces homines, auxilij gratia inuitauerunt, stipendia promittentes. Confestim duces ij cum copijs arma sumunt, & signati cruce cum Alarico rege Romam pertueniunt. Obsidetur vrbs, Suicerusque & sui ciuitatem Leoninam expugnant, caesis innumeris paganis. Eugenius postea cum maxima Romanorum multitudine obritus est. Victoria itaque de inimicis obtenta, papa imperatoresque Ro. volentes Suicerum ac socios remunerare stipendijs, id recusabant, dicentes, pro Deo & fide tutanda se venisse, nihilque aliud petere quam terram quam occupauerunt, habitabilemque fecerunt, retinere, & quod immunes deinceps a tributo, nullique praeter imperatorem subiecti essent, daretur eis quoque vexillum rubeum, Christi stigmatem signatum, que omnia obtinuerunt, & cum benedictione papali ad propria reuersi sunt, nihilominus auro & argento donati.

Alberti & Vuenceslai dissidium.

Sutesensium origo.

Fabulosa aut erronea sunt haec.

Scriptoris ignorantia.

ferociore ex eis ad x. millia virorum cum vxoribus & liberis deportasse, & per diuersas Gallia ac Germaniæ prouincias relegasse. Causa huius fuit, quod gens ista sæpe ad fidem Christianam conuersa, toties apostatauit, & in vicinos crudeliter sæuit, vnde maximam ipsorum partem in Vngariam Septemcastrorum, vbi modò degunt, destinauerit, aliquos verò ad comitatum Valesiæ Sedunenſis diocesis collocauit, aliquos vltra montem Iouis in Longobardia prope Augustam Taurinorum in dominio nunc ducis Mediolani, habentes adhuc linguam Teutonicam, vt & Septemcastrenses in Hungaria. alios tranſtulit ad vallem Vranæ & arctam, vbi villa est eiusdem nominis Conſtantienſis diocesis, montibus altissimis & lacubus munita, vt ibidem sederent pro custodibus, & dum ipse Carolus in Italiam iturus eſſet, liberum haberet ingreſſum & regreſſum, fertur obligasse. Qui vbi conſederant, Saxonica lingua feruntur dixiſſe, *Hie wöllen wir witten*, id est, hic volumus ſudare, aut in ſudore terminos custodire: à quo verbo Saxonico *witten*, aut Alemanico *schwigen*, *Swiger* aut *Schwiger* dicti ſunt. Et quia pro hac custodia ſanguineum ſudorem emiſſuros ſe profeſſi ſunt, arma acceperunt pro ſigno aut vexillo penitus ſanguinei coloris, nullo alio colore admixto. Inueniuntur autem Suitenſes controuerſiam habuiſſe primùm cum comitibus de *Ryburg*, poſtea cum comitibus de *Habsburg*, vltimò cum ducibus Austria. Fertur enim quòd comes quidam de *Habsburg* habuerit caſtellanum in caſtro vallis arctæ officialem. hunc duo fratres de ſore ſua ſuſpectum habentes de re carnis, interfece-
 runt: quos dum comes punire diſponeret, alij duo cognati illorum contra dominum coniurant. Deinde illis alij decem iuncti, & poſtea xx. tandem habitatores totius vallis rebellant, caſtrum prædictum inuadunt, capiunt atque vaſtant. paulò poſt vallis Vranæ acceſſit, & poſt illos *Vnderwaldenſes*, cauſantes omnes prægruari ſe vltra debitum tributis, angarijs & perangarijs, & quòd ſine omni reſpectu honeſtatis tractarentur à locòrum præfectis. **A N N O** igitur Domini 1306. percufferunt fœdus adinuicem ſeu ligam primam fecerunt *Sutz/We/ & Underwalden* cum proteſtatione tamen, vt fertur, quòd ſine præiudicio ducum Austria fieret, quantum ad cenſus & redditus. Poſt multas autem & varias conſultationes anno Domini 1315. *Lupoldus* dux Austria, congregato exercitu, vallem Suitenſium ingredi parabat, & deliberationem habuit cum conſiliarijs ſuis, concluſumque eſt, quòd niſi ab vna parte ſaluus ingredi poſſet. datus inſuper modus, quo obſeruato, paruo negotio ſeſe in vallem proriperent. Proceſſit exercitus. verùm interea nobilis quidam de *Hünenberg*, conſcius earum rerum, ſagittam è baliſta in vallem mittit, cui inſcriptum erat, *Caue in tali loco*: quam cum accepiſſent, literas inueniunt, mox inſidias eo loco ponunt. opportunè ſuperuenientes inuadunt, maximamque ſtragem edunt, reliquos in fugam vertunt. Denique poſt illam ſtragem quieuerunt aliquantiſper duces, vt dicitur in generatione 46. Hæc à nobis recitatiuè potiùs quam affirmatiuè poſita, lectorem ad latiora & vetuſtiora, dummodo rei omnimodam veritatem ſcire voluerit, perluſtrando remittentes, quoniam talem hiſ fidem damus, qualem ex historijs affirmare poſſumus. nunc ad incepta proſequenda reuertamur. Itaque anno Domini 1303. **Bonifacio** ex humanis exempto, **Benedictus XI.** eligitur canonicè in Petri ſucceſſorem **Kalen. Nouemb. ſedit menſes 9.** Hic antè **Nicolaus** vocabatur de **Taruiſio**, vilis conditionis, Venetijs paupertatis gratia pueros grammaticam docens. deinde ingreſſus **Ordinem Prædicatorum**, virtutibus & ſcientiæ operam dedit, poſtea in **Generalem** electus, & deinde cardinalis factus, demum cathedram Petri meruit. Subitò autem poſt coronationem ſuam ad pacem vbique componendam animum ſuum adiecit. Vnde & regem Francia Eccleſiæ reconciliauit, **Iohannem** & **Iacobum** cardinales **Columneſes**, quos ingenti odio **Bonifacius** perſecutus fuerat, in gratiam recepit, ac hiſ bona reſtituit, à galero tamen rubro ad breue tempus abſtinere iuſſit. **Nogaretium** & **Sarram**, omneſque **Anagninos** cum hiſ in capiendò **Bonifacio** ſentientes, citatos ad iudicium, nec comparentes, grauiori anathemate notauit. multa autem bona facere diſponens, in ſicubus recentibus ſibi præſentatis, vt refert **Antoninus**, per abbatiffam **S. Petronellæ** dicitur toxicatus, hoc per alios procurato. hic **Peruſij** eſt ſepultus. eo mortuo, n. menſes vacauit papatus. Prædictis temporibus **Carolus Valesianus** veniens **Neapolim**, ibi inuenit claſſem paratam à **Carolo 2. rege Sicilia**, centum propè galeas, & alia diuerſa nauigia ad recuperandam **Siciliam**. Ingreſſus igitur mare **Valesianus**, ſecum duxit **Robertum** ducem **Calabriæ**

Benedictus
XI. papa.

labriæ & regis filium. Conſiderans **Fridericus Arago**, qui tenebat adhuc **Siciliam**, ſe potentiæ illorum non poſſe reſiſtere, quando & nuper graui affectus erat clade, cautè fugit de loco in locum, & aliquando impediuit comæatum victualium, nec tamen congreſſi volebat, demum coactus fuit **Carolus** recedere. Vt tamen ſine pudore abiret, ordinauit cum dicto **Friderico** ſimulatam pacem ſine ſcitu **Caroli** regis **Apulia**, videlicet quòd **Fridericus** acciperet in vxorem filiam regis **Neapolitani**, & quòd eum focer ac Eccleſia iuuaret in acquisitione alicuius alterius regni, & quòd interim retineret **Fridericus** **Siciliam** nomine dotis vxoris. Aè poſt mortem ſuam & filiorum **Siciliam** dimitteret **Carolo** & eius hæredibus, dando ei centum millia vncias auri. quibus pactis initis & iuratis, reuerſus eſt **Carolus Valesianus** **Neapolim**, & filia **Caroli** regis ſine conuentione deſponſata fuit **Friderico**, ſed alia promiſſa minimè impleta fuere. Vnde natum eſt prouerbium: **Carolus Valesianus** intrauit **Tuſciam**, vt eam pacificaret, & non pacatam, ſed belligerantem dimiſit: tranſiit in **Siciliam** vt bello vaſtaret, & pacem fecit deſpectam, deinde in **Galliam** eſt reuerſus. Varia tum fuere bella inter **Albos** & **Nigros**, **Gibelinos** & **Guelfos** in Italia. Verùm anno iam dicto **Flandrenſes** contractis copijs, hoſtiliter diſcurrerunt per patriam **Arthenſem**, deuaſtantes omnia. armigeri autem qui erant in oppido **S. Mieri** ad tria millia equitum, & pedeftrium magna certè copia, poſuerunt **Flandrenſibus** inſidias, vbi ex eis ad tria millia ſunt occiſi.

Eodem anno **Philippus** filius comitis **Flandrenſis** cum eſſet in **Apulia**, & haberet comitatum in feudum pro dote vxoris, vt ſuccurreret patri & ſuis, renunciauit **Carolo** comitatum, eligens potiùs in patriam redire pauper, quàm ibi eſſe diues. Veniens igitur in **Flandriam**, & intellecta eius charitate ad patriam, belli capitaneus inſtituitur. Hic mox cum **Flandrenſibus** deſtruxit patriam **Arthenſem** vſque ad maritimam, & poſt multas vaſtationes duxerunt ad ciuitatem **Tornacem**. quam fortiter impugnabant. Erant in ea **Lombardi** & **Tuſci** pro rege, qui eam viriliter defendebant. Interea durante obſidione, rex Francia treugas poſtulauit in annum: quibus compoſitis, comes **Guido** de **Flandria**, de carcere eſt emiſſus cum cautione iuratoria & aliquorum obſidum, vt poſt certum tempus reuertetur ad carceres. Qui liberatus, eſt ſenex, lætus venit in patriam, congratulando quòd liberam inueniret à dominio **Francorum**, ac dixit: Nunc lætus moriar, viſa liberatione patriæ. Et reuerſus tempore determinato ad locum carceris, ibi moritur in **Domino** iam octogenarius. corpus eius reductum eſt in **Flandriam**. Circa annum **Domini 1305. Clemens V.** papa lectus eſt poſt multam contentionem cardinalium, qui factionum ſententijs diuiſis, hunc elegerunt episcopum **Burdegalenſem**, **Francorum** rege intercedente. nam rex priuſquam in huius electionem conſenſiſſet, magna ſibi quadam ab episcopo, ſi deligeretur papa, polliceri voluit, vt ad Eccleſiæ ſtatum integrè reciperetur, vt quinquennio decimas Gallia ipſe acciperet, vt **Bonifacii** acta quadam caſſarentur, vt **Iacobo** & **Petro** cardd. **Columneſibus** honos ſacer reſtitueretur, & reliqua, quibus facile ſe fore is promittit, eoque modo pontifex eſt deſignatus **Clemens 5.** ſedit annos octo, menſes x. **Lugduni** coronatus in cardinalium & regum Francia, Angliæ & **Aragonia**, reliquorumque principum **Germaniæ** & **Gallia** præſentia. Tum in **Galliam** primùm pontificia ſedes tralata eſt, magno cum omniſi **Chriſtiana** Republicæ malo, tum vrbiſ **Romæ** præſertim incommodo. nam cum duraret hæc abſentia annos penè lxx. coepa ſunt & ſacra negligi, & ciuilitas **Romana**. Cæterum creatis aliquot cardinalibus, & reſtitutis **Columneſibus** **Iacobo** **Petro**que, tres miſit ex patribus ſenatoria poteſtate **Romam**, quorum autoritate Italia vrbsque ipſa gubernaretur. **A N N O** Domini 1306. **Clemens**, quod regi promiſerat, obſeruauit. nam eum Eccleſiæ reconciliatum, reſtituit omni honori & dignitati, largitus quoque eſt ipſi per quinquennium decimas. Conceſſitque vt Eccleſias ſacerdote vel miniſtro deſtitutas, ſibi ſeruientibus clericis atque benemerenti familiæ conferre poſſet, & etiam decimæ ius donauit. Hæc ille. Regi **Caiano** **Aragoni** priuilegium à **Bonifacio** collatum confirmauit, de regno ſcilicet **Sardinia**. Quibus peractis, **Papa** cum omni curia profeſtus eſt **Burdegalam**, vbi omnes Italicæ cardinales & alij fuerunt inuiſi **Guafconibus**, & minùs dignè tractati. totam enim curiam gubernabant **Guafcones** & **Gallici**. Tum & ſatiſfieri voluit petitionis ſuæ ſummæ, vt **Bonifacii** memoria tolleretur, cuiusque improbarentur acta.

Flandrenſis
vindicta
libertas.

Clemens 5.
Papa.

Tralatio ſedis
Ap: in
Galliam.

Fratricello-
rū hæresis.

quam rem Clemens, Pratenfis cardinalis consilio, ad conuentum proximè celebrandum distulit. Eodem anno in comitatu Nouariensi prouinciæ Lombardiæ exorta est quædam hæresis pessima, cuius author fuit quidam dictus Dulcinus, & vxor sua Margarita, qui erat lupus sub pelle religionis, feminans zizaniam errorum multorum, quod omnia deberent esse communia, etiam mulieres ad commixtionem, quod peccatum non esset, sed actus charitatis. Per duos autem annos durauit hæc hæresis, nam tædio victi paupertatis & incommodorum, multi ex eis reuersi sunt ad fidem, demum captus ipse hæresiarcha cum Margarita socia sui erroris, per Nouarienses combustus fuerunt, cum multis huius sectæ pertinacibus. Ex his remansere tamen reliquæ scelestiss. in annos aliquot, origo Boemice maculæ. Sub hoc Clemente Lugdunum ciuitas ad regem & regnum Franciæ peruenit. in generali enim concilio Viennensi Philippus rex obtinuit Lugdunū integrè, data archiepiscopo compensatione in redditibus pro iure quod sibi ecclesia in Lugduno vendicabat. Super quo prius Clemens per archiepiscopum consultus, consensum non præbuit, nec dissensum, sed reliquit archiepiscopum in manu consilij sui. Ipse etiam Clemens apud Auinionem in publico consistorio Philippum regem excusauit de his, quæ dudum egerat contra Bonifacium papam, fueratque pronunciatum, quod rex ea quæ fecit, bono zelo & bona intentione egerit. Clementi enim fuit totum negocium commissum. absolutus etiam fuit cancellarius regis ab execratione, propter Bonifacij captionem imposita poenitentia. Mortuo S. Vuenceslao in Boemiæ regnò, ut supra dictum est, filius eius Vuenceslaus successit, quannus eodem nomine, moribus tamen valde impar, qui cum ebrietati & torpori dies noctesque indulgeret, & aliorum vxoribus illuderet, in quadam Morauie ciuitate dum solus in domo Decani pontificalis sedis perambulat, tribus vulneribus confossus, duodeuiginti natus annos, interiit. ignoratus est necis author. Cunradus tamen eques Thuringus, cruentum gestans pugionem exire regiam visus fuerat, qui crimen factus, populari tumultu cesus est. Venerat fortè eo tempore Pragmam dux Carinthiæ & comes Tirolis Henricus, cui ex sororibus regis altera, Anna nupta maior, iam pridem nupserat. Hunc Boemi regem sibi deligunt. Id agrè fert Albertus Imp. qui repente coactis copijs, Boemiam ingressus, Henricum regno deturbat, Rudolphumque filium suum regem constituit. Verùm Elizabeth senioris Vuenceslai relicta, in matrimonium ei traditur, quo regnum eius solidius subsisteret, qui cum magna Boemorum spe regnare cœpisset, subitaneo morbo correptus, primo regni sui anno absque liberis decessit. Post obitum Rudolphi dissidentes inter se Boemi, alij Fridericum Rudolphi fratrem, alij Henricum quem deiecerant, petierunt. Vicit Henrici factio, trucidatis alterius partis authoribus, & quannus Albertus imperator cum magnis copijs Boemiam ingressus, regionem longè lateque afflixerit, Henricum tamen regno deicere non potuit, prius à nepote, ut dicitur, occisus. Hoc tempore Clemente V. auctore, Templariorū religio impietatis accusata, omnis deleta est, facultates direptæ que erant splendidissimæ. Sunt qui simulacrū eis fuisse ferant indutū humana pelle, cui ordinem ingressi, rationem vitæ professi fuerint, sacrificia crudeliss. humano sanguine, quo potio se ad tanti sceleris pertinaciā adhortati sunt, ambigui coitus, & alia quædam scelestia, que hac tempestate prodita sunt, maximè quod Hierosolymæ ditio eorū fraude Turcæ cessisse diceretur. Concidit hæc lues simul magno torius Galliæ feruore, in Germanijs postea Clementis literis eodè fato perijt. Atqui video scriptores quosdā non tam improbare funestam Templariorū religionem, quā Franci regis auaritiā, cuius causa dicunt hanc ortam esse factionem. Denique papa Clemens bona Templariorū applicauit mōstroni S. Iohānis seu Hospitalis. Sed quia iam occupata fuerat à rege & diuersis alijs principibus, oportuit ea redimi multa pecunia. Multa autem aduersa passus est postea rex cū filijs suis, que creditū est eis accidisse propter iniustitias suas. multi etiam estimantes illos iniuste passos, ut martyres venerati sunt, tollentes deuotè corpora eorum & ossa. Præterea Iacobus de Moguntia, scribens de istis temporibus, refert quod cum Clemens V. ordinem Templariorū reprobasset, & executionem contra aliquos fratres in Germania Moguntino archiepiscopo commisisset missis processibus, conuocauit idem archiepiscopus synodum, & dum esset in domo capitulari Moguntia cum clero sibi subiecto, volens publicare processus, subintravit potenter religiosus vir Hugo comes Syluestris, vulgò *Witgraff*, qui morabatur in castello *Grumbach* prope *Weisenheim*, cum 20. militibus confratribus ordinis, induti albis pallijs more Teutonicorum fratrum cum signo crucis rubeo. erant autem omnes sub

Albertus im-
perator Hæ-
ricum Boe-
mia detur-
bat.

Templarj
delecti.

sub pallijs armati. Assurrexit ei archiepiscopus, ac innuit manu ut secum sederet. At comes stans, ait: Domine archiepiscope, fertur publicè quod hodie velitis me & fratres meos militiae templi hinc mecum stantes, denunciare execratos, quod non placeret nobis, sed petimus ut appellationem à nobis interpositam ad futurum papam, velitis clero presentibus publicare. Nulla autem facultas erat archiepiscopo recedendi à loco præ tumultu armorum. vnde respondit mansuetè, id fieri debere processu papæ publicato. statimque sine interuallo appellationem comitis cum causis Templariorum legi & publicari mandabat. Inter alia autem quæ in appellatione continebantur, vna causa legebatur, quod fratres militiae templi, quos papa cremari mandasset, dixerunt se immunes de criminibus impositis, & in signum miraculi suæ innocentiae pallia ipsorum cum signo crucis exustionem nullam senserunt, nec corruptionem. Ad quem archiepiscopus: Sitis bonæ mentis, inquit, ego aliqua bona scribam pro vobis papæ. Et ita factum est. ad scripta enim archiepiscopi rescriptis papa, & commisit ei inquisitionem fieri. Ex qua commissione processit archiepiscopus, & de consilio & assensu coepiscoporum prouinciæ, qui conuenerant secundum formam literarum Apostolicarum, constituto de innocentia fratrum, ipsos duxit absoluedos. Hæc acta referuntur Moguntia anno 1311. Kalend. Iulij. ANNO Domini 1308. Iohannes dux fratruelis Alberti regis, quem rex in curia cum filijs suis educauerat, asseruit munitiones domini de *Ryburg* ad ipsum pertinere nomine matris suæ. Instabat autem ut saltem aliquid sibi assignaret. ad quod rex induci non potuit. Tandem Iohannes cum baronibus Rudolpho de *Warr*, Vualthero de *Eschelbach*, & Vlrico de Palma, regem interficere cogitauit. Haud longè post equitante rege per sata, colloquente sibi de Castel milite, accesserunt Iohannes dux & sui consortes, primusque Rudolphus dixit: Quam diu cadauer istud equitare permittimus? & accedens Iohannes dux, cultrum collo regis infixit, Rudolphus verò de *Warr* gladio confodit, Vlricus de Palma gladio caput disseuit. Sicque Albertus rex in propria terra sua anno prædicto Kalen. Maij in meridie, est occisus, in quo loco monasterium *Kingsueß* est fundatum, corpus verò eius Spiram delatum, atque honorificè sepultum. Verùm occisores regis, fugati: Vlricus enim de Palma, obsessus per Lupoldum filium regis in *Mypuren* obiit, in quo castro decapitati sunt 50. viri. Castra Vualtheri de *Eschelbach* occupata, ipse in terra comitis de *Wirttemberg* pastor pecorum est factus annis 35. in morte se pandens, honorificè est sepultus. Rudolphus de *Warr*, volens ire ad sedem Ap. proditus capitur, & iuxta locum occisionis ductus, ad mortem est adiudicatus. vnde ad caudam equi ligatus & distractus, postea super rotam est positus. Iohannes verò dux post multas latebras tandem in forma beghardi venit Pisas, ibi ab Imp. Henrico captus, atque in ordinem fratrum Eremitarū S. Augustini intrusus, post imperatoris mortem pluribus annis in eodem manens, tandem ibi sepultus. Itaque interfecto Alberto secundum chronicā Florentinam anno 1308. electores imperij erant in magna altercatione de eligendo. Rex autem Philippus audita vacatione imperij, cogitauit quomodo imperiū ad se reduceret: & id quidem facillè fieri existimabat, si petitionem contra Bonifacium postulatam, de qua supra, in illam commutaret. Igitur secretū desuper habebat consilium cum Carolo de Valesio fratre suo, & consiliarijs suis. Quod omnibus placuit, qualibuscunque expensis id fieri posset. vnde dictus Carolus ad pontificem, qui tunc erat cum curia Auinione, iturus: se præparauit pro rege ad sollicitandū, quod Bonifacij memoria condemnaretur, re autem vera ad obtinendū imperiū. ordinauerat autem illò ducere sex millia armigerorū, ut nullus auderet se opponere postulatis. Sed Deo prouidente, etsi consiliū secretissimum de ea re habitum fuerat, tamen vnus ex consilio intimaui secretò pontifici rem conclusam. Mox pontifex id intimaui cardinali Ostiensi, Pratenfi scilicet. At cardinalis qui iam indignationem contra regem conceperat propter postulationes inordinatas, inquit: Pater sancte, hinc non est aliud remedium ad obuandū, ne Ecclesia subijciatur regi Franciæ, nisi illud quod sine mora significetur electoribus imperij, quod procedant ad electionem, alioqui imperium deuoluatur in Galliam: & id, ait, totum expediri potest antequam rex veniat. Placuit pontifici consilium, & simul cum cardinali nominant etiā electoribus comitem de *Luemburg*, virum magnanimum, industrium atque catholicum, Pratensem tum benè notum. placuit etiam ut secretò omnia fierent, ne alij cardinales quicquam de hoc aduerterent. Hoc totum impletum est, & missis literis electoribusque redditis, postquam applicuit nuncius, intra octo dies

Acta cum
Templarijs
in Germa-
nia.

Alberti Cæ-
saris cædes.

Henricus 7.
Lucemburg.
imp. CIII.

congregati principes in Rhens, nemine discrepante, elegerunt in regem Rom. Henricum comitem Lucemburgi, qui fuit Henricus 7. admoniti enim erant per cardinalem Pratensem, & de omnibus regis Franciæ callidis commentis informati. Facta igitur electione, mox curabatur diuulgari in curia Papæ & regis Franciæ. Quibus auditis, rex Franciæ qui se preparauerat ad iter, spe sua frustratus, intelligens se delusum, Papæ inimicus factus, rem haud æquo animo tolerare potuit: quin potius vindicare iniuriam, ut credebatur, sibi à Papa illatam, anxius cogitabat. Electus igitur Henricus de Lucemburgo in regem Ro. regnauit annis sex, Aquisgrani à Colonienfi archiepiscopo corona magnifica Caroli Magni cum coniuge coronatus. Verum peracta solenni de more coronatione regis, missi fuere ad papam Clementem 5. dux Bavarie cognatus regis, & Guido de Namurco frater comitis Flandriæ pro electi regis cõfirmatione, quibus à papa & cardinalibus susceptis, patefacta electione confirmatus est Henricus, atque per pontificem ordinatum, ut duo ex cardinalibus, scilicet dominus de Flisca Ianuensis, & Nicolaus Patren. legati mitterentur in Italiam, atque in regis societatem iungerentur, quum citra montes imperator proficisceretur. Denique cardinales acceperunt in mandatis, ut vniuersis mandarent, quo iam dictum Henricum reciperent, & ei in omnibus obedirent: quod & factum est. ANNO Domini 1309. Henricus imperator Elizabeth alteram Vuenceslai sororem 18. annos natam, clam iussam ad se venire, apud Spiram Iohanni filio suo quatuor annis minori, matrimonio coniunxit, eumque mox de regno inuestiuit, ac Pragæ in regem coronari fecit per archiepiscopum Moguntinum, ad quem spectat. Eodem quoque tempore tribus sibi comparatis exercitibus, rex vnus ipse in Italiam duxit, Longobardos omnes in potestatem accipiens, alterum aduersus comites de Wirtemberg direxit, sacro imperio rebelles. Tertium exercitum ex Franconibus Boioarijsque comparatum, duce Petro archiepiscopo Moguntino, cum filio in Boemiam misit. Et pugnatum est in Boemia pluribus locis, cum alij Boemorum Iohannem regnare cuperent, alij Henrico Carinthio studerent, qui cum tribus imperatorum filijs de regno contenderat. Obsessa est denique Praga diuque oppugnata, cum Henricus & marchio Misnensis haud impigre mœnia tuerentur. Ad extremum prodicione Iohanni restatam Lucemburgenfium venit. Tum Germaniæ motibus consulturus Henricus, cum principes reliqui in regis fidem conuenissent, comes Vuirtembergensis Eberardus rebellionem meditatus est. aiunt in causa fuisse, quod cum imperij ciuitatibus egisset multa temere, quæ sub Rudolpho Imp. nuper erepta fuerant dominio Vuirtembergensi, post Cunradini interitum grauius vexata aliquot annos vsque ad Rudolphum. Itaque Henricus ciuitatum fidem accepturus, accepit quæ in illas commisisset comes Vuirtembergensis. Spiram adiit, quod mox & Eberardus comes ducen-
tis equitibus stipatus venit. Sed cum agi nihil inter Henricum Cæsarem & Eberardum comitem concordia causa posset, comes indignanter recessit, contra quem rex grandem exercitum vocauit. erat enim comes, ut scribit Iacobus Moguntin. de domo Guelforum seu Camera Franciæ, & aliorum Tusciæ ac Lombardiæ Guelforum originem trahens. hunc rex per principes, barones & ciuitates imperiales, oppidis suis & castris ferè omnibus aut destructis omnino, aut captis depauperauit, ut ex 80. munitissimis castellis & oppidis duo & 70. expugnata ademerit, vbi & castrum Wirtemberg extitit destructum. Itaque belli angustia vndique pressus, ad castrum Asperg munitissimum fugit, quo obsesso, fugientem Rudolphus marchio de Baden sororius suus in oppido Witsen recepit. Verum post mortem Henrici Cæsaris idem comes omnia deperdita recuperauit, & plura alia, ita ut ditior & potentior factus fuerit quam prius erat. Sed tamen, ut scribit Hermannus, ille beneficii marchionis oblitus, castrum illorum Nischenberg obsedit, de quo per marchiones & eorum auxilia-
tores ignominiosè repulsus fuit, & præ dolore rediens Stutgardiam, impœnitens obiit, sepultus ibidè. De hoc quod impœnitens obiit, nimis temere scripsit Hermannus, quum in Ecclesia Christi ut fidelis, sepultus inueniatur. De castro autè Nischenberg meminisse me literas legisse, quod hoc castrum dotis nomine cum filia marchionis de Baden comiti in Wirtemberg datum sit his pactis, ut nisi daretur certa summa pecuniæ, perpetuo apud domum de Wirtemberg maneret: & sunt literæ de antiquiore data. Eodem quoque tempore idè Henricus comitem Cunradum de Deringen, dictum Schrimppf, proscripsit, & in-

Eberardi
comitis de
Wirtemberg
rebellio.

Besika.

Nischenberg.

Comit. de
Oetingen.

& intantum depopulatus est, ut quasi mendicus veniret in monasterium Raststett ordinis Cisterciensis. vbi panem tribulationis vsque ad mortem comeditur fertur. Eodem anno defunctus est Carolus II. rex Apuliæ, successit autem ei in regno Robertus primogenitus eius, qui cum magna comitiua veniens ad Clementem V. ab eo coronam accepit regni Apuliæ & Sicilia. Eodem anno dum Spiræ Hæricus rex moras ageret, filios quondam Alberti regis ducis Austriæ per edictum ad se vocauit, quos venientes quæsiuit multum medijs, si posset, eos Austriæ ducatu mouere, dicens quinque reges propter ducatum Austriæ occisos. Cui Fridericus vnus ex liberis iam abiturus, per nuncium respondisse dicitur: Hic si à paterna hereditate modò noluerit abstinere, (denotando Henricum regem) poterit esse sextus. Tandem rex precibus deuictus, ipsos liberos quondam Alberti de ipso ducatu & alijs dependentibus inuestiuit, actumque fuit quod ipsi duces dicto regi ultra montes cum ducentis galeatis feruire deberent. ANNO Domini 1311. regni Henrici secundo, quoniam hac lege idem rex à pontifice fuerat confirmatus, ut intra biennium coronam Romæ habiturus Italiam ingrederetur, quod quidem non ob aliam rem fecisse pontificem tradunt, quam ut eius aduentu motus Italici comprimerentur: Imperator satisfacere volens pollicitis, oratores in Italiam ad populos & principes mittit, maximè verò ad Florentinos qui tum Aretinos vexabant: petitque ut sibi & exercitui suo hospitium in vrbe pararent, ac vexare Aretinos desinerent. Respondere tum Florentini, tantum principem imprudenter agere, qui barbaros in Italiam ducere conaretur, quam ipse imperij causa à barbaris tueri deberet. Aretinis præterea imperatorem ipsum non bene consulere, quos sciret Guelfos quidem ciues suos expulisse, exules autem ab imperatore restitui consueuisse. Habebant & Florentini exercitum grandem apud Aretium. Accepto igitur responsò oratores Aretium profecti, antequam urbem intrarent, in castra Florentinorum peruenerunt. Ibi ex principis autoritate cum eadem præcepissent, tantum absuit ut dicto pareretur, ut etiam in ipsorum oculis solito infestius cuncta hostilia contra urbem intentarent. Oratores Henrici ad hæc abiere. Ferunt tum Dantem Florentinos cæcos appellasse, quod imperatori tam insulse respondissent. sed animos eis dabant Roberti regis promissa. Imperator autem ad Taurinos alpes transgressus adiutorio comitis Sabaudia & marchionis Montisferrati socii sui, in plana descendens, omnes ferè ciuitatum principes honoris causa obuios habuit. Duæ tum præerant Mediolani factiones, quarum altera Turrianorum, altera Vicecomitum habebatur. Guelfis præerat Guido Turrianus, Gibelinis verò Maphæus Vicecomes. Guido sua potentia, ut exules, tenebat extra ciuitatem Vicecomites, & alios Gibelinos cum Archiepiscopo, & in liga erat cum Florentinis Guelfis. Hic resistere nitentur imperatori, sed non valuit, quoniam confortes sui cum cardinali de Flisca operam dederunt, quod Guidone inuito, imperator intraret Mediolanum. Quo potius Henricus, in vigilia Epiphaniæ coronatus fuit ab archiepiscopo Mediolanen. corona ferrea in Ecclesia S. Ambrosij cum vxore sua, præsentibus oratoribus penè omnium ciuitatum Italia, exceptis Florentinis cum colligatis suis, qui imperator Maphæum de Vicecomitibus, Archiepiscopum, & ferè omnes exules reuocauit ad ciuitatem. Omnes autem penè ciuitates & domini earum imperatori obedientiam fecerunt, excepta Padua & Bononia, quæ colligatæ erant Florentinis, offerentes magnam pecuniæ quantitatem. Mouit deinde in Cremonenses & Cremenses, quos Henricus ideo ad supplicium vocat, quod Gibelinos eiecerant. Sed libera Cremonensium deditio Henricum mitiorem reddidit. in Cremonenses aliquantulum sauitum est, & eorum mœnia funditus euersa sunt. Parmenses autem timore percussi, imperatoris vicarium recipiunt. Tutati sunt aliquandiu se Brixiani, verum cum acriter ab Henrico oppugnarentur, noctu ad montana confugi-
gentes, vacuam urbem reliquere. Ingressi itaque Germani, vrbis mœnia confestim demoliantur. Horum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenses, Vincentini, Patauni, Taruisini, Veneti, mandata imperatoris statim fecere. Placentini insuper, pulso Alberto Scoto duce Guelforum, imperatoris præfectum suscipiunt. Compositis itaque hoc modo Cisalpinæ Gallia, ut isti dicunt, rebus, imperator Amedeo Sabaudia comite, Pisānorum Genuensiumque oratoribus subsequenter, per Placentinos iter faciens, Genuam proficiscitur. Quod etiam non ita multò post applicuere legati Roberti Neapolitani & Friderici Siculi regum. Hic simulatam, ille verā amicitiam præ se ferebat. nam Robertus rex duo millia equitum in Hetruriā misit, qui

Italica Hæ-
rici VII. ex-
peditio.

Hen. VII.
Mediolan.
coronatur.

Att. totam
Italiam Hen-
rico se dede-
re.

qui Florentinis & Lucensibus contra imperatorem opem ferrent. In hac expeditione Henricus duo mala tulit. nam in oppugnatione Cremonæ comes Vualramus regis frater perijt, & discessura à Genua Augusta Cæsaris coniunx grauida, vita defuncta est, Genuæq; sepulta. His etiam moueretur rex, vt homo, nō eo minus iter profequitur, vt vir constans atque fortis, venitque Pisas urbem imperatoribus ad eum deuotam, vbi tanquam pater patriæ magnificentissimè est receptus, quo in loco dum pausaret, venerunt solenes nuncij Ro. eumq; vt Clementi pōtifici placuit, inuitarunt. ANNO 1312. Pisas egressus rex, iuxta litus inferi maris Romam versus, Viterbium tandem ingreditur, pulsa diuersa factione, Romæ quoque seditiones & tumultus augebantur. Robertum enim Sicilia regem magna pars ciuium sectabatur, præcipuè Vrsini copijs, qui Vrsinis ceterisque factionis eius coniuncti, Capitolio & Ianiculo & Adriani mole, cunctisque trans Tiberim locis occupatis, arcere Henricum ab ingressu constituerat. altera verò factio imperatori fauix, ducibus Columnensibus, Auentinū, Cælium & Quirinale montes ac totas Exquillas cum Viminali & Suburra tenebat, crebraq; inter eos prælia committebantur. Romam verò ingressus, ab Hannibaldis, Columnensibus, alijsq; Romano imperio deuotis, gloriosissimè fuit receptus ad S. Iohannem in Laterano, multis tamen conflictibus cum Vrsinis & eius factionis trans Tiberim habitis. Quibus opem præstabat Rupertus rex Apuliæ, qui, vt plerique scribunt, contra iuramentum suum imperatori resistebat, pro eo quod Genuæ inuestituram suorum feudorū ab Imp. Henrico per nuncios petentem, imperator inuestire distulit, quousque veniret Romam. ea etiam factione non poterat Henricus recta via ingredi, sed per pontem Miluium ductis copijs, porta Flaminia ingressus est. Venerunt etiam in adiutorium dicto principi Petrus rex Aragoniæ, & Fridericus rex Siciliae. Itaque ingressus Romam, honoratusque ab urbana multitudo per benignè suscipitur. Cumque in basilica S. Petri rex non potuerit coronationem suscipere, Vrsinis & adherentibus, trans Tiberim rebellantibus, cardinalibus etiam coronationem differentibus, depræhensoque (vt aiunt) quodam cum literis papalibus, quibus Clemens ipsis cardinalibus coronationem regis interdixit. Poenituit enim Clementem Papam facti, dum videret potentiam principis, & rancorem inter Rupertum & ipsum principem, immo & Philippum regem Franciæ. Cardinales autē in prædicta Ecclesia S. Ioh. Laterani Kalen. Augusti regi vnctionis & coronationis imperialis insignia impendebant. Erant autem alba eius omnia indumenta, eo die quoque more principum Rom. legem edidit de summa Trinitate & fide catholica. Deinde consummatis omnibus alijs solennibus pro regia maiestate adhibere solitis, gloriosissimus princeps ab vrbe diuertens, adiit Tibur, & ibidem pacem diu violatam inter illos de Columna & Vrsinos reformauit, sponsalibus hincinde contractis. Redijt deinde Pisas, in qua fixerat ancoram speisua, & ibi alias duas condidit leges: primam de reis criminis læsæ maiestatis: secundam, qui debeant reputari rebelles imperio, quas leges sub debitis rubricis Codici inferi mandauit, suoque signo confirmauit. Ita scribit Iacobus Moguntinus. Blondus autem & post eum Platina, sequentes Prolemæum, scribunt Henricum Romam venisse, coronatum inde à tribus cardinalibus, Romanos omnes in verba sua, vt mos est, iurare compulisse, edito ingenti conuiuio, cui omnes ciuitatis proceres, exceptis duntaxat Vrsinis, interfuere. Et ne tumultus oriretur, milites suos in theatris, thermis, locisque munitis pro statione collocauit. Quibus præsidij ad eum confusus est, vt ausus sit etiam tributum insuetum à populo exigere, qua ex re omnes vtriusque factionis ciues ad Vrsinos confugiunt, qui aedes suas prope Tiberim & Adriani molem sitas validis præsidij communierant. Tum verò imperator ira percitus, Pisanos sagittarios haud longè ab vrbe pro se missos vocari facit. verum intercepti ab aduersarijs, Iohanne scilicet Ruperti regis fratre, qui suas navales copias sub Auentino collocauerat, in fugam sunt conuersi. Deinde intromisso equitatu, haud longè à statiuis collocato, populo Ro. adiuuante, imperatorem ipsum Tibur abire coegit. Idem Iacobus scribit, quod post recessum imperatoris Stephanus de Columna cum Hugone comite de Barchinæ, quem imperator cum trecentis reliquerat galeatis, urbem S. Petri diuersis habitis conflictibus acquisierunt. ANNO Domini 1313. Cæsar castrametatus est super Florentiam in monte imperiali, quod castrum sumptuose reedificauit, in quibus castris sponsalia fuerunt inita inter filiam Cæsaris & filium Friderici regis Siciliae, cum pactis hincinde auxi-

Hen. urbem
Romam in-
greditur.

Henr. VII.
coronatur
Romæ.

Hen. VII.
confitetur
ones.

auxiliaribus. Cæsar tum Florentiam cum paruis copijs obsedit, cum in ea essent ex factione Guelpha congregati ad centum millia armatorum, in qua quidem obsidione habitis diuersis conflictibus, pars Cæsaris semper victoriosissimè triumphauit. Erant tum in magnis angustijs Florentini, timētes de captione ciuitatis. Interea Cæsar Pisas rediens, citato Ruperto rege Apuliæ, & habitis debitis processibus in eum, tanquam maiestatis læsæ crimine reum ac proditorem & hostem imperij, processit. Eo verò non cōparente, nec causas legitimas defensionis afferente, priuationis omnium dominiorum & decapitationis, si vnquam veniret in ditionem imperij, sententiam promulgauit, quam tamen sententiam post mortem imperatoris Clemens papa prædictus reuocauit, prout de hoc in Clementinis. Constituerat, vt scribit Iacobus Moguntin. Cæsar contractis copijs ducere in Apuliam cum adiutorio Friderici regis Siciliae, in quo proposito dum esset, venerunt ei inopinata noua de terra Apuliæ, & præcipuè de ciuitate Neapolitana, quæ scripsit vt omnibus posthabitis iter arriperet, veniretque. nam terram sine resistentia haberet. Et Rupertum regem Apuliæ nomine, quem alijs meritis suis exigentibus legitimè, vtputa diuinis & humanis legibus rebellantem, deposuerat ac priuarat, iuxta condignum multaret: quibus nouis perceptis, expediebat iter cum imperij deuotis. Cæsar itaque iter arripiens versus Apuliam, venit ad castrum quod dicitur, Bonconuentum, in vigilia Assumptionis Mariæ virginis, vbi propter festi solennitatem illa die quieuit. Disposuerat autem se per aliquot dies ieiunio ac bonis operibus, intendens Sacramentum Christi corporis ac sanguinis in festo sumere. Qua die Tridentinus episcopus confessor suus & vicecancellarius aberat, missus ad Clemētem V. vnde quidam Iacobinus de ordine B. Dominici subornatus, vt aiunt, præmijs & pollicitationibus, nec sine suspitione Florentinorum, qui tum coram imperatore celebrabat, venenum sub sacramenti specie dedit, vertens calicem vitæ in calicem mortis. Sensit mox imperator mortem adesse, fertur tamen dixisse completa Missa: O Domine, recedatis. nam si percipiunt nostri deuoti malū quod nobis fecistis, morte miserabili moriemini: Deus vobis ignoscat. Superante autem morbo, hoc in loco è vita migravit in medio cursu rerum, certè Ruperto regi ad eum formidatus: quippe Friderici copiarum iam in regnum eius traductæ, Rhegium urbem occupauerant, duæ insuper validissimæ classes tota littora complebant. Sed bellorum euentus nemo sapiens prædixerit. magni enim sæpe terrores, paruis momentis in irritum reciderunt. Corpus igitur Henrici magno suorum luctu Pisas relatum est, & ibi in tumba argentea super quatuor columnis fixa preciosissimè extitit sepulchrum, cum obsequijs regalibus. Dicitur tamen Ordo Prædicatorum habere literas, testantes fratrem prædictum fuisse innocentem, & totum esse confictum: Itaque ad curam salutis propriæ, mortuo imperatore, quique conuersi, exercitus omnis dissolutus est: classis Genuensium & Friderici iam traductæ copiarum, audita imperatoris morte, domum irritæ redierunt. Successerunt Henrico VII. ex pontificis Clementis mandato primū omnia prosperè, dominatumque Italiæ feliciter occupauit. Quare eius vires veritus pontifex, & insidias moliri, & aperte iam odisse cepit: & magno rursus incommodo fuisset orbi nostro, si superuixisset vterque non Reipub. salutis, sed dissidio & internecioni. Aliquantò post Henrici Cæsaris interitum, Pisani Florentinos pugna superarunt. Florentinis dux erat Apuliæ rex Rupertus. In quo conflictu regis Ruperti frater cæsus est, eius cædis causa comes Niger Pisanus, vt quidam scribunt, auro insignitus est miles, cum post Cunradini necem ex istis comitibus hæctenus præter hunc vindicem, nemo aliter quam vltro sui principis casu, cingulo militari ornari voluisset. Reuertor ad Clementem V. qui anno Domini 1311. concilium generale indixerat Viennæ in Burgundia, in quo plus quam 300. episcopi conuenerant, & ibi Clemens de eo quod petiuerat Philippus Francorum rex, vt scilicet deleteret memoriam Bonifacii, cum prælatis tractans, quia rex illum hæreticum fuisse probare volebat, Concilium nullo modo assentire voluit, sed contrarium declarauit, scilicet ipsum fuisse catholicum & indubitatum pontificem. Verum quia ipse Bonifacius fecerat processus contra regem Franciæ, hos ad satisfaciendum ipsi iniustos fuisse declarauit, firmavitque Concilium decreto, quod ex quacunque causa rex offenderet Bonifacium aut Ecclesiam, id nullo vnquam tempore regi aut heredibus eius deberet nocere, quo rex cogebatur contentus esse. Edidit etiam Clementinarum librum, quem tamen (vt aliqui scribunt) propter multos laqueos in fine poenitens reuocasse, & comburi mandasse fertur: sed Iohannes Papa suc-

De interitu
Henrici vij.
Imp.

F. Iacobin⁹
Ord. Prædi-
cat.

De Bonifa-
cij pontifi-
catu.

Libet Cle-
mentinarū.

successor suus denuo confirmavit. ANNO deinde Domini 1313. Clemens iter agens versus urbem Burdegalam, in via infirmatus, diem clausit extremum. Vacat tum sedes annis duobus, mensibus tribus. ANNO Domini 1314. apparuit cometes versus aquilonem, duravitque per sex hebdomadas, quo mense Nouemb. de hac luce migravit rex Franciæ Philippus. Reliquit autem tres filios, Ludouicū regem Nauaræ, Philippum comitem Piccaviens. & Carolum comitem Marchiæ, omnes hi tres fuerunt in modico tempore reges Franciæ successiuè. Eodem anno vacante imperio ex morte imperatoris Henrici, Petrus Moguntinensis archiepiscopus vocauit electores, Balduinum Treueren. Henricum Colonien. archiepiscopos, Iohannē regem Boemiæ, (sunt qui Henricum Carinthiæ ducem pro Boemo affuisse dicant) Rudolphum ducem Saxonie, Volcomarum marchionem Brādenburgen. Rudolphum ducem Bauariæ & comitem Palatinum. Conuenientes autem in *Frankfurt* pro electione futuri regis celebranda, venere quoque principes Fridericus dux Austria, & fratres sui Lupoldus ac Albertus pro imperio laborantes. Contrarij autem illis erant Archiepiscopus Moguntinen. Treueren. & Boemiæ rex. Quod Fridericus intelligens, conuenit Rudolphum & Ludouicum duces Bauariæ fratres, vt sibi assisterent, qui se Friderici seruitio adstrinxerunt, vt scribit Iacobus Moguntinensis. Videntes autem Moguntinensis, Treuerensis, & Boemiæ rex, quod Fridericus eligi vellet, induxerunt Ludouicum ducem Bauariæ, vt se contra Fridericum eligi permetteret, quod in promissione per eum facta Friderico, persona loquens intelligeretur excepta. His verbis adiunxit se miles Brandenburgensis marchionis, qui habebat mandatum à principe suo in genere, qui similiter elegit Ludouicum, vt dicitur, contra domini sui voluntatem. Electi sunt igitur in discordia in die B. Lucæ Euangelistę Ludouicus dux Bauariæ, à Moguntinensi & Treuerensi Archiepiscopis, rege Boemiæ, & Volcomaro marchione Brandenburgensi. & Fridericus dux Austria à Colonien. archiepiscopo, Rudolpho duce Bauariæ Palatino Rheni, & à Rudolpho duce Saxonie. Post hæc Petrus Moguntinen. cum Ludouico electo iuit in *Oppenheim* ciuitatem imperialem, quam Archiepiscopus in pignus habebat ab Henrico quondam imperatore, præcepit tamē ciuibus vt Ludouico obedirent. Igitur Ludouico rege per aliquot dies in *Oppenheim* pauante, aduersarij sui in oppido *Haiselberg*, quod fuerat Rudolphi fratris Ludouici, subornarunt militem dictū Truchses de Altzeia, vt parua balista sub clamyde prouius & sagitta venenata, iret in *Oppenheim*, seq; assimilaret esse de parte Ludouici, donec opportunitate data eum sagitta occideret. Sed Deo prouidente, ab *Haidelberga* Ludouicus monetur, & forma subornationis detegitur. altera die venit miles iste, intendens promissa perficere. caprus est, & ad Ludouicum ductus, leuatoq; pallio balista inuenta est, & totum machinationis factum detectum. hunc Ludouicus longo tempore biga ligatum, pro spectaculo secum duxit. tandem ad caudam equi ligatus, & per ciuitatem tractus, primò rotatus, deinde in quatuor partes fuerat partitus. Iste Ludouicus prodigus ante imperium fuit, vt quidam scribunt, & bona sua dilapidauit. Ideo duxit filiam cuiusdam comitis propter dotem magnam, cum qua non habuit liberos. ea mortua, duxit filiam ducis Poloniæ, ex qua procreauit Ludouicum & Stephanum. ea defuncta, ex comitissa Flandriæ genuit Guilielmum, Albertum, Ludouicum Romanū & Othonem. Abbas verò de *Spanheim* scribit, quod Ludouicus vxorem habuerit Margaritam filiam Guilielmi Hollandiæ comitis, quæ peperit ei sex filios, Ludouicum postea Marchionem Brandenburgensi. Stephanū ducem Bauariæ, postea in *Landshut* Albertum, postea in *Straubigen* Guilielmum, postea ducem Hollandiæ Ludouicum dictum Romanum, & Othonem, & fortè hoc verius.

ANNO Domini 1315. venit Ludouicus Aquisgranum, & ibi cum magna pompa in festo Epiphaniæ ab archiepiscopis Moguntinen. & Treueren. extitit coronatus: post quem Fridericus abiit Bonnā, vbi ab Archiepiscopo Colonien. fuit coronatus. sicq; Ludouicus in loco quo debuit, sed non in loco quo debuit Fridericus, sunt coronati. Sedit autem Ludouicus annis 33. Post coronationem eorum omnes ciuitates inferiores vsque ad Argentinam receperunt Ludouicum in regem: sed superiores per Heluetiam & lacum, Fridericum, excepta Berna & Solodora: aliæ verò per Sueuiam ferè omnes receperunt Ludouicum, excepta Vlma, & paucis cum ea. ANNO eodem Ludouicus Spira præsidem dedit Georgium comitem de *Weldens*, & ei oppidum *Germersheim* pro habitatione deputauit. Fridericus autem pro præside nobilem virum de *Oshensheim* constituit, & *Landou* sibi pro oppido assignauit. Argentinam etiam

Ludo. Huti
nus Frā. rex.Fridericus
Aust. Ludo.
uicus Baua.
rus electi
Cz. l.Casarū co.
ronatio.Schisma re.
gni Germa.
nici.

Fride-

Fridericum pro rege recepit. Qui & Sueuiam suo dominatui conatus adijcere, quarundam ciuitatum fauore. *Elingam* obsedit: vnde paucis post tempore vires agiturus discessit, & sequenti anno oppidum repetens, occupato interim apud suos Ludouico, obsidionē magnis copijs cōmunit. Tum Ludouicus auxilijs Boemi regis & episcopi Treuiri, hosti occurrit. Inita pugna ad flumen *Neccarum*, vterque exercitus magna incōmoda passus est. ANNO Domini 1316. cum vacasset Ecclesia post mortem Clementis V. duobus annis propter discordiam cardinalium ad quos spectabat electio, qui Auinione congregati erant, nam multi Cardinales erant Guascones, & hi quærebant habere Guasconem, alijs aliter sentientibus: demum in hoc omnes conuenerunt Lugduni, vt Iacobus Portuensis cardinalis vice omnium eligeret vnum. Sed fefellit eos opinio. nam neque ex vna parte, neque ex altera elegit, sed de consilio Neapolitani cardinalis de *Vrsinis*, seipsum elegit. Et quanuis in alijs electionibus quis seipsum eligere non valeat, tamen in electione Papæ non prohibetur, cum sibi committitur electio. Hic autem fuit natiōe Gallicus, pauper substantia temporalis, sed diues scientia, paruus corpore, sed magnus animo, qui & regis cancellarius fuit antea. Et quanuis Robertus cum esset in minoribus, cum non multum diligeret, tamen postquam est ad Papatum assumptus, alter alterum multum dilexit. Ipse papa Iohannes 22. est dictus, & promulgauit Clementinas. sedit autem annis decem & nouem, menses quatuor. Eo autem tempore quo promulgauit Clementinas, ortus est intolerabilis error, propter hoc quod multi malè intelligentes Cle. primam, de relig. do. & in Cle. ad nostram. de hæreti. coegerunt plurimas Beginas in regno Alemanie deponere habitum, & matrimonium contrahere. Hic Iohannes Ecclesiam Tolosānam, quam vnicè dilexit, ad archiepiscopatum transtulit. adeo præterea rebus nouis studuit, vt & simplices episcopatus bifariam diuideret, ac diuisos in vnum redegerit, & abbatias in episcopatus, & episcopatus in abbatias vicissim transtulerit, ac constituta prius, in aliam formam transtulerit. *Cæsaraugustanam* Ecclesiam similiter in metropolitanam erexit. Instituit & nouum ordinem militum, qui militare sub Christo dicerentur in *Lustania*, quæ *Portugallia* dicitur, qui Saracenis resisterent, *Bethicam* & *Aphricam* incolentibus: militibusque omnia bona Templariorum, annuente rege *Portugallie*, concessa sunt, cuius monasterij cenfor est abbas *Alcoasianus* *Vlyssiponen* diocesis, qui & conscribendi & exauthorandi militem facultatem habet. Deinde *Thomam Aquinatem* in sanctos retulit. Creauit inde septem cardinales. Iohannes primo pontificatus sui anno requisitus Ludouicum Bauariæ ducem confirmare, recufauit dicens, quod præter admissum in consobrino secum in controuersia electo scelus, multa præsumptus facere & concedere, imperatoris Rom. legitime instituti excedentia potestatem. Eodem anno *Lupoldus* dux Austria gradū exercitu versus *Spiram* descendit. tum *Argentinen.* Ludouicum admiserunt, qui eis priuilegia sua confirmavit, licet prius Fridericum recepissent. Deinde venit etiam Fridericus, & coniunctis copijs cum *Lupoldo* fratre suo, accelerauit ad *Rhenum*, veniens *Rinagiam*. Renuit tamen Ludouicus illi occurrere, quanuis cum illo congredi statuit. Videbat enim fortunam iuuare Fridericum, quapropter in bellum exire contra hostem noluit. ANNO Domini 1317. Papa Iohannes inducias inter Robertum regem *Apulie* & *Sicilie* principem Fridericū instaurauit, cum aliquot in commodis iam affectus esset Fridericus. ANNO 1318. Ludouicus regni sui quinto in *Bauariam* redijt, vbi *Rudolphum* fratrem suum persequitur, eo quod Friderico aduersario suo adhaesit, ipsumque *Rudolphum* à mediocriter ferè terræ suæ eiecit cum coniuge sua, filia *Adolphi* quondam regis, qui ad terram Austria se receperunt, in qua tanquam exules mansere vsque ad mortem *Rudolphi* ducis. Verum alij dicunt, *Rudolphum* fuisse proscriptum à Ludouico in *Angliam*, vbi vsque ad vitæ terminum in magna paupertate manens moritur. *Rudolpho* autem mortuo, vxor eius nomine *Metza*, cum filijs ad *Haidelbergam* oppidū declinauit. Ludouicus verò filijs, quia minores erant, tutor in *Bauaria* factus est. ANNO Domini 1319. mense *Julio* obiit *Goldemar* marchio Brandenburgensis absque liberis. Sed quia marchionatus ad imperium fuerat deuolutus, rex de marchionatu Ludouico filio suo primogenito prouidit, & eum retinuit. Hic rex *Dacie* filiam in vxorem dedit. Tempore prædicto propter discordiam duorum regum, multi latrones in publicis stratis, villis & nemoribus emerferunt, ita quod nemo securè ambularet. Eo tunc ciuitates *Argentinen.*, *Spirensis*, *Vuormatiensis*, *Moguntinensis*, ligam fecerunt, ordinantes stipendiatos, qui terram secu-

Iohan. papa
XXII.Nouus or.
do.Origo diffi.
dij inter Lu.
& Ioh.Rudol. Pal.
proscriptus.De marchi.
onibus Brā.
denburgen.

N n n n ram

ram facerent, qui stipendiari saluos in itinere & mercatores ac alios duxerunt. In hac generatione ordo Cælestinorum à Cælestino papa V. eius authore cognominatus sub regula S. Benedicti initium & mirum incrementum sumpsit, eo quod ipso sanctissimo viro in carcere defuncto, propter eius crebra miracula multi nobiles & clari viri, spretis seculi pompis, ordinem sunt ingressi. ANNO Domini 1308. Rhodus insula in potestatem Christianorum deueniens per fratres Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani obtenta est. Hi nempe cum Hierosolyma omnino deperdita esset, & Templarij fuissent extincti, procuratis magnis priuilegijs indulgentiarum à Clemente Papa V. erga porrigentes manus adiutrices, discurrentes per Italiam cum indulgentijs, multam pecuniam congregauerunt, quibus suffultus magnus Magister, cum classe ex Neapoli moueus, mari transito, prælio deiecit Turcis, obtinuit cum magno Saracenorum & Græcorum damno insulam, & urbem penè dirutam Christianorum suffragijs instaurauit. Deinde naualia reformans, Cyprijs & peregrinis magno esse auxilio coepit, quorum virtute, quicquid Christianæ religionis in Asia est, probè Christo reseruatam fateri licet, quibus pro maiori parte Templariorum bona addita sunt. Postmodum illi deuotione permoti, etiam regulā B. Augustini profiteri voluerunt: quare multis beneficijs ab Ecclesia sunt dotati. Circa annum Domini 1294. tanta siccitas in æstate fuit, quod fontibus & riuis aqua defecit, & gramina in pratis exaruerunt, intantū quod iumenta straminibus nutriebantur. Eo anno fruges filiginis messæ fuerunt ante festum natiuitatis Iohannis, & vina collecta circa natiuitatem Mariæ virginis. Hoc tempore in Francia Ludouico Hutino mortuo, Philippus Longus regni administrationem suscepit, qui initio regni Flamingos rebelles in fidem accepit, intercedente Iohanne pontifice 22. huic Carolus successit. Quo etiam tempore Anglis regnauit Eduardus VI. eius filius, cuius iam aliquoties mentionem fecimus. Plerique scriptorum temporariorum, summis Turcarum viribus, hoc est, Othomanorum imperio initia statuunt his temporibus: circiter annum Domini 1300. & de Turcis quidem alijs in locis multa satis diximus, quæ gentis origo, qui progressus, quæ incrementa. Sed ex authoribus quos sanè multos secuti sumus, vel Pium pontificem præcipuum sequi libet, apud quem ex Othonis autoritate legitur, quod imperantibus Græcis, & regnante apud Francos Pipino, gens Turcarum Caucasas egressa portas, cum Auatibus conflixerit ingentibus vrbique viribus. Quamquam nolim etiam derogare fidem his, qui ex Caspijs egressam gentem arbitrentur, quando non vna gens, Turcarum alluies fuit, & vtrasque fauces perrupisse videtur, & Plinio Melæque supra Caspias portas hæc gens refertur. Quæ gesserit in Media, Perside, totaque Asia, non nihil suis locis attigimus, vbi non vnum quendam principem, sed alios alij duces & varia auspicia per factiones secuti, magnis viribus tyrannidem sibi stabilierunt. At circa 1300. annum salutis Othomanus quidam exigui census, milite per seditiones non ingenti manu conflato, grassari passim, ac non solum reliquias Christianas vexare, verum etiam homines suæ gentis petere & subdere, cuius conatibus orta inter principes discordia felicem cursum præbuit. Othomanus enim, dum illi se laniant, accitis omnibus prædæ cupidus, autoritatem breui & nomen adeptus, oppida non pauca in suam redegit potestatem. Huic successit Orhanes, qui rem inchoatam à patre, longè lateque propagauit, quem secutus Amurathes, qui duobus in Græcia de imperio decertantibus, ab altero in auxiliū accersitus, ex Asia transiit in Græciam circa annum Domini 1380. is vita functus, duos reliquit filios Solimanum & Pazaitem, quem Tamerlanes in pugna cepit. Pazaites dimissus à Tamerlane, nihil memoria dignum egit, mortemque in Asia inglorius obiit, cuius filij capto patre, in potestatem Græcorum venere. Calapinus tamen natu maior emissus à Græcis, regnum obtinuit: quo vita functo, Orhani filio teneræ ætatis, quorundam principum regnum occupare volentium conatibus Moyse patruus occurrit, qui à Græcis dimissus antè fuerat, & ipse adolescentem oppressit dolo. Deinde nullo superstite filio decessit, quem Mahumeres frater tertius ex Pazaitæ filijs subsecutus, regnum obtinuit: huic successit Amurathes filius, qui in Thraciam volens ex Asia trajcere, imperatoris Græcorum maritimo apparatu prohibitus est. Et Muscaphas natorum Pazaitæ reliquus, vt rerum potiretur, à Græcis liberatus & adiutus, tamen pugna occiditur. Amurathes victor vniuersum regnum obtinuit, hic fuit Mahometis pater. Adeo hodie Turcarum nomen auctum est, vt quæ olim Asia vocabatur, nunc Turciam vocitent. Vniuersa enim à Turcis possidetur. habent quidem

Cælestini.
Rhodus à
Christianis
recepta.

Philippus
Longus.

De Turcis.

Othoma-
norū origo.

Turcia quæ
olim Asia.

dem Armenij aliqui suum ducem in Asia qui Christum sequitur, reliqui omnes Turcarum potestati subiecti sunt Othomanorum. Nam & Caramanus Ciliciæ dominus, qui magnam Cappadociæ partem obtinet, & Asambecus qui prope Euphratem dominatur, & alij nonnulli reguli ab origine Turci, cum Othomani progenie diu de regni possessione certarunt. Caramanus inter Mahumetem Turcarum imperatorem & Sultanum Aegypti dominum medius, Christianorum amicus odio Mahumetis, tempore Pij fuit. cætera de Turcis infra. Sequitur

GENERATIO XLV.

ANNO Domini 1320. Ludouico Bauariæ & Friderico Austriæ ducibus iam pridem in discordia electis, adhuc de imperio concertantibus, sub Iohanne 22. Ro. pont. anno eius quarto incepit 45. generatio. Circa quæ tempora in Italia contentio ita creuit, vt non Ligures modo, sed tota Cisalpina Gallia studio partium scinderetur, ac Hetruria mox eundem motum secuta, bella grauissima integraret. Admissit se quoque his certaminibus Iohannes papa 22. qui cum regi Roberto suisque faueret, litem antiquam contra fautores imperij renouauit. Facta tum est etiam magna liga Gibelinorum in Longobardia. exules tunc erant à Ianua Orienfes & Spinolæ, factione Gibelina, cum suis sequacibus moram trahentibus in littore Ianuæ in possessionibus suis. Præfuit eodem tempore Maphæus Vicecomes Mediolanensibus, cum quo & filijs eius & cum tota liga Lombardiæ partis imperialis & Gibelinæ, tractabant hi exules. Erat tunc Canis Scaliger, cognomento Magnus, Veronæ sibi dominium vendicans, capitaneus: eodem modo Castrucius vir strenuus Lucēsis dominans de parte Gibelina: factumque est vt Marcus Maphæi filius, cum magnis copijs Teutonicorum & Lombardorum & cum exulibus Ianuensibus Ianuam obsideret. Tum Ianuenses habito communi parlamento, concesserunt ciuitatis Ianuen. dominium & custodiam littoris eius Ioh. papæ & regi Roberto per annos decem, secundū certa capitula contra imperiales. Ea de re Robertus rex Apuliæ venit Ianuam, sed rex Siciliæ Fridericus & marchio Montisferrati, & plures domini in Lombardia zelantes partem imperij, contra steterunt. Et post multas vastationes atq; conflictus, cum papa Ioh. 22. vnā cum Ecclesia, pluries mandasset Maphæo & filijs eius de Vicecomitibus Mediolani, vt recederent ab obsidione Ianuæ, cum dominium eius tunc spectaret ad Ecclesiam & Robertum regem: illi autem obedire recusarent, excusantes se, cum ad hoc mandatum non tenerentur, quia Ianua esset imperialis, non Ecclesiæ: demum processus fulminauit execrationis contra personas principales, & interdicto supposuit Mediolanum, Placētiam, & alias vrbes Lombardiæ quas Vicecomes possidebat. Insuper ordinauit quod Philippus Valesianus repositus regis Franciæ, vicarius Ecclesiæ, proficisceretur in Lombardiam, qui iuit cum multis comitibus & baronibus conductus à Papa & rege Roberto. Papa etiam legatum misit cum exercitu valido. Veniens autem Philippus, castrametatus est inter Nouariam & Vercellas, maioresque expectabat copias. Maphæus verò etsi tyrannicè, tamen cum filijs suis dominabatur Mediolani, Papiæ, Placētiae, Cremonæ, Bergomi, Nouariæ, Vercellis, Dertonæ, Alexandriae. is cum copijs Teutonicis & alijs econtra castrametatus, belli euentum cum hoste experiri tentauit. Interea Galeatius & Marcus filij Maphæi per medias tractauerunt personas cum Philippo, quod parati essent super quæstionibus inter ipsos & Ecclesiam stare iudicio regis Franciæ, qui cernens periculum suum, quod aduersa pars erat potentior, suscepit conditiones, & reuersus est ad sua sine honore: domum verò reuersus, prætendebat in sui excusationem, quod nec copiæ, nec pecuniæ iuxta constitutū fuissent missæ, interea tamē durabat obsidio Ianuæ. ANNO autem 1322. Iohannes 22. attendens quod Maphæus ac filij eius Vicecomites, ab obsidione Ianuæ nec mandatis eius, nec censuris Ecclesiasticis moti recederent, prædicari statuit crucē contra eos, tanquam contra hæreticos & persecutores Ecclesiæ, largiendo plenariā indulgentiā bellantibus contra illos. Sed & cum tractatu regis Roberti requisit Fridericum ducem Austriæ, electū Germanorū regem, licet in lite, vt præstaret auxilium, promittēs ei, quod si destinaret copias suas ex Alemania ad expellendos dictos rebelles Ecclesiæ & execratos, eum confirmare vellet imperatorem, & germanum eius clericum promouere in Archiepiscopum Moguntin. erant enim tunc Vicecomes cum Ludouico imperatore cōcordes. Fridericus verò vt audiuit promissa Papæ, misit quingentos bellatores validos in Lombardiam cum fratre suo Henrico.

Caramanus
Asambecus.

Guelphorū
& Gibelinorum
disidia.

Philippus
Valesianus.

Attēd. Frid.
Austriam à
papa vocatum.

Frid. copia
in Italiam
missa.

rico. Superuenerunt & alij multi cruce signati ex Alemania, facientes numerum duorum millium equitum Teutonicorum. Hoc animaduertens Maphæus, misit xij. viros ex Mediolano oratores ad Pontificium legatum, vt tractarent de concordia. Interea alios oratores misit ad Fridericum ducem Austriae, declarans quomodo illud quod egerat, erat contra imperium & contra semetipsum, mittendo copias, quia hoc modo ecclesia & Robertus rex obtinerent Mediolanum, tum & facile subijcerent sibi omnes Lombardiæ ciuitates, & omnes fideles imperij in Hetruria, propter quod nunquam spem habere posset intrandi Italiam pro corona imperij, obtuleruntque munera non modica. Ad hæc Fridericus habito consilio suorum, acqueuit petitis: scripsitque fratri, vt occasione sumpta rediret in Alemaniã. Henricus igitur noluit egredi cum Papalibus, nisi Brixia sibi prius in dominium traderetur. quod Brixienfes, facere non potuerunt, quia vacante imperio, se tradiderant regi Roberto. Ex hoc indignatus, recessit cum omnibus copijs, venitque Veronam, qui à Cane Scaligero honorificè est susceptus, & ex eo loco abiit in Alemaniã. deinde Fridericus vt excusaret se de abitu fratris, misit oratores ad legatum pont. vt saltem concordaret Ecclesiam & filios Maphæi, sed post habitos varios tractatus nihil egerunt, licet ob id treugas factæ sunt. Per id tempus Papa Iohannes treugas fecit inter Robertum regem Apuliæ & Fridericum regem Siciliae. Petebat autem Fridericus Rhegium urbem, & aliqua quæ acquiserat manu armata in Calabria, reposita in manus Papæ, sibi restitui, cum Papa de facto illa tradidisset regi Roberto. propter quod asserens se deceptum à Papa, & quia non fuit exauditus, diffidauit regem Robertum. Indignatus itaque papa, cum cardinalibus execrauit Fridericum, sed in contemptum huius, Fridericus coronam regni Siciliae filio suo primogenito Petro imposuit post eum. Longum esset enarrare hoc in loco, per singulas vrbes Hetruriæ atque Lombardiæ, vnus ex mœnibus quoties Gibelinos Guelphos, atque Guelphos Gibelinos eijsiunt, expellunt in exilium: taceo contra iurandum, defectiones ac dominiorum mutationes ita frequentes, vt non sapientes, quales se videri volunt, sed stulti, re ipsa docente, immo potius insani inueniantur. ANNO Domini 1323. in mense Septembri, Fridericus & Henricus duces Austriae cum duobus millibus & ducetis galeatis, & quatuor millibus Hungarorum & gentiliū, missis à rege Hungariæ, & de Suecia Lupoldus frater eorum cum octingentis galeatorum electis, duxerunt in superiorem Bauariam. Tardante autem Lupoldo, Ludouicus imperator cui aderant Iohannes rex Bohemiæ, & archiepiscopus Treuirensis cum mille quingentis galeatis & xxx. millibus peditum, Friderico occurrit. aderat etiam Burggrauis Norinbergen. duo comites de Dertingen, multique alij comites & barones. Non detrectauit pugnam Fridericus, etsi Lupoldus frater cum suo exercitu nondum venisset. Concurrunt strenuè acies, bellumque ab ortu solis vsque ad occasum fertur continuatū, & ita asperū ac horridum fuit certamen, quod ultra quatuor millia equitum hinc inde occisa sint. demum victor euasit Ludouicus rex, & Fridericus rex & germanus eius Henricus capti sunt cum multis proceribus. dux autem Lupoldus hæc intelligens esse peiacta, dolenter retrocessit, mirans multum quod rex Romanus in discordia captus, per suum aduersarium non fuit occisus. Fridericus rex Austriae dux, in castrum Trinsneef ducitur, in quo per tres annos carceri mancipatur: frater ipsius Henricus dux regi Bohemiæ traditur. Lupoldus verò vt potuit, Ludouicum vexabat, & liberationem fratris quærebat. Ludouicus rex eum Fridericum deuicisset, & in custodia teneret, à multis qui prius Friderico adhæserant, receptus est. Tum etiam Galeatius Vicecomes regimin Mediolani à Ludouico recognouit. Interim autem Lupoldus ad Iohannem 22. recurrit, rege Franciæ cooperante, qui tum erat Carolus, vnus ex tribus fratribus superstes. Vnde anno 1323. Ioh. Papa in publico consistorio Auinione protulit sententiam execrationis in Ludouicum Bauarum ex eo, quod miserat iam copias suas in adiutorium Galeatii & fratrum eius, qui tyrannicè dominabantur Mediolani, opponendo eidem Ludouico, quod nõ erat ei licitum vti officio imperatoris, quousque erat confirmatus ab Ecclesia: deditque ei terminum trium mensium, infra quem renũciare deberet electioni de se factæ, & quod veniret personaliter, si vellet se excusare de eo, quod fauorem præstiterat hæreticis, schismaticis & rebellibus Ecclesiæ. Insuper priuauit omnes clericos, qui ei præstarent consiliū, auxilium & fauorem. Ludouicus autem rex habito consilio, appellauit ad ipsum Papam malè informatum, benè informandum, & etiam ad concilium generale quando esset Romæ in sede Petri: misitque solennes oratores, qui se de prædictis

Petrus Fri-
derici filius.

Congressus
Ludo. & Fri-
derici Cæs.

Ioh. 22. Lu-
douici ex-
ecratur.

excusarent, promittens Ecclesiæ non contrarium se fore. Postea verò Ludouico non comparente, papa execrauit eum, ac de hæresi condemnauit, contra adhaerentes durissimos processus fulminans, à quibus omnibus Ludouicus appellauit. Isti processus, vt scribit frater Hermannus, qui tunc temporis vixit, à quibusdam strictissimè seruabantur, à multis verò inuoluntate reputabantur: quia dicuntur examinati à doctoribus vtriusque iuris, qui iudicabant eos penitus non valere. Immo Iohannem papam magni & multi theologi scientia & vita probati dogmatizabant esse hæreticum, propter errores certos, quos tamen die obitus sui dicitur tepidè reuocasse, & successor suus Benedictus eos errores fertur publicè damnasse. At propter processus in Ludouicum, graue schisma ortum, quod durauit plus quàm xxx. annis. ANNO Domini 1325. conuenerunt rex Franciæ & Lupoldus dux Austriae, annuente papa Iohanne, qui hoc per nuncios suos egit, & diu tractauerunt de Franco promouendo in imperatorem, sed nil actum extitit. Tractabatur autem saepe de liberatione Friderici, & impediēbat liberationem eius, quod Lupoldus insignia imperij, lanceam scilicet & alia imperialia, noluit resignare. Exortus est inde clamor à suis, quod nollet fratrem liberare: quibus ipse motus, tradidit mediatoribus insignia, prædicens, quod etiam traditione facta frater non liberaretur, sicut & factū est. Ipse tamen Lupoldus Ludouicum ad eò infestauit, quod tandem cum Friderico, quodam fratre Carthusiensi eorum confessionem audiente, & ambos sacramento communicante, iuramentis interpositis atque pactis conuenerit, atque miserit eundem, quibus non obstantibus, Lupoldus aduersari Ludouico non destitit, sed paulò post Spirenses vastas atque inquietas, & d. e. reuersus Argentinam, insanire coepit, & ibidem diem extremum clausit.

De Frideri-
co Austria
liberato.

Lupoldi ex-
itus.

Per idem tempus Florentini Carolū Roberti regis filium vocant, ac ciuitatis imperium tradere ad tempus constituunt. erant enim in magno timore. sed & Iohannes papa 22. legatum in Hetruriam misit Iohannem Ursinum cardinalem. Veniunt legatus & Carolus magna cum pompa Florentiam. His conterriti imperiales diuersæ factionis, auctore Galeatio Vicecomite, Ludouicum imperatorem electum in Italiam euocare conati sunt. ANNO verò Domini 1326. scripserunt senatores vrbis Romæ & Romani literas, quas miserunt per suos oratores, Iohanni Papæ, supplicantes deuotius, deinde comminantes eidem, quatenus ipse ad urbem se trāsferret ad residendum ibidem, sicut alij pontifices sancti prædecessores sui fecissent: alioqui Sedi Apostolicæ prout necessitas exegerit, & vniuersali Ecclesiæ expedierit, de summo pontifice, loco & tempore congruis, quantum foret in eis, prouideret. ad quæ scripta pontifex paucis respondit se excusando. Eodem tēpore senatores vrbis & Romani scripserunt Ludouico regi, quatenus dignaretur ad urbem venire: quibus literis & nuncijs receptis gauisus est, & de aduentu suo certum dedit responsum, remissis nuncijs valde contentis. Deinde Ludouicus rex mox Spiram vocauit principes ad tractandū de itinere, conclusitque de consilio eorum de tēpore. ANNO igitur Domini 1327. anno regni eius xij. dispositis in Alemania bellicosus apparatibus, iter assumpsit Italiã versus: ac super atis alpibus, Tridentum peruenit. Tridenti quoque indicto conuētu, Mediolanensium, Mantuanorum, Veronensium, alijque ex Lombardia & Hetruria eius factionis principes conuenerunt, magnisque pollicitationibus effecerunt, vt Italiam peruadat, & Romam visitet. Igitur contractis copijs Tridento mouens, Brixiam primò, deinde Mediolanum peruenit, ibique in Ecclesia S. Ambrosij ab archiepiscopo Mediolanen. in festo Pentecostes cum Margarita vxore sua corona ferrea coronatus est. Post coronationem longior mora fuit in comparandis pecunijs, quarum causa Galeatium ferunt ducatu spoliatū, id quod maximè improbatū est à plerisque Cæsari, quod cuius opera in Italiam venerit, à quo summo cum honore Mediolani receptus sit, dominatu tamen eum spoliari, & in carcerem truserit cum alijs Vicecomitibus, imposito Mediolanen. nouo præside ex sua gente, & xxiiij. ciuibus in consilio adiunctis, qui rempub. administraret. Exegit deinde grandem pecuniam. Ipse tamen Ludouicus postea Castrucij precibus motus, Vicecomites omnes incolumes dimisit, dum Lucae essent, vbi imperator à Lucensibus magna cum benignitate susceptus est. antè tamen Pisas obsidione cingens, pacione ingressus fuerat. Inde verò Luca abiēs, comitante eum cum mille & quingentis equitibus Castrucio, Romam proficiscitur. Romani tum aduentante Ludouico, seditione grauissima vexabantur, & præualebat factio regis pontifici contraria. vnde veniens, à Romano clero & venerabilibus senatoribus occurru laudabili & populo gaudete cum magno apparatu receptus est, ibique

Ludouicus
Bauar. Ita-
liam ingre-
ditur.

Motus Lō-
gob. Ludo.
composuit.

Lud. Augu-
stus Romæ
coronatur.

Antipapa.

Ioh. rex Bo-
hemus va-
stat Italiã.

rex atque regina 17. die mensis Ianuarij Dominica qua cantatur, Omnis terra, ex parte totius Ro. populi, iussuque cleri, apud ædes Lateranen. à Stephano Columna sunt coronati. Prætererant enim vrbici hoc eis competere, papa etiam nolente, præsertim cum senatores prius papam requisivissent, ut ad urbem veniens resideret. Coronatus imperator consilio senatus, ut Iacobus scribit, creavit papam Petrum de Corbaria, fratrem ordinis Minorū ex Reatino agro oriundum, hominem humili loco natū, sed doctum, & ad res agendas aptissimū. Habuit hic primò vxorē, qua renuente ac reclamante, religionem S. Francisci suscepit. Creatus itaque pseudopontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his qui cum eo aderant, ut verus Christi vicarius consalutatur. creavit is quoque cardinales & episcopos. ANNO Domini 1328. dum in vrbe manet Ludouicus, imperatrix peperit puerum masculū, quem princeps nominavit Ludouicū Romanū, eo quod in vrbe Roma natus esset. Voluit autē Ludouicus præmissō tractatu cum rege Sicilia, Apuliam terram Roberti regis ingredi, ferturque quod Robertus collectis omnibus bonis, terrā relinquere statuerit, & in provinciam se transferre, si Cæsar accelerasset iter: sed quasi ociofus terebat tēpus in vrbe, ita ut interea Castrucius alijque partis suæ abire, & se aduersus factionē alterā Guelphorum defendere coacti sint. Ludouicus itaque frustra tēto contra regem Robertum progressu, tandē delibet abire & sibi prospicere. ANNO igitur salutis 1329. Ludouicus imperator ab vrbe diuertere volens, præstitisse fertur iuramentum senatoribus vrbis, quod sedatis in Germania motibus, quorū gratia abierat, reuenteretur: & ob hoc senatores duos ex suis venerabiles viros, qui principem sequerentur, elegerunt. Egressus est ergo urbem cum exercitu per Perusinum agrum, venitque Aretium, inde paratus Florentiam ducere. Interea Castrucius, Pistorium amiserat: & rursum recuperauerat, quem tamen paulò post mors oppressit. Obijt eodem ferè tēpore Galeatus Vicecomes. post hæc Ludouicus Pisas aduenit, atque cū gratulatione maxima est a ciuibus receptus: filijs quoque, Castrucij Luca pulsis, adueniēs præsidē imposuit, quo tēpore Carolus Roberti filius mortuus dicebatur. Relicto itaque Pisas antipapa Nicolao, Ludouicus abijt in Germaniã. Interim Nicolaus recognouit errorem suum, quem Bonifacius Pisanus comes, rem gratā Iohanni pontifici facturus, Auinionē perducit, & abiurata heresi ac schismate, in perpetuū carcerem deputatus est. ANNO eodem, Philippus Valesius Caroli Valesij comitis quondam filius, qui erat frater regis Francia, post mortem trium regum, Ludouici, Philippi & Caroli fratrum, regnare coepit in Francia, & 22. annis regnavit. Ex quo infinita mala sunt secuta. nam Eduardus rex Angliæ proximior ex matre Isabele, dicebat regnum ad se spectare, de quo dicitur infra. Hoc eodem anno Philippo Francorum rege instante, Iohannes pontifex generalem in Saracenos Hierosolymam tenentes expeditionem sacrosancto de more decreto edixit, Philippusque eius expeditionis dux declaratus est, cui pontifex fructuum regni Francia ecclesiasticorum decimam partem ea referuauit ratione, ut expeditionis impendio sufficere posset. sed & sibi pontifex caterorum orbis Christiani fructuum ecclesiasticorum decimam pariter portionem voluit referuari. ANNO 1330. post egressum Ludouici de Italia, Iohannes rex Bohemiæ cum consensu Cæsaris ingreditur Italiam. Coeperant obsidere tum Lucam Florentinā, at Iohannes rex à Brixianis domestica seditione aduocatus est. Et deinde Parmam, Rhegium & Mutinam sese vltro dedentes accepit. ad hunc Lucenses mittunt oratores, quibus opem ferre pollicitus est. quare scribit Florentinis Lucam sui iuris esse, postulatque obsidionem dissolui. Quod cum negatum sibi fuit, contractis copijs contra Florentinos ducit. at vbi appropinquare præfectus regis nunciatus est cum copijs, obmissa obsidione recedunt. Tum Iohannes rex successorem se imperatoris ac pacificatorem Italiae scribens, Papæ & Imperatori complacere cupiens, ambobus displicere coepit. At legatus Bononiens. Ostiensis, licet Parmam, Mutinam ac Rhegium pro ecclesia sollicitasset, tamen non indignē ferebat, quod sese Iohanni Bohemo dederunt, quod etiam conscio Iohanne pontifice factum apparuit, cum is Bohemo regi nulla in re postea fuerit aduersatus: mutataque est exinde rerū in Italia conditio, ut quibus pontifex Ro. rexque Bohemus aduersarentur, eosdemque Robertus rex & Florentini fouerent, qui ex tota Lombardia multos attraxerant in socios, in quos omnes pontifex Romanus censuras ecclesie promulgauit, ex quo etiam rex Iohannes Carolo filio cum copijs Parmæ, Rhegij & Mutinæ vrbium custodia relicto, in Germaniã se contulit, maiores copias contrahiturus.

ANNO

ANN O Domini 1331. Ludouicus imperator in Germaniam reuersus, iuit in Bauriam, deinde sequenti anno colloquiū principum in Norinberga habuit, deinde Spiram venit, & senatores de vrbe cum eo qui ibi stabat rædio affecti, & sollicitantes principem de reuersione ad urbē, ut pollicitus fuerat. Quibus respōdit, quod ipsi duo possent reuerti cum bona pace, quia nondum dispositus esset ad regressum, neque imperij negocia disposuisset, prout ad oculos viderent, petebatque ut ipsum apud vrbicos haberent excusatum. qui licentia habita abierunt. Tum & Mantuæ dominatus in Gonzagarum familiam venit, & in domum Austriæ Carinthiæ ducatus: quod materiam grauibus insidijs dedit inter regē Bohemiæ Iohannem & Ludouicū Cæsarem. volebat Bohemus filium Iohannem ducatum Carinthiæ præfici quasi hæredem. Nam duos habuit filios, Carolum Morauia marchionem, cui vxor erat Franci Philippi soror, & Iohannem, qui habuit vxorem Margaritam filiam ducis Carinthij Henrici. ad hanc spectare ducatum aiebat, mortuo Henrico Carinthio sine masculino hærede. Sed Ludouicus Cæsar ducatum Carinthiæ titulis Austrijs adscripsit, fore ratus imperio obsequentiores Carinthios, si Austriæ ducibus parerent. Hinc Iohannes rex Bohemiæ persequi coepit Ludouicū, & factionibus quibusdā impedire. Verum & filio Iohanni Bohemo comitatus Tirolis cessit, quem iste Henricus Carinthius habuerat, eo postea deiectus est dolo vxoris Margaritæ, quæ in Bauari Cæsaris gratiam, Ludouicum marchionem Brandenburgensem in accipiendo comitatu Tirolis iuuat, eique nupsit, relicto Iohanne Bohemo per diuertium. Quem comitatum Brandenburgensis Ludouicus posthac Austrio Alberto, uti dicemus, cōmendauit. ANNO Domini 1334. Iohannes pontifex Ro. è vita migravit Auinione. reliquit autē in thesauris ingentem vim auri & argenti, millies viginti quinque millia aureorum. Hic Iohannes Papa aliquando interrogatus, quiforet à veritate remotus, respondit: Vulgi sententia. nam quidquid laudat, vituperio dignum est: quidquid cogitat, vanum: quidquid loquitur, falsum: quidquid improbat, bonum: quidquid extollit, infame est. ANNO deinde salutis nostræ 1335. Iohanne 22. defuncto, successit in sede Petri Benedictus xij. infimæ conditionis in seculo, sed moribus ac scientia clarus, seditque annos septem. Fuit autem patria Tolosanus, Iacobus antea vocatus, S. Priscæ presbyter cardinalis ordinis Cisterciens. coronatus verò, statim pro reformatione Ecclesie S. Petri in urbem misit quinquaginta millia florenorum. Circa initia pontificatus Benedicti xij. Philippus rex Francorum nonnulla contra Ecclesie libertatem conatus est, id quod probis illorum constat historijs, & sunt qui dicunt voluisse regem, ut Italiae præficeretur, & postulasse quasdam decimarum partes in Hierosolymitanæ expeditionis sumptus. Quæ cum pontifex accepisset, territus ad Ludouicum Baurum Rom. imperatorem confugere statuit. quare is amicorum literis hortatus, sine mora papæ & cardinalibus oratores solennes destinauit. Erant autem oratores, duo comites de Deringen, & Rudolphus præpositus Augusten. ac Marcouardus de Mandet canonicus Bamberg. & protonotarius principis magister Henricus. & petito in publico consistorio per dictum Marcouardum ex parte principis absolutionis & restitutionis beneficio, Papa gratiosum dedit responsum, se ac fratres suos curatum ire, quod nobilis iste ramus Ecclesie, qui iam ab arbore separari coeperat, eidem arbori redintegraretur. addidit quoque se plurimum gratulari, commendans Alemaniam & dominum Ludouicum, quem nobiliorem mundi dicebat. Conquerente verò Papa, Italiam per tyrannos, ac terram sanctam per Saracenos propter imperatoris carentiam multa perpeti, sperabant oratores post tam benignum pontificis responsum, absolutionem impetrasse. Verum rex Francie & Rupertus rex Apulie omnia perturbabāt, à quibus iam missi aderant duo archiepiscopi, duo comites, proponentes Papā cauere debere, ne fautor hæreticorum dicatur. Ad quos Benedictus: Volūntne domini vestri quod non sit imperium? Non, inquit, sancte pater contra imperium loquimur, sed contra personam Ludouici damnatam, adijcientes qualia contra Ecclesiam fecit. Quibus papa: Immo nos fecimus contra eū. ipse enim cum baculo venisset ad pedes prædecessoris nostri, si voluisset ipsum in gratiam recipere: & quod fecit, prouocatus fecit. Verum papa nihil profecit. Nec multò post rex Francie in terra sua bona & redditus cardinalium interdixit. Scripserunt etiam illis diebus Iohannes rex Bohemiæ & Henricus dux Bauriæ gener eius, quod de auxilio Hungariæ & Cracouiæ regum, vel lent constituere regem Rom. & sic Cardinales papam pro tunc ab absolutione principis retraxerunt, acceptoque responso suspensiuo, oratores Cæsaris redierunt ad sua.

Nnnn 4 ANNO

ANNO Domini 1336. reuersis oratoribus, Ludouicus imperator conuocauit principes ad Spiram: Conueneruntque archiepiscopus Moguntinus, Henricus de Wierberg, Argentinens. Augusten. Eichsteten, Curien. & quidam alij Moguntinensis prouinciæ episcopi. Hi miserunt oratores ad papam pro abolitione principis impetranda. Quos cum papa Benedictus benignè recepisset, (erant enim viri insignes Gerlacus comes de Massau, & episcopus Curien.) manè diei sequentis Papa quasi flensulis conquirebatur, quòd principi Ludouico esset inclinatus: sed rex Franciæ sibi scripserit, si cum sine eius voluntate absolueret, peiora expectare deberet, quàm Bonifacius accepisset. hoc responso accepto, intelligentes simul quòd iter eorum tutum non fuerat, ad rogatum Papæ per Delphinum vsque ad Lausanam perducti sunt salui.

Attēde Frāci regis cōtra Ludouicū technas.

Regnū Frāci Eduardus infestat.

Ludouici ad Frācum scripta.

ANNO 1337. in die S. Georgij Eduardus rex Angliæ, cōnuocatis principibus ac baronibus, dominabusque regni ad spectaculum, vbi inter delicias propositum fuit per vnā ex dominabus, quo modo regnum Franciæ quod occuparet Philippus Valensianus, spectaret hereditario iure ad dominum Eduardum regem suum: subintulit ea, magnam esse regis & suorum vecordiam, quòd tantum regnum non vendicaret. Erat autem res subornata per dominum Robertum de Artoys sororium regis Philippi, qui Philippus iam pridem indignatus erat contra Robertum, ita quòd ipse Robertus aufugit Hannoniam ad ducem, propter quod rex vxorem & liberos Roberti detinuit, ac ducem Hannoniæ diffidauit. Iste Robertus venit ad Eduardum regem Angliæ, suadens ei vt regnum sibi debitum vendicaret, cum Isabela mater ipsius fuisset Philippi quondam regis Francorum filia, & Caroli vltimi regis soror, Philippus verò Valefius patruelis ipsius. Propositione autem facta, in illo die tyrones persuasi per Robertum, sua dederunt vota dominabus, quòd nunquam desisterent donec Franciæ regnum animo illud quærendi intrassent. Missi sunt euestigio milites ad ducem Hannoniæ, qui consultus multum dissuasit. Sciebat enim quòd mortuo Carolo vltimo rege, pares Franciæ elegerunt Philippum de Valois, obmissis Isabela & rege Eduardo, afferentes Carolum morientem commississe, vt iudicio parium eligeretur idoneus in regem, & quòd postea Philippus vocauit regem Eduardum vt veniret, & Aquitaniæ ducatum ab eo recognosceret: venisseque Eduardum ad Ambiensē ciuitatem, vbi Philippus rex erat, associatis regibus Bohemiæ, Nauarræ & Maioricarum, quo in loco rex Eduardus homagium fecerat regi Philippo ratione ducatus Aquitaniæ, quanquam in iuramento addiderit, se iurare iuxta formam ad quam teneri reperiretur, quòd tamen postea dicitur literis firmasse. Nihilominus dux Hannoniæ magis fauens Eduardo, dixit consulendos ducem Brabantiæ & nonnullos alios. Venerunt iam dicti milites ipsorum aliqui cum vno oculo, alij aliter, ad ducem Brabantiæ, episcopum Leodiensē, archiepiscopum Colonien. ducem Gelriæ, marchionem Iuliacensē, & ceteros à quibus reportarunt votiuum responsum. Cùm autem plerique ex eis essent vasalli regis Franciæ, putabant id non posse fieri cum honore, ideo inuenta est via, quòd rex Angliæ fieret vicarius imperij, cui essent omnes tanquam ligij subiecti. Ecce rex Angliæ medio quorundam venit ad imperatorem in villa Xens super Rhenum, vbi homagio ab eo recepto, imperator regem Angliæ generalem vicarium imperij per Germaniam deputauit. Restabant adhuc Flandrenses rebus accomodi, qui omnino negauerunt metu pœnæ consentire per Ecclesiam illis imposta, vt si minus grata regi vnquam facerent, pœnæ execrationis & ducentorum millium florenorum subiacerent. vnde consilio cuiusdam inuentum est, vt rex Angliæ reciperet titulum regis Franciæ, & postea illis tanquam rex Franciæ præciperet: quòd & factum est. His peractis, scripsit Ludouicus imperator regi Franciæ, quem Philippum de Valois nominauit, quòd ab occupatione terrarum imperij desisteret, ac fidei imperio Eduardo regi Angliæ super querelis suis iustitiam faceret coram ipso. alioqui cùm ipse Philippus feuda quæ teneret, ab imperio non recognouisset, nec homagium sibi fecisset, regi Angliæ assistere vellet, ad quòd etiam ipsum diffidaret. Quo postmodum diffidato, præmissi omnes principes regi Angliæ sunt colligati, de qua diffidatione papa Benedictus erat benè contentus, vt scribit Iacobus Moguntinus.

Deinde inter hos reges varij habiti sunt apparatus anno Domini 1337. rex Angliæ cum omnibus principibus dictis ac Flandren. copias contrahēs, Ludouico imperatori pecuniā promissam aliquot diebus post terminum statutū in oppido Francofurt destinauit, desiderans eum secū in propria persona trāsiturum. Princeps autem prætendens lapsum terminū, infra quē iuxta pacta non fuit pecunia missa, remisit eādē pecuniam.

cuniam. Nam & à suis etiam, quòd non deceret Rom. imperatorem ab aliquo stipendium recipere, fuit informatus, prætendens etiam quòd non solum cum quingentis galeatis, vt rex petierat, sed cum duobus millibus in expen. regis iuxta couenta afferuit se, prout etiā imperatorem deceret, venturum. At interim Ludouicus rebus suis intentus, nihil Angli causa egit. paulò post dum sibi mutuo rex Angliæ atque Franciæ occurrere parant, relicta comitis Hollandiæ, soror regis Franciæ, monialis, treugas ad triennium inter eos impetrauit. Aquitania Eduardo restituitur, & Flandren. recōciliantur. Rex Franciæ Philippus, vt auerteret Ludouicū, misit solennes nuncios imperatrici filiæ sororis suæ, quæcunque ea fuit, vocans eam dominam Alemanic: petiuitque vt sibi imperatorem pacificaret, multa promittens. Qua interueniente, hincinde principes oratores suos mittebant. tandem contracta est inter eos liga perpetua, literis & iuramentis firmata, iurauitque rex Franciæ, quòd Ludouicum cum Apostolico vellet concordare, & sic Ludouicus deinceps per regnum Franciæ imperator scriptus est & nominatus. Quo facto, Ludouicus regem Angliæ absoluit à vicariatu imperij, & extrunc ipse Ludouicus prosperitatem nunquam habuit, & rex Franciæ qui corporale præstiterat iuramentum, quòd cum papæ reconciliaret, nihil fecit. hæc Iacobus Moguntin. Postea misit imperator oratores ad regem Franciæ, qui suos quoque oratores vnā cum imperialibus ad Benedictum destinauit, petentes reconciliari imperatorem: quibus papa respondisse fertur, Nunquid Ludouicum ad arbitrium regis nunc hæreticum, nunc verò Christianissimum habere deberet? & protrahito varijs tractatibus negotio, Francus (vt credebatur) quod noluit, simulauit se velle: Benedictus verò papa quod voluit, simulauit se nolle. * vtique nil actum fuit. ANNO deinde salutis nostræ 1338. die octauo mensis Augusti, Ludouicus imperator in Francofurt vocata solenni curia, decretum quoddam de consilio quorundam fratrum Minorum, sub sigillo suo contra processum quondam Iohannis papæ promulgauit. Incipit autem: Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, vniuersis & singulis regibus Christianorum, ac patriarchis, archiepiscopis, episcopis, presbyteris, quocunque honoris præfulgeant culmine, & cæteris ecclesiarum prælatis, necnon secularibus principibus, marchionibus, ducibus, comitibus baronibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, iudicibus, prouincialibus ciuitatum, terrarum Romano imperio subiectarum, & ipsarum cuiuslibet incolis & habitatoribus, ac omnibus & singulis Christianis fidelibus tam Ecclesiasticis quàm secularibus, gratiam suam & omne bonum: Eadem catholicam, quam sancta mater Ecclesia docet & tenet, firmiter credentes, fideliter consententes, & ipsius Ecclesiæ doctrinam in sacris canonibus traditam sequi volentes, quibusdam allegationibus, impugnationibus & oppositionibus, quæ contra nos & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis imperialis, & contra imperialem authoritatem & dignitatem opponuntur, ne simplicium corda possint inficere, duximus in his scriptis respondendum. Inprimis contra nos & imperialem authoritatem, dignitatem, potestatem, & ius imperij allegatur, quòd potestas & authoritas imperialis est à Papa, & electus in regem Ro. ex sola electione non est nec dici potest verus imperator, nec habet potestatem iurisdictionis, & antequam inungatur, consecratur & coronetur, Papa in temporalibus etiā habet plenitudinem potestatis. Ad quòd respondemus, hanc oppositionem sacris canonibus, iuri ac rationi obuiare, sicut expressè patet in c. cum ad verum, & c. si imperator, 96. dist. vbi habetur, quòd nec imperator iura pontificatus, nec pontifex iura imperij sibi usurpare debet. vbi glo. dicit, quòd istæ potestates sunt distinctæ, & quòd neutra dependet ab altera. Imperator enim non habet imperium à Papa, sed à solo Deo, 93. dist. c. legimus, vbi tex. quòd exercitus facit imperatorem. Et glo. ibi dicit cum verū imperatorē, antequam à Papa confirmatur. probatur idē in c. quoniā, x. di. quem tex. ponit in longū. Infert quòd papa non habet vtrunq; gladium: alioqui si imperiū haberetur à Papa, in temporalibus ad Papam posset appellari, quòd prohibet Alexander papa, dicens illa temporalia habere suā iurisdictionem. de appellatione si duobus. c. causam quæ, qui fil. sint leg. ibi glo. facit & tex. in c. quo iure, 8. dist. & c. nouit. de iudi. ex quibus concludit, quòd potestas imperialis est immediate à Deo, & imperator ex sola electione, antequam inungatur aut coronetur, habet potestatem imperialē, nec Papa habet in temporalibus dictā potestatis plenitudinem. Secundo obijcitur nobis, quòd Ioh. 22. per suos processum cassauit ac annullauit electionē de nobis factam, & nos postea administrare non potuisse iura imperij, sed administratio-

Concordia Ludouici & Frāci regis.

Ludouici Cæsaris aduersus pontificis bulla.

An Imper. ante confirmationem Papæ dicatur.

ad

ad ipsum papā pertinebat de iure: quæ omnia sunt contra iura imperij, & contra iura & libertates eorum, ad quos vacante imperio pertinet electio, & contra iura ac libertates principum Alemanniæ & subditorum imperij, contra consuetudines ab antiquo rationabiliter introductas. Insuper per processus suos, bullas aut literas, quas dicitur per mundum direxisse, in quibus asserit se totam Italiā ab imperio & regno Alemanniæ separasse, insinuans quod papa est dominus vniuersalis, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus: ad quæ omnia duximus respondendum, quod dicti omnes sui processus, assertiones & literæ, & circa prædicta gesta, sunt atque fuerunt nulli & nulla, nullius roboris vel momenti, rationibus infra scriptis. Prima ratio, quod Papa quantumcunque legitimus, talem potestatem in temporalibus, maximè super iura imperij, non habeat, clarè determinanti iura supra allegata. Vnde quicquid dictus Ioh. 22. fecit in prædictis, tanquam à non suo iudice factum, nullius fuit roboris vel momenti. 2. q. 1. c. in primis. de iudi. at si clerici, cum simil. Secunda ratio, ex eo quod dicti processus, immo veriùs excessus, contra nos & in præiudicium exco. no. nostri & illorum qui nos elegerunt, & aliorum principum Alemanniæ, ac totius imperij, ex notoriè falsis causis, & nullo iuris ordine seruato, nobis & alijs quorum intererat absentibus, & nullo modo legitimè citatis, emanarunt: sunt idcirco inualidi, nulli, nullius roboris vel momenti. 3. q. 9. per totum. vbi dicitur quod omnia quæ contra absentes in omni negotio aut loco aguntur, irrita erunt, nec aliquam obtinent firmitatem. Non obstat autem, si dicatur dictus Iohannes Auinione existens cum sua curia, per literas quas dicitur ad fores Ecclesiæ publicasse & absentes citasse, quoniam talis citatio in simili negotio est nulla, nec dicenda legitima, rationibus infra scriptis: Prima, quia secundum iura, ad hoc vt citatio dicatur legitima, necesse est quod citandus personaliter citetur, si inuenitur, aut publicetur ad domum: aliàs contra ipsum non potest procedi: probatur 4. q. 5. c. quisquis. de do. & contu. causam, de cle. non re. ex tuq. cum vulgatis iuribus. Secunda ratio, quia ad hoc vt citatio arctet ad veniendum, necesse est vt assignetur citato terminus & locus ad comparandum securus, prout probatur c. ex parte, de app. 3. q. 9. hortamur, vt lit. non cont. accedēs. ff. de iudi. si locum. Sed notorium est, quod dictus Iohannes tam nos quam nostri imperij fideles & amicos odio capitali & etiam hostili exercitu persecutus est. Ciuitas verò Auinione. & ipse Papa ac dominus ciuitatis, nos & Romanum imperiū habebat odio ex antiquo. Quare desperet qui diceret talem citationem aliquo modo fuisse canonicam, immo irrita fuit & nulla. Tertia ratio, quia nullus in propria causa debet esse iudex, vel ius sibi dicere, 23. q. 4. inter querelas. C. ne quis in propria causa. in rubro & nigro. Sed notoriū est, quod dictus Ioh. contendebat se etiam in temporalibus, & in nos ac in totum imperiū habere plenitudinem potestatis. Et quod contra nos ac iura imperij de facto mouebat, & iura imperij vsurpare conabatur, & vt hostis persequi curabat. Vnde & contra eum tanquam aduersarium & hostem nostrum & imperij pro defensione nostra & fidelium nostrorum appellauimus ad futurum generale concilium, in loco tuto & securo celebrandum, igitur &c. Tertiò obijcitur contra nos, quod dictus Ioh. 22. tam in nos quam in omnes sequaces & fideles nostros, habentes & tenentes nos pro imperatore vero & legitimo, & nobis tanquam imperatori reuerentiam exhibentes, & in omnes admittentes nos ad diuina seu participantes nobiscum &c. fulminauit execrationis sententias, & interdictum in vniuersitates. Et dicitur, quod sententia pastoris siue sit iusta, siue iniusta, seruanda est & tenenda. Ad quæ respondemus, quod secundū sacros canones sententiæ & processus huiusmodi fuerunt & sunt nulli, & nullius momenti: quod probatur rationibus: Prima ratio, certū est quod cum prælatus ecclesiæ in suo mandato excedit formam & potestatem à sacris canonibus sibi traditam, in contrarium facientes non incurrunt sententias &c. probatur per c. cum ad quorundam, de exce. præla. Nam sacri canones & Ecclesia prohibent ea, & non concedūt Papæ ius imperij & potestatem in temporalibus. Sed Ioh. 22. ius & potestatem imperij sibi vsurpare nitebatur, ergo &c. Et hic est vnus ex casibus, in quibus execrationis sententia non est aliquatenus timēda nec obseruanda. Secunda ratio, certū est de iure, vbi error est expressus in sententiā vel mādato, sententia est ipso iure nulla: pura præcipit subdito, vt non obediatur suo superiori, vel præcipit aliquid cōtra Deū, vel contra sacram scripturam, pro quo xj. q. 3. si is qui cum duobus. Et idem est, vbiunque sententiā est ipso iure nulla. probatur in c. per tuas. de sen. exc. de procur. in nostra sententiā. cum si. Sed manifestum est, quod dictus Iohannes mandauit vt non obediatur nobis

De processu
Ioh. 22. cōtra
Ludouicū.

nobis, cui omnes subiecti imperio, obedire & reuerentiam exhibere secundum diuina & humana iura debent. Et quod hoc fecit, volendo sibi ius imperij in temporalibus vsurpare, quod est contra Deū & omnem iustitiam, ergo &c. Tertia ratio, manifestum est quando sententia execrationis vel interdicti fertur post appellationem legitimā, quod tunc est nulla, nec timēda, nec obseruanda: probatur de off. dele. cum abbas. de sen. ex. per tuas. & in glo. Sed manifestum est, quod nos contra dictum Iohannem & processus eius contra Deum & iustitiam in nos fulminatos, appellauimus ad futurum generale cōcilium, & ad sanctam catholicam Ecclesiam, quæ appellatio fuit ad ipsius Iohannis notitiam deducta, prout constat legitimè, & quod ipse postea contra dictam appellationem promulgauit contra nos, fideles nostros, & nobis consilium, fauorem aut auxilium præstantes, ergo &c. Nec obstat si dicitur, quod papa nō habet superiorem, & sic non possit ab ipso appellari, quoniā manifestū est secundū doctrinam catholicam, quod Papa vbi de fide agit, subest cōcilijs, 16. di. sicut. in tex. & in glo. 25. q. 2. sunt quidam. 19. di. Anastasius. 40. di. Si papa. Idem vbi de iure diuino agit, Concilium est supra Papam, iuribus alleg. Cum autem pro defensione iuris imperij, quod à iure diuino & fide catholica pendet, appellauerimus, sequitur quod appellatio nostra interposita fuit ad superiorem, i. ad concilium generale contra aduersantes nobis, & nos ac imperium & fidem catholicam, quam sancta Ro. tenet Ecclesia, impugnantes. Quamobrem de* concilio ac consensu prælatorum omnium & principum Alemanniæ congregatorū in oppido nostro Francofurt, denunciamus & decernimus processus huiusmodi nullos esse, & nullius roboris aut momenti. Ac vniuersis & singulis sub nostro degentibus imperio, cuiuscunq; status & conditionis fuerint, districtè præcipimus & mandamus, quatenus nulla singularis persona aut cōmunitas dictas sententias execrationis aut interdicti præsumant obseruare. Quicunque autem contrā fecerit, eos omnibus feudis quæ tenent ab imperio, & omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus & emunitatibus priuamus. In quorum omnium testimonium præsentis literas fieri fecimus, & nostre imperialis maiestatis bulla iussimus cōmuni. Dat. in oppido Francofurt, præfatis prælatis ac principibus ibidē nobis assistentibus, die 8. mensis Augusti, anno Domini 1338. Indictione 6. regni nostri anno 24. Imperij verò xj. Ex his & alijs supra positis magna turbatio secuta est per imperium & partes Alemanniæ, maximè autem Sueviæ in comitatu Vuirtembergensi. Nam post publicationem huiusmodi processus, die sequenti fecit Prædicatores in Francofurt expelli: manserunt tamen aliqui mandata imperatoris obseruantes. Spiram postea veniens imperator, prædicatores tertia iam vice expulit. Et ego memini me legisse, quod comes quidam de Wirtemberg mandato imperatoris in oppido Nürtingen die constituto fecerit præconizari, vt qui interdictum seruare vellent, expellerentur. Et quod Iudæis qui exosi fuerant quibusdam, sicut cæteris hominibus, victualia & alia necessaria vendebantur: ita permixta fuerunt omnia. Circa tēpus istud floruit Dantes Florētinus poeta, qui inter cætera composuit librū de monarchia, vbi vult probare monarchiam esse in imperio Ro. & rege Ro. quod nullā dependentiam habeat à Papa, sed à solo Deo, nisi in spiritualibus. & in hoc, vt refert Antoninus in 3. parte ti. 21. c. 5. §. 2. errauit. Quem errorem, secundū ipsum, magis diffusè profecutus est Okam ordinis Minorum, quasi ad nihilum deducens potestatem Papæ & prælatorum in temporali dominio. Quamobrem multi viri doctissimi tunc Quæstiones disputabant de potestate Ecclesiastica. Et Bar. dicit in l. i. ff. de requi. re. Dantem propter illam opinionem quasi fuisse de hæresi damnatum. ANNO Domini millesimo trecentesimo trigessimono, publicata constitutione Cle. 5. Ex graui. de vsuris, Iudæi multum fuerunt inquietati, quia conueniebantur in iudicio super restitutione vsurarum: & nisi essent sorte contenti, ac vsuras restituerent, fideiussores iudicialiter absoluebantur, instrumenta & obligationes super vsuris dandis cassabantur. Fuerat magna discordia inter aliquos magnates pro defensione Iudæorum, ita vt tandem Emicho episcopus Spiren. prohibuerit, ne deinceps Iudæi pro vsuris inquietarentur. Circa hæc tempora in ciuitate Metensi solennis curia habebatur, à principibus fiebant torneamenta, hastiludia ac parlamenta. ibi Vlricus comes de Wirtemberg honorificè tenebatur, quem redeuntem iuxta oppidum Donstet per insidias, miles de Nürtingen captiuauit, nil tale metuētem, neq; diffidatum, eundemq; alijs dimissis captiuum ad partes suas duxit, vbi comes pro liberatione sua centies mille marcas argenti persoluit. ANNO Domini 1338. cum iam pōrifex Senatui populoque Romano persuasisset, vt senatoriam dignitatem suis

Dantes.

Okam.

De Iudæis.

De Vdalricō
Vuirtemberg. com.

&c

& ecclesiæ auspicijs administrarent, & Stephanum Columnensem postea ad se Auinionem vocasset, Vrsus Anguilariæ comes, Stephani Columnen. collega, Franciscum Petrarcham virum eloquentissimum, maximè autem rhythmis vulgaribus, corona poetica in Capitolio donauit. Pontifex eodem tempore veritus, ne vacante imperio Italia ab aliquo externo hoste inuaderetur, Luchinum vicecomitem Iohannemque eius fratrem archiepiscopum Mediolanen. Mediolani aliarumque urbium quas possidebant, vicarios instituit. Eandem quoque potestatem Mascino Scalæ Veronæ ac Vincentiæ, Philippo Gonzagæ Mantuæ & Regij, Estensi Ferrariæ ac Mutinæ, Albertino Patavij, suo iure (vt ipse dicebat) tribuit, quod vacante imperio, omnis eius potestas in pontificem recidat. Ludouicum enim imperatorem, pro nullo ducebat. moritur autem pontificatus sui anno 7. mense 3. ANNO Domini 1342. Benedicto vita functo, Clemens 6. cathedram Petri ascendit, sedit annos penè xj. Hic Clemens iubileum quem Bonifacius 8. anno 1300. celebravit, & de centenariis in centenarium declarauit obseruandum, reduxit ad numerum quinquagenarium, & publicari fecit per orbem, & licet curia tunc esset Auinione, tamen in vrbe posita est indulgentia. Hic pontifex accepta dignitate sacra, vt antè semper infensus Ludouico Banaro Casari, modò in gratiam Franci regis excommunicationis sententiam in Bauarum latam confirmat. & vt eius viribus obicem opponeret in Italia, Vicecomitem dominatum confirmavit, vt Ludouico, si quid rei nouæ oriretur, resisterent: reliquos duces tumultu Italiæ complentes reliquit. Sed Ludouicus par pari reddens, vicissim in ditione Ecclesiastica multos vicarios imperiali auctoritate confirmavit. ANNO Domini 1343. scripsit imperator Ludouicus regi Francorum, cum certum esset papam ad nutum suum regi, ideo siquid contra se fieret, putaret se ab ipso habere, rogabatque, vt ex promisso absolutio-nem sibi impetraret. Ad quæ rex Franciæ respondit, cum tanquam Ro. imperij præfectum & sedis Ap. tutorem, nunquam vt imperatorem & subditum benè decuisset, gratiam petiuisse ac absolutio-nem. nuncijs autem Ludouici dicentibus, se mandatū concipere posse secundū formam Papæ placentem, habebant enim faciendi potestatem quicquid placeret, vnde petebat procuratores, quod daretur eis forma placens papæ. conceptumque est procuratorium turpissimum & rigidissimum, quod Ludouicus etiam in carcere detentus non sigillasset, in quo mandato dabatur potestas Humberto Delphini auunculo principis, item Augusten. & Bambergem. ecclesiarum præpositis, & magistro Henrico archicancellario suo insolidum, consentienti omnes errores & hæreses sibi impositas, item resignandi imperium, nec resumendi nisi de gratia Papæ, & se suosque liberos ac bona in manus Papæ ponendi: adijciebantur etiam aliqua statum imperij tangentia. hoc mandatū ambasiatores præfati non solum sigillarunt, sed etiam seruanda omnia ad sancta sanctorum per eosdem iurarunt. Verum his articulis imperatori præsentatis, ipse eorum copiam vniuersis principibus & præsertim electoribus ac ciuitatibus transmisit, omnes eos & reliquos totius Alemanniæ ad parlamentum publicum super hoc factum ad Francofurt vocauit. Et scribunt aliqui ipsum imperatorem dedisse pergamenum sigillatum ambasiatoribus prædictis, in quo formam papæ placentem concipere possent, confisum de eorum fidelitate, qui postea, vt dictum est, scribi consenserunt. ANNO 1343. ortæ sunt lites inter domum Austriæ, comitem Eberardum de Wirtemberg, & comitem de Schelstingen, propter oppidum Eslingen, quod dux Austriæ à comite de Schelstingen comparauerat certis conditionibus, & Mengen oppidum fuit deuastatum per comites de Wirtemberg, non sine damno partis vtriusque. Nam comes suorum suppetijs adiutus, comitem exercitu iusto petijt, cui quoniã obuiam venire non potuit, apud Mengen resedit. quod animaduertens comes Eberardus, vt erat vir animo imperterritus, castra obsedit, ac tandem in deditionem accipiens deuastauit. ANNO Domini 1344. die 17. mensis Septembris, conuenientibus in Francofurt principibus ac nuncijs aliquorum, ciuitatumque, fures Vuickerus archiepiscopi Treuren. protonotarius, in præsentia principis iussus dicebat: Serenissime D. Imperator, principes Electores & alij imperij fideles, recensentes articulos reformationis vestræ, quos Papa requirit, ac in his residet, concorditer articulos illos decreuerunt in perniciem & destructionem imperij esse conceptos, & quod nec vos, nec ipsi virtute iuramenti imperio præstiti annuere valeatis: intenduntque Oratores suos ad Papam mittere, nec non ad collegium cardinalium, cum petitione quod desistant. Et si recusarint, iam deliberauerunt quod in Rheno super Rhenum conuenient, vobiscum deliberaturi qualiter huiusmodi conatibus resistatur. Quò dicto,

Franc. Petrarca.

Clemens 6. papa.

Att. dolum legatorum Ludouici.

Eberardus Comes de Wirtemberg.

Nouum diffiduum papæ & Ludouici.

dicto, quæsiuit ipse an ita esset. & ita esse & sibi placere, omnes responderunt, ac talia facere promiserunt. Mittuntur nuncij principum, qui papæ contradictionem articulo- rum referrent, nec tractandi de aliquo mandato haberent. Papa cogitans se desulsum, & maiori inuidia contra principem permouebatur. vnde postea cum Iohanne rege Boemiæ & Carolo filio eius, qui læsi fuerant ab imperatore, & cum Treueren. archiepiscopo eorum patruo, ad perpetuum principis exterminium deliberauit, vt infra latius clarebit. Eodem anno Eduardus Angliæ rex scribit papæ & cardinalibus, se Franciæ ac Angliæ regem, & dominum Hybernæ, & qualiter Philippus de Valesio occupator regni Francorum, pacem & treugas per Sed. Ap. quasi extortas infrægerit, occidendo aliquos Anglicos ac terras spoliando. Et quod ipse Philippus ac sedes apostolica sæpe per se requisiti super reformatione attentatorum, aliud non fecerint, nisi quod legati * Sed. Apo. auertere aliquos fideles suos à seruitio ipsius, operam dabant: quare dicebat, se pacem sibi non seruata, seruare non posse, sed cogitaret se & suos defendere: ipsum ergo diffidauit, statimque cum magno exercitu comitem Flandriæ à terris Flandriæ eiecit. ANNO Domini 1345. rex Apuliæ Andreas in lecto dormiens cum vxore sua, strangulatus est: quod contigit hoc modo: Carolus 2. rex Apuliæ, inter ceteros filios habuit Carolum & Robertum. Decessit tunc rex Vngariæ sine liberis. vnde Carolus iste 3. obtinuit regnum Vngariæ ex hereditate materna. Robertus postea mortuo patre, factus est rex Apuliæ. Hic Robertus orbatus liberis, misit ad Vngariam, vbi Carolus frater suus reliquit duos filios Ludouicum & Andream: & Andream vocauit, & eundem Iohannem nepri suæ ex filio suo mortuo maritum dedit, ac vnâ cum illo regnare testamento constituit, & comitatum Prouinciæ simul reliquit. Sed cum Andreas postea & vxor Iohanna non satis conuenirent, per fautores regni noctu laqueo, cõscia vxore, strangulatus est. Auxit autem infamiam mulieris, quod ipsa nupsit Ludouico Tarenti principi, qui Ludouicus fuit filius Philippi Tarenti principis, fratris quondam Roberti. conata tamen est scelus suum apud Ludouicum Vngariæ regem ignoratione expurgare, cuius literis epistolam Ludouicus Vngariæ rex rescripsit in hæc verba: Inordinata vita præcedens, retentio potestatis in regno, neglecta vindicta, actio subsequens, necis viri tui te probant participem fuisse & confortem. Quare Ludouicus Vngarus contractis vndique copijs in Apuliam duxit, vindicaturus fratris necem. Ad quod regina metu exterrita, in Narbonensem aufugit prouinciam, nec multo post eam secutus nouus coniunx. Ingressus igitur regnum Ludouicus, aduersantibus omnibus vel fugatis vel captis aut occisis, omni regno est potius. Pestis interim valida vniuersum penè orbem & imprimis Italiã depascebatur, nec erat alicubi aut cessatio, aut imparitas mortis. Quamobrem Ludouicus rex, relicto præsidio regni Vngaris, ipse in Vngariam 3. mense quàm aduenerat, est reuersus. verum post aliquantulum Clemens Ludouicum Tarenti principem corona regni Neapolitani insigniri fecit, eumque vt cunq; cum Ludouico Vngariæ pacificauit. ANNO Domini 1346. in coena Domini Clemens papa contra Ludouicum crudelem facit sermonum, omnes processus Iohannis innouans, ipsumque hæreticum & schismaticum declaras. Monuit deinde electores principes imperij, vt regem eligerent idoneum in imperatorem, infra certum tempus expressum, ne Ecclesia diu aduocato careret: alioqui circa hæc sedes Apostolica prouideret. Causæ autem in prædicto sermone allegatæ à Clemente potiores, erant hæ: Prima, hæresis: ipse enim (inquit Clemens) asseruit, determinationem de paupertate Christi & Apostolorum per Ioh. 22. factam, esse hæreticam, & iurauit se credere contrarium. Item asseruit ad imperatorem pertinere, deponere Papam & instituere. Item quia citatus super hæresi, & propter contumaciam execratus, in dicta execratione ferè per x. annos mansit. Item Iohannem de Landemo hæresiarcham secum tenuit. Item episcopos constituit, interdictum violat, & illos qui nolunt violare, de beneficijs expellit: matrimonia solennizata in facie Ecclesiæ separat, & in gradibus prohibitis coniungit. fortè vult, quia Ludouicum filium suum desponsauit comitissæ Tirolis, viuente adhuc marito Iohanne filio regis Boemiæ, pro eo quod dixerunt eum impotentem, & cum hoc, ipsa Ludouico in gradu prohibito erat iuncta. Item subiungit Clemens, idolum (inquit) in Ecclesia constituit antipapam, & papam de facto deposuit. Illis etiam temporibus idem Clemens deposuit Henricum de Diernberg archiepiscopum Moguntin. qui Ludouico adhaeserat & ipsi fauebat, propter quod execratus fuerat, & in execratione pluribus annis perdurauerat, ac in officio, vt prius, ministrauerat. Allegantur etiam periurium & alia quædam, vt de hoc

Andreas Apuliæ rex.

Iohanna.

Causa reie. chi seu resp. bari Ludouici Imp.

Henric. de Diernberg. Moguntin.

in alio sermone. ibi Clemens in fine ait: Et ne dicta Ecclesia incommoda suę viduati-
onis deploret, autoritate Dei &c. Gerlacum filium comitis de Nassau, capellanum
nostrum, Decanum dictę ecclesię præficimus archiepiscopum, vt cum principibus se-
deat, & solium glorię teneat. vnde postea multa secuta sunt scandala. ANNO
eodem Gerlacus de Nassau prouisus Moguntin. ad feriam quartam post Margaritę,
volens mandato Apostolico obedire ad eligendum regem, ad Mens principes conuo-
cauit, vbi conuenientes Balduinus Luxemburgensis Treueren. Vualramus de Iuliaco
Colon. & ipse Gerlacus prouisus Moguntin. archiepiscopi, Rudolphus dux Saxonię,
& Iohannes rex Boemię, qui confidentes, & imperium diu vacasse decernentes, Ca-
rolum Morauię marchionem, filium regis Boemię, regem Ro. elegerunt. præfuit hic
De Caroli 4. electione
annis 31. Pro quo factu, vt ferrur, prædicti Colon. archiepiscopus & dux Saxonię ma-
gna sunt pecunia corrupti. Intenderat autem idem Carolus mox ire Aquisgranum
pro coronatione, cui tamen alij resisterunt. Licet autem scriptum fuisset Ludouico
de prædictis electoribus, quod terminum statuissent, credere noluit de archiepiscopo
Treueren. & duce Saxonię, quousque planè intellexit. Eodem anno 1346. die 26.
mensis Augusti prælium fuit inter Francos & Anglicos. venientibus enim rege Bœ-
mię ac Carolo filio iam electo Treuerim, venerunt ei noua de transitu regis Anglię
in Franciam. Rex Francię eosdem in auxilium trahit. rex Anglię Normanniam in-
grediens, aliquibus ciuitatibus victis vel destructis, omnia vastat. Post hæc ad ciuita-
tem Parisiensem ducens, sed ob inopiam victus non diu permanens, * Ambigen-
* Ambianen-
sium ciuitatem applicuit. Secutus eum Philippus Francus, & congressus, victus est.
* Comes
Cæsi sunt rex Boemię Iohannes, rex Maioricarum, dux Lotharingię, frater regis Fran-
cię, comes Flandrię, comes Naumen. * Boemus de Hopsenberg, comes de Artois, co-
mes de Saline, comes de Montpelgar, Magnus presbyter Francię, pluresque alij Comi-
tes & barones, & rex Francię vix fuga saluatus est. Carolus verò iam electus, cum ar-
mis regalibus fugiens, vitę seruatus est. ANNO eodem venerunt Flagellatores,
Flagellato-
rum secta.
homines diuersarum conditionum in Alemaniam, qui coeperunt se flagellare, transfe-
rentes de loco in locum. Venerunt & Spiram 200. de Sueuia, habentes inter se vnum
principem & duos magistros, quorum mandatis parebant. Illi autem ante monaste-
rium Spirę circa horam primam circulum facientes, ac depositis vestimentis, habentes
in modum brachę camisas à femore ad talos protensas, in modum crucifixi se
singulatim prostrauerunt, flagellantes se, ac cantantes & inuocantes Dominum: cor-
rueruntque in facies, orantes pro se & omnibus benefactoribus & malefactoribus.
Fuerunt aut inter eos sacerdotes aliqui & literati, nobiles ac ignobiles, mulieres & pue-
ri. Tantis erat, vt scribit Iacobus qui hæc vidit, Spirę ad eos homines affectus, quod
cited omnibus inuitatis, non inueniebatur qui inuitari posset. non enim recipiebant
elemosinam, sed inuitati ad mensam, de licentia magistrorum suorum ibant vocati.
Flagellabant autē se bis in die, & semel quilibet clam in nocte. non loquebantur mu-
lieribus, omnes gestabant cruces antè & retro in veste & pileo, habentes flagella ve-
stibus appensa, nec in vna parochia vltra noctem manserunt, in quorum societatem
ingressi sunt ex vrbe Spira supra centum. Nullus autem recipiebatur, nisi promitte-
ret seruare prædicta, & nisi haberet expendere de suo in die octo hallenses, ne mendi-
carent, & nisi promitteret se esse confessum & contritum, & remisisse omnem iniuriam
inimicis, & de licentia vxoris suę. In ciuitate autem Argentin. tanta consuebat mul-
tudo eorum, quod nemo poterat numerare. Vbi per Carolum fratres mendicantes
& sacerdotes coacti fuerunt desistere. tandem ex deuotione Auinionem, vbi curia
Papę erat, profecti sunt: & cum se flagellassent in ecclesia S. Petri, Clemens 6. vole-
bat eos incarcerare, sed quidam cardinales eos excusabant, tunc Papa sub poena ex-
communicationis latę sententię, ipsis & omnibus Christi fidelibus prohibuit, ne decætero pu-
blicis flagellationibus vterentur, sed poenitens, clam se posset flagellare. ANNO
eodem Dominica ante Martini, papa electionē Caroli in consistorio publicè appro-
bavit, qui, quum eum Aquenses ac Colon. non recepissent, in Bonna ab archiepisco-
po Colon. Dominica ante festum Andreę extitit coronatus, à quo Colon. Treueren.
Gerlacus prouisus Moguntin. archiepiscopi, item Monasterien. Meten. Leodien. Vi-
rodun. episcopi, de suis sunt regalibus inuestiti. Conuocatis tum ciuitatibus imperi-
alibus Spirę, Ludouicus ipsas in sua deuotione reperit seruantes, ita quod nulla earum
Rheni, Suetiņę vel Franconię electionem Caroli, nec processus Papę curauit, nec
quisquam illarum partium aliquos contra principem publicare processus audebat.
Non

Non enim omnibus electorum imperij Carolus placebat, quare multa mala & varię
deuastationes inter Carolum & Ludouicum, eorumque adherentes patrabantur.

In ecclesia Moguntin. schisma exortum est inter Henricum archiepiscopum iam De schisma
à papa depositum, & Gerlacum prouisum. Quo tempore de consensu Ludouici prin- Moguntin.
cipis & voluntate Henrici archiepiscopi, assignatis eidem redditibus mille marcarum
argenti, commissa est administratio archiepiscopatus tribus canonicis de capitulo.
Tum iudices Gerlaci Moguntię, & iudices Henrici in Alta villa iudicabant, processus-
que apostolici seruabantur à quibusdam, ab alijs verò minimè. tandem vni soli admi-
nistratio ecclesię Moguntin. à principe, & ab Henrico commissa est Cunrado de Rych-
fel, cui munitiones & gentes obedierunt. Hic statim omnes redditus prepositurę eccle-
się Moguntin. abstulit Ioh. de Columna cardinali, qui vt prepositus eam tenuit, red-
ditusque omnium prælatorum Henrico non obedientium occupauit. ANNO
Domini 1347. Romę creandorum senatorum ex autoritate Apostolica commutata Nicolai Ro.
ratione, Nicolaus cuius Romanus publicus scriba, vir erecti ad libertatem excelsi que senatoris
animi, occupato armis Capitolio, tantum sibi beneuolentię & autoritatis apud superbia.
omnes comparauit, vt facillè quod vellet mentem populi Ro. flecteret. Is autem quo
magis animos hominum moueret, hoc titulo vsus est: Nicolaus feuerus & clemens,
libertatis, pacis iustitięque tribunus, ac sacrę Romanę reipub. liberator illustris. Hęc
autem verborum pompa tantam admirationem & opinionem concitauit, vt omnes
Italici nominis per legatos pacem amicitiamque ab eo petierint. sed paululum dura-
uit fucata gloria. Nam idem tribunus scripsit Clementi Papę, quod nisi infra annum
rediret ad vrbe, & resideret in ea, se cum Romanis alium papam creaturum. Scri-
psit etiam Ludouico & Carolo imperatoribus, citando eos in forma quę sequitur:
Ad honorem & gloriam summi Dei, Patris & Filij & Spiritus sancti, beatorum aposto-
lorum Petri & Pauli, S. Iohannis Bap. in cuius sacratissimo templo militarem accepim-
us gloriam, necnon ad reuerentiam & honorem S. Romanę Ecclesię, & domini
nostri summi pontificis statum prosperum, ac augmentum S. Ro. vrbs, sacrę Italię, &
totius fidei Christianę: Nos cãdidus Spiritus sancti miles Nicolaus, feuerus & clemens
liberator vrbs, zelator Italię, tribunus Augustus, volentes & desiderantes donum
Spiritus sancti, & liberatores antiquos Ro. principes, quantum nobis permittitur, imi-
tari: nos facimus vniuersis, quod quidem à nobis post assumptum tribunatus officium,
Romanus populus de consilio omnium & singulorum iudicum, sapientum & aduo-
catorum vrbs, recognouit se adhuc habere authoritatem potestatemque; atque
iurisdictionem in toto orbe terrarum, quam habuit in principio & summo augmento
vrbs præfata. Et omnia priuilegia, facta in præiudicium autoritatis & potestatis &
iurisdictionis huiusmodi, ad se reuocauit expressè. Nos itaque authoritatem, potesta-
tem & iurisdictionem antiquam nobis concessam à populo Rom. in publico parla-
mento, & nuper à domino nostro summo pontifice, vt patet per Apostolicas bullas
eius, ne videamur de dono & Spiritus sancti gratia & sacri Ro. populi fauoribus ingra-
ti, iure & forma quibus melius possumus & debemus, decernimus, declaramus &
pronunciamus, Romanam vrbe caput orbis, & fundamentum totius fidei Christia-
næ, ac omnes & singulas ciuitates Italię liberas esse censemus. Et ex nunc omnes præ-
fatos populos ac ciues ciuitatum Italię, facimus, declaramus & pronunciamus, ciues
esse Romanos, quos & Romana libertate volumus gaudere. Eadem autoritate &
gratia Dei & Spiritus sancti ac Romani populi dicimus, profiteremur, ac etiam declara-
mus, Romanum imperium, iurisdictionem, ac etiam monarchiam totius sacri Imperi-
ij ad ipsam almam Vrbe, ac eius populum, necnon ad vniuersam Italiam pertinere,
& easdem fore legitimè deuolutas, multis rationibus & causis, quas suo loco & tem-
pore declarari faciemus, dantes & præfigentes in his scriptis omnibus & singulis præ-
latis, Imperatoribus, electis, Electoribus, regibus, ducibus, principibus, comitibus,
marchionibus, populis, vniuersitatibus, & quibuscunque alijs in genere & in specie,
cuiuscunque prouincię, status & conditionis existant, & contradicere volentibus, seu in
electione præfata ac ipso imperio iurisdictionem, potestatem & authoritatem præten-
dentibus quoquo modo, terminum hinc ad festum Pentecostes proximè futurum, ita
quod infra prædictum terminum in ipsa alma vrbe & sacrosancta Laterana Ecclesia
coram nobis & alijs Officialibus domini nostri Papę & Ro. populi debeant cum eo-
rum iuribus comparere: alioqui à dicto termino in antea procedetur, prout de iure
fuerit procedendum. & nihilo minus ad prædicta omnia in specie citari facimus illu-
O o o o 2 stes

Germ. prin-
cipes vocan-
tur Romā.

tres Principes Ludouicum ducem Bavariae, & Carolum regem Boemiae, qui se afferunt imperatores ad Imperium electos, ducem Saxoniae, marchionem Brandenburg. archiepiscopos Moguntin. Treuren. & Colon. qui in dictis termino & loco comparere debent coram nobis & alijs Ro. populi Officialibus personaliter: alioqui in eorum contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante. Dat. Eo tempore Eduardus Angliae rex continuabat obsidionem Kales, quam post victoriam de qua supra, incepit obsidere. Cinxerat eam vndique, quod nec introitus nec exitus parebant. tandem Francus contractis copijs in principio Augusti appropinquauit Anglicis ad vnam leucam. erant ibi de parte regis Angliae Flandrenses, qui etiam nolente rege, Kales ad gratiam receperunt ipsius regis. Quod cernens rex Franciae, retrorsum abiit. rex autem Angliae eiecit in colis & occupatis thesauris, ciuitatem Kales Anglicis inhabitandam dedit. Hoc facto, data sunt ei per sed. Ap. aut potius regem Franciae 80. millia marcarum argenti, quod inducias concessit. Eodem anno, scilicet 1347. quinto Idus Octob. obiit Ludouicus 4. Ro. Imp. anno regni sui 33. hoc modo: Iohanna ducissa Austriae, ex Sueuia reuersura in Austria, voluit Ludouicum imperatorem visitare, qua die princeps cupiens cum ipsa relicta quondam Alberti ducis Austriae spectaculum habere apud Monachium, & omnibus cum hilaritate consummatis, cum ex eodem poculo princeps a ducissa porrecto biberet, statim sensit se grauatam. Vnde accepta occasione & exercitij gratia, exiuit venarum, paralyti dein percussus, de equo in terram corruit, & mox expirauit. quo mortuo, fama volauit quod de poculo intoxicatus esset: quod tamen non fuit clarum, vnde sepultus est in oppido Monachio in Ecclesia parochiali B. Mariae virginis iuxta Beatricem coniugem suam. Mortuo Ludouico, Carolus de Boemia cum magno equitatu in Bauriam Ratisponam perrexit, vbi tanquam rex Ro. ilico est receptus, deinde venit Norinbergam, ac grauibus factis promissionibus, a Burggraui ibidem in Norinberg est receptus. hoc modo fecerunt pro maiori parte ciuitates imperiales. Defuncto iam Ludouico, sponndit Carolus relaxationem processuum contra Ludouicum fulminatorem se impetraturum. attamen haeredes Ludouici quondam, & Henricus archiepiscopus Moguntin. & Palatinus Rheni, Henricusque dux Saxoniae, eum noluerunt recipere quasi non canonicè electum. ANNO Domini 1348. venit rex Carolus Basileam, vbi interdictum papale diu seruatum fuit. noluerunt autem eum Basileam recipere, nisi diuinorum celebritas restitueretur. Tum venit Marcouardus de Stander praepositus Babenberg. de curia Auinionen. ferēs cōmissionem factam Babenberg. episcopo de absolutionibus & relaxationibus impendendis, & vnam clausam bullam regi Carolo missam. Inclusa autem bulla hortabatur papa Carolum, vt auerteret Carolum regem Vngariae generum suum, ne se colligaret cum Nicolao vrbis tribuno. Summa autem commissionis erat: Cum multi contra processus & sententias Iohannis papae agentes, adherentes quondam Ludouico de Bauria heretico, redire cupiant ad vnitatem Ecclesiae, committimus tibi, vt qui confessi fuerint errores suos & poenas quas inciderunt explicitè vel implicitè, & iurauerint deinceps fidem catholicam tenere, & nulli deinceps heretico vel schismatico fauere & credere, & quod non spectat ad imperatorem papam deponere & alium creare, sed hoc haeresim esse damnatam, & quod nullum imperatorem habebunt, nisi per sedem Ap. approbaturum, nec relicta & liberis ipsius Ludouici fauebunt, nisi cum Ecclesia reformentur, & Carolo Ro. regi per Ecclesiam approbato parebunt, ab huiusmodi sententijs & poenis absoluas, ita quod si in aliquo contrauerint, in sententias & poenas pristinas relabantur. Visa autē forma huiusmodi dura, aliqui consuluerunt eam non acceptandam per regem, sed occultandam, & pro alia forma scribendam. Sed quia timor erat, Basileen. non iuratos regi, nisi reformarentur diuina, rescriptum est exhibitum. Cum autem ciues nec errores vellent fateri, nec secundum formam iurare, clerus autem quasi poenitens quod cessauit, ecce venerunt magistri & consules ad praesentiam regis coram multis Ecclesiasticis & secularibus, & Conradus de Berensels magister ciuitatis, nomine vniuersitatis proposuit coram tabellione in haec verba: Domine Babenbergensis, sciatis quod nec fateri nec credere volumus, quod dominus noster Ludouicus Ro. Imp. vnquam fuerit hereticus, quemcunque etiam dederint nobis principes & domini electores, vel maior pars pro Ro. imperatore, illum pro tali habebimus, etiam si nunquam Papam requireret, nec quicquam faciemus quod sit contra ius imperij quoquo modo: sed si habetis potestatem a papa, & vultis nobis remittere peccata nostra, placet nobis. Er-

Inducias in-
ter Anglos
& Francos.

Lud. Bava-
ri Imperat.
interitus.

Forma abso-
lut. adhaere-
tium Ludou-
ico.

Basilei Ca-
rolum exci-
piunt.

conuersus ad adstantes, Datisne mihi, inquit, potestatem petendi absolutionem pro vobis? Mox dixerunt, Placet, damus. Et sic hi duo, magister ciuium & Conradus iurauerunt secundum formam verbalis mandati. sicque relaxatis processibus a Secretario Papae Iohanne de Pistorio, diuina publicè sunt resumpta, ciuesque regi solitum praestiterunt iuramentum. Et sic in die natiuitatis Christi Carolus in Ecclesia Basileensi communicatus fuit, legitque in Missa circa gallicantum alta voce euangelium, habens in manu euaginatam gladium, Exijt edictum a Caesare &c. In Vormatiam postea veniens rex cum episcopo Bambergensi, & ibi propter populi tumultum sine omni iuramento absolutio dicta est. Per haec tempora maxima fuit tribulatio in Sueuia & circuniacentibus prouincijs, propter censuras Ecclesiasticas in adhaerentes Ludouico Imperatori. Et ego legi & vidi literas, per quas absoluti fuerunt a censuris Praepositus, Capitulum & Canonici in Sindelfingen ab episcopo Vlrice Constantiensi, ex commissione. Et iterum, quod plures tunc ex adhaerentibus, sepulti fuerunt in campis & extra coemeteria: & plures interdicti, fuerunt sepulti in ecclesijs & coemeterijs, qui postea fuerunt reconciliati, habito testimonio, quod in extremis signa poenitentiae ostenderant. similes literas habemus adhuc in nostris scrinijs. At hoc tempore, quae nuper in vrbe Roma sub Nicolao tribuno coeperat factio, desijt. Tribunus enim cum tyrannidem cogitans, partem hanc populi foueret, illi aduersus esset, noctu coactus est vrbe secedere. Ad Boemum Carolum venit, qui eum pontifici misit Auinionem, vbi vsque ad Innocentij tempora seruatus est. ANNO Domini 1348. quinta feria ante Epiphaniam Domini, Henricus Moguntinus archiepiscopus, Ludouicus marchio Bradenburgen. Rupertus Palatinus Rheni, & dux Saxoniae qui de nouo successit, concordarunt de eligendo rege, electionem Caroli irritam iudicantes: missisque solennibus nuncijs ad Eduardum Angliae regem, eum ad imperium inuitabant. Sed ipse eam electionem recusauit, gratias referens. deinde Fridericum marchionem Misnensem vocant, & quod Beatricem relictam Ludouici imperatoris ducat, ac vt electionem in regem assumat, inuitant: qui postea receptis a rege Carolo decem milibus marcarum agenti, sibi homagium fecit, & abstinuit. Eo tempore ingens pestilentiae vis in omni Europa desauit, nec talem omnibus historiarum monumentis compertam ferunt: tot vrbes, tot monasteria, tot insulas deuastauit: & in Italia quidem aliquanto tempore pestis causa ius redditum non est. Ferunt solatio fuisse huius tanto luctui, quod pueri innocentes morituri, plerique & iubilando & gaudento laudes Dei dixerint: peccatores priusquam sentirent vim pestilentiae, totis animis poenituisse, adeo vt etiam vltro mortem expeterent. De hac peste infamati fuerunt Iudaei, quod eam fecerint fontibus infectis, & propter hoc cremati sunt a mari vsque in Aemaniam praeter Auinionem, vbi ipsos Papa praeseruauit. Habitus fuerat desuper tractatus in Benseld Alsaciae oppido, & vt dicebatur, quidam ex Iudaeis inuenti fuerant quasi omnium maleficiorum commississe genera, & in Hispania de veneficijs conuenisse. Item de nece multorum puerorum, de falsificatione super debitis instrumentorum & monetarum. Verum maiores & potentiores nitebantur eos defendere, sed plebs furens omnes traxit ad supplicium. Cremati sunt in multis locis Iudaei, & cum euadere se non posse viderent, in cluserunt se in domibus, & seipos cremauerunt vna cum locis vicinis. Dicitur etiam tantus fuisse ignis Moguntiae, quod magna campana ciuitatis in Ecclesia S. Quintini & preciosae fenestrae ex igne defluerint. Scribitur etiam, quod maiores Iudaeorum ad excidium Christianitatis puteos & fontes toxicauerint, & inuenti sunt sacculi in fontibus veneno pleni. vnde fontes & putei claudebantur: sed aqua fluuiiali aut pluuia homines utebantur. Multi etiam ex Iudaeis vtriusque sexus baptizati sunt, pauci amore Dei, sed potius timore magnae poenae. Ciuitates imperiales domos Iudaeorum frugerunt, & cum lapidibus earum & coemeteriorum suorum, turres & muros construxerunt, inuentique sunt thesauri plures, ac alia innumera bona. Fuerunt etiam nonnulli principes, nobiles & potentes, & praesertim Rupertus comes Palatinus Rheni, pro pecunia (vt dicebatur) Iudaeos recipientes: contra quos conuenerunt nobiles & ignobiles, in Iudaeorum fautores se vindicare parantes. Non defuerunt etiam, qui dicerent, pestem ex aeris indispositione ita inualuisse, atque Iudaeos per hoc iudicabant innocentes fuisse. Sed quoniam ambigua sunt, nos nihil affirmare contendimus. Eodem anno F. Iohannes de Tambaco Ordin. Praedicatorum, doctor in theologia, coram Clemente Papa & cardinalibus publicè ad petitionem Caroli Ro. regis & episcopi Pragensis, supplicauit propter processum contra Ludouicum

Luc. 2.

De Nicolao
tribuno.

Alia impe-
ratoris ele-
ctio.

Crudelis pe-
stilentia.

Iudaeorum
supplicia.

Attende de-
claratoriam
cenfuram.

cum & adherentes, declaratoriam dari constitutionem, quod nullus Clericus vel laicus quemcunque ligatum per sententiam execrationis, suspensionis vel interdicti-
tam in genere, ab homine vel à iure siue per modum statuti, qualitercunque teneatur ra-
tione sententiarum huiusmodi quomodolibet, præterquam in crimine, vitare, aut qua-
cunque interdicta eodem modo seruare, quousque de locis & personis aut vniuersita-
tibus per sententiam huiusmodi directe comprehensis, nominatim fuerit denuncia-
tio subsecuta. Talis enim (vt asseruit) constitutio esset vniuersis Christianis ad salutem
animæ necessaria, essetque à multis erroribus præseruatiua, esset quoque censura Ec-
clesiasticæ conseruatiua: præterea fortassis nullius iuris textui aduersatiua, sed conso-
na multis iuribus: insuper amica consuetudinis, conformis Doctorum sententijs, am-
biguitatis & scandali exclusiua, & vniuersis obseruantia causatiua, cleri ab occasione
& alijs damnificatione defensiua, fauoris ad Ecclesiæ reformatiua, charitatis exer-
cendæ impensiuæ, iræ & vindictæ Dei auersiuæ, diuini cultus magis quam monasterio-
rum fundatio meritoria. Quam supplicationem Papa recipiens, dixit se velle delibe-
rare. Fuerant tamen postea in breui tempore, quo ad vniuersalem Ecclesiam, proces-
sus Apostolici, qui tunc dicebantur barbari, in totum cum effectu sublati & reuocati.

De leprosis. hæc Iacobus de Moguntia. ANNO verò 1334. conueniunt plurimi leprosi in re-
gno Franciæ, atque Iudæorum hortatu coniurauerunt, quod veneno ad hoc parato
fontes omnes in regno inficerent, videlicet vt videntes fontali aqua, lepram contrahe-
rent: & ita tandem multitudine infecta, possent ad gubernacula regalium dignitatum
adspirare, nec se solos miseros fore. super quo tandem produntur regi, & innumeri ca-
piuntur, nocentes occisi sunt omnes, nonnulli verò rem ipsam ignorantes, clausi fue-
re in habitationibus suis, & sic euaserunt. ANNO Domini 1349. Hunibertus delphi-
nus de Vienna, induit habitum sancti Dominici, & vendidit Delphinatum regi Fran-
ciæ, qui iuris Imperij est, de septem prouincijs regni Arrelatensis. Consensit postea Ca-
rolus quartus, ita tamen, quod primogenitus regis, tãquam vasallus, teneret eundem
ab imperio. Iste Hunibertus postea factus est Cardinalis. Per idẽ tempus Philippus
rex tributum salis instituit, ingeniosum inuentum, quo nemo à tributo liber est. vnde
ingens regibus quotannis pecunia penditur. In hac generatione in Constantino-
politano imperio variè tumultuatum est, & eo Andronicum auum iunior Androni-
cus deturbauit. Hoc ferè tẽpore Ordinis Teutonici fratres cum Litouici non infe-
liciter, Magistro Ordinis Sueuo, dimicarunt. ANNO Domini 1336. Sultanus Baby-
loniæ cõmisit custodiam sepulcri Dominici in Hierusalem, fratribus Minoribus, quo-
rum octo ibidem de consensu Papæ morantur. Mortuo Carolo Vngarorum rege
anno 1342. regni sceptrum suscepit filius Ludouicus. Incepit autem Carolus regnare an-
no Domini 1310. & sic regnauit annis 32. de eo per anticipationem scripsi supra gene-
ratione quadragesima quarta. Habuit autem Carolus tres uxores: prima vocata est
Maria filia Kasimiri ducis Poloniæ. alteram duxit anno Domini 1318. Beatricem filiam
regis Ro. sororem regis Boemiæ, de terra Lucemburgi, quæ in reuolutione eiusdem
anni mortua est. Deinde anno Domini 1320. accepit in uxorem idem Carolus filiam
Ladislai regis Polonorum, Elizabeth nomine, de qua anno millesimo trecentesimo
vigesimalimo primo habuit rex filium nomine Carolum, qui eodem anno defunctus est.
Deinde anno 1324. generauit filium nomine Ladislaum. Anno Domini 1326. natus
est illi filius Ludouicus iste, de quo agimus. Eodem anno expleto cum dimidio, na-
tus est ei alter filius, Andreas vocatus. sequenti anno mortuus est Ladislaus primus fi-
lius. Caroli aduersus casus scribitur, videlicet quod 15. Kalen. Maij, dum in castro in
suburbio Wisegrad sito, cum vxore & filijs Ludouico ac Andrea præderet, quidam no-
mine Felicianus, quẽ Rex diligens regio fauore prosequeretur, euaginato gladio iu-
gulare attentauit regem, reginamque cum filijs duobus. primum in regem vibrans
gladium, manum illius dextram leuiter vulnerauit, & mox reginæ dextræ manus qua-
tuor digitos protinus amputauit: & cum etiam pueros regios vellet occidere, præda-
gogi puerorum se interponentes, lætaliter vulnerati sunt, & pueri euaserunt. mox ta-
men vicedapifer reginæ in latronem irruens, inter collum & scapulam transfixit. Oc-
currunt mox milites regis, ac membratim miserum dilaniant: vindicta que sumpta, in filios
& filias illius, mortis supplicium fuit promulgatum. ANNO Domini 1339. rex Kasimi-
rus Polonus venit in Wisegrad ad Carolum regem cum episcopis & baronibus regni sui,
& de voluntate regnicolarum Poloniæ liberè resignauit Ludouico filio regis Caroli & so-
roris sue, eo quod non haberet filium, regnum Poloniæ, de quo fecit euidẽs instrumẽtum.

GENE-

GENERATIO XLVI.

ANNO Domini 1350. sub Clemente sexto & Carolo Romanorum rege quart-
to, in anno Iubileo. incepit 46. generatio. Eodem anno Guntherus comes
de Zwargenburg ex Thuringia, vir strenuus & bellicosus, qui plures confictus prospere
absoluit, à principibus Carolo contrarijs, vt se intromittat de regno, rogatus, re-
nuit. Tandem eo pacto annuit, si in Francofordia daretur sententia à principibus, re-
gnum vacare. Conuenientibus igitur Francofordiæ quatuor ex Electoribus & mul-
tis proceribus, datur sententia ab his, Imperium vacare, & eisdem quatuor ius eligen-
di competere. vnde in die Purificationis Mariæ eodem anno per Henricum Archi-
episcopum Moguntinensem, Ludouicum marchionem in Brandenburg, Rudolphum
comitem Palatinum Rheni, & Henricum iuniorem ducem Saxonie, electus est præ-
dictus Guntherus in regem Germanorum. Cumque idem Guntherus cum exercitu,
vt moris est, per sex septimanas castra tenuisset apud Francofordiam, vt rex electus,
nulloque contradicatore comparente, in urbem intromissus est, & pro rege receptus.
Cumque Carolus tum Guntherum præ potentia sua ac sibi adherentium aggredi nol-
let, indixit colloquium Spiræ ad Dominicam Lætare. Conuenientibus igitur Bal-
duino Treuirensi, & Gerlaco Moguntinensi archiepiscopis, comite de Wirtemberg,
multisque proceribus & ciuitatum nuncijs, Guntherus castrum Friburg obsedit, &
tandem expugnauit. Deinde Carolus conuocato exercitu ad ciuitatem Moguntinam,
(ciues enim Moguntini in odium Henrici archiepiscopi depositi, qui eos læserat, Ca-
rolo adheferunt) quid potissimum fieret, præhabito concilio, inquisiuit. Interea Gun-
therus coepit infirmari, cui erat medicus Fridancus, qui potionem regi præparabat:
qua sumpta, coepit habere deterius: & quia medicus iussu regis eam prægustauit, in-
fra triduum mortuus est. Guntherus deinde inflatur, eratque fama, quod famulus me-
dici venenum addidisset. Venit Ludouicus marchio Brandenburgensis ad Guntherum
tunc in alta villa cum Henrico Moguntino decumbentem: qui cum vidisset eum in-
ualidum, coassumptis quibusdam, constituit se mediatorem inter Carolum & Gun-
therum, atque in hunc modum compositionem fecit, vt Carolus Gunthero pro re-
nunciatione iuris sui daret sex millia marcarum argenti, & duo oppida imperialia in
Thuringia pro tẽpore vitæ suæ. Paucis post tempore obiit idẽ Guntherus, & in pa-
rochiali Ecclesia Francoforden. præsentem Carolo rege. Ro. extitit sepultus. Carolus tũ
ciuibus in Francofurt nundinas & omnia eorũ priuilegia vt verus rex cõfirmavit. Ca-
rolus postea circa finem mensis Iulij cum inclita vxore sua Anna regina descendit
Aquigranum, sed præ multitudine peregrinorum & flagellatorum ibi recipi non po-
terat, sed in oppido Bonna moratus, vbi ab archiepiscopo Coloniensi coronatur.
Aquisibus etiam ad eum venientibus, priuilegia plura dedit, & vetera confirma-
uit. ANNO eodem Philippus rex Franciæ in mensẽ Augusto apud Nogentum
regis obiit, & Iohannes filius illi successit. Sequenti anno Iohannes rex in curiam
papæ venit, & duodecim cardinales creati procurauit. Verum rex Angliæ super pro-
motione vnus scribens, nihil obtinuit: inde exasperatus, omnes in regno suo per Pa-
pam promotos ad beneficia, expulit, & sub pœna submersionis præcepit, ne quis
inibi literas apostolicas exequeretur quascunque. Gessit bella cum Anglo Iohannes
aliquot in toto regno infelicissima. Eodem anno natus est Carolo imperatori filius ex
ducis Suedi filia vxore tertia, qui vocatus est Vuenceslaus. ANNO Domini
1351. Carolus rex iuuit marchionem Ludouicum Brandenburgen. contra occupa-
tores Marchiæ, quos omnes banniuit. vicissim autem marchio lanceam, clauos, par-
tem crucis, & alia insignia imperialia penes Ludouicum imperatorem patrem suum relicta,
Carolo regi præsentauit, cautione recepta, quod vel in Francofordia vel Norinberga
hec reponeret. ANNO 1352. Ludouicus marchio Brandenburgensis, Bauari filius,
sororẽ suã Elizabeth speciosissimã desponsauit filio Mascini Canis Scaligeri Veronẽsi,
plurimos cum eodẽ habes filios, quæ mortuo marito postea anno Domini 1362. Vdalri-
co comiti in Wirtemberg nupsit, ex eoque Eberardum cognomẽto Pium generauit. Vdalri-
cus verò prædictus in acie plij apud oppidum imperiale Vuilã est occisus, vt inferius dice-
tur. Et ipsa aliquantũ post moritur, ac in Ecclesia collegiata S. Crucis in oppido Stut-
gardien. maximo cum honore sepelitur. in qua & beneficium fundauit. Idem Ludouicus
marchio Brãdenburgen. fertur Marchiã Brandenburgen. vëdidisse Carolo regi Boe-
miæ & Ro. imperatori, qui eam reliquit filio suo Sigismundo, qui postea imperator fa-
ctus, Brãdenburg.

Oooo 4

ctus,

Guntherus
Comes de
Zwargen-
burg ele-
ctus Casar.Guntheri
interitus.
FrancofortCarolus 4.
imp. colo-
natur.Iohannes
Francorum
rex.Vdaltic⁹ es
mes Vuir-
temberg.Sigismund⁹
marchio
Brãdenburg.

ctus, Fridericum Burgrauum Norinbergen. de ea inuestiuit in concilio Constantiensi, vbi de hoc plenius. Iste Ludouicus ex Margarita filia ducis Carinthiae & comitis Tirolis, genuit Menardum, qui sine prole obiit. Eodem anno mortuo Clemente & Auinione sepulto, eo in loco 16. Kalen. Decēbris. creatus est Innocentius 6. patria Lemouicē. Stephanus antē vocatus, procurator primò, mox episcopus Clarimontanus, deinde cardinalis, nunc summus pontifex factus. sedit annis x. vir integerrimae virae, qui post coronationem multas reservationes à Clemēte factas reuocauit, & mandauit sub anathematis poena, vt beneficiati ad Ecclesias suas proficiscerentur. dicebat enim oues à proprio pastore custodiri debere. Impensam domesticam tam sibi quam cardinalibus moderatus est. Præterea sacri palatii auditoribus salaria instituit, ne muneribus corrumperentur. Huius pontificis temporibus dominatum vrbis Romæ arripuit Franciscus Baroncellus, quem pauco quidem tempore tenuit, cæsis pontificis autoritate ciuiumq; factione. Hic papa composuit historiam de clauis & lancea Christi, ad petitionem regis Ro. Caroli, & magnam indulgentiā dedit celebrantibus & peragētib; in regno Boemiae. ANNO præscripto Carolus rex Germanorum futurus imperator, circa festum S. Michaelis archangeli conuentum principū regni celebravit in Vormatia, vbi nuncius aderat solennis, archiepiscopus quidā imperatoris Græcorum, qui Carolo munera obtulit, & pacem optauit. Ad Iohānem regem Fraciæ redeo, qui inuenitur habuisse duas vxores, generauit autem Carolum, quem fecit ducem Nortmanniæ: genuit & Ludouicum, quem creauit ducem Andegauiae. Iohannem quoque ducem Barri, & Philippum postea ducem Burgundiae. Priores duos suscepit ex Bona filia Caroli imperatoris, posteriores ex Iohanna filia comitis de Bolongia. Genuit ex eadē Iohanna ducissam Mediolani Iohannam, quæ genuit Galeatium Mediolani postea ducem. Iohannes autem iste rex capitur in bello à rege Angliæ, de quo dicitur infra. Ex hoc Iohanne Aurelianorum ducum ordo est. nam mortuo Iohanne, Carolus filius cognomento Sapiens, rex Franciæ, genuit Ludouicum ducem postea Aurelianen. Hic Ludouicus duxit vxorem sororem Galeatij ducis Mediolani, & genuit ex ea Carolum ducem Aurelianen. iste Ludouicus occisus est Parisijs opera (vt dicitur) ducis Burgundiæ Iohannis. Carolus prædictus duxit vxorem Isabelem filiam Caroli regis Franciæ Beneamati, relictam regis Angliæ, genuitque ex ea filium qui duxit vxorem filiam ducis Cleuensis, ex qua natus est dux hic Ludouicus Aurelianen. vltimus. Fuere ex eadem natione & Burgundiæ duces, Philippus filius Iohannis regis Franciæ, factus est Burgundiæ dux anno 1364. hic genuit Philippum comitem de Nyueres, Antonium ducem Brabatiæ, & Iohannem ducem Burgundiæ. iste Iohānes antequam esset dux, duxit copias aduersus Turcum, & commisso prælio captus, tandem liberatus redijt. Mortuo patre dux factus, occidit Parisijs ducem Aurelianen. & ipse postea occisus est anno Domini 1407. Reliquit autem filias, ducissam Austriæ, ducissam Sabaudiae, comitissam Hollandiae, & Philippum ducē Burgundiæ. Hic Philippus fuit valens in armis, prudens, & à suis sanctē amarus: quo mortuo, successit ei Carolus, qui occisus est in prælio prope Nansen. oppidū Lotharingiæ, vt dicitur. Reliquit filiam Mariam, quæ matrimonio sociata fuit Maximiliano archiduci Austriæ, Friderici Imp. filio. Imperatori nunc Ro. Hinc & Andegauiae duces numerantur: Iohannes rex Franciæ ex Bona vxore genuit Ludouicum ducem Andegauiae, qui Ludouicus duxit vxorem filiam Roberti regis Siciliae, ex qua genuit Ludouicum postea regem Siciliae. Ludouicus iste genuit Ludouicum ducem Andegauiae, & Mariam vxorem Caroli Beneamati, & Carolum comitem de Mayne. iste Carolus habuit filiam ducissam de Nemones, & Renatum filium comitem de Mayne, regem Siciliae. Ludouicus quoque genuit Renatum regem Siciliae, is genuit Margaritam vxorem regis Angliæ, & Iohannem ducem Calabriae. habuit & filiam nomine Iolandem, quæ fuit maritata comiti de Witemont, vnde descendit modernus dux Lotharingiæ Renuis & rex Siciliae. Rediturus ad historiæ seriem, Suiten. primam conspirationem exequar. coniuncta sunt his nonnulla eius rei, quæ posteriorioribus annis gesta sunt, vt lector, etsi τὴν ἱστορίαν προλαμβάνοντες, integriore narratione rem accipiat. Circa hæc tempora Lucernenses rebellantes, se Suitensibus adiungunt, quibus paulò post cum Suitensibus Zug, vallis Vraniae, sed & Glarensis vallis atque Bernenses, pari voto confœderantur. Demum Thuricenses cum his foedera ineunt, saluo tamen iure imperiali, cum ciuitas sit imperialis, & Thuricenses ipsi comitem vnum de Habsburg pridem occiderant, quem filius suus Iohannes de

Habsburg

Habsburg vindicare statuit. Igitur in vnum coadunati, qui noctu Duregum comiti tradere sunt polliciti, ciuitati nocte clanculum appropinquarunt. At Thuricenses præmoniti, præparatis insidijs, multis militibus occisis, comitem capiunt, proditoresque etsi non potuerint exequi promissa, tamē rotati sunt. Igitur anno 1352. Albertus dux Austriæ obsedit Duregum. habuitque, vt refert Iac. de Mog. in obsidione duo millia galeatorum & 20. millia peditum, ex suis auxiliariibusque copijs comitum de Wirtemberg, de Hohenberg, & episcoporum Argentin. & Basile. necnō ciuitatum Friburgen. & Bernen. In parte verò Thuricen. confœderati erant Suitenses, vallis Vraniae, Vnderualden, & Lucernenses. Post longam obsidionem compositio interuenit, quod Thuricenses deberent relaxare comitem Iohannem de carcere, & liberum emittere. ducique restituere vallem Glarensē, Lucernam & Zug, quæ quidem pax à partibus iurata est, atque obsidio soluta. Verum postea maiorem fecere ligam inter se Thuricenses, Bernenses, Suitenses, Lucernenses, Zug, Vnderualden, vallis Glariæ & Vraniae, propter quæ anno 1357. venit in Alsatiam Carolus rex Rom. ad querelas ducis Austriæ. inde profectus Duregum intrauit, eosque à dicta liga reuocare tentauit. Respondebant autem Thuricenses, paratos se quidē facere quicquid de iure possent, vellent tamen à confœderatis suis nō separari. Ait Carolus rex Thuricensibus, quod de imperio essent, nec talem ligam facere rege inconsulto possent. hi asserbant, se iuramenta semel præstita seruaturus. Quare cum rex aliud non posset, tractare cepit cum ducibus Austriæ, si vendere vellent Lucernam, Zug, & Glaris imperio. Sed dux Austriæ qui tum præsens erat, ira percitus, dicebat se potius emere velle aliquid à Cæsare, quam sua à ducatu alienare: quodque Cæsar pro bono pacis excogitauerat, duci displicuit. Imperator tamen non minus requisit imperiales ciuitates, contractisque copijs vnâ cum duce obsedit Duregum, omnia ferè vastans. Accidit autē die quadam, dum pugnandum foret, quod episcopus Constantiensis diceret Sueuos debere exercitum præcedere, cui dux contradicebat. amaricati ob hoc Sueui, euestigio recesserunt, deinde Cæsar. demum dux compositionem iniit, obsidionem soluens.

Verum de ducibus Austriæ & Suitensibus, eorūque cōfœderatis, refert Eberardus Muller, quod anno 1375. fecerunt confœderati ligā cum duce Austriæ Lupoldo, quod durare deberet 12. annos, in qua tamen liga non erant Suitenses comprehensi. Deinde anno 82. supra 1300. venit Duregum præfatus dux Lupoldus, & honorificè est susceptus, quem ciues vsque ad Mapersuyt conduxerunt, quod etiam Suitenses venerunt, rogantes ducem vt telonium in Mapersuyt ipsis remittere dignareretur. Nam per villam Suis ex dicto oppido iter est ad Longobardos: quibus tum dux assensit, inde recedens: eisq; terras suas commendās, rogat vt officialibus suis & terræ se absente in necessitatibus adesse vellent quousque repedaret: quod & se fideliter promiserūt facturos. Mandatum quoque subditis suis dux, vt confœderatis placita facerent, & ligam ac pacem cum eis fideliter obseruarent, & hac bona cum spe recessit. Deinde in vigilia S. Thomæ eiusdem anni deliberauerunt Thuricenses per insidias capere oppidum Mapersuyt. erant enim eo die nundinæ. Vnde aliqui Thuricenses sub colore vendendi & emendi intrauerunt oppidum: erant & nonnulli proscripti à Durego in Mapersuyt, quos oppidani suspectos non habebant. Sed Deo volente insidiæ detectæ fuere, ita quod nil attentare ausi sunt. Thuricenses autem paulatim vt quisque venit, ita abire sensim curant. Anno Domini 1382. in die Innocentiū Lucernenses præter spem omnem, clam ingressi sunt oppidum Rosenberg ea hora, qua Hermannus de Gronenberg & oppidani in parochiali Ecclesia officijs diuinis intererant. erat enim parochia extra muros sita. facta autem sunt hæc pace & liga durante, & cum rumor peruenisset ad Ecclesiam, sit concursus ad oppidum, quod Lucernen. clausserant. Tandem muros oppidi vastant, castrumque ad solum vsque destruunt. Hoc ex facto pace sic per insidias rupta, sequuntur ab vtraque parte cædes, incendia, vastationes miseræ & lamentabiles. Paulò post defecerūt illi de Enstbuch de dominio ducum Austriæ, & facti sunt ciues in Lucerna. Similiter defecerūt à suo principe Austriæ duce illi de Sempach, & facti sunt ciues Lucernen. idē fecerūt Maienberg. ita quod Lucernenses dominia ducū Austriæ præ cæteris vsurpare curauerunt, contra Deū & iustitiam: postea conueniunt confœderati in oppido Maienberg, venitque aduocatus ducis cum exercitu, volens, si posset, vindictam facere. Quo viso, ex confœderatis excurrunt tumultuariè, ex quibus interfecti sunt centū & 80. viri, reliqui aufugientes in oppidum, suspitionē cōtra oppidanos concipiūt, atq; incendunt oppidū, vicissimq; vastauerunt ducales, & incen-

Innocentius 6. papa.

De ducibus Aurelianis.

Burgundiæ duces.

Andegauiae duces.

Obsident Duregum.

Altera conspiratio.

Acc. ruptam cum Lupoldo Austriæ pacem.

incendia prædasque fecerunt, totaque provincia conflagratur. ad modicum deinde treugæ factæ sunt, sed malè seruata. Anno Domini 1335, iterum lis oritur inter Lupoldum ducem Austriæ & Thuricenses, eorumque confœderatos. Prætendebat dux quòd suos homines recepissent contra promissâ, & quòd aliquas terras suas occupassent. Cōtradicebant cōfœderati, asserentes se priuilegiatos, quòd possent quoslibet homines in ciues recipere. conquerebantur autem, quòd officiales ducis eos multis affecissent iniurijs. Durante itaque bello, confœderati ceperunt Zug, Sempach, Rotenberg, Entlibuch, Glaris, & nonnulla alia loca, vastauerunt insuper terram ducis sine cessatione. Qua de re dux congregauit exercitū septingentorum lanceatorū, eumque duxit aduersus oppidum Sempach, in cuius præsidio multi ex confœderatis expectabant. Superuenerunt etiam illis alia auxiliaria copia, vt haberent duo millia pugnatorum, vnde sine cunctatione egrediuntur, & hostibus copiam suā faciunt. His visis, descenderunt nobiles in exercitu ducis de equis, & sine ordine aggressi sunt occurrentes. erant in parte ducis multi adolentes inexperti, quòd non parua iacturæ causam præstitit. pugna enim facta, calore solis & armis fatigati nobiles, dum ad equos redire tentabant, frustra tamē, ferè omnes occisi sunt, & nemo captus. Dux etiam ipse Lupoldus in acie perijt, & cum eo Iohannes de Nersstain, Otho marchio de Hochberg, Iohannes comes de Sürstenberg, duo comites de Tierstein, Iohannes & Vidaricus de Hasenburg, Niger comes de Zollern, Vualterus de Gerolshof, Fridericus de Monstral, & plures alij nobiles. Ex Sueuia Othmarus Truchses de Waldsburg, Albertus de Neuhberg, Cunradus von Stain, & nonnulli alij quorum nomina non constant. Successit Lupoldo duci filius referens nomen patris, vindicare volens patrem, sitque bellum atrox anno salutis nostræ 1388. At dum Iohannes comes de Werdenberg, & Donatus comes de Zockenburg, habentes tria millia pugnatorum, quodam die vallem ingrediuntur Glarenses, vastantes ac proterentes vniuersa, interea conuenere Glarenses & Suitenses vsque ad mille viros, viriliter inuadentes hostes hinc inde palatos, & ex eis mille & ducentos interficiūt, obtinueruntque duodecim vexilla. ex rusticis verò vix centū cæsi sunt. insuper victoria potiti, expugnant oppidū Nersse, vbi fugatis militibus, inuenerunt arma eorum omnia. ANNO Domini 1355, rex Carolus cum principibus Alemanie & Boemie, & cum inclita vxore sua, in mense Ianuario iter arripuit in Italiam ingenti Italicorum fauore, atque à Carrariensibus, Vicecomitibusque perbenigne extitit susceptus. Mediolani verò cum coniuge sua, allata corona ferrea, quæ est in Ecclesia Modicensi, apud sanctum Ambrosium per Mediolanensem archiepiscopum coronatus est, vbi illi Vicecomites debitam iurauerunt fidelitatem. Inde Pisas abiens, honorifice est susceptus, in qua ciuitate per totum Februarium pausauit, ibique legatos Senensium, Volaterranorum, totiusque ferè Heruricæ obuios habuit, veneruntque Florentini, eidem fidelitatem quam imperatori debebant, præstantes, vt & Iacobus scribit supra centum millia florenorum propinarunt. Quandiu autè Carolus Pisas stabat, clauis omnium portarum in sua habuit potestate. Deinde Pisas relinquens, ad urbem tendit, approximans urbi, senatoribus, consulibus & populo Ro. in Capitolio congregatis, vnus ex senatoribus orationem habuit ad populum: Ecce, inquit, rex tuus venit &c. Et hortabatur populū, vt regem debitis obsequijs reciperent. Rex verò ante portas urbis equo descendens, pedes ingreditur, nobili comitate caterua. Obuiabant enim illi senatores, consules & Romanus populus, & tanquam deuoti imperij regem ac reginam gloriosissime receperunt. deinde in die S. Paschæ infra Missarum solennia rex ipse cum coniuge sua coronatus est ab Ostiensi cardinali & altero quodam ab Innocentio Papa missis, præstito solito iuramento, & vt refert Blondus sequacesque, quòd hac conditione admissus sit, vt neq; Romæ, neque in Italia diutius moraretur. Quod quidem Franciscus Petrarcha ad Nerium Foroliuensem, imperialem tunc notarium, sic scribit: Omnis potestas impatiens consortis erit, cuius rei si qua antiqua non sufficerent, vereor ne recens nobis exemplū casus attulerit, ne iam pontifex Ro. principem Romanū Romæ esse vetuerit, quòd fama loquitur, is nunc diademate contentum ac imperij Ro. titulo, non solum patitur, sed iubet: & quem dici imperatorem finit, imperare nullo modo siturus est. ad ipsum verò Carolum Petrarcha sic dicit: Nescio quid Ro. pontifici pollicitus, iureiurando interposito, quasi muro valido seu monte inuio, eo manè urbis aditu prohiberis. Quænam ista superbia est, principem Ro. publicè libertatis authorē, libertate priuare? cuius esse deberēt omnia, ipse nō sit suus? Eodē die Paschæ ad vesperas Cæsar fieri fecit coenam magnā infra septa Ecclesie

Lupoldus
Sempach
obsidet.Lupoldi in
teritus.Lupold. Fil.
strages.Carolus 4.
Italiam in-
greditur.Carolus 4.
Romæ co-
ronatur.

clesiæ Lateranensis: qua coena finita, cum suis exiit ad campum iuxta S. Laurentium, & ibi pausauit feria secunda Paschæ, colloquiaque habuit cum senatoribus ac Romanis secreta. feria verò tertia profectus est ad ciuitatem Tiburtinam, ab illo loco venit Senas, deinde Pisas, reuersus postremò in Germaniam. Fuit his temporibus in Italia Aegidius Hispalensis præsul cardinalis à Pont. Max. Innocentio componendæ Italiæ Constantinopoleosque causa missus. Recepit is oppida Caroli Imp. auxilio in Romandiola multa, à tyrannis nuper oppressa. Et ex Italia egressum Carolum, aiunt nonnihil esse passum mali à Vicecomitibus, qui, siue Galeatium, siue Bernabouem putes, post hæc tempora latè dominatum suum prorogauerunt. ANNO 1356. facta est ecclipsis solis & lunæ, secuta est magna mortalitas, terramorusque maximus, ita vt in partibus Rheni plura castra, turres & domus corruerent. ciuitas Basileensis, & eius Ecclesia vehementer concussa sunt. Post hæc tempora iudicabatur Spiræ beghardus Bertoldus de Norbach, hic antea in Herbipoli quosdam articulos reclamauerat, videlicet quòd Christus in passione sua sic fuerit à patre derelictus, quòd præ nimio dolore dubitauerit, saluari ne anima sua deberet. Secundus articulus, quòd Christus in cruce propter nimiam passionem & dolorem, maledixerit beatæ Mariæ virgini. Tertius, quòd maledixerit terræ quæ suscepit eius sanguinem de cruce. propter præmissa fugiens, ad diocesim Spiren. venit, vbi articulos hos veros asseruit. addidit etiam, quòd homo in hac vita intantum proficere possit, quòd nec orare, nec ieiunare eum oporteret. Item quòd laicus illuminatus possit plus proficere in docendo, & plus sit sibi credendum, quàm euangelio, aut doctoribus sacre scripturæ. Item quòd homo deuotus in perceptione cibi communis possit percipere tantam gratiam, ac si acciperet eucharistiæ sacramentum. & quia relapsus, tradebatur curiæ seculari, & est incineratus. ANNO Domini 1360. Eberardus comes de Wirtemberg, præses Sueuiæ seu aduocatus prouincialis super 24. ciuitates imperiales à Carolo & antecessoribus suis imperatoribus constitutus, cepit easdem ciuitates illicitis exactionibus prægrauare, super quò ciuitates apud imperatorem remedium querunt. quare imperator de his excessibus & nonnullis alijs comitem redarguit, & quòd cessaret, ei præcepit. Quæ omnia comes contemnens, ligam cum ducibus Austriæ sine exceptione imperatoris fecit. durante itaque rancore, multi se principes interposuere, quarentes partes componere, sed nil profecerunt. tandem ciuitates per Sueuiam orabant imperatorem, vt ipsis capitaneum daret, & suis expensis se vellent vindicare. Tunc imperator dedit eis ducem Rupertum Bauarum, & præcepit nihilominus ciuitatibus in ripa Rheni, illis auxilia mittere. Vnde ante festum Assumptionis B. Mariæ virginis, imperator contractis copijs, cum regibus Vngariæ & Lituaniæ, & pluribus alijs fidelibus & infidelibus venit Norimbergam, ducens in exercitu supra tria millia galeatorum, cum quibus descendit, & oppidū Nersse obsedit, quòd olim comites de Dertingen pro 20. millibus florenorum comiti de Wirtemberg impignorauerant. Quo euicto, ad Eßlingen profectus est. interea Rudolphus dux Bauariæ cum ciuitatibus super Rhenum ascendit per vallem comitis Zaberghau dictam, quædam castra destruens, & 30. villas expoliatas igne ferroque vastauit. Marchio verò Baden. à Carolo vocatus, venire recusauit, asserens consanguineum suum nolle impugnare. Refert Chronica S. Blasij, quòd Carolus imperator in die S. Augustini obsederit oppidum Schorndorff. dorf. dux verò Rupertus comes Palatinus obsederit oppidum Groningen. Augustenses, Constantien. & alia ciuitates obsidione cinxerunt oppidum Goppingen. tandem pacis mentio facta est. episcopi enim Augustensis, Argentinen. & Spirensis, coassumptis idoneis hominibus, concordiam in hunc, qui sequitur, modum fecerunt: Quòd scilicet comites de Wirtemberg ligam quam fecerunt cum ducibus Austriæ, cassarent, & eidem renunciarent, quam imperator dicebat contra se factam, quòdque resignaret imperatori aduocati imperialem siue prouincialem ciuitatum imperij per Sueuiam, cum omnibus iuribus suis & munimentis. Item quòd omnibus imperio subditis, coram imperatore vel iudice ab eo deputato de iustitia responderet. Hoc modo deberent etiam stipendiari ab eis & auxiliares facere. Item quòd non deberet comites, barones, nobiles aut ministeriales imperij contra imperium conducere. Item comes de Teck, & Pincerna de Simpurg, & omnes alij partium comitis, deberent gratiam imperatoris plenam habere, ducibus Austriæ duntaxat exceptis: econtra omnes partium Imperatoris comites deberent saluos atque securos dicere, & quòd vniuersi captiui ab vtraque parte detenti, deberent indemnes dimitti. Item castra

Aegidius
Card.Errores
Bertoldi
Roi baccen.Eberardus
co. Vuir-
bergen. bel-
lo à Carolo
4. petitus.Schorndorff.
dorf.

&

& munitiones comitum ac seruatorum suorum euictæ, deberent sine cūctatione re-
 fitui, excepto oppido *Ment* cum attinentijs, quod deberet cum imperio manere.
 Nonnulla quoque alia deberent resignare, de quibus omnibus refert chronica ad S.
 Blasium, eas resignationes verbo, non autem re, factas. Nam postea anno 1373. dictus
 comes nomine Caroli imperatoris, à ciuitatibus imperij per Sueuiam grandem ex-
 git pecuniam. Et cum recusarent dare, congregato grandi exercitu, ciuitates multis
 damnis affecit. tandem concordiam nonnullæ cum comite facientes, pecuniam se
 daturas promiserunt. nam *Vlmenses* dederunt 52. millia florenorum, *Esslingenses* 15. mil-
 lia, *Norimbergenses* 10. millia, *Münstingen* 15. millia, *Umbou* sex millia, *Cōstantia* 40. millia, imperra-
 ris quibusdam priuilegijs. Volebant tunc nonnulli imperatorem illis comitibus sola-
 tij ac recompensæ causa exactam omnem pecuniam dimisisse secundū eandem Chro-
 nicam. fama enim erat, vt *Iacobus Moguntin.* refert, comites ex resignatione aduo-
 catiæ prouincialis aliorumque, necnon castrorum & terrarum vastatione annuatim
 in 30. millibus florenorum fuisse damnificatos. Eodem quoque tempore, vt fertur,
 aduocatiū monasterij *Mulbroff*, comites ipsi resignare coacti sunt, quam postea co-
 mes Palatinus obtinuit, & hodie possidet, anno tamen 1504. bello recuperatum est
 sub rege Maximiliano à duce *Vrico de Wirtemberg*, quemadmodum plenius dicitur
 suo loco. Postea imperator coadunato exercitu, parabat ducere contra ducē Au-
 striæ iam in concordia exceptum. hoc comperto, dux per mediatores se amicabili-
 ter composuit certis capitulis, inter quæ vnum erat, quod dux omnem ligam in qua
 non esset exceptum sacrum imperium, deberet abolere, salua liga quæ inter ipsum
 imperatorem & regem Vngariæ ac ducem Austriæ dudum contracta erat ad defen-
 dendum terras eorum & limites. Item idem dux deberet imperio facere & habere
 omnem reuerentiam, obedientiam & subiectionem, prout sui progenitores fecisse
 dinoscuntur. Item si imperator ad partes Lombardiæ proficisci vel aliquos mittere
 vellet, omnes passus, strata & viæ deberent eis esse aperta, omnisque securitas adesse.
 Item dux deberet omnes comites, barones, nobiles & ministeriales sacri imperij
 ab omnibus legibus, promissis, iuramentis & obligationibus liberare, & ad imperium
 remittere. Nec episcopus vllus aut abbas aduersus imperij iura inter suos referre,
 etiam si tales libera voluntate se vellent subijcere. Item dedit literas, in quibus reco-
 gnouit se in Sueuia & Alsatia ducem non esse, & in Palatinatu Rheni nullum peni-
 tus ius habere. ANNO Domini 1359. Carolus Imp. in ciuitate Moguntina cum archie-
 piscopis Moguntin. Treueren. & Colonien. habuit colloquiū. misit enim *Inno-*
centius papa legatum suum episcopum *Caluacen.* pro subsidio *Camæra*, & dedit ei
 potestatem dispensandi cum clericis ad beneficia curata vel sine cura, ad dignitates
 aut officia, quæ minus canonicè haberent aut fuissent adepti, cum fructibus in de per-
 ceptis. Erant ibi etiam *Saxoniarum* & *Bauariarum* duces, vocauitque imperator legatum, &
 audiuit eundem super commissis. Quo facto, dixit imperator: Domine legate, *Papa*
misit vos ad Germaniam, in qua magnam exigitis pecuniam, sed in clero nihil reform-
 matis. Adstabat autem propè Cuno de *Salsenstein* canonicus Ecclesiæ Moguntinen-
 sis, cum capitis precioso, auro & auris atque sericis ligaturis confuto. Cui impe-
 rator: Præsta mihi capitium tuum, & deposito tuo capitis, imperator induerem capi-
 tium Cunois, suumque vilis Cunois dedit, dicens principibus: An non in capitis
 Cunois, similis sum plus militi quam clerico? deinde restituit capitium Cunois, ver-
 titque se ad *Gerlacum* archiepiscopum Moguntin. & ait: Domine archiepiscopice, vo-
 bis præcipimus sub ea fidelitate, qua nobis adstringimini, quatenus reformetis cleru
 vestrum, vt ab usum in vestibus, calceis, capillis ac vitæ vsu tollant. Quod si non fece-
 rint, mandetis fructus beneficiorum suorum occupari, & fisco nostro presentari, quos
 cum voluntate papæ in honestos conuertemus vsus. quibus verbis ita finitis, pauld
 post legatus papæ nauem intravit, & sine mora quasi fugitans, ad ciuitatem *Coloni-*
en. nauigauit. ANNO Domini 1360. circa festum S. Martini *Innocentius* Papa per
 literas suas comisit collectionem medietatis omniū fructuum, beneficiorum vacan-
 tium & vacaturorum in ciuitate & diocesi *Spirensi*, *Iohanni de Salsstein* canonico *Spi-*
rensi, per biennium ad *Cameram Apostolicam* referendorum. Carolus Imp. cla-
 rus habitus est, nisi quod, vt aliqui scribunt, *Boemici* regni gloriam magis quam *Ro-*
imperiij quæsiuit. Fuit enim vir magnorum operum, qui regnum *Boemiæ* tum religi-
 onis cultu, tum legum ac bonorum morum disciplina illustrauit. Nam schola liberali-
 um artium ab eo in *Praga* erecta est, noua ciuitas mœnibus cincta, palatium regium
 magni

Hala oppi-
dum.Mulbron
monaste-
rium.At. Lud. 2.
exemplum
qualis cleri
habitū pro-
barit.Pragæ scho-
la.

magnificentissimè exadificatum, monasteria multa fundata, arces constructæ mira-
 biles, corpus S. Viti derulit *Pragam*, Ecclesiam *Pragensem* ad metropoliticum decus
 erexit, cum antea *Moguntino* pontifici subiecta fuisset. Caroli tēpore seditio ma-
 gna orta est *Norinbergæ*: adherentibus enim consiliarijs & optimatibus *Carolo*, ple-
 beia concio contrarium sensit. Erant factionis huius authores quidam de collegio
 fabrorum *Capribarbæ*, vulgò *Steffhart* dicti. industria tamen *Caroli* sedata est hæc fa-
 ctio. Depositis enim cōuenticulis & collegijs artificum, quæ vulgò *Zunftten* appellat,
 tanquam monopolij seminantibus, in meliorem politiam urbem reduxit. Macella-
 riorum autem collegium, quia *Carolo* consiliarijsque adhæsit, perpetuo quodā lu-
 do carnis priuilegiauit. *Carolus* grauius tulit auum suum *Henricum 7.* qui *Ro-*
bertum regem *Siciliæ* iuste persequebatur, fuisse ludibrio habitum. citauerat enim
Robertum super pertinentibus ad imperium, & eum non comparentē condemna-
 uit, quæ sententia casta legitur in *Cle. pastoralis. de sen. & re iud.* quam declarationem
 & omnia alia, quæ sedes *Apostolica* contra prædictum *Henricum Imp.* & in præiudi-
 cium imperij attentauit, voluit imperator quod *Innocentius* *Papa* reuocaret, & quod
 definita per suum auum maneat in vigore, & super his duos solennes nuncios mit-
 tere decreuit, videlicet archiepiscopum *Pragen.* & *Ioh. de Stechrenberg* episcopum *Ar-*
gentinen. qui nuncios reportabant imperatori respōsum ad *Norinbergam* à *papa*, qui
 scripsit quod ipse velle cum principe dies suos ducere in pace, & in omnibus se vo-
 tis eius conformare. hæc *Iacobus de Moguntia.* tamen constitutio mansit. ANNO
 Domini 1361. *Eberardus* comes de *Wirtemberg*, magnum habuit in *Sturgardia* parla-
 mentum in torneamento ac hastiludijs alijsque spectaculis, pro eo quod filiam su-
 am *Sophiam* duci *Lotharingiæ* copulauit. fuerat in nuptijs *Albertus* dux *Austriæ* ac
 alij principes, comites, barones, & nobiles, eratque fons arte factus, vinū largiter fun-
 dens. Inuitauerat autem idem comes imperatorem, qui etsi voluntarium se obtule-
 rit, postea tamen audito quod tantam hominum congregationem faceret, venire (vt
 fertur) formidabat. ANNO 1363. *Innocentio 6.* mortuo, *Vrbanus* quintus, patria *Le-*
mouicensis, *Guilielmus* antè dictus, *Abbas S. Victoris Massiliensis* ex diui *Benedicti or-*
dine, absens & apud *Viccomites* in Italia legatus degēs, suffectus est. Sedit annis octo
 & mensibus quinque. Vocatus itaque *Auinionem*, pontificatum iniens, vir singula-
 ris virtutis, ingentis animi, statim ad libertatem Ecclesiasticam animū adiecit. *Aegi-*
dium enim *Hispanū*, virum præstantem, in *Italiam* iteratū cum summa autoritate le-
 gatū mittit, qui ita *Ludouicum Gonzagam*, *Nicolaū Estensem*, *Franciscū Carrari-*
um, initis foederibus in *Viccomitem Bernabouem*, qui iam in *Lōgobardis* grassaba-
 tur, concitauit, vt in prælio ab his superatus & faucius ægrè aufugerit, amisso in bello
 filio, multisque suarū copiarum captis ducibus. Per moti autem calamitate *Viccomi-*
tum, *Franciæ*, *Angliæ* & *Cypri* reges, legatos ad *Aegidiū* misere rogatū, vt *Viccomi-*
tibus pacem redderet. Quod factū est, nec diuturna pax fuit. Ita tamen *vincente* *Ec-*
clesia, defecit redire ad obedientiam. ea cum essent *Vrbano* nunciata, *Italiam* inuisce-
 re constituit. Venit ergo quarto *Pont.* sui anno, quē in itinere *Aegidius* adijt, *prouin-*
cijsque & *urbibus* ac *arcibus* traditis, legatione (vt petijt) est dimissus. Et cum *ponti-*
ficem Lateranum vsque cōduxisset, *Viterbiū* reuersus est, vbi tertio post mense obiit.

Per idē tempus *Brigitta* vidua germana *Suediæ* prouincie, ad *Vrbani* *Pont.* venit *S. Brigitta.*
 pro confirmatione nouæ religionis quam instituit, mulierum atque virorū. venit au-
 tem cum religioso & honestissimo apparatu ad *Vrbani*, à quo est benignissimè sus-
 cepta ob eius sanctitatem atque prophetiam, regulamque eius confirmavit. Huiusmo-
 di tamen religionis primum authorem *Basilium* dicunt, quam religionem *Brigitta*
 spiritu sancto inspirata hoc modo instaurare nisa est, vt scilicet virorū ædificia cōnexa
 haberentur, habitationes tamen ita sciunctæ, vt de vna ad aliam nisi urgente necessita-
 te transiri non possit. Earum aamen basilicam censuit esse communem, ita vt fratres
 in inferiori parte, sorores seorsum in superiori officij exoluerent. Quorū monasteri-
 orum principalem curam *Abbatissæ* esse voluit, fratribus diuina monasterij assigna-
 uit, quorum vnus esset cōfessor & *Prior* appellaretur. Ea monasteria possessiones &
 prouentus habere statuit, omniū verò victum & vestitū ad *Abbatissam* spectare decre-
 uit, nec huiusmodi fratres aut sorores monasterium egredi deberent. Hi autem religi-
 osi tam foemina quam mares, griseis vti vestimentis iubentur cum chlamyde grisea &
 rubea cruce desuper. carnibus vtuntur, & diui *Augustini* regulam profitentur, additis
Brigittæ constitutionibus, quæ omnia ipsa sibi à Deo reuelata asseruit. Fuit autem ca-
 nonizata

Pppp

nonizata

De Berna-
boue.

nonizata à Bonifacio nono. ANNO Domini 1368. Urbanus compositis Pisanis at-
que Florentinis, vocauit Carolum Imp. in Italiam, quo Bernabouem Ecclesia hostē
vlicisceretur. Quod Carolus promississe fertur. Verum cum id non posset, pacem se-
cum fecit, vt sequitur. Interea ad petitionem Urbani missi sunt quatuor Florentini,
quos pontifex hortatus est, vt in belli societatem aduersus Bernabouem irent. Flo-
rentini autem consultatione habita, id negarunt ea de causa, quod pax ciuitati cum
Bernaboue esset. Quod responsum nec pontifici, nec Carolo gratum fuit. quamobrem
Imperator qui bellum Bernaboui minaretur, haud multo post insperato pacem
cum illo fecit, quod papae displicuit. Carolo intrante Italiam, Florentini obuia mit-
tunt, exploraturi qua mente veniret, ac Carolus vxotem secum ducens & filios, fecit
per Paduam & Bononiam iter, & dum Pisis ageret, Lucam Pisanis & Miniatem Flo-
rentinis rebelles, in deditioem pro imperio accepit, nonnihilq; pecuniarum extorsit
à Florentinis. Pisanis vero praesidebat Iohannes cognomento Agnellus. Is Lucam ad
Carolum profectus est. Carolus vero Romam veniens, intra tertium mensem quam
aduenerat, Italia excessit. Senis autē cum esset, in suspicionem venit, quasi urbem esset
traditurus. quamobrem tumultu populi repente exorto, penē oppressus est, multisq;
suorum amissis, Lucam petijt, dein Gallia, mox in Germaniam transijt. ANNO
1366. in vigilia annunciationis B. Mariae comes * Aego per insidias voluit Friburgum
capere. Friburgenses auisati, impediuerunt. mox post festum Pasche Friburgenses ha-
bentes secum in liga Basileenses, Brisacum & Neuenburgen. destruxerunt castrum in
monte, deinde obsederunt oppidum Endingen. Interea comes contractis copijs quin-
gentarum lancearum, obsessis auxilium laturus aduolat. Quo audito, Friburgenses
dimissa obsidione ad pugnam se accingunt, habentes trecentas lanceas & quinq; mil-
lia peditum. Pugna autem facta, ex eis mille occisi sunt, & quadringenti perierunt
in Rheno, trecenti capti fuere. Postea anno 1367. pace facta, Friburgenses liberaue-
runt se à comite suo domino, certo precio dato, & receperunt ducem Austriae in do-
minum, qui eis aliquam pecuniam redemptionis prestississe fertur. ANNO 1370.
Carolus Vuenceslaus filium natu maiorem, Caesarem facit, sicque cum patre im-
perauit annis octo. Promisit tunc, vt refert papa Pius, cuique electorum centum mil-
lia aureorum pro consensu: quae cum soluere non posset, obligauit illis telonia & ve-
tigalia imperialia, oppida, proprietates & iura, titulo pignoris. & surgit disputatio
grandis: Vna enim positio probare contendit, quod non liceat neque expediat ex-
ossare imperium: alia asseruit rationabiliter hoc factum, ne ipsorum electorum regi-
ones grauentur à potentioribus. Vide reliqua mox infra de morte patris. ANNO
salutis 1364. Iohannes rex Francia, vt gesserat cum Anglo multa bella infeliciter, capti-
uus decessit, quo tempore Carolus filius eius veteri regum more sacratu est, & Sapi-
ens dictus. Hic Carolus patre adhuc captiuo in Angliam ducto, Parisijs conuentum
de eius liberatione habuit, vbi magna discordia emerfa est. Nam praepositus mercatorum
congregatis plebeijs, cum Carolus eorum decretis non acquiesceret, in eius
conspetu 12. illi familiares interfecit. Ad quem cum Carolus inquit pauca factus, Con-
serua Carolum: Nihil metuas, inquit praepositus, accipe capitulum meum, & nemo
te offendet. erat enim insigne tum ciuiū. Ad haec regem Nauarra, qui ob conspirati-
onem in Carolū ducem à Iohanne paulo antē positus erat in carcerem, liberatū Car-
olo reconciliauit impunitate concessa. Verum naeta opportunitate Carolus vrbe
elapsus, praepositum mercatorū cum sua societate diffidauit, & post multa damna il-
lata, populus sero recognouit ducem suum naturalem dominum esse, & quod rex
Nauarra ad regnum aspirauerit, praepositum cum suis complicitibus interfecit, suc-
cessitque reconciliatio ciuiū, & Carolus regem Nauarra recepit in gratia. Tum con-
cepta fuerunt puncta super liberatione Iohannis, sed iniquae visae sunt concordiae leges,
ideo communi decreto bellum Anglis indictum est. Vnde post multas caedes tandem
conuenit, vt omnis Pictaua, Santonen. cum multis prouincijs Anglo obuenerent,
eiq; trigentes centena millia aureorum statutis diebus soluerent. Hinc ambo reges
venerunt Caesium, vbi puncta pacis iurata sunt, & rex Iohannes dedit obsides fili-
os Ludouicum Andegauiae & Iohannem Bituricensē ducem, cum quibusdam alijs.
Rex igitur Angliae cum obsidibus mox redijt in Angliam, & Iohannes rex Fran-
ciae Parisios venit, cuius aduersus mirabili cū exultatione susceptus est. Deinde in An-
gliam reuersus, obsides pro se liberat. At correptus infirmitate, moritur. Igitur vita
apud Londonū Iohanne defuncto, Carolus Rhemis sacratu est, cui cognomen erat
Sapiens,

Friburgum
Austriae du-
ces occupatVuenceslaus
rex deliquitCarolus Io-
Franci filius

Sapiens, regnauitque annis 16. Inde cum Parisios reuertisset, Philippo Burgundionum
duce defuncto sine liberis, Carolus fratri suo iuniori Philippo Burgundiam donat ex
ordinatione patris. ANNO 1369. Philippus Burgundiae dux & comes, Caroli fra-
ter, Gandauum profectus, Margaritā Ludouici Flamingorū comitis filiam, vxorē ac-
cipit his conditionibus: Tenuerāt reges Francia tria secus Flandriā oppida, Insulam,
Duacum & Orchiam, & Ludouicus Flādrensis deberi sibi ex pacto dicebat librarum
millia decem annui census, & cētum scutorū millia, quae Franci reges nō absoluissent.
Conuenit igitur, vt tria ista oppida memorati census nomine sub regis fide & princi-
patu comes perpetuō possideret, eiq; centena quae diximus scutorum millia in primis
solueretur, & si sine liberis masculis moreretur, supradicta oppida ad Margaritā eius
filiam transirent. Carolus quoq; regnum Arelatense trāstulit in Ludouicū ducē An-
degauensem. regnū id Arelatense iuris Ro. imperij est, quod Otho magnus adiecit, pri-
uando Bosonem regem, suis exigentibus demeritis, quem tonsum monachum fecit. Philippus
Burgundiae
Arelatense
regnum.

ANNO Domini 1371. dispositis rebus Italicis, Urbanus crucē praedicari fecit cōtra
Turcos, & passagium ordinauit: in Gallias dein proficiscitur, Massiliae moritur, vel vt
alij volunt, Auinione. Eodem anno creatus est pontifex Gregorius II. Auinione, an-
tea Petrus vocatus, Mariae nouae diaconus card. sedit annos septem, menses quinque, Gregorius
II. papa.
qui statim in Italiam misit, vt res Ecclesiasticas recenseret. Inita autem cum Bernabo-
ue pace, erant enim omnes praeter Venetos Vicecomitibus inimici, propter quod
multa mala surrexere, vrbis iniurias vindicare statuit. Nam vrbis Romae tum custodiā
ac administrationē Banderen. habuere, qui ita nominatur Germanico vocabulo à ve-
xillis. Singulae enim decuriae internoscēbatur signo suo. Capita regionū nunc vocan-
tur, qui vrbis tribubus praesunt. ANNO Domini 1372. comes Vlricus de Hesse
statim occisus est in castro Hysperg: deinde ciuitates imperij quamplures mortem vlcisci
cupientes, in quadam villa propē succubuerūt, per Eberardū comitem Vuirtember-
gensē deuicti. ANNO Domini 1375. Florentini aduersari Ecclesiae coeperūt. Fu-
erat enim curia papae iam ad septuaginta annos in Gallia, & pontifices per legatos ci-
uitatem Ro. & subiectos gubernabant. Dominatus eorum superbus erat & penē in-
tolerabilis: studia eorum non pacis, sed belli: externorū hominum plena erat Italia:
inuisi ipsi subiectis, vicinis graues atque suspecti, sterilitas annonae maxima. Rogaba-
tur à Florentinis saepe legatus, vt pro amicitia & foedere frumenti facultatem faceret,
sed ille negabat. Accessit quod Perusini in libertatem se vendicantes, legato rebellāt,
arcē in vrbe expugnant, ad quod Florentini auxilia misere. Rebellātibus postea Bono-
niensibus, auxilia eis è Florentia nō defuere. Interea Gregorius audita Bononiensiu de-
fectione, quo ruentē Ecclesia statū repararet, sex millia equitū, quatuor millia peditū
Britonū in Italiā misit, censuras etiam ac poenas cōtra Florentinos promulgauit. Eo-
dem anno societas quaedam ex Anglia, Britannia, alijsque nationibus congregata ad
centum millia hominū, venit ad partes Rheni. rumor erat, quod contēplatione do-
mini de Dufin principaliter venissent, qui dicebat Hegoiam totam ad se iure specta-
re haereditario ex antiquo. Erant secundum communem aestimationem supra centū
millia equitum & peditū, vnde nemo ausus fuit tantā multitudini congregari. Sed dux
Austriae Lupoldus consuluit, quod omnia oppida benē custodirentur, & infirmiora
firmarentur: fecitque omnes villas per Alsatiā vsque ad Hegoiam cremari, arboresq;
domesticas excindi, populariq; terrā in rure, ita vt nō inuenire possent victū aut man-
sionem: non enim poterant oppida capere, cum non haberēt machinas, aut instru-
menta opportuna: & cum victū non inuenissent, & oppida omnia clausa tenerentur,
tandem circa festū Hilarij paulatim abierunt, nec vnū quidem oppidū expugnare po-
terant. Erat enim frigus, ita quod diutius manere non valebant. Abierūt, vt fertur, di-
missis equis multis & armis, pars autē versus Bernam iter fecerāt, & dum nocte vna in
monasterio vulgō Strauenbrum dicto, pausare vellent, Bernen. monasteriū incenderunt,
& in fuga ad centū ex eis interfecerunt. similia cum nonnullis alijs peracta sunt, donec
omnis Germania vacua facta est ab eis. Per haec tēpora ferunt Imp. pluries à Gre-
gorio papa fuisse exhortatū, vt expeditionem contra infideles faceret, ac terram san-
ctam recuperaret. Cui respondisse dicunt, se gratia Dei satis posse expeditionem du-
cere: sed quia consideraret, quod sine multorū Christi fidelū strage terram sanctam
recuperare nō valeret, nec etiam si actū eam recuperasset, eandem manu tenere pos-
se consideret, ideo frustra se ingerere, temeritatis magis putaret quam rationis fore.

At Florentini in his angustijs, miserūt oratores duos ad Pont. Ro. in Gallias, vbi co-

Pppp 2 pia

Gregorius
XI. Romā
redijt.

Strages co-
muni Vuir-
tembergē
apud Keut-
lingen.

pia fandi data, primū conquerebatur Ro. pontificum ab Italia absentiam, & lega-
torum Sed. Ap. qui ad gubernandum mitterentur populum, tyrannidem accusabāt
Verū pontificem tanta opera placare Florentini non poterant, breuique post da-
muntur, & ciuitas interdico subijcitur. Ferūt ibi cum à legatis multa dicerentur, te-
mere quendam ad Dei Opt. Max. effigiem conuersum, exclamasse: Deus bone, nos
legati Florētini populi ab hac sententia vicarij tui lata, ad te tuamque æquitatem ap-
pellamus: tu qui falli non potes, nec ira flecteris, Florentino populo libertatem tu-
enti subuenies, crisque protector propicius. Interim & in Italia Britonum barbarie
fauente, patriæ consulturus papa, Italiam adire constituit. ANNO igitur 1376. ex-
istimans Gregorius pontifex hæc omnia mala sua absentia fieri, de profectioe ad Ita-
liam diu multumq; cogitare cepit. Sed hominem maximè permouit cuiusdam epi-
scopi respōsum, qui interrogatus à Pont. dum simul inambularent, cur non rediret ad
Ecclesiam suam, quæ sine pastore contra æquum relinqueretur: Cur, inquit ille, tu
summe Pont. cæteris exemplum daturus, tuū episcopatū nō repetis, Ecclesiamq; Ro-
manam? Motus his verbis Pontifex paratisq; in Rhodano triremibus, (aliō se iturum
simulans, ne à Gallis retineretur, si se ad urbem profecturum sensissent, ipsam nanque
curiam in Gallia manere curabant) secundo flumine in mare descendit: Genuam au-
tem primò, inde Cornetum contendit, vnde terrestri itinere Romam peruenit Idib.
Ian. migrantis Romanæ curiæ in Franciam anno septuagesimo. Quo autem apparatu
& latitia à pop. Ro. susceptus sit, nō artinet dicere, cum vultu, gestu, acclamationibus
omnem latitiæ speciem effuderit. nam & mœnia & basilicæ ac priuata ædificia vbi-
que ruinam minabantur. ANNO 1377. feria quinta post sacrum diem Pentecostes
apud oppidum Keutlingen occisi sunt complures comites, barones, milites ac nobi-
les de familiaribus stipendiatisq; comitū de Wirtemberg. Narraturq; factum hoc mo-
do ab oppidanis de Keutlingen, & ita scripserunt rem gestam ciuitatibus socijs: Bello
existente inter comites de Wirtemberg & ciuitates imperiales, quinta feria prædicta in
nocte exiuerunt ciues oppidi cū socijs quingenti numero, & manè facta pecora apud
oppidum Brach & Teringen prædam abegerūt, villam Teringen incenderunt & exusse-
runt, deinde ducentes prædam, peruenerunt prope oppidum suū Keutlingen, ibi illis
obuiam venerunt socij. His intellectis, Vlricus iunior comes de Wirtemberg cum satis
iusto exercitu equitum, præhendens eos opprimere antequam se ad oppidum recipe-
rent, occurrit. Verūm ciues in oppido per vnam portam solitò clausam, via facta ex-
currunt: sic comes cum suis circumdatus ab hostibus, qui pedites aduersus comitem
& equites suos pugnantes, eos vt pecora interfecerunt. Occisi sunt ex nobilitate qui
annotari sunt, Fridericus comes de Zollem, Vdalricus comes Palatinus de Zübingen, Io-
hannes comes de Swarzenberg, dominus Gotfridus Schoderer de Winsten miles, qui
tenuerat vexillum eo die, Suigerus de Gumbelstingen baro, Reinhardus de Nyperg mi-
les, Iohānes de Sedeneß miles, Longus de Ererhsen miles, Bernardus de Sachsenheim
miles, Fridericus filius, Vendus Frāco miles, Vuolfo de Stramsen magister curiæ comi-
tis de Wirtemberg, duo Burckardi Saumseder, Benzo Keib de Hohenstain, Iohannes de Nu-
denberg, Iohannes de Lustnou, Sifridus de Wellenberg, Cunradus de Höffingen, Cunradus
Kyser, Vualtherus de Hohenfels, Suigerus de Gemtingen, Scharbo de Wernshusen, Sifridus
Waler & Henricus Waler/Kyrscher in Holman, Cuno Truchses de Buchshusen, Alber-
tus de Kiler, Eberardus de Stöffeln & Bonlan. Eberardus de Strenfels aduocatus
Zabergouæ, Henzo de Uechmeß, Iohannes de Sperberseß, Andreas de Gyslingen, Vlri-
cus de Uechmeß, Diopoldus de Hydlingen, Cunzo de Stramsen, Vuolfo de Pfauhausen,
Vuolfo de Jimgingen, Vualtherus Sper de Esteren, Henricus Maqer, Sifridus Franco
de Erbbach, Hermannus de Katbocen Franco, Iohannes de Grumbach Franco, Cuno de
Heidekem, Rase de Uechrenstain/Vuolfo de Brnschoten, Volcklinus de Krushem, Iohan. de
Grumbach, Iohannes de Winstem Franco, Guilielmus Durer de Kratschem Franco, Cun-
radus de Ampach Franco, Hermannus de Boenstain Franco, Strainsfeld Franco, An-
dreas Jobel Franco, Ruperrus de Gebhydel Franco, Iohānes Esel de Lor. prædicti omnes
fuerunt de nobilitate. Ex famulis nobilium perierūt 13. Omnes, vt supra scriptum est,
spoliati sunt armis ab ipsis de Keutlingen victoribus, & ad preces cadauera eorum per-
missa sunt & alibi sepeliri. Comes verò de Wirtemberg iunior Vlricus Eberardi filius
vulneratus, cum nonnullis euasit, & ad arcem Achem se recepit, sub qua Keutlingen op-
pidum est situm. ANNO præcedenti Carolus Imp. obsedit Vlmā, adhæsitque si-
bi comes Eberardus de Wirtemberg, sed nihil obtinuerūt. Eodem anno Lupoldus
dux

dux Austriæ acquisiuit oppidum Seibshyrsch cum adiacenti dominio à comite Rudol-
pho de Werdenberg, deditque precium auri xxxvj. millia florenorum, paulò post emit
à comite Alberto de Werdenberg Studens & Sanctum Montem. ANNO salutis
1378. Carolus Imp. moritur, & reliquit duos filios Vuenceclauum natu maiorem, &
Sigismundū. natu maiorem ante obitū suū Casarem appellauit. Hic Vuenceclaus
quum iam cum patre regnasset annis octo, post obitum patris confirmatus, impera-
uit annis 22. quauis imperij corona caruerit, vir quidem ignauus & patri dissimilis.
Sub eo orta est hæresis Hussitarū, eo tamen iam ab imperio amoto. Eodem anno
Gregorius in Italiam veniens, legatos ad Florētinos misit, eosq; adhortatur, vt æquas
pacificas condiciones in negotio dissidij non detrectent. Verūm vt Anto. scribit, alia erat
mens pōtificis, factā scilicet missionem illam ad pacem, sed seditionem atque discor-
diam ciuium spectare. oratores enim misit, qui ad populum, nō ad magistratus man-
data promerent. Verūm populus omnia ad magistratus remisit. Ita deteriorē po-
tius rem oratores quàm meliorem fecerunt. Quare paulò post contempto interdi-
cto, quod illuc vsque seruati fuerat, celebrare per urbem agrumque cunctis in tem-
plis sacerdotes iussi sunt: quod qui fecerunt, crimen nequaquam euaserunt. Et legi-
tur in chronicis, quòd habito super his consilio à canonistis, consultum fuit super eo
per eosdem, ciuitatem non teneri ad obseruationem censurarum à papa prolatarū,
quia ex odio & inimicitia ad eos mouebatur. Id tamen videtur potius adulatorium
fuisse, quia secundum Gregorium, sententia pastoris siue iusta, siue iniusta, timenda
est & seruanda, nisi contineat intolerabilem errorem, quod ibi non fuit. Inter-
ea pontifex conciliatis prius Bononiensibus, ad arma conuersus est, variæque strages
hincinde factæ. Post multa animaduertens suos conatus non habere prosperos suc-
cessus, Florentinosque obstinatis animis cœpta persequi, & quia pecuniæ obediunt
omnia, mitigata eius animositate, de pace cœpit cogitare. Mittuntur hincinde lega-
ti. fuisserunt Florentini data pecunia ad pacem inclinati, protracta tamen est con-
uentio, ita quòd pontifex antè sit defunctus, quàm cōclusa esset pax. Non inuenitur
post mortem papæ magnam secutam fuisse vindictam, fortè propter schisma mox ex-
ortum. Refer tamen Anto. censuras postea ab Urbano relaxatas. Ego reperio in
Chronica S. Blasij, quòd Gregorius 11. anno 1372. misit legatum ad Alemaniā Heli-
am de Verdone, cum mandato ad exigendam decimam omnium fructuum Ecclesi-
asticorum, & eius mandato episcopus Constan. fulminauit aduersus resistentes pro-
cessus. Totus autem clerus sub dominio Vuirtembergē. & plures alij, maiorque
pars totius diocesis formauerunt appellationem ad Papam, expressis causis, quòd
non possent soluere. collector decimarum primus fuit episcopus Vormatien. dein-
de Augusten. Clerus verò de Brisgaudia & circa lacum, non restiterūt, & sic schisma
fuit in clero. Aliqui enim contra processum celebrabant diuina, alij non: deinde le-
gatus compositionem accepit, & de quatuor marcis dabantur quinque floreni Rhe-
nenses vice duarum procurationum. Dux autē Albertus suis literis mandauit in terra
sua omni clero sibi subiecto, quòd dictam decimā solueret. ANNO Domini 1378.
quinto Kalen. Aprilis Gregorius accuratè agens omnia, quæ ad pontificem pertinet,
intolerabili vesicæ dolore moritur, sui pontificatus anno, septimo, mense quinto. se-
pelitur in basilica B. Mariæ Nouæ. Gregorius hic positus in extremis, habens in ma-
nibus sacrum Christi corpus, protestatus est coram omnibus, vt cauerent ab homi-
nibus, siue viris siue mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones sui capitis:
quia per tales ipse seductus, dimisso suorum rationabili consilio, se traxerat & Eccle-
siam ad discrimen schismatis imminens. Hæc Gerson lib. de examinatione doc. se-
cunda parte, tertia cōsideratione, vbi etiam ponitur, quòd hic papa in Auinione per
Aecaterinam de Senis, inductus est quòd se Romam transtulit, cæteris cardinalibus
dissuadentibus. Ex quo paulò post subortum est schisma in Ecclesia, hoc anno mor-
tuo pontifice, quòd diutius durauit, quàm aliud quodcunque, annos videlicet cir-
citer triginta. & demum sublatum est in concilio Constantiensi, vt patebit. Schisma
ita initium sumpsit: Mortuo Gregorio & eius exequijs ex more celebratis, clerus
populusque Ro. cardinales obnixè rogarunt, vt Italicum eligerent qui Ecclesiā Ro.
& Rempubliam gubernaret, alio qui de Christiano nomine actum esset. Ideo autem
Italicum petebant, ne si Gallicis deligeretur, Romana curia iterum in Galliam mi-
graret. Quibus cardinales benignè respondentes, se pro posse eorum votis obtem-
peraturos promiserunt, iubentq; bono animo essent. Gallici autem quærebant face-

Vuenceclaus
Cæl. CV.

Gregorij in
Italia gesta.

Gre. in Ger-
man. gesta.

Grego. XI.
interitus.

re Gallicum. Intrans patres conclave, Bartholomæum Neapolitanum Barensem archiepiscopum, ad deliniendos Romanos deligere statuerunt, ut postmodum tutori in loco alium subrogarent. At verò vnus cardinalium ex gente Vrsina, qui ad id toto animo adspirabat ut pontifex fieret, statim ab extrâ Romanis nūciat Gallum esse electum: quod cum vulgus audisset, conclave euestigio multo tumultu effregit, minisque & terroribus patres concussit. Sed cum didicisset Italicum, id est, Barensem creatum, conqueuit. alius, ut Leonardus, ad terrorem Ro. plebis scribit Barensem Italicum creatum, Vrbaniūque 6. appellatum. Hæc electio celebrata fuit anno Domini 1378. in Iulio mense. Hunc Vrbaniū cardinales postero diebus principibus & ciuitatibus per orbem, ut moris est, literis intimauerunt canonicè electum in Rom. pont. Fuit autem in homine natura inquieta & dura. Post mensem verò tertium in calores vrbanos Galli culpam reijcientes, à pontifice petunt, ut sibi proficisci Anagninam cum bona eius venia liceat aeris mutandi gratia. Sed reuera seueritatem Vrbani reueriti, abiere. nam semel atq; iterum eos ad se vocatos admonuit, ut nec dona nec munera acciperent dum causas agunt, vel dum patrocinium suum præstarent, interminatus se acerrimè puniturum in simonia deprehensos, aut iniustas causas fouentes. Atque Papa ostendit sibi placere & ita velle, ut pompam dimitterent familiarium & equorum, quia in tales sumptus consumerent pauperibus debitum ac basilicis restituendis. Et quia sentiebat cardinales Gallos de reditu curiæ in Galliam, mentionem facere, aperte ostendit se Romæ mansurum, quam dicebat fundamentum Ecclesiæ vniuersalis. His itaque rationibus moti cardinales Gallici, qui pro arbitrio animi omnia prius agebant, Anagninam primò pergunt, & inde mox ad ciuitatem Fundos. Regina enim Apuliæ Iohanna, suspectum habens Vrbaniū, ne sibi aduersaretur, cum percipisset cardinales malè contentos de electione facta per eos, significauit eis (ut dicitur) secretò, quòd ad ciuitates regni sui tutò possent accedere, & aliter disponere. Vnde & de securitate confisi, illuc accesserunt, primò in Vrbaniū ut falsum pontificem inuecti, quòd dicerent papam vi creatum, cum electio illa & coronatio in loco minimè tuto sit habita, in qua libera deberent esse suffragia. Ipsi enim à populo Rom. coacti sunt Italicum potius quam Gallicum eligere. Has ob causas sede vacante, ut ipsi dicebant, octo cardinales, Iohanna regina fauente, Gebennensem cardinalem, pontificem deligunt in Septembri, Clementem 7. appellantes, qui sedit annis xv. Vrbano Italia, Germania & Pannonia, Clementi verò Gallia, Hispania, Cathalania & Britannia adhaerunt. Asserebant obedientiales Clementis, suum esse verum papam ex electione libera, Vrbaniū apostaticum & antipapam, scribentes sequaces ipsius schismaticos & execratos. Contrà, obedientes Vrbano, Clementem affirmabant apostaticum, cum electio Vrbani fuerit canonica, & hoc protestati fuerunt etiam ipsi qui Clementem elegerunt. nam Vrbaniū vnà cum alijs cardinalibus canonicè electum per vniuersum orbem publicauerunt: etsi etiam fuisset illatus metus, tamen postea non reclamauerunt, sed eum venerati sunt per integrum mensem ut Petri successorem & Christi vicarium, & ideo schismaticos & execratos Clementis sequaces. Multæ disputatioues exortæ sunt. vtraque obedientia habuit religiosissimos viros, & quod maius est, etiam miraculis fulgentes, nec vnquam potuit quæstio hæc decidi, quin manserit apud plurimos dubia. nam etsi necessariū esset credere vnicum vicarium Christi, sicut vnicam Ecclesiam, tamen si contingit plures per schisma creari summos pontifices vno & eodem tempore, non videtur de necessitate salutis, credere istum esse vel illū, sed alterum eorū qui scilicet fuerit canonicè assumptus. Quis autem fuerit canonicè electus, non tenetur quis scire, sicut nec ius canonicum, sed in hoc populi sequi possunt Maiores suos seu prælatos, secundum Anton. Clemens ille cum obedientia sua in curiam reuersus Gallicam, Auinione residentiam statuit. Vrbaniū verò Romæ sedens, multos cardinales instituit. multiplicauit & Clemens cardinales. Vrbaniū per hæc etiam tempora interdictum & alias cēsuras prolatas à Gregorio xj. contra Florentinos, relaxauit, & pacem cum eis fecit. Et tum Genueses classe aduersus Venetos instructa, veterum iniuriarum memores, hostem egregiè sunt vlti, in qua tamen expeditione multis affecti sunt incommodis.

GENERATIO XLVII.

A N N O Domini 1380. in schismate inter Vrbaniū 6. & Clementem 7. sub Vuenceflao Romanorū rege, 47. incepit generatio. Cum itaq; Vrbaniū Romæ, & Clemens

mens Auinione præsiderent, Britones pro Clemente in ciuitate Fundorum cum comite ibidem ac complicibus ex Campania in agrum Romanum excurrunt. occisi sunt quadam die 80. Romani. subitò in vrbe vlulatus auditus. Tum mox Romani in curiales vltromontanorum vertunt, non parcentes sexui vel ætati, multos clericos percusserunt, plerosque in carcerem trufos, bona eorum diripientes spoliant. Alemanis tamen minùs erant infensi, hostes verò vastabant agros. Commotus Vrbaniū contra Iohannam, quæ locum schismati præbuerat, & propter alias causas supradictas, eam regno priuauit, ad Ludouicum regem Hungariæ misit, exhortando ut Carolum, qui bellum aduersus Venetos duxerat, sibi cum decenti exercitu mitteret, tunc eum regem Siciliae faceret. Idem Carolus dux tunc iuuenis & pauper, de sanguine regum Hungariæ, & reginæ Iohannæ consanguineus, quæ etiam Margaritam vxorem Caroli nutruerat, inuitus onus agnouit. Et dum transiret Carolus in Hungariam, remanserat vxor eius cum liberis apud reginam. Ludouicus verò rex gauisus, tum quòd vindicaret necem fratris sui, tum etiam ut Carolus filias suas in regno Hungariæ non impediret, Carolum in Iohannam concitauit. qui adiutus à Ludouico rege, intrauit Italiam, ducens septem millia Hungarorum & aliquot Italicos. Misisse fertur ad Florentinos oratores qui dicerent, ad Carolum ex concessione Ludouici regis & pontificis decreto regnum pertinere, quandoquidem Iohanna regina multis scilicet sceleribus & postremò schismate coinquinauerat. Venisse ergo se in Italiam, ut regnum sibi debitū, ab iniusto possessore vindicaret: idcirco petere Florentinos, foedus secum ineant, & viribus pecuniisque foueant. Ad hæc Florentini neutram partem se velle offendere respondent, & cum intelligerēt responsū hoc Carolo displicere, ad placandum eum dono mittunt Ariminum xv. millia florenorum, quam tamen pecuniam Carolus recipere noluit. Hæc reiectio pecuniæ animos Florentinorū fregit, auxitq; timorē quòd Aretini dominiū ciuitatis suæ tradiderunt. Vnde Florentini Carolo xl. millia auri pondo dare paciscuntur, ut copias abduceret, nec exules eorum foueret, nec eos offenderet. **A** N N O Domini 1381. Carolus Hungarus Romam veniens, benignè ab Vrbano susceptus, & rex Siciliae coronatus est. prius tamen concessit ad voluntatem papæ, Francisco Batillo nepoti Vrbani Capuanum & Amalifatanū ducatus, & multos nobiles comitatus in Sicilia. Et quia Carolus carebat pecunijs, capropter Vrbaniū papa proprietates & iura Ecclesiarum ac monasteriorum vrbis in magna parte Romanis ciuibus vendidit vltra summam valoris lxxx. millium flororum, aureos etiam & argenteos calices, cruces & imagines sanctorū alienat, & cum ea pecunia rex Carolus modicis copijs ingressus est regnū Neapolitanum. Cum autē appropinquasset Neapoli, facile eam per fraudem ciuium accepit. acclamatum est illi, Viuat rex. Erat tunc regina Iohanna in castrò nouo. illaque mortuo Tarentino principe, iam duxerat maritum Othonem ducem Byunfui gen. principem probatissimum, qui ante electionem Clemētis accessisse fertur Vrbaniū bono zelo, & laborauerat concordare eum cum cardinalibus, sed non fuit auditus. infecta re abiit, & tamen Vrbaniū ad finē vitæ suæ pro vero pōtifice habuit, cum quo regina non consensit. Sed quotutior esset, ipsa Ludouicum Andegauen. ducem, Caroli regis Franciæ fratrem, in filium adoptauit, qui nondum aduenerat. Receptus autem Carolus in vrbem, obfidiōne mox vallauit castrum nouum, in quo erat regina cum baronibus suis, & ita cinxit, ut nullus ingredi aut egredi posset, nisi à parte maris. Tum Otho vxorem non deserens, ciuitatē obsedit ab extrâ manu valida: & cum certo die parasset se ad ingressum ciuitatis per vim, occurrit illi Carolus: & pugna facta, equus Othonis cecidit, vnde & captus fuit, & exercitus eius dissipatus est. Refert scriptor quidā de familia papæ, à quo etiam aliqua quæ prædixi & quæ sequentur, accepi: Cum, inquiens, obsessus à duce Othone Carolus, videret se in periculo esse, ad alia se conuertit ingenia. ciues enim ac Carolus corruerunt militem Neapolitanum, Othoni & reginæ intimum amicum, ille secretum sigillum reginæ falsificari fecit, ac nomine reginæ scripsit Othoni secreto nuncio, ut cum sex charissimis noctu & certo loco literis designato veniret, auditorus consilium capiendæ vrbis. nam penuria victus ipsa ac sui laborarent. credulus Otho, venit ad locum designatum, ducens secum marchionem Montisferrati, fratrem suum Baltazarem, & tres nobiles viros, & dum locum contingunt, per insidias in fossatum cadunt. ibi marchio cum duobus alijs occisus est, Otho captus, ac frater eius elapsus, qui tamē postea capitur, & exoculatur. ducitur Otho ad Carolum, qui sibi imp roperabat cur regnum suum infestaret: ad quod ille, regnum non esse

Caroli, sed Iohannæ coniugis suæ, & nec caput nec genua flexit. vnde ductus est in carcerem. His ita peractis, obsidio soluta est. Cernens autem Iohanna se euadere non posse, cum nec aduentum Ludouici Andegauen. sciret, & de auxilio desperaret, postulauit colloquium turum cum Carolo, & concessum est illi. In hortum ergo castri aduocato Carolo, Iohanna ad Carolū: Ego te, inquit, habui hucusq; in filium: modò ex quo ita Deo placet, te recognosco in dominū, do me & recōmendo tibi honorem meum ac maritū Othonē. cætera tui iuris sunt. Cui Carolus: Ego te dilexi vt matrem, & ita facere intendo in posterum, honorem tuum ac Othonem commendatos habebō. moxq; Iohannaeducta de castro ad alium locum, honorificè associata custodiæ datur, & postea, vt fertur, dum orasset, missis satellitibus extitit strangulata, barones multi capti sunt, totumq; regnum sub dominio Caroli factum, Deo magis operante quàm humana virtute. Iohanna defuncta, cardinalis S. Georgij legatus cum Carolo per Vrbanum ad regnum missus, archiepiscopos, episcopos, abbates & presbyteros qui reginæ adhæserant, crudeliter afflictos, bonis & titulis priuauit, in quorum locum Vrbanus alios substituit. **ANN O 1380.** Carolus rex Franciæ, Sapiens dictus, vbi se mala valetudine grauatam sensit, liberos duos Carolum & Ludouicum impuberes, Burgundiæ ducis Philippi, & Ludouici Borboniorum tutelæ commisit, regni verò gubernacula Ludouicū Andegauorum ducem moderari constituit, donec Carolus primogenitus annū xiiij. exegisset. his actis moritur: cor principis Rothomagi, reliquum corpus apud S. Dionysium sepelitur. Carolus mortuo succedit filius Carolus 6. sed cum ætatem non haberet, vocantur proceres regni: conueniunt, Carolum sacrandum esse & regem appellandum, suoque nomine agenda gerendaque omnia, adolentes Carolum & Ludouicum curæ & prouidentia Burgundorum & Borboniorum ducū credendos, erariū regis ac supellectilem Ludouico Andegauen. cōmittendam, qui interim dum rex adolefceret, Regentis nomine vteretur. coronatus est rex ac inunctus Rhemis more Maiorū suorum. **ANN O 1382.** Ludouicus rex Hungarorū obiit, & sepultus est in Alba regali, in capella quam ipse construxit in Ecclesia collegiata B. Mariæ virginis. regnavit 40. annis, mense vno. Verum antequam decederet, duas filias habens, Sigismundo Caroli regis Ro. filio alteram, Hedwigem desponsauit Guiljelmo duci Austriæ, pactioibus vt Sigismundo regnum Hungariæ, & Guiljelmus regnum Poloniæ haberet. erat enim vtriusque regni dominus. paulò post traducta est Hedwigis, & in arce ciuitatis Cracouien. Guiljelmo duci ritu Ecclesiæ copulata, vbi aliquantisper coniugio vacarunt. sed post spoliatur ipse, prout dicitur.

Interea Ludouicus Andegauus à Clemente 7. regni Neapolitani diademate suscepto, prouinciam armis occupat. adiutus à rege, in Italiã duxit, non magis vt Carolum repelleret, quàm vt Vrbanum per arma eiecto, pontificatus Clementi cederet. Venit ergo in Italiam, supra xxx. millibus equitum stipatus, contra Carolum & Vrbanum, cuius aduentus maximè Florentinos & Aretinos terruit, quòd Aretini Carolo parent, & Florentini etiam obsequerentur. In Lombardiã itaque primū descendentes, à Bernaboue Vicecomite perbenignè & comiter suscipiuntur. dux deinde per Hetruriam iter capit, ab exilibus Aretinis pulsus vocatus, vbi post multas cædes urbem Aretinam de manibus Caroli extorsit, & militibus diripiendam dedit. Arx autem vrbs defendebatur Guelphorum præsidio, quæ diebus xl. oppugnata, in Gallorum potestatem non venit. Superuenerunt adhuc equitum xij. millia duci. tum Aretio Gibelinis concessio, abiens & per Marsos iter faciens, ad Cassinensem saltū peruenerat. Et quia Florentini Vrbanum & Carolo parebant, quæ res ducem vehementer offendit, scripsit in Galliam, vt bonis eorum manus iniicerentur. Regni autē fines cum exercitū ingressus, magnos continuò motus suscitauit. nam principes quidam & populi qui erga reginam iam defunctam afficiebatur, frequentes ad eum tanquam ad successorem legitimum defecerunt, vt Carolo difficilima regni defensio redderetur. Cepit Ludouicus Tarentum & Barensem ciuitates, & victor credebatur, ni morte præuentus fuisset. Et scribunt quidam, illum & multos nobiles viros secum, qui vsi sunt aqua fontana veneno infecta, mortuos biennio postquam ingressi sunt Italiam. defuncto duce, Andegauenses milites dissipati, consilio & duce carentes, expoliati potius quàm inermes, longitudinem Italiæ sunt emensi, in patriam redeunt. Qui verò Aretii Ludouici nomine possederunt, intellecta ducis morte, Aretii Florentinis venderunt pro xl. millibus florenorū. prefectus autē regis Caroli vt redderet arcē, recepit xvij. millia florenorū. quod totum Carolus ratū habuit, super quo Florentiæ habitum est festum.

Per

Iohanna
strangulataCarolus 6.
Franc. rex.Ludouicus
Hungarus.Lud. Andegauus
Apu
liæ rex.

Per id tempus Flandriæ comes moritur, & successit illi Philippus Burgundiæ dux, eius gener. Non multò post Carolus rex Franciæ Isabelam Bauari ducis filiam, vxorem duxit. Tempore quodam venit in curiam regis Franciæ vir austeræ religionis. hic regem affari cum peteret, ab aulicis sæpe prohibitus: perseueranter tamen agens, ad regem introducit, cui se desuper admonitum esse dixit, vt illum de vestigalibus tributisque tollendis conueniret: ni faciat, Dei iram in proximo esse, sed neque liberos habiturum. his comminationibus rex perterritus, obsequi cogitauit: sed vtroque patrucele Biturige & Burgundo dehortantibus, abstinuit. Rhemis deinde conuentu habito, visum est cōsiliij assessoribus, ex reip. commodo fore, si vno principe regnū gubernaretur. igitur ad Carolum omnia relata sunt. Biturix atq; Burgundiæ duces magnis donati muneribus, Carolo valedicētes, alter in linguā Occitanā, alter in Burgundiam profectus est. Rex verò Parisios petens, veteres regni institutiones reformari iubet. Emergit paulò post causa, qua rex exasperatus est in ducem Britonū: vnde consilio cum suis capto, arma parat, patruelisque suos Biturigem atque Burgundū accersit, causam indicans belli in Britonem suscepti. Illi repentinum motum admirati, egrè ferunt, quòd ipsis absentibus tam difficilem expeditionem quis ausus esset. Non posthabebat Carolus expeditionē in Britones. Quo cognito, Brito oratores ad eum mittens, se pariturum mandatis offert. Erat tum Carolo mens non sana: nullo igitur dato Britonibus responso, furia actus, in liberum campū paucis comitantibus egressus, obuium habet pannofum hominem mendico similem, qui Carolum intuitus: Quò, inquit, rex progredis? caue vltra pergas, proditus es, & in potestatem hostis te tradituri sunt domestici tui. Ad hanc vocem Carolus huc illuc cursare cœpit, districtoque gladio obuios quosque percutiens, quatuor interemit. confestim compræhensus, ad diuersorium perducitur, vbi ad mortem vsque decubuit. atque ita patrueles sui Biturix & Burgundio, regni administrationem sibi vendicarunt. Posthac pacis componendæ gratia Caroli filia Isabela, desponsata est Richardo Anglo, & confirmata sunt induciæ inter reges xxx. annorum, mox traducta filia impubere in Angliam. Orris paulò post in Anglia propter ducis Senclastriæ necem seditioibus, Henricus eius ducis nepos, cum in suspicionem aduersus Richardum coniurationis venisset, in Franciam se cepit, & à Carolo honorificè est habitus. Deinde cum Richardus rex copias in Vallias ducit, non pauci ex nobilitate in eum conspirant. Seditio Anglo-rum cognita, Henricus de Bernicia clam ad Anglos properat, fecitque tantum in populo, quòd fecit se regem contra Richardum. Richardus autem multos suæ factionis fecit Londoni decapitari, præsertim comites de Sarum, de Salbercy, de Sanforde & Wintonen. Non multò post & Richardus occiditur, & Henricus potenter regnat, & vt Anglici suæ factionis iniquitatem palliarent, Cantuarien. archiepiscopus phialam promit liquoris plenam, quam ad diuum Thomam ad sacrandos reges Anglos cælo allatam asseuerat. eam phialam postea Henricus nuncijs, quos ad eum Carolus misit, ostendebat. Remissa est ad petitionem Caroli Isabela filia quàm honorificentissimè. Carolo non conualescente, duces Ludouicus Aurelianen. Biturix & Burgundus, de administrandis regni negocijs similtates exercebant, quæ tamen vtcunque pacatæ fuere. moritur non multò post Burgundus, cui successit Iohannes filius.

Paulò antè in Aquitania auditas esse ferunt per cælum voces & armorum strepitus velut præliantium hominum. Postquam autem (vt supra dictum est) Ludouicus Andegauen. decessit, Carolus potenter cœpit dominari in Apulia. At papa Vrbanus nepotem suum creati ducem Capuanum contendit, quod denegatum minis & violentia à rege adnitus est obtinere, adeò vt rex custodijs adhibitis per aliquot dies, ne malignaretur papa, prodire in publicum nequireret. dissimulata tamen iniuria, pontifex acerrimi ingenij à rege impetrauit Nuceriam urbem per ætatis caumata sibi & curiæ inhabitandam concedi, in qua ilico præsidijs communita cardinales nouos creat. Obrulit tunc, vt aliqui scribunt, tribus archiepiscopis electoribus imperij & pluribus Alemanis cardinalatum, sed ipsi acceptare noluerunt. Per hæc tempora Guiljelmus dux Austriæ, cui sublata fuit vxor filia regis Ludouici Hungari Polona, & traducta Lituano duci: ea mortua, Guiljelmus sororē Ladislai, Caroli filiam, duxit vxorem, Iohannam dictā. sed paulò post moritur, & ipsa redijt in regnū. Vuceslaus rex Ro. nuper à patre in consortiū adscitus, inuitabatur ab Vrbanum, similiter & Sigismundus, cui desponsata erat filia Ludouici regis Hungariæ. Hos iuuenes sibi Vrbanus reconciliauit per nuncios, qui enixè pro eo laborabant, mittentes nuncios ad Clementem,

Flandriam
Burg. dux
occupat.Carolus
Francus in-
fanit.Henricus rex
Angliæ.Guiljelmus
dux Austriæ.Vuceslaus
Vrbano ad-
hæret.

mentem, qui missos dehonestavit, immo aliquos honestos clericos inter eos, velut latrones, equuleo torfit & carceri mancipavit. ideo ad partes Vrbanus hi principes totaliter se dederunt. De bacchatus interea Vrbanus infania, processus in regem Carolum priuationis praeuios inchoavit, dum esset in Nuceria, praemissa de more citatione. Cui rex facilius, sicut dixit, vt responderet, contractis copijs Nuceriam circumfedit, diluturus obiecta non verbis modo, verum etiã armis. Constitutus in his aduersitatibus papa, scripsit per fideles duci Genuen. promisitq; multa castra Ro. Ecclesie ab imperatoribus donata, vt eum tutò duceret Genuam. Scribit is qui familiaris papae tum erat, quòd quidam capitaneus Teutonicus Lothar de Sueuia oriundus, armata manu eduxit papam saluum: & cum papa non haberet aliud, non nihil auri illi in primum persoluit. Alij scribunt, quòd Raimundus Balcianus è gente Vrsina, indignatione vel potius pecunia motus, suis copijs, quas sub rege Carolo ductauerat, Vrbanum cum tota curia ad proximum litus deductum, Genuensium nauibus ad id instructis imposuit, atque Genuam transportauit, vbi Vrbanus quinque ex cardinalibus Nuceriae captis, inuolutos saccis, in mari dimergi curauit. Et cum Genue Vrbanus aliquandiu morã traheret, duo ex Cardinalibus suis Rauennas & Galeotus, recesserunt clam ab eo, accedentes Clementem, à quo honorificè fuerunt suscepti, ab Urbano verò execrati & priuati. Otho dux de Brunstiq post triennium euasit de carcere, tum captus à Britonibus Auinionem ducitur: relaxatus postea, venit in Trinacriam: inde in Apuliam reuersus, Carolo absente, adiutus ab amicis Neapolitanis, vi Neapolim cepit. Margarita regina cum Ladislao & Iohanna Caietam fugit, breui Otho moritur.

Vrbani fign.

Otho Iohanna maritus.

Inter hæc mortuo Luduico rege Hungariae, Carolum inuitabant proceres ad regnum enixius: ille profecturus, vt soluere posset stipendia, praedari fecit omnes mercatores qui erant Neapoli & in omnibus terris suis, Florentinos duataxat ad summam 45. millium florenorum, & interrogatus causam, respondit aliam non esse nisi necessitatem suam, vt posset secum armatos ducere. Suscepit autem Carolus iam dudum ex vxore Margarita duos pueros, marem Ladislaũ nomine, & foemellam Iohannam vocatam, gubernationem igitur regni Apuliae, vxori reginae dimisit cum consiliarijs suis & amicis, & infantulos ab eis educandos: & licet regina multis lachrymis niteretur maritum retinere, ipse tamen nulla ratione poterat persuaderi, abiitque vt constituerat. Post recessum verò regis, Neapolitani tumultu facto obtinuerunt à regina amotionem quorundam grauaminum, & instituerunt sex gubernatores in ciuitate, suspicatumque est hoc processisse ab Urbano papa. plures etiam ex Neapolitanis papam sollicitabant ad proficiscendum illuc, offerentes ei dominium ciuitatis, quod quidem primum facere disposuit, sed maturiori consilio ductus, propositum mutauit.

Status Hungarici regni

In Hungaria ita se res tum habebat: reliquerat Ludouicus rex duas filias duxat, ac duo regna, Hungariae & Poloniae. filiam alteram, nomine Heiuidigen, desponsauerat Guilielmo duci Austriae, cui in dotem reliquit regnum Poloniae: secundam, Mariam vocatam, impuberem desponsauit Sigismundo filio Caroli imp. ac regis Bohemiae, qui tum puer erat, & ideo nutriendum cum in Hungaria receperat, ac Hungariae regnũ ipsi in dotem assignauerat. Verum mortuo rege Ludouico, quia Sigismundus nondum pubertatis annos attigerat, principes Hungariae qui in Sigismundum consenserant, Mariam regis filiam communi voto regali diademate coronant. Erat huic puellae superstes mater Elizabeth, mulier ingeniosa & sagax, hæc in principatu & regimine vices filiae gerebat. vsa est autem in omnibus consilio Palatini de Gara, principis sapientia & potentia clari, celsique animi. hic se totum reginae obsequijs dedicabat, hanc ipse etiam suis consilijs dirigebat. Tu, inquit, huius regni moderaris habenas: proceres tuos vt te vereantur cura: elatos castiga: illi qui rebellis est, tolle quae habet vt impotens sit: obsequentibus dona. ita sexum fragilem ad vota perduxit sua. quod dum primores regni sensere, crudelis discordia emersa est: plebs scinditur omnis, proceresque regni extimantes se contemni, per factionem in Apuliam ad regem Carolum episcopum Zagabrien. mittentes, cum ad regnum inuitabant: ad quod eundem electum idem episcopus literis & sigillis regi Carolo ostendebat. Super quo habita deliberatione, rex postulatis obsequitur, regina Apuliae sola dissuadente. Rex Carolus ordinatis (vt praedictum est) regni negocijs, consensu nauibus, vela ventis permittit, vbiq; fortuna obsequente, ad urbem Zagabrien. peruenit, ibi permagnificè susceptus est, ac mora facta, alios suasionem, alios muneribus ac pollicitis in suam potestatem trahebat. Cum hæc noua ad reginam peruolant, & ipse

Carol. Hungaria ingreditur.

ipse Carolus cum exercitu appropinquat, Sigismundus qui fide pariter & toto iam nuptias firmauerat, perfidia Hungarorum teritus, ne insidijs tyranni circumueniretur, consultò aufugit. Regina verò properè obstupescita nuncio, praemittit ad Carolum, hospes veniat an hostis, sciscitata. Qui blandè respondit, vt regnum componat, discordantes regni proceres vniat, & pacatam plebem forori reddat, se venire. Fictam igitur gratiam inire volens regina, dissimulare pro tempore statuit omnia, quanuis moestitia ac timore vehementer percussa. Suscipitur tamen pompa nobili & regali Carolus, magnificeque tractatur. verum mox vt Carolus ipse procerum vacationem intellexit, eorum consilio reginae significat, ab administratione regni decetero abstineat, se regno praefaturum. Ad hæc reginae mater & filia per mota, loctali fauore vulnere, quid respondeant non habent: tandem mater, se Carolo iam antea super eare loqui destinasse. Absentibus nuncijs, reginae in lachrymas resoluuntur, tandem multos post mœrores regina senior filiam consolatur ne desperet, iubet Deum inuocare: Prædo, inquit, vt vides, regna tenet. dissimulemus adhuc, ne nostrum effundere innoxium querat cruorem. Et his dictis, Carolum regem petit, eumque iucundo sermone salutat: Hungariam, inquit, superbam & gentem effrenam foeminea nequit regere manus, tua regna cape. nos verò, vt decet, tuebere. Cui Carolus: Secura esto, nihil vobis deerit me viuo. Euestigio tota ciuitas, quòd regina regno cesserint, est repleta. Coronatur paulò post in Alba regali rex à Strigonien. praesule, qui voce ter leuata, de more plebem interrogat: Si Carolus placet rex coronari, alijs fautorum suggestu, alijs metu placere acclamantibus, illum in regem vngit, laudibus sacris resonantibus. Sed ô mirares, quae prius omnibus placere noscebatur coronatio, cum finem haberet optatum, nemini placere visa est. nam mox vulgus spoliatis reginis miseretur, primoresque sceleris authores compuncti conscientia rodi videbantur. Nec desuere ostenta. nam insigne S. Stephani regis vexillum, illum praecedens, dum templum egreditur, testudine valuae tactum, in partes frangitur. spes indicata primum rei auspiciandae feliciter, non perficiendae. Inter hæc regina Elizabeth tanto de vertice eiecta, maiestate perditâ, rem tectis reparare insidijs parabat. Nec Palatini Garenensis suggestio defuit. mouebat hunc suarum pietas reginarum, habebat hic hominem nobilem in clientela sua pariter & audacem, nomen ei Blasius Gorbach, hunc in necem Caroli armant, quo in loco, & quid fieri deberet, inuicem cõponunt. ANNO igitur Domini 1385. cum regina die purificationis B. Mariae circa occasum à marchione Sigismundo genero suo nouas literas allatas, Carolo regi intimauit, rogãs ipsum vt suam descenderet in domũ, literas simulq; occulta quae secum haberet conferre, audiret. Infelix Carolus cubili ab alto descendens, Italicis comitatus aulicis, reginae adiit hospitium. Eadẽ & Palatinus Garenensis hora, plurimam trahens cohortem, intrauit. Regina igitur & Palatino ad regis latera sedentibus, Italicis spontè concilio cedunt, per castrumque vagantur. inter loquendum irruit in regem Blasius, loctaliter vulnerat & aufugit. exportatur rex, vnde breui moritur. Quo facto, Palatinus arces Hungaricas reparat armis, Italicis verò omnia occupata videntes, fuga praesidium quaerunt. Regina mox Sigismundo fata regis nunciat, & cum paulò post nulla insidiarum suspicione graderetur per campos, Iohannes de Horwach Banus praepotens, irruit ex insidijs super duces reginarum. ibi Blasius Gorbach capitur, & in oculis reginarum decollatur. Garenensis autem Palatinus equo desiliens, reginarum iunctus curru, & gladio se defendens, simul deiectus truncatur. Deinde deletis comitibus, reginas simul & earum puellas, sine venia sexus aut ætatis, curribus extrahunt, & multis contumelijs afficiunt. inter has regina Elizabeth genibus prouoluta, supplices manus eleuat: Parce, inquit, Bane memor beneficiorum Ludouici regis, & in natam sauire noli: ipsa sceleris sum causa, sed non deliqui absque causa. Quid plura? Regina Elizabeth mox seruatis faucibus in aquis mersa suffocatur, regina iunior captiua versus Cõbatiam ducitur atque custoditur. Interim Sigismundus contractis maximis copijs, in Hungariam properat. hoc audio, Iohannem Horwach Banum poenitere coepit commisi, reginam adiit, & si iuramentum praestet, nunquam se vindicaturam genitricis mortẽ, relaxare eam velit. Illa non tantum iuramentum praestare, verum etiã quia vitam illius seruauit, vt patrẽ semper venerari promittit. ad factas reliquias iurat. ad hoc dimissa, regaliter ad Budam perducitur ciuitatem. Alij scribunt, per proceres eam Hungariae fuisse è carceribus liberatã. Adueniente Budam regina, simul adest Sigismundus, exhilaratisque coniugibus, fauente & applaudente

Oratio reginae Hungariae ad Carolum.

Caroli caedes.

Iohannes Horwach.

Ioh. Galea-
tij in Italia
dominatus.

Duci Me-
diolani ori-
go.

Act. labora-
tū pro con-
cilio.

dente feliciter cœtu Hungarorum, Sigismundus sine mora properat, atque Banum toto regno persequitur. euasit vno ex castro, Stephano Vuaiuoda * connitente, tandem in fuga comprehenditur, equi pedibus sine nexus & circumlatus, deinde ignitis forcipibus fatigatus, tandem quadripartitus & ad quatuor portas ciuitatis est appensus. Episcopus verò Zagabrien. quantum multis cōplicibus necatis, non sit interfectus, in sedem tamen suam postea non est restitutus. ANNO salutis nostræ 1385. Iohannes Galeatius vicecomes Virtutum dictus, patre iam antè defuncto, cum Bernaboue patruo Mediolanum tenebat. is insidias sibi strui ab vxore sua filia Bernabouis intelligens, vt præueniret ipse, simulata causa ex Papiâ Mediolanū ad ipsum Bernabouem visitandi gratia adire se finxit, & obuium sibi factum Bernabouem patruum ac focerum interceptit, & captum in Tricij arce vsque ad mortem custodiri præcepit, eoque capto, & filiis suis omnibus fugatis, vniuersum Mediolanense regnum obtinuit, factusque potens est ac formidabilis omnibus. Vnde cum postea Antonius Scaliger & Franciscus Carrariensis inter se decertarent, adiuuit Carrariensem: & victo Scaligero, Veronam ac Vincentiam in suam potestatem redegit. paulò post in Franciscum etiam ducens, Patavinam urbem vnâ cum ipso Franciscò præhendit, & illum in carcerem misit, vbi & vitam finiuit. Post hæc Bononiam renitentem, & auxilia Florentinorum multorumque confœderatorum habentem, strage hostium magna commissa, sibi subiecit, captaque Bononia, Iohannes Bentiuolus qui dominabatur vrbi, in frustra ab exulibus concisus est. Paulò post Senenses, Perusini, Assisij, Pisani & alij multi Hetrusci, trepidantes sese vltro illius potestati tradidere. Obsidens etiam postea Florentiam, eam haud dubie subiugasset, si non morte præuentus fuisset. Fuerat autem Iohannes Galeatius clarissimus princeps, statura procerus, literas doctus, eloquentia clarus, ingenio callidus ac sagax. duas vxores habuit, Elizabetham Boemiæ regis filiam, ex qua Valentinam genuit, quam Carolo Francorum regi matrimonio copulauit. aliam ea defuncta duxit Accaterinam filiam Bernabouis patris, ex qua Iohannem Mariam, Angelum & Philippum Mariam duces suscepit. hic enim cum sub titulo comitatus Virtutum triginta annis imperasset, anno Domini 1395. archiepiscopo Mediolanen. oratore misso, ducatus titulum à Vuenceslao imperatore centum millibus florenorum datis obtinuit: & tanta erat animi magnitudine, quòd ad imperium aspirauerit. ANNO Domini 1387. mense Augusto, cum præpararet se Vrbanus ad eundem Perusiam, accepit quomodo iam rex Carolus esset occisus, & plurimæ nouitates in regno Apuliæ fierent. Multæ enim ciuitates rebellare inceperant, aliæ verò per se vsurpabant dominia, & multiplicati sunt tyranni, paucissima verò permanserunt cum regina Margarita & pueris eius fideles. vnde etiam mense Septembri Vrbanus prædicari fecit crucem contra Othonem de Brunsvig. qui nuper in Apuliam redierat, & Thomam de S. Seuerino, qui Neapolim occupauerant, concedens indulgentiam datam his, qui pergunt ad recuperandam terram sanctam. Nouembri subsequenti Clemens antipapa destinauit ab Auinione solennes oratores Florentiam. magistratus autem habuerunt consilium cum Ludouico Marsilio ordinis Eremitarū peritissimo viro, vtrumne liceret illos legatos audire. Qui respondit, licet fieri posse, tractando rem vtilem Christianitati. nam si aliud proponerent, possent eos licentiarè à ciuitate. Conclusio autem oratorum erat, quòd communitas Florentina operam daret vt fieret concilium vniuersale, in quo determinaretur quis è duobus esset verus pontifex: & si in concilio determinaret Clementem verum esse apostolicum, decernebat Vrbanum facere cardinalem suum: si autem Vrbanus determinaretur legitimus, se totū ponebat in manibus eius. multaque promiserunt legati Florētinis. Florentini matura deliberatione præhabita, responderunt imprimis, quia non spectaret ad eos de concilio tractare, sed ad maiores: quantum verò ad obedientiam faciendam Clementi, responderunt se non recedere ab Urbano, quousque ecclesia aliud determinaret. Circa idem tempus Ludouicus Andegauic dux, prioris Ludouici filius, à Clemente rex Apuliæ designatus, misit quinque galeas armatas Neapolim, in subsidium eorum qui ciuitatem pro eo iam tenebant. vt autem applicuerunt, ceperunt duas galeas, quas regina Margarita mater Ladislai tenebat ad impugnantum Neapolim. Clemens verò Auinione residens, licentiam dedit his qui Neapolim pro duce tenebant, vt venderent vasa argentea & aurea ecclesiarum conflata, vnde stipendia possent præstari militibus. Rex insuper Franciæ denunciavit Florentinis, quòd Ludouicus dux rex Ierusalem & Siciliæ, vnâ cum matre sua veniebat

veniebat in Italiam: quapropter postulabat vt eis auxilium præstarent. at Florentini oratoribus responderunt, nulli se partium exhibituros adiutorium, sed concordiam eorum optare. Mariam Hungariæ reginam cum accepisset vxorem Sigismundus, regni concilium apud Budam actum est. in eo regina perfidiam regulorum, id est, procerum regni accusat, qui se regno spoliare conati erant, de quo prædictum est. Tum Sigismundus vnâ cum iudicibus causa cognita, 32. regulos securi percussit, vt scribit Aeneas Syluius. Alij verò historiam ita tradunt, quòd nobiles illos Sigismundus in se & reginas grauitèr delinquentes, aut grata sibi fidelitate reconciliare, aut morte afficere satagebat. Illi verò pertinaces mori potius quàm ingrato sub principe (vt dicebant) viuere præoptarunt. isti proceres dum vagarentur per regni climata, regi que Sigismundo id non parum opprobrij generaret, Georgij Vuaiuodæ industria simul & manu intercepti, ad Budam sunt ducti. Contulerunt autem nihilominus inter se, dum ducebantur, etiam si venirent in regis præsentiam, non tamen illi aliqua salutatione deberent venerari. quod & factum est. Nam cum rex Sigismundus regnicolarum cinctus corona medius sederet, ex adductis nullus in salutationem illius os aperuit, nec capitis aut genuum curuatione aliquem illi honorem exhibuit. quapropter furor rex percitus, omnes illos in ciuitate Budensi fecit decapitari. Cum autem spatharius Stephani Runtij viri præstantissimi filius, dissolutus in lachrymas, visâ mortè principis sui vacaret, rex illi dixisse fertur: Sicca lachrymas, ego ipse dominus tuus, qui tibi plura donare potens sum, quàm qui decollatus est. Ad quæ puer, Ego, inquit, tibi porco Boemiali seruiturus sum nunquam. Qui tandem iussu regis pariter capite truncatus extitit. Horum procerum mors, multorum laborum & discriminum causa fuit. ipse enim Sigismundus à suis postea captus, & carceri mancipatus, mortem vix euasit. Interea pontifices Vrbanus atque Clemens de papatu contententes, alter alterum diebus solennibus execratum pronuntiabat vt schismaticum cum sequacibus suis. dabaturque magna occasio hominibus delinquendi. nam cum prælatus aliquis committebat excessum, de obediētia vnus transibat ad alterum, quasi abdicans schisma. quo fiebat, quòd non solum non puniebatur excessus, sed commendabatur vt pius. ANNO Domini 1388. conflictus maximus inter illustres comites de Wirtemberg & ciuitates imperiales apud Vuilam est habitus. contigit autem hoc modo: Post conflictum apud Neustingen habitum anno 1377. in quo de parte comitis tres comites perierunt, comes vnus de Swarsenberg, vnus de Zollern, tertius comes palatinus de Wirtemberg, & cum eis 72. nobiles, inter quos fuerunt barones aliqui & nonnulli milites. Et licet bellum istud postea secundo anno fuerit concordia finitū, tamen ex hac victoria audaciores factæ sunt ciuitates, & principes ipsi debiliores. Non diu durauit pax. vnde ciuitates Sueniæ ligam fecerunt cum ciuitatibus Rheni, & vicissim duces Batariæ & comites de Wirtemberg, adiunctis quibusdam episcopis foedus inierunt, factaque sunt prædæ & direptiones, vastationes, caedes, incendia, plurimaque hinc inde mala. Contigit autem quòd ciuitates præmissæ contractis copijs prædas & incendia agentes, obsederunt munitionem seu cœmeterium in villa Tossingen prode oppidum Wyl, quæ villa erat de dominio comitum de Wirtemberg. de quo certior factus comes Eberardus de Wirtemberg, congregatis tumultuariè copijs, illos in vigilia diui Bartholomæi anni præscripti inuasit, initoque conflictu, in prima acie comes Vdalricus prædicti Eberardi filius cum nonnullis alijs occisus extitit. Inter quos fuerat comes de Monte Leonis. Ea strage territæ copiae comitis. quod aduertens senior comes Eberardus, fertur exclamasse ad suos: Quid trepidatis? state viriliter, ecce fugam: hac voce reuocati sui, & pars aduersa respiciendo si quis fugeret, sicque pausando sunt victi. In eo conflictu de parte ciuitatensium mille & amplius ceciderunt, capti sunt 600. reliqui verò fuga saluati. Ex parte autem comitis perierunt comes Vdalricus de Wirtemberg, comes de Leuenslein, comes de Zollern, comes de Werdenberg, & cum his ad 60. nobiles ac milites. habuisse feruntur ciuitatenses octingentas lanceas, comites verò sexcentas, peditum verò duo millia. ANNO Domini 1389. controuersia orta est inter urbem Romam & Vrbanum, quòd Vrbanus elegit senatorem populo non placentem, sed concordia facta est. Eodem anno moritur Vrbanus, veneno (vt creditur) extinctus, paucis eius mortem, vt pote hominis rustici & inexorabilis, flentibus. ANNO eodem Bonifacius 9. patria Neapolitanus, Petrus antè vocatus, Romæ cardinalium omnium consensu pontifex creatur. hic etsi annorū circiter 30. esset, ita tamen deinceps vixit in tam florida ætate, vt nulla ei libido obijci posset. Et licet

Sigismundus
rex Hungar.
cædit Hüg.
principes.

Victoria
eo. Wir-
berg apud
Vuilam.

Bonifacius
9. papa.

effect scientiæ minus peritus, magnæ tamen fuit prudentiæ, & præterea tanti animi fuit, ut primus populi Ro. vim omnem in pontificem transfulerit, creatis suo nutu magistratibus omnibus, munita S. Angeli arce & pontibus, seditque annis 15. Tempore tamen eius valde infamis curia habebatur de labe Simoniaca, ut beneficia non tam meritis quàm pecuniam offerentibus darentur, & repleuit orbem terrarum indulgentijs plenarijs, ita ut parvæ ecclesiæ in suis festiuitatibus paruo eas obrinerent pro subsidiũ ipsis porrigentibus. Eisdem tamen ipse circa finẽ sui pontificatus omnes quas contulerat, reuocavit sub eo prætextu, ut potiùs eleemosynæ, quæ pro huiusmodi fiebant ecclesijs, conuerterentur ad reparationem tectorũ Ecclesiæ S. Pauli quæ corruerant, ipse tres habuit germanos, quos multum exaltauit, quorum tamen filij ad extremam devenerunt paupertatem. ANNO autem Domini 1390. Bonifacius destinavit Caietam, quæ sola in fide permanfit, cardinalem Florentinũ Angelum legatum, ad coronandum Ladislaum filium Caroli quondam in regem Ierusalẽ & Sicilia, qui rex duxit uxorem filiam Manfredi de Claromonte de Sicilia, recepta ab eo maxima dote, qua fatis indigebat. Sed eodem anno Ludouicus dux Andegauia, qui anno præcedente fuerat coronatus à Clemente, ad instantiam regis Franciæ de dictis regnis & regno Apuliæ magna classe cum matre sua peruenit Neapolim, associatis multis baronibus & gentibus, ubi receptus est cum magno gaudio à populo & nobilibus suæ partis. Sed multi ex principibus regni obediebant Ladislao, ingressus autem Neapolim, quæ prius tenebatur pro eo, cepit postea arcem S. Erasmi & castra reliqua. ANNO Domini 1392. per legatos Florentinos initum est foedus colligationis, & publicatum inter Pontif. & Florentinos, qui hæctenus plurimis affecti erant incommodis externorum hostium viribus, hac conventionione, ut pro communi tutela statuum suorum pontifex 5. millia equitum, Florentini 6. millia tenerent. ANNO Domini 1394. mensẽ Maio Romæ insurrexerunt Bandarenfes simul cum populo contra Bonifacium Pontif. adeo enim successi erant, ut crederetur quod manus in Pont. iniecissent, nec vitæ eius pepercissent, sed obuiatum est. nam rex Ladislaus ab eo iam coronatus, cum tunc Romæ adesset pro quibusdam gratijs impetrandis, armis correptis eum defenfauit, & demum inter eos concordiam fecit. populus enim volebat totum vrbis dominium vsurpare. Eodem anno mensẽ Septembri migravit à sæculo Clemens antipapa Auinione, cui per electionem cardinalium ibi existentium successit Petrus de Luna, consanguineus regis Aragonum. vocatus est Benedictus 13. mansit vsque ad cõcilium Constantien. licet enim cum esset electus, mox per orbem suis literis significasset se paratum renunciare iuri papatus ad tollendum schisma, tamen contrarium fecit, immo obstinato animo, vocatus ad conciliũ Constantiense venire renuit, ut dicitur. ANNO Domini 1395. missi sunt oratores regis Franciæ, Angliæ & aliorum principum ad Benedictum, exhortantes ut renunciaret, si & ille qui Romæ erat, renunciaret ad auferendum schisma: qui habito consilio, respondit se hoc facturum, dummodo Romanus prius cederet, aliter se non velle renunciare: & sic redierunt oratores sine fructu. Eodem anno ferè omnes nobiles in prouincia comitum de Wirtemberg, conspirauerunt contra ipsos, & elegerunt ex se quatuor capitaneos quos appellabant reges: factaque est magna trepidatio in toto territorio comitum. habebant enim nobiles ipsi multas munitiones & castra. Et cum quadam die dicti nobiles congregationem haberent in oppido Heimsstet, comes Vuirtemberg. noctu contractis ex oppidis & villis suis copijs, prima luce oppidum obsidione cinxit. Videntes autem obselli, propter immisum ignem quo flagrare coepit oppidũ, se non posse euadere, nec tum resistere aut hostem propulsare, dederunt oppidum & se ipsos in gratiam. Incidit in hæc annorum spatia memorabilis illa Christianæ reip. clades, qua Turcæ primum proximos imperio nostro fines aggressi sunt. successerat enim Amurathæ Pazaitæ filius ingenti spiritu Turca, qui cum omnem Thraciam cum Macedonia Theffaliaque subegisset, & Bulgaros adiit. Erant illi sub Sigismundi regis Hungari ditione, qui ad Pazaiten suos nuncios misit, utque ab inuadendo regno suo desisteret, monuit. Responsum Turcus differt, donec tota Bulgaria potitus est. tandem caduceatoribus regis arma ostendens, respondit, se ius armorum auxilio sufficiens habere, hæc regi vestro renunciate. Irritatus his responsis rex, regni sui decimo, Dominica autem incarnationis 1396. anno, belli apparatus maximum conflavit, missis etiam oratoribus ad Carolum regem Franciæ, supplicas orauit, à quo missi sunt cum ingentibus copijs Philippus Arthesien. conestabilis, Iohannes Niuernensis, Philippus Audacis ducis Bur-

Benedictus
13. papa. Gal-
licus.

Morus in
Vuirtemberg.
gen. comi-
tatu.

Pazaites
Turca Bul-
garos infe-
stat.

Burgundiæ filius, & alij Francæ nobilitatis proceres, armorum bellique non expertes. Transmisso duce Gualtero de Rupibus ad Hungarum regem, Franci petunt quid illos commodius facere liceret, quòve itinere in Turcas ducerent. Sigismundus, cui Francorum mores cogniti erant, timens ne per arrogantiam temere quicquam committerent, Turcarum in bello gerendo conditiones modumque Gualtero explanat, Nihil festinandum esse, Hungaros qui proximè Turcas incolerent, se assuetos habere, quos primò hosti obijcere oporteret. Franci, regis consiliũ parui habentes, primas sibi pugnando partes arrogant, & lubrici per omnes voluptates vino ludoque indulgentes, bonis omnibus horrore erant, ita ut dicere illis incolæ non dubitarent, malè illis aliquando propter eorum iniquitatem successurum. Erat tum exercitus Christianorum 35. millia equitum, Turcarum autem ultra 200. millia. & cum Turciam per multa miliaria nostri vastarent, tandem obsederunt Nicopolim ciuitatem, quo in loco Turcus contractis copijs fecit tres cuneos, cum vno solo se ostendens. Tum Sigismundus rex conuocatis primoribus, rogabat, Hungaris primum concederent pugnandi locum, & quòd mores Turcarum nosset, & audaciores fore dum Francos post se pugnatos confiderent, neque terga duros, metuentes à Francis sequentibus cogi, & licet alij præcedere se debere dicerent, Franci verò magis instabant, quòd à remotis venissent. Inter hanc disceptationem videntes Franci Turcarum cuneum primum, mox sine ordine in illum prorumpunt viriliter, & pugna coegerunt hostes retrocedere: quo in loco successit cuneus secundus, desilientes Franci ab equis, ut eorum mos habet, pedites certaturi, irruunt in turmas. diro itaque bello hostes inter utrosque, vigente, priusquam vniuerse regales copię ex ordine instruxissent acies, cum Hungari sellatos Francorum equos cursu transuerso regia castra repetere conspiciunt, illos omnino hostili manu extinctos fore credentes, multitudinẽ gentium territi, fugam ineunt. strages fit maxima, inter Francos Angli, Poloni, Sueui, Bauari mixti multi ceciderunt, & nisi rex nauis ministerio euassisset, obrutus esset. captiuos Turcus mox occidi iussit. Iohanni Niuernen. cum alijs 22. proceribus paratum est, redemptio 200. millium aureorum nummum fuit. Tum perijt etiam illustris comes Henricus de Montepelligardo, ataus illustris ducis Vuirtembergi Vdalrici. de exercitu Christianorum occisa referuntur 20. millia, de Turcis 60. millia. Gesta feruntur hæc anno Domini 1396.

Nec longè post eam cladem Valachia, Transyluaniaque, Mondauia & omnis trans Danubium regio, Stephano Vuaiuoda duce, rebellauit. Verum armis Sigismundi tandem compulsus Vuaiuoda, veniam petijt: & cum moliri maiora videretur, apud Sigismundum regem conuentu comparens, casus est. ferebatur is pellexisse Pazaitæ pestilentem alluuiem in Bulgariam vsque. ANNO Domini 1399. mirabilis in Italia motus emerfit. Ex alpibus nanque descendit in Italiam presbyter cum magna hominum multitudinẽ. is quidem albo indutus panno, tantam modestiam vultu ac verbis præ se ferebat, ut ab omnibus sanctus haberetur: magnam virorum ac mulierum multitudinem in sententiam suam deduxit. linteis albis circumuoluti omnes, sine discrimine mares an foeminae, rustici an ciues, serui an liberi essent, passim veluti pecora, ubi nox oppressisset, dormiebant: publicè in vicis epulabantur, perlatris vndique quasi ad sacra epulis. Crucifixum sacerdos ipse præ se ferebat, quem lachrymari ob hominum errata dicitur. id quoties accidisset, succlamabant omnes, veniam à Deo petentes. laudes B. Virginis canebant euntes & stantes, hymnis ad id compositis, puta, *Scabar mater dolorosa iuxta crucem lachrymosa dum pendebat filius etc.* Ex eo confluxu, inquit Antoninus, diuina clementia quandam præparationem hominibus præparauit. multi enim & magni & obdurati peccatores, conuersi sunt ad poenitentiam. Dum hæc religio tenuit animos, nil de belli periculis cogitabatur. Substitit autem hic sacerdos Viterbij cum magna multitudinẽ, labore itineris fessus, ut refert Platina, Romam ad visenda loca sancta sanctorumque venturus. Sed Bonifacius fraudem veritus, quòd diceret hominem supersticiosum pontificatum appetere, adiuuante illa multitudinẽ, milites aliquot præmittit, qui hominem comprehensum ad se perducant. Sunt qui scribunt huius fraudem quæstione detectam fuisse, hominemque in tanto facinore deprehensum, exustum fuisse. Sunt etiam qui dicunt nil fraudis subfuisse, sed id fictum à pontifice abolendo rùmori, quo hominem per inuidiam captum & necatum affirmabant. Appropinquante verò Iubilei anno legati Rom. pontificem aduent, rogantes ut Assisio Romam proficisceretur, qui etsi id magnoperè cuperet, tamen dissimulato desiderio facturum se negabat, quòd

Strages
Christianorũ.

Scéphanus
Vuaiuoda.

Albatorum
secta.

Iubileus sub
Bonifacio 9

Annata
vñs.

Vuencefla^o
imperio de
iecltus.

Iodo^o mar
chio Mora
uia.

Vuencefla^o
capus.

*Flagitium

Huffitarum
Pethis.

Wickeff.

diceret eos noluisse recipere senatores ex nobilitate externa, secundum consuetudinem & instituta pontificum, quodque Camera conseruatores suo pro ingenio elegerent, homines quidem parum idoneos, & quorum licentia Bandaresijs omnia licerent. Tum vero Romani, vt rem gratam pontifici facerent, & Bandaresios tollunt, & Malatestam Pandulphi filium Pisaurensem, virum doctum, pontificis nomine senatorem recipiunt. pecunias insuper Bonifacio dant, quo ei proficisci ad urbem liceret. Urbem itaque ingressus, munita mole Adriani, dominatu vrbis positus est. ANNO igitur 1400. Iubileus in vrbe celebratus est, quod innumera hominum multitudine religionis causa venerat. Tum etiam Bonifacius, siue Vicecomitum potentiam veritus, siue augendae ditionis ecclesiasticae cupidus, annatarum vsu beneficijs Ecclesiasticis primus imposuit, hac conditione, vt qui beneficium consequeretur, dimidium annui prouentus fisco apostolico persolueret. Sunt tamen qui hoc inuentum Ioh. 22. adscribunt. hanc autem consuetudinem omnes admiserunt, praeter Anglos, qui id de solis episcopatus concessere. Ego video quod nec in Germania de alijs beneficijs Papae datur annata, nisi praelaturae sint immediatae eidem subiectae & exemptae. Eo anno cum regnum Ro. per multos annos Vuenceflaus tenuisset, nullaque illius actio cereretur principatu digna, cum neque in Italiam transire, nec caetera munera imperij obire curaret, duaeque tantummodo artes essent, vna voluptatibus se dedere, altera cumulationi pecuniarum intendere, caetera vero omnia negligere, segniter atque dissolute se gerere: fertur etiam quod venerabiles praelatos & honestos presbyteros, nec non religiosos occiderit, submerserit & faculis cremauerit, sine causa saltem iniusta, multaque crudeliter peregerit: cum diutius faceret, & nomen ac autoritas imperij in illo deperirent, ab electoribus imperij approbante Ro. pontifice, ab imperio deiectus, domi torpens illaudatus egit aeuum. Rupertus enim Palatinus Rheni, animaduertens hominis socordiam & imperij dignitatem, zelo commotus, illum deponi curauit. Refertur, quod ipse renitens, suffectus extitit, & quod Iodocus marchio Morauiae, deposito Vuenceflao, a Moguntin. & Colon. archiepiscopis rex Ro. fuerit electus. sed is breui tempore mortuus, in Bruna vrbe Morauiae sub regali scepro sepelitur. Is cum Vuenceflaum patruum suum visitaret, vocatus in penitentes aedes, ita compellatus est: Etsi satis sciam non esse dignitatis meae, quod electores imperij in meo regno abdicarunt, solatio tamen mihi est, quod ex familia nostra hoc decus non excidit: ego te libens volensque successorem mihi datum accipio. Territo ex hoc Iodoco, cum ignarus rerum esset, Pone metum, inquit, nepos. nam neque imperium inuitus depono, neque si retinere cuperem, iura sanguinis violarem: suscipe imperium, meque & meis vrere, vt libet. Ictum itaque nepotem dimisit, qui tamen sex tantum menses postea vixit. Vuenceflaus hic duas vxores successiue habuit, secunda, de domo Bauariae, nomine Sophia longe viro praestantior. Et quia (vt praedicitur) rotum tempus vitae suae in ocio & libidinibus consumpsit, ob eam rem captus a baronibus, 17. hebdomadas in custodia habitus est. Iohannes dux Lusariae & Procopius Morauiae, magno reip. malo eum libertati reddidere. Caprus est & secundò per Sigismundum Hungariae regem fratrem suum, & Alberto duci Austriae in custodiam datus, custodia eius in egregijs aedibus Viennae habita, quibus exinde cognomen Praga datum, quod eas rex Pragensis incoluisset. sed cum parum diligenter custo diretur, fugam arripuit, regnoque rursus potitus est. Per idem tempus Pragenses populari tumultu Iudaeorum domos inuadunt, eorum bona diripiunt, domos incendunt, ac inter duas horas non sexui, non aetati parcentes, gentem infelicem gladio caedunt, perisse aliquot millia feruntur. seruati complurimi infantes misericordia bonorum ciuium, baptismi gratiam receperunt. calamitosum genus hominum Iudaei inter Christianos agentes, qui vbi paulum abudare creditur, mox tanquam Christianae fidei contemptores, bona & vitam amittunt. * flagrum hoc impune relictum est, quia rex inutilis erat. Sub Vuenceflao iam ab imperio amoto, perfida Hussitarum insania ortum habuit, quae pestis neque adhuc extincta est. Rexerant scholam Pragensem vsque in ea tempora Teutones. id molestissimum Boemis fuit, hominibus natura ferocibus. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam Putridi Piscis vocant, apud Oxoniam Angliae ciuitatem literis studens, cum Iohannis Wickleff libros ostendisset, quibus de realibus vniuersalibus titulus inscribitur, magnopere illis delectatus, exemplaria secum tulit. Inter quae de ciuili iure, de diuino, de Ecclesia, de diuersis quaestionibus contra clerum pleraque volumina veluti preciosum thesaurum patriae suae intulit. Imbutus iam ipse Vuickleffitarum veneno, ad nocendum paratus, virus

virus in ciues suos euomuit. comodaui autem scripta quae attulerat, his potissime qui Teutonicorum odio tenebantur, inter quos eminuit obscuro loco natus Iohannes ex villa Hus, quod anserem significat: hic cum esset ingenio peracri & lingua disertata, multumque dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auidè admodum Vuickleffitarum doctrinam arripuit, eaque Teutonicos vexare coepit, sperans eo modo confusos, scholas relicturos. Quod cum succederet, a Vuenceflao rege impetratum est, vt Pragense gymnasium ritu Parisiensis gubernaretur. ea res magistratum scholae Teutonibus abstulit. Quam ob causam commoti magistri ac discipuli Teutonici generis, iurciurando adacti, vno die supra duo millia apud Eppig Misnae ciuitatem trium dierum itinere a Praga distantem, vniuersale studium erexere. Boemis scholae suae gubernatio liberè patuit, quorum princeps est habitus Iohannes Hus, lingua potens, & mundioris vitae opinione clarus: qui vbi satis fidei comparatum sibi existimauit, venenum quod iam pridem occultè conceperat, palam euomuit. Fundauerat opulentus quidam in vrbe sub nomine sanctorum Matthiae & Matthaei haud ignobile templum, quod Berthelem appellauit, redditibus additis, ex quibus duo praedicatores alerentur, qui festis profestisque diebus verbum Dei Boemico sermone plebibus insinuarent. Horum alter Iohannes assumptus est, qui cum se libenter audiri animaduerteret, multa de libris Iohannis Wickleff in medium attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri, adiciensque crebro inter praedicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quae Vuickleff anima profecta esset, quem virum fuisse bonum, sanctum, caeloque dignum non dubitaret. Sequebantur Iohannem clerici ferè omnes aere alieno grauati, sceleribus ac seditionibus insignes: his & nonnulli doctrina celebres iuncti erant, qui cum in Ecclesia consequi dignitatem non potuissent, iniquo animo ferebant sacerdotia maiorum censuum his committi, qui quauis nobilitate praerent, scientia tamen viderentur inferiores. Excrauit eos inuidia, proruperunt in blasphemias. & cum aliquibus ignaris fortasse ac vitiosis maledicere possent, in omnes latrare sacerdotes coepere: ab Ecclesia catholica recedentes, impiam Vualdensium sectam amplexi sunt. Huius pestiferae & iam pridem damnatae factionis dogmata sunt, Romanum praesulem reliquis episcopis parem esse, inter sacerdotes nullum discrimen, presbyterum non dignitatem, sed vitae meritum efficere potiorè: animas corporibus excedentes, aut in aeternas euestigio poenas mergi, aut perpetua consequi gaudia: purgatorium non inueniri, vanum esse orare pro mortuis, & avaritiae sacerdotalis inuentum: Dei & sanctorum imagines delendas, aquarum palmarumque benedictiones irridendas, mendicantium religiones malos demones inuenisse, sacerdotum pauperes esse debere, sola contentos elemosyna, liberam cuique praedicationem verbi Dei patere: nullum capitale peccatum, quantumuis maioris mali vitandi gratia, tolerandum: qui mortalis culpa reus sit, eum neque seculari, neque ecclesiastica dignitate potiri, neque parendum ei: confirmationem & extremam unctionem, inter ecclesiae sacramenta minimè teneri, auricularem confessionem nugacem esse, sufficere sua quaeque Deo in cubili suo confiteri peccata: baptisma fluuiialis vnae, nulla interiecta sacri olei mixtura, recipiendum: coemeteriorum inanem vsu, quaestus causa reuertum: quacunquè tegantur tellure humana corpora, nil distare: templum Dei late patens, ipsum mundum esse: coartare maiestatem eius, qui ecclesias, monasteria, oratoriaque construunt: sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasa huiusmodi nil habere momenti: sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore sacrum Christi corpus conficere posse, petentibus ministrare: sufficere, si verba sacramentalia tantum dicat: suffragia sanctorum in caelis cum Christo regnantium impetrari, in canonicis horis cantandis dicendisque frustra tempus teri: nulla die ab opere cessandum, nisi quae Dominica nunc appellatur: celebritates sanctorum reiiciendas, ieiunijs quoque ab Ecclesia institutis nihil inesse meriti. Tum episcopus Pragensis, consilio & animo illustris, orienti calamitati obuiam ire cupiens, priusquam amplius debaccharetur, libros Iohannis Wickleff ad se ferri, omnesque doctorum consilio adhibito, publice concremari iussit, supra ducenta volumina plerumque auro tecta. Iohanni Hus praedicatione interdicta, & adiecta minae. Ipse propterea Praga excedens, apud villam vnde natus erat, permittente loci domino, plebem docere non destitit, multa in ecclesiasticos maledicta congerens, vtque populum conciliaret, decimas haud aliter quam elemosynas sacerdotibus debitas adfruit, dominos praediorum ad dandum eas nullo iure cogi posse. Deinde attulit

Hus, Boemi-
ce quid si-
gner.

Lipfen. stu-
dij origo.

Ioh. Hus.

Vualdensiu
errores.

patens.

Eps Pragen.

tulit nouam pestem Petrus * Trecensis, qui patria pulsus, velut hæreticorum asylum Pragam repetijt. apud ecclesiam S. Michaelis prædicabat Iacobellus quidam Misnensis. hunc Petrus aggressus, mirari se ait, doctum virum errorem illum non animaduertisse communionis eucharistiæ sub vna specie, cum apud Iohan. Euæg. sub dupl. ci specie panis viniq; iubeatur, dicente saluatore: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Commotus est his Iacobellus. cumq; apud S. Dionysium & S. Cyprianum cõmunionem calicis laudari inuenisset, post prohibitionem etiam in templo S. Martini publicè * cõmouere populum cœpit, ne deinceps communionem calicis, sine qua saluari nemo posset, negligenter. huic omnes hæretici consenserunt, gaudentes quòd articulum inuenissent in euangelica lege fundatum, per quem Romanæ sedis vel ignorantia, vel nequitia argui posset. Odioso quauis animo Vuenceclaus hæc audiret, desidia tamen & inertia impunè debacchari sinebat hæreticos. Pragensis episcopus vbi nullum aduersus tantum malum inuenisset præsidium, ad Sigismundum Vngariæ regem confugit, obsecrans negligentiam fratris emendet. dat fidem Sigismundus. sed cum dies in diem deducitur, archiepiscopus apud Vngariam moritur, & Albius ei sufficitur Boemus, arte medicus, extremæ auaritiæ barathrum. Contigit post hæc vt infestaret Ladislaus rex Apuliæ ecclesiam, aduersus quem Iohannes papa 23. bellum decernens, plenariam peccatorum remissionem indulxit his, qui ad tuendam ecclesiam arma induerent. recitabatur in Ecclesia Pragensi decretum pontificis, quod cum quidam sordida artis homines audiissent, Iohannem papam antichristum esse magna voce clamauerunt, qui crucem contra Christianos decerneret. eos propterea senatus in carcerem rapi iussit, populus verò susceptis armis, dimitti eos petijt. sed placatus oratione senatus, suam quisque domum redijt. de illis clam supplicium sumptum est. at cùm sanguis extra prætorij ianuam defluens, indicium necis fecisset, iterum occurrens populus interemptorum corpora rapuit, & aureo circunvoluta panno, per omnes vrbes Ecclesias delulit, clamantibus eiusdem sectæ sacerdotibus: Isti sunt sancti qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt. huius rei mentionem faciemus infra in temporibus Constantiensis concilij. ANNO Domini 1400. Vuenceclao rege Ro. tanquam inutili, imperio priuato, Rupertus Bauariæ dux ac comes Palatinus Rheni, ab electoribus Imperator electus, Colonia ab archiepiscopo Colonien. corona decoratus fuit, homo sanè Christianissimus, iustitiæ cultor, à Bonifacio Pontif. extitit confirmatus. imperauit annis x. Hic ex vxore Elizabeth filia Burggrauij Norinbergen. multos hæredes genuit. Rupertus & Fridericus ante patrem obierunt, superstites reliquit Ludouicum, Stephanum, Iohannem & Othonem inclytos duces, filias quoque tres: vna duci Austriæ Friderico de Athesi, alia comiti Cleuiæ, quem Sigismundus rex postea ducem fecit, tertia Margareta duci Lotharingiæ matrimonio iuncta fuerunt. genitor autè cum filijs sub obedientia Gregorij pape permansit, concilio Pisano habito. tandè anno Domini 1410. in Dypenheim obiit, & in Haidelberga ad S. Spiritum sepelitur. Tamerlanes per hæc tempora vita excessit, magnus Tartarorum seu Parthorum rex, qui apud Tartaros humili loco natus, cum gregarius miles factus esset, ad eò inter suos excelluit, vt breui multarum gentium fieret dux. Parthorum etiam imperio potitus, haud multò post Scythas, Iberos, Albanos, Persas, Medos, ac alias plurimas gentes & nationes sibi subegit. Inde Mesopotamiam atque Armeniam inuasit, transiitq; Euphrate cum 400. equitum millibus & 600. peditum millibus, omnem Asiam minorem obtinuit, regemq; omnium potentissimum Pazaitem Turcarum dominum, cum pari equitum numero & magnis peditum copijs fines suorum tutantem, apud Armenos prelio superauit, & interfectis aliquot suorum millibus ipsum cepit, & catenis aureis vincitum, currui quo vehabatur, quasi triumphans adiunxit. Refertur in cauea in modum feræ inclusus Pazaita, per omnem Asiam circumductus, egregium & admirandum humanarum rerum spectaculum. prandens, quasi canem sub mensa sua, comedere iussit: ascensurus equum, eo tanquam scabellis vsus est. Post cladem autem Pazaitæ, filij eius qui complures erant, in potestatem Græcorum venire, cum periculū euasuri, in Thraciam trajicere contēderent. * Calapinus autem natus maior, à Græcis emissus, patriam regnum obtinuit. Tamerlanes à Tanai fluuio vsque ad Aegyptum vniuersam Asiam percurrans, Smyrnam, Antiochiam, Sebasten, Tripolim, Damascum, multasq; validas vrbes cepit & incendit. Sultanū etiam Aegyptiorum principem bello superatum, ultra Pelusium repulit. Cumq; Damascum cepisset, &

Rupertus
Imp. 106.

Tamerlanes
Tartarorum
princeps.

& arcis antiquæ expugnatio difficilis esset, constructa eregione altera altiore, illam tandem cepit. Capham quoque vrbes, Genuensium tunc coloniam, expugnauit. hic belli artibus insignis, quæ alijs ardua videbantur, promptius obire tentabat. Et in obsidionibus vrbum primo die albo vtebatur tentorio, secunda rubro, tertia nigro. & si se dabant in albo sedenti, salutem consequebantur: rubeus autè color mortem indicabat: niger verò, ciuitatis excidium & omnia in cinerem conuertenda. Et inter alia ferunt quandam populosam ciuitatem, quæ prima die cùm deditionem neglexisset, pueros puellasq; in candida veste ramos oliuæ derulisse obuiam, vt iram eius lenirent, qui pueros statim iussit equis conculcari, deinde vrbes captam incendio deleri. Interrogatur ob hoc aliquando ab homine Genuensi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate vteretur. Cui turbata facie respondit: Tu me hominè arbitraris, sed falleris. ira etenim Dei sum ego & orbis vastitas. Quibus ille terrefactus, maximè quia dixit, Caueto ne posthac mihi occurras, statim abiit. Ferebant qui Tamerlanem viderunt, ipsum cum Annibale Poeno comparandum. nam delentis multis regionibus atque vastatis, onustum & diratum exercitū in patriam reduxit, & Marchantem vrbes condidit, quam varij generis captiuus repleuit, & hostium spolijs exornauit, in qua se sepeliri fecit. regnum autem suum duobus filijs reliquit, qui discordia laborantes, effecerunt, ne Parthorum regnum rursus emergeret. Sunt qui Rupertum regem Ro. cum exercitu in Italiam ad integrandam imperialem dignitatem venisse scribant, sed iter suum non peregrisse. quod ita contigit: Florentini Galeatium Mediolani ducem, à ditione sua auertere molientes, magnitudine potentia eius ac multitudine copiarum deterriti, auxiliatorem sibi Rupertum nuper in imperatorem electum, vocare statuerunt, sperantes per illius aduentum in Italiã, Mediolanen. ducis potentiam vel omnem vel maximam perituram. nam & odia inter regem ac ducem erant acerba, & veneno se à Galeatio duce, medico subornato, petitum Rupertus publicè regibus ac ciuitatibus significauerat. Credo, timebat Galeatius dux, ne fortè rex Rupertus ratum habere non vellet, quòd Vuenceclaus cum de ducatu inuestiuerat. In hac spe constituti Florentini magna pecuniarum largitione aduentum imperatoris in Italiã pacificuntur. ducenta enim florenorū millia polliciti sunt. huius summæ partem, priusquam domo proficisceretur, dare illi cõuenerant, reliquam verò partem cùm in Italiam venisset, ac hostiliter solum Galeatij introisset. Iam per Italiam fama vulgauerat, magnos exercitus circa Rhenum parari nouo cum imperatore in Italiam transuros, erectique cunctorum animi in expectationem erāt. Nec minor apud Mediolan. cura, equites parare & pecunias congerere, ciuitatesq; munire. Verum Rupertus aduentus, vt plerunque euenire solet, tardior fuit quàm crederetur. per extremū enim autumnū Tridentū venit, & quo celerius pecunia solueda conditionem impleret, Brixiensem agrū cum exercitu ingressus est, quæ vrbs à Galeatio tenebatur. Sunt autem finitimæ vrbes Tridentum & Brixia, maximè circa Benacum lacū territoria cõmiscens. In his locis cùm esset imperator, duces Galeatij cum ingentibus copijs aduersus illum conuenerunt. Habebat Galeatius optimum equitatum ex Italicis confectum. Postquam contra Germanos equites cõstitit, ac leuia prælia iniri cœpra sunt, Germani frenis leuibus vsi, quæ ad cursum aptiora, ad flectendū in gyrum equos sunt inutilia: frena Italicorum talia, vt laceffere hostes, & redire ad suos, & ex medio cursu descedi facile possint: præterea Italicis armati & protecti, Germani non ita benè armati: ob hæc Germani citò sprete ab Italicis. tandem verò maiori vi concurrentes, Germani multis suorum amissis, cedere demum & retro signa referre coguntur. Ita prostratis suorum animis ac metu deiectis, Tridentū imperator suos reduxit. Et quoniã res malè succedere videbatur, Colonien. p̄sul & Lupoldus dux Austriæ ab imperatore abeuntes, cum maxima copiarū parte domū reuersi sunt. Imperator ipse Tridenti relictus, pudore tenebatur. nã redire dedecus, remanere verò vanū existimabat. Inter hæc Franciscus Carrarien. & alij quidã proceres spem adhuc magnarum rerum superesse ei ostendentes, Tridento relicto, ipse profectus Taruisiū, deinde Parauitū accessit, vbi erat noua Florentinorum legatio. Et cùm de reparandis rebus tractaretur, imperator inquit, neq; sibi, neq; Florentinis tâtas esse vires, vt sufficere aduersario possint. quare pontificè Ro. & Venetos in societate belli attrahendos necessarium putabat, pecunias etiam maximas à Florentinis postulabat. Legati Florentinorum redeunt Florentiam ac referunt, debilitantur ex eo Florentinorum mentes. nam facere quod postulabat imperator, impossibile quasi videbatur: at si imperator abiret, mani-

Insignis est
delitas.

Rupertus
Italiam in-
gressus.

Equitatus
Germanicus.
Equitatus
Italicus.

Quæ gesse
ric in Italia
Rupertus.

Philippus
Maria.

Sigismundus
à princ. Hū-
ga. captus.

Ladislaus
rex Apulie
vocatus in
Hungariā.

festum periculum imminerebat. De re igitur discussione habita, decreuerunt omnia pro imperatore in Italia retinendo. Itaque per legatos magna auxilia Italici equitatus, & magnam insuper pecuniam polliciti, ut per hyemem quacunque posset bellum inferret, promitteretque nec concordiam ullam cum hoste facere, nec inducias, nisi prius requisito & consentiente Florentino populo: curaturos se interea, ut pontifex ac Veneti iungerentur. Hęc imperatori cum nunciarent legati, tractatus varios apud illum habuere. nam se his obligare non satis honestum videbatur, & erant alioqui difficilia factu. Oriebantur ad hæc quædam controuerfiæ pro pecunijs in aduentu suo promissis, & pro parte non datis, ad summam nonaginta millium florenorum, quam ante omnia deberent: postea verò de nouis conuentionibus agendum fore. Florentini promissas pecunias sub conditione dicebant: quæ conditio cum ab imperatore completa non sit, neque pecunias deberi, dimidiam partem pecuniæ promissam, reliquam verò esse solutam: solui debere, cum in terram hostilem Galeatij cum exercitu introierit: id non esse impletum, cum nec venisse dicitur qui non stetit, neque cum potenti exercitu venit, nec etiam Florentinus populus tantam pecuniam promissit, ut tacto protinus hostili solo, recederet. Actum hoc est Venetijs, vnde Imperator abiit, postea tamen reuocatus spe concordie, deinde Patauium redijt, & quod reliquum erat hyemis, in ea vrbe consumpsit: ac modò expectationem dedit, quasi Romam periturus, modò ademit. Tandem verò cum neque pontifex Ro. neque Veneti in auxilium eius palam descenderent, differre factum in aliud tempus constituit: atque ita mense Aprili Patauium mouens, in Germaniā redijt. Vicecomes dux Mediolani, redeunte in Germaniam imperatore, copias Alberico ad opprimendū Ioh. Bentiuolū misit, qui Bononiam urbē in suam redegit potestatem, ubi in conspectu postea Bentiuolus obruncatus est. quo defuncto, Albericus nullo resistente, Bononia potitus est. qua vrbe subiecta, dux Galeatus iam sibi Florentiæ despondit imperium, arrepturus Italię regnum. at diuina prouidentia defecit. Nam tertia die Septembris, anno Domini 1402. ex febris pestilentiali subtractus est. Ex testamento ei successit prior filius Iohannes Maria in ducatu Mediolanen. insuper in dominio Bononiæ, Senarū, Perusij, Assisijque. secundo filio, scilicet Philippo Mariæ, Papiæ, Veronæ, Vincentiæ, relicta: quæ distributio prudentibus visa est insipienter facta. non enim sibi promittere debuit, ut per vim obtemperantibus suis stabilita manerent, & ut de alijs taceatur, nunquam ea quæ iuris Ecclesiastici erant, firmare poterat. Ducissa Mediolani, Galeatij relicta, tyrannidem exercens in ciues, pauco post tēpore veneno est extincta, nec longè superfuit Iohannes Maria ferox adolescens & assuetus tyranni, sub matris imperio domestica factione cæsus. Successit huic frater Philippus Maria, qui cum & dominatum Mediolani non sine labore arripuisset, diffuculter annos aliquot tenuit. Sigismundum his temporibus regem Hungariæ, mortua iam Maria vxore, repudiauere regni proceres, quorū antè vel parentes vel agnatos propinquosve occidi mandauerat. Et conspiratione facta anno 1401. regem capiunt, ac duobus adolecētibz cognomento Garijs, quorum pater ab eo neci traditus fuit, custodiendum permittūt, donec omni conspiratorū iudicio in eum animaduertetur. Quos adolecētes Sigismundus sæpe ut se dimitterent, multis pollicitis frustra tentauit. Quodam verò die, vidua matre eorum vocata: Scio, inquit Sigismundus, viri tui mortem tibi acerbissimam fuisse, teq; mihi tanquam authori eius infensam. Verum ego per superos iuro, inuitus feci. regina enim eum atque alios accusauit, cōuenerunt regni proceres, atq; in reos sententiam mortis tulere. ignarus ego factionum vestrarum, nouus ad regnū veneram. quod regulatorū maior pars decreuit, id executus sum. esto tamen, virū tuum sciens volensque neci dederim, cruciandū me obijcies me iracundis? & quis, obsecro, fructus? non defunt mihi consanguinei & amici, qui meum sanguinem vlciscantur. nec, crede mihi, apud futurum regem acceptus est, qui manus suas regio sanguine cruentauit. quod si me missum feceris, ex filiabus Hermanni comitis Ciliæ necessarij tui vxorē ducam, filios tuos in primis charos habebō, efficiamque ut omnis posteritas tua hoc factū sibi fructuosum sentiat. hoc ego cū liberis tuis egi, sed nō capit ætas quātum necesse est. te quæ plūs sapias, & illis & tibi cōsulere oportet. Persuasā mulier, regē dimisit, qui mox Barbarā Ciliæ comitis filiā in matrimonium suscepit. promissoq; satisfaciēs, Garios iuuenes super omnes regulos exaltauit. Interea Ladislaus Apulie rex, priusq; regni Neapolitani fundamēta cōfirmasset, à maiore parte procerū Hūgaricæ in regē extitit vocatus, cupidus regnādi, magnis cōtractis copijs, Ladislaus in Sclauoniam

noniam profectus, ibi à multis episcopis ac regni proceribus coronatus est in regem. Interea verò Sigismundus liberatus, amicos sibi fecit nouos, qui etiam alios qui uocauerunt Ladislaus in regem, ad idem induxerunt, ut mutato proposito, Sigismundo adhererent. eam ob rem Ladislaus cernens se deceptum, quam possidebat ciuitatem in Sclauonia, Venetis centum millibus florenorum vendidit, ac possessionē vrbs dedit contra voluntatem ciuium, quorum multi eam deseruerunt, alias sedes quæretes, & ipse Neapolim est reuersus. ANNO Domini 1404. Bonifacius moritur, quo subtracto, populus Ro. ad arma concurrat, per ciuitatem seditiones ac homicidia perpetrans. Cardinales autem intrantes conclauē, elegerunt Cosmam de Sulmone cardinalem Bononien. & vocatus est Innocentius 7. sedit ferè annis duobus. ante electionem iurauerunt cardinales, quòd quicumque eligeretur, operam daret ad schisma tollendum possibilem. Venit ad urbem Ladislaus rex gratulandi, ut dixerat, nouo pontifici causa, licet aliud prætenderet. disseminare enim cœpit inter pontificem ac ciues clam discordiam, vtrique fauorolum se simulans, ita ut mediatorem se inter pontificem ac Romanos faceret. tandem eosdem ad concordiam reducens hoc modo, ut gubernatio vrbs in temporalibus penes populum resideret: pars autem quæ antiquitus dicebatur Leonina, scilicet circa S. Petrum, pontifici remaneret cum castro S. Angeli: senator verò vrbs, de pontificis voluntate ac cōsensu populi assumeretur. Eodem tempore oratores regis Franciæ Genuam venerunt, & tantum operati sunt, ut communitas ipsa Genuen. cum archiepiscopo suo, & cum cardinali de Flisco qui ibi erat, pro Ro. pont. omnes subtraherēt se ab obedientia Innocentij, & adhererent Benedicto vti vero pontifici, quod ad leuitatem eis imputatum est. Idem fecerunt oratores apud Pisanos. vnde diuulgatum est per totum territorium, obedientiam ablatam esse ab Innocentio, & Benedicto tributam. Benedictus intelligens Genuam ad deuotionem suam conuersam esse, illuc profectus est cum curia sua ampliandæ iurisdictionis suæ causa, qui honorificè à Genuen. susceptus atque veneratus est. Sed & papa Innocentius, ut magis firmaret statum suum, Romæ xj. creauit cardinales, penè Italianos omnes. ANNO Domini 1405. in vrbe Roma tantæ inter pontificem populūque excitatæ sunt turbæ, ut pontifex vrbe coactus fuerit secedere. Cū autē moraretur pontifex Viterbij, Romani poenitentia ducti, urbem pontifici reddiderunt, ac multis legationibus missis, pontificem reuocarunt. Non antè tamen, quàm Paulus Vrsinus pontificis mādatorum cum turmarū præfectis in pratis Neronianis Ioh. Columnnam factionis ciuilibz auctorem, & reliquam Ladislai militiam fudisset. hanc ob rem Romani multis incommodis circumuenti, cū & homines eorum & pecora abigerentur, sedata etiam ira iam antè concepta, * pontificē precibus impetrant, ut ad urbem rediret præmissa recōciliatione. Verona vetustissima ciuitas hoc anno 6. Kalen. Iulij à Carrariensibus occupata, in manus Venetorum deuenit. Ille enim Franciscus Carrariensis, qui in Bauariam Galeatium Vicecomitem fugerat, sollicitantibus Florentinis & fauentibus Venetis, mutata veste Patauium veniens, urbem & arcem tandem quoque obtinuit. Sublato autem è medio Galeatio Vicecomite, in magnam spem erectus, Guilielmum Scaligerum cum filijs suis Veronam reduxit, eisq; urbem subiecit: quibus confirmatis, paulò post Guilielmum veneno extinxit, filios in carcerem coniecit, Verona potitus est. relicto Veronæ Iacobo fratre, in Vincentinos exercitum duxit. Cui statim Veneti, ne Vincentinos vectigales sibi & subditos suos bello attingat, alioqui senatum Venetum haberet inimicum. sed Franciscus probris & iniurijs inuectus, in vicinos durius crudescere cœpit, mirari respondit se impotentiam Venetorum, qui cum nullum ius in continenti habeant, leges tamen merito imperantibus velint præscribere: irent, & æstuarijs se ac paludibus continerent. Indignati Veneti, legatos suos qui in via erant, admonent ut foedus & societatem cum Francisco Gonzaga in eant, eumque primum copiarum suarum ducem deligant, addita pecuniarū summa, quæ ei stipēdij nomine quorānis daretur. Tum verò Gonzaga isto foedere maturandū ratus, conscripto magno militum numero, Veronenses ad eam partem adoritur, qua ad Mantuanos vergunt. Idem faciunt Veneti, ex Vincentinis eò mouentes. quo impetu Veronenses perterriti, cū nulla spes auxilij subesset, deditionem fecere. Oderant etiam Veronæ ciues Carrariensem, qui Guilielmum Scalam veneno necasset, eiusq; filios in carcerē coniecisset. Dum urbem verò instructæ acies ingrediuntur, ne qua fraus ab hostibus subesset, Iacobus Carrariensis præsidio relicto, Hostiliam protugit. sed cū Padū trajicit, captus Venetiam mittitur. Munita autem

Innocentius
7. papa.

* à pontifice
Status qua-
rūdā Ital-
icæ ciuitatū.

Veronam
Veneti ac-
cipiunt.

tem

rem arduissimo praesidio vrbe, inde cum copijs Veneti Parauim mouentes, vrbe eam praetis muris & profunda fossa munitam, defensionemque firmo praesidio, obsident, & tandem ob victus penuriam in deditioem accipiunt. Nec multo post tempore Franciscus Carrariensis a senatu Veneto strangulatus est. filij qua morte perierint, incertum est. & sic anno 1406. Veneti etiam Parauim obtinuerunt, & duae illusterrimae familiae, Scaligerorum scilicet & Carrariensis, propter domestica diffidia vno quasi tempore finem acceperunt, & in Venetorum manus peruenerunt. Quibus obrentis, Venetorum nomen supra modum excreuit. Pisa item potentissima ciuitas Hetruria, Florentini populi aemula, per ea tempora durissima obsidione domita, in potestatem Florentinorum peruenit, & nunc supra septuaginta annos iugum ipsorum humiliter pertulit. Galeatius enim Vicecomes Mediolani quondam dux, eandem urbem a Gerardo Apiano multo precio emerat. hic moriens, ipsam Gabrieli ex pellice filio in testamento reliquerat, qui cum illam aliquandiu possessam se tueri diffideret, grandi pecunia vendidit Florentinis. Pisani hoc videntes, cum Florentinos exosos haberent, in furorem versi, impetu facto Florentinos vrbe eiecerunt, & in libertate, ipsam deduxerunt. Florentini autem ignominiam non ferentes, magno congregato exercitu, bellum confestim Pisanis intulerunt implacabile: & comeatibus interclusis, urbem acerrime obsederunt, quae post aliquot menses fame crudelissima laborans, proditore Iohanne Gambacurta, iugum accepit. Innocentius, vt dictum est, Romam reuersus, plures cardinales delegit. Ludouicum vero nepotem suum, agri Piceni marchionem creat, principemque constituit. Ipse dein Romae moritur, sepeliturque in basilica S. Petri anno 1406. mense Nouemb. Post honorabiles exequias cardinales conuenientes, se omnes obligauerunt sub grauissimis iuramentis & solennibus, quod quicumque esset electus, laboraret ad tollendum schisma, & vnionem Ecclesiae procurandam. Ingressi conclauem, elegerunt patriarcham Aquilegiensem natione Venetum, qui vocatus est Gregorius xij. vir a pueritia magna sanctitatis & sapientiae. hic electus, denuo iurauit omnia facere sibi possibilia ad vnionem Ecclesiae dandam, de quo principes quique plurimum exhilarati sunt. Gregorius statim aduersario Benedicto scripsit, benignè illum ad pacem inuitans, & ad abdicationem mutuam. Benedictus vero eisdem fere syllabis rescripsit, eademque inuitatio fuit. Tractatur de loco vbi conueniant. placet ciuitas Saona, quasi in medio constituta, & vt sequi videatur effectus, anno sequenti incipiunt appropinquare. Nam Gregorius non tam comitiorum causa, quae erant dicta tollendo schismati, quam vrbicis factionibus compulsus, vrbe recessit. Adspirans enim ad dominatum, Ladislai regis auxilio, Columnen. Iohannes, saepe Romam commouerat. Itaque Gregorius Senas profectus, hinc Lycam adijt, Benedictus vero Genuam. Interea patefacta sunt Gregorio insidia sibi paratae Saonae a Benedicto, quod & ciuitas illa pro Gallico esset munita. Quare Gregorius accipiens Benedictum non verè vnionem quaerere, mutauit propositum: miserunt nihilominus nuncios alter ad alterum, tractantes de alio loco, sed conuenire non potuerunt. Benedictus vt magis simularet intentionem suam, adhuc ad Gregorium magis appropinquauit, ad portum Veneris veniens. Gregorius autè Lucae permansit plures menses, ibique creauit quatuor cardinales. Oratores principum plurimum suaserunt Gregorio, vt iret Saonam, & praecipue regis Franciae, qui merito suspecti habebantur. alij contrarium suaserunt, vt Ladislaus rex Apuliae & alij amici. Et cum post multa de loco conuenire non possent, creauit Gregorius alios plures cardinales, quod etiam conturbauit suos cardinales antiquos. Platina scribit, Galliae plures principes admonuisse Benedictum, vt sicut iurauerat, vnionem quaereret: quorum colloquia & consultationes Benedictus veritus, Auinioni existens, aedes pontificias armis & comeatu munit, in quibus aliquot menses obsessus, tandem paratis ad fugam trementibus, per Rhodanum in Cathalaniam vnde oriundus erat, nauigauit. Sunt qui scribunt principes Gallicos id molitos, instantibus cardinalibus qui oderant eum, quod alterius nationis esset, & non Gallicae. vt cunque sit, Genuam venit, vt est dictum. Dum vtriusque pontificis tam ambigua sunt coepta, cardinales taciti conueniunt, generali concilio patrum locum aliquem dicendum esse, vbi qui pontifex auctoritatem ecclesiasticam vnus debeat tueri, aequis votis constet. Et inter illos haec res acta est tantisper, dum Romae absente Gregorio, non minor calamitas accidit. Nam anno 1408. rex Apulus Ladislaus, vexata Romana ditione urbem cepit, occupatis etiam alijs Ecclesiae ciuitatibus. Cardinales vero Gregorius & Benedicti (vt est praedictum) conuenientes

Gregorius
xij. papa
Italicus.

Vrbs Roma
capta.

tes & conferentes, decreuerunt ciuitatem Pisanam, vt locum aptiorem pro concilio generali celebrando, cui rei Florentini consenserunt. vnde per nuncios & literas vocauerunt ad concilium celebrandum Pisis omnes episcopos, praelatos, & principes & communitates, exhortantes ad mittendum oratores suos, ac vt subtraherent obedientiam pontificibus illis, quos etiam citauerunt ad veniendum illuc. Quibus peractis, paulatim coeperunt principes & communitates obedientiam illis auferre de territorijs suis, remanant autem in obedientia & reuerentia Gregorij rex Ladislaus, ac etiam quaedam ciuitates Italiae. Benedictus autem penè a cunctis derelictus, nisi forte a rege Aragonum. Gregorius ex Luca Senas, deinde ad urbem reuersus est, execrās, & pileo & omni dignitate & beneficijs priuans omnes cardinales, qui contra eum conspirauerant, dicens haereticos & schismaticos, ac etiam per orbem significans rebus & principibus de coniuratione corum indebita, & quod eis non crederent. quia verò vrbs erat in magnis seditionibus & rixis, Gregorius cum curia sua de beneplacito regis Ladislai profectus est Caietam, vbi aliquandiu moram traxit. Congregatione igitur facta pro concilio Pisis tempore statuto de diuersis nationibus, & relatione omnibus facta de scandalo quod inferebant duo pontifices, colludentes ad inuicem, & nolentes vnionem Ecclesiae quaerere, prout promiserant, decretum est, vt oratores mitterentur ad vtrumque: quod factum est, quorum operam Benedictus derisit, dicens, controuersiam fore de iure papatus inter se & Gregorium, & nihil ad eos spectare de re ipsa. Gregorius vero respondit, non ad eos pertinere congregationem concilij, sed ad ipsum vt pontificem Ro. quod & celebrare volebat non Pisis, sed in alio loco, videlicet in Foro Iulij circa Aquilegiam, ipsosque cardinales eum sequi debere. Vnde Gregorius cum paucis quos habuit, ex nuperrime creatis cardinalibus, ad Forum Iulij publicatione praemissa accessit, ibique expleuerunt quae visa sunt eis expedienda. ex quo loco Gregorio redeunte Ariminum, insidia factae sunt ad capiendum eum, sed auisatus, habitu reformato cum alijs processit vt priuatus, aliusque secutus in apparatu Papali, captus: sed cognitus, non sine iniurijs est dimissus. in tot autem aduersis sic fixus erat in his quae sibi conscientia dictabat, vt nullus eum posset a suo proposito reuocare. ANNO igitur 1409. Pisis inceperunt processum facere, & post legitimis modo suo citationes non coparentes, sed contumaces, contra ambos pontifices sententiam depositionis & priuationis protulerunt, Gregorium & Benedictum vt haereticos & schismaticos, prohibentes Christicolis cunctis, ne quae eorum papam nominarent, aut ei tanquam Ro. pontifici obedirent. His peractis, ad electionem alterius processerunt. Vnde more solito intrantes conclauem cardinales, elegerunt praesulem summum Petrum Cretensem, cardinalem Mediolan. Ordinis Minorum, hunc nominabant Alexandrum, qui annum circiter vnum sedit. Hic Alexander adeo munificus erat in pauperes, vt nil sibi reliquerit. vnde per iocum dicere solebat, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, mendicum pontificem esse. Quo tempore cum audisset Ludouicus dux Andegaviae, filius Ludouici prioris, dissensiones quas Ladislaus habuerat cum Florentinis, & quomodo se immiscuerat rebus Ecclesiae ac vrbs dominio, misit oratores ad Florentinos, petens colligationem facere cum eis: fuitque foedus initum inter Florentinos, Senenses, & legatum Bonon. & Ludouicum ducem: quo facto, idem dux Pisas, vbi concilium habebatur, accessit, Alexandrum papam adorauit. Ab ipso igitur Alexandro Ludouicus Andegauensis postulauit sibi concedi regnum Siciliae, qui cum cardinalibus habito tractatu, postulata concessit, cum svacaret dictum regnum, & ad Ecclesiam deuolutum esset: & quia alias per Benedictum fuerat de dicto regno Auinione coronatus, non est eis visum congruum illud reiterare. Et decretum est vt Ludouicus ac Malatesta & legatus cum copijs proficiscerentur versus Romam contra Ladislaum qui eam vsurpauerat. Fecit Andegauus praecipua legatorum opera, vt ex Romanis optimos sibi potentissimosque conciliaret, qui a Ladislao deficientes, vrbs Romae dominum accepturo Andegauo sunt coniuncti, estque is conatus quamprimum, vt Romanos in Alexandri pontificis fidem acciperet. Alexander inter haec iuit Bononiam, quod Ro. oratores miserunt & ad Florentinos, vt adiuuarent apud pontificem quod Romam applicaret. & quanuis id quoque pluribus cardinalibus placuisset, persuasione tamen legati Bonon. Balthazaris decreuit tunc non ire, sed misit cardinalem, dicens se postmodum breui venturum. Gregorius tum erat Caieta. sed quia in collatione beneficiorum & episcopatu Gregorius, vt iustus, nolbat regi Ladislao obedire frequenter iniusta petenti, demum excedens regno, per mare transi-

Agitur de
Pisano Con-
cilio.

Alexander
papa.

Lud. Ande-
gavus contra
Ladislaum.

Roma pro
Alexandro
recepta.

transiit cum curia sua ad Ariminum, vbi à Carolo domino Ariminenſi cum omni honore & gaudio receptus, qui solus perſeueravit cum ſuis in obedientia eius. Super deſiſtione verò pontificum in Piſano concilio prætenſa, diutius eſt diſputatum, & præſertim per Laurentiũ de Rudolphis vtriuſque iuris doctorem, cathedrã tenentem Florentiã: Vtrum præſuppoſito pro conſtanti, quòd ambo pontifices ſcandalizarent Eccleſiam ex violatione manifeſta iuramentorum & voti ſcandali vnionis Eccleſiã, cum non darent ad hoc operam, ſed ſimularent colludentes ad inuicem, ſitq; peſſimum ſchiſma valde Eccleſiã nociuum, poſſint ne cardinales conuocare concilium, & citato vtroque ad veniendum concilium, non comparẽres, ſed in contumacia perſiſtentes, an poſſint deponi, & an ad alterius electionem procedi poſſit. Vbi poſt longam diſputationem in præſentia plurimorum theologiã atque vtriuſque iuris doctorum, nemine contradicente, ſed omnibus annuentibus, determinatum fuit, id licitè & canonicè fieri poſſe. ſed probandum erat, præſuppoſitum eſſe verum. nam ſi verũ credi aut iudicari poſſet ex parte Benedicte, viri callidi & ambitioſi, quod poſtmodum declarauit euentus, quia ſemper contumax permanſit, tamen de Gregorio non idem apparuit, licet vulgus ex diuulgatione cardinalium & aliquorum hoc ſentiret, ſ. quòd colluderet vel diſſimularet. quinimmo contrarium oſtenſum eſt: nam concilium Conſtantiã celebrandum ipſe approbavit, ſuos cardinales miſit: & quia decrepitus erat, ire non valens, procuratorem miſit Carolum Malateſtam ad renunciandum: nec tranſgreſſor iuramenti vel voti iudicari debuit, ſi non debito modo agere potuit quod promiſit, alio ei inſidiante, vt nondum clarificatus de iure ſuo, id ſibi ſoli uſurparet. Super hac concluſione fundatur conciliũ Conſtantiẽ. Alexander papa in fine anni primi ſui pontificatus grauiter ægrotare cœpit, & cum ſentiret mortem ſibi imminere, cardinales ad ſe vocat, teſtatusque eſt per eam mortem, quam ante oculos ſe continuo cernere dicebat, nec reformidare, conſcientia benè actã vitæ motus, ſe exiſtimare & credere, quã in cõcilio Piſano decreta fuiſſent, rectè atq; integrè facta eſſe omnia ſine dolo malo fraudẽ. Cum hæc dixiſſet, lachrymanibus omnibus qui aderant, illud ſaluatoris verbum ægrè proferens, Pacem meã do vobis, pacem meam relinquo vobis, ſtatim moritur Bononiã, ſepeliturque in Eccleſia fratrum Minorũ. Circa annũ 1397. Abba cellẽſes deſectionis ſuã materiam quaſi fieri. iſti Abba cellenſes fuerunt homines ipſius monaſterij, ſed (vt prædictũ eſt) ab eo deſecerunt, recuſaueruntque abbati & monaſterio ſolita & cõſueta præſtare ſeruitia: ſed nec ſturam, cenſus aut redditus debitos ſoluere curabant, præſtendentes ſe prægrauatos & indebitè tractatos. Vnde abbas vt rebellionem eorũ domaret, ligã fecit cum * ſeptem ciuitatibus imperialibus circa lacum, Cõſtantiã ſ. *Wberlingen*, *Éndou*, *Nauenspurg*, *Wangen*, & ad *S. Gallũ*. Cum hiſ abbas ducens aduerſus hos ruſticos, qui conſugientes ad montana, & lapidibus vſi, de monte celeri curſu descendentes, in fugam verterunt exercitum abbatis & ciuitatum dictarum, interfeceruntq; 250. ex eis. Hac victoria potiti, ligam fecerunt cum Suitenſibus & Glariſis, inuaſeruntq; vicinos nobiles, quorum ſubditos induxerunt ad rebellionem, ita quòd pari modo ſeruitia, cenſus aut redditus debitos præſtare recuſauerunt, nec finem fecerunt. Vnde coacti nobiles, inuocabant ducem Auſtriã, vt eis ſuccurreret, attentò quòd pro maiori parte ſui eſſent miniſteriales. Erat rebellio hæc ſatis moleſta principi, & libenter abſtinuiſſet, ſciens quã antea paſſus fuerat à ſuis proprijs hominibus, adhæſeruntq; multi Abba cellenſibus. Tandem tamen victus prece nobilium & ciuitatum prædictarum, anno 1415. in vigilia corporis Chriſti duxit exercitum iuſtum cõtra oppidũ *S. Galli*, quod fouet partes Abba cellẽſium, & dum vaſtare cœpiſſet agrum, ac ſine ordine hinc inde palarentur Auſtrij milites, excurrentes Abba cellenſes occiderunt aliquot notabiles viros ex eis, comitem Hermannum de *Tierſtain*, de *Landenberg* militem, Hermannum de *Klingenberg* militem, Hermannum de *Haltſyl*, & nonnullos alios. Cum hiſ ruſticis conſederabat ſe Rudolphus comes de *Werdenberg*, qui ſine armis & equo pedes ſequeretur ruſticos. Nam dux Auſtriã Fridericus eundem paulò antè fugarat è patria. Ordinavit autem idem dux mille ducentos viros ex ſuis nobilibus & ciuitatibus ligã, qui Abbatiscellam expugnare debebant. hi cum venirent ad cluſam, eam aperunt, & ingrediuntur. hoc videntes Abba cellen. qui fuerunt vix quadringenti numero, de præcipiti monte curſim descendunt aduerſus aſcendentes, & eos lapidibus miſiſ laceſſunt, ex eiſque in fuga occiſi ſunt trecenti & quinquaginta ad minus. In iſtis diebus habebant conſederati ligã iuratam cum duce Auſtriã, & nihilominus aſſiſtentiam

Artẽde, cõ
cilio Piſano
quale robur

Ioh 14.

Abba cellẽ
ſum rebel-
lio.

ſtentiam fecerunt Abba cellenſibus, gloſſantes quòd ſingulares aliqui ad iſtos declinarent non iuſſu aut permiſſu ligã. Sed excuſare ſe non poterant, quia terras & alia de domo Auſtriã ab ipſis Abba cellenſibus recipiebant. Circa hæc tempora duxerunt Abba cellenſes in Marcã, quã erat ducis Auſtriã, & eam oppreſſam dono dabant Suitenſibus, à quo tẽpore tota Marca deſecit ab Auſtriã domo, cum antea per multa tempora Suitenſibus reſiſſent. ANNO igitur 1406. prædicti Abba cellenſes multas iniurias Auſtriã intulerunt principibus. Eodẽ anno Abba cellẽſes xxxv. caſtrametati ſunt contra duces Auſtriã, regnabantq; in magna ſuperbia, præſtendentes omnium ſupplantare dominia. Placuit hoc vicinis ruſticis, ex quibus multi deficientes à ſuis dominis, illis adhæſerunt. Tunc tota vallis Rheni cum Abba cellenſibus coniurabant. Videntes hoc nobiles nonnulli, ſe ciues fecerunt Duregi, relicto duce Auſtriã, quem tamen precibus antea induxerant, vt belligerare contra prædictos ruſticos cœperat. Et quanuis ipſe dux contemplatione nobilitatis tutandã onus belli agnouerat, ipſi tamen nobiles hoc non attentò, ſtipendia ab eodẽ duce ad opus prædictum exigebant, prout hoc in longum deſcribit materna lingua Eberardus Miller miles & Sculterus Thuricen. In illis diebus oppidani de *Wintertſhũr*, ciues facti ſunt in Durego. Fertur tamen id falſò peractum. nam Hermannus comes de *Sulſ*, provinciã Auſtriã aduocatus, propterea Scultetum in *Wintertſhũr* ſubmerſit in flumine.

Circa annum Domini 1406. obſederunt Abba cellenſes Brigantiam, præſtendẽtes, vt ferebatur, quòd expugnatis Brigantinis, non vellent quieſcere donec omnem extirparent per totam Sueuiam nobilitatem. nam ciuitates imperiales illis (vt prædictus Eberardus ſcribit) plurimum fauebant. Erat tum in caſtro Brigantino Guilielmus eiſdem loci comes. Vnde conuenerunt episcopus Conſtantiẽ. comes Rudolphus de Monteforti, & militia de vicinia, cum ſatis iuſto exercitu, ducebantque contra obſidentes pro liberatione obſeſſorũ. facta pugna, in fugam vertuntur ruſtici, dimiſſis tormentis, machinis & impedimentis ſuis. Deinde anno 1408. in die *S. Hilarij* cum eſſet frigus intenſum, obſident Abba cellenſes rursus Brigantiã, quos tamen inde fugarunt auxiliatores comitis Guilielmi, occiſis ferè omnibus, de quo latius ſequitur.

ANNO 1408. Abba cellenſes cum multa caſtra nobilium deſtruxiſſent, obſederunt in menſe Ianuario caſtrum Brigantiã, vbi quaſi omnes gladio ſunt extincti per Guilielmum comitem Brigantinum & auxiliatores ſuos. Et ecce Berengarius nobilis vir de *Landenberg*, magna voce clamãſſe fertur: Interficiamus mulieres cum parulis ſuis, ne fortè viuendo repullulent in perniciem nobilitatis, quã per continuum ſeptenniũ grauiffima damna ab hiſ fuiſſet perpeſſa. ANNO 1411. in menſe Maio duxerunt Thuricenſes, Lucenenſes, vallis Vrania, Valeſiani inferiores, Suitenſes, in Longobardiam, & occupauerunt *Thun*, quod erat de dominio Mediolanen. cremauerunt turrim in valle *Eſchenal*. Verum redeuntibus ipſis, deſecit rursus *Thun* ad dominium Mediolani. vnde moti, nonnunquam ingreſſi ſunt Longobardiam, vaſtantes & damnificantes eiſdem dominia, occupauerunt etiam aliqua caſtra, obtinuerunt & oppidum *Wellenſ* & arcem, quam aliquantò poſt dominus Mediolani recuperauit, quod moleſtè ferebant conſederati. Ideo anno 1422. circa feſtum *Vdalrici* exierunt Lucernen. Zug, Baſſauallenſes & vallis Vrania, & requiſierunt conſederatos omnes, & obſederunt oppidum *Wellenſ*. Erat in oppido quidã capitaneus cum nonnullis armata militiã, qui tantum tenebant ſilentium, quòd conſederati putabant eos timore oppidum deſeruiſſe. Verum manè quodam capitaneus cum ſibi adiũctis exiit oppidum, videre volens quemadmodum ſe locaſſent. quos cum vidiffet ſine ordine, mox inuaſit eos. Sunt eo die ex conſederatis circiter mille & centum deſiderati, quia nolebant ſe captiuos dare, ſed potiùs mori.

GENERATIO XLVIII.

ANNO Domini 1410. incepit 48. generatio, in qua emerſit imperij Ro. necnon Apoſtolice ſedis vacatio. Deſuncto Alexandro 5. Bononiã, cardinales in conclau ordinati, elegerunt Ro. pontificem Balthazarem Coſſam Card. diaconum *S. Eufathij*. vocatus eſt in ſua obedientia Iohannes 23. vir quidem fuit in temporalibus magnus, in ſpiritualibus verò nullus & ineptus, vt ſcribit Leonardus Aretinus. Sunt autem qui dicant non probè liberam fuiſſe electionem, quòd & legatus Bononien. eſſet, & armatos milites rum in vrbe, tum in agris pro ſtatione habuerat, vt ſi precariò id obtinere non poſſet, minis & armis tandem conſequeretur. Armis vſum crediderim

R r r r

rim

Suitẽſes Ab-
ba cellẽſib⁹
auxiliari cõ-
tra fœdera.

Brigantia
obſidetur.

Bellentz.

Iohannes
23. papa.

Sigismundus
Imp. 107.Laus Sigis-
mundi.Ladislaus
elades.Romæ La-
dislaus oc-
cupat.Agitur de
concilio
Constanti-
ensi.

rim ad tuendum Flaminia statum, è qua recepit in fidem oppida, quæ nuper Italiae tumultibus defecerant. Verùm cum nouem annos longa pace ciuitatem Bonon. miri in modum auxisset, grandemque pecuniam sibi comparasset, mortuo Alexandro largitione usus, maximè verò erga cardinales à Gregorio creatos, pauperes adhuc, pontifex creatur. Quo facto, oratores statim ad electores imperij misit oratum, vt Sigismundum Hungarorum regem, imperatorem crearent, virum strenuum & ad omnia fortiter agenda promptissimum. hac enim ratione hominis gratiam aucupabatur. Sigismundus igitur Caroli 4. Ro. imperatoris filius, natione Bohemus, origine Teutonicus, Hugaria & Bohemia rex, defuncto Ruperto Rom. rege anno salutis 1410. Francofordiæ ab electoribus Cæsar electus est. imperauit annos 27. princeps singulari prudentia, magnitudine animi, beneficentia & liberalitate insignis, corporis quoq; maiestate ac decore illustris. erat clara facie inclytus, specioso ac robusto corpore. Is suscepto regno statim cum comitatu maximo vniuersam ferme Galliam Cisalpinam sedandi belli causa percurrit. & cum multa eius egregia facinora memorie prodita sunt, inter ea illud præclarissimum, quòd Ecclesiam catholicam in tres partes diuisam, coacto apud Constantiam Sueuiæ urbem generali concilio, ad vnitatem redegit, vt paulò post dicitur, Italia, Gallia, Hispania, Anglia eius rei causa peragratis, post & Basileensi concilio satis adhæsit. Iohannes verò pontifex post creationem suam Bononiæ ferè per annum conuersatus est cum curia, Romam tandem petere statuit. fuerat enim illa iam aliquantulum de regis Ladislai manibus extorta, vt dictum est. iter eius per agrum Florentinum & Senensem, inde in urbem fuit. post hæc apparatus facti, missæ aduersus Ladislaum copia. duces militiæ erant Paulus Ursinus & Sphorcia, aderat quoque Ludouicus Andegauensis, cui possessio regni quærebatur, iam pridem ab Alexandro rex appellatus. ab his commissio in finibus regni prælio, Ladislaus profligatur: quòd si duces militiæ pro parte pontificis & Andegauensis vti victoria sciuisent, actum fuisset de regno. sed morando ac tempus terendo, reparandi exercitus facultatem victo dederunt. vox postea fuit Ladislai, qua die profligatus est, & sui corporis sui potestatem amisisset, regni tamen adhuc dominos esse potuisse, si persecuti victoriam fuissent: tertia verò die nec iam sui corporis, nec regni capiendi habuisse potestatem, aduersus illorum vim se remedia comparasse. Post hæc varia fortuna fuit, vt modò pax inter pontificem & regem, modò bellum vigeret. Cum autem non multò post pontifex pacem fecisset cum rege, præstitit ei rex obedientiam, dimisso Gregorio cui prius adhæserat. Et licet non multum de eo confideret pontifex, sciens de facili fractorem esse fidei, non tamen credebat pro tunc contra eum aliquid attentare. Nam etsi audiebat regem versus Romam accedere, alias tamen causas prætendebat: sed reuera dominium intendebat urbis resumere, ad quod Romani eum exules excitabant. Quodam manè fractis mœnibus in aliqua parte, rex ingressus est urbem. quod audiens Iohannes Pont. & intelligens eum hostem, aufugit cum curia, cum non haberet defensorem. Rex autem urbem capiens, in primis mercatores Florentinos spoliavit dolose. nam cum sua mercimonia, & alia preciosiora occultassent paulò antè hoc timores, præconizari fecit omnes tutos esse & substantias eorum, propter quod illi securos se rati, occultata prodiderunt: quo facto, eos & bona eorum non vt rex, sed vt pirata pessimus, prædatus est. Venit pontifex Iohannes Florentiam, sed factiones per id tempus in Florentinis vigeabant, alijs pontifici, alijs regi fauentibus. ob eas factiones pontifex intra urbem inuitatus non est, sed in suburbano episcopi resedit, curia autem intra urbem recepta. Rex igitur præfatus per hæc ipsa tempora urbem Romam & alias omnes vrbes vsque ad fines Senensium Florentinorumq; occupauit, qui cum terribilis ac potens esset, lateq; per Italiam dominaretur, nec vlla resistendi cerneretur spes, Iohannem Pont. compulit ad extrema transalpinaque auxilia respicere. Multa inter hæc de schismate tollendo Sigismundus sollicitasse fertur, ad huc Iohannes Pont. duos ex cardinalibus Ro. ecclesie legatos misit, iam pridem tamen agitata re inter eos literis & nuncijs. vnicum quippe remedium & imperatori & pontifici videbatur, generale concilium aduocari. Sed erant circa hæc ipsa constituenda per multa, ceu locus & tempus & modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum legati. horum missio legatorum, ruinæ pontificis initium fuit: sed amotionis schismatis & vniõis fiendæ, non modica pars. Qua de re non videtur prætereundum, inquit Leonardus Aretinus, mirabile quiddam quod tunc accidit, vt omnia cælirus gubernari

nari cognoscamus. Communicauerat, ait, mecum pontifex arcanè (secretarius enim eius erat) mentem cogitationemque suam, dicens: In loco concilij totum est, nec alicubi esse volo vbi imperator plus possit. Legatis igitur istis qui à me mittentur, mandata amplissima ad honestatis speciem dabo, quæ palam ostentare possint: secretò autem mandatum restringam ad loca certa, & ipsa enumerauit. Cum in hoc proposito multis diebus fuisset, tempus aduenit quo legatos proficisci oportebat. tunc remotis cæteris præter me vnum, inquit Leonardus, legatos secretò allocutus est, multisq; verbis cohortatus est ad munus legationis diligentissimè obeundum, quanti pòderis illa res esset, cuius rei gratia mitterentur. Deinde conuersus ad beneuolentiam, eorum prudentiam fidemque laudauit, ac melius illos cognoscere quid facto opus esset, quàm se ipsum, dixit. dum ista commemorat atque inculcat, affectus ipse propositum diu cogitatum momento temporis immutauit. Deceueram, dicens pontifex, loca quædam nominare, à quibus nullo modo discederis: sed in hoc temporis puncto sententiam muto, ac vestra prudentiæ permitto. vos quid mihi tutum, quid formidandum, cogitatis. chartulamque in qua ea loca scripta erant, in eorum præsentia lacerauit, absque vlla alicuius loci nominatione. Legati igitur ad Sigismundum profecti, Constantiam pro loco concilij elegerunt, urbem imperatori subiectam, quod imperatori multum placuit. Sed vbi intellexit Iohannes Pont. incredibile est quantum doluerit, se ipsum & fortunam suam detestatus. sed voluntati Dei resistere nemo potest. iam enim deceuerat Deus vt fieret vnum ouile & vnus pastor. Iohannes igitur principio hyemis è Florentia Bononiam adiit, nec multò post congressum Sigismundi petens, in Galliam profectus est Cisalpinam. Mantuam petijt, vbi splendide & magnificè à Iohanne Francisco Gonzaga susceptus est, quem inde abiens cum magna parte copiarum Laudam, quòd venturum Sigismundum sciebat, secum ducit. multum enim huic principi fidebat. Cum itaque pontifex & rex haudquaquam se tutos Laudæ arbitrarentur, Iohannem Franciscum Mantuam, quòd se velle ire dicebant, ad parandos com meatus disponendamque urbem properè mittit, qui breui paratis rebus omnibus, Cremonam, quòd iam peruenisse pontificem ac regem intellexerat, redijt. Hos inde Mantuam abducens, populo omni ferè obuiam effuso, opinionem omnium benignitate & gratia superauit. His verò conuenientibus Laudæ, Cremonæ, Mantuæ sunt habiti sermones de pellendo ex Latio, Vmbria, Etruria, Ladislao, qui Romam & multa Ecclesie oppida occupauerat. Iohannes relicto apud Cremonam imperatore, Mantuam petijt, exacta post hyeme Bononiam redijt. Ea ætate cum Bononiæ resideret, Ladislaus rex Apuliæ præter spem omnium moritur. cum enim exercitu maximo Perusiam venisset, Florentiniqu; conterriti, relicta pontificis societate, per se ipsos receperunt pacem data grandi pecunia, Crotonio deuicto, retrocedens rex non bona valetudine, Neapolim redijt, ibi post paucos dies è vita migravit anno 1413. Mortuo Ladislao, Iohanna soror eius in regnum successit Apuliæ. Romæ tunc ad arma & libertatem conclamatum est. affuit mox pontificius legatus, cuius opera breui pacata est ciuitas, sumpto de ciuibus supplicio, qui noui motus fuerant authores. Sequenti anno Bracchius Montonius Romam cum exercitu veniens, vrbe potitus, oppugnare arcem S. Angeli adortus est, quæ firmo Iohannæ reginæ præsidio tenebatur. verum superueniente Sphorcia militum reginæ duce, non solum Bracchium ab oppugnatione dimouit, sed etiam hominem vrbe expulit, Romanis in neutram partem inclinantibus. Meruens autem regina regnum sibi auferri à pontifice, vel à duce Andegauia, qui (vt prædictum est) de regno erat inuestitus, in auxilium vocauit Alphonsum regem Aragonum satis iuuenem, ad regni consortium illum adoprans in filium, instituens hæredem, qui habito consilio suorum, cum ei suaderent abstinendum, respondisse fertur, Graue bellum suscepturos nos esse fateor, verum eo præclarior futurum, sine enim labore & periculo nemo gloriam consecutus est, nos reginæ afflictæ opem feremus. moxque cum decenti apparatu ad eam Neapolim accedens, de immenso munere magnificè gratias agens, se offerens ad omnia, quibus solet filius tantam & talem matrem venerari. De origine Alphonsi regis sciendum, quòd Ferdinandus Hispaniæ vltioris & citerioris seu Aragoniæ ac Siciliæ & Sardinie rex, Iohannis vltioris Hispanie regis filius, rex quidem fide & sanctitate memorandus: hic regum filius & frater & socer ac tutor fuit, quia Iohannes pater eius, vltioris dūtaxat Hispanie rex erat, & cum decessisset, Henricum & hunc Ferdinandum filios reliquit. Henricus natu maior patri successit, in inuentute decedens, filium reliquit puerum Iohannem

nem nomine: huic Ferdinandus tutor factus, statim contra regem Maurorum Granatæ bellū suscepit, & multis eum regem attriuit, ciuitatibus quibusdā creptis, ipsum puero Iohanni tributarium fecit. Interea cōtigit Martinum iuniorem Sicilia regem mori, & paulō pōst eius pater Martinus citerioris Hispaniæ rex, vitæ finem fecit, nullo regnorum hærede relicto: quibus defunctis, regna ipsa magnis motibus iactari cœperunt, cum multi principes pro suo iure contendebant, principes regni tandem de eligendo rege consilium inierunt. Et quoniam Hispaniæ regnum vniuersum in tres ordines partitum erat, scilicet procerum, sacerdotum & plebis, ex his magistratus ad eligendum regem suscepti sunt, qui Ferdinandum tanquam nobiliorem & potentiorē apud Valentiam urbem anno 1412. Aragoniæ seu citerioris Hispaniæ regem declarauerunt: quo creato, confestim totius Occidentis legati ad gratulandum illi missi sunt. Factus magnus Ferdinandus, latius eidem extendendi regni cupiditas creuit, & Balearium insularū regi bello indicto, mox illum deuicit, & regnum suæ ditioni adiecit. Deinde in Sardiniam mouens, illam breuibus prælijs domuit. ac sic intra paucos dies trium regnorum nobilium Ferdināus, vir quidem Christianissimus, potius bonitate sua quàm bello possessor fuit. Hic filiam vnicam Iohanni nepoti suo regi vltioris Hispaniæ, cuius tutor erat, in vxorem collocarat. moriens denique hic Ferdinandus, quatuor mares reliquit, Alphonsum in regno successorē, Iohannem Lusitaniæ regem, Henricum S. Jacobi magistrum, & Petrum natu minimū. Alphonsum autem Ferdinandi regis Aragoniæ filius, regnum paternum obtinuit adolescens, & bellicarum rerum gloriam paucis pacis laudibus præferēs, ad regnum Sicilia oculos adiecit. Regina Iohanna, postquam is in Apuliam acceptus erat, ignominia affecta ab eo, omnem adoptionē factam annullauit: & propter vitium ingratitude, cum regni exheredem fecit, at loco eius in filium adoptauit primogenitū ducis Andeganiæ Ludouici illius, qui cum Ladislao diu certauerat, ius in regno prætenēs, qui & ipse Ludouicus dictus, cum magna comitiua accedēs, honorificē & affectuosissimē susceptus est in ciuitate Auerfana. Nam Neapolim occupabat Alphonfus, quam tamen postea insidijs Philippi Mariæ ex prodicione amisit, & plures alias ciuitates regni, ita vt modica sibi porzione relicta, ad Siciliam declinaret, & regina Neapolim reuerfa cum curia sua & adoptiuo filio Ludouico, cui ex tunc ducatum Calabria concessit, hæredem regni instituens. Ex quo postea Alphonfus etiam à Martino abrogatus regno extitit, & cum culparet pontificem, responsum accepit, Ludouicum Andegauen. ducem, ab Alexandro 5. regem Apuliæ declaratum, priuato Ladislao, approbante Pisano concilio: hoc eidem à Ioh. 23. confirmatū esse, reijceret eam omnem culpam in reginam. Iohanna itaque simul & Ludouicus cum Alphonso vario Marte certabant vsque ad annum Domini 1434. ANNO verò Domini 1414. Concilium generale Constantiæ (quæ Sueuorum vrbs est) ad schisma tollendum, quod supra 30. annos durauerat, Sigismūdi Casaris iussu & industria, Ioh. quoque 23. auctoritate ceptum est celebrari. Tertia itaque die ante festum Assumptionis B. Mariæ virginis venit illuc Iordanus cardinalis Ostiensis episcopus. sequebatur eum nō multo pōst Iohannes Papa, admonentibus quibusdam ne id fateret, quod vererentur ne cum pontifex accederet, priuatus rediret. Verum his posthabitis, circa Octobrē Bononia mouens, per Veronen. Tridentinumq; agrum transmissis alpihus accedēs, procedensq; in vigilia Simonis & Iudæ Constantiam applicuit, & prima nocte in coenobio *Erasmus* iungen dicto, extra portas vrbs mansit, vbi pro dono abbatem insulatum fecit. Manē factō, obuiam illi venit clerus totius vrbs solenniter cōgregatus, in processione cum reliquijs quàm deuotissimē portuit, totaq; ciuitas effusa est, ducens eum honorificentissimē in palatium episcopale. subsequuntur eum nouē cardinales, deinde ciuitas dona obtulit pro more patriæ, scyphum ex argento deauratum quinque marcarum, vinum Italicum, Alfatium ac prouinciale, & 40. maldra auenæ. sequenti feria 6. venerunt 6. cardinales de eius obedientia. Dominica ante festum Martini congregari fecit Iohannes papa curiam: aderant omnes cardinales, duo patriarchæ, archiepiscopi & episcopi plures. in vigilia S. Martini episcopi fecit processionem solennem. venerunt iterum quinq; cardinales de obedientia eius. Sigismundus Ro. rex nondum aderat. is verò in vigilia Natiuitatis Domini venit in *Wetlingen*, quod oppidum distat milliare Alemaniā à Constantia. sequebatur regem regina, inde rex certiorē fecit papam de aduentu suo, rogabatq; vt cum Missis aduentum suum præstolari dignaretur. noctu itaque ascendentes naues, Constantiam circa mediā noctem aduecti sunt rex ipse cum

Alphonfus rex.

Lud. Andegauus.

Constantiense concilium.

Sigismundus Constantiæ venit.

cum Barbara regina, Cilia comitissa. sequebatur enim regina Bosnenfis Elizabeth, & Anna comitissa de *Wittemberg* ex Burgrauijs Norinbergenfis nata. associatus regi dux Saxonie Ludouicus. Erat autem frigus, vnde ductæ sunt mulieres in æstuarium, vt calefacerent se ad horam. Deinde cum faculis ardentibus intrauerunt Ecclesiam cathedralem, in qua papa Iohannes cantauit primam Missam. Rex verò legit euangelium, *Exijt edictum à Casare Augusto*, in habitu diaconorum. Eo quoque die papa reliquas ipse duas cantauit Missas, & solenniter benedixit populum. Circa nouum annum venit ad concilium Ludouicus comes Palatinus Rhēni & dux Bauariæ cum 400. equis, secutus est eum paulō pōst Ludouicus dux Slesie cum 200. equis. secuti sunt illos innumeri principes tum ecclesiastici tum seculares. Incredibiliq; frequentia principum prælatorumq; cœpit in principio anni Domini 1415. concilium celebrari, ita vt essent quandoque in eo loco equorum supra 30. millia. ANNO Domini 1415. in die purificationis B. Mariæ virginis ad instātiā oratorum regnorū Suediæ, Daciæ & Noruegiæ, Iohannes papa canonizauit S. Brigittam, & benedixit luminaria. interfuert quatuor patriarchæ, cardinales 29. archiepiscopi 47. episcopi 160. secularium verò principum, comitum, baronum ac nobilium multitudo. Deinde feria sexta post Purificationē, accesserunt tres cardinales de obedientia Gregorij, cardinalis Ragusinus Iohannes ordinis Prædicatorum, qui vt legatus missus à Gregorio, confirmauit concilium eius auctoritate, tresq; alij cardinales Gregorij, Gabriel qui post Martinum electus, dictus est Eugenius, Anton. Carbonensis, & adhuc alius, mox superuenerant: & ex illis duabus obedientijs, scilicet Iohannis & Gregorij, factum est vnū ouile. Circa hæc tempora Vuenceflaus rex Boemiæ requisitus à concilio, misit Iohannem Hus ad Constantiam cum saluo conductu Sigismundi regis. hic cum vidisset concilium attendere facta sua, timore perculsus aufugere parat, clamq; ascendit curram rusticanum, & straminibus tectus, exiit ciuitatē. Innoit hoc magistro ciuium, qui conuocatis satellitibus, insecutus est eum. deprehensum in fuga reduxit. fit concurfus populi ad spectaculum, & turbatione facta, inter manus reducendum elabatur, latibula quærens: sed mox deprehenditur, ac Ioh. papæ traditur, qui eum in palatio tenuit 8. diebus, deinde custodia micipatur apud Prædicatores. Per hæc tempora & Hieronymus venit Constantiam cum vno clerico. Auditus est Iohannes Hus in confessu patrum, ætate maior & auctoritate habitus, licet doctrina & facundia superior esset Hieronymus. lecti ex omni natione patres diuini atque humani iuris doctores, sæpe cum his colloquia habuere, dogmata eorum à lege diuina aliena esse monstrarunt, neque bonis conducere moribus, rogauerunt ne plus sapere quàm Ecclesia vellent, peregrinas opiniones relinquerēt, ingenia sua Vuiclefforum insania non macularent: eloquentiam, qua præditi essent, in corroborandis Ecclesiæ institutis, non euertendis, exerceret: posse eos in conspectu Dei & in militanti Ecclesia sublimem consequi locum. Stetere in proposito pertinaces, neque victi rationibus, vinci voluerunt, se veraces, se S. Euangelij imitatores, se discipulos Christi esse. Romanam Ecclesiam cæterasq; per orbem dispersas, à traditionibus apostolorum abijisse, quæ opes atque delicias sectarentur, dominatum in populis & primos in conuiuijs accubitus exquirent, canes & equos alerent, ecclesiarū bona quæ Christi pauperibus deberentur, per lasciuam luxumq; consumerent, aut nescire prorsus diuinā mandata, aut scientes cōtemnere. Primores magnæ synodi, vbi pertinaciā & immutabiles animos perditorū hominum aduerterunt, membra Ecclesiæ putrida, quæ sanari non poterant, ne reliquum corpus inficerent, ressecanda censuerunt. lata est in consessu patrum aduersus pertinaces sententia, cremandos esse qui doctrinam Ecclesiæ respuerent: condemnataque simul est hæresis *Witcleff*. Prior itaque Iohannes Hus combustus est sexta feria post festum Vdalrici, Hieronymus diu pōst in vinculis habitus, cum resistere nollet, pari supplicio affectus, sabbato ante Exaltationem S. Crucis anno 1415. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas inuitati, ad incendium properabant, nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis interciperē potuit. cineres exustorum, ne raperētur à Boemis, in lacum proiecti sunt. discipuli verò eorum, ex eo solo terram abstulere, in qua ignis fuit, eamque veluti sacram secum attulere in patriam. Iohannes ac Hieron. apud Boemos martyriū honores meruerunt, nec minores quàm Petrus & Paulus apud Romanos. Intellectis his in Boemia, quæ Constantiæ gesta fuere de Iohanne & Hieron. discipuli eorum sequaq;

S. Brigitta canonizata.

Iohannes Hus Constantiā vocatus.

Witcleff disciplina damnata.

cesq; omnes in vnum conuenientes, in primis memoriam defunctorum consecrant, celebrandamque quotannis decernunt. Exin per amicos nonnullas Ecclesias à rege sibi tradi extorquent, in quibus suæ plebi prædicare, sacramentaque ministrare libere possent. Neque contenti, apud Stauoniam nobile monasterium fratrum prædicatorum extra muros, à fundamentis deiciunt, eaque prima ecclesiarum ruina in Hussitarum nouitate facta, mox decurritur, & Ecclesiarum monasteriaque passim nobilissima ferro atque igne vastantur. nullū regnum tum totius Europæ, tam frequentibus, tam angustis, tam ornatis templis ditatum fuisse, quàm Boemia fertur. Fuit inter cætera monasterium aulæ regiæ apud ripam Maltauæ, qua * Mosæ fluius illi iungitur, situm, in quo regū erant corpora, singularis excellentiæ: in latere ambitus vetus nouumq; testamentum literis maiusculis in tabulis scriptum continebatur. Sed hoc decus post Vuenceclai mortem Hussitarum rabies deleuit, qui postquam Ecclesias plurimas deiecerunt, monasteria incēderunt, castellum petētes, cui *Wesingne* nomen, s. ferè miliario ab oppido, quod nunc Thabor appellant, 30. millia hominum conuenere, atq; ibi 300. mensas in patentibus campis erexere, ex quibus populo sacramentum calicis ministrare. Terruit ea congregatio Vuenceclai regem, verentem ne arma in se verterent, nec periculo caruit Vuenceclaus. ei salutari fuit Coranda, singulari facundia presbyter in plebibus auditus, qui dum populū de rep. admoneret, inter cætera: Quāquam, inquit, viri fratres inertem sortiti regem sumus, si tamen cæteros expendimus, nemo est quē nostro regi anteferamus: est quietus, benignus, nostri amans. nam quis eo regnante nos lacesere audeat? licet nobis ex voto viuere nostro, non est eadem sibi, quæ nobis, de religione sententia. ritum nostrum neque ipse perturbat, neque alios perturbare sinit. par est vt præces pro eo fundamus, vt que singuli ei vitā rogemus, cuius desidia nostra salus, nostra quies est. Quod cum ab exploratoribus rex cognouisset, quieto animo fuit: & factus extepido frigidus, Corandam inter amicos habuit. Ad concilium redeo: Anno 1415. prima die Martij papa Iohannes, quod sequitur, decretum publicari fecit. Iohannes episcopus seruus seruorū Dei, vniuersis Christiani fidelibus præsentis literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionē: Vniuersitati & vestrū singulis innotescat, quod propter quietem totius populi Christiani, profiteor, promitto, spondeo, voueo & iuro Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio, spontē & liberē dare potestatem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & etiam facere & implere cum effectu iuxta deliberationem præsentis concilij: si & quando Petrus de Luna Benedictus 13. & Angelus Corarius Gregorius 12. in suis obedientijs nuncupati, papatu quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant: & etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari vnio ecclesiæ ad extirpationem præsentis schismatis. Acta sunt hæc in Constantia anno Domini 1415. prima die Martij, pontificatus nostri anno 5. Postea Dominica Latære celebravit papa Iohannes Missam, & benedixit rosam, quam dedit regi Ro. hanc rosam donauit rex B. Mariæ in summo. papa inuitavit regem, principes ecclesiasticos & seculares eo die. Secunda feria post Latære, consultatio facta est sessione publica, quod vnus papa ecclesiæ præficeretur. tum surgens archiepiscopus Moguntinus, protestabatur, nisi Ioh. 23. eligeretur, quod nunquam alteri obedientiam præstaret. Verum dum in concilio facta esset omnibus dicendi copia, multa crimina, & quidem grauissima, obiecta sunt Iohanni. vnde paulò post discordiæ inter eum & Sigismundū oriri cœperunt. itaq; secunda feria post Dominicam passionis papa Iohannes considerans intentionem concilij, cœpit pœnitere, dicens se ac suos non esse securōs, nec se liberē posse agere. Innotuit hoc Cæsari, qui papam accessit. Intellego, inquit, pater sancte querelas vestras, quod sanctitas vestra non sit hęc secunda. adsumus, & vobis dabimus plenam securitatem, & si vtrique vultis alio in loco esse, conducemus, & saluū conductū dabimus plenissimū. intellexit quoq; rex Fridericū ducē Austriæ de abducendo papa tractare. vnde vocauit eum, & ne talia præsumeret monuit. verum dux omnia negauit. His nō attentis, Iohānes papam clam abire cōstituit, veritus ne papatu cedere cogere, adiutus ad hoc, & planē inuitatus factione Moguntini archiepiscopi & Friderici ducis Austriæ: qui cum imperatori aduersaretur, crescere eius authoritatē ex oppressione pōtificis verebantur. Ioh. itaq; 20. die Martij hora post meridiē, equū ascendit, indutus grisea chlamyde & cappâ grisea incognitus, ciuitatē exiit. postea ascendit nauiculā, prout dux præordinauerat, & in oppidū *Schaffhusen* peruenit. Cardinaliū nemo fuit cōsciū. Secuti sunt tamē postea

Boemice
Ecclesiarum
vavas.
Aras.

Oratiunculæ
facultatis
Hussitici
pro rege
Ioh. Vuenceclai.

Ioh. papæ
edictum.

Iohā papæ
fuga.

postea pleriq; sub specie reducēdi recōciliandi que. qui cum nihil proficerēt, verētes Constantiā redire, ne fortē suis dignitatibus priuarētur. Altera verò die Cæsar proclamari fecit fugam papæ, & quod nemo curaret, sciret enim quo pacto reduceretur. Vnde altera post Benedicti diem conuocari fecit principes, & accusauit Fridericum ducem Austriæ, quod auctor atque adiutor papæ in fugiendo fuerit, in concilij iniuriam Christianamque reipub. periculum maximum, adiecit, dicitur ducem offendisse etiam priuatos plurimos. Citatur itaque Fridericus publicē in concilio pro abductione papæ. Cæsar verò eundem per edictum citari in Dominica Quasi modò, curauit, & eius citationis virtute Cæsar absoluit omnes subditos Friderici ab obedientia eius: priuauit eum feudis & omnibus bonis, corpus & bona illius exposuit omnibus, sine mora quoque rex occupari fecit oppida ducis *Strain/ Frauenfeld*, quidam alij occupauerunt oppidum *Selbshyrtz & Curuathen*, Struitenses & Vualdenfes cum suis confederatis occupauerunt oppida & munitiones in terra dicta *Ergota*, quæ hodie est in potestate eorum, *Waben/ Mellingen/ Prensgarten/ Wallenstat/ Diessenhofen*. Interca papa in *Schaffhusen* territus, in parasceue post meridiem abiit, ac in oppidum *Loferberg* peruenit, ab eo loco in Friburgum confugit, iturus inde, si tutò fieri posset, ad Burgundiæ ducem. Scripsit autem ex Friburgo concilio in hæc verba: Iohannes episcopus seruus seruorum Dei: Vniuersis innotescat, quod cum propter metum qui cadere potuit in constantem virum, de ciuitate Constan. recesserimus, ne hac occasione Petrus de Luna & Angelus Corarius in suis obedientijs nominati, allegantes impressionem nobis factam, se quouis modo ab accessione retraherent, & sic protraheretur effectus pacis & vnionis ecclesiæ, ad quorum effectum desideria nostra tendunt. Ex Friburgo &c. Interim Constantiæ mediatoribus principibus inter regem & ducem Fridericum compositio facta est, vigore cuius dux Frid. personaliter in manus Cæsaris se & sua omnia bona resignans, sub hac forma desuper literas tradidit: Nos Fridericus Dei gratia dux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ &c. Fatemur nos indignationem regiæ maiestatis incurrisse, eapropter nos & nostra in manus suæ maiestatis tradimus &c. in bona forma. Datum 27. die Martij mensis, anno 1415. Eodem tempore consistorium provinciale in Turgoia Cæsar pro certa pecuniarum quantitate impignorauit Constantiensibus. Duxque Frid. scripto omnes sibi subditas ciuitates absoluit, qua gratia venerunt ciues de *Schaffhusen/ Rudolffzell/ Diessenhofen/ Newenburg/ Brissach/ &* pleraque alia ciuitates, dedentes se Cæsari pro imperio acceptanti. Iurauit etiam dux ipse papam Iohannem concilio representare. fecit in eo quantum potuit, & eundem Iohannem vique ad Cellam Rudolphi perduxit. nunciavit inde concilio, quod nisi vi adhibita non posset eum vltra perducere. hæc scripti ex actis concilij. Curante post hæc concilio, Iohannes capitur, & in insula S. Marci prope Constantiam, vulgò *Nichnam*, carceri mancipatur. Causam fugæ disquirere concilium tum cœpit, certosque iudices viros grauissimos delegit, qui crimina homini obiecta discuterent, eademque ex ordine referrent. ad 40. capitula contra hominem probata sunt. Venientibusque omnibus in eandem sententiam, Iohannes meritò pontificatu eiectus, sententiam in se latam approbat: pontificatu, siue spontē, siue inuitus, se abdicauit. quo factò, statim ad Ludouicum comitem Palatinum custodiendus mittitur, donec aliud decerneretur, ac in *Manhem* oppido triennio sine cubiculario famulove Italico diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes, quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Teutonicam, nec illi vicissim Italicam scirent. Concilium itaque, vt abrogationem à se factam, veram & integram * indicaret, synodicū decretū promulgauit, quo affirmabat concilium generale legitime congregatum, habere à Christo potestatem, hoc quidē fundamento, ipsum etiā pontificem concilio subiecit. Quare Gregorio 12. necesse fuit, suadente etiam Cæsare, aliquem ad concilium mittere, cum ipse proficisci recusaret, qui suo nomine concilij sententiam approbaret. Missus itaque Carolus Malatesta, vir certē insignis, cum videret omnes in hanc sententiā venire, vt Gregorius quoque pontificatu se abdicaret, in publicum prodians, ac in sede Gregorij non aliter extructa, ac si ipse adesset, collocatur: perlectaque renunciandi facultate, Gregorium pontificatu abdicat, quem statim conuentus omnis pro tam libera abdicacione, agri Piceni legatum creat. non multò post Gregorius Recaneti moritur, dolore animi, vt aiunt, propter subitam abrogationem ante constitutum tempus à Carolo factam. in longum enim rem protrahi volebat, in mora spem aliquam ponens. mortuus itaq; in Recaneti

Fridericus
Austriæ dux

Ioh. 22. ca.
ptus.

Manhem.

Gregorius
pontificatu
abdicatus.

tenſi eccleſia ſepelitur. eius autem reſignatio facta eſt in die S. Vdalrici, 4. die menſis Iulij, cum antehac in vigilia Corporis Chriſti condemnatus eſſet Iohannes 23. anno Domini 1415. Lentum deinde concilium fuit, cum & corrigere in Eccleſia multa, ac tollere penitus ſchiſma niteretur, quæ multo tempore egebant. varia negocia interpellabāt, ocij interea nullus erat locus. Sublatis enim duobus pontificibus, tertius, in quo abrogando maior difficultas apparebat, reſtabat, Petrus de Luna, Benedictus 13. appellatus. Poſt multos labores in concilio habitos, Imp. Sigifmundus vnā cum oratoribus concilij anno 1416. in menſe Iulio iter ad reges Franciæ, Angliæ ac Aragoniæ cepit, rectoꝛque itinere ad reges Franciæ & Angliæ peruenit, eos adhortatus, vt pro ſalute Chriſtiani nominis iam ob ſchiſma periclitantis, in abrogando Benedicto, ſublatis alijs duobus, eius ſequerentur ſententiam. Grato autem reſponſo accepto, inde Narbonam properat ad Ferdinandum Aragonum regem, cuius populi magna pars Benedicto obtemperabat: quo cum inter alia capitula pactus eſt, vt Benedictum rationibus moneret ea facere, quæ Gregorius & Iohannes in concilio egiffent: id verò ſi facere recuſaret, populos cogeret ab eo ad cōcilium Conſtantiense deficere. Benedictus autem in caſtello Peninſule loco munitiſſimo ſe continens, moueri ſuafionibus à ſententia ſua non poterat, quòd diceret ſe verum Chriſti vicarium eſſe, & Conſtantiam non eſſe locum libertati Eccleſiaſticae conuenientem, cum Iohannes 23. ab his etiā abdicare ſe pontificatu coactus fuerit, qui partes ſuas antea ſequebātur. Tum verò principes Hispaniæ cernentes pertinaciam Benedicti, concilij opinionem ſecuti, in reliquorū ſententiā peruenere. Scripſit continuò Sigifmundus concilio, quòd omnes reges & principes dimiſſent Benedictū, ſequerenturque concilium. ANNO igitur Domini 1417. circa feſtum Purificationis Mariæ reuerſus eſt rex Conſtantiam, cum gaudio magno ſuſceptus. agebatur res in concilio quinque nationum ſuffragijs. quicquid autem decernebatur, id ratum erat & pro curia enunciabatur, ſi omnium conſenſu poſtea confirmatum fuiſſet. Qua quidem autoritate Benedictus, diſcuſſa aliquandiu re, 18. die Martij accenſis candelis & pullatis campanis, anathematizatur, reiectisque rationibus eorum qui cum eo ſentiebant, pontificatu priuatur, & vt hæreticus ac ſchiſmaticus à cunctis habendus declaratur. In octaua Paſchæ Fridericus Burggrauus Norinbergen. marchio Brandenburgen. creatus eſt, & paulò poſt Adolphus comes de Cleue, dux factus eſt. Deinde in Boemia ſurrexit poſt Iohannem Hus, alius pſeudoſacerdos Iohannes quidam ex ordine Præmonſtraten. impius monachus, ad omne ſcelus audax, qui cum prædicaret Pragæ apud S. Stephanum, neque benè ſapere videretur, officio motus eſt per epiſcopum. monaſterium hinc Carmelitarum inuaſit, tum ſingulis ferè diebus ſacram euchariftiam per ſuas eccleſias circunuectabant hæretici: quas cum paucas eſſe dicerent, ductore Nicolao viro eius loci domino, vnde Iohannem Hus originem trahere diximus, in regiam tumultuariè prorumpentes, Vuenceſlaum orauere, vt daret ſibi ampliores Eccleſias, qui iam populi maiorem partem obtinerent. audiuit rex benignè Nicolaum pro multitudine loquentem, vtque in poſterum diem rediret, iuſſit. Deinde miſſo populo, ad Nicolaum qui manſerat, conuerſus: Tu, inquit, qua nos è regno eijceres, orditus es telam: at ego laqueum inde efficiam, quo te poſtea ſtrangulem. Ille abiens, populares magis ac magis accendit. Rex in arcem * Viſegradenſem vrbi vicinam ſeſe recepit, miſſis ad fratrem Sigifmundum oratoribus, qui eius auxilium implorarent: conſulibus autem nouæ ciuitatis Pragen. ne vltiùs ab hæreticis Dominicum corpus in pompa deferri ſinerent, imperauit. At hæretici poſt hæc apud Eccleſiam Carmelitarum conuenientes, ad ædem S. Strepiani euchariftiam per plurimas plateas atque Eccleſias armati circuntulere, ibique domum ſacerdotis, ſuis ineprijs non conſentientis, diripere: & ſublato clamore ingenti, furentes prætorij petiere. Conſules vnde cum metu percuſſi, fuga ſaluati ſunt: ſeptem qui remanſerant, & cum his iudex vrbis, atque alij nonnulli ciues, raptim intercepti, ex altiffimis ſeñeſtris in forū præcipitati, læcis ac veribus irati populi excepti, dirum ſpectaculum præbuere, ſtante in foro Iohanne monacho, ſacrum Chriſti corpus ſanguinario populo miniſtrante. Camerarius regni, qui cum 300. equitibus ad ſedandum tumultum occurrerat, vbi furentem plebē animaduertit, de ſua vita ſolicitus, fuga ſibi conſuluit. Ea cum regi renūciarentur, cunctique circumſtantes attoniti facinus deteſtarentur: At ego, inquit pincerna, futura hæc præſcieram. quæ rex indignatus correptum, repente in pedes ſuos proſtravit, & arrepto pugione conatus eſt interficere. ſed

impe-

Benedictus
priuatur.

Frid, Burg,
Norinber-
gen.

Boemica
furta.

impeditus à circumſtantibus, egrè illi vitā dimiſit. Nec mora, paralyſi correptus egrotare cœpit, atque intra octo & decem dies, ſignatis nominibus hæreticorum, quos neci deſtinauerat, fratrem aſſiduè vocitans & amicorum auxilia anxius expectans, antè vita exceſſit, quàm vocati principes adeſſent. Delatum eſt cadauer ad Eccleſiam S. Viti in arce, & inde ad aulam regiam, ibique conditum in ſepulcro quod ſibi delegerat. Sed poſtea cum monaſterium ipſum ab hæreticis diriperetur, & ſepulcra regum effringentur, cadaueraque eijcerentur, quidam piſciculos vendere ſolitus, regis quem amauerat, corpus clam collegit, & in loculo apud ſe domi condidit. Interiecto deinde tempore, rebus in meliorem fortunam delatis, cum Vuenceſlai corpus quaereretur, acceptis 20. aureis, illud reddidit. mortuus eſt autem rex Vuenceſlaus anno 1418.

At incinerationem Iohannis Hus & Hieronymi ferunt imperatorem non æquo animo tuliffe, propter ſaluum conductum eis datum. reſpondit ei ſacroſancta ſynodus, cum argui non poſſe de fide mentita, quia concilium ipſum non dederat eis ſaluum conductum, & concilium maius eſt imperatore: & ideo non potuiſſe contra voluntatem concilij id concedere, præcipuè in factis fidei. cui determinationi, vt bonus filius eccleſiæ, acquieuit. Rebus hoc modo compoſitis, cum de reſtituenda eccleſia, emendandiſque moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non poſſe exiſtimarunt vacante ſede. Vnde de eligendo nouo pontifice ſermo eſt habitus. ordinatum eſt ſpiritus ſancto ſuggerente, quòd aliàs non putatur ſeruati, & hoc ad maiorem concordiam, vt vltra voces cardinaliū qui erāt de triplici obediencia, ſcilicet Gregorij, Iohannis & Benedicti, adderentur ex qualibet natione quinq; prælati, qui vocem cum cardinalibus in electione ſiēda haberent. Conclauē igitur intrantibus, infra paucos dies electus eſt ab omnibus poſt aliquam diſcuſſionem & vocū variationem vnanimiter & concorditer Otho cardinalis de Columna, vocatusque Martinus quintus, anno 1417. menſe Nouemb. Effuſus nimio gaudio imperator, nullo habito dignitatis ſue diſcrimine, conclauē ingreſſus, gratias omnibus egit, qui tantū virum & tam neceſſarium reip. Chriſtianiæ propè extinctæ delegiſſent: & ante pontificem proſtratus, cum ſumma veneratione eius pedes oſculatus eſt, quæ contra pontifex amplexus, non ſecus ac fratrem in precio habuit, gratias egit quòd ſua opera & induſtria pax tandem Eccleſiæ Dei reddita eſt. vocari autē Martinus voluit, quòd ea electio in diui Martini celebratae habita fuiſſet. Verum ad tollendum omnem ſcrupulū circa beneficia olim collata, & gratias conſeſſas, & ordinationes factas & alienationes, quia quilibet illorum trium aſſeruerat ſe verum & indubitatum Romanæ eccleſiæ pontificem: ſanctiſſimè ſtatutum eſt, vt quodcunq; fuiſſet factum in partibus obedienciae alicuius illorum, id eſſet ratum, firmū & ſtabile. Epiſcopi verò facti & cardinales à Gregorio & Iohanne & Benedicto ante deſiſſionem vel renunciationem vel renunciationem alicuius eorū, remanſerunt in ſua dignitate & honore. Et omnes cenſuræ quas aliqui contraxiſſent in tali ambiguo, ablate ſunt: & qui ſimplicitate ducti ex laicis, credentes in iſtum vel in illum, Maiorum veſtigia ſequentes, iudicantur excuſari. Sed qui cauſa honoris & temporalitatis alicui eorum adhaſerat contra conſcientiam, non excuſabatur. Et ad cautelam ſuit facta quædam relaxatio generalis omnium cenſurarum, quas quicunq; incurriſſent ratione dicti ſchiſmatis, ac etiam omnes indulgentiæ plenariæ poſitæ in quibuſcunq; locis ad inſtar alterius indulgentiæ poſitæ alicubi, annullatæ ſunt. Dicitur etiam, bullas ſolennes regni Apuliæ adeundi & poſſidendi, fuiſſe conſeſſas per concilium duci Andegauen. Ludouico & ſucceſſoribus ſuis. In ipſo etiam concilio editæ ſunt quædam conſtitutiones: vna contra ſimoniacos, quòd electiones, poſtulationes, confirmationes, prouiſionēſve ſimoniacæ, nullæ ſint ipſo iure: ſimoniacè prouiſi, fructus ſuos non faciant, ſed ad illorum reſtitutionem teneantur: & quòd dantes & recipientes, ſententiam execrationis incurrant. Item alia conſtitutio contra mendicantes tranſeuntes ad alias religiones ſine diſpenſatione papæ, excepto, ſi tranſeant ad Carthuſienſes. execrantur ipſo facto & recipientes eoſdem: abſolutionem Sedi Ap. reſeruat, annullat nihilominus contrafactum. Inſuper conſtitutionem edidit concilium, quæ incipit, Ad cuitandum ſcandala, quòd nemo teneatur à communione alicuius prætextu cenſuræ eccleſiaſticae abſtinere, aut interdictum eccleſiaſticum ſeruare ante denunciationem expreſſam, & ſpecialiter excipit notoriè excommunicatū pro iniectioe manuū in clericum. ANNO 1417. Martinus natione Romanus, ex familia Columnen. eligitur. ſedit annis 14. Is à teneris annis cura parentū moribus & literis imbutus, iuri pontificio Peruſij operam dedit. diaconus cardinalis poſtea

Vuenceſlai
interitus.

Martinus 5.
Papa.

Cenſuræ
modus è
Concilio.

Conſtitutio:
nes Cōcilij.

ab

Sap. I.

Henricus
rex Angl.De Philip-
po Maria,

ab Innocentio VI. creatus, nec ob eam rem à natura sua discessit. humanior enim quam antea factus, patrociniū suum omnibus præstabat, ita tamen, quòd rebus publicis non multū se immiscebat. Nam in conuentu Constantienſi multè in vtraque partem altercationes cum haberentur, ipse medium quoddam tenuit, quo in alterutram partem inclinare nullo modo videbatur, communi vtilitati consulens. hanc ob rem imperatori & cardinalibus gratus pontifex creatur. eius sermo plenus sententijs erat. excidebat nullū verbum tam crebrò, quam iustitiæ nomen. ad suos persepe conuersus, his verbis utebatur: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Adeptus magistratum, cum restare adhuc caput renascētis hydræ cerneret schismatis, Benedictū seu Petrū de Luna cum aliquor cardd. & prælatis, Peninsulā tanquam in arce schismatis se continentem, quibusdam Aragoniæ populis, in vtram partem inclinarent; adhuc titubantibus, approbante concilio, Othomarum virū doctissimum patriæ Florentinū, S. Eusebij presbyterum card. legatum è latere suo in Aragoniam mittit, qui sub pœnis & censura ecclesiastica Petrum de Luna admoneret, vt se pontificatu abdicaret. Cardinales autem qui cum Petro sentiebant, intelligentes vltimam concilij & pontificis sententiam, Petrū ipsum adeunt, rogantque vt de Ecclesia Dei tandem omne schisma tollat, quo iam multis annis Christiana resp. magnis calamitatibus afflicta erat, id quòd ob salutem Ecclesiæ Gregorius & Iohannes fecissent. Respondit Benedictus id sibi nequaquam integrum esse, cum Martino verò conuenturū, si vera essent quæ de hominis integritate dicerentur: sinerent sibi id negocij, nec ampliùs ea de re solliciti essent. Ex quatuor cardd. duo pertinaciam hominis conspiciētes, ab eo ad Martinum statim defecere. qui mansere secum, anticardinales sunt habiti. Martini quoque auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non multò post Scoti & Armeniaci, atque ita vna resp. Christiana, Peninsula duntaxat excepta, Martinum secuta est. ANNO Domini 1412. Henricus rex Angliæ 4. moritur, & filius eius Henricus 5. succedit in regno. ANNO deinde 1415. Henricus 5. rex Angliæ venit in Franciam cum exercitu, cepit Harflem. tum ducens exercitum per Picardiam, apud Blangium Franci cum eo pugnant, victi sunt. Scribit Aeneas Syluius, quòd Henricus iste fuit cum exercitu suo circumuentus à Francis, ita quòd dimittere voluit quæcunq; obtinisset in Francia, si cum suis incolis abire permitteretur. negatibus Gallicis, notu (ita enim impetrauerat in inducias) vocatis ducibus, Neq; fugere, inquit, cōmilitones, neque pacē ex hostibus consequi possumus, quanuis cedere regno Gallie voluerimus. sola nos arma tueri possunt. non est cur tantum exercitum formideris. iustam causam iustus Deus adiuvabit. ite, & alter alteri peccata vestra confitemini, pusillumque terræ ob memoriam sacramenti Eucharistiæ saluatoris alter alteri porrigite. crastina die liberabit nos Dominus ex manibus inimicorum. sic dimissa concione, peractis quæ iusserat, curare milites corpora præcepit. Orto die, commissum est prælium. ceciderunt Francorum millia quatuor genere illustri, Anglorum quadringenti cum duce Eboracen. regis fratre. in Anglorum potestatem viui venerunt Aurelianus & Borbonius duces, comes Vindonien. comes de Richmond, Marcellus Bossicardus, quos omnes in Angliam Henricus captiuos duxit. rex Franciæ prælio non affuit. ANNO Domini 1416. Sigismundus Imp. venit Parisios, & post in Angliam animo faciendæ pacis, qui postea cum rege Henrico venit Caleſum, vbi cum duce Burgundiæ secretò collocuti sunt, nec rex Angliæ pacem admisit. Nec multo post tempore Burgundi Philippi opera adiutus Henricus v. Parisios & alia quædam Gallie loca accepit, & inter reges pax intercessit Aecaterinæ Caroli filia nomine, quam Anglus vxorem duxit. ANNO Domini 1415. Philippus Maria tertius Mediolanen. dux, Iohannis Galeatij filius, in paternum ducatum restitutus, imperauit annis 32. vir magnanimus & sapientissimus. Is Mediolanum principio adeptus, cum omnes suæ ditionis ciuitates à tyrannis occuparentur, Beatricem consilio procerum suorum Canis Facini relictam annosam, duxit vxorem, à qua ingentem vim auri atque argenti suscipiens, mox exercitus magnos conscripsit, & Matthæo quòdam Teutonico & Criminola ducibus, sua recuperauit, addiditque ad paternam dominationem Genuam potentissimam urbem. fuit Martino V. amicissimus, Iohannam Apuliæ reginam ab Alfonso rege pulsam, sua virtute & potentia restituit in regnum. Tandem post innumera gesta cæcus factus anno Christi 1447. profluvio ventris correptus, decessit non relictis liberis, nisi Blanca Maria illegitima. nam habuit secundam vxorem Amedei ducis Sabaudiorum filiam, quam virginem dimississe fertur. scribunt etiam

etiam aliqui, quòd primam vxorem suspitione damnatam, interire fecerit. Durat Constantiæ concilium hætenus circiter annos quatuor, vbi cum vnita esset resp. Christiana, schismatisque authores abrogati, cautum est, ne vnquam tantis schismatibus turbaretur res Christiana, vt Conciliorum frequentia intercederet. Placuitque vt posthac concilia agerentur generalia: Primum à fine huius in quinquennium proximum, secundum verò ab illius fine in septennium, deinceps de decennio in decennium. quodque generale Conciliū conuocetur in locis, quæ pontifex Max. per mensem ante finem cuiusque concilij, approbantibus patribus, deputarit. terminum conuentus, vt & locum, ex causa poterit pontifex breuiorem, non longiorem, statuere. Estque deputata proximo concilio Papiæ. acta sunt hæc anno Domini 1417. quo, cum peracta essent cuius causa conuenerant Europæ proceres, concilium solutum est.

Martinus abiens Constantia, per Sabaudiam iter faciens, Mediolanum peruenit, vbi à Philippo Maria duce perbenignè suscipitur. Mantuam deinde, Ferrariam, ac demum per Flaminiam iter faciens, Florentiam inuisit, vitata de industria Bononia, quæ posteaquam intellexerat Iohannem coactum abdicare se pontificatu, pulsus ecclesiæ magistratibus, in libertatem se vindicauerat. Martinus Florentiam veniens, offendit Brachium Montonium virum in re militari præstantem, Perusium, ducatum Spoletinum, & magnam pattimonij partem occupasse, conductis mercede quibusdam tyrannis circunquaque positus, vt ipse tutò proficisci Romam non posset. Cùm verò admonitus Brachius redire ad sanitatem nollet, interdictum est sacris, omnibus his qui Brachium susciperent, aut ei parerent. ea occasione Florentini agunt, vt Brachius ad pedes pontificis prouolutus veniam peteret, quod & fecit, oppidaque aliquot ecclesiæ redderet, vtque stipendijs pontificis militans, Bononiam rebellem in Martini potestatem redigeret, cui bello Gabriel Condelmerius cardinalis & legatus præfuit, cuius industria & Brachij virtute Bononia in potestatem Ecclesiæ breui redijt.

Interim verò quatuor illi cardinales, qui olim cum Petro Luna adulterino pontifice senserant, Florentiam ad Martinum venientes cum honorificentissimo comitatu, publico consistorio suscepti, dignitatem suorum titulorum retinuerunt. Et Baltasarem Cossam, Iohannem 23. dictum, aiunt tum è Palatini carcere liberatum, ad pontificem Martinum venisse supplicem, à quo benignè exceptus, in cardinalium numerum ad-

scitus, episcopus Tusculanus est creatus. Equidem & Sigismundi & Ludouici Palatini precibus permotum Martinum crediderim, hunc, anteaquam Italiam adierit, Palatino carcere eduxisse, id quod papa ad vtrunque literæ testantur: & in Italia Cosmæ Medicis opera, suæ dignitati restituisse. nec superfuit his rebus Cossa diu, vita ex animi (vt aiunt) dolore excedens. Græcorum imperatoris tunc legati veniunt ad pontificem, pollicentes Græcos, quod ad fidem attinget, velle in sententiam Latinorum venire, si æquæ conditiones proponerentur. hos perbenignè pontifex suscepit, & legatum è latere creauit Petrum Fonsicium, S. Angeli cardinalem Hispanum, doctissimum hominem Constantinopolim mittit ad res componendas, quòd & antè missus erat Antonius Massanus ordinis Minorum generalis, qui Imperatoris & Græcorum exploraret sententiam. Tum instantibus Romanis, pontifex cum bona Florentinorum gratia discessurus, ciuitatem honore metropolitico exornauit, antea enim episcopum solum habuit. abiens itaque Romam tandem peruenit, effusa obuiam turba, effusis principibus vrbis, qui hominē haud secus ac quoddam salutare sidus expectant. diem illum in fastis annotauere Romani. x. Kalend. Octob. anno Domini 1421.

urbem Romam adeò direptam & vastam inuenit, vt nulla ciuitatis facies in ea videretur, ad quam rursum exornandam animū adiecit. ANNO Domini 1422. Henricus rex Angliæ Corbolij decumbens, non multis post diebus defunctus est, post quē Carolus cognomento Beneamatus rex Franciæ, vltima quoq; natura persoluit, apud S. Dionysium sepelitur. Carolus Caroli 6. filius, Franciæ rex appellatus est. Henricus Anglus patre Henrico defuncto, regiū Franciæ nomen vsurpabat, Fraciæ Angliæq; regem se publicis priuatisque literis & forensi sigillo monetaque, quam nouam cudit, appellans. In causa erat: nam dum Aecaterina Caroli 6. filia, captis (vt diximus) Parisijs, Henrico huius Henrici patri nubit, hæc matrimonio leges dictæ sunt, si præ Henrico vita defungeretur, Franciæ regnū Henricus adiret: sin contrà, & ex Henrico vitilis proles superstes foret Carolo deficiente, Henrici filius Franciæ principatū adipisceretur, nulla de Caroli legitimo herede mentione habita. Mortuo itaque Carolo 6. insurgit turbatio per totum regnum maxima. nam hinc à Burgundionibus, inde ab Anglis,

MOX

moxab his qui se rebus consulere dicebant, ita tumultuabatur, ut dicere difficile esset, hostisne an Francus plus damni miserabili populo importaret. multa praelia, multae seditiones in Francia fiunt, & nulla partium videtur alteri cedere velle. vincuntur tamen Franci apud Vernolium praelio, occisi ad numerum quatuor millium, inter quos duces & comites plurimi capti fuerunt. ANN O 1419. Vuenceslao defuncto, Iohannes Zischa nobilis genere, in curia regis a puero nutritus, & bellicis rebus exercitatus, altero carens oculo, quem in pugna amiserat, infectus Hussitarum veneno & rapinarum avidus, collecta perditorum hominum multitudine, in Ecclesias quae restabant, impetum fecit, simulacra sanctorum & imagines magni Dei confregit, monasterium Carthusiensium Pragae vicinum inuasit, monachos eius Ordinis tanquam populo inutiles, migrare aliud iussit. Venere per idem tempus ex montibus Pragae quadringenti circiter viri, lepra Hussitarum infecti cum mulieribus: atque in foro sedentes, cibum a magistratibus petiere. Consulatus metu plebis quae aduenarum miserabatur, cibaria eis publicitus ministravit. Zischa hos sibi adiunxit, & arcem Visegradensem negligerenter custoditam inuadere cupiens, ad locum quem Crucem appellant, profectus est. ibi supra 40. millia virorum ex haereticis conuenere, qui suam multitudinem conspicati, animum ad omne facinus adiecerunt. multa ibi aduersus Sigismundum Casarem, quem regium haeredem, suis conatibus infensum norant, excogitata atque decreta. Sophia interim anxia, crebris nuncijs ac literis Sigismundum vocare, vicinorum consilia petere. Sigismundum malo usum consilio, in Turcos qui se iam pridem castris exuerant, arma prius mouere, quam Boemiam peterent libido incessit. At dum Turcos laceffere parat, Boemiam amisit, & Vngariam non defendit. eapropter cum ferum esset eius auxilium, ex thesauro regis copias comparans, arcem Pragensem & minorem ciuitatem quae arci adiacet, praesidio firmavit. haeretici passim per regnum conuentus agitare, sollicitare populos minis & blanditijs, implere nouam ciuitatem suis hominibus parant. Cum hic esset rerum status, legati Sigismundi superuenere, qui regni gubernationem accipientes, cum ciuitate Pragensi ea lege inducias fecere, ut arce Visegradensi reddita, liceret ciuibus ad Sigismundum oratores mittere, de qua re sua cum eo transigere, Zischa quae occupauerat loca restitueret. Conditionibus acceptis atque completis, externi haeretici urbem relinquere, consulatus ex praesico more gubernationem iniit. quietiore reddita ciuitate, nondum catholici qui excesserant, redire ausi, expectabant Sigismundi aduentum. sed interruperunt spem literae ab eo missae, in quibus scriptum erat, ipsum breui venturum, regnumque eo modo gubernaturum, quo pater Carolus prouinciam gubernasset. quibus ex verbis haeretici intellexerunt, sectam suam excludi debere. Sigismundus ad festum Natiuitatis Brunnam, quod est Moraviae oppidum, petijt, ibique Pragensibus veniam petentibus, ea lege pepercit, ut catenas & repagula tota ex urbe deponerent, suos magistratus acciperent. Paruit attonita ciuitas. eleuatis in caelum manibus, primores gratulabundi aduentum noui regis expectabant. Nec dubium videbatur, quin tota Boemia labe Hussitarum excessisset, si ex Bruna Sigismundus recta via Pragae venisset, sed Vratislaviam Slesiae caput accessit, quo in loco populus urbanus non diu antea consulatum a Vuenceslao fratre illius constitutum, per seditionem obtruncauerat, cuius sceleris authores securi percussit. quod ubi Pragae renunciatum est, diffisi de venia ciues, hoc exemplum veriti, manifeste desierunt, & allesto Chemicone, qui arce Pragensi praerat, in totum regnum literas dedere, ne quis Sigismundo aditum praebere, qui non alia cura teneretur quam regni perdendi, qui antiquam Prutenorum ciuitatem ordini iure pignoris obligasset, Brandenburgenses a corona Boemica alienasset, Iohannem ac Hieronymum in concilio Constantiensi cremari non solum permisisset, verum etiam procurasset: dogmata quae ipsi sequerentur, totis conatibus impugnaret. Vnus prosperis adeo successibus Zischa, ciuitatem condidit dictam Thabor, sectatores Thaboritas, fraudem sacro nomine usurpato obtegens. Inter haec apud Boemos nefanda emerfit haeresis. Picardus quidam ex Gallia, transmissis Rheno, in Boemiam venit, qui praestigijs quibusdam fidem sibi concilians, breui tempore non paruum numerum virorumque plebem ad se traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit, author omnis licentiae. Venus publica & mixta, reliquaque horrenda auditu crimina hoc duce coeperant. occurrit eis Zischa, factionemque pene omnem extinxit. Fuit & alia in Boemia haereticorum factio, fratrum Orebitorum duce Morauo sacerdote appellata, quae territorium Graecense vicinasque gentes magnis affecit

Zischa Hussita.

Sigismundi legati in Boemia proficiscuntur.

Thaboritas.

Adamitas.

Orebitorum.

cit cladibus, pestifera atque immanis, nec Thaboritarum crudelitate vlla ex parte inferior, aduersus quam Martinus V. nominatim crucem decreuit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius sectae homines quoties sacerdotes nostros intercepere, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme super glaciem dimiserunt: quos parui momenti existimarunt, defectis virilibus abire permiserunt. Sigismundus imperator multa conatus ut regnum acciperet, sed eo perfidiae indies magis ac magis inuoluti sunt, ut passim catholici cum haereticis rebellare curarent. Pragenses enim quo facilius tueri se aduersus regem suum possent, in auxilium Zischam vocauerunt, qui apud Pragenses ex consilio suorum sacerdotum omnes sanctorum basilicas delere adortus est. neque enim fas esse dicebant, alteri quam soli Deo templa sacrari. hinc plurima monasteria & nobiles Ecclesiae vno imperu dissectae, ex quo dissensio inter eum & Pragenses facta est, & Zischa cum suis ad Thaboritas reuersus est, ubi multis praesicis contra Catholicos gestis semper victor euasit, captis oppidis sacerdotes catholicumque populum vbique cremauit, Sigismundi exercitum strauit aliquoties. Post multa Sigismundus ubi Zischam cuncta ex sententia cedere animaduertit, & illum esse vnum ex quo res Boemicae penderent, conciliare eum sibi statuit, multa pollicens. suscepit conditionem homo, & dum conuenta completeretur Sigismundum petit, inter eundem apud castellum Priscoium peste tactus expirauit. Zischa mortuo, ingens caecor inuasit exercitum. nec mora, duae factiones exortae, atque Thaboritae in duos exercitus diuisi sunt: alij vetus nomen tenuere, alij Orphanorum, ob mortem ducis, inditum nomen: qui etsi aliquando inter se dissentirent, ubi tamen extrinsecus vis ingruit, iunctis viribus se defendebant: egrediebantur ad vicinos, praedam agentes. At Martinus Pontifex maximus ubi Boemicam haeresim crescere animaduertit, priusquam longius serperet, cardinalem Vinconensem Anglicum, regia stirpe natum, in Germaniam proficisci iussit, qui contra Boemicam labem vicinos in arma conciret, cui & Imperator adiumento fuit. Erant tres exercitus: Saxoniae duces & stagnales ciuitates primum duxere, secundum Francones marchione Brandenburgensi duce, tertium Otho Treuerensis Archiepiscopus, quem Rhenenses secuti sunt, Boioarij & ciuitates Sueuorum imperiales. Ingressi Boemiam tribus locis, postquam sylvam transierunt, iuncti simul ante Missam castrametati sunt. At haeretici collecto raptim milite contra tendunt, nostri attoniti, non viso hoste fugerunt, instrumentaque bellica cum praeda dimiserunt. occurrens catholicis cardinalis, ut in hostem redirent, hortatur. quod cum frustra nitere, turpis fugae comes factus est. hostes praedae potiti sunt maxima: nec prius Teutones fugere, quam Boemi persequi, desistere. Sigismundus his cognitis, Norinbergam properat, noua principum auxilia comparat. Martinus quoque Pont. max. Iulianum cardinalem S. Angeli cum ea legatione mittit, ut Boemis bellum inferat. Is Germaniam ingressus, ad Sigismundum diuertit. Decreta est noua in Boemos expeditio. dux belli Fridericus marchio Brandenburgensis declaratus, ingressus est Boemiam per viam quae ducit ad Teplam. in ea expeditione Albertus & Christophorus Bauariae, & Fridericus Saxoniae duces, Iohannes & Albertus Brandenburgenses principes, Herbipolensis, Babenbergensis, Eistetenensis episcopi, societas Sueuorum quam S. Georgij vocant, imperiales ciuitates, Moguntinensis, Treuirensis, & Colonienensis, archiepiscopi auxilia miserunt. supra xl. millia equitum fuisse traduntur, peditum minor numerus erat. Renatus Lotharingiae dux, impeditus bello contra comitem Vuidemont, non aderat, neque Palatinus Rheni, qui illi adiutor erat. Ingressus Boemiam Cardinalis, numerosam expeditionem ductans, multas haereticorum villas incendit, oppida diripit, in quibus non avaritia tantum, verum crudelitas etiam militum grassata est: quosque obuios passim necauere, nec aetatis nec sexus habita ratione. Boemi qui iam pridem hostem affuturum acceperant, expeditas legiones coegerant. Inter haec siue proditio in exercitu fidelium fuit, quod plurimi putauerunt, siue inanis mentes eorum pauor inuasit, totis castris trepidatum est: & priusquam hostis visus, foedissima coepta fuga. Mirari Iulianus vnde hic timor, quae causa fugae tanti exercitus, hortatur quosque forti animo hostem expectent: de vita, de religione Christiana bellum geri: turpe Germanis, quos totus orbis concelebrat, hosti nondum viso cedere. sed frustra erat cohortatio apud eos, quorum pudorem metus euicerat. ablata sunt raptim signa, multi etiam proiectis armis, acsi a tergo instaretur, rapido cursu fugam maturauerunt. Quibus & Cardinalis inuitus se comitem dedit. hostis ex alieno metu audax factus, affuit, impedimentisque omnibus, quibus per

Orphanorum.

Sigismundi contra Hussitas expeditio.

Germanici exercitus fuga.

syluam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus est. Martinus Papa iuxta decretum Constantiense, sentientibus etiam ita cardinalibus, Concilium Papiæ inchoauit. is enim locus ad eam rem erat deputatus. missi eò Petrus Donatus episcopus Creten. Iacobus episcopus Spoletinus, Petrus Roseus abbas & nonnulli alij. expectabantur nationes. sed ecce dum expectat, tanta repente pestis Papiam inuasit, vt præfidentes concilij mutare locum & tempus sint coacti. placuit itaque omnibus ex sententia pontificis Senas migrare, quò maior ex omni natione multitudo quàm Papiæ peruenit. Alphonfus autem Aragonum rex Martino infensus, qui titulum regni Siciliae & Neapolis habere nequiuerat, cum Alouiso regis Ludouici filio oratorem ad concilium mittit, qui & concilium in longum duceret, & causam Petri Lunæ adhuc in Peninsula superstitis restitueret, largitione pollicitationibusque ambiendo vnumquemque ex his qui in concilio auctoritatem haberet. hanc ob rem Martinus non ignarus, quantam calamitatem ea res Ecclesiæ Rom. allatura esset, mandauit concilium statim dissolui, approbatis decretis in concilio habitis quæ ad fidem pertinebant. Et ne subterfugere conuentum Christianorum videretur, insequens septennium adiudicauit, infra quod in Basilea celebraretur, atque hoc modo schismatis & discordiarum semina à quibusdam iacta, sublata hominis prudentia sunt. habitum est concilium Senis circa annum 1424. Post aliqua verò tempora mortuus est Petrus de Luna in Peninsula, tum ne aliquid deesset quod ecclesiam vexaret, duo anticardinales, Alphonso suadente, Aegidium canonicum Barchinonen. pontificem deligunt, Clementemque octauum appellant, qui statim & Cardinales creauit. Verùm cum Alphonfus in gratiam redisset cum Martino, Aegidius Alphonso iubente, statim omnia pontificatus iura deposuit. Cardinales autem ab Aegidio creati, spontè Cardinalatu se abdicarunt. priores duo cardinales in carcerem coniecti sunt à legato pontificis ad hoc missi, & sic schisma vndique sublatum est. ANNO 1430. Martinus papa cardinalem Iulianum Basileam misit pro concilio & contra Boemos, intra quæ Martinus Papa in omni vita integer demum pontificatus sui anno 14. mense tertio Romæ apoplexia moritur, & in basilica Constantiniana ante capita Apostolorum sepelitur, comitâte Ro. populo ac clero non aliter flente, quàm si vrbs Roma optimo parente orbata esset.

ANNO Domini 1428. venit ad regem Carolum in Franciam quædam puella plebeia ex Lotharingia, quæ asseruit se missam à Deo, vt per ipsam dictum regnum, quo rex erat ferè destitutus, ad eius obedientiam reducat. Erat raso capite ad modum viri, & volens ad tumultus bellicos exire, vestibus & armis virilibus induebatur, rediens autem de bello, habitum muliebrem reassumpit. Rex in tanta perturbatione facilliter credulus, Marefcalcū & nonnullos alios sibi adiunxit, auxilium laturus Aurelianus obsessis, vbi puella Anglicos ab obsidione repulit, & quendam magnum Angliæ capitaneum occidit. Aurelianus liberatis, Anglicos Franci insequuntur duce puella, & oppidum Gergeum capiunt, Anglos trucidant, deinde Talahotum capitaneum supremum abeuntem insequuntur. & commisso prælio territi Angli, fugiunt ac sternuntur. Rex Carolus deinde multo nobilium & baronum comitatu stipatus, ingreditur Rhemos, & illic coronatur, in regemque inungitur. post coronationem Soisson castrum Tierri & alia loca vsque ad S. Dionysium in Francia per Anglos occupata, ad obedientiam reducit. nam dux de Gotford pro Anglicis locum tenens, iuerat Rothomagum pro munienda Nortmannia. Itaque rex etiam S. Dionysium recuperat, & tunc fuit læsa puella iuxta Parisios, rex deinde ibat versus Bituriges. Eodem tempore princeps de Arange, partes Philippi ducis Burgundiæ tenens, fuit profligatus in Delphinatu, occisis nobilibus suis. ANNO Domini 1430. obsessio Compendio, capta est puella supradicta per quendam Picardum, qui vendidit eam Anglicis, & Angli eam Rothomagi occiderunt, incineratam. ANNO Domini 1431. quinto Nonas Martij Eugenius 4. patria Venetus, familia Condemia, patre Angelo natus, pontifex creatur. sedit annos 13. statim ad S. Petrum comitante populo & clero perducitur, accepta deinde corona pontificia de more, inuisaque basilica S. Ioh. Lateranensis, in Vaticanum rediens, consistorium generale proposuit indiça die, qua certè tanta multitudo affuit, vt cum trabes deficerent eius loci, trepidatum sit ad eò tumultuosè, vt in ipsa fuga Senogalliæ Episcopus cuius Ro. obtritrus perierit. dimisso consistorio, Eugenius tumultus deinceps ex industria vitauit. Primùm creatus pontifex, Iulianum Casarium cardinalem S. Angeli, quem Martinus prædecessor eius legatum destinauerat in Basileam, ad celebrandum ibi concilium eius auctoritate, maximè ad

Papien. concilij translatio.

Senense concilium.

Clemens 8 antipapa.

Iohanna puella apud Carolum.

Eugenius 4 papa.

ad extirpandam hæresim Hussitarum, confirmauit. Instabant tunc delatores quidam, dicentes Martinum maximos reliquisse thesauros, idque sciturum Eugenium ex Martini familiaribus nepotibusque. eò vesania hominem perpulere, vt Martini vicecamerarium compræhendi iusserit, idque negocium Stephano Columnæ dederit, quem copijs suis præfecerat. ab alijs enim Columnensibus dissentiebat, cardinali Vrsino & cardinali Comitum infaniam hominis adiuuantibus. Mandauerat Eugenius, vt vicecamerarius ad se sine vilo tumultu aut ignominia perduceretur, quod contra à Stephano factum est. nam & eius bona à militibus direpta sunt, & ipse vi tanquam latro ad pontificem tractus est. Hac indignitate motus Eugenius, Stephano succensuit, eique interminatus est, quòd & camerarium & Episcopum Tiburtinum, olim cubicularium, ita indecenter ad se traxisset. Veritus itaque Stephanus Eugenij iram, Præneste ad principem Columnam confugit, eumque hortatus est, suas opes pollicitus, vt Eugenium vrbe pelleret, quòd diceret pontifici in animo esse nomen Columnensium extinguere, id se optimè scire, eiusque cõsiliorum participè fuisse, & ob eam rem aufugisse. Morus his verbis princeps & eorum calamitatibus qui Martinum amauerant, sumptis properè armis, pontificem aggredi instituit. substitit tamen aliquandiu, donec adesset Prosper frater diaconus Cardinalis, quem admonuit vt vrbe discederet. Viso fratre, à Præneste Romam in Eugenium mouens, occupata per Iohannem Baptistam porta Appia, vrbe armato milite sine vilo maleficio primò ingreditur. Iam peruenierat ad S. Marcum, vbi subito eis obuiam facti sunt pontificis milites, magna populi parte adiuuante. Pugnatum est in vrbe aliquandiu, quæ in pugna multi vtrinque cecidere arque capti sunt. Quare Columnenses, cum viderent populum Ro. aduersum cedere ex vrbe, inuadentes omnia passim rapiunt, pecora abigunt, homines abducunt. talionem his reddidere pontificis milites, Ro. populo mixti. Nam Prosperi cardinalis & Columnensium omnium ac familiarium Martini domos hostilem in modum diripiunt & vastant. Iratatis hoc modo vtrinque amicis, etiam prodicionibus res coepa est, non solum aperto Marte. Capitur archiepiscopus Beneuentanus Columnensis, ac quidam Masius frater, qui fassus est quaestione adhibita, sibi in animo fuisse, arcem S. Angeli dolo capere, interfecto arcis præfecto, qua occupata, & pontifex & Vrsinus vrbe pellerentur. De Masio sacerdotio abrogato, est supplicium sumptum in campo Floræ, eiusque corpus quadrisariam sub furcâ diuisum, ad quatuor vrbis celeberrimas vias suspensum est. At verò cum Eugenius in ægritudinem incidisset, vel dolore animi, vel veneno, agere de pace cum Columnensibus coepit, curantè eam rem Angeloto Fosco, postea cardinali facto. diuulgata itaque pace, quies facta est, & opinor hæc morbo pontificem nonnihil leuauit, cui firmandæ imperatoris aduentus profuit. Per id tempus Sigismundus Imp. ad coronam imperij suscipiendam adijt Italiam. hoc audito, Eugenius nepotem Franciscum Camerarium instituit, huic viros præstantes addidit, quorum consilijs vteretur in gubernanda ecclesiastica ditione. Tum Florentini aduentum imperatoris in Italiam veriti, quòd Philippi Mariæ rebus fauere videretur, Nerio ciui suo negocium dant, vt quibus rationibus possit, Eugenio ostendat & persuadeat, aduentum imperatoris in vrbe, non minùs Sedi Apost. quàm Florentinis perniciem minari, ideo prohiberi debere Sigismundum, ne Arnum transeat ad Senenses cum Germano equitatu. Venerat in eandem sententiam Eugenius. Sed his non obstantibus, Sigismundus, etiam inuitis Florentinis Eugenioque, Senas venerat, & cum sex mensibus Senis substitisset, ad Eugenium conuersus, inito cum eo foedere, Romam profectus, perbenignè à pontifice populoque Rom. susceptus, corona imperij donatur. Verùm dum à Vaticano vbi coronam acceperat, ad Lateranum proficiscitur, in ponte Adriani (vt mos est) multos tum Italos tum Germanos in equestrem ordinem adsciuit. abiens deinde cum bona Eugenij gratia Imperator, per Picentes & Flaminiam iter faciens, Ferrariam atque Mantuam peruenit: vbi aliquot dies immoratus, & Iohannem Franciscum Mantuæ dominum marchionali dignitate & Imperij signis exornauit. Et Barbaram Iohannis Marchionis Brandenburgensis filiam, Ludouico Iohannis Francisci filio despondit vxorè, ex qua postea nata est Barbara, illustri comiti Eberardo de Wirtemberg, postea Duci domino meo, matrimonio iuncta. ANNO Domini 1433. bello durante inter Veneros Florentinosque & Philippum ducem Mediolanen. Eugenius visus est fauere Venetis, vnde & multa aduersa à Philippo ei procurata sunt. Hoc anno facta est inter partes pax, Eugenio annuente. pace autem ita facta, subito omnis

Columnensium Romam inuadunt.

animi,

Sigismundus Imp. Romæ coronatus.

Barb. Mantuæ domina

belli vis in Eugenium conuersa est. Nam Philippus Franciscum Sphorciam cum magnis copijs in Flaminiam misit, quasi contra Alphonsum qui Siculum regnum infestabat, iturum. Is per Picentes & Umbros iter faciens, oppida illa ex improviso adortus, breui in potestatem suam redegit. Non hoc contentus Philippus, Nicolaum Fortebrachium virum ingenio & manu promptum, cum equitatu in Eugenium misit ad eò celeriter, vt prius pontem Miluium & portam Flaminiam occupauerit, quam aduentare hostem sit cognitum. Militauerat sub Eugenio prius Nicolaus, & eius nomine praefectum vici Vetralla & ciuitate veteri spoliauerat, adiuuantibus Venetorum triremibus. Verum cum postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugenius, tantum praedae ex castellis praefecti eum auexisse, vt ei pro stipendio satis esset. quamobrem indignatus Nicolaus, agrum Romanum ingressus, tantum tumultus concitauit ingenti praeda hominum & pecorum abacta, vt Eugenius aliquandiu incertus manserit quorsum iret. Concurrerant Romani ciues ad Eugenium, questum de illatis iniurijs, quos pontifex ad Franciscum camerarium remittebat, qui ocio & voluptatibus deditus, nil aliud respondit conquerentibus de praeda pecorum, quam eos nimiam spem in pecoribus collocasse. Venetos quidem sine gregibus & iumentis longè vrbaniorem vitam ducere. Indignati hoc responso, cum iam Nicolaus oppida aliquot cepisset, traxissetque in partes suas Columenses, sublato clamore, ad arma & libertatem conclamatum est, pulsus omnibus Eugenij magistratibus, ac capto Francisco, nouos ipsi magistratus creant. septem fuere è ciuibus Romanis gubernatores, penes quos vita ac necis hominum potestas erat. At Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus quid faceret, de fuga cogitauit. mutato itaque habitu, sumptoque monastico cucullo, vna cum Arsenio monacho nauiculam ingressus, Tiberi Ostiam vehebatur: cum subito Romani quidam, cognita hominis fuga, cum lapidibus sagittisque incessunt. Abeunte Eugenio Pisas, ac deinde Florentiam triremibus delato, Romani oppugnare arcem S. Angeli satagunt. At verò praefectus arcis subornat militem, qui captus à Ro. fidem illis praestitit, se ductore arcem posse capi. creduli nimium, mercedem promittunt. remissus iste, vestes praefecti arcis & caligas, addita etiam capitis forma, suspendit, annitque ingrediendum. Ingrediuntur Romani, & statim priores rapiuntur, clausa reliquis est ianua. Romani igitur de captiuis redimendis cogitantes, camerarium Eugenij nepotem, quem in vinculis habebant, dimittunt, suos qui in arce erant, recepturi. Et demum in potestatem Eugenij redeunt, quinto post libertatem adeptam mense. creati rursus magistratus ecclesiae nomine. Tum verò pontifex ancipiti cura distractus, & quòd bellis vndique premeretur, & quòd Basileense concilium iam antea inchoatum Martini decreto, augeri indies cerneret, concurrentibus è Hispania, Gallia, Germania, Pannonia principibus, qui communem reipub. Christianae causam in arbitrio concilij reponebant. Eugenius nitebatur transferre concilium à Basilea ad Bononienses. Sed imperator alijque principes & praelati qui tum Basileae erant, non modò pontifici non obtemperarunt, verum etiam eum bis terque monuerunt, vt Basileam idoneum à Martino pro concilio locum delectum, vna cum cardinalibus proficisceretur: aliter se in eum acturos, vt in praenaricatore & contumacem. Motus istorum verbis Eugenius, Basileense concilium literis apostolicis confirmauit, facta cuique abeundi copia. Inciderunt hæc in annum 1434. cum Basileae conuentus coepisset dicatur, vt supra scripsimus, anno 1431. Per id tempus scripsit Sigismundus Imp. Boemis, coeptum esse iam sua opera Basileense concilium, hortari eos qui se audiri de religione cuperent, eò proficisci, auditurum benignè conuentum rationes eorum: tantum operam dent, vt cum synodo de religione conueniant, sibi que regnum referuent, cuius pater, frater, auus apud eos regnauerint. Scripsit & Basileensis synodus Boemis, vt legatos mitterent qui fidei suae rationem ostenderent, securitatem itineris, & quæ vellent dicendi libertatem promittens. Fuerunt inter Boemos duæ sententiae, Orphani & Thaboritæ: plebs ferme omnis negabat eundum esse, Iohannis Hus & Hieronymi exemplum afferens, qui Constantiam ad synodum profecti, sub fide Sigismundi publicè combusti sint. Nobilitas verò Mainardum secuta, principem Nouæ domus, virum cordatum, petendum esse concilium aiebat, nec tolerandos videri qui nouas peregrinasque sententias de fide, nouumque ritum religionis inuenissent, nisi dictorum factorumque rationem vniuersali Ecclesiae redderent. Vicit hæc sententia. legatio 300. equitum Basileam missa, cuius principes fuerunt, Guilielmus

Eugenij fū
ga.De Conci-
lio Basileen.Vorantur
Boemi Ba-
silicam.

mus non tam equestri dignitate quam Ecclesiarum direptione insignis, Procopius cognomento Rarus, magnis sceleribus nobilitatus, Iohannes Rochezana, Nicolaus Galecus Thaboritarum sacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus, solis elenchis in disputando confidens. effuso extra moenia populo, ex synodo quoque complures aduentum fortissimæ gentis pro portis ecclesiae expectauerunt. Rochezana oppidum est Pragensis ecclesiae, ex hoc loco obscuris parentibus natus est Iohannes Rochezana dictus. cum adoleuisset, nobilis cuiusdam pueri pædagogus factus est: & cum valesset lingua, in collegio pauperum Pragæ receptus, auditor Iacobelli fuit. postremò presbyter ordinatus, prædicare coepit Pragensibus, & iam nomine & autoritate valebat, cum Zifcha Pragam oblideret. hic erat ad concilium, vt dictum est, missus.

Exceptos Boemorum legatos hospitaliter, postridie in concione accersitos, Iulianus cardinalis benignè allocutus, luculenta oratione ad ea quæ pacis & vnionis erant, cohortatus, ecclesiam Christi sponsam omnium fidelium matrem esse dicens, clauis ligandi & soluendi habere: qui eam contempserit, alienum, prophanum: conciliorum statuta, placita ecclesiae censi: concilijs non minus, quam euangelijs, credi oportere: Boemos, qui se filios ecclesiae dicerent, vocem matris audire debere. Hæc & his similia vbi dixit, Boemi pauca respondere, quibus par facundia non esset, se neque concilia neque ecclesiam contempsisse, aduersus inauditam sententiam Constantiæ latam, incorruptam apud se patrum autoritatem manere: quodcunque Boemi asserant, sacris literis atque euangelio confirmari: venisse, vt innocentiam suam patefaciant vniuersali ecclesiae, petereque publicam audientiam, in qua laici quoque sint. neque id negatum est. Interrogati, quæ nam illa essent, in quibus à Romana ecclesia dissentirent, quatuor articulos proposuere, de communionem diuinæ eucharistiae, quam sub specie panis & vini sumendam his, qui salui esse velint, necessariò affirmabant: de ciuili dominio, quod clericis interdictum diuina lege dicebant: de prædicatione verbi Dei, quam liberam permissamque passim omnibus arbitrabantur: de publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, etiam maioris mali vitandi gratia. hæc tueri se tantummodo posse arbitrati sunt, eaque regni nomine dicta. Verum cum legatus alia de Boemis accepisset se affirmaret, quæ Christianas aures offenderent, inter quæ esset illud, religiones mendicantium inuentum diabolicum prædicari, assurgens Procopius: Neque hoc falsum est, inquit, nam si neque Moyses & ante ipsum patriarchæ, nec post eum prophete, neque in noua lege Christus Dominus neque apostoli mendicantes instituere, quis non intelligit diaboli tenebrarumque opus esse? Excepta est ingenti cachinno Procopij vox. legatus verò placidè argumenta indocti hominis soluit: neque enim prophetarum patriarcharumque placita & quæ Christus instituit, quæ sanxerunt apostoli, duntaxat à Deo esse docuit, verum ecclesiae quoque decreta, quæ sancto dirigente spiritu ducitur, opera Dei esse monstrauit, quauis & mendicantium vita ex euangelio sumpta videri possit. Selegerunt Boemi quatuor magistros, qui suos articulos ex diuina lege sumptos ostenderent: & qui eos confutarent, ex patribus totidem assumpti præstantes viri. disputatum est quinquaginta diebus. postremò cum victa Hussitarum perfidia, vinci nollet, ad tractatum ventum. tentatum, si fortasse amicè trahi possent, missi & oratores in Boemiam ex concilio viri doctissimi, & qui gentis versutiam nossent. multa cum Boemis agitata, nunc pacis spes facta, nunc belli metus. Dum hæc aguntur, Thaboritæ & Orphani Mainardo cæterisque nobilibus offensi esse coeperunt, eorumque suspectas actiones habere, tanquam concilio auscultarent, neque vana opinio. conuenere nanque sæpe inter se barones errorem suum recognoscere, miseros se dicere, qui cum regis imperium abdicauerint, Procopij iugum ferant: illum dominum esse, pro suo arbitrio tributa exigere, delectum habere, exercitum quò velit ducere, rapere, spoliare, occidere, nobiles atque ignobiles ei mancipia esse, excutiendum tandem tyranni iugum: placet accersire publicè conuentum procerum & ciuitatum, in quo regni status reformetur: deligendum aiunt vnum esse ex nobilitate ducem, cuius potestas annua sit, nonnullosque ei adiungendos, quorum consilio rempub. administret. Ne verò vsurpare sibi barones regnum videantur, ex media nobilitate assumendum ducem consulunt. Itum est in sententiam: Alscio Risemburgen. antiquæ nobilitatis homo, apud eum fuere, autoritas apud Mainardum extitit. Procopius his cognitis, Orphanos & Thaboritas in expeditionem ducens, ad urbem Peliznam quam fideles incolant,

Rochezana

Boemorum
errores.Dissidens
Boemi.Alscio Boe-
mori fide-
lium præ-
ses.

lebant, castra ponit, atque xj. mensibus obsidione & crebris oppugnationibus vrget. Oppidani extrema passi, ac iam fame pereuntes, ad synodum Basileam. misere oratum, ne fidelem urbem in manus hæreticorum venire sinerent. Patres ex priuato argento symbolum dederunt, auri octo millia nummum Mainardus mittentes, qui collecto exercitu subueniret obsessis. Per idem tēpus ea pars Praga, quæ noua ciuitas appellatur, ab Orphanis imposito præsidio tenebatur, cui præfectus erat presbyter Lupus Rochezana infensus, aduersus quem prædicando plebem incitabat. Ille in veteri ciuitate apud ædem S. Mariæ Lupum vicissim maledictis lacerabat. ob quam rem crescentibus odijs, clauserrunt Orphani aditus veteris ciuitatis in nouam, turresque ligneas erexerunt, vt missilibus oppidanos in veteri vrbe infestarent. Ea occasione vsus Alsicio, conuocata nobilitate, nihil esse imperium suum dicit, quod Thaboritæ & Orphani contempnant, regnum maturè periturum, nisi magistratibus pareatur. Placet omnibus cum ea manu militum quam Mainardus comparauerat, Pragam peti. nec morati, veterem ciuitatem ingrediuntur, ligneas turres amoueri, parereque omnes Alsicioni iubent. negant Orphani ducem esse, quem nec ipsi neque Thaboritæ susceperunt. fit tumultus, committitur in vrbe bellum. disiectæ sunt turres ciuitatis omnes, in potestatem Alsicionis factæ. Peliznenses re cognita, Procopio è muris eludere, stultum esse qui sua tueri nequeat, infestare aliena: venturos breui qui obsidionem soluant. Is vbi certum nuncium de gestis Pragensibus accepit, soluta obsidione, cum omnibus copijs versus Pragam contendit. properanti omnes amici occurrunt, de pace inter eum & nobiles agunt. Procopius ita demum se pacem habiturum respondit, si noua Praga sibi restituatur. Pelizna in eo statu reponatur, in quo fuit ante dissolutam obsidionem. Nobiles magis armis decertare constituunt. Relicta itaque ciuitate, obuiam hosti pergunt, in agris latè patentibus currus contra currus concurrunt. Decreuerat Procopius haudquaquam pugnae copiam facere, nisi prærogatiuam videret. erat ei animus, recta via Pragam petere, certo de noua ciuitate sibi tradenda. at equitatus nobilium prætergressus, vltimam partem apertam videns, raptim ingreditur, eadem magnam facit. trepidatur vbique castris, cæduntur passim pedites. fit fuga, instant nobiles, sternuntur fugientes. Procopius vbi suos retinere non potest, inter confertissimos hostes dilapsus, cum cohorte aliquantisper hostis impetum tulit, multisque cæsis, circumuentus multitudine equitum, telo in incertum missio confoditur. Pari modo & alter Procopius, qui minorem appellari se volebat, in eodem globo fortiter pugnans occubuit. sic Thaboritarum & Orphanorum scelerati exercitus iniuncti prius, victi ac deleti sunt. Coapho è prælio fuga dilapsus, cum magna parte equitatus in Coloniam sese recepit. Confecto bello, cum multa millia captiuorum essent, Mainardus concilio procerum accersito, perdere pessimam plebem statuit, quæ nutrita in armis, omnem ætatem in castris egerat, rapinis, cædibus atque adulterijs assueta. Sed veritus ne simul innocentes interficeret, qui ex agris coacti, ad pugnam venerant, voce præconia edici iubet, nondum bellum peractum esse, fugisse Coaphonem, Coloniam expugnari oportere, vicinasque gentes armis domandas, ad eam rem necessarios qui sub Procopio militassent, viros exercitatos, decretumque est eis ex publico stipendium, donec regnum pacaretur. Proinde omnes qui stipendia facere vellent, in horrea sese proxima reciperent. Cauent ne rudes inexpertosque belli secum admitterent, illos sua rura suosque lares repetere posse. Introierunt horrea pleraque Thaboritarum Orphanorumque; millia, homines nigri, ad solem & ventum indurati, ad spectu tætri atque horribiles, & qui circa famum in castris vixissent, aquilinis oculis, impexo crine. clausa sunt confestim ostia, & ignis immisus, quo illa hominum colluuijs post multa patrata scelera exusta, contemptæ demum religionis poenas dedit. Sigismundus cum esset in Italia, audissetque patres Basileæ coactos, Eugenium papam deponere statuisse, podagra laborans, itinere se commisit: tantaque celeritate aduectus est, vt antè in concilio sit visus, quàm eò venturus audiretur. dissidioque patrum, quod tunc erat cum Eugenio, ad tempus sedato, Vlmam se contulit. Hic audita Thaboritarum Orphanorumque clade, legatos in Boemiam mittit, regni proceres pro hoc facto commendat, hortatur vt sese regem suscipiant, quem fratri successorem ius gentium dederat. Illi magno numero apud Ratisponam conueniunt, regemque suum saluant. Venerunt seorsum etiã Coapho & Iohannes Rochezana, de suis rebus acturi. Legati quoque Basileensis Concilij qui Pragæ fuerant, & cum Boemis certo modo conuenerant, eò se contulere. Sigismundus auditis quæ de religio-

Procopij
cædes.

Thaborita-
rum clades.

Sigismundus
Impe. Basileam
venit.

ne in communi placuerant, conuenta probauit, eaque seruari mandauit. Exin poscentibus Vngaris, nauibus per Danubium vectus, Budam petijt, vbi reformato rerum statu, vocatis ad se Boemorum principibus, in Alba regali sexaginta millia nummum inter eos distribuit, pecorumque maximum numerum. Dicta die qua veller Boemiam ingredi, non moratus, Iglariam venit. vbi concilio cum Boemis habito, conuenta legatorum concilij iterum probauit. Ea huiusmodi fuere: Boemis & Morauis Ecclesiasticam vnitatem pacemque complectentibus, seque in cæteris omnibus præterquam in vsu communionis vtriusque speciei, vniuersalis ecclesiæ fidei ac ritui conformantibus, autoritate Domini nostri Iesu Christi & ecclesiæ, sub duplici specie, panis sac vini, his qui consuessent, diuinæ eucharistiæ communicare licebit. An verò ex præcepto Dei id fieri debeat, generale concilium in Basilea diffiniet: & quid vtilitati fidelium salutique congruat, lege in perpetuum valitura constituet. Quo facto, si perseverauerint Boemi in huiusmodi communionis desiderio, idque missa legatione petierint, sacer conuentus Boemiæ & Morauis sacerdotibus communicandi sub vtraque specie personas sibi subiectas, & in annis discretionis constitutas, & quæ id reuerenter postulauerint, libertatem impartietur, commonitione interiecta, vt inter communicandum plebem publicè instruant, non sub specie panis carnem Christi tantum, nec sub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie rotum & integrum contineri Christum. Breuis concordia notula, verum tot sententiæ, quot verba: & quod ecclesia vniuersalis credit, quod seruat, genti Boemorum credendum seruandumque præcipitur. Cæterum inter imperatorem & Boemos alia pactio interuenere, quibus ecclesiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta sunt, donec certa pecunia leuarentur. Religiosis vtriusque sexus quibus adempta monasteria essent, exulibus quoque spes redditus datur. Rochezana Pragensis præsulatus promissus, de disponendo ecclesiarum Boemicarum regimine, summo pontifici facultas oblata. His sic constitutis, Rochezana cum alijs quatuor presbyteris, nomine totius cleri sibi adherentis, sedente Sigismundo pro tribunali in foro ciuitatis, assistente Alberto genero duce Austriae, magnaque procerum & oratorum circumstante corona, obedientiam Ro. ecclesiæ sese præstare professus est. Sequenti verò die haud absimili solemnitate absoluti sunt ab anathemate cæterisque cæsuris hæretici, & in ecclesiam per legatos concilij introduci. Vbi cum diuina celebrarentur, Rochezana perfidiæ suæ non immemor, altare accedens, diuina re peracta, vbi quem iusserat adesse, sacramentum ex calice dedit. Et quanuis alter ex legatis, in aliena ecclesia id sibi non licere assereret, in proposito tamen persistit. ob quam rem penè in irritum conuenta cecidere. Composita tamen lis est ex eo conuentionis capite, quo sancitum est, ne pacis pacto violato, communis concordia rumperetur. His compositis, Sigismundus nona Septembris, anno 1436. ab ortu saluatoris Pragam venit, vbi qui paulò antè Boemorum hostis, ex adulterio natus, antichristi filius censebatur, extremis honoribus exceptus est, barones ac ciuitates in eius verba iurauerunt. Philibertus episcopus Constantien. natione Gallicus, & collegæ sui ex Basilea missi, ecclesiasticos introducere ritus, sacerdotes instituere, sanctorum imagines reducere, aqua benedictam in ædibus sacris reponere, baptismatis fontes, altaria consecrare, spurcitiæ omnem abolere. Paruere cõplurimi, Rochezana verò cõplices resistere, obloqui, blasphemare, plebem modis omnibus auertere. Ipse quoque incensor malorum, ex parochia S. Mariæ ante latam curiam, quam propria temeritate intuasera, amoueri minimè potuit, neque laniare inter prædicandū Ro. Ecclesiam sermonibus suis prætermisit, legatisque sæpe necem per insidias machinatus est. Sigismundus autem cum ecclesias pollutas intrare noller, templum S. Iacobi quod fratrum Minorum fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum seruabantur, restitui sibi poposcit. Annuit ciuitas, & aliqui monachi introducti sunt qui verbum Dei prædicarent. Id olim ne Zischâ subuerteret, armati carnifices defenderant, sepulcris Maiorum consulentes. Redierunt & alij mendicantes, tum Cælestini, S. Mariæ Teutones, Hierosolymitani, & nonnullorum monasteriorum abbates, sacerdos quoque S. Georgij in arce Pragensi, qui principis honore fungitur, & baculo pastorali vtitur, sacris præfectus virginibus, ab exilio remeavit. Hic ex veteri more quotannis in celebritate S. Viti, nouum regi panem offerre tenetur. Restituti sunt & cathedralis ecclesiæ canonici, vicarij, & mansionarij: diuinumque officium instauratur. Legati Basileam missi, qui declarationem super articulo communionis expeterent. Cum verò nulli essent ecclesiæ red-

Aboluti
Boemi.

Sigismundus
Pragæ venit.

Sigismundus ditus, ex quibus ali templorum ministri possent, iussit imperator ex fisco regio per singula canonicorum capita quibusque hebdomadis aureum nummū distribui, minoribus clericis dimidium dari. Ea res anno aureorum sex millia absumpsit. In alia quoque; templa donaria collocata, noua facies vrbis, nouus populus. quibus ex rebus liquet, imperatorem, quæ foedera cum hæreticis percussit, necessitate magis admisisse, quam voluntate, voluisse autem sensim ad veram religionem prouinciam reducere.

Thaboritæ qui superioribus cladibus superfuerat, in oppido conseruati, ea lege in gratiam recepti, vt quinquennio toto suis moribus viuerent, religionis cultum mutare non cogentur, iura ciuitatis haberent, tributi nomine singulis annis sexagenas decem penderent. Sed cum nefandas eorum consuetudines Sigismundus accepisset, quinquennium haud expectaturum se dixit, Rochezanam hortari, Ro. ecclesiæ se subiiceret, sic posse pontificatum sibi committi: superbienti, & aliena de fide sentienti, de dignitate desperandum esse: ille mente superba & opinione sua inflatus, peior effici, monachorum reditum ægerrimè ferre, quorum sermones non minùs, quam suos, acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter prædicandum sermone de monachis: Venerunt, inquit, noui ad vos dæmones quos monachos vocant, his studium est deijcere nos à veritate. At si viri sumus, priùs sanguinem effundamus. Id Sigismundus vbi accepit, Immo nos, inquit, Rochezanæ sanguinem non inuiti ante aras libabimus. Non latuit Rochezanam sermo imperatoris, qui admonitus clam aufugit. eius ecclesia Papustano bono & docto viro commissa, quem nos, inquit Aeneas, postea exulem, perturbatis iterum rebus, in Noua domo vidimus. Iohannes Roacius nobili loco natus, ingenio pessimo, non longè à montibus Tuthinis, in edito colle intra sylvas castellum ædificauit, vocauitque montem Sion, asserens ex eo loco veritatem aliquando exituram, quæ gentem Boemicam libertate donet. euntibus ad Iglariam cæteris nobilibus, imperatorem suscepturis, ipse domi manens, vicinis infestus prædas agitat. Sigismundum quoque lacessit, armenta quæ illi aduehebantur ex Vngaria, rapit, neque à purpuratis regijs manus abstinet. Sigismundus Henricum Tasconè qui hominem corripit, cum exercitu mittit, obsidet castellum munitissimum. Capitur tandem Roacius, arx quoque vi rumpitur, latronibus qui eò confugerant interceptis, sacerdotique Hussitarum infantiæ participi indita vincula. ducti omnes Pragâ, suspendio vitam finire. furcarum triplex facta est differentia, sublimiore Roacius pendit, imam tenere latrones circiter nonaginta, media sacerdotem arripuit. Aegrotare interea Sigismundus coepit, senio quoque confectus. Barbara imperatrix de retinendo imperio sollicita, Henricum Tasconem, Sterenbergium, Georgium Pogebracium, & alios plerisque barones clanculum vocat, Sigismundum breui moriturum asserit, futuras in regno turbationes, nisi rei suæ consulant: quietis vnicam viam, si se viduam rex Poloniae ducat vxorem. Id ei suauis facile, duo regna acceptanti, comites Ciliæ, alterum fratrem, alterum nepotem, auxilia præbituros. Placet Boemis imperatricis consilium. mulier iam anus, nouum coniugium complexa, filiam quæ in spem regni creuerat, & Alberto duci Austriae nupserrat, ex animo dimouet. Non latuit imperatorem furentis foeminae conatus, qui postquam ex medicis adesse vitæ finem cognouit, primoribus Vngarorum clam vocatis, Chari mihi filij, inquit, finem vitæ adesse arbitror. si verò hinc morte præuentus fuero, timeo ne Boemi, qui me & vos semper odio habuerunt, in vos irruant. Vestrae igitur salutis memor, viam inueni salubrem. cras enim barba & capillis meis adornatis, locate me imperialiter in feretro, & mediam per ciuitatem vnà mecum transeuntes, me & vos è medio illorum, qui vestrum sitiunt sanguinem, educite. Placuit Vngaris imperialis prouidentia. quam obrem subsequente nocte Vngari vniuersis ad viam necessarijs preparatis, omnia iuxta imperatoris consilium fecerunt. Et tum senex princeps venerandam caniciem ornatus, mediam ferebatur per urbem, sit concursus vtriusque sexus, hinc lachrymæ, illinc plausus. gemunt plerique quasi illum amplius non visuri, genuum curuatione iucundoque salutationis oraculo eum venerantur. Ille circumquaque oculis depastis, eisdem inclinatione capitis respondebat. Egressus igitur Pragensi ciuitate, venire ad patriam nequiuit, in Morauiam se vehi iussit, visurus filiam priusquam vita excederet. Illa cum viro duce Alberto ad eum in ciuitatem Znomiam venit. Ibi mox Barbara virum secuta, custodiæ traditur. Vlricus Ciliæ comes præmonitus, fugam arripuit. Demum imperator vocatis in cubiculum Vngariæ atque Boemiæ primoribus, qui se secuti fuerant, aduentasse solutionem sui corporis aiebat: cæ-

Diui Sigif.
Imp. interi-
tus.

Rochezanæ
fuga.

Iohannes
Roacius.

terum priusquam oculos claudat, de salubri statu regnorum suorum velle cum eis agere, Albertum Austriae ducem, generum suum esse & virtute præstantem, eum se successorem nominare, rogare supremam voluntatem suam exequantur, beatum id regnum futurū, cui Albertus imperauerit. Exin legatos nominat, qui se mortuo Boemiam petentes, in conuentu procerum testamentum suum patefaciant. paulò post obiit anno salutis 1437. in festo cõceptionis B. Mariæ virginis, ætatis suæ septuagesimo, regnorum autem suorum Vngariæ quinquagesimo primo, Romanorum 27. imperij verò anno quinto, Boemiæ 17. qui postmodum in Vngariam deportatus, in ecclesia Varadiensi honorificè est sepultus. præcesserunt optimi principis interitum prodigia quædam malorum quæ secuta sunt, indicia. Albertū, qui aderant barones ex Vngaria & Boemia, concordibus animis regem salutauere. Ipse missis in Boemiam suis & Sigismundi legatis, versus Posonium iter flexit, miserabile spectaculū & humanarum rerum singulare documentum. Imperatrix captiua, & imperatoris cadauer vnà vehuntur. Occurrunt lugubres Vngari, nec tenere lachrymas in tanta rerum nouitate possunt. hinc defuncti regis corpus fletum elicit, inde reginæ vincula commiserationem excitat. Solatur tamen miseris noui regis electio, cuius virtutis monimenta extabant, iusta defuncti regis persoluta. Albertus in Alba regali cum coniuge sua Elizabeth sequentis anni Kalen. Ianuarij summo consensu & applausu p̄puli coronatus est. Legati in Boemiam profecti, vulgato Sigismundi testamento, Albertum vicinum, nobilem, potentem, virtute præstantem, Boemis amicum, regem assumi petunt, Iohannis, Caroli, Vuencellai & Sigismundi erga regnum merita commemorant, natam ex eorum sanguine Elizabeth, inter Boemiæ reges & Austriae principes foedus extare, procerum consensu & imperiali authoritate firmatum, vt deficientibus in altera domo masculis hæredibus, altera regnum accipiat, Vngari quem cupidè regem acceperunt, Boemis haud aspernandum. flecitur his Boemorum cõuentus, Albertus pridie nonas Maias rex designatur. Verum proceres qui cum Barbara conspirauerant, non alio pacto in Albertum consentiunt, quam si postulatis suis mos geratur, sed frustra laborabant. Alscio & Tasco certiores de hoc facti, accersitis ex factione sua primoribus, quorum pars potior hæretica fuit, * Casimirum regis Poloniae germanum, 13. annos natum, regem appellant, missisque oratoribus auxilia petunt, quibus regnum ei conseruari possit. Interea Barbara, dimissis quæ possidebat in Vngaria inexpugnabilibus castellis, libertati reddita est. mulier erat inexhausta libidinis, quæ inter concubinos illaudatum æuum publicè agitās, sæpius viros petijt quàm pereretur, neque Christianæ neque alteri cuiquam religioni adstricta, quippe quæ superos inferosque villos esse negabat. Ferunt eam ancillas suas sæpe orantes ieiunantesve increpasse, quòd corpus suum frustra maceraret, fictumque cæli numen placare verbis crederent. Viuendum suauiter dum vita suppetat, fructumque voluptatibus suis, id tantum homini datum, cuius corpus cum anima simul extingueretur. Moritur hæc tandem apud Græcium: corpus eius quanuis infidelis foeminae, Boemi Pragam tulere, peractoque funere, in sepulcro regio condidere. Alberto rege facto in Vngaria, primo anno in Budensi ciuitate ingens seditio emerfit. Cum enim ipsa ciuitas ex bino populo, Vngarico scilicet & Teutonico, habeat incolatum, Teutoni Vngaros omninò subdere tum parabant, consuetudinem olim obseruatam, quòd videlicet altero annorum Vngarus, altero verò Teuto index præficeretur, abolere satagentes. Erat in ciuitate Vngarus vir præstans, nomine Iohannes Euthæus, qui solus Vngaricæ plebis opprobrium grauius ferebat. hic à Teutonibus captus, alligatus faxo, in Danubium clam dimergitur, cuius cadauer post aliquor dies pondere lapidis solutum, emerfit. Id videntes Hungari, magno impetu irruunt in Teutones, vindictam de eis sumentes: & cum authores inuenire sceleris nō potuissent, bona Teutonicorum diripiunt. nec finis prædæ ac direptionis fuit, donec aliquid rerum superfuisset. Ad Eugeniū post Sigismundi gloriosissimi imperatoris fata redeo, qui cum animaduertisset Basileæ congregatos nō vacare reformationi Ecclesiæ, propter quā concilium fuerat ordinatum, sed deformationi & conspirationi cõtra se deponendū, rāquam fauorè bellorū, bonorū ecclesiæ dilapidatorè, ac virū sanguinū, vnde & ecclesiam scandalizantem. Sed ne schisma oriretur, ipse destinavit solennes oratores ecclesiæ prælatos Basileæ, inter quos fuit abbas de Sicilia, tunc Panormitanus episcopus, moniturus illos in Basilea, vt desisterent ab inceptis rationibus, quòd ei rei potesticia authoritas deesset. nā dudū Eugenius Florentia discedēs, Bononiæ circa annū Do-

Albertus Austriae
Boemiæ & Vngariæ
rex designatus.

Barbara Cliviae
Co. imperatrix.

Vngarica
seditio.

mini

De Ferrariz concilio.

Felix V. papa.

Alcoran Mahumeti lex.

Concilium Ferrariense.

Græca ecclesia Romana vnica.

mini 1436. Basileense concilium Ferrariam transtulerat, quod diceret ibi conuenturam cum Romana synodo Græcam Ecclesiam. Hac translatione non obstante, patres Basileæ congregati, vt refert Anto. obruraerunt aures suas, non audientes vocem Domini, auctoritate suæ temerariæ præsumptionis coeperunt Eugenium ad conciliū citare, sollicitante ad hoc Philippo Maria duce Mediolani, ægrè pōtificatum illius ferente. Visus enim fuit fauere Venetis. Sigismundus tum Imp. omnino sub excommunicatione hoc prohibuerat, cum schisma nuper præteritū maximo labore fuerit ablatum. Cardinalis etiam S. Crucis ordinis Carthusien. qui à Martino legatus fuerat in Franciam missus ad pacem inter regem & Burgundiam ducem componendam, superuenit ad obuiandum malis, idem omnino dissuadebat. Veneti quoque se mediatores constituerunt, ad reconciliandum cardinales cum Eugenio, qui eo peracto inde abeuntes, reuersi ad Eugenium, benignè recepti sunt, & in dignitatibus suis permisi, exceptis Arelatenſi & Hispano, qui in Basilea remanserunt. Editæ sunt interim Basileæ constitutiones quadam, quarum exempla in actis concilij relata sunt. ANNO dein 1439. Eugenio quarto publicis decretis abrogato, pontificem cōuentus designauit Felicem quintum. Amedeus hic erat, primus dux Allobrogum, sic olim dicti, qui nunc circa Rhodanum Sabaudienſes appellatur. vixerat is annos circiter quadraginta in florentissimo principatu, subiit inde rerum humanarum tædium, instituitq; eremiticam vitam: sumpsit & pallium eremiticum, per quæ magnum erat nomen sanctitatis adeptus. Tum ad honoris huius culmen adspiras, Basileam cum filijs duobus profectus est. Pallio & barba depositis, seculari se reddidit religioni. pontifex Felix V. creatus, annos sedit nouem. De hoc Felice Aeneas Syluius: Felix inquit, post aliquot annos filiam præstantem Friderico 3. regi Ro. in matrimonium obtulit, simulque dotis nomine auri nummum ducenta millia, si Eugenio relicto, se Petri successorem appellaret. Horruit Cæsar, minimeque sacramento suo Ecclesiæ sacramenta foedare voluit, atque ad suos cōuersus: Vendere, inquit, alij pontificalia solent, hic liberè emat, si reperiat venditorem. Id qualiter actum sit, Deus nouit. Audiui ego à quodam prælato, qui concilio interfuit, renuisse Felicem dotis tantum dare, licet concilium omnino dandum suaserit. Iohannes Segouien. homo Hispanus, moribus & doctrina illustris, qui Amedeo pontifice cardinalatus præminentiam acceperat, & deinde vnioni consentiens, à Nicolao Pont. Max. dimisso cardinalatus titulo, Cæsareo. ecclesiæ præfectus fuit, monasterio contentus modico, hic vocatis ex Hispania legis Arabicæ magistris, Alcoranum Mahumeti in nostram linguam de nouo conuertit, & mēdacia eius viuus rationibus & argumētis explōsit. At cum publicatum fuisset ab Eugenio concilium Ferrariæ celebrandum, illuc ipse Eugenius cum sua curia profectus è Bononia est. Ex Constantinopoli autem patriarcha & imperator Cōstantinopolitanus cum fratre suo & magno comitatu ferè quingentorū se mouentes, Venetias applicuere. Ibi percipientes concilium generale Basileæ congregatum, dissentire ab Eugenio, aliquandiu subsederunt. sollicitabant Græcos hi qui Basileæ erant, vt ad se accederent. præualuit auctoritas Eugenij, vt ad præsentiam suam se conferrent. Verum quia pestis Ferrariam inuasit, translaturum est concilium, assentientibus cunctis, Florentiam. Secutus est Eugenium illuc patriarcha cum imperatore Græco, vbi paulò post patriarcha vir plenus dierum, in fide Rom. ecclesiæ migravit ad Dominum. Deinde Latinis Græcisque conuenientibus, disputatio aliquot menses exijt. Græcorum principes, præter Ephesinum episcopum, plerique pietati se Romanæ addixerunt. Et Florentiæ anno 1439. vnita est, Eugenio pontifice Ro. quarto & Iohāne Palæologo Cōstantinop. imperatore, Græca ecclesiæ Romanæ, promulgatis vnionis decretis, actisq; publicè Deo Opt. Max. gratijs. Bullæ vnionis exemplum, est apud Antoninum historicum. Ea de re circa hæc tempora, plura sunt alijs in locis acta. Errabant Græci in tribus. Primò, quòd spiritus sanctus procederet à patre, sed non à filio: secundò, quòd non esset Purgatorium post hanc vitam: tertio, quòd Ecclesia orientalis & Constantinopolitana non esset sub Ecclesia Rom. nec patriarcha Constantinopolitanus esset inferior Romano pontifice. horum quodlibet est hereticum. In alijs ritibus suis permisi sunt manere, vt quòd celebrent in fermentato, quòd baptizent sub alia forma, videlicet, Baptizetur seruus Dei N. in nomine patris & filij & spiritus sancti, amen. Item quòd ordinati in sacris, vrantur matrimonio contracto ante susceptionem ordinum sacrorum. Item quòd nuttiant barbam. Item dant sacramentum Eucharistiæ sub vtraque specie omnibus etiam paruulis, & multa alia.

Insuper

Insuper & Armeni, quorū sæpe supra mentionem fecimus, constantes fidei Christianæ assertores, & aliqui ex India, miserunt oratores suos Florentiam ad Eugenium, postulantes & supplicantes instrui & erudiri in his quæ sunt fidei, à Ro. ecclesia, & vniri cum ea in charitate Christi: qui examinati, in paucis reperti sunt dissentire à catholica fide, & in illis subiecerunt se correctioni Apost. sedis, quæ de consilio prælatorū decreuit, eos ritibus suis qui non sunt contra veritatē fidei, permittēdos, vt & Græcos, licet dissimiles sint à moribus Latine Ecclesiæ. Quibus verò à fide vera discrepabant, his prohiberi debere, vt quòd sacramentum confirmationis non habebat in vsu conferendi illi nationi, declarato eis, quòd illud sicut cætera sacramenta debeant accipere, credere & cōferre, & aliqua alia quibus acquieuerūt. Interim Basileense concilium aliquando apud Lausanam finiri placuit, cui tot principes viri præter Germanicos, rex Fraciæ, rex Angliæ, princeps Mediolani & reliqui totis viribus fauebant, neglecta Eugenij pont. auctoritate, qui Florentino cōuentui præerat. Tumultuatū est quibusdam in locis hoc seculo grauitè. nam aliquot annos Henricus Angliæ rex, qui Parisijs Franciæ regem se coronari fecerat, miserè Galliam vastauit, donec regnum ingenti labore Carolus 7. recepit. Bonus princeps, qui circa annū Domini 1438. apud Bituriges comitij publicis Pragmaticam sanctionem edixit, Basileensis concilij placita sectatus. Fuit hoc etiam tempore Lotharingo Renato cum Alphonso Aragonie certamen de Neapolitano regno, in quod adscitus Renatus nuper à Iohanna 2. id, regina mortua, tueri non potuit. ANNO Domini 1438. Albertus Austriæ dux, Hungariæ atque Bohemiæ rex, xij. Kalen. April. imperator post Sigismundum creatus, regnavit annis ferè duobus, vir optimus. Is primò apud Albam regalem cum coniuge sua Elizabeth Kalend. Ianuar. coronatus est rex Hungariæ. Inde pridie Nonas Maij rex Bohemiæ designatur. Inter hæc electores apud Francofurt Rom. imperium ei commendauerunt. at illi iniussu baronum regni Hungariæ, imperium acceptare haudquaquam licebat, quibus haud ex vsu videbatur suum regem Teutonibus imperare, dum Sigismundus Romanæ rei consulturus, Italiam, Germaniam, cæterasq; prouincias peragrans, Hungariam Turcarū direptioni reliquisset, atque ob eam causam Albertum iureiurando obligarunt, ne suo iniussu vacans imperium acceptaret. vocati tamen ad regē, qui tunc Viennæ fuit, Hungari, multa in vtranque partē tractarunt. victi precibus tandē Friderici ducis Austriæ adolescentis, assensum dedere, & imperium summa cum gratulatione Germanorū ab Alberto susceptum est. Albertus rex Ro. Hungariæ & Bohemiæ, à quibusdam Bohemis refutatus est. Conspirauerant enim Alscio, Sterenbergius & Tasco cum Barbara relicta Sigismundi, & Casimirum fratrem regis Poloniæ xij. annos natum, regem vocarant. verum sanior pars Albertū in regem accipiens, legatos mittunt ad regem Poloniæ, oratum ne fratrem turbare regnū Bohemiæ patiat, meminere inter Polonos & Bohemos veteris amicitie, Albertum ex testamento Sigismundi & prouincialium decreto dictum regem, non posse paucos ius regni ad alterum transferre. Polonus ad ea Bohemos sibi amicos esse fatetur, cupere beneuolentiam perpetuò stare, ac fratri quem primarij barones regem vocarint, ius auferre non posse, Polonis ac Bohemis vnam esse linguam, vnam originem gentis, cum Teutonicis nihil esse Bohemis commune, nihil prouincialibus incommodius, quàm sui regis vocem non intelligere. Proinde orare, vt fratrem suū suscipiāt potius, quàm ipsi ab eo recipiāt. donatosq; preciosis pellibus, vt mos gentis est, oratores dimisit. Albertus medio tempore petit Italiā, quo in loco Tasco per nuncios eum rogat, ne prius regnum ingrediatur, quàm sibi factionique suæ faciat satis. neque enim passurum se regem esse, quem ipse nō delegisset. vicissim Albertus ei, vt rex, respondit, adiit Pragam, vbi ei frequens populus occurrit, deinde 3. Kalen. Iulij solenni pompa coronatus est. Tasco Coloniam & alias suæ factionis ciuitates impigrè muniuit, cumque equitum duo millia ex Polonis ad eum venissent, populari agros coepit. Albertus etsi auxilia ex Austria Hungariæque adscuerat, non expectatis his, hosti pugnandi copiam facit. quam Poloni detrectantes, ad Thaboritas sese contulere. Albertus hostem insequitur, pugnatum singulis diebus est in campo, qui medius inter bina castra iacebat. Erant in castris Alberti Christophorus Bauriæ princeps, Fridericus Saxonum dux, Albertus marchio Brandenburgensis, triginta millia militum Alberto parebant, Polonis quatuordecim millia, quibus adiumento Thabor erat. Albertus verò, cum expugnari Thaboritæ aliter, quàm fame nequissent, soluta obsidione Pragam redijt. nō multò post actum est de concordia, induciæ

belli

belli dictæ, trahitur itaque dissenſio. Inter hæc Gregorius Strigoniens. pontifex diem obiit, qui coronam regni ditionemque regum supellectilem in arce seruauerat. qua re cognita, Albertus eò se confert, arx reginæ deditur, quæ dum theſaurum regni coram baronibus ad eam rem selectis recognoscit, coronam S. Stephani regis, quam sacrosanctam putant, clam subripuit, anuicq; custodiendam tradit, cætera obſignatis claudit arcis. Profugerat tum in Hungariæ fines Despotæ Seruicæ, Rasciæ principem dicunt, Turcarum metu, quorum vbique iam arma grassabantur, stupentibus adhuc nostris è clade, quam superioribus annis Sigismundi temporibus acceperant. Obſederat Turca Sinderouiam Rasciæ ciuitatem, cui tutandæ relictus erat filius Despotæ, vocabaturque auxiliij causa rex Albertus. sed obſeſſa ciuitas prius est amiſſa, quam ad locum rex perueniret. Despotæ filius oculis priuatus. Postea Albertus copijs Hungaricis contractis, exercitum contra Amuratem Turcarum imperatorem ducit. Turca Albertum in regni defensionem sufficientibus militum copijs protiuſum audiens, omni penè Rasciæ agro suæ potentiæ subiecto, omne robur sui exercitus in Græcos conuertit, & illam amplissimam Theſſalonicensem ciuitatem vi cepit, & penitus diripuit: deinde Epirum & Aetoliam prouincias aggressus, eas in ditionem accepit. Hungari inter hæc qui in expeditione erant, tædio affecti, maximè cum multi ex eis sanguinis fluxu grauentur, inuito rege dispersi, relictis castris abierunt. Reuersus inde rex, venit Budam, ubi infirmitate correptus est: & cum in animo Viennam venire haberet, suæ minimè parcens debilitati, continuat iter. cumque iam Strigoniū præterisset, & magis ac magis dysenteria laboraret, relicta vxore prægnante, obſignatoq; testamento, in villa quæ Longa dicitur, 6. Kalen. Nouemb. è vita discessit anno Domini 1439. in Alba Regali, suorum prædecessorum ad instar, pompa regali est funeratus luctu celebri suorum. In hac generatione sub Sigismundo imperatore, in regno Hungariæ duo rusticana bella, authoribus duobus rusticis, altero Antonio, altero Martino, coepere. Antonius in Transſylvanis regni partibus, Martinus postea in terra Mir & Zamostens, magna rusticorum vi collecta, & nomine regio assumpto, vexillis eleuatis, ingentibus velut inundatio quædam erumpentes viribus, regnum ipsum subijcere cupientes, huc illucq; ferebantur, nobilesq; vniuersos sibi occurrentes interficiebant. ad villas verò & oppida vt illis adhererent, nuncios cum sanguinolentis gladijs mittebant: nolentes verò inclinari, prædæ pariter & morti exponebant. Et intantum rusticana hæc potentia creuerat, quòd & armati illos pauitabant. Tandem multa procerum expeditione contriti & debilitati sunt, regibus ipsis morte mulctatis: cæteros qui euadere nequibant, alios oculis, alios naso & labijs, alios verò manibus truncare. In hac generatione anno Domini 1417. in concilio Constantiensi Sigismundus rex, Friderico burgrauio Norinbergen. marchionatum Brandenburgensem pro se ac successoribus suis dono dedit, quem & de eodem marchionatu in octaua Paschæ ante prandium cum maxima pompa inuestiuit, hoc ordine: Manè factò, quidam comites, barones ac nobiles cateruatim equitabant per ciuitatem ter, ducentes duo vexilla, tubis lætitiæ signa sonantibus. His quasi præludijs habitis, conuenerunt omnes principes ad habitationem Burgrauij, deferentes minuta vexilla armis futuri principis insignita, conduxeruntque Fridericum Burgrauium ad forum vsque. Erant in foro tabulata, in quæ conscendit Cæsar, coronam in capite gestans. at ubi in throno cõsedit, electores imperij qui aderant, in suis habitibus à dextris partim & à sinistris in officio stabant. postea ascendit Burgrauius, ducens secum duos milites, vexilla Marchiæ ac Burgrauiatu tenentes in manibus. prouolutus genibus imperatoris Burgrauius, petebat se Marchionem creari, atque de Marchia inuestiri. mox lectæ sunt literæ, iuxta quarum tenorem deberet iurare. Præstito vt sic iuramento, creatus est Fridericus in Marchionem Brandeburgensem, de Marchiaque iuxta morem curiæ extitit inuestitus. Dedit illi rex primò vexillum Marchiæ in manus, postea pomum & sceptrum, quæ gestabat comes Palatinus Rheni, accinxitque eum gladio, consuets adhibitis solennitatibus. Et sic iste Fridericus dignitatem electoratus imperij primus in familiam Burgrauiorum Norinbergen. adduxit. In eodem concilio Constantiensi rex Sigismundus comitatum Cleuens erexit in ducatum, ipsumq; Adolphum comitem eius domus, creauit ducem. In hac quoque generatione Fridericus Marchio Brandenburgens. (vt scribit Aeneas Syluius, postea Pius dictus) conditurus testamentum, quatuor ad se filios euocauit, Iohannem, Fridericum, Albertum, & alium Fridericum. Iohannemque, quia natu maior esset, in hunc modum allocutus fertur: Primus ego, vt nosti, dignitatem ele-

Despota Seruicæ

Alberti Cæsa, inuentus

Factiones rusticanae in Hungaria.

Burgrauius Norinberg. marchio factus.

Cleuæ dux.

electoratus imperij in nostram familiam adduxi. nunc vocat me suprema necessitas. curæ mihi est, ne tantum decus in domo nostra vileſcat. tibi, vt video, quietis & voluptatis vnicum studium. in electoratu præter curam & assiduum laborem nihil inuenies. Eam ob causam si tua voluntate id possum, Marchionatum Brandenburgens. cuius eligendi Cæsarem est concessum, Friderico qui tibi ætate succedit, quiq; vigilantior & ad labores durior, quam tu, videtur esse, testamento relinquam. tibi Fontlandiam, Alberto quidquid Franconici iuris possideo, & alteri Friderico partem Misnæ dabo. Cui Iohannes: Existimaui pater ante hunc diem, chariorem tibi multò quam me, Fridericum esse, cum illi sæpius blandirere, neque id ferre non egrè potui: nunc sententiam muro, & te pater amo coloq; quòd mihi ocium, illi negocium suprema voluntate dimittis. In hac generatione erant in concilio Constantiensi duo duces Bauariæ, Ludouicus & Henricus, ambo principes clarissimi, discordes tamè. Ea de re dum Ludouicus dux quarta feria post festum S. Galli ex coenobio Augustinensium redire ad suum hospitium vellet, essetque in itinere, tunc occurrit illi Henricus dux qui eum obseruabat, infirmitateque vulnere graui, mox fugam iniit. fit tumultus in vrbe, ad iussumque Cæsaris plures Henricum insecuti sunt, omnium tamen ipse manus euasit. factum est hoc anno Domini 1417. Cõtiguit & in hac generatione, quòd Bauarus Ludouicus Ludouici filius gibbosus, impia contra patrem bella suscepit, venerandumque senem & autoritate insignem, qui quondam regnum Franciæ gubernasset, in arce munitissima obſedit. Sed superis ultionem tanti sceleris petentibus, prius febre occubuit, quam patris animam in suam traheret sententiam. Ille in potestatem Henrici ducis postea factus, breui tẽpore vitæ finiuit, nec Henricus diu superuixit: qui cum prohibuisset subditos suos in anno quinquagesimo Romam petere, veritus ne prouincia pecunia euacuaretur, eodẽ anno migravit è seculo. hæc Pius papa. Successit Henrico Ludouicus filius ex sorore Alberti Cæsaris, qui mox Indæos omnes è suis terminis eliminauit, vxorem ex Saxoniam ducibus satam duxit, ex qua natus est Georgius Bauariæ dux cum sorore sua Margarita, Philippo Palatino Rheni toro iuncta. ANNO Domini 1439. obiit Fridericus dux Austria, reliquit filium Sigismundum ex domina Anna de Brunſuig vxore natum. reliquit theſaurum maximum, quem corrasisse dicitur, vt omnia dominia domus impignorata redimerentur. Hunc principem Sigismundum vnà cum theſauro patris sui Friderici tutorio nomine in Austriam duxit, ubi pluribus annis adolescens remansit, donec à Tirolensibus, quorum princeps erat, repositus. In hac etiam generatione Albertus dux Bauariæ, puellam quandam balnearioris filiam, perditè amabat, ita vt in spem matrimonij eam susciperet. illam propterea pater eius Ernestus apud Straubingen Danubij fluentis dimisit. Hic Albertus cum diu vitam mœrore egisset, tandem luctu peracto vxorem de domo ducum Brunſuigensium duxit, ex qua sobolem pulcherrimam sustulit, Sigismundum, Christophorum, Vuolfgangum, Albertum, seculares principes. Albertus autem genitor sub imperio Friderici tertij podagra laborans, sepositis cæteris curis, secutus muscos, assiduis cantibus ac sonis animum oblectauit. Interdum & venationi operam dedit. Post illius obitum variæ inter fratres conuentiones habitæ sunt. Tandem Albertus prudens princeps, fratrum suorum vt cunq; tolerantia, solus imperium ducatus gubernat. duxit in vxorem diui Friderici imperatoris filiam, ac Maximiliani Ro. Cæsaris sororem, cordatam mulierem & nobilissimam.

GENERATIO XLIX.

ANNO salutis nostræ 1440. sub Eugenio & Felice, durante adhuc concilio Basileensi, incepit 49. generatio. Erat tum schisma in ecclesia non contemnendum. Eodem anno Fridericus eius nominis 3. imperator, Ernesti ducis Austriae filius, Austriae, Stiriae, Carinthiae dux, & comes Tirolis, Alberto Rom. regis è vita sublato, 3. Kalend. Aprilis communi voto Cæsar electus, inde coronam regni Germanici apud ciuitatem Aquensem summo honore suscepit, & imperauit annis 53. Iuit Hierosolymam priusquam imperaret, felicemque reditum cum gloria habuit. Fuit enim princeps catholicus & pius, ætate florida, quam sapientia, grauitas & vitæ integritas, comitabatur, corpore strenuus, vegetus ac robustus, sobrietatis cultor præcipuus. At defuncto rege Alberto, vt dictum est, regina Elizabeth prægnanti vtero ab illo relicta, de se deque regno cogitans, mœstos ducebat dies. Vocatis itaque Hungaris proceribus, eos paucis alloquitur: Viri, de rebus regni non minùs vobis quam mihi incumbit.

T t t t

ipſa

Frid. 2. marchio Brandeburgens.

De ducibus Bauariæ.

Sigismundus Aust. dux.

Albertus Bauariæ dux.

Frid. 3. Aust. Imp. 109.

Elizabeth Alberti relicta.

ipsa sum vt noſtis, hæres regni, ſed meas ad dirigendas regni habenas manus ſufficere non arbitror. ſi prolem naſcendam expectatis, ſcœmellam parere me reor. quærite igitur vobis principem, qui ad portandas regni curas me magis idoneus ſit. me tamen regno meo expertem nõ faciatis. His dictis, ſimul obortis lachrymis, reſedit. Ad hæc verba regni proceres conſilio ducti, de nouo rege traſtauerunt. erat tunc Polonorum regis Caſimiri germanus Lituaniæ dux Vladiflaus, placuit ille pro morum ſuorum ſeſtuitate regnicolis: quapropter viri in regno excellentes legati mittuntur, hi nondum iter perfeceſerant, cum renunciatum illis eſt, reginam filium peperiffe, & ne exequerentur commiſſa, admonentur. Illi autem quia Cracouiam venerant, & regi Caſimiro ac duci Vladiflao commiſſa ad plenum perfeceſerant, mutare nihil poterant. Poſt aduocationem princeps iuuenis ambitione regni captus eſt, nec differt, commatuque præparato, competenti milite ſtipatus venit in Hungariam, & a multis regni proceribus in Buda ad regiam velut Hungariæ rex introductus eſt. Regina interea & nonnulli principes ſe cohortantes, Albam regalẽ petunt, ibique in feſto Pentecoſtes Ladiflaum hæredem regni, qui nondum menſes quatuor compleuerat, per manum archiepiſcopi Strigonien. inungi. & ſacro diademate coronari ſolenniter præcurant. aderant & Verſprimenſis & Iaurien. eccleſiarum epiſcopi. affuit Vlricus comes Ciliæ conſanguineus regis, qui pro puero coronato ſacramentum ſolitum a regibus Hungariæ præſtari, ritẽ iurauit atque præſtitit. Quo factõ, regina Elizabeth Hungarorum incoſtantiam verita, qui ad Poloniæ regem defeceſerant, ad imperatorem Fridericum cum filio & corona diuertit, & vtrunque tum filium pro educatione, tum coronam pro conſeruacione illi tradidit. His peractis, regina a rege Ro. rediens in regnum, vbi etſi multos haberet fautores, plures tamen è regno aduerſabantur eidem. Conuocantur regnicolæ ad Budam, & illuc ſub ſaluo conductu venerunt fautores Ladiflai ac reginæ, Dionyſius archiepiſcopus & cardinalis ſupradictus, Ladiflaus de Gara Banus, hi regale caſtrum ingredients, clauſi ſunt quoad nouo regi fidelitatem promiſerunt. Ad hæc Banus nõ eſt dimiſſus, donec arcem Viſſegradenſem, quã pro rege inſanti ſuſceperat, Vladiflao dimiſerat. In eadem arce corona quaſita eſt & non inuenta, quoniam eam regina (vt antè dictum eſt) clam abſtulerat. ſit turbatio non parua, mox fautores Vladiflai ſimul cum ipſo Albam contendunt, & eundem pro corona reliquijs S. Stephani miro opere magno cum tripudio coronarunt. Tota inter hæc plebs ſcinditur, hi Vladiflaum ſequebantur, illi reginam cum filio præferre conabantur. vnde non modica in regno damna emerſere. ſequuntur cædes hominum, pugnae ac direptiones. præualuerunt tamen in his zelantes pro Vladiflao. Quid tamen Vlricus Ciliæ comes auunculus Ladiflai, vindictæ operatus ſit, ſenes regni Sclauoniæ nouerunt. Quid denique & quantum Iſcra homo Bohemus, pro Ladiflao egerit, Hungaria non ignorat. Vladiflaus & ſui plerunque triumphant. Inter hæc Amurates Turcarum princeps, qui ſub Alberto quondam omne Seruiæ regnum, quod Raſciam vocant, ſuo dominio ſubdiderat, audiens regnum diuiſum, illud inuaſit. Cum autem poſtea Ioh. Huniades caſtro Nãndoralbẽſi capitaneus eſſet, ac partes regni Hungariæ inferioris, tota Sclauonia, ac cunctus ager inter Sauum & Drauum flumina dira Turcarum rabie vaſtarentur, Turca quidam Iſaac adiacentem caſtro regionẽ aggreſſus eſt. Occurrit illi Ioh. Huniades. pugna facta, Turcæ tandem terga vertunt ac ſternuntur. Interea alter Turcarum exercitus in Tranſſyluana regione graſſatur, ille luc properat congregatis militibus Ioh. Huniades, hoſtibus obuiam factus, poſt maximam pugnam multorumque cædem Turcæ fugam ineunt, ſternunturque, paucis fugæ præſidio ſaluatis: cuius victoriæ fama hanc regno attulit vtilitatem, vt Tranſſyluanæ partes & Mundania, quæ præteritis temporibus a regno ad Turcam defeceſerant, aut Ioh. Vuaiuodæ conſilio inducti, aut metu conuulſi, in priſtinam redirent fidelitatem, obſequia conſuetæ regi Vladiflao exhibere iureiurando promittentes. Paulõ poſt Amurates Turca lxxx. millia pugnatorum exercitum duxit in Tranſſyluanos, occurrit illi Ioh. Huniades. ſit prælium atrox. multi cadunt latere ab vtroque. tandem Turcæ campum deſerunt, inſequuntur Hungari, ſternunt, proterunt, ac theſauros ex hoſte reportant. Non ſegnius Bohemi, audita morte regis ſui Alberti, cõuenientes, vnũ corpus in regno efficiunt, atque ad eligendum nouum regem ad Kalen. Maij anno 1440. diem ſtatuunt. Rochezana, qui dudum apud Gracium exulauerat, domum reuertitur, ſuoque more inſaniens, Ro. eccleſiam, cardinalesque cæterosque per orbem epiſcopos execratus, apud ſolos Bohemos incorruptæ veritatis inueniri ſacra-

Ladiflaus
Alberti filiusVladiflaum
Polonum
Hungarico-
rouant.Ioh Hunia-
dis aduerſus
Turcam vi-
ctoria.Bohemorum
de eligendo
rege diſce-
patione.

menta aiebat, precioſiſſimum Chriſti ſanguinem paruulis ac dementibus præbet, ſacerdotes ſuæ temeritati aduerſantes pellit, popularibus communionem ſub ſpecie vini recuſantibus, eccleſiaſtica ſepultura interdicit, redeunt damnata tempora. Regina Elizabeth iam filium ex Alberto pepererat, Ladiflaum nomine. mittuntur ad eam legati, qui dicant ad eligendum regem diem ſtatutam. regina legatos accipiens, proferri diem poſtulat. quod vix obtinet, prolato die, legati reginæ venerant. ſit frequens conuentus, ſcindunturque Bohemi in duo. expectari alij Ladiflaum, donec adoleſcat, volunt: contradicunt alij, ſatis eſſe Ladiflao, ſi poſt 24. annos vocetur ad regnum. vicit hæc ſententia, regem eligendum ſibi ſtatuunt. Conueniunt autem in Albertum Bauariæ ducem, & ad hunc mittuntur regni primores. ſed quibus ea res videbatur indigna, hi Procopium ad Fridericum Caſarẽ in clam ire iubent, cui Elizabeth Ladiflaum commiſerat educandum. Fridericus audito Procopio, miſſis ad Albertũ Boioariæ ducem nuncijs, hortatur ne regnum alij debitum uſurpet. venientibus ad ſe Bohemis Albertus egit gratias, quod tam nobile regnum ſibi offerrent, multa ſe idcirco debere Bohemis. at cum regis Alberti ſoboles extet, principem ne foris aſſument, fidem ſeruent, principem ſuo regno ne ſpolient monet. Bohemi ab Alberto repulſi, iterum conueniunt. legatos ad Caſarẽ mittunt, petentes tutorio nomine vti regnum accipiat, ſeorſum Taſco potens ex Bohemis, Friderico ſuadet, ſe exſedere, quod inter regnum & Auſtriam habetur, regem faciat. Sed recuſat hoc Caſar, neque orphanum ſe, cuius tutelam gerat, hæreditatem uſurpare dignum putat. ſed nec tutorio nomine regnum gubernare ſe poſſe reſpondit: gubernatores eligat, ac per ſe prouinciam regant, donec pupillus adoleſcat. Illo domum reuerſo, Bohemi gubernatores eligunt, inter quos Taſco & Mainardus priores habiti. ſtetit aliquandiu concordia diſcors. alter enim, Mainardus ſcilicet, catholicorum tutor: alter, Taſco Rochezanæ amicus habebatur. verum Taſcone vi morbi repente extincto, Mainardi potestas aucta eſt. id ægrè ferentes hæretici, ad Georgium Pogebracium ſe contulerunt. ac per factionem coniuratione facta, excitatur de induſtria incendium in vrbe. concurrunt. interea Georgius murum inuadit, proditores portas aperiunt: extollitur clamor, & capta vrbe trucidantur paſſim. Mainardus in eo tumultu captus, in ar-

Georg. Pa-
gebracius.Iulianus car-
dinalis in
Hungariam
miſſus.

nem capta, Iohannem Huniadem non tam ducem quam militem in pugna egisse. Turcis ea Christianorum victoria plus pavoris quam damni attulit, non Hungaricas tantum vires, sed Germanicas quoque in se commotas arbitrantibus. Sicque Iohan. Huniades exercitum ingenti hominum rerumque præda onustum regia ad castra reduxit, in signumque victoriae, multa hostium signa regi obrulit. Ex his tot illustribus triumphis princeps Turcarum tremefactus, perinde ac rotas Occidens coniurasset, missis caduceatoribus pacem petijt. Hungari qui suas vires non ignorarent, nec tam potentiae suae quam casui victoriam imputarent, periculolum existimantes sæpius tentare fortunam, oblatas vltro conditiones pacis non recusarunt. Induciae belli in decem annos, iurandum per sua sacra ambæ partes præstitere. Bassa Nataliensis Turcæ dimittitur, Despotæ Seruiæ quæ bello amiserat, reddita. Molestia ea res Iuliano fuit, cui prosequenda victoria videbatur. Eugenio quoque pontifici nihil molestius nunciari potuit, cuius menti nulla maior cura insedit, quam Christianæ fidei propugnanda. Scripsit igitur cardinali nullum valere foedus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussum esset, Vladislao regi Poloniae qui Hungariam occuparat, vt conuenta solueret imperavit, iuramenta remisit, nouum instaurari bellum tum precibus tum minis extorsit, & (vt aliqui volunt) ad facinus impulit. Vladislauus à principibus Christianis auxilia petijt, præter Philippum tamen Burgundiae ducem, neminem Christianæ religionis zelus commouit. hic solus classem instruxit, quæ vsque in Hellepontum profecta, Turcis ex Asia transitum prohibere in Europam conata est. Franciscus card. Venetiæ, Eugenij nepos, cum plerisque triremibus eò missus, classi præfuit. Vladislao qui alienum regnum inuasisset, è resua visum est, solitudinem belli prouincialibus non deesse. Accersitis igitur ex Polonia ac Bohemia caterisque vicinis gentibus auxilijs, coactisque ex Hungaria copijs, Turcas inuadere statuit. Iohanni Huniadi castrorum cura commissa, xl. circiter equitum millia fuisse traduntur, plerique dimidio minorem numerum tradidere. Reguli Hungariæ pontificesque quamplurimi interfere. Iulianus S. Angeli card. milites cruce signatos non paucos secum duxit, iter per Valachiam receptum. deinde transito Danubio, in Mysiam ventum, vt per plana in Romaniam transirent. Amurates hostium cognito aduentu, cum Græcis & Turcis in Europa manentibus non satis confideret, exercitum ex Asianis militibus comparauit. sed angebat animum traiciendi freti cura. anxio & multa volenti Genuenses quidam curas ademerunt, qui suis nauibus, accepta pecunia, transportare copias promiserunt. Locus est, vbi non amplius quam stadia quinque latitudo freti continet inter Propontidem & Euxinum pelagus. ratum est spatium, quod Europam Asiamque determinat, Bosphorum Thracium dixere maiores, à Byzantio xl. ferme stadijs distantem. hic Amuratis exercitus transuectus est, aureo nummo vectoribus per capita tradito. quæ, si vera est fama, centum millia fuisse feruntur. Iam Christiani locum arrigerant, cui Varna est nomen, quum aduentare innumerabiles hostium copias nunciatum est, cedendum Vladislao cardinalique videbatur, & ne circumueniri ab hoste possent, munitum montanumque locum petendum. At Huniades aduersari, Turcarum se nosse vires dicere, quod si Turcæ omnes adsint, Hungaris tamen impares fore, illos aurea & discolori veste, Hungaros ferro atque ære fulgere, Christianum agmen & stare paratum, & sequi: si iam fugiat exercitus Christianus, quem rex Hungariæ ducit, in quo legatus apostolicus adest, in quo tot nobilissimi proceres militant, nunquam deinceps Hungaris contra Turcas futurum animum. vicit Huniades sententia. expectati hostes. Postera die visi, maioris exercitus speciem præbuere, quam fama ipsa vulgauerat. Territus Huniades eo conspecto, tum primum periculum animo voluens, de fuga regem admonuit. ille serum consiliū arguens, perniciosam magis fugam quam pugnam dixit, Deum quoque respicere meliorem causam: magnifica verba Iohannis pridie dicta, plenus irarum, exprobrauit: iussisque omnibus arma capere, prælium expectauit. ANNO igitur Domini 1444. die x. mensis Nouemb. Amurates in proximo colle confederat, ex quo suos atque hostes contemplari poterat. dato belli signo, xv. millia equitum qui pugnam prouocarent, facto globo in Christianos impetum fecere. Non detrectauere Christiani certamen. itum est ferocibus in pugnam animis. superior acies nostra, Turcas in fugam vertit, quam plurimis primo inpetu prostratis. Propulsio perculit magno metu Amuratem, fugissetque protinus, nisi circumstantes satrapæ comprehēso eius equi freno, ignominiam eius increpassent, fugienti comminati necem. perstitit inuitus, iussisque fortissimis arma sumere,

Pacē Turcæ
petunt.

Genuensium
crudelis im-
pictas.

re, prælium instaurauit. Pugnatum est summa contentione, plurimis nunc Christianis, nunc Turcis caesis. cadebant hinc atque inde, plures ex Turcis, quorum corpora facile tecta erat. postremo cum nouus in horas hostis succederet, & sauciorum loca integri occuparent, non tam virtute quam numero superati Hungari, referre pedes cœpere. Vladislauus cum globo suorum ex Polonia, vt hostes ex acie victores diuerneret, Christianisque animum redderet, in tumulum quem tenuisse Amuratem diximus, circuniecctosque vndique currus impetum fecit. ibi noua pugna commissa, nouus iniectus Amurati pavor, trepidatum totis castris, nec iam consistendi animus aderat. Quod si Huniadi par animus ac regi fuisset, & arrendenti fortunæ dedisset manus, haud dubium quin ea dies & Amurati vitam, & posteris eius imperium abstulisset. Verum ipse vt primum cedere Christiana signa conspexit, cum decem millibus Hungaris ac Valachis ex acie se subtraxit, atque insalutato rege, nutante adhuc victoria, fugam arripuit. fortasse rei militaris perito, nulla in pugna salus visa, & saluare aliquos quam perire omnes maluit, etsi in eum Poloni fortunam reijciant. Vladislauus suæ sorti dimissus, dum fortiter pugnat, equo deiectus, obruncatus est. caput eius hastæ infixum, per Græciam atque Asiam in signum victoriae populis ostensum. Poloni ad vnū cæsi omnes, direpta castra, episcopi & proceres Hungariæ qui aderant, oppressi. Iulianus cardinalis dum fugit amisso prælio, cum iam hostes euasisset, Hungarorum perfidiam euadere non potuit. potum equo dante stagno fortè reperto, latrunculij quidam nouere, arbitrati pecuniam apud eum esse, eiectum equo necauere, & ablati vestimentis, nudum cadauer dimisere. hic exitus tanti viri. Huniadem fugientē Despotæ cepit, & quasi hostem coniecit in vincula, nec prius dimisit, quam oppida suæ ditionis ab eo occupata recepit. Hæc Aeneas Syluius de fuga Huniades, captiuitateque & morte cardinalis Iuliani. Scriptor verò Hugaricus refert, quod occiso Vladislao, Hungari castris relictis, in fugam sunt versi. aderat nox, qua nonnulli rerum adhuc ad plenum non certi ducebant anxij. luce verò facta, Turcæ de fuga hostis dubij, compositis agminibus castra Hungarica visa sibi deserta inuadunt, cunctis in eis repertis aut captis, aut occisis, vbi & Iulianus cardinalis multi que alij religiosi viri vltima soluisse debita feruntur. De captiuitate verò Huniades ita inquit: Vuaiuoda Iohannes dum redeundo in partes petuenit transalpinas, incidit in hostem non prouisum. Nam Dracones deducendi hospitis causa à Vuaiuoda petitus, in eum violentas manus iniicit atque incarcerationi. Tandem cum Dracones Huniadem capere sibi non licuisse reminisceretur, post dies paucos multis eum muneribus, vt ipse sperabat, placatum, traduxit in regnum, qui Iohannes, Huniades scilicet, paulò post in gubernatorem regni electus, anno 1445. copias suas duxit contra Draconem, transiensque alpiibus, se ingressit in illius dominium, vniuersoque agro perdomito eundem cepit, simulque cum filio decollari fecit. Non desunt qui dicant Draconem propter thesaurum grandè oppressum, & sic à Despotæ Huniades id temporis captus non fuit, sed postea, vt dicitur. Poloni regem suum Vladislauum, hoc peracto bello, pluribus annis viuere crediderunt, captum, non interfectum, arbitantes. Cardinali Venetiæ cladis eius culpa magna in parte imputata est. diu enim fretum, vt par fuerat, non custodiuit, neque transuectos hostes Christianis ducibus nunciauit, quod ad suum spectabat officium. De numero caesorum minimè constat. illud exploratum est, longè plures ex Turcarum acie cecidisse: ceterum pro numero copiarum, longè maius damnum Christianis illatum. Victor Amurates neque fugientes hostes insecutus est, neque gloriabundus inter suos magnifica verba iactauit, neque vt antè assueuerat, hilarem vultum ostendit. Interrogatus quidnam tristior esset, cur non victis hostibus exultaret: Nolleni, inquit, hoc modo sæpius vincere. iubensque vasa colligi, copias quæ superfluerant, domum remisit. Ipse Adrianopolim reuersus, deo suo quæ pro victoria fecerat, vota persoluit. Exinde voluens animo regni curas, inconstantiam quoque fortunæ veritus, accersitis prouinciarum Maioribus, Mahumetem ex liberis suis natu maiorem, pro se regem constituit. ipse priuatam deligens vitam, in Asiam profectus, religioni cuidam solitariae sese addixit. Calibassa inter satrapas Turcorum, opibus & autoritate maior, Mahumeti, qui non per ætatem aptus esset imperio, gubernator datus: reliqui regis filij, ne quas regno turbas excitarent, more gentis necati sunt. felicius apud Turcos priuatis quam regibus liberi nascuntur. Effluxit abinde non paruum tempus, in quo nec Turci Vngaros, nec Hugarum Turcos armis laceßere tentauerunt: adeò cruentissima Varnensis pugna vires vtriusque partis eliserat. Vladislauus vbi fortiter

facie tecta
erant.

Vici Iulia-
nus, Vladis-
& Hunia-
des.

Ioh. Hunia-
des captus.

Amurates
Turca se im-
perio abdi-
caf.

Ladislauum pugnans obruncatus est, in conuentu deinde ciuitatum procerumque per Vngari-
 am Ladislaus rex appellatur. missa legatio ad Fridericum ex regni primoribus, de-
 cretum electionis exposuit, Ladislaum in Hungariam mitti coronandum postulauit.
 Responsum est, rectè Vngaros egisse, qui regem tandem suum recognouerint, ele-
 ctione inde haudquaquam opus fuisse ei, quem ius gentium dedisset regem, neque
 coronandum esse qui semel coronatus sit. Puerum adhuc egere tutore, nullius tu-
 telam salubriorem ei esse, quàm Friderici imperatoris: expectarent ætatem regno
 idoneam. Tum inter Vngaros & Imperatorem ob negatum regem inimicitia fuit,
 & armis quoque tentata res est. Iohannes Huniades ab Hūgaris gubernator electus,
 infestis copijs Austriam ingressus, quauis ferro & igne agros vastauerat, regem ta-
 men coronamque à regina Elizabeth abspontatam & quæ repetebat in Vngaria ca-
 stella, obtinere non potuit. ob quam rem vacuus redijt. Iohannes Huniades gu-
 bernator regni quarto suæ gubernationis anno Turcas aggredi cogitauit. ignomini-
 am enim Varnæ acceptam aboliturus, resarcire damna meditabatur. Coactis in tem-
 pore copijs ex Hungaria ac Boemia, ducere in Turcos statuit, quos prius aggredi vo-
 lebat quàm mouisse ex Vngaria nūciaretur, adeò celeriter cuncta componens. Con-
 silium eius Georgius Despota Seruia, Turcarum ducibus patefecit, magnum genti
 periculum imminere. percussit eo nuncio Turci, quid agerent non satis intelligebant.
 Amurates iam senior religioni addictus, regni curas abiecerat. Mahumetes ætate mi-
 nor, tantam belli molem posse ferre non arbitrabatur. Calibassæ defuturam obedi-
 entiam putabant. quid plura? missi legati, Amuratem reuocauere, qui comparato
 mox exercitu, in hostem profectus, non aliter quàm si ad prædam pergerent, alacres
 milites duxit. Iam Huniades cum copijs Sauum transierat, prostratisque locorū præ-
 fectis, agros latè populatus est. loco qui Basilia vocatur, castra posuerat. Cùm aduen-
 tare Amuratis copiæ nunciarentur, non expectauit Huniades prouocari, prior ipse
 pugnam iniit. commissio prælio, anceps diu certamen mansit. Qua parte pugnavit
 Huniades, fusi hostes terga dedere: pari modo & Amurates in cornu suo Vngaros
 fudit. Postremò non tulerunt Christiani Turcorum impetum, numero superati, non
 tam victi quàm fessi, compulsi sunt cedere. Huniades ubi suos neque minis neque pre-
 cibus sistere potest, cum paucis ex bello profugit. multi Vngariæ proceres, & non-
 nulli ecclesiarū episcopi in eo prælio ceciderūt. empta multo sanguine victoria, Amu-
 rates domum redijt. Et postea relicto Mahumeti regno, quemadmodum prius desti-
 nauerat, mortem obiit. Mahumetes igitur defuncto Amurate, gubernacula regni
 ex voto adeptus, ararium locupletauit, noua vectigalia excogitauit, in proceres &
 aulicos seuire cœpit. Fugientem ex hac pugna Ioh. Huniadem Sinderouia venisse
 scribunt, quem cùm Georgius Despota ibi esse cognouit, immemor beneficiorū, de-
 tineri illum iussit, & quasi hostem in vincula coniecit: nec prius dimittere voluit,
 donec filium suum Ladislaum pro obside locauit. Paulò post ingratitude non minùs
 quàm captiuitatis calamitatē ponderans gubernator, contractis copijs agrū Desporæ
 vastare cœpit, omnibusque castris & dominijs illius quæ regni Hungariæ ambitus cin-
 gebat, illum spoliavit, ampliusque profigasset, nisi Despota illi filium Ladislaum ob-
 fidem incolorem restituisset. Dum hi motus in regnis pluribus flagrant, etiam
 Germani suis armis inquieti fuere. Suitenses intestinas seditiones concitarūt, aggressi
 * Duricenses * Duricenses foederis neglecti causa. rem gestam hoc modo scribūt: Olim anno Do-
 mini 1351. prædicti Suitenses cum multis sibi confœderatis, inierunt cōfœderationis li-
 gam cum * Duricensibus perpetuò duraturam, & taliter extitit prouisum à partibus,
 quòd inueniri non posset modus, quo prædicta confœderatio valeret dirumpi. Erant
 hæc patentibus chirographis & necessarijs cautelis partiumque sigillis cōfirmata atq;
 iurata. Fuit autē in hac confœderatione expressè cautum, vt qualibet pars seorsum
 confœderare se posset, saluo prioris confœderationis ligamine, cum quibuscunque
 principibus, ciuitatibus aut vniuersitatibus. Exceptum erat, vel saltem excipi debue-
 rat, imperiū & imperator, maximè cum * Duricensiū ciuitas sit imperialis. Hac liga
 per 100. & amplius annos continuata, subortæ sunt inter eos discordiæ haud conte-
 mnendæ. quamobrem ciues * Duricenses circa annum Domini 1430. se cum illustris-
 sima domo ducum Austriæ, salua tamen priori cōfœderatione, perpetuò colligarūt.
 His ita conclusis, Suitenses ceterique confœderati cœperunt indignari * Duricensi-
 bus, quos & requisierunt vt nouā cōfœderationis sponsonē dimitterent, vel super ea
 coram ipsis iuri starent. Non obstate Duricensiū exceptione legitima, asserentiū quòd
 contra

Altera vi-
 storia Amu-
 rates.

Suitensium
 Duricensi-
 umque mo-
 tus.

contra eorum ligam non fecissent, & id constaret ex literis patentibus, quibus caue-
 batur quòd quelibet partium ligæ se liberè cum alijs quibuscunque & quando cunque
 confœderare posset, salua prioris confœderationis obligatione, (prout & Bernenses
 nuper cum ciuitate Basileen. & quondam cum duce Sabaudia se colligauerunt) Obtul-
 erunt se quoque iisdem * Duricenses ad standum iuri coram Bernensibus & Solodo-
 rensisibus, eorumdem Suitensibus confœderatis, & pluribus alijs principibus & vniuer-
 sitatibus. Nihilominus Suitenses ipsi minùs contenti de his oblationibus, & nisi coram
 suæ vniuersitatis tribunali iuri starent, bella sunt comminati. Interea illustrissimus
 princeps Albertus dux Austriæ, pro parte suæ domus & ducum Austria, petiuit ter-
 ram quæ dicitur Ergoia, cum multis castris ac oppidis, per dictos confœderatos antè
 per annos multos violenter occupatam, quam terram confœderati nec restituere,
 nec coram competenti iudice super his iuri stare voluerunt. gladio, inquit, quæsi-
 uimus, nec nisi gladio compulsi restituemus. Quid plura? Suitenses cum suis con-
 fœderatis omnes ad arma habiles feruntur iurasse, quòd quantum per ipsos staret,
 quòd bella atque lites contra principem Austriæ, necnon ciues * Duricenses non
 antè finirent, nisi prius prædictos * Duricenses ad dimissionem confœderationis
 cum dicto principe & domo Austriæ nuper confirmatæ, & ad restitutionem chiro-
 graphi super confœderatione confecti, & ad standum iuri coram eis compulsi-
 sent. Feroces populi, mox cum suis confœderatis, seclusis tamen Bernen. & Solodoren.
 in * Duricenses, quòd ab eorū liga descisissent, comparato exercitu, in eorum agrum
 cuncta deuastantes exiuerunt anno Domini 1443. Quibus cùm * Duricenses prælio con-
 gredi præsumpsissent, vsque ad internecionem cæsi sunt ab ipsis Suitensibus. Id factum
 est prope capellam S. Iacobi leproforum extra muros * Duricenses. ibi enim, vt aliqui
 referunt, ciues cum suis pausabant deliberabantque. Extunc 400. viri per Suitenses
 ordinati, præcurrentes signo, quo nobiles ac * Duricen. videlicet rubea cruce, vteban-
 tur, falso assumpto, tanquàm amici illis permixti sunt: initaque pugna hi fugam faciunt,
 secumque ad fugam multos trahunt. At ubi eis opportunum visum fuit, improuisos in-
 tra capellam & extra manentes crudeliter occidunt. Tanta verò in victos crudelitas ac
 rabies fuit, sicut refert Aeneas Syluius, vt eo in loco partæ victoriæ epulantes, congestis
 necatorū corporibus, mensas ac sedilia ex illis apparauerint, & aperientes hostium ca-
 dauera, cruorē biberunt, corda dentibus lacerantes. Nonnulli tamen ex illis anno se-
 quenti, hoc est, 1444. iuxta leproforiū S. Iacobi extra portas Basileenfes, eius crudelita-
 tis (vt creditur est à quibusdā) poenas soluerunt, de quo mox dicetur. Circa annum
 Domini 1440. Friderico III. regnante, ars impressoria excudendorum librorum stan-
 neis formulis, apud Moguntiam Germaniæ ciuitatem primùm cœpit, quòd inuentum
 nescio an vnum supra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia sua, vel
 vtilitate efferat. Tot extant hodie trium principalium linguarum authores, tot fidei
 Christianæ monumenta, tot instaurati huius inuenti gratia libri, vt planè diuinitus da-
 tum munus reipub. crediderim. Debent Germaniæ literæ, debent authores boni, qui-
 bus hoc opere immortalitas est parta. quamobrem Philippus Beroaldus, & egregiè
 doctus homo, & Germaniæ præcipuè studiosus, in illius laudem ait:

O Germania numeris repertrix,

Quo nihil vtilius dedit vetustas,

Libros scribere qua doces premedo.

Sed fato Germanicis ingenijs datū putarim, vt in ere tractādo nostri in primis excel-
 lāt: quòd cùm multis alijs patet, tū hoc præsertim impressoriarū formularū stanno, ac
 alio inuento, bombardæ f. bellici tormenti genus est hoc, à sono sic appellatum. tale
 id est, vt Salmonea nihil amplius mirari soleamus, Germanicū inuentū, aliquantò sit
 impressoria ars, vetustius, à plerisque scriptoribus impèdio doctis celebratū. ANNO
 1442. Philippus Maria filia suā Blancā desponsauit Francisco Sphorciæ, qui antea ei ad-
 uersabatur. dedit illi Cremonā cum agro Cremonensi & Pontremulū in dorè. Cōposi-
 ta est pax inter Venetos & Philippū, hæc pacis conditionē egrè Eugenius ferēs, q̄ Fran-
 ciscus ceteris socijs, se posthabito, de amissis restituendis cauisset, estimatione non facta,
 q̄ Piceninus Bononiā occupauerat, abire Florètia Romā instituit. Eugenius itaque
 anno domini 1443. Florètinis frustra eū retinere nitētibus, Romā veniēs, die 28. Septēb.
 effusa obuiā vrbane turbę multitudine, nullo nō genere honoris adhibito, ad portam
 Flaminia noctu diuertit. Sequenti verò die ad S. Petrū iturus, paratis de more supplica-
 tiōibus, pōtificio habitu vrbē incedēs, tumultuari populū audit, ob duplicatū tributū

Duricenses à
 Suiten. cœsi.

Arts impres-
 foria.

Bombardæ

Eugenius &
 concil. Flo-
 rent. digre-
 ditur.

veftigalque nouum vino impositum. hanc ob rem facto silentio, audientibus omnibus, exactionem illam minorauit. quo facto, statim succlamatum est ab omnibus, Viat Eugenius: cum antea clamassent, Moriantur noua veftigalia, eorumque inueniores. Paulò post beatum virum Nicolaum de Tolentino, ordinis Eremitarum, qui per plurimos annos antè obierat, cum claruisset multis miraculis, sanctorum catalogo de communi consilio cardinalium & praelatorum adscripsit. ANNO 1444. facta sunt treuga inter reges Franciæ & Angliæ vsque ad 18. menses, & filia regis Renati fuit promissa regi Angliæ, & quod treuga ista melius seruari possent, conclusum est, quod omnes gentes armorum tam Francorum quam Anglorum, sub Delphino irent in Germaniam. quod & factum est. Delphinus Ludouicus nomine, venit per hos dies cum magno exercitu intra limites imperij, oppidum Montispeligardi comitum de Vuirtemberg obsidione cinxit. ibi cum aliquandiu maneret, castellanus pactis ad certum tempus oppidum tradidit, quo lapsus, liberè id restitueret. Postquam autem loco potitus est, fama vndique aduentum suum publicauit. aliqui illum in auxilium nobilitatis venisse prædicabant, apud alios vocatum se dicebat per Rom. regem Fridericum contra Suteses. Itali scribunt, Eugenium composita prius inter reges pace, Delphinum cum equitatu in Basileenses concitasse, vt illic dissiparet conuentum. Nonnullis ipse Delphinus se velle vendicare iura domus Franciæ asserabat, quæ vsque ad Rhenum protendi dicebat. Ex hac causa urbem Argentinam obsessurum se affirmabat. dicebat & se propter ducem Sigismundum venisse, & hoc non quod ita esset, sed quod fauorem ob eam causam sese putabat habiturum. De eius exercitu varia dicta fuerunt. qui minora probant, 25. millia fuisse censent. Concordatum est inter Delphinum & Alatienses, 25. millia suorum per hyemem in oppidis Alatiæ recipi debere. Veniebantiam Delphini gentes, vulgò tum dicti Armeniaci, & cum iam in agrum Basileensem omnè ferme militiam Gallicam eduxissent, ingentemque metum ciuibus incussissent, Suteses ex fœdere sociæ ciuitati 4. millia militum lectissimæ iuuentutis auxilio misere, quos cum Delphinus appropinquare animaduertisset, medium inter Basileam & Suteses se opposuit, nec derectauere illi certamen, quantum pedibus pugnaturo contra 30. millia equitum: pergunt, & priores Armeniaci turmas incidunt, plurimosque neci dant. Armeniaci retro cedentes, ad maiorem se exercitum reci piunt. illi sanguinis cupidi & auidi victoriæ, dum gloriam quærunt, propriam salutem amittunt. Ventum est ad hospitale S. Iacobi, quod vix stadijs 4. à Basilea distat. ibi vniuersa multitudo Armeniacorum in Suteses irruit, nonnullis ante portas Basileensem positis, qui exeuntes obseruarent caderentque. Committitur atrox prælium, caduntque ex vtraque parte plurimi. prælium à principio dici vsque ad finem protractum est. ad extremum non victi Suteses, sed vincendo fatigati, victoriam lugubrem Armeniacis reliquere: campusque liber eis mansit, non virtute, sed multitudine superantibus. magna cædes equorum fuit. plures Teutones dum Suteses vltrici volunt, vitam amittunt. Suteses ad vnum occisi feruntur. Dum hæc aguntur, rex Rom. oratores ad Delphinum mittit episcopum Augusten. & Iohannem de Nish Doctorem, nonnullosque milites, perscrutatū quid causæ sit, quod imperium cum exercitu sit ingressus. redeunt oratores, & Delphinus oratores suos adiunxit 5. viros præstantes. Interim ex parte concilij Basileensem. cardinales 2. Arelaten. & S. Callisti, pluresque alij doctores Delphinum adeunt, & cum his ciues Basileenses, deprecanturque, ne concilio vel vrbi nocent. Is rursus suos Basileam nuncios mittit, qui habuerunt diuersos tractatus. nam & oratores Felicis papæ Amedei, totiusque Sutes. factionis illuc conuenerant. oratores Delphini dicebant se vocatu regis contra Suteses venisse. Tandem post deuastationem Alatiæ, non sine suorum strage maxima, reuersi sunt ad propria anno 1444. Certum ego habeo, quod Delphinus arcem & oppidum Montispeligardi dominis comitibus de Vuirtemberg iuxta promissâ restituit. audiui à portario arcis, dixisse Delphinum, dum fuerat intronatus, primum suspendi debere castellanam, qui oppidum tradidisset tanta arce munitum. Interea Carolus rex pater Delphini exercitum duxit in Lotharingiam, & Metensem obsedit ciuitatem per 5. menses, tandem abiit per compositionem. ANNO Domini 1442. Alphonsus Ferdinandi regis Aragoniæ filius, qui Ferdinandus fuit regis Hispaniæ vltioris generatus, qui currentis equi lapsu exhalatus fuerat, Renato Andegauensi superato, vt prædictum est, & pulso, in regnum Neapolitanum succedens, regnavit annis ferme vigintiduo, cum diu antè regnasset in Aragonia, Sardinia & Hispania.

ANNO

Delphinus Germaniæ adijt.

Armeniaci

De oppido Montispeligardi.

Metis.

ANNO Domini 1445. misit in Germaniam Eugenius papa legatos & concilij distandi causa, & vnionis Ecclesiasticæ restituendæ nomine, qui cum Basilea diu nihil egissent, Romam reuersi sunt, quorundam principum obedientiam declarantes. Nam interim dum ipsi legatione fungerentur, Germaniæ principes aliquoties conuenerunt: primum in Noribergo, deinde in Francofordia, demum in Ofchoffenburgo, cuius nomine sese addicerent, agentes. Eratque Basileo conuentui magna spes obtinendæ obedientiæ pro Felice, quod in hanc sententiam principes electores sex conuenissent, vt nisi Eugenius eorum postulatis annueret, fore vt Felicem Sabaudien. seclarentur. postulata principum à Pont. quæcunque ea fuerint, difficilima produntur. sed eorum conatus, optimus pientissimusque princeps rex Fridericus præuertit, Eugenij mandata fouens. ANNO 1445. Constantinus Palæologus vltimus ex ipsa familia Græcorum imperator, hoc anno Iohanne eius germano Imperatore sine filio defuncto, in imperium succedens, imperauit annis 8. vir quidem à principio ingentis animi, qui eum primò Peloponesi rex esset, cum Turcis sæpius conflixisset, eos sæpius fudit: ac etiam fines suos exiens, hostium agros, sæpe populari ausus fuit, multa eorum oppida vi & armis expugnare non extimuit, cuius rei causa Draconis cognomentum suscepit. Sed postmodum Heraclea oppido munitissimo ab Amurate Turca sibi ablato, & muro qui Græcos à Turco seruabat illæso, demolito, ad eum illi animus decidit, vt & gestorum præteritorum omnino immemor, nullum deinceps clarum facinus agere visus sit. quapropter timore percussus, Amurate deinde moruo, Mahumerus eius filius tributo non contentus, multauit non modò imperio & Constantinopoli, sed & vita adempta. ANNO eodem Ludouicus Gonzaga secundus Mantuanorum marchio, patre Iohanne Francisco marchione defuncto, successit. imperauit annis 33. vir quidem fortis & iustus, literis adprimè eruditus. Sed & militandi scientiam ab incunte ætate ab ipso patre suo exercitando didicit. deinde exactis adolescentiæ annis sub Philippo duce Mediolani, cum Nicolao Picenino militare curauit. Postea cum Francisco Sphorcia integer factus socialia bella peregit, cum quibus militans, sæpe hostiles acies fregit. In Aragonijs castris multas terras gentesque expugnauit, propter quod apud multos cognomento Turca dictus est. Ad eum autem promissi fidelis est habitus, vt nullis blandimentis, nullis muneribus, nullis terroribus à promissa fide distrahi posset. Et propterea ipsum Philippus dux filium, Franciscus Sphorcia fratrem, & denique Galeatus ipsum patrem appellare consueuerunt: cuius tanta dignitas fuit, vt totius Insubiæ iustus arbiter sit appellatus. Tandem anno 1478. mensè Iunio leui genere mortis obiit, filijs quinque ex Barbara Iohannis Brandenburgens. Marchionis filia susceptis. Fridericus illi successit, Franciscus Ro. Ecclesiæ cardinalis fuit, filiam ipsius Barbaram in clytus dominus meus comes Eberardus de Wirtemberg duxit uxorem. ANNO 1446. vt ferè omnes, sed vt ex supputatione successoris sui colligitur, anno 7. moritur Eugenius papa, pontificatus sui anno 16. Kalend. Martij, vir ingenio & gestis rebus insignis, & in B. Petri basilica sepelitur sepulcro marmoreo. vacat sedes dies 12. vt refert Platina. ANNO nostri saluatoris 1447. pridie Nonas Martias in Ro. pontificem creatus est Thomas Sarfanus, humili loco & familia natus, matre Andreola, patre Bartholomæo physico, Nicolaus 5. vocatus. sedit annis 8. vir certè tanto principatu dignissimus, ad eum tamen modestus, vt tanto se magistratu indignum arbitratus, rogauerit cardinales omnes, supplex etiam, vt ecclesiæ Dei maturius consulerent. Verum Tarentino cardinali eum adhortante, ne cursum S. Spiritus impediret, collum tanto oneri subiecit. Interrogatus, vt sit, cardinalis Portugalen. è conclau prodiens, quem pontificem creassent: respondit, Non nos Nicolaum, sed Deus pontificem designauit. Vno itaque & eodem anno Thomas Sarfanus & episcopatum Bononiensem. & cardinalis dignitatem, & pontificatum adeptus est, cum maxima totius cleri populique lætitia. Laudatur autem Nicolai liberalitas, qua in omnes vsus est, maximè erga literatos, quos & officijs & beneficijs mirificè iuuuit, eos præmijs ad componendum & ad vertendos Græcos authores in Latinum ita perpulit, vt literæ Græcæ & Latine, quæ 600. iam annis in situ & tenebris iacuerant, denum splendorem aliquem adeptæ sint. Nicolaus cum pontificatum inisset, præter omnium spem, mundi principes, cum esset consilio & virtute illustris, in omnibus habuit fauorabiles: at pacis & quietis amator, celebrata de more coronatione, mox factis ingenti apparatu litanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalè Morinensem Ferrariam mittit componendæ

At. de Felice obediencia.

Constantinus vltimus Græ. Imp.

Lud. Mantuz marchio.

Nicolaus 5. papa.

Restituta literæ.

Philippi
Mariæ in-
teritus,

nendæ pacis causa, quo legati interuentu & autoritate ad pacem magis impelle-
rentur animi partium. missi eò properè Alphonfi, Philippi, Venetorum, Florenti-
norumque legati, qui post longam disceprationem hanc Philippo optionem dede-
re, vt vel inducias in quinquennium à Venetis Florentinisque acciperet, vtraque par-
te possidente quæ tenebat, vel pacem permutatis quibusdam oppidis. verùm mors
Philippi impedimento fuit vtrique optioni. Nam cum hæc agerentur, Philippus Ma-
ria primùm aduersam valetudinem oculis captus incidit, vitæ tædio & languore simul
profluuiò ventris correptus, sexto Idus Augusti anno 1447. obiit, Alphonso rege hæ-
rede instituto. Populus cognita ducis Philippi morte, Mediolani in libertatem sese
proclamauit, 12. viris electis qui temp. administrarent, castrū portæ Iouis instar ex cel-
lentissimæ regiæ, captum ac dirutum est, & testamentum Philippi dilaniatum. Ad do-
minium Mediolanense multi adspirauere, sed qui coloratis vterentur titulis, quatuor
fuerunt. Fridericus imperator deuolutum ad se principatum, Philippo sine liberis legiti-
mis vita subtracto contendebat. Alphonfus rex testamento hereditatem petebat, Ca-
rolus dux Aurelian. ex sanguine vicecomitū natus, ab intestato id sibi deberi aiebat.
Franciscus Sphorcia vicecomes, cōiugem suam quæ Philippi filia fuerat, hæreditatem
patris suscepturam aiebat. Audita sunt legationes omnium in senatu Mediolanen-
quarum aliqua sermone directo dominium petiere, aliqua per simulationem obla-
ti contra Venetos auxilij insinuare se populo satagebant. Sed ciuitati quæ iam liber-
tate gaudebat, nulla conditio placuit, qua iugum susciperet: obtulit tamen impera-
tori censum quotannis aureum poculum, si libera suis legibus dimitteretur. di-
laniabatur interea Philippi hæreditas, Veneti Placentiam, Cremam, Laudam occu-
pauere: dux Sabaudia Ludouicus Valentiam & Confluentiam inuasit, & alij alia.

Franciscus
Sphorcia
dux Medi-
olani.

Philippi gener Franciscus Sphorcia eo ipso anno ex Piceno pulsus, cum intellige-
ret Venetos omnia occupare, celeri cursu cum vniuerso exercitu Cremonam venit,
& præsidij in ea positis, statim à Papien. vocatus, urbem eam in suam potestatem rece-
pit. Quibus gestis, à Mediolanen. summo omnium consensu copiarum dux contra
Venetos delectus est. Quibus cum sepe feliciter cōgressus est, quare auctis viribus tan-
tum conatus, vt breui tempore Mediolanen. ducatū occuparet. Mediolanum urbem
restituit inde, multaq; cum Alphonso bella gessit. Nicolaus pontifex audientiam in
principio nimiam omnibus dabat die noctuque, vt requiem sibi opportunam subtra-
heret, & quasi contractus fieret, sed postmodum tardam & raram audientiam præsti-
tit. Visitatus est à principibus & cōmunitatibus multis Christianis, congratulantibus
eidē, etsi Sabaudia ducis non nihil resisterent. Amedeus post 2. annos vel circiter
à Friderico Imperatore ac alijs nonnullis exhoratus, per procuratores suos corā ipso
Nicolaio renūciauit omni iuri, quod haberet vel habere præterderet in papatu, certis
conuentionibus adhibitis, videlicet vt cardinalis remaneret ac legatus in Germania
& regione sua. Cardinales etiam aliqui ex suis, in dignitatibus suis remanerēt, qui do-
ctissimi viri erant, & alij prælati in sedibus suis. Quibus omnibus Nicolaus Pont. cum
cardinalibus acquieuit pro bono pacis & amotione schismatis Basileen. Sed & impe-
rator principesq; Germaniæ in Oschoffenburgo conuenientes, declarauerunt se pro
Nicolaio, mandauitque imperator omnibus per Germaniam constitutis, Nicolaum
pro vero & indubitato Ro. Pont. venerari debere, & Basileensibus vt conciliū dimit-
terent, nec vltra festum S. Martini retinerēt, quod publicatum est anno Domini 1447.
circa festum S. Michaelis. Renūciatio Felicis facta est anno 1449. qua concordia non
solum latatus est populus Ro. sed etiam totus mundus à tanta seditione liberatus. Et
Nicolaus approbavit acta in concilio Basileen. extant literę incipientes, Nicolaus & c.
ad perpetuam rei memoriam. vt pacis. quæ data sunt anno Dominicæ incarnationis
1449. decimo Kalend. Iulij. Impressæ sunt cum actis concilij Basileensis in fine acto-
rum, quæ tamen sanè intelligendæ sunt. ANNO 1448. rex Francia Carolus fecit
ordinari in regno, vt deinceps perpetuò vnaquæque parochia haberet vnum arma-
tum, qui vt melius illi rei inferuire possēt, constituit vt esset liber ab omni exactio-
ne. Sequenti anno rex Carolus cepit totam Nortmanniam, quam antè tenebant
Anglici, & in gratiarum actionem instituit perpetuis temporibus fieri per regnum
suum processiones 12. die Augusti, in quo cepit vltimum locum præsidio Anglorum
munitum. Pari modo anno post sequenti reduxit in suã potestatem Aquitaniam, red-
dita tū est regi Burdegala & tota Aquitania. ANNO 1448. Iohā. de Westernach, præ-
positus & antecessor meus ecclesiæ collegiatæ S. Crucis in *Stuttgarten* Constan. diocē-
cesis,

Felix pon-
tificatus ab-
dicatus.

cesis, iussu illustrium fratrum Ludouici & Vdalrici comitum Wirtembergæ & Mon-
tispeligardi, impetrauit priuilegium à Nicolao. s. quòd ipsi comites ac subditi libe-
rè tempore quadragesimali vti possint lacticijs, durante carentia oliuarum ac pisci-
um. hoc priuilegium magister Iohannes Spenst, medicina & theologia doctor &
præpositus in Herenberg, impugnavit, asserens malè fuisse narratum: tandem exami-
natum est negocium ab episcopo loci, & admissum est priuilegium. In hac gene-
ratione dux Ludouicus comes Palatinus Rheni, princeps clarissimus, duxit uxorem
dominam Margaritam Ludouici regis Sicilia relictam, filiam Amedei ducis Sabau-
dię, qui in papam à concilio Basileensi electus fuit & Felix dictus. Erat mulier forma &
moribus præclara, annorum circiter 20. ex ea genuit Ludouicus dux Philippum, &
paulò post moritur, nondum matura ætate, bonis omnibus præ dolore & desiderio
hominis lugentibus. reliquit autem sobolem Philippum puerum nobilissimum, qui
pro ætate Electorum imperij sibi à patre relictum gerere non poterat. Ea gratia pa-
trius ipsius Fridericus iam florida ætate, acer & bellicosus, consentientibus terræ
optimatibus, arrogauit Philippum infantem; gubernationemque prouinciæ ran-
quam dominus suscepit, & electorem imperij se dixit, cælibatū perpetuum, vt scribit
Aeneas Syluius, promisit, ne arrogato filio, uxorem ducens, præiudicium faceret.
Rogatus Nicolaus Pontifex, hoc genus adoptionis confirmauit. At Fridericus Imp.
sæpe multumque requisitus, id facere recusauit. Fuit autem Fridericus princeps sin-
gulari prudentia, magnitudine atque strenuitate insignis, bello faustus, vt qui multa
armis dominio Palatinatus adiecit. De cælibatu non est clarum, cum postea vx-
orem duxisset. Mortuus est autem Ludouicus dux & comes Palatinus anno
1449. Deinde post aliquot annos relicta eius domina Margarita mulier adhuc iu-
uenis, spe (vt creditur) prolificandi in tertium matrimonium consensit, & sic torò
iuncta est illustri Vdalrico comiti de Wirtemberg, ex eoque suscepit plures puellas.
fuit autem hoc matrimonium seminarium multorum malorum. Eodem anno
1449. grauius bella exorta sunt in superiori Alemania inter Albertum marchionem
Brandenburgen. cui adhæsit inclytus comes Vdalricus de Wirtemberg / & inter ci-
uitates imperiales. traxerunt ad se hi principes nonnullos alios: acre bellum & diu-
turnum fuit, in quo potentia non contemnendæ concurrentes, insensibilis odijs
biennio propè certauerunt. Nouem prælia commississe cum Norinbergen. fertur Al-
bertus, ex quibus octo victor confecit, in vno tamen victus succubuit. neque de pace
conuenit, donec exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis,
comæatus & pecuniæ contententibus defecere. Comes autem Vdalricus ma-
xima clade ciuitates imperiales per Sueuiam sibi vicinas affectit. Audiui ego oppi-
da prædis referta, cellariaque in quibusdam oppidis captiuis erant repleta. Tandem
verò in die Martis post commemorationem omnium animarum, anno Domini
1450. Vualterus de Eßingen Vlmensis, vir prudens & strenuus, & cæteri capitanei ci-
uitatum imperialium per Sueuiam, cum satis iusto exercitu ingressi terras prædicti
comitis Vdalrici, cæde atque incendio vastarunt quæque obuia. Contra quos stipen-
diarj milites eiusdem comitis, inter quos erant nonnulli comites atque nobiles viri,
tumultuarie contractis copijs, magnis itineribus aduolant, irruuntque in hostes. pro-
pe oppidum imperiale Eßingen, prælium commissum est atrox, victique sunt ciuita-
tenses. Capitanei ferè omnium ciuitatum imperialium Sueuiæ vel capti vel occi-
si sunt, pauci beneficio noctis elapsi. paulò post primùm Albertus Marchio, dein-
de comes Vdalricus, alijque principes pacem ex sententia nacti sunt. ANNO
sequenti adhuc durante prædicto bello, ex pestilentia obiit in *Brach* excelsum ma-
gnificusque comes Ludouicus de Vuirtemberg & Montispeligardi, princeps inte-
gerrimus, apud Carthusienses in *Guttelstain* iacet sepultus. reliquit duos filios
Ludouicum & Eberardum, & totidem filias Mechtildem & Elizabetham. suscep-
cit eam prolem ex Mechtilde filia quondam Ludouici comitis Palatini Rheni
& ducis Bauariæ, quæ biennio post nupsit secundo Alberto archiduci Austria. Lu-
douicus in adolescentia est mortuus, Eberardus ex vxore filia Ludouici marchio-
nis Mantuæ Barbara, vnicam generauit filiam, quæ & mox mortua est. Mechtil-
dis Ludouici filia, nupsit Guilielmo Langrauiio Hassiæ, generauit duos Guiliel-
mos. Elizabeth nupsit primùm comiti de Nassau, generauit filium, deinde eò
defuncto, nupsit comiti de Stalburgo. ANNO Domini 1449. Borius E-
stenfis marchio & primus Ferrariæ dux; Leonelli marchionis frater, & Nicolai
Estensis

De priuile-
gio lactici-
norum in cu-
caru Vuir-
tembergens.

Frider. Co-
Palatinus.

Bellum fe-
ciale ciuita-
tum & prin-
cip. Sueuiæ.

Stuttig.

Ludo. Co-
de Vuirte-
berg.

Iubileus.

Friderici 3.
in Italiam
expeditio.De Franci
Sphorcio.Leonora
regina Lu
sitaniae.

Estensis filius, Leonello fratre natu maiore defuncto, succedit. fedit annis 22. vir ingenio diuino & moribus supra hominem, in quo nihil non excellens aut admirandum erat, cuius verba sapientia plena, opera grauissima, propterea ei omnia secunda semper fuere & fausta. ad eum cum Fridericus Ro. Imp. accessisset, visa hominis celsitudine, illum Mutinae & Rhegij, quae sunt iuris imperij, ducem creauit. A N N O Domini 1450. iubileus ex more rituque patrum celebratus est. Romam tanta Christiani populi multitudo confluit, ut innumeri tumultu sint oppressi. Sed hac re praesertim Nicolai Pont. prouidentia probari solet, qui & vias quasdam amplificauit, & ne vnquam deesset tanto conflui victus, diligenter cauit. A N N O Domini 1452. Fridericus 3. Romam coronae imperialis gratia venit, qui etsi longè antè electus fuerat, intercedente tamen schismate, vsque ad Nicolaum 5. coronationem imperialem distulit. Rebus autem Germanicis compositis, ordinatisque praesidibus Austriae, profectus est iter: ad oppidum S. Viti peruenit, ibique natiuitatis Dominicae festa peregit, ad quem locum & Ladislaum regem proficisci iussit, inde Villacum se confert, oppidum supra Drauum situm, non longè ab Italiae finibus. ibi & Boemi & Hungari conuenerunt nobiles complurimi, qui Romae videre coronationem, Italiae spectare mores, militiae cingulum mereri magnopere optabant. Ibi quoque dux Austriae Albertus, germanus Caesaris erat, qui splendidi ex Sueuia comitatu ad se vocauerat. is tum & in Iubileo Romae fuerat. Caesar relicto Villaco, alpes ascendit, quae Germaniam Italiamque disiungunt. praemisso Alberto cum parte copiarum, ipse regem Ladislaum secum ducens, Kalend. Ianuarij Italiam intrauit. Et ut refert Aeneas Syluius, Ladislaus sepe fugam molitus est, consilio paedagogi fretus, cum quo postea captus, paedagogo in vincula coniecto. Legatos Venetorum patricios domi potentes, obuios Caesar habuit, qui cum ingenti gaudio exceperunt eum cum reliquijs occurrentes & clero, ac victum sine precio ministrarunt, quocumque Caesar in territorio Venetorum diuertit. Occurrere frequentes populi, laudare splendidum Caesaris comitatum, arma lucentia, decoras iuuenum facies, speciem Caesaris imperio dignam. Multa super Ladislaum rege proloqui, angelicum vultum, quietos mores, vltra aetatem gestus. Potissimum autem Taruisini singulari affectu Caesarem inspexerunt, memores olim sub ditione Australium se fuisse, quorum adhuc in praetorio signa videntur: Patuini quoque, non ignorantes ad imperium se pertinere. Inter haec Teutones plurimi ex Sueuia & Franconia Rhenique partibus per vallem Tridentinam, Veronam, Mantuamque transeunt, Ferrariam veniunt, praestolantes Caesaris aduentum. Ea re cognita, relicto Patuio, Ferrariam petijt, vbi Borsius lato vultu honoratum se praebuit, ac omnem magnificentiam ostentabat. obmissa Ferraria, Bononiam pergit, vbi Bessarionem legatum apostolicum occurrentem reperit. Franciscus autem Sphorcio tum Mediolani dux, imperatorem per legatos ad coronam ferream Mediolani suscipiendam, vt mos erat, inuitauit. qui reuens, Romam alio itinere profectus est. Caesar è Bononia digressus, montes Apenninos ascendit: ingressusque Florentiam, exceptus est honore maximo. aduenienti totus clerus cum archiepiscopo in processione, praesentibus vrbis magistratibus obuiam facti fuere. locatus fuit in conuentu S. Mariae Nouellae, mansit 4. diebus, deinde Senas profectus est cum legatis Apostolicis. Cum Fridericus Senis esset, Leonora filia regis Lusitaniae seu Aragonum sibi desponsata, Pisas venit, virgo statura mediocri, annos nata 16. laeta fronte, nigerrimis atque illustribus oculis, ore paruo, genis ad gratiam rubescentibus. Imperatrix igitur Senas deducta est Ieiunij secunda die. occurrerunt primò ciues natu maiores, deinde Albertus & Ladislaus, postea clerus. Fridericus cum legatis apostolicis extra duas vrbis portas sponsae aduentum expectabat: qua visa, in amplexus ambo venire. vbi haec gesta sunt, Senenses marmoreum lapidem erexerunt. Caesar post iter suum vrbem versus continuat. apud Viterbium, mandante pontifice, ingens honor illi exhibitus est. Ad idus Martias ex Surrio iter Romae cepit, & quicquid nobilitatis in vrbe fuit, obuiam datum est. Venit Caesar in eminentem collem, vnde vrbem spectare potuit. laeta omnis nobilitas, caput orbis videns. vbi de colle descensum est, sacer senatus apostolicus occurrit. Sequenti die in praeta proxima vrbis omnis Caesaris comitatus se recepit. Caesar trabea vestitus, inter legatos Italicos eminebat: Imperatrix mirificis ornata cultibus, Portugalensibus circumdata, omnium in se oculos attrahebat. Ladislaus Hungariae & Boemiae rex, tenera etate purpuratus. Albertus germanus Caesaris, militiae ductor obequitans, suum cuique locum demonstrat. duo Caesaris vexilla fuerunt, alterum quod S. Georgij vocitant, deinde vexillum aquila.

la. Dum vrbem Fridericus ingreditur, Marscalcus ei nudum enssem praefert, episcopus Spoletinus vicarius pontificis, ac plurimi episcopi & abbates insulati, sanctorum reliquias ferentes occurrunt. Caesar sub aureo panno, quod vmbraculum vocitant, introducit vsque ad gradus basilicae S. Petri. ibi Nicolaus pontifex sede sedens eburnea, pontificalibus indutus, senatu cardinalium circumstante, verbis paternis & supra modum benignis Fridericum suscipit, cui pedibus suis exosculatis, auri massam obtulit. Tum quoque Ladislaus & Albertus, ac demum imperatrix, pedes basiauerunt. Nicolaum deinde rogat Fridericus, vt ex plenitudine potestatis se Romae Longobardorum regem coronaret. Idibus igitur Martijs apud S. Petri summum altare, Fridericum in regem Longobardorum coronauit pontifex, & Leonora per Oratores desponsata, inter Missarum solennia denuo ei deuincta fuit. Absoluta Mediolanen. coronatione, postridie solennitas Augustalis coepta est. Romanus Pontifex ad summam B. Petri aram in sublimi throno confedit. extra cancellos duo tribunalia fuere, alterum Friderico, Leonorae alterum deputatum. Fridericus postquam iusiurandum B. Petro & Nicolao in ea forma praestitit, qua Ludouicum Caroli filium iurasse decreta confirmant, alba indutus, in canonicum S. Petri receptus. Inde Augustali paludamento accepto, in medium basilicae profectus, trinam benedictionem suscepit. exinde ductus ad altare S. Mauricij, in scapulis atque brachio dextro est pro veteri more oleo sacro delinitus, similiter & Leonora. Pontifex rem diuinam inchoauit. inter celebrandum diuersae solennitates seruatae sunt. sceptrum, quo regia potestas indicatur: pomum, quod mundi dominum ostendit: ensis, qui belli iura demonstrat, per varias vices data. Postremo corona aurea insulata, preciosisque gemmis cooperta, Caesareo capiti imposita. Imperatrix quoque post Caesarem coronam ex manibus pontificis suscepit, quam coniugis fuisse Sigismundi constabat. Caesar quanuis ornamenta sibi precio incredibili comparasset, in hanc tamen solennitatem pallium, enssem, sceptrum, pomum, coronamque Caroli Magni ex arcibus Norinbergen. ad se deferri curauerat. Vt autem coronationi diuinisque rebus impositus est modus, Leonora in suas aedes secessit: papa & imperator ad gradus basilicae simul venerunt, ibi pontifex Palafredum ascendit, cuique Caesar dextratoris officium per aliquot passus exhibuit, equo deinde conscenso, vsque ad ecclesiam S. Mariae vna profecti sunt. Tunc Papa in palatium redijt, Caesar in pontem Adriani profectus est, vbi Albertum fratrem pluresque duces & comites ad militiae prouexit honorem, ter quenque percutiens. Trecenti eo die percussi milites referuntur. deinde cum sol occideret, ad Lateranum se conferens, splendidum ibi conuiuium habuit. Imperator igitur Fridericus anno Domini 1452. die 18. mensis Martij, imperatoria corona donatus, Alphonso regis Aragonum precibus Neapolim contendit, & post eum Leonora. mansit illic Caesar sanctam hebdomadam & octauam Paschae: ostendit quoque illi Alphonsum thesaurum suum, & quicquid preciosum habuit. Inde Caesar naues ascendit, Romam petiturus. Imperatrix octo diebus apud auunculum postea mansit, deinde Manfredoniam profecta est, atque illo ex loco per mare Venetias nauigauit. Imperator rediens ab vrbe Ferrariam, Borsium Estensem Mutinae & Rhegij Lepidij ciuitatum ducem creauit, qui pro tanta dignitate suscepta, monile preciosum dono Caesari dedit, quod pater 21. millibus aureorum emisse ferebatur. Nam & haec duae vrbes imperij ditionis erant. Ibidem etiam veniens, Galeatium Francisci ducis Mediolani filium, cum ingenti apparatu obuium habuit, cuius suauis & eleganti oratione Caesar allectus, susceptis eius muneribus, illum auratum equitem creauit. Deinde Caesar ingressus nauem, per fluenta Padi Venetias petijt. cum ciuitati proximus esset, nauigia infinita & artificum & nobilium occurrerunt, mirabiles ludos praebentia. mansit apud Venetias diebus decem. sumptus ei & consorti suae magnifice non solum in vrbe, sed & in omni eorum territorio praebiti sunt. deinde recedentem senatus vsque ad littus secutus est. Fridericus post relicta Italia, cum Germania metas attigisset, horribile visu, dictum mirabile videri potest, quam turbidam aeris faciem, mutatum caeli vultum offenderit: quod praesagium futurae cladis multum iudicauerunt, praesertim cum intelligeretur, quosdam principes res nouas in Germania & Hungaria moliri ob regem Ladislaum adolescentem. petentem enim Italiam Caesarem rogauerunt Australes, vt Ladislaum in paterna hereditate apud se dimitteret. Reiecta petitione, authoribus duobus Vricis, altero Ciliae comite, altero * Eizingero, sumptis armis, redeuntem ex Italia Fridericum apud Nouam ciuitatem

V V V V

obfi-

Clarū Co-
citis exem-
plum.

Ladislauſ
Austrius
Vngariæ
Boemięque
rex.

Eicinger
contra Ci-
liæ comi-
tem.

obsidione cinxere. (quanuis à Nicolao Papa iuſſi eſſent, ne tutelam Cæſaris impedi-
rent) cocunt acies, & vbi res gladio geri cœpit, ac vir virum præhendere, pugnatum
eſt aliquandiu. Poſtremò Cæſarianorum acies non tam virtute, quàm multitudine
ſuperata, terga dedit, atque in urbem trepidè ſe recepit. Vnius militis Somfycher
audacia ciuitatem tutata eſt, qui, nè victores cum victis vno agmine irrumperent,
tam diu pro porta ſolus impetum tenuit, donec conuerſi fugientes, globo factò,
ex loco difficili hoſte refulſo, ianuam claufere. Firmata eſt deinde obſidio, & oppu-
gnata machinis mœnia. Hungari nondum venerant. Poſt multos tractatus Im-
perator interuentu Caroli marchionis Badenſis & archiepiſcopi Saltzburgenſis Si-
giſmundi, Ladislaum è manu ſua dedit Auſtralibus multa promittentibus, quæ mox
negauere. Inter cætera conuentum erat, ad 3. Idus Nouemb. conuentum Viennæ
habere, in quo vocati Boemi Hungarique de tutela regis nondum puberis conue-
nient, Ladislaus interea in poteſtate comitis Ciliæ extra Viennam degens, nihil
priùs adminiſtraret, quàm conuentus eius promulgaretur decretum. Verùm puer
poſtridie in urbem ductus, ſummis nouisque honoribus exceptus, cuſſigio magi-
ſtratus in ciuitate creauit, præfecturas in tota prouincia inſtituit, ſacerdotia dona-
uit, regio more curiam erexit. Venerat illuc gubernator regni Hungariæ Iohan-
nes Huniades, multique proceres, quibus rex cunctis inter primores locum eminen-
torem dedit, vbi gubernator onus ſui officij, quod iam octo annos geſſerat, ſpontè
exiit, regnum Vngariæ regi Ladislao reſtituit, propter quod rex ipſe Iohannem meri-
tis erga ſe commendatum, alto throno regali quoque habitu in maiestate ſedens,
aſſiſtentibus ſibi principibus, baronibus, ac regnorum ſuorum prælatiſ pluribus,
magna ſolennitate comitem Biſtriciſem creauit, armorum quoque inſignibus addi-
tis. Quibus peractis, rex ipſe comitem iam creatum vnà cum alijs in Vngariam re-
miſit. Accerſuere tunc regem ſuum Boemi cum Georgio * Pogebratio, qui-
bus non minora Ladislaus pollicitus, quàm pater atque auus promiſerant. verùm
Ladislaus quanuis rex appellaretur, alieno tamen arbitrio ductus, regna ſua tribus
viris commendauit. Iohannes Huniades Hungariam rexit, Pogebratius Boemiam,
Vlricus comes Ciliæ Auſtriam. penès hunc maior authoritas, qui regem in poteſta-
te habens, illis quoque imperare poſſe videbatur. promiſerat enim & Vngariæ &
Boemiæ regē ad eos propediem venturum. Vngariæ primùm ſaſſificare ſtatuit, diem
illis apud Pozonium conſtituit. conueniunt frequentes Vngari, res ibi pro volunta-
te Huniadis ordinantur. vltimò tunc regnum ingredi, nec regi, neque comiti viſum.
ſit opportunè reditus in Viennam. Boemiſque dies ſtatuitur, qua regem coronan-
dum Pragæ ſuſcipiant. Comiti interea, vt quàm ſplendidè regem in Boemiam du-
ceret, aurū decrat. Mos eſt Auſtralibus, quoties repentina principi neceſſitas ingruit,
ex ſubditis pro modo facultatum pecuniam exigere, permiſſu tamen prouincialium.
conuoçatur pro veteri conſuetudine quatuor ſtatus, ſacerdotes, barones, nobiles, ci-
uitates. ibi comes præſente rege neceſſariam fore pecuniam ſuſcipiendam hortatur,
annuat. Conuentus deliberandi copiam petit. ibi Eicingerus, qui iam pridem comi-
tis opera gratia regis exciderat: Quid agimus viri Auſtrales, inquit, ſempèr ne manci-
pia Ciliæ comiti erimus? imperatoris iugum excuſſimus, vt comiti ſeruiremus? ille
nouus homo, nos omnes pro ſeruis habet, rex, neſcientibus nobis, promiſſus Boemis,
neque contentus duorum regnorum gubernatores veſtigales ſibi feciſſe, Auſtriam
etiam exhaurit: nam quota portio eſt, quam regius ſumptus accipit? quicquid reli-
qui eſt, comiti cedit. maior ei, quàm regi, familia ſeruit. taceo concubinam inſtar
reginæ cultam, cuius virum conciuem veſtrum ô Viennenses interfecit. plena prædo-
nibus & meretricibus domus eius. magiſtratus, præfecturas, ſacerdotia vendit. offen-
diſſe maiestatem conuincitur, quiſquis diues habetur. Pecuniæ, qua in Boemiam
pergat rex, fateor, non iniqua poſtulat, ſi fraus abſit. ſed hæc pecunia non regi
quæritur. pax comitis, noſtrum bellum eſt. pudet me patientiæ noſtræ. reſumite
ſpiritus, accingimini mecum. aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo. Pla-
cet conſilium, dant inuicem dextras, iureiurando ſe adſtringunt, alteri alterum
non defuturum. Nec morati, regem adeuntes, ſe daturos argentum prouinciales
offerunt: eſſe tamen, quæ ſoli ſibi mandato perferant, rempublicam Auſtriæ con-
cernentia. Iuſſis exire cæteris, ſoli apud regem manent. Ibi Eicingerus, regi Auſtra-
li ſanguine nato dicit nullos fideliores Auſtralibus, ægrè ferre malam adminiſtratio-
nem: comitem ditare ſuos, regem ad inopiam redigi: Ladislaum regem vocari,
comitem

comitem regnare: gubernatorem Vngariæ anno 24. millia nummum regi pende-
re, comiti 12. millia, idipſum reliquos prouinciales facere, omnes comiti veſtigales
eſſe, nihil dubium quin auſit eius mens hominis ad regnum quoque adſpirare, amo-
uendum eum priuſquam meditata perficiat. Intromiſſo comiti deliberatio conuen-
tus exponitur, promiſſa pecunia dicitur. Eius exigendæ cauſa cum Viennam veniſ-
ſent principes, comiti in regis præſentia Eicinger ait: Ab hac hora comes regiam ti-
bi curiam interdiciam ſcito, abi quò liber gentium, neque poſt hac gubernatoris no-
men, neque conſiliarij, neque regis familiaris uſurpes. Hæc me tibi dicere rex iuſſit.
Ad ea comes, nihil mutato vultu, indignum ſe, cui talia dicerentur, reſpondit: amu-
torum ſuorum ea eſſe, non regis: ſe patri Alberto, matri Elizabethæ, ipſi Ladislao
ſumma fide ſeruuiſſe, pro eo priuſ ſuſſe ſanguinem quàm naſceretur, bella eius dif-
ficilima confeſſiſſe, fuiſſe in carceribus, patrimonia ſuſſiſſe, imperatoris odium inci-
diſſe, vt regnum ei conſeruaret, ſcire ſe benignum regem habere, & beneficij memo-
rem: verba hæc Eicingerum inuidiæ cauſa excogitaſſe. Eicingerus de ſtatu ſuo ſo-
licitus, priuſquam comiti reſponderet, ita inquit: Ego mandante rege verba feci, ipſe
adeſt, dicat: effare tandem rex optime, nec nos vltrà ſuſpenſos tene. Tum rex pla-
cidè, vt conſueuit: Ex mea, inquit, intentione & voluntate locutus eſt Eicingerus.
atque his dictis, obticuit. Comes exiens, ad proceres deiectionem ſuam ac conru-
meliam detulit, conſilium & auxilium petit. Quibus in voluntate regis omnia ſita
reſpondentibus, ad ſororem regis ſe contulit, ab ea præter lachrymas & muliebrem
eiulatum nihil extorquet. & iam vndique per palatium ire armatos animaduertit.
cedendum itaque potenti inuidiæ cenſuit. clientes eius, audita nouitate, ſibi quiſque
fuga conſulere. Tacitus igitur cum quatuor comitibus in patriam ſuam diſceſ-
ſit. Albertus Brandenburgenſis, ne populares ſaxa in eum iacerent, ad portam vſ-
que tutum iter præbet. probroſa tamen in eum maledictaque congeſſere, incon-
ſtantis fortunæ documentum. nam qui antè belli paciſque munera ſolus agebat,
vnico regis verbo poteſtate priuatus, inops conſilij abiit. Rex paulò poſt magni-
ficentiſſimis apparatibus Boemiam petijt, atque in Praga ſummos conſecutus ho-
nores, regni coronam accepit. Boemi in eius ſumptum, ſuorum quiſque cenſuum
tertiam partem contulere. Manſit ibi non paruo tempore, nec vnquam hæretico-
rum Eccleſias, quanuis rogatus, intrauit. Rochezanam in celebritate corporis
Chriſti ſacram Euchariftiam per urbem deferentem ex fenestra conſpicatus, nullam
ei reuerentiam exhibuit. percontantibus amicis, Vt quid ſacramentum inhoneſtaſ-
ſet, Non me latet, inquit, diuiniſſimum Chriſti corpus adeſſe: verùm mihi cau-
endum, ne, dum Chriſtum honoro, ſacrilegum Rochezanam popularibus approbaſſe
videar: nec illi me Deum contempſiſſe putabunt, cum me ſacraſſimum corpus
Chriſti ſummis ſemper honoribus proſequi vident, intelliguntque. Grauis hæreti-
cæ ſactioni iam mora regis in Boemia. quare cupienti in Auſtriam reuerti regi, nul-
lus hæreticorum eſt aduerſatus. Interim comes Ciliæ fractus animo, & omni ſpe
deſtitutus, ad Fridericum conſugiens, ei verba dare difficile inuenit, alia nonnulla
attentans fruſtra. poſtquam foris nullum exilij ſui præſidium reperit, per amicos re-
conciliari Ladislao ſatagit. neque ampliùs fors aduerſata. baronibus inuiſus Eicinge-
rus, quorum auaritiæ atque rapinæ obſiſtebat, conſeruare gratiam nequibat, cum illi
modò per ſe, modò per filios, qui diu noctuq; adſtabant, Eicingerum criminarentur,
& indignè pulſum comitem regi propinquum, & qui ſibi regnum reſtituiſſet. Comes
itaq; per amicos reconciliatur regi. clam deinde ab exilio reuerſus eſt Viennam (quò
rex modò redierat) magno & ſplendido apparatu, mille ducens equites expeditos ar-
mis. Venienti rex obuia extra urbem factus eſt, nobiles ac populares omnes ſecuti. mira
rerum mutatio. qui paulò antè mœſtus in exiliū ierat, triumphantis modo reuertitur.
Eicingerus, intrante urbem comite, cum amicis egrèditur, ſpontaneum exilium eli-
gens. lubricus apud reges primus eſt locus. ſerunt comitem laudaſſe hominē, qui for-
tunę ludibrio ſe ſubtraxerit: paratam ei turpiſſimam mortem, ſi iudicium expectaſſet.

ANNO Domini 1453. quarto Kalend. Iunias Constantinopolis ciuitas Orientis,
columen & vnicum Græcę ſapientiæ domicilium, à Mahumete Turco principe vltra
50. dies obſeſſa, expugnata eſt. Voluerat iam pridē animo Mahumetes, quonam mo-
do Constantinopolim ſibi ſubigere poſſet, neq; ad ſuam gloriam arbitrabatur perti-
nere, urbem in medio Turcorum ſitam eſſe, quæ ſuo imperio non pareret. Cum pau-
cis participato conſilio, caſtellum iuxta littus ad oſtium Boſphori paulò ab urbe re-

Ladislauſ
Pragæ co-
ronatus.

Comes Ci-
liæ reuoca-
tus.

Constanti-
nopleos
oppugna-
tio.

motius, aliud dissimulans, incredibili celeritate construxit. bellum deinde vbi contra inita foedera, contra iusurandum intulit. Senferant eius animum Græci, ad Latino- rum opes frustra confugiunt, à Nicolao V. pontifice lachrymis ac fletibus auxilia pe- tentes. Mahumetes interea coactis vadiq; copijs, mirabili apparatu terra marique regiam vrbē aggressus, cuniculis ac latentibus fossis altissimè actis, aggere latè edito, ponte, qua Peram versus mare alluit vrbem, extructo. Non post paucos dies obsidio- nis demum voce præconis totis Turcarum castris conclamatum est: Quinto Kalend. Maij milites omnes sanctificent ieiunium, sequenti die in armis assint, vrbem extremis viribus oppugnaturi. triduo ciuitatem militum direptioni futuram, iuratque rex per immortalē Deum, perque 4. millia prophetarum, per Mahumerum, per animam patris, per liberos, perque ensē quo cingitur, omnem depopulationem, omne ho- minum genus, omnemque pariter vrbis thesaurum liberè bellatoribus donandum, nulloque pacto quæ iurat, violaturum. Illi diem statutum, qua mandatum erat reli- gione, ieiunant. nostri tantam religionem admirati, Deum propiciatorem profusis lachrymis precabantur: processiones fiunt nudis pedibus cum reliquijs, mulierum virorumque turbis consequentibus cum poenitudine cordis, vt hæreditatem suam Dominus custodiret: totamque spem in Deum ponentes, oppugnationem expe- ctabant. Concione tum vocata, ab imperatore talis sermo est habitus: Quoniam viri nobiles certamen appropinquare cernitis, constantiam vestram etiam ac etiam exhortor, vt qui gloriosè semper aduersus hostes Christi dimicatis, iam patriam vr- bem toto orbe inclutam, quam infidus Turca 2. & 50. iam dies afflixit, vestris altis spi- ritibus commissam habeatis. Neque vos muri disruptio in parte terreat, quin tota via in Dei præsidio, in lacertis vestris spem vestram ponatis. Scitis quod impius iste no- ster hostis pacem nostram iniuste perturbauit, iusurandum & foedus inter nos exa- ctum violauit, colonos nostros messis tempore interfecit. minatur nunc vrbem no- stram capere & sacra templa prophanare. ô fratres & filij Christianorum, æternum decus defendite: vos Genuenses viri quidem magnanimi, qui vrbem hanc aduersus Turcos sæpe protexistis, ô Veneti potentissimi, quorum gladio sæpe Turcorum san- guis effusus est, extollite nunc animos ad certamen: vosque commilitones vestris præfectis obedientiam exhibentes, intelligite quod hic dies est, in quo si sanguinem fuderitis, martyrij coronam feretis. Finito sermone, Christianorum cœtus con- stantem se animum habere spondit. pauci erant vrbis propugnatores. Græci fe- rē ab initio sex millia bellatorum non excedebant. reliqui siue Veneti siue Genuen- ses, vix summam trium millium æquabant. Turcorum exercitus, qui contra tantam vrbem castra fixerant, CCC. millia pugnatorum excedebant. Erant muri vrbis & altitudine & crassitudine toto orbe celebres, sed ob vetustatem & Græcorum in- curiam pinnis & propugnaculis nudi, antemuralia verò opportune communita. in his Græci salutem posuere, armati milites inter muros & antemuralia pugnas sus- tinere decreuerunt. Triangularem penè vrbis formam fuisse tradunt, duas par- tes alluit mare, nec muri defunt ad pulsandos nauales imperus idonei. quod reli- quum est ad terram vergens, postalta mœnia & antemuralia, quæ annotauimus, in- genti clauditur fossa. Cœptum est prælium, sacris à Turca peractis. paululum ante lucem cum miles Turcus periculi quam moræ patientior esset, ac vulnera & san- guinem prædarum dulcedine pensaret, pugnatum est in tenebris maiore Turco- rum pernicie, in quos tela superna librabantur. At postquam dies illuxit, dato signo, vndique non solum Constantinopolis, sed etiam ipsa quoque Pera, ne quid auxiliij Græcis præstaret, oppugnari cœpta est: sua cuique legioni murorum pars ac porta- rum attributa, vt discretus labor fortes atque ignanos distingueret, & ipsa contentio- ne decoris, militum virtus magis accenderetur. pari modo & nauales socij attribu- tas partes inuadere iussi. admouentur vrbis lignæ turres, coniectant milites dolabras, falces, scalasque, & iam elatis super capita scutis, densa testudine succedunt. Græci faxorum pondera prouoluunt, disiectam fluitantemque testudinem lanceis cun- ctantur, donec soluta compage scutorum, exangues lacerosque prosternunt. fit strages, & iam Turci deficientibus animis languidius pugnant. sed adest Mahumetes, fortissimum quenque nominatim vocitans, vrque in prælium redeant adhortatur. hos præmijs allicit, illos minis deterret. instaurant ex integro certamen Turci, rursus subruere murum portasque quater, innixi humeris, & super iteratam testudinem scandentes, præhensare hostem, tela, brachiaque, nituntur. Iterum integri cum sau- ciji,

Iuramentum
Turci Im-
peratoris.

Constanti-
ni Palæolo-
gi oratio.

ciji, semianimes cum expirantibus euoluuntur. cernitur varia percuntium forma, & plurima mortis imago. Iohannes Iustinianus apud Genuam nobili loco natus, qui superioribus diebus solus vrbem defendisse videbatur, in hoc certamine vulnera- tus, vbi fluitare sanguinem suum animaduertit, ne ceteros deterreret, quærens me- dicum, clam se pugnae subtraxit. Sed Imperator vt abesse Iustinianum cognouit, quò ierit percontatur, inuentumque rogat ne pugnam deferat. ille nihilo magis fle- xus, aperiri portam iubet, qua curaturus vulnus in vrbem redeat. Erant obseratae vr- bis ianua, quibus ad antemuralia patebat iter, ne qua fugiendi facultas militi esset, ac propterea hosti fortius resisteret. Fit interea remissior defensio. quod Turci animaduertentes, acrius incumbunt: & quoniam pars muri iam tormentis æneis dis- iecta, fossam magna ex parte opleuerat, per ruinas ipsas scandentes, antemurale ascendunt, Græcosque loco deturbant. porta quæ Iohanni patuerat, omnibus Constanti- ni Palæolo- gi interitus miserandus, aperta, fugam profusorem reddit. Tunc imperator non vt regem decuit pugnando, sed fugiens, in ipsis portæ angustijs, quoniam cecidit, oppressus calcatusque obiit. In tanta pugnatorum multitudine duo tantum reperti sunt, qui se viros ostende- rint, alter Græcus, alter Dalmata, Theophilus Palæologus, & Iohannes Sclauus: qui fugere turpe purantes, cum diu Turcarum impetum sustinuisent, multosque ob- truncassent, denique non tam victi quam vincendo fatigati, inter cadauera hostium occubere. Iustinianus Genuensis in Peram cum diuertisset, inde Chium nauigauit. ibi seu vulnere, seu molestia inglorius vitam finiuit. in ingressu portæ 800. circiter mi- lites ex Latinis Græcisque periere, partim vulneribus à tergo confossi, partim con- cursu oppressi. Et iam hostis superiorem partem muri tenebat, saxaque in ciuita- tem deuoluens, ingredientibus suis auxilio erat. Tum subito capta vrbe cæsis omni- bus qui resistere ausi sunt, in rapinas itur. erat victorum infinitus numerus, in libidi- nem ac scuitiam corruptior. non dignitas, non ætas, non sexus quenquam protege- bat. supra cædibus, cædes stupris miscebantur. senes exacta ætate, foeminas viles ad prædam in ludibrium trahebant. vbi adulta virgo aut quis forma conspicuus inci- disse in manus rapientium, diuulsus, ipsos postremò direptores in mutuum perni- ciam agebat. dum pecuniam vel dona templorum sibi quisque traheret, maiori vi truncabatur. Cumque in exercitu maximo ac dissono, ex ciuibus, socijs atque exter- nis conflato, diuersæ linguae, varij mores atque cupidines essent, ac aliud cuique fas, nihil illicitum est toto triduo. Constantinopoli templum S. Sophiæ, Iustiniani Excidium Constanti- nopoleos. Cæsaris opus, toto orbe famosum, & cui comparari alterum nequeat, nudatum sa- cra supellectili, ad omnes spurcicias patuit. ossa martyrum quæ fuerant illa in vrbe potissima, canibus obiecta atque suis. sanctorum imagines aut luto foedate, aut ferro deletæ, altaria diruta in templis ipsis, aut lupanaria meretricum facta, aut equo- rum stabula. Coacti sunt serui verberibus ac tormentis dominorum abdita scrutari ac erueri, inuenti non pauci thesauri, quos in ipso belli principio infelices suffode- rant ciues, quibus si pro defensione vrbis vsi fuissent, suam fortasse vitam & patriæ li- bertatem seruassent. sed auaro in aurum nulla potestas. Captiui omnes in castra deducti. pudet dicere Christianorum dedecus, dicam tamen, posteritati que tradere Turcica in Christi ima- ginem feuit- ties ac bla- sphemias. non verebor, quando persuasum mihi est futurum aliquando, qui tantam Saluatori nostro illatam iniuriam vlciscatur. Simulacrum crucifixi Domini nostri Iesu Christi, lutoque foedant, & ad nostræ religionis irrisionem, iterum cruci affigunt. ex in pi- leo capiti eius imposito, corona vndique facta: Hic est, inquiunt, Christianorum Deus. tum lapides lutumque iactantes, miris dehonestarunt modis. Sed nihil ob- sunt hæc Deo nostro, nos ista lædunt atque confundunt, qui per ignauiam atque desi- diam dum veri Dei cultum perire sinimus, & in hoc seculo bonum nomen, & in fu- turo spem salutis amittimus. Post hæc conuiuatus Mahumetes cum fortè plus solum adbibisset, vt sanguinem mero adderet, principes optimatesque ciuitatis captos, crudelis & sanguinarius carnifex miserè iugulari iussit. Perenses vetus colonia Ge- nuensium, qui & Galatæ dicti, cognita Byzantium clade, priusquam rogarentur, Mahumeti deditonem fecere: muri vrbis diruti, multorum bona contra foedus di- repta, foeminae puerique ludibrio habiti. Atque isto quidem tam miserando casti Constantinopolitanum imperium concidit, annos ante plurimos prædicta clade: dice- rem ingens reipublicæ nostræ malum, nisi ita fuisse per fata, per opt. max. Dei senten- tiam statutum arbitrarer. ANNO 1455. 25. Martij Nicolaus pontifex siue tædio ani- mi,

mi, quo maximè cruciabat post captam Constantinopolim, siue febris & podagra, qua potissimum vexabatur, pontificatus sui anno 8. moritur, sumptis deuotè sacramentis, & exhortatione prius ad cardinales facta, sepelitur in basilica B. Petri.

Richardus
affectat re-
gnum An-
gliz.

Eodem anno dux Eboracensis Richardus regnum Angliæ affectans, Henrico regi aduersari coepit, cuius coeptis Henricus occurrens, grandi exercitu contracto, se campestri loco aggere firmiter vallato continebat, octo per circuitum portis atque custodibus constitutis. ad quem locum Richardus veniens, cum iam custodes clam haberet amicos, vallum ingreditur, ad Henricum penetrat. depræhensum, occisis aliquot proceribus qui Henricum circumstebant, Londonias deduci fecit, præcedente illum Varuico conestabularij more. moxque ad arcem quæ Henrici præsidio tenebatur, contendens, cum illam obsidatam inuenisset, præfectos quatuor viros insigni nobilitate ad colloquium vocat, promittitque iureiurando vitam illis & fortunam saluas fore, si arcem patefacerent: persuasi proceres, regi occurrunt, atque mox salutato Henrico, dum illum à tergo comitantur, orta in populo seditione, quidam in eos insiliunt, illustrem virum de Scalas obtruncant, reliquos postmodum ante arcis portam capite multatos quadrifariam execuerunt. Supererat ex Henrici familia dux Sumersit, qui iniquo animo ferens, regem à coniurationis non secus ac captiuum teneri, compluresque suæ cognationis fuisse interemptos, iuuentutem multam eorum maximè, quorum parentes aut cognati perierant, cogit, atque Richardum in planitie S. Albonis inuentum, plurimoque milite instructum adortus, cum plerisque alijs necat, cuius caput amputatum, quandoquidem regnum affectauerat, straminea corona illudi iubet. Itaque mortuo Nicolao 5. obsequijsque de more peractis, intrantes conclave cardinales, infra decem dies vel citra in palatio congregati, in Rom. pontificem canonicè elegerunt Alphonsum Aragonen. cardinalem, vocatus est Callistus 3. sedit annos circiter 3. vir magnæ iustitiæ, & magnus iurista, qui in principio suæ coronationis votum publicum fecit, pro posse facere & quantum in se erat, reprimere conatus Turcorum, & terras usurpatas ab eis, Constantinopolim ac alias de faucibus eius educere. Primo pontificatus anno imposuit decimam papalem omni clero & personis ecclesiasticis, quam quibusdam iniunxit integrè exigendam in subsidia impensarum & expeditionis maritimæ. Constituit plures prædicatores diuersarum regionum, qui discurrerent ad prædicandam crucem contra Turcum, & qui hortarentur plebem ad contribuendum ad tam sanctum ac necessarium opus pro conducendis armigeris. Concedens indulgentiam plenariam peccatorum contritis & confessis semel in vita, & semel in mortis articulo, cuiunque elemosynam 5. ducatorum contribuenti, auctoritatem quoque tribuens absoluedi & dispensandi in multis casibus. designauit insuper legatum in Vngariam cardinalem Iohannem Hispanum, & in Alemaniam ad congregandum exercitum terrestrem contra Turcos, alium cardinalem misit in Franciam ad decimam colligendam, ad prædicandam crucem & postulandum auxilium regis Franciæ. Hic status est Orientis, cum & in Occidente principum insidijs variè tumultuatum est. nuper enim comite Ciliæ in gratiam à Ladislao rege recepto, Eicingerus aufugit, imperatorique quem grauiter offenderat, reconciliatus est. nec diu postea adeò superbiunt, qui Ladislai regis partes sequebantur, vt Nouæ ciuitatis suburbia, in qua Cæsare absente iacebat puerpera imperatrix, intrare præsumperint armati, & urbem expugnare contenderint. quod vbi non succedit, exultis quæ obtinuerant locis, abierunt. fuit sæpe inter eos imperatoremque & regem incassum tractata concordia. neque enim comes Ciliæ dum vixit, ex re sua existimauit, vnanimes esse Austriæ principes. Interim quibus arserant odijs Iohannes Huniades & Ciliæ comes tacitis, palam factum est, regi que suspecta vtriusque principis potentia, quod ageret concordia causa, liberum non fuit: adeò se illi publicis comitijs, senatuque passim criminabantur. Venerat rex Ladislaus Budam. Tum principem Turcorum Mahumetem, deuicta Constantinopoli, regno Hungariæ inuasionem minari, & quamprimum castrum Nandorlbense, & Albam Taurinum antiquitus dictum, expugnare velle auditum est. Quæ cum Ladislaus accepisset, & de viribus Hugaricis & de fide gentis adeò leuis diffusus, in Austriam sese venationis specie recepit, castrum Budense nullis custodibus munitum, reliquit. ANNO Domini 1456. Mahumetes Constantinopolitana victoria superbus, congregatis ingentibus copijs, in Hungariam properans, 350. millia pugnatorum duce-

Budam La-
dislaus vi-
dit.

re ferebatur, & inflatus opinione sua, nil dubitare quin deuicta Hungaria, Illyricos penetrare sinus, atque intima rura Liburnorum, & fontem superare Timauum, rerumque caput Italiam atque Romam vno impetu subigere posset. verum parua vrbs tantos eius conatus retinuit Alba. hanc primùm expugnare statuit propter opportunitatē transcendendi fluminis. Iohannes Capistranus ordinis Minorum professor, viræ sanctimonialis clarus ea tempestate, discursus iam pridem finibus quibusdam Germaniæ, Hungatos in arma publicis sermonibus excitauit. qui vt appropinquare Turcos accepit, nil moratus, in Albam se contulit, haud paruam cruce signatorum manum adducens, auctoritate fretus Callisti pontificis. Iohannes quoque cardinalis S. Angeli, legatus Apostolicus in Germaniam missus, vt septentrionis vires in Turcos excitaret, iam Budæ manens, auxilia vndique ciebat. Iohannes quoque Huniades contractis raptim copijs, ad Albam profectus est. Turcus interim apud Albam castra metatus, summis viribus eam vrbs partem oppugnare adortus, qua planus patuit aditus: dispositisque tormentis rarè atque insolitè magnitudinis, priores muros amouit. Vacuum haud paruam spatium intus erat vsque ad murum alterum. hic cruce signati stationes habuerunt, parum recta armis acies, gladijs hastisque tantum & caelesti auxilio tuta. Ingressi per muri ruinas Turci, atrox cum his prælium commiserunt. Capistranus ex turri clamitans, Christianos hortari, vexillum crucis ostendere, opem de caelo promittere, maledicere hostibus, Dei præsentiam implorare. Huniades modò huc, modò illuc cum globo militum currere, instaurare ordines, pro fessis validos, pro saucijs integros sufficere, imperatoris ac militis officium exequi. Pugnatum est summa vtrinque vi: modò nostri, modò Turci pedem referre: hinc videntium clamor, inde morientium exaudiri gemitus. Audaciores primique bellatores confossi gladijs cadere, super cadauera passim strata belligerari. Pulsi extra moenia hostes, instante suo imperatore, urgente, castigante, Turci iterum irrumperere, iterum pugnare, acriter Christianos in vltimum discrimen adducere. Postremò Christiana virtute repulsi denuo, periculi magis quam pudoris anxij, oppidum foeda fugâ reliquere, Rursum sequentibus cruce signatis, extra muros pugnam instaurare, mox ex proposito fugiunt Turci, & quàm remotissimè ab oppido Christianos trahere satagunt. Interim aciem à latere immittunt, quæ reditum in urbem egressis intercipient. furentes nostri ac victoria exultantes, in quod præcipitarentur discrimen, non aduertunt. paululum processurus, & à fronte & à tergo periculum imminere vidit ex muris Capistranus, transuersam hostium aciem, insidiasque cognoscens, reuocare suos conatur. Cum parum exaudiretur, tympanis ac tubis confundentibus vocem, præceps in pugnam ipse dilabatur, atque inter duas acies, inter tela volantia discurrens, clamoribus ac signis cruce signatos redire coegit. Fraudati magna spe Turci, in castra redierunt, versique in fugam sunt visi. Nostri animositate resumpta, & quasi nouo cælitus spiritu adiuti, in ore gladij persecuti sunt illos tam diu, donec cuncta machinæ, cæteraque tormenta sunt nudata custodijs: lato in campo, donec nox superueniens vtrunque hostem seiunxit caligine, multa cum seueritate est pugnatum. Qualiter autem imperator Turca fuga elapsus sit, pro comperto dicere præsumit nemo: quidam tamen ferunt, quod feruente pugna, dum suos hortatur, sagitta in pectore vulneratus fuerit cecideritque, ac à suis raptus, & nocte profunda fuga facta abportatus, & dum extra conspectum in locum rutum venisset, rediisse imperatorem Turcum ad se, interrogasse cur ad hunc locum venerit: Deuicti sumus, inquiunt sui, omnesque duces exercitus, paucis fuga elapsis, interfecti. Quæsiuit, an & machinæ ac tormenta amissa essent: omnia, inquiunt: ad quæ is, Afferte mihi venenum vt moriar potius, quàm cum dedecore reuertar in regnum. Tali igitur exitu imp. Turcarum cum Christianis præliatus est, & qui tumida mente solus cuncto terrarum orbi dominari volebat, iudicio diuino rusticana manu deuictus est: qui multarum tubarum sonitu lætus venerat, tristis humiliatusque, noctis silentio turpiter fugit. Multi ex vtroque exercitu cecidere. de cæsis hostibus variâ sententia est. quidam supra 40. millia perijsse tradiderunt, ita scriptum Callisto Pont. fuit, alij ad summam 4. millium duntaxat cæsa fuisse dicunt. Gesta sunt hæc anno Domini 1456. in festo B. Mariæ Magdalænæ. Hæc breuiter narrat Callistus in bulla institutionis diei Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi, quod festum tunc instituit celebrandum per vniuersum orbem sub duplici officio 6. die Augusti, concedens indulgentiam præsentibus,

Iohannes
Capistranus.

Turca apud
Albam Vn-
gariæ victus.

Iohannis
Huniadis
interitus.

Iohannis
Capistrani
mois.

bus ipsi officio, sicut in festo Corporis Christi, officium verò ipse composuit. Post hanc felicem victoriam paucis transactis diebus, Iohannes Huniades infirmari cœpit, tandem in oppidum Zemplen delatus, in recommendatione præfati fratris Iohannis de Capistrano viri Dei, saluatori suum restituit spiritum anno 1456. Sed & nō multo post venerabilis vir frater Iohannes de Capistrano similiter obiit, cadaverque eius in claustro Minorum fratrum de obseruantia, quorum sub habitu & ipse vitam S. Francisci imitatus est, in oppido *Willach* est honorificè sepultum, claretque miraculis.

Ladislaus, audita Huniadis morte, suadente Ciliæ comite, in Hungariam redijt. liberius fuerat modò comiti adire Hungariam, quòd & insidijs Huniadæ, & Turcæ hostis viribus leuatus erat. metu vacuus, regem in Albam ducit, hostium spolia recogniturum, & campum vbi barbara castra fuere. Eam urbem Ladislaus Huniadis filius valido præsidio tenebat, qui venienti regi, purpuratis togatisque portas aperuit, armatorum circiter quatuor millia ab ingressu prohibuit. Ibi dum mora trahitur, rem diuinam spectante rege, consilium de morte comitis Ciliæ sumitur. vocatus in conclauē comes Ciliæ, an iret aliquantum hæsitauit. venientem Ladislaus proditorem compellat, qui patri sæpe necem parasset, infensumque sibi regem reddiderat, nunc diem venisse quo scelerum pœnas luat. Sunt qui comitem prius arguisse Ladislaum dicant, tanquam regi rebellem, qui eius copias introire oppidum vetuisset. Illud constat, dum comes arrepto ex manu armigeri gladio, Ladislai caput peteret, nonnullos interiecisse manus, digitos amputasse. Exorto clamore, Vngaros irrupisse, defendentemque se magno animo comitem, multis confossum vulneribus, obruncasse: nec moratos ea nouitate regem perculsum adeuntes, occisum regni hostem dicere, digna meritis præmia reddita, regi nihil timendum esse, cuncta eius imperio patere, nunc regnum eius incipere, prius apud comitem fuisse. Rex quam vehementer commotus tam atroci facinore, supra tamen quam eius ferebat ætas, dolorem compressit, nec dubitauit vi casum comitem profiteri, amicis verò circumstantibus, ferendumque dicentibus, Atqui sic necessitas, inquit, exigit: ferendum est, quicquid vitari non potest. Iussitque defuncti cadaver in Ciliam deferri, atque in sepulcro Maiorū condi. Tum relicta Alba, rex Budam adijt, Ladislaum Huniadæ filium comitantē, dissimulata ira, humaniter tractauit. verum amici comitis regias aures solebant pulsare, illustrem principem auunculum regis, sine causa necatū, maiestatem regiam læsam, inultum tam atrox scelus ne fineret, corrigendum audacem iuuenem, auferum procul dubio in regem, qui regi proximum obruncarit: iam illi regnandi spem factam, patrem eius idem concupiuisse. Rex siue his motus, siue supra apte natura incensus, designata hora qua filij Huniadis ambo in regiam concessere, armata iuuenem manu portas claudi iubet, adolescentesque captos in carceres rapi, cum quibus & Iohan. Episcopus Varadien. raræ virtutis ac facundia vir, & plerique alij comprehensū sunt, tanquam cædis comitis & insidiarum quæ pararentur regi, conscij. Ladislaus Huniada 24. annos natus, egregio corpore, flauis crinibus, reuinctis post tergum manibus, talari atque aurea veste indutus, in publicum producit, erecta ceruice, oculis hinc atque illinc spectantibus, intrepidus ad supplicium pergit. vbi ad locum ventum, præco cui damnatorum crimina publicare mos est, nihil aliud dixit, nisi eo modo corrigi qui domino suo infideles essent, moxque nobilis adolescens capite truncatus est. In vinculis retentus Episcopus Varadiensis, multum instante Cardinale S. Angeli legato Apostolico, Dionysioque Episcopo Strigonien. secundum canones iudicandus seruatur. De cæteris captiuis suspensum iudicium, qui tamen paulò post fractis carceribus euasere. Marthiam Huniadis alterum filium, Viennam rex duci iubet, captiuumque obseruari. Cum autem rex per Strigonium iter faceret, vocatum ad se Iohannem Varadiensem Episcopum, bono animo esse iussit, his verbis vsus: Cum essem Budæ, feci quod voluere barones, neque enim mei iuris eram, quòd te cepi, illorū fuit: quòd te culpa supplicioque libero, meū est. spectata mihi tua virtus, nihil de te sinistrū credi sinit. abi, & quem gessisti hætenus Episcopatum, gere. Matthiā Viennæ firma sub custodia teneri mandauit, gesta sunt hæc anno Domini 1457. Eodē anno missi sunt ambasiatores Ladislai regis Vngariæ, Boemiæ & Austriæ ducis, ad faciendum matrimonium in regno Franciæ, inter regem ipsum & Magdalenam filiam regis Caroli. Eodē anno Mahumetes Turcorum Imp. multa aduersus Christi fideles tentauit. verū cardi. Ludonicus legatus Papæ cum classe, licet parua, circa Rhodū Turcos debellauit, multis interfectis, multisq; in seruos assumpris.

Ladislaus
comitē Ci-
liæ obrun-
car.

Ladislaus
Huniada
capite trun-
catus.

ANNO

ANNO Domini 1458. rex Aragonum Alphonfus Neapoli grauitè infirmatus, in fine mensis Iunij diem clausit extremum, qui ante mortem Ferdinandum filium suum illegitimum, dimisit regni Apuliæ hæredem, & successorem cum maximo thesauro corrafo. filium enim legitimum non habebat. Hunc Ferdinandum Alphonfus pater admonuisse fertur, vt in regnando seruaret in tribus viam sui regiminis oppositam: primò quidem, vt omnes Aragonenses & Cathalanos, quos ipse exaltauerat & dilexerat, exosos à se abijceret, & Italicos diligeret ac præficeret regnicolis, quos tamen vt suspectos ipse non læta fronte inspexerat. Secundò, vt noua grauamina & exactiones quas instituerat & antiqua auxerat, quæ tanta erant, vt homines respirare non possent, remoueret: nimia enim fuerunt extorsiones eius. Et, vt de cæteris taceam, ait Antoninus, beneficia vacantia etiã minora nullus obtinere valebat, nisi prius manus regis impleffet, & quantitate non modica. Tertio, vt pacem perfectam cum Ecclesia & alijs ipse seruaret, nec à fœderibus discederet. Hic est ille Alphonfus, quæ Aeneas Syluius in astra leuauit. fortè defectus regis ignorauit. Rege itaque Alphonso ex humanis subtrahito, susceptum regnum Ferdinandus, nec tum erat qui resisteret. sed Pont. Callistus morte regis percepta, subito contulit quædam magna beneficia episcopatum, quæ prius conferre non valuerat rege impediante, & quòd plus est, per bullas patentes regnum Apuliæ vacans, vt feudum Ecclesiæ, ad se solum pertinere assererat, mandans Ferdinãdo vt illud dimitteret, nec ipse vel alius sub pœna anathematis se illius regni regem vocaret. Sed si quis ius aliquod prætenderet, discutendum hoc omnino ad sedem pontificiam referret. omnia iuramenta dissoluit illis, qui fidelitatem seu homagium Ferdinãdo præstitissent. Ab hac sententia Ferdinandus dicitur appellasse in regno se tenens, & regem se nominans. dux etiam Mediolani Franciscus Sphorcia scripsit Callisto, se nimis agrè ferre, quòd regnum Apuliæ per Eugenium Alphonso concessum, & à Nicolao V. literis non alteratis, filio Alphonso hæredi regni ab eo instituto Ferdinãdo sine causa vellet auferre, cui cum esset affinis, assistere intenderet. per triennium enim vel citra ita conuenerat rex Alphonfus cum duce Francisco, vt filius ducis ex Blanca, vxorem duceret filiam Ferdinãdi. Cum autem hæc agerentur, contigit pontificem Callistum grauitè infirmari, vt de vita eius desperaretur, propter quod cardinales procurarunt castrum S. Angeli, quod in custodia erat * Gothalanorum, eis assignari, quod & factum est, datis aliquibus millibus florenorum castellano. Pontifex anno hoc 1458. mense Augusto ex hac luce migravit. Cuius morte disturbata sunt omnia, & tanto metu Ferdinandus liberatus est. Callistus vir integerrimus est habitus, magnus elemosynarius, virgines pauperes dotauit, nobiles ad inopiam redactos iuuuit, Suncassanum Persarum & Armeniæ principem sibi conciliatum, aduersus Turcam prouocare studuit. Vnde ferunt eundem superatis persæpe hostibus, ad pontificem scripsisse, se quidem victoriam ex hoste reportasse ob preces ab eo ad Deum habitas, eiusque beneficij diuini potius quam humani, se aliquando memorem futurum. Moriens verò Callistus, centum & quindecim millia nummum aureorum reliquit, quos in vsus bellicos contra Turcos compararat. ANNO eodem Pius II. Aeneas cognomento Syluius, Pius II. p. 4. Picolhomineus antea vocatus, Senis oriundus, patrum omnium consensu pontifex creatur 13. Kalen. Septemb. vir nobili & antiqua familia, amator pacis & zelator fidei reputatus. Vnde post paucos dies coronatus, verbo & opere expeditioni contra Turcos cœpit intendere. Et de communi consilio cardinalium & aliorum prælatorum decreuit, vt ipse cum curia sua ab vrbe recedens proficisceretur Mantuam, ibique præsentia sua adesset Kalen. Iunij anno Domini 1459. vt congregatis ibi oratoribus regum, principum ac communitatum Christianitatis, cum eis tractaret de adiutorio ad superandos illos Turcos hostes fidei, & ad recuperandas terras ac ciuitates fidelium, iam in Europa amissas. Conclusum per hos dies matrimonium erat inter regem Ladislaum & Magdalenam Caroli regis Franciæ filiam. De loco nuptiarum eligendo contentio exoritur, Hungari Budam, Australes Viennam, Boemi Pragam tantæ celebritati deputandã aiunt. Ob cam rem Pogebratius cum octingētis equitibus in Austriã vsq; proficiscitur, magna se habere quæ regi arcana pãdat, petere eum, trans flumen se accedat. diu deliberatum, tandem rex perrexit, tempori seruiendum ratus, tentoria illius in vltiori Danubij ripa protensa, quatuor diebus colloquium productum. Tandem vbi non sequi voluit rex, indignabundus Pogebratius retro in Morauiam iter flexit, & cum penès hominem regni potestas esset, reuocatur.

Alph6ff re-
gis Apuliæ
mois.

Ferdinãd.
Apulæ rex.

Cathala-
norum,

Suncassan*
Persa.

Pius II. p. 4.
p. 2.

Pragam Ladislaus nuptiarum locum adit.

Ladislaus regis mors.

Ladislaus de regno constituto cura.

carur. Sed ubi redire noluit, promissus est in Boemiam regis transitus, nuptiarum solennitas Pragæ destinata. Ordinatis Austriæ rebus, etiam ante diem dictam ingenti rex apparatu Boemiam petijt. Intrans Pragam, Rochezana cum sacrilego presbyterorum comitatu obuiam venit, & habita oratione, fausto felicique ingressui congratulatus est. vix, admonente Pogebratio, rex gratias egit, hæreticum ac pestiferum toruis oculis clerum inspiciens. Vbi verò maioris Ecclesiæ sacerdotes sacra ferentes occurrunt: Hos, inquit, Dei ministros agnosco, atque ab equo prosiliens, salutatis omnibus, sacram crucem osculatus est. Erant enim Rom. fidei sectatores, qui pro testamento Dei exilium longo tempore passi, Sigismundo tandem vocato, sua loca recuperauerant. hæc Ladislai pietas multorum offendit animos, qui Rochezanæ studebant ineptijs. suppressum tamen & dissimulatum odium. Inde duæ legationes missæ, altera ad Imp. Fridericum de pace actura, in qua princeps fuit Eicingerus, altera ad Carolum Franciæ regem, eius filiam petitura, tertia quoque legatio ad Callistum Pont. Max. decreta erat, quæ controuersias de religione dirimeret, regnumque Boemorum Ro. ecclesiæ coniungeret. Super his quarta cura regis vrgebat animum, comparandi contra Turcas validi exercitus, quo scelerata Mahumeti superstio pelli ab Europa posset. Iam de concordie formula cum Friderico conuenerat. Instruebantur regie nuptiæ maximo sumptu, splendidissimo apparatu, inuitati reges & principes, non solum nuptias ornaturi, verum etiam pro tuenda Repub. Christianorum contra Turcos acturi. Sed hos tantos cogitatus, tantum rerum ordinem, mors immatura ac repentina regis interruptit. Ladislaus enim rex anno 1468. decimo Kalend. Decemb. hora circiter duodecima noctis ægrotare coepit. Sunt qui vlcere pestifero percussum inguine dicunt, plerique nullum pestilentie signum apparuisse. Sederat, vt refert Aeneas Syluius, in iudicio rex, interque Pogebratium & Cernhaoram Morauum magnis contentionibus agebatur, ita vt alter alterum ad duellum prouocaret, neque de more suo indutus prodierat, linea tantum indumenta susceperat, & desuper Persicum habitum, quam vocant schubam. Neque toto auditorio ridere visus, tristem vultum notauere omnes. Id signum præflagientibus ægritudinem iudicatum. Dimisso tribunali, coenauit inter purpuratos, composito ac graui sermone vsus. Post multam noctem in cubiculum ductus, oblatas rapulas quæ apud Boemos dulcissimæ sunt, auidè comedit, siceramque bibit, sermones haudquaquam tristes inter cubicularios miscet, priusquam lecto decumberet, orationem de more ad Deum habuit, qua finita, grauatum se dixit, & stomachum vehementer dolere. Cui vnus ex cubicularijs Boemis, Ascende in stratum, dolorem somnus excludet. Parui rex, cumque ad horam dormiisset, vocato cubiculario, vim doloris qui sensim cresceret, intolerabilem esse ait. Ille de se iudicium faciens, nihil somno melius affirmare, iam noctis hora duodecima ferme effluerat, regi nulla quies. Ne tamen cubicularijs molestus esset, dolorem in diem vsque pertulit. Tum medici accersiti, quod suarum partium erat, desperata salute, fecerunt. Georgius Pogebratius & ipse vocatus, regem benè sperare iubet, peteret quæcunque vellet, omnia in arbitrio suo posita, mandaret parere cupientibus. Ad quem rex: Tua mihi Georgi iam pridem cognita fides, spectataque virtus est, per te Boemus vsque in hanc diem me regem appellauit. Sperari potiturum regno quod ipse paraueras, nunc contra superi iubent, mihi moriendum est, regnum in manu tua erit. Duo ex te peto: alterum, vt prouinciales iuste regas, pupillis, viduis, imbecillisque patrocinium ne subtrahas: alterum, vt qui me secuti sunt ex Austria, cæterisque prouincijs, in patriam suam inuiolatos dimittas. Hoc mihi supremum beneficium ne denega. præmaturas regis cogitationes Georgius respondit, futurum breui sospitem, ex suo arbitrio regnaturum, desine rex ea proloqui, quæ & tibi incommoda & alijs sunt molesta. Tum rex apprehensa manu: Agè, inquit, promitte quod cupio. nam me mori certum est: si feceris quæ iubeo, Deum propitium tibi orabo. Non potuit tenere lachrymas Georgius, fidemque dedit. Finito sermone, intromissis sacerdotibus, de curatione animæ actum, Christiano more sacramenta exhibita. Rex ornamenta sua Pragensi ecclesiæ legauit, iussitque crines in auri modum fulgentes, ne qua superesset vanitas, amputari. Vbi anima ægra amplius demorari non poterat, sacram candelam petijt. eamque manu præhendit, & intuens saluatoris imaginem crucifixi, orationem Dominicam dicere orsus, ad finem vsque perduxit: pronuntiatisque vltimis verbis, Sed libera nos à malo, nihil amplius locutus, non extrema pati sed quietè arripere visus, mortalis vite lumen reliquit.

O in-

O inanem mortalium gloriam, Ladislaus nobilissimus adolescens, 18. natus annos, in ipso ætatis flore, tot regnis, tot gentibus imperans, intra triginta sex horas postquam ægrotare coepit, extinctus est. Mortem eius alij morbo, alij veneno imputauerunt. medici Teutones, quorum potissima corporis sui cura, in Austriam reuersi, palam dixere, quam primùm ægrotare rex coepisset, se vocatos manifesta mortis ac veneni signa deprehendisse, neque ausos in aliena terra manifestare, timuisse potentiam eorum, quorum scelere periisset. regi se clam aperuisse omnia, respõdiffe illum non ignorare toxicum datum, silentium imperasse. Senatus Viennensis silentium quoque medicis ea loquentibus indixit, ne Boemorum aduersus se ferociam prouocarent. Qui violentam mortem dicunt, Pogebratium & Rochezanam criminantur. Pogebratium regi fuisse infensum, cum ad Danubium vsque profectus, Viennam intrare noluit, ab eo tempore regie vitæ paratas insidias, Rochezanam nunquam regi placuisse. Nec me later, inquit Aeneas, fama vulgatum esse, idcirco regem apud Pragam nuptiarum celebrationem decreuisse, vt concurrentibus eò catholicis principibus, potenti manu hæreticos comprehenderet, sinemque tandem Hussitarum insaniæ daret. Id præsensisse Rochezanæ & Georgi, necemque regi pro sua salute machinatos. Mihi, ait is, quod horum verius videatur, non facile dixerim, neque cerra pro incertis ausim affirmare. aliorum dicta recenseo, & plura scribo quam credo. Illud constat, præter Rochezanam, cui regiam mortem nemo non acceptissimam iudicauit, & Georgium, reliquos regni proceres, extincto rege, in mœrore fuisse, publicum toto regno luctum, qui ad 7. Kalend. Decemb. continuatus est. Tunc regia pompa peractis exequijs, defuncti corpus apud proauum suum diuum Carolum Rom. Imp. sepultum est. Georgius ea die, quæ inter mortem Ladislai & funeris educationem media intercessit, accersitis proceribus, gubernationem suam non expirasse regis obitu dixit, prouinciã vsque ad Pëtecosten commissam sibi fuisse affirmans. arma tenenti omnia parent. Pragenses gubernationi suæ nihil morati se commiserunt. aduenæ qui Ladislai secuti fuerant, suam quisque repetere domum. Ex morte itaque Ladislai duo potentissima regna vacabant, præter ducatum Austriæ, de quorum successibus ordine dicendum censeo. & imprimis de regno Boemiæ. Constituta sanè die, qua nouus rex eligeretur, multi tractatus habiti. Carolus rex Franciæ, qui filiam Ladislai desponsauerat, regnum alteri ex filijs suis petere, aut ei committere cui filiam tradere non dedignaretur. Casimirus rex Poloniae, sororem defuncti regis sibi nuptiam aiebat, eique regnum deberi. Pari ratione Guilielmus Saxonie dux, cui soror natu maior nupsisset. Fridericus Imp. eiusdem regni ordinationem, suam esse affirmabat, in qua feudi solennia neglecta fuissent. Nec sine spe Sigismundus & Albertus Austriæ duces fuere, qui deficiente rege Boemiæ sine virili sobole, ex Austria vocandum veteri foedere principem norant. Rochezana venenorum factor, crebris sermonibus usurpare, aut suæ promissionis regem eligendum esse, aut si nemo tanto fastigio dignus videretur, Hebraeorum more iudices assumendos, exempla legis memorans. Vbi dies constituta illuxit, auditis legationibus in conuentu procerum, utilitate regni discussa, Georgius Pogebratius rex pronunciat, militiam domique adprimè clarus, cui ad res gerendas nec consilium nec ætas deesset. Ea res necati regis maximè suspicionem auxit, ipse ex prætorio primùm in ædè B. Mariæ, ubi Rochezana præsidet, solenni pompa deductus, Deo gratias egit, ibi nouo regi salutatio publica exhibita est. Cum autem fama obitus ipsius regis Ladislai in regnum Vngariæ venit, proceres regni apud Budam frequentes conueniunt, inter quos Michael Zilagi cum magna militum caterua ad Kalen. Ian. die statuto præsto est, 13. millia equitum, peditum 7. millia eum secuta feruntur. Hic frater coniugis Huniadis, & Matthiæ anunculus fuit, cui propter necem Ladislai nepotis, cum plerisque & regni baronibus acerrimæ simultates erant. His potentia eius haud paruum ingessit terrorem, nec iam perculsa metu concio, liberam regis electionem futuram arbitrabatur. Multa hic Michael in laudem dixit generis Huniadum, postremò recõciliatione inter proceres facta, cuius author è S. Angeli card. legatum apostolicum tradidere, Matthias absens & adhuc captiuus, 18. natus annos, Kalen. Februarij inter 40. millia virorum, qui medio in Danubio tum glacie confrecto, impatientes magni secreti, electionis exitum expectabant, rex acclamatus. Veritas est, quod primùm in regem elegerunt Fridericum Imp. sed eo cunctate, paulatim ad istam peruenitur electionem. Nunc quisque hæc legis, admirabere: ex duobus adolescentulis ætate moribusque penè paribus, alter ex regio solo, dum nouæ nuptæ thalamum exornat, defertur ad tumultum: alter, cum capitale supplicium trepidus expectat, è carcere vocatur ad regnum. mira rerum mutatio, duo

Georgius Pogebratius rex Boemiæ.

Matthias Vngariæ rex.

duo potētissima regna, eodem tempore rege orbata, ex nobilissimo atque altissimo sanguine, ad mediocri generis homines peruenere. Tenebatur adhuc captiuus Matthias in regem electus. Dum enim adhuc viueret Ladislauus rex, & in carcere captiuū teneret Matthiam, instante die nuptiarum, iussu regis ex arce Viennensi captiuus ducitur in Boemiam, venitque Pragam, qua die rex obiit, atque in potestate Georgij factus est. Alij referunt, quod videlicet Georgius in obitu regis annulo eiusdem de digito recepto, scripserit custodibus in arce Viennensi, vt sine mora Matthiam regi representarent vinculum. Habebant enim in commisso, quod Matthiam nemini crederent, nisi signum annuli sui viderent. Recepto igitur signo, custodes regis mandato parentes, Matthiam presentauerunt coacti. nam & si in itinere essent de morte regis certiores facti, potestatem tamen Georgij amplius non poterant declinare. vtcunque sit, postquam accepit eundem Matthiam regni Vngariæ regem electum esse, magnis sponsonibus dimissum è carcere, misit ad regnum. Tum & mortuo Ladislao rege, Australes & à Casare & ab Alberto fratre de tradenda gubernatione requisiti, prouincialium cōuentum habuere, in quo legati Casaris seniori Austriæ principi, sicut erat Imperator, deberi prouinciam dixere: Albertus suo & Sigismundi patruelis nomine, regiæ partem hæreditatis exposcere, suasque calamitates & inopiam referre. Conuentus responsio fuit, facturos prouinciales, quod ius æquitasque dicitur, postquam fratres inter se conuenissent: Interea latrones trans Danubiū in Austria ad Morauia fluminis ripam locum occupauere, omnemque circa regionē rapinis atque incendijs vexare cœperunt: aduersus quos profectus Albertus, latrones vi cepit, interfectis etiam compluribus, quingentos & 50. captiuos adduxit, ex quibus 80. furca suspensi sunt. Paulo post Albertus cum Sigismundo Viennam repetijt, & ambo aduersus imperatorem conspirantes, Austriam sibi subigere conati sunt. quorum studia sentiens imperator, Viennam petere statuit, & accersito Ludouico Bauaro duce, eodē se contulit, imperatrice sequente. Appropinquanti populus obuiam perrexit, Albertus verò & Sigismundus principem nobili comitatu extra urbem salutauere. Habebat Albertus tria circiter equitum millia in armis expedita, quæ non longè à Vienna in quodam tumulo imperatori venienti se ostentarunt. Ferunt eius militiae ducem Alberto dixisse, Facile, si libet, hodie Vienna te dominum atque Austriae facio. nam quis prohibet quo minus Fridericum & eius comites intercipiam? Victori leges atque homines fauent. Subdubitate Albertum aliquantisper, demumque respōdisse, Poteram ignoscere, si quod ais, me ignorante fecisses: sed mandare turpia non possum. Postquam introgressi sunt urbem, conspirauere Albertus & Sigismundus ea nocte aggredi & irrumperet: armataque militum manu ingressi iter, iureiurando se obstrinxere, non redituros domum, nisi arcem intrassent, quæ custodiebatur prouincialium nomine. Sensere hoc ciues, moxque arma sumentes, presidium in arce maius collocauere. Adueniunt commodum principes, stetitque diu res in ancipiti. ciuibus tueri arcem propositum: ducibus qui arcem intrare iurarent, turpe videbatur infecta re reuertit: at vim inferre, plenum periculi erat. Postremò cōuentum est, vt ingressi principes arcem, paululum immorati, potato vino exirent, atque ita delusa magis quam impleta religio est. Postridie arx consensu prouincialium in tres partes diuisa, duas accepere Albertus & Sigismundus, reliquam imperator. delectique prouinciales sunt, qui lites fraternas dirimant, & summa illis potestas dara: sed graue est iudicium contra potentes. Hoc etiam tempore cum defuncto nuper Callisto Ferdinandi res aliquatò quietiores fuissent factæ, à Pio Pont. is in Apulia regno confirmatus est, reclamantibus Gallis. Alphonfus enim rex in extremis constitutus, Ferdinando filio suo legauerat regnum Apuliae, alijs regnis, vt Siciliae & Aragoniae & Valentiae, deuolutis ad alios ex hæreditaria successione. Allegabatur à Ferdinando, regnum Apuliae iuste possessum à patre suo, vtpote concessum ei ab Eugenio & successore eius Nicolao, & super hoc dicitur bullas habuisse, propter quod iuste & licite legatum posset à patre recipere. Pontifex Pius ei regnum dimisit, sine præiudicio tamen iuris alterius, quod pro tanto fecit, quia dux Andegauiae Renatus prætendebat ad se regnum cōcederet: sed eo non obtante, Pius papa Ferdinandum quem diligebat, in regno confirmauit, & regia corona donauit, ac eidem annui census partem relaxauit. Exortum est bellum in Apulia, quo Iohannes regis Renati filius, Ferdinandum regno pelleret conabatur. Hinc duplex factio in tota prouincia exorta est, cum hi Ferdinando, illi Iohanni fauerent.

Pius

Latrones in Austria.

Albertus & Sigismundus duces Austriæ contra Fridericum Imperatorem

Ferdinandus contra Andegau. à Pio confirmatus.

Pius itaque obmissio Mantuano conuentu, in quo per aliquod tempus moram duxit, ac principes Christianumque populum in Turcos sollicitauit, ad sedandos motus in Hetruria, rediēs Viterbium, ab aduersa factione per fraudem occupatum, haud magno negotio recepit. Iohannes Renati filius, adiuuante Iacobo Piccino, in Ferdinandum duxit, & ad Sarnum vsque fugauit. Quo audito, Pius pontifex timens ne Iohannes & Galli regnum occuparent, victoria elati, Italiae libertatem euerterent, confestim Fridericum Vrbinate copiarum suarum ducem, cum Alexandro Sphorcia in Marsos misit, vt Piccinum à Iohanne duce Andegauen. mercede conductum, retardarent, ac Ferdinando auxilio forent, legatorum à Gallis venientium minas & pollicitationes, quibus eum à Ferdinando ad Renatum traducere conabantur, facile contemnens. Pugnatum est non multò post à Ferdinando pari felicitate ad Troiā Apuliae oppidum, vbi Iohannes Renati filius & Piccinus prælio fusi, ac plerique alij, qui nouarum rerum cupidi Gallica sequebantur arma, adeò sunt perterriti, vt supplices à rege pacem petentes, in eius amicitiam redierint ferè omnes. Iohannem Renati filium Apulia fugauit, & sic Ferdinandus regnum retinuit. ANNO Domini 1458. Iacobus Iohannis Cypri regis ex pellice filius, hoc anno maximo labore succedens regnauit, interregno supputato annis duodecim. hūc pater spurium cum videret regni cupidū, & à sua ignauia alienum, Helenę vxoris suę suasu Ecclesie tradidit, & sacris ordinibus eum initiari fecit, paterque cum vnicam filiam haberet Carolotam, illam regi sui hæredē instituit, Ludouico Sabaudien. ducis filio matrimonio copulauit. Mortuo autem rege ac regina, regnum multifariē turbatum est. Ludouicus Carolotæ sponsus crebris nuncijs vocatus, post annum ex Venetijs Cyprum nauigauit, & magno omnium applausu rex appellatur. Iacobus verò nequaquam eius aduentū expectare ausus, interim cum cæteris amicis centum ad Sultanum in Alexandriam nauigauit, eique cum lachrymis suam conquestus iniuriam, postulat in regnum paternum colloari. Sultanus Iacobi precibus commotus, eidem statim subuenire constituit. vnde iussu Sultani, allatis regijs ornamentis, in conspectu omnium procerum suorum Cypriorum rex declaratus est, ac per urbem circumductus, præcipuis honoribus cumulatus, eidemque classē decreuit, quæ ipsum in Cyprum cum multa militum manu veheret. Antè tamen Ludouico in hanc sententiam scripsit: Venisti ab occiduis partibus, vt alienum regnum in Oriente inuaderes, ac paterna hæreditate filium exueres. vana est cogitatio tua. Cyprus mihi vectigalis est, & meum de rege iudicare. nisi quamprimum abieris, Aegypto peribis gladio. si vxor tibi cordi est, potestatem facio vt eam tecum auferas, si tamen prius recesseris, quam secundò monearis. His acceptis, toto regno trepidatum est. Postremò legatos ad Sultanum mittere placuit, miserunt simul & Rhodij viros ex religione primarios, qui apud Cairū conuento Sultano, nil Ludouicum de iure Sultani ablaturum dicunt, Iohannem Cypri regem Carolotam filiam ex matrimonio suscepisse, quam secundum Christianas leges reliquisset hæredem regni, Iacobo ex concubina nato regnum non deberi, maritum pro cōiuge coronæ iura sortiri debere, hortari ne regni consuetudines ac Christianorum iura confunderet, Ludouicū Sultano in omne tempus amicum futurum, tributumque præstiturum, Iacobo decem millia nummūm aureorum singulis annis quoad viueret præbiturum. Res diu in consilio apud Sultanum agitata, plusque distet Ludouicus. Sed Iacobo Sultani filius, Mamaluci in palatio potentes tres, purpuratique multi aderant. Sed parum eorum conamina valuissent, nisi Mahumetes legatus Turcorum opportunè venisset, qui verba huiusmodi habuisse fertur: Accipit Mahumetes Turcorum imperator amicus tuus, te Iacobum Cypri regem appellasse, eumque in paternū regnum statuisse restituere. Digna res quæ de tuo solio manaret, & nostræ religioni accommoda. Sed renunciatum est postea, te mutato consilio pacem cum rege Gallico pacisci, & Iacobum deserere, tanquam ignores quanto persequebatur nos odio Gallicus sanguis, neque Gotfridi, Balduinive aut aliorum eius gentis facta mente tenes, qui sæpe maiores nostros maximis cladibus affecerunt. Vide quid agas, si pax tibi cum Gallico genere cordi est, cum nostro bellum expecta. Nec tibi cum solis Turcis inimicitias puta, sed Aegyptij, Syrij, Arabes omnes & filius tuus te odio persequentur. Si promissa Iacobo seruaueris, classēque in Cyprios parabis, Mahumetes quoque alteram parabit in Rhodios, & vtriusque insulæ spolia, tua erunt, solam Rhodum Mahumetes sibi seruabit. Placuerunt Sultano oblata, applicuit Iacobi classis euestigio in Cyprum. Non tulerunt eius imperiū Galli, quauis Rhodios

Xxxx

dios

Iuramentū quod Sultano Iacobus fecit.

diōs adiutores haberent. Ludouicus enim fuga sibi mox quæsiuit salute m. Iacobus regnum receptum administrare cepit, legatos ad Pium Papam misit, quos tamen ut regios non admisit. Accepit enim Iacobum Sultano Aegypti iurasse, abiurato Deo quadragies sic: Per Deum magnum & altum, misericordem & benignum, formatorem cæli & terræ, & per sancta Euangelia, per sanctum baptismum, per S. Iohannē Baptistam, & per fidem Christianam promitto & iuro, quod omnia quæ nouero, aperta erunt domino meo altissimo Sultano, & totius Arabiæ imperatori Mefferapho: eius regnum Deus fortificet: ero amicus amicorum suorum, & inimicorum inimicus. Nihil celabo eum, neq; piratas in regno meo patiar. Aegyptios qui meo in regno seruiunt, emam & libertate donabo. Auri quinque millia nummū in Kal. Octob. aut Nouemb. tributum in templis altissimis Hierusalem & Lamech singulis annis offeram. Noua digna relatu, Sultano nunciabo sine fraude & dolo. quod si aliquid horum negligam, ero apostata, & mandatorum S. Euangelij Christianæque fidei præuicator, dicam Euangelium falsum esse, negabo Christum viuere, & matrem eius Mariam virginem fuisse, super fonte baptismatis camelum interficiam, & presbyteros maledicam, diuinitatem negabo, super altari cum Indæa fornicabor, & sanctorum patrum maledictiones in me recipiam. Hæc iurasse Sultano Iacobus fertur. Deinde Carolota ex Rhodo auxilia in Cyprum duxit, sed nihil egit. Vnde post aliquod temporis spatium Carolota in Italiam delata, & Ludouico ex insula pulso, Iacobus vniuersum regnum in pacē recepit, excepto Colossi oppido quod Rhodij tenebant, & Famaugusta, quam tenebant Genuen. quam tamen postea illis Iacobus abstulit. Denique ad regni sui stabilitatem, Accaterinam Marci Cornelij Veneti filiā, à senatu Veneto uxorem exposulauit, quam senatus in filiam sibi adoptatam, eidem matrimonio copulauit: qua ducta, paulò post ipsa prægnante, ex profluuiō ventris obiit. Ea & posthumo hæredibus relicta à Iacobo, quos ex testamento Veneto commendauit senatui, posthumoque haud multò post sublato, id regnum in Venetorum manus hæreditario iure peruenit. Per hæc tempora Pius Papa Sigismundum Austriæ ducem diris execrationibus persecutus est. causā fuit: Ecclesiam Brixiensem sub Callisto tenebat Nicolaus Cusanus Cardinalis ad Vincula S. Petri, cuius Ecclesiæ aduocatus est comes Tirolis ab imperatore constitutus. hunc Nicolaum card. vacanti Ecclesiæ Nicolaus s. episcopum præfecit, reluctante Sigismundo, quietam tamen possessionem postea obtinuit. Verum cum idem cardinalis monasterium quoddam in Sonenbergo reformare voluit, restitit illi Sigismundus dux Austriæ & comes Tirolis. Ad hæc cum inuenisset cardinalis ducem & comitem quædam feuda ab ecclesia Brixien. tenere, quæ non recognouisset, hortabatur eundem Sigismundum spiritualem iurisdictionem suam ne perturbaret, & quod nouam reciperet de feudis inuestiturā, iusque iurandum præstaret. Ex quo mox dissensiones ortæ sunt & odia, surrexeruntq; maligni homines clerici & laici nonnulli vnà cum prædicto duce, reformationem episcopi impediētes: sed & monialium monasterij supradicti, ne reformarentur, protector factus est Sigismundus. Inualuere odia, ut cardinalis in episcopatu manere non posset, vnde venit ad Callistum papam, qui monitione præmissa, Sigismundū & complices execrari, & interdictum in terram ipsius ferri mandauit. Mortuo Callisto, Pius successit, qui vocatum Sigismundum cum prædicto cardinali concordare voluit, sed in cassum. postea verò ad iussum Pij pontificis idem cardinalis in episcopatum redijt, Brunecam oppidum ecclesiæ Brixien. peruenit, literis maxime fretus, quibus ipse Sigismundus suo signo ob signatis, bona fide promisit ecclesiam Brixien. & card. quoad viueret, se protecturum. tractabatur inter ducem & cardinalem, ac tractatu durante, Sigismundus in sacra hebdomada copias eduxit, & iter faciens, ipsa die Paschæ ante Brunecam armatas militum acies collocauit, machinas admouit, oppidum cepit. nec moratus, arcem quoque summa vi oppugnare aggressus est, in qua cardinalis erat. Interuenientibus mediatoribus, certis conditionibus conclusa est pax: in quibus non erat dictū, quod nec arx nec cardinalis in potestatem ducis veniret. nihilominus dux clauēs arcis extorquens, cardinalem arctissima custodia seruari iussit, & sic aliquo tempore cum summa ignominia tentus est, nec libertatem obtinere potuit, nisi remissis iniurijs, quodam ecclesiæ castro tradito, magno auri pondere soluto, cum pluribus alijs conditionibus, omnibus denique ecclesiæ priuilegijs & iuribus ereptis. Nec his contentus Sigismundus, cum sacerdotes à diuinis cessarent, non veritus est necem card. denūciare, nisi ad prophanationem sacrorum illos compelleret. de singulis

Veneti Cyprum acceperunt.

Sigismundus Auit dux excommunicatus.

gulis affirmat se Pius informatum fuisse, admonuisseque ducem ut resipisceret, altera vice: & cum ad sanitatē redire nō vellet, eū anathemate notauit dirissimo. ANNO Domini 1460. feria sexta post Dominicam, *Esto mihi*, bellum indixit Friderico comiti Palatino Rheni Bauariæque duci, illustris Vdalricus comes in Wirtemberg, pro eo quod Fridericus comitem impediret, quo minis dote vxoris suæ potiretur. duxerat enim matrimonio relicta quōdam Ludouici Palatini Rheni Margaretam, Amedei ducis Sabaudię filiam, matrem Philippi Palatini, vxorem cum dote, omniū scilicet sibi per priorem maritum siue dotis, siue donationis nomine assignatorum. verum translatione facta in domum comitis, mox Fridericus eum in vsu dotalicij coniugis suæ impediuit, asserens dictam Margaretam pro sua parte priori marito in dotis apportatione non satisfecisse, & nonnulla alia allegans, qua gratia iure se omnia facere affirmauit. Contradicebat comes Vdalricus, & tandem subortum est bellum. Eodem anno in vigilia Petri & Pauli apostolorum descendit comes Vdalricus versus oppidum Hailbron, ducens in exercitu decem millia pugnatorum, & cum appropinquaret loco, ciues oppidi legatione missa, ne exercitus vastaret fructus eorum, composuerunt se cum domino comite: quo facto, ipse cum exercitu ad propria redijt. Antea verò in vigilia Philippi & Iacobi, venerunt in terram comitis Vdalrici trecenti equites & aliquot pedites à Palatino missi, qui nonnullas incenderunt villas: quo comperto, milites apud Sauffen & Marpach in præsidio locati, tumultuariè se congregantes, excurrunt, & facta pugna, quibusdam occisis, circiter xl. nobiles deditentes se capiunt. Ex parte verò comitis occisus est vnus miles Caspar Sper dictus, & vnus de Hohenriet, vir quoque genere nobilis. paulò post pace bellum extitit sublaturum. ANNO Domini 1461. secundo Kalend. Septemb. Papa pius deposuit archiepiscopum Moguntin. Dieterum de Ysenburg, & in eius locum instituit Adolphum de Nassow, ex quo facto suborta sunt noua bella. Causæ priuationis siue depositionis fuere, quod scilicet procuratores sui suffulti pleno mandato, dum prouisionis literas obtinerent, iurauerunt in animam ipsius * Dioteri, inter cætera quæ episcopi iurare habent, quod infra annum se Ro. pontifici præsentaret. quod (ut asserit papa Pius) non seruauit. fertur excommunicatus etiam debiti causâ fuisse, quod mercatoribus soluere debuisset. Item quod consecrationem in tempore debito non accepit, & quod simoniacè electus fuit. Item quod legato missò ad exigendam decimam contra Turcas, dixerat papam argentum nationis, non fidei defensionem quærere. Item quod in natione conuentum principum contra voluntatem Imp. conuocauerat. Item quod à bulla Mantuana super decimatione decreta, ad futurum concilium appellauit. Et iterum, quod appellauit à papa malè informato ad informandum, prout hæc omnia in bulla priuationis continentur. Contra quæ dicebat idem Dioterus in suam defensionem, aliqua ex præmissis non esse vera, reliqua excusabilia, & se non monitum, non vocatum, non auditum, contra ius fasque fuisse priuatum. potior causâ, quod annatam non soluerit, visa est. Adhæserunt Adolpho contra Dioterum nonnulli principes, exortumque est bellum maximum. Dioterus enim oppida & arces ecclesiæ tenebat, quarū possessionem Adolpho tradere recusabat. Ad hæc Dioterus Fridericum Palatinum Rheni in suas partes trahebat, qui in stipendia ipsius, receptis quibusdam castris ecclesiæ Moguntinensis, se contulit. ideo eundē Fridericum papa Pius excommunicauit, pro eo quod Ecclesiæ Moguntinensis bona ad se traheret, & Diotero priuato anathematizatoque arma iungeret, & quia edicta poneret contra publicantes literas apostolicas in sua ditone, prout hoc in suis literis Pius exarari fecit. Erat tum etiam Friderico Palatino confœderatus arctissima liga Ludouicus Bauariæ dux, cognomento Diues, quibus principibus (ut ferebatur) Fridericus Imp. non erat propitius. Factum itaque est, ut qui priuatis odijs antea dissiderent principes, post hoc bellum quasi de industria sint diuisi, Ludouicus Bauariæ dux, Niger dictus, Albertus Marchio Brandenburgen. Carolus marchio Baden. Iohannes Meten. episcopus frater eiusdem, & Vdalricus comes de Wirtemberg Adolpho, papæ, imperatorisque mandato, Fridericus verò comes Palatinus Rheni, & Ludouicus Bauariæ dux, re & nomine Diues appellatus, Diotero possessori contra mandata & Papæ & imperatoris adhæserunt. certatumque diu est, illi, ut Diotero eiecto possessionem traderent Adolpho: hi verò, ut in possessione conseruarent Dioterum, ut dicebant, iniuste priuatum: visa tamen multis fuit præcipua causa belligerandi principibus, vtra factionum alteram suppeditare posset. Quibus ex causis cæde, incendio, vastitateque mutuo se iugiter

Belli Vdalrici co. cum Fride. Palatino, causa.

Hailbron.

Caspar Sper.

Dioterus archiepiscopus Moguntin. depositus.

Adolphus de Nassau designatus episcopus Moguntin.

xabant: nunquam tamen plenis copijs pugnatum est, donec ad mensẽ Julium anno Domini 1462. quod ita contigit: Cũ iam fessis partibus nonnulli tractatus de pace intercessissent, tandem suggerentibus nonnihil partium amicis, auctore illustrissimo principe Philippo Burgundiæ duce, deuentum erat ad certa pacis capitula, statutusque terminus intra quem procuratores partium quisque ad suos principes inuenta referret, certoque die designato, cum plena potestate instructi concludendi & faciendi pacem redirent. Porro hoc termino pendente, principes partium Adolphi, Ludouicus dux Niger, Iohannes Meten. Carolus marchio Baden. & Vdalricus comes, vt adhuc aliquid gloriæ suæ adijcerent, conuentione habita statuunt, ante conclusam pacem adunatis copijs satis iustis, terras Palatini ingredi ac vastare. Ad quod exequendum iuxta conditum conuenere, episcopus Iohannes, Carolus frater eius, & comes Vdalricus, haud longè ab oppido Bruchsel in campestribus ad S. Helenam, ibi castra figentes, multò tamen minoribus copijs quàm conuentũ erat. vix enim equites sexcentos & peditum tot millia habebant, sed nec dux Ludouicus comparebat. Non latebat hoc Palatinum Fridericum. nam dum à congregatis illis nonnullis in locis sui vastarentur, ipse singulis propè diebus à lateribus copiam videndi se præbuit, quasi occasionem rei benè gerendæ quæreret. Quòd si illis mens non læua fuisset, facile coniectare poterant, tantum principem non ita fractum esse, ne suis in terris tam paruis copijs occurreret. Sed constat quod poeta ait:

*Nescia mens hominum fieri fortisque futurae,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.*

Illi moræ impatientes, sollicitante etiam, vt aliqui volunt, episcopo Spiren. in cuius ditione castra erant posita, vtcunque venerit in mentem, die prima mensis Iulij luce prima, peditatu omni relicto in castris, solis equestribus nixi, descendunt in agrum Haedelbergen. nullis (vt fama est) præmissis speculatoribus, incipiuntque vicos quosdã incendere. Præsensit hoc Fridericus, & iam vndique corraso milite, cui & opportunè superuenerunt longis itineribus auxiliares copiae, quas præsul ducebat Dioterus. His adunatis, sine cõitatione à tergo hostes ita clausit, quòd nullã euadendi viã haberent. Serò itaque circumsessos se videntes, attoniti: Non nisi ferro aperienda via est, inquit, acieque tumultuariè instructa, imparibus excipiunt hostem copijs. pugna facta, duo nobilissimi comites, vnus de Hessestain, alter de Salm, cum nonnullis equestria ordinis propugnatoribus, in prima acie occisi sunt. ventũ est post hoc ad gladios, ac paruo negotio superantur à multis pauci, supra mille equites habuisse ferrum Palatinus & duo millia peditum. Capti sunt episcopus Meten. Carolus marchio Baden. & Vtricus comes Vuirtemberg. & cum his eorum tota ferè nobilitas, qui omnes cum triflpho ducti sunt in arcem Haedelbergen. ibique ad annum propè seruati, donec tandem legibus quas victor voluit, acceptis, relaxati sunt. De alijs mihi non constat. hoc scio, quòd comes Vdalricus pro sua liberatione millia florenorum centum dedit, & nonnulla alia suscepit onera his planè æquipollentia. At Adolphus pont. cum primũ principes hos bello interceptos cognouisset, nõdum defatigatus, cum quibusdam partium suarum proceribus consilium capiendæ Moguntia inijt, facinus audax. Conscij erant Ludouicus Bauariæ dux, Niger dictus, Aluicus comes de Sult, Eberardus de Huintgstatin baro, & perpanci alij. In ea re secuti quorundam exhortationem, qui locorum vrbs gnari, copias introducere promittebant. Igitur machinis & scalis paratis, vbi tempus rei gerendæ visum est, profectioe indicta, cum paucis admodum copijs 27. Octob. anno Domini 1462. profunda nocte ad fossata vrbs peruenere. Erat ab vna parte vrbs permunita, adituque difficilis, quare custodij ferè relinquebatur vacua. Ea in parte exploratores silenter per fossata vepribus ac spinis applicantes scalas, alta conscendunt moenia, pederentim introgressi, custodes eximproviso occupant, silentio indicto. Erat hora post mediam noctem ferè quarta, consopitis adhuc ciuibus, descendunt in urbem viri circiter centum, portã ciuitatis proximam refringere satagunt: & dum ista fierent, vigiles per urbem constituti, in hac ipsa loca deuenientes, depræhensio strepitu, clamorem extollunt. Ad eam vociferationem cõsurgentes vicini, persenserunt hostes adesse, paulatimque clamor per urbem diffusus, homines excitauit. Experrecti ciues & magnitudine rerum attoniti, quid primũ agerent & vbi succurrerent ignari, armis tamen correptis, qui proximi fuerat, tumultuariè excurrunt, in paucos ingressos impetum faciunt. fit pugna, sed porta inter-

Pugna Fri-
derici Pala-
tini.

Adolphus
de Nassau
episcopus
Moguntiam
occupat.

terim est refracta, multitudoque equitum & peditum irrupit. Tandem ciues globo facto ad arcendos hostes properant. atrox ibi prælium committitur. pugnatum varia fortuna. bis & ter pedem referre hostis compellitur, & cum fluctuante prælio præuolunturi viderentur ciues, ab alia parte ignis ab hoste immissus, aliquot ædes conflagrauit. ad hæc nouus semper miles superuenit, nihilominus in colæ pugnarunt tota die vsque in serum vesperum. ceciderunt ex eis desiderati quadringenti. desperantes tandem omisso certamine, sese dedere. iubentur mox arma tradere, & vt in locum vrbs designatum sine mora conuenirent, sunt adiurati. paruere victi, omnesque qui arma ferre poterant, aduenere. vbi iussi sunt, cunctatione posthabita, migrare ex vrbe, nulla cuiquam salutandi suos aut valedicendi permissa facultate. Ad quam vocem miserii ciues, stupore. vehementi percussi, fortunam suam deplorantes, relictis in hostium potestate vxoribus liberisque charissimis, in exilium abiere. Vidisses matronas atque virgines vlulantes pectoraque ferientes, & qualia cõueniens est dicere & agere in tantis calamitatibus. Direpta est inde ciuitas, prædatique omnes sine delectu ecclesiastici & seculares, inuenta sunt opes permaximæ, cessit vrbs Adolpho, prædæ maior pars duci & proceribus. Erat illa nocte in arce vrbs Dioterus de Ysenburg archiepiscopus, & illustris comes de Rassenbogen, hi cum ingressum hostiũ acceperunt, trepidi voluntatem ciuium prodicionemque formidantes, deserta vrbe & arce, transmissis Rheno, fuga salutem quaesierunt. Exulibus verò paulò post, pecunia accepta, facultas redeundi ad sua reliqua data est. & tantum de Moguntia captione inuenire potui, audita referens, prout à fide dignis accepi. ANNO salutis nostræ 1461. Carolus septimus Francorum rex moritur. cum nunciatum ei fuisset, quosdam portionem apparatus qua interiret, ea re tam vehementer turbatus, animum induxit, vt dies septem totos cibo abstineret, hortantibus medicis, se inedia magis quàm morbo affici. Sed dum edendo vitæ consulit, coërcitis arterijs absumitur die festo Magdalene, sacramentis Christiano ritu perceptis. elatus est in sepulcrum Maiorum suorum, & in D. Dionysij monasterio sepultus. Rex procul dubio in quem fortuna asperrimè primũ defecit, tanquam exterminare eum regno statuisset: deinde blandè illum attollens, victorem gloriosum fecit, inde Victoriosus dictus, mitissimi fuit ingenij, sed hebetis. Eodem anno leni & mansueto patri, asper & vehemens filius successit Ludouicus, consilio præceps, ingenio vario, & domesticis vix satis perspecto. De Caroli morte nuncio accepto, cum esset primogenitus & Delphinatus princeps, & qui diu à patre suo exulauerat Ludouicus, confluit ad eum ornatissimi quique proceres, qui sacrandum nouellum regem Rhemos perducerent, vbi loci archiepiscopus eum more Maiorũ vnxit atque benedixit, quo mysterio absoluto, Parisios protinus profectus est. Exactis verò solennibus, cum Philippus Burgundiorum dux domum reperere cuperet, regem magnopere cohortatus est, iram si quam animo in proceres concepisset, deponere, obliuisci prorsus quæ præterita erant, satis admodũ esse illi, quòd nullo tumultu rex esset, quia frater illi esset Carolus, debere adolescẽtem amare atque amplecti, & patris hæreditatem cum illo legitima portione partiri. Hæc atque similia multa locutus Philippus, Ludouicum dimisit, Picardiam reuifurus. At Ludouicus qui exulceratum animum haberet, & patrias leges iam dedidicisset, multa partim suo, partim eorum ingenio, qui absentiam à patre, exilium fuisse reputabant, agere cœpit, & principes inprimis parui admodum habere, venationis omnem propè consuetudinẽ prohibens, ita vt piaculum esset insidiari feris, nisi quoad ipse permitteret: & quod illi maximas discordias peperit, magnopere nixus est, infimæ sortis homines præ proceribus opulentos sublimesque facere, quos & obsequentes haberet: nõ enim æquanimitè ferebat, si quis dicenti vel imperanti sibi quauis ratione aduersaretur. Posthabiti principes, magna pars desciscere à Ludouico, seque suamque dignitatem tue-ri constituunt. Igitur clandestinis nuncijs, quid singuli sentiant, sciscitantes, postquam de sententia illorum satis constitit, Carolus regis frater clam dilapsus est, & in Britanniam profectus: nec defuerunt permulti proceres, qui eum mox, relicto rege, sequerentur. Huius tam manifestæ defectionis initio turbatus Ludouicus, sibi prospicere coactus est. Iam enim fama erat, Carolum Philippi Burgundiæ ducis filium copias contraxisse, vt cum alijs coniuratis iungeret exercitum, nec mendax fama erat. Nam Antonius Philippi northus, adiuncto Marefcallo, cum aliquot cohortibus præcurrens Caroli exercitum, castella occupat, Carolus sequens copias ad pontem Maxentij ducit. condixerant enim hi qui arma aduersus Ludouicum parabant, se ideo conuentu-

Ludouicus
Franc. rex.

Philippus
Burgundus.

Carol. Bur-
gundiæ dux.

ros, vt populum vestigalibus pressum & penè seruum, in libertatem vendicarent. Incedens ergo Carolus, quædam oppida minimo negotio cepit, deinde ad sanctū Dionysium castra facit, mox Parisenses infestat. Habebat non minus rex in exercitu quatuor & viginti millia armatorum, quorum numero territi duces aliqui, de pace cum Ludouico conuenere. interim neque Burgundiæ dux, nec frater regis quiescere. Procefferat iam proximè Parisios Burgundiæ princeps Carolus, atque ne regni caput illud timidè præterisse videretur, promotis copijs, caduceatores præmittit, qui liberum per ciuitatem transitum petant: id si non impetrent, dicant principem ciuitati vim illaturum. Qui portis eo die præerant, dum respondere volunt legatis, vident progressas copias Caroli, & regij fratris ducis audiunt non longè abesse exercitū. Mox Ludouicus rex Franciæ celer Parisios cōtendit. Et cognito quod à tergo frater, & à fronte Burgundus copias haberet, rex accelerat Burgundum prius fundere, quàm cum illo Britones iungerentur: nec pugnam detrectat Burgundus. fit congressus initio formidabilis, ex Burgundis multi fusi, pugnatumque est varia fortuna vsque ad vesperā. & dum aliqui à rege fugerēt, ipse in arcem Monclerici & inde Parisios peruenit, manētē in sua statione Burgundo, ceciderunt ex vtroque exercitu sexcenti supra tria millia. Burgundus victoria habita, gloriabundus Scampas perit, vbi Ludouici fratrem & Britonum ducem conuenit. Verūm post nonnullas vastationes Carolus regis frater literas ad Parisiam mittit, quarū sententia erat, se cum illustribus regni principibus nō hostili animo, sed reipub. gratia conuenisse, petens vt aliquos mittant quibus sententiam suā deregat, quod & factū est. Quibus ille, ad regiā urbē principes venisse, vt more Maiorum, consilio cleri, procerū & populi, de rebus cōmunibus quietè agerent: Ludouicum quidē regni Frācorum regem esse, sed eorū muneris & dignitatis fore, cōmonefacere illū maiores suos imitari, patrijs legibus vti, onera moderari, misereri populi, igitur petere in urbem sine vlla iniuria aditum, assentiunt illi, & hoc quidem, si rex annuat. Cognito responso, Ludouicus repente à Nortmannia cum forti manu reuersus, quod ierat, agrè tulit responsum tale dedisse Parisenses, vindictā de quibusdam sumens, multos proscripsit. Post varias clades fit concordia, ita quod Nortmanniā rex fratri donare relinquit, Carolo Burgundo cedere in perpetuam possessionem Perona, Roia, & Mandiderium, ad hæc Guinarum & Bononiæ comitatus: principibus coniuratis reliquis, alia his non minora contingere. ANNO salutis 1463. imp. Fridericus obsessus est in arce Viennensi à ciuibus, quibus auxilio frater dux Albertus erat, oppugnabatur autem arx bombardis & omni genere tormentorū. vidisses impleri fossas, admoueri scalas, cominus eminusque pugnam misceri, vulneribus & sanguine multo rem geri. Vnde coactus fuit auxilium à rege Boemiæ Georgio, qui se antè pro hæretico declarauerat, postulare, immo Pio Pont. Max. scribere, ne interim in Georgium, quanuis hæreticum se declarasset, iuris poenas fulminaret, quod necessitate cogente pontifex admisit. liberauit Bohemus Fridericū, arte vsus, vt neque periret, neque vinceret. Inuaserat tum Turca Bosniæ regnum, occuparatque loca eius plurima. verūm anno Domini 1464. Matthias Vngariæ rex paulò ante coronationem suam profectus cum copijs in regnum Bosniæ, tunc dominio Turcarum subiectum, profligatis hostibus, omnia recuperauit, quæ anno superiori inuaserat Turca, vt refert Pius in epistola ad ducem Burgundiæ: castrum quoque Iazygam munitissimum vi, alia verò terræ eiusdem castra deditione cepit, omnesque Turcarum milites in præsidio locatos, quos gladius non absumpsit, ad gratiam & suam ditionem recipiens, secum deduxit. Matthias Vniuersa prædictus, post mortem Ladislai regis Hungariæ regnum occupat. quod sibi competere Cæsar Fridericus affirmabat, & quidem iure hæreditario, & vt aliqui volunt, per electionem. fit inter eos longa concertatio. nam & coronam regni habebat Fridericus, quam cum Ladislao mater apportauerat, eam Matthiæ restituere recufabat. tandem per concordiam lis sopita est. Quo facto, sacro regni diademate à manibus Friderici imperatoris accepto, rex Matthiæ sexto sui regni, Dominicæ scilicet incarnationis 1464. anno, in die cœnæ Domini, regni proceribus presentibus, magna cum solennitate coronatus est. Sed & bella in Bohemia nonnulla cum Casimiro rege Poloniæ gessit, pax tamen composita hoc modo inter eos fuit, vt Pannonia, Hungaria, Morauia & Slesia Matthiæ relinqueretur, & Bohemiæ regnum Vladislao filio Casimiri remaneret. ANNO salutis 1464. Pius pontifex obiit. nam cum primo anno pontificatus Mantuæ conuentum pro Christiana fide tutanda habuerit, & in eo frustra prin-

Fríd. Imp.
Viennæ ob-
sessus.

Bosniæ re-
gnum.

Matthias
Vniuersa
Hungario-
rum rex.

cipes conuocauerit contra Turcas, hoc anno ipse compositis rebus, vt poterat, expeditionem Asiaticam, quæ in præfato conuentu regum & principum ambitione ac auaritia fuerat obmissa, repetit, oratores ac nuncios cum literis apostolicis ad Christianos mittit, ad bellum hortatus est. Inde ab vrbe discedens Anconam, leuica iacens defertur. In itinere autem magnam vim hominum ex Germania, Gallia, Hispania venientium ad bella Turcis indicta, offendit: quorum magnam partem absolutam peccatis, Germanorum potissimum, in patriam remisit, quod minus idonei bello gerendo, quodque etiam belli impensam, vt in literis apostolicis continebatur, secum non attulissent. Dum autem classem, quæ passim in portis superi inferique maris ad tantum bellum fuerat ædificata, dumque Venetorum ducem belli socium Anconæ expectat, diutina & lenta febri afflictatus, moritur anno sui pontificatus sexto. die quo emigraturus erat, duas horas ante extremum vitæ spatium patres cardinales ad se vocat, constanti animo & voce non in concinna ad concordiam eligendo nouo pontifice adhortatus, ecclesiam atque suos illis commendauit. petijt spontè sacramenta omnia, orationes canonicas non intermisit, symbolū Athanasij constanter pronunciauit, mortem non exhorruit, non perturbationis aut inconstantia, dum extremum spiritum efflaret, signum aliquod edidit, extinctus magis quàm mortuus: vt corpus suum Romam deferretur mandauit. Id factum est, in basilica S. Petri conditum ad altare sancti Andrea: ipse enim nuper caput sancti Andreae apostoli è Peloponneso à Thoma Palæologo eius loci Despotæ, à Turcis profligato, aduectum Romam, in sacello ad S. Petrum ad id fabricato, honorificentissimè collocauit. ipse etiam Aecaterinam Senensem in sanctos retulit. ANNO deinde salutis nostræ 1464. pridie Kalend. Sepremb. Paulus secundus, Barbo antè vocatus, patria Venetus, patre Nicolo Paulus a. lae, matre Polixena, sancti Marci presbyter cardinalis, pontifex creatur. Is vbi magi-
Papa.
stratum inijt, statim, siue quod ita pollicitus erat, siue quod Pij decreta & acta oderat, omnes Abreniatores, quos Pius in ordinem redegerat, tãquam inutiles & indoctos exanthorauit, eos bonis & dignitate, indicta causa, spoliauit, quos etiam propter doctrinam magnis præmijs aduo care debuerat. Erat quidem illud collegium refertum bonis ac doctis viris diuini ac humani iuris, inerant poetæ & oratores, quos Paulus tanquam inquilinos & aduenas è possessione pepulit. ANNO salutis 1465. Carolus dux
Nortmannus
Carolus dux Nortmanniæ, Ludouici regis Francorum frater, cum duce Britonum discordare coepit. quo intellecto, Ludouicus oblatam sibi occasionem, qua Nortmanniam à fratre eriperet, ratus, cum Britonum duce ad id patrandum conuenit. nec frustra tantum Carolo fratri negotium fecit, qui post varia bella de Aquitania contentus fuit, addicta quadam pensione annua, & sic bellum inter eos sopitum est, quod per annos tres durauerat. ANNO Domini 1466. Paulus Pontifex maximus Georgium Pogebratium Bohemiæ regē consistorio publico de heresi damnat, dignitate & regno per sententiā priuat. Hic enim Georgius cum post obitū Ladislai in regē electus iurauit in manus duorū episcoporū, tactis sacramentis euangelicis, publicè dum coronationis insignia reciperet, quod deinceps fidelis & obediens esset sancte Ro. ecclesie, & cum se, contorale suā ac liberos, tali iuramento obligasset, per Fridericū Ro. imperatorem cōfirmatus extitit. Verūm cum his omnibus cōtraria postea ageret, & hæreticorum sectā foueret, Vradsilauenses & ceteri catholici homagiū prestare illi recufabāt. declarauerat enim se pro secta hæreticorū, propter quod Papa cum antè Pius, & post Paulus, grauissimis censuris ac totū regnū fulminabant. fuerunt tum nonnulli in regno qui Pogebratium oderāt: hi primūm Fridericū imperatorem ad regnū inuitabant, deinde vbi Fridericus recusat, ad Matthiam Hūgariæ regē recurrebant. Tum & copijs legari apostolici rex Matthias aliam ob causam congregatum exercitum satis iustū addidit, pro quorum sumptibus dedit imperator ex Austria vnus anni redditum. Quibus sic præparatis, audiuit Matthias Victorinū regis Bohemiæ filium, venisse in Morauiam cum exercitu quinque millium pugnatorum, ideo illi occurrit, eumque retrocedere compulit. Tandem in quodam monasterio cum obsidet, sed illum paulò post pater Pogebratius potenter liberauit. Inter hæc Matthias priuato iam per sententiā hæretico, in regem Bohemorum declaratur à Romano pontifice, qui & à Friderico imperatore extitit confirmatus. qui rex ad preces imperatoris ac Romani pontificis, contra hæreticos Bohemiæ septenne bellum gessit, computatis præcedentibus annis, Morauia, cunctamque Slesiam, sed & Lusatiā in potestatem suam redegit. Audiui ego à quodā comite, qui illis diebus erat de senatu imperatoris, quod idē Matthias pactus fue-

rit cum imperatore, quod persequi velle Bohemice regē, nec pacē inconsulto imperatore cū illo facere: Et quod ea propter imperator Romā perrexit in propria persona, vbi non solum negociū istud apud Paulū pōtificem promouerit, sed & expeditionem cōtra Turcas, in qua post debellationē regis Bohemice Matthias ipse dux p̄ficeretur, sollicitauerit. Venit in urbem tunc anno salutis nostrē 1469. cum decenti comitiua, vt dicebatur, voti gratia, quem Paulus Pont. honorificentissimē suscepit atque tenuit. Scribit Platina, se vidente, papam & imperatorem ex mole Adriani sub eodē pallio à Laterano redeūtes, substitisseque Paulum in ponte, donec imperator equites aliquot crearet. Verū imperator hominem, vt veniret in Germaniam, & Christianos principes cōuocaret, frustra tērauit in ducere: oratores tamen ad reges & principes, de bello Turcis inferendo sollicitaturos, mittere decreuit. Abeunte imperatore, Matthias rex Hungariæ statim pacem cum Bohemo percussit, cōtra pacta cum Friderico inita, quæ fecit irrita, opinor, quod hac ratione cōfirmari vires & aduersus Turcam, & contra Fridericū Imper. putaret. ANNO eodē 1466. mense Martio, Franciscus Sphorcia Mediolani dux moritur. hic etsi cunctos prudētia & felicitate principes sui temporis excellisset, in senectute tamen mulierū ardore deceptus nimis prauaricatus est. Post eius interitum administravit rem publicam aliquantisper cum filio Galeatio Maria Blanca relicta. sed eius imperium filius non ferens, eam magistratu deiecit, rem publicam ipse obiit, Mediolanum urbē ædificijs reliquisque ornamentis publicē priuatimque decorauit. ANNO 1467. Philippus Burgundic dux mēse Iulio Brugis moritur, & Diuione sepelitur, princeps suo tempore in armis valens, prudens, & à suis miro modo amatus. hic Carolum filium habuit successorem. Post obitum Philippi Leodij aduersus pontificem suū bello decertabant, quē apud Huium obsident, quod cum ferocissimē oppugnarent, pontifex clam dilapsus est. Et episcopo affinitatis causa Carolus Burgundiæ dux succursurus, miro in Leodios concepto odio copias contrahit, mittitque per insigniora suæ ditionis loca bellum Leodij indicere. Qui autem id negocij exequēbatur, vna manu exertum gladiū, altera facem ardentem gerebant, hac re significantes, Leodiorū gentem igne ferroque perdēdam à Carolo fore. Fuisse constat Leodios Francis iam diu coniunctissimos, eorumque amicitiam semper secutos. quamobrem Ludouicus suppetias illis ferre constituit, simul ne ex eorū ruina gloria Burgundiorū vires accenderet, mittitur eius rei gratia 400. equites cum sex sagittariorum millibus. Dum autē Vernone ageret Ludouicus, S. Pauli comes Cenebratarius à Carolo Burgundo ad eū venit, qui multa de Burgundo atque Leodiorum gente memorās, sex tādē mensū inducias à Burgundo impetrat, Leodij posthabitis. Rediere item per id tempus ad regē Ioh. Ballua & reliqui cum eo, qui Ballua cardinalatum Ro. sedis Ludouici interuentu non sine multorū admiratione obtinuerat. In delegatione quid actum fuerit, ex ipsis inducijs intelligi potest, Leodios videlicet falsis suggestionibus à Ludouico desertos, & Burgundo permisum miseram gentem bello persequi, quæ cum auxilio se destitutam intelligit, non aliter cum Burgundo pacisci poterat, quàm quod ingentem illi pecuniam persolueret, murosque & turres suæ ciuitatis aliorumque oppidorum dirueret. Interea Carolus Ludouici regis frater, Britonesque aduersus Ludouicū properant, ad quorū auxilium Carolus Burgundic dux omnes suas copias ad S. Quintinum cogit, quod intelligens rex, non solum pacē cum fratre facit, sed & ducem Burgundic reconciliare curauit. audito enim quod Burgundus Perone castrametaretur, ex Nouianō rex Peronē paucis comitatus se cōtulit. Cardinalis enim Ballua & Borbonius comes tantū, præter aulicos aliquos sequebatur. ausus tamen est Ludouicus ad hostem ire, seque illi familiaris, præter omnium opinionem, credere. Ibi inter eos modici momenti pax conuenit, iurante Burgundo Ludouici partes se non secus ac subditum decet, tutaturum. proinde rex Burgundo confirmat, quæcunque in conuentione Atrebatensī patris sui tempore definita extiterant cum Carolo septimo. Dum Perone dux ageret, ego nuncius sui missus à bonæ memoriæ Vdalrico inlyto comite de Vuirtemberg &c. ad eundem Carolum ducem. eram enim præpositus in Stutgarten Ecclesiæ collegiæ. & dum venissem ad Traiectum superius, vtrā propter bellicos terrores non processi, sed collegam meum qui erat laicus, vt transfret onerari. quo abeunte, ego præstolaturus eius reditum, in eodem loco de contingentia facti hoc modo audiui, quod cum subortæ fuissent anno tunc præterito, inter Episcopum Leodiensem ac ciues eius ciuitatis contentiones, & Episcopus urbe esset pulsus, Carolus urbem obsidione arctissima cinxit.

facta

facta deinde inter ciues discordia, pars per vnam portam exiuit, & se ac urbem gratia ipsius dedit, pars verò per alteram portam dimissis vrbe ac bonis aufugit, & ad regem Franciæ Ludouicum præsidij causa peruenit. Obtena hoc modo per ditionem Leodij ciuitate, dux Carolus ciuibus mandat, vt turres omnes, muros & antemuralia demolirentur, non modò vrbs, sed & oppidorum subiectorum. Deinde Leodiē. arma omnia, machinas, tormenta, bombardas & quidquid bellici apparatus habebant in vrbe & subiectis locis, abstulit. Nec his satiatus, sed eos vt sibi soluerent trecenta millia floren. aut quotannis donec soluerent, quoram de centenariis, id est, xxx. millia floren. sacramentis adhibitis obligauit. Licet autem pontifex Rom. ob deiectionem episcopi sui, Leodienses censuris Ecclesiasticis innodauerit, cognita tamen eorum submissione & exulū eius ciuitatis querela, grauissimaque contentione, eos ad concordiam omnino reuocare cupiens, Tricaricē. Episcopum legatum eō misit, qui interdictum sustulit, eosque duci reconciliare conatur. Noluit autem dux aliquid remittere de impositione prædicta, tamen si soluendo non essent: sed & exulibus regressum dare liberum ad sua fertur negasse, quæ seueritas à multis improbata dicitur. dedit enim iam desperatis nouæ rebellionis occasionem non modicam. Factum est igitur, vt dum rex Ludouicus copias contra ducē instructissimas haberet, & dux Perone ageret, rati Leodiensiu exules tēpus eos iuuare, non sine (vt fertur) consilio regis properē se ad iter accingunt, ac Leodium quadā nocte iam armis & propugnaculis nudatum, paruo negociio ingrediuntur, pulsoque ducis præsidio, conciuēs suos ad libertatem resumendam inducere, moxque ciuitatis statum ordinantes, muros erigere ac resarcire satagunt. Reditus iste vbi diuulgatus est, totam terrore prouinciam cōpleuit. erat enim ob expeditionem ducis, propugnatoribus ex hausta. Leodij inde hostē aggressi armantur. Postridie Leodiensiu cētum supra mille viri in tempesta nocte oppidum passim muris nudatum, per notos sibi aditus irrumpunt, ædes perfingunt præter expectationem omnium. fit clamor atque trepidatio. fuga salutē quisque, nemo armis quaerit. Elapsi sunt beneficio noctis plurimi, capti nonnulli, inter quos legatus apostolicus vnā cum Leodiē. episcopo inuētus est. Erant in eodē oppido armamenta ferē omnia, quibus Leodiē. per ditionē spoliati fuerāt, quæ vnā cum equis captiuisque omnibus cum triumpho transportant. Auxit hæc res animos ciuium, & ad indubitam recuperandæ libertatis spem erexit, maximē cum recensuissent tantis ducem implicitum negocijs. ideo conuersi mox ad instructionem murorum, propugnacula erigunt, debiliora loca muniunt. Et cum diu noctuque operi incumbunt, inter regem (in quem omnem suam fiduciam collocauerant) ac ducem pax concepta est arcana, & cunctis admiranda. Pace facta, indignabundus dux properat cum exercitu, de Leodij vindictam sumpturus, cum quo Ludouicus rex tanquam eiusdem expeditionis socius vltro venit. urbem obsidione cingunt. Exiuit, consentiente populo, Episcopus Leodij placandi ducis causa, nec tamen profecit, iurante Carolo; non prius ciuitati parcendum, quàm ciues & urbem subegisset. Episcopum autem apud se, ne ad suos rediret, continuit. Mira rerum mutatio. Leodij qui se magno liberatos malo credebant, mox è spe maxima in desperationem ceciderunt extremam. De rebus itaque suis desperantes, egressi ciuitatem, hostem adoriuntur, captos sine miseratione mactantes: vbi tamen obsidione se angustius considerant, ad primam oppugnationem primores vrbs, vt cunque potuerunt, elapsi aufugerunt, relictis in ciuitate mulieribus & incomposita plebe, religiosis quoque atque infantibus. Ergo irrumpentibus ferociter Burgundis, Ludouicus (vt refert Gaguinus) primum, deinde Burgundus ciuitatem intrat, fitque mox passim occisio & strages, virginibus vis, & religiosis mors inferitur, neque indulgentia vlla militum in pueros fuit: quin etiam stupratas à se virgines, crudeles satellites iugulant: sacerdotes eadē horam diuinam in templis facientes, gladijs periere. nec satiatus est inhumanus hostis tam multa cæde: prædas ex omni ciuitate, & ex templis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe & muris diruptis, quorum ruinis fossas æquauit. Acta sunt hæc anno Domini 1468. In Saxonia circa ista tempora Ernestus dux Saxonie Electortum gessit. hic dum esset puer, vnā cum fratre Alberto furtiue sublati fuit hoc modo: Erat homo audax Cunradus de Kauff, nobili apud eos loco natus, bellicæ rei peritus. is cum se patria pulsus & paterna hæreditate priuatus à Friderico duce existimaret per iniuriam, scelus pulcherrimum excogitauit. Arx est in Misna, in alto monte & in abruptis vndique rupibus sita, Altiburgum prouinciales vocant,

Frid. imp. secundò Romanam profectus.

Philippus Burg. moritur.

Leodienfe bellum.

Leodium Carolus obsedit & cepit.

Lud. Franciæ rex Carolo iunctus.

Leodij miseranda clades.

Duo Saxonie duces furim rapti.

vocant, ad radices montis oppidum egregium, munitum & populo plenum: ea in arce duo adolefcentes filij Friderici ducis, Ernestus & Albertus educabantur. Cunradus huc intempeſta nocte magnis itineribus cum paucis contendit, & admotis ſcalis, prodente pædago, arcem ingreſſus, dormientes adoleſcentulos in cubili comprehendit, minatusque eſt mortem ſi mutirent. funibus colligatos extraxit, haud dubius quin perductos in Boemiam magno precio venderet, ſuasque contumelias eo pacto magnificè retunderet. iam ſyluam Harcyniam, que Boemiam à Saxonia diuidit, ingreſſus erat. iam periculum omne tranſmiſſum putabat, cum iunior captiuorum labore ac fame deſciens, & quietem ſimul & cibum popoſcit, cuius precibus commotus prædo, ad carbonarium quendam diuertit, afferrique panem & cereuiſiam iuſſit. Interea apud Altenburgium cognita tanta rei nouitate, clamor exoritur, artoniti oppidani raptim arma caperunt, & precioſam vendicaturi prædam, præcipiti curſu prædonis veſtigia infeſtantur. ſyluam ingreſſis fortuna blanditur, quæ inter multos tramites eum teneri ſuaſit, qui reſtâ duxit ad carbonarium. Ibi Cunradus dum puero cibum miniſtrat, ex improuiſo capitur, & oblatuſ principi, audaciſſimi ſceleris capite poenas ſoluit. Variè hoc etiam ſeculo in Anglorum regno tumultuatum eſt. annos aliquot Henricus, cuius ſuprà mentionem fecimus, regnarat. hunc Eduardus regno deturbatum cepit. ſed reſtitutus eſt in dignitatem ſuam opera Varuici, ſtudioque Ludouici regis Franciæ, nec fuit integra ei res diu. nam Eduardus Caroli Burgundi ducis ope ſtatim Henricum ſuperauit, carcerique commendauit, & deinde bellum apparantibus Henrici amicis, regnum ſummis laboribus difficulter tutatus eſt.

Facinus inſigne.

Eduardus Angliæ rex.

GENERATIO L.

A N N O ſalutis 1470. ſedente in ſede S. Petri Paulo 2. & imperante Friderico III. L. incepit generatio. Hoc anno pridie Kal. Auguſti, Carolota Ludouici regis Francorum vxor, Carolū filium Ambaſiæ enixa eſt patri ſucceſſorem. alij eum anno præcedenti aſſerunt fuiſſe natum. His etiâ diebus cepit indignatio Carolū Aquitaniæ ducem, qui cum Armeniaco comite copias contrahit, quaſi bellū regi morurus. verum paulò poſt obiit apud Burdegalam veneno. A N N O Domini 1471. Paulus II. apoplexia moritur ſecunda hora noctis, ſolus in cubiculo, nemine vidente, cum eo die lætus etiam conſistorium habuiſſet, pontificatus ſui anno 6. menſe 10. quinto Kal. Auguſti. fuit in eo, quantum ad corpus attinet, maietas pontifice digna. de apparatu pontificio curioſus erat, in colligendis pecunijs diligens fuit, vt ferè ſemper beneficia & Episcopatus his committeret, qui officium aliquod venale haberent, vnde elici munus poſſet. omnia enim officia ſuo tempore venalia erant: redimendarum quoque penſionum vſum non improbauit. his autè pecunijs interdum etiam ad liberalitatem vtebatur. nam & cardinales pauperes maximè & Episcopos, & principes ac nobiles domo extorres, virgines, viduas, ægrotos frequenter iuuabat. adificauit ſplendidè, adire hominem die dormientem, ac noctu vigilantem, atreſtantem gemmas & margaritas difficile erat. hæc Platina. A N N O eodem * Xyſtus III. papa natione Ligur, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciſcus antea vocatus, ordinis Minorum generalis miniſter, Paulo Pontif. repentino interitu ſublato, quinto Idus Auguſti ſubrogatus, ſedit annis 13. vir ingenio clarus, doctrina præcipuus. fuit vitæ continentis, in pauperes religioſosque munificentiffimus, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemens, principes & nobiles patria extorres, præſertim Palæologorum filios, Boſniæque reginam, à Turca pulſos, pecunijs adiuuare non deſtitit, & Rhodiorum milites ac Ferdinandum Apuliæ regem à Turcis vexatos, incredibili pietate ſouit. Et eodem noui pontificatus anno Hercules Eſtenſis Ferrariæ ducatum accepit, Venetos auxiliatores habuit in tutanda re domus ſuæ, cum à Nicolao Eſtenſi infeſtaretur. Venetos deinde relinquens, cum Ferdinando ſocero foederibus coijt, quare diu Venetas vires ægrè pertulit. A N N O 1471. Chalcidem Eubœæ principem ciuitatem, nunc Nigropontum dicimus, Mahumeta Othomanus expugnauit. proditione cuiusdam Liburni captam ferunt. Obſeſſa vrbs dies 30. maximis affectu hoſtè cladibus, videbaturque Mahumeta relinquenda, niſi præceres ſatrapæ interceſſiſſent. Pubes Italica palis eſt affixa poſt plurimam vniuerſi penè populi cædem, reliquum vulgus ſub hafta venditum. Occupauit Turca in ſinibus illis celeberrimas etiam quaſque vrbes, Athenas, que nunc Sethinæ, & reliquas. A N N O Domini 1472. cometa in principio huius

Xyſtus 4. Papa.

Chalcis Nigropont.

huius anni circa feſtum S. Agnetis apparuit, igni rutilans, crinibus longis nigrisque, in occidentalem vergebat plagam, durauit diebus 80. Sequenti quoque anno ſiccitas incomparabilis ſubſecuta eſt, peſtilentiæ, bellaque cruentiſſima pluribus in locis euenere.

Per hos dies Carolus Lotharingiæ dux apud Nanſen peſte abſumprus eſt. at Carolus Burgundiæ dux, Lotharingi ducis morte accepta, Lotharingiæ armis ſibi ſubiugare tentauit contra Renatum, cauſam aſſumens, quòd Carolus deſunctus obarratus illi foret, quo modo ſimul meditatur regiū nomen uſurpare. Circa hæc tempora Fridericus ad preces ducis Burgundiæ Lucemburgum venit, à quo dux imperatorem ad Metenſes ducit. ibi per imperatorem Metenſes orat, ſibi per eos tranſire in Lotharingiam liceat, quòd cum à Metenſibus non obtinet, Fridericū importunè rogat, regium titulum regni Sicilia ſibi impartiri, cuius rex fuerat Carolus, & cuius in præſentiarum cauſam agebat, atque vt nouitati fulcimentū apponeret, vicarium ſe imperatoris inſtitui poſtulat. At Fridericus diſſimulata prudenter poſtulantis arrogantia, egreſſus vrbe noctu, per Moſellam in Germaniâ abiit. hæc Robertus Gaguinus. Veritas eſt, quòd Treueri conuenerunt imperator & Carolus, vbi hæc acta creduntur. A N N O Domini 1474. Carolus dux Burgundiæ Nuſſiam Colonienſis agri oppidū obſedit, cauſam præ ſe ferens, quòd Archiepiſcopū Colonien. Rupertū ſibi & foedere & neceſſitudine ſanguinis iunctum, per capitulares eiſdem Eccleſiæ vi & inſolenter eiecturæ & ſpoliatum, reſtituere prætenderet. Sed cum innotuiſſet Friderico Imperatori, quòd idē Carolus aduocatiæ Archiepiſcopatus Colonien. quæ ad imperiū pertinet iure hæreditario, ſuſcepiffet de manu Archiepiſcopi, veritus ne ſic pulcherrimū Germaniæ membrum uſurparet, exercitum conſcripſit ſatis iuſtum. Interea tamen Carolus varijs modis oppidum expugnare, fruſtra tamen, admiſus eſt. tandem imperator veniens, caſtra ſua haud procul à caſtris Caroli collocauit. habitū ſunt varij tractatus paucis noti, ad extremum Carolus obſidionem ſoluit, ac crematis caſtris, cum omnibus copijs abiit. durauit autem hæc obſidio annum integrum. Paulò poſt Archiepiſcopus Rupertus eſt captus, & in carcere mortuus. Hermannus Haſſe Lâtgrauis factus eſt Archiepiſcopus, cuius opera tempore obſidionis Nuſſia creditur ſeruata. A N N O eodem Chriſtodoros in clytus rex Daciæ, Noruegiæ & Suediæ, vir Chriſtianiſſimus, Româ ſoluendi voti gratia peruenit, in itinere ab omnibus potentatibus honorificentiffimè exceptus. Veniſſe dicebatur non modò vt votum ſolueret, ſed vt Chriſticolas contra Turcum animaret. Romam ingreſſus, prodennte obuiam honorato cardinalium collegio, à Xyſto pontif. max. perbenignè exceptus eſt, ac pro ſingulari munere roſa aurea, quam pontifices ſingulis annis in Dominica Lætare alicui ex principibus Chriſtianiſ donare conſueuerunt, à papa donatus eſt. Ibidem de vniuerſali Italicoꝝ principum pace agere cœpit, vt ſcilicet vno animo contra Turcum coirent. ſed res perſici non potuit, inde digreſſus, per Italiæ vrbes tranſiens, magno & celebri honore vbi que habitus eſt. A N N O Domini 1475. Iubileus à Paulo Pontifice prius per vniuerſum orbem Chriſtianiſ inſtitutus, Xyſto Pont. Max. hoc anno celebratur. Eodem anno Simon puer Tridētinus à Iudeis maſtatur eſt. cædis authores varijs affectu ſunt ſupplicijs, quam hitoriam plerique ſunt executi docto carmine. Conſimile ſcelus Iudæi apud Mottam oppidum, quod eſt in ſinibus ſori Iulij, poſt quinqueſimum Iudæi peregerunt. nam etiam alium puerum ſimili modo trucidarunt, pro quo tres eorum Venetijs captiui miſſi fuerunt, & atroci ſupplicio concremati ſunt.

A N N O Domini 1476. in Euxini ora Turci ſunt Capha vrbe nobiliſſimi potiti. erant Caphenſes in Genneniſium ditione, cæterum vrbe in Galeacij vicecomitis inuidiam Othomanno dedere. prodita tamen eſt priuato, non publico, conſilio. Eodem anno in Fræconia Germaniæ nobiliſ prouincia, que Francia orientalis appellatur, tympaniſta quidam homo ſimplex, pecorū paſtor, apud vicum Niclaſhufen vocitatum, ſeſtatores plures nactus, virus diſfundere cœpit, eo pernicioſius, quòd & ſacerdotes & religioſos in populorū inuidiam coniecit. Is verò ſimulatam puritatem quandam & innocentiam vitæ præ ſe ferebat, edocens vitæ cleri ignominioſam eſſe, & quòd Deus hoc temporis nobilitatè execraretur, telonia non eſſe ſoluenda, omnes aquas & nemora omnibus libera & cõmunia eſſe, ac nonnulla alia nefanda in populū ſeminans, ea ſibi virginem Mariam enarraſſe prædicabat. Vndiq; igitur gentes votis proceſſionabiliter accurrebant. viſa ſunt quodam die ſupra 30. milia hominum aſſuiſſe, diebusque feſtis ſermonem in odium cleri deducebat. Eò igitur à Rudolpho Vuirceburgenſi Episcopio miſſi homines, inde tympaniſtam hunc ad Vuirzburg ducentes, igni tradiderunt.

Caroli Burgundi cum Frider. conuentus.

Nuſſia obſeſſa.

Chriſtodoros Daciæ rex.

Simon Tridētinus.

Capha vrbs.

Factio apud Niclaſhufen.

Carolus
Burg. quæ
cum Suren-
gerit.

runt, post cuius mortem isthæc peregrinatio euauit, durauit vix mensibus 2. Fuerunt qui dicerent hominem à religioso quodam simplicitate deceptum, ita vt crederet beatam virginem sibi apparuisse, mandasseque vt populo vitia nonnulla, per quæ offenderetur Deus in immensum, publicaret, & id quæstus gratia inuentum fuisse aiunt, qui ex concursu vulgi sperabatur aucupari posse. vnde & plebanus loci infimulabatur, quod fuisse conscius facti. ANNO eodem Carolus dux Burgundiæ grandi exercitu duxit in Heluetios, Suintenses scilicet & eorum confœderatos, castraque ingenti pompa iuxta ciuitatem Lausannam fecit. Lausannam paruo negotio accepit, deinde oppidum Gransen capit, ibi quingentos & duodecim Alemanos suspendi fecit. paulò post non procul ab eodem oppido cum suo exercitu ab Alemanis fufus fugatusque, tormentis machinisque amissis, vix euasit, castra omnia direpta sunt. arces deinde amissas & Gransonem Heluctij recuperat, inuentosque Alemanos, quos Carolus suspenderat, omnes patibulo liberatos terræ commendantes, eisdem Alemanorum furcis lorisque Burgundos, qui in præsidio erant, strangulant. Rebus apud Gransonem profligatis, Carolus dux Burgundiæ cum se Ioignam in sinibus Sequanorum ex fuga militemque recepisset, Heluetios iterum persequi constituit. At quod illi milite & pecunia opus esset, Guilielmum Gonetum cancellarium cum alijs xj. magna apud suos autoritate viris, ad Flandrenses & ditionis suæ populos legat, qui militem refarciant, sextamque bonorum suorum omnium partem ad belli impensam ministrant. Legatis responsum est, Carolo, si facultas deficit se tutò recipiendi, subsidium illi, vt principi & duci suo, se quidem præbituros, donec domum saluus redeat: belli autem in Heluetios gerendi causam nullâ videri, cuius gratia sese bonis & pecunia multare necesse sit. Paulò antè Carolus dux Burgundiæ Nanseum Renato duci Lotharingiæ abstulerat. ob hoc Renatus se hostibus Caroli coniunxerat, per quod tempus Carolus reparato exercitu, ad Murtam in Heluetios ducens, castra fecit, atque exile oppidum circunvallauit. properat eò Renatus Lotharingiæ dux cum validis copijs, auxiliaturus Heluetijs. fit pugna, fusaque prima acies Caroli, in fugam verso Remonto comite eius aciei ductore. Vnde Murtenenses ex oppido eruptione facta, cum Lotharingiæ duce sociisque coniunguntur, hostium castra (caesis plurimis) peruadere, nec fuisse fertur fugæ modus, donec Ioignam peruenissent. quæ tum in Burgundionum castris spolia Heluctij inuenissent, ad beneficij compensationem Lotharingo, vt scribit Robertus, relicta fuere. occisorum in ea pugna numerus Burgundionum, 17. millium fuit. Victoria de Carolo habita, Renatus Argentinam se recepit, inde quatuor armatorum millibus roboratus, Nansen quod sibi Burgundus usurpauerat, recuperare contendit, & oppidum, quod supra ducentorum & mille militum præsidio tenebatur, obsidione cingit: qua firmata, ad Argentinenses reuersus, cum nouas copias coegisset, eas prioribus quas ad obsidionem reliquerat, adiungit, Nansiumque recuperat.

Murta.

Nansen.

Interim Burgundiæ dux, cui aduersa omnia succedebant, agrè admodum ferens, à modico principe vinci, refarcitis pro tempore copijs, ex Salinis Sequanorum oppido Nansium duxit & obsedit, habens in exercitu 14. millia pugnatorum, aliasque copias expectabat. dumque ibi venientes exercitus præstolatur, ecce Renatus cum suis & Heluetiorum copijs adest, atque partito agmine, alteri secundum flumen, alteri per viam militarem Nansium versus composito ordine incedunt. iam etiam Carolus suos in acie statuerat, & hostes qui via publica progredierentur, tormentis appetere properabat: quod animaduertentes eius aciei ductores, sinistrorsum ad proximum collem diuertunt, in quos Carolus Iacobum Galeotum Italum & quosdam alios bino agmine mittit, iubetque hostem ab equitibus inuadi, sequente illos numerofo peditatu. Mox nihilominus Heluctij qui in colle erant, conuersa in Burgundos facie, incredibili impetu hostem excipiunt, peditatum Caroli in fugam conuertunt: in Galeotum autem hi qui ad flumen iter habebant, nulla mora incurfantes, totam cohortem fuderunt. Est pons non procul Nansio, ad quem postquam fugientes perueniunt Burgundi, insequente eos ferociter Lotharingo, pars fluminis vadis se credentes, ab Heluctijs caesi, pars fluctibus obruti interibant, pars quæ syluis se abdiderat, ab incolis sine miseratione iugulabantur. Nec cessauit Lotharingus hostem sequi, donec adueniens plurima nox, eum prohibuit. Tum de Burgundo duce, interissetne an viveret, sollicitus. at ille reuera dum se fuga saluare contendit, labente equo, fuerat tribus vulneribus occisus, vno ad caput secus aurem ad dentes vsque pertingente, altero ad femora, tertio ad anum. Id certissima fide compertum est, capto Baptista ad-

Carolus
Burgundus
caesus.

Iescente ex Columnensium familia, qui duci eo tempore familiarissimè obsequabatur: is non dubia de illo indicia protinus ostendit, assensusque est testimonio eius Mattheus ducis medicus, atque Antonius eius frater nothus, quem Lotharingus captiuum habebat, cuius rei fidem vix admiserunt hi, qui Burgundiorum potestatis erant, pertinacissimè affirmantes eum è pugna ad Germanos dilapsum esse, ibi septennem poenitentiam vouisse. Erant qui equos gemmasque venales exhiberent venderentque, dilata solutione, donec Carolus exacta poenitentia redisset. Et ego vidi hominem in oppido Bruchella Spirensis dioecesis, qui solo testus vili velamine, aliàs nudus incedens, credebatur à vulgo Carolus, publiceque visitabatur à multis, à quibus ipse ea gratia vitæ subsidia recepit, ferebaturque quod non nisi ex testili & in terra cibum caperet. Tandem verò sub dissimulatione opinionis de se factæ abiens, elapsus est, nec aliud quàm risus ab eo derelictum. Redeo ad historiam. inuentum ducis cadaver nudum, in diui Georgij Ecclesia apud Nansium anno 1477. postridie Epiphaniæ Domini conditum est, & hoc iuxta suppurationem nostram. nam Galli annum Christi incipiunt in Annunciatione B. Mariæ virginis, secundum quos occubuit anno Domini 1476. In eo quoque loco, vbi tot occisorum corpora iacebant, Lotharingus victor facellum condidit, addito sacerdote qui memoriam defunctorum perpetuò haberet. Erexit quoque in prato, vbi cadaver Caroli inuentum est, crucem. Nec diu moratus, in Burgundiam exercitum ducit, quam totam post paucos dies Ludouici nomine recuperat. Certior factus de Burgundorum interitu Ludouicus, Turonum linquens, breui Mōdiderium, Peronam, Abbatissuillam, Monstraliu cum aliquot locis Atrebatensibus vsque occupat. Atrebatensibus verò parere recusabant, recepto in ciuitatem Flandrensi præsidio. Cogit Ludouicus grandem exercitum, Atrebatensibus obsedit, qui per muros furcas sculpsérunt, appensis albis crucibus, tanquam ipsum regem Francosque suspēdit dignos arbitrarentur. fuerunt qui pudendas partes reuelatas ostentarent, conuiciantes regi. Paulò tamen post venerunt ex ciuibus aliquot ad Ludouicum, qui hanc concordia formam reportauerunt: Manerent ipsi in regis fide ac potestate, vestigalia & fiscum regij quæstores administrarent. pecuniam inde quæsitâ, Maria Burgundi Caroli filia ab ipsius regis ministris acciperet, nullum tamen regium præsidium ipsi reciperent. His ita compositis, rex ad oppidanos mittit cancellarium, nonnullosque primarios regni viros, qui ab Atrebatibus fidei iuramentum exigant. quo sanctè præstito, dum legati in diui Vedasti cœnobio discumbunt, pars perditorum hominum insurrexit frequenter vociferans, Occidite Occidite. à legatis tamen temperatum est, qui protinus ad regem rediere. Hanc iniuriam dissimulans rex, abijt. & dum Hefdini esset, Atrebatensibus simulata ad eum legatione, Admiraldum ad eum petentes vt bona eius venia, Hefdinum mittere suos ad regem liceat. Acceptis ab Admiraldo de protectione literis, octodecim Odardo Butio duce, oppido egressi, Flandriam versus iter constituunt eò consilio, vt Mariam Caroli filiam conuenirent. Cuius doli prouidus Admiraldus, mittit qui deprehensos ad regem omnes perducunt. ij vltimo supplicio affecti sunt, Odardo caputiolum pellibus aduocati more ornatum, appositum est. Erat enim publicus Atrebatum procurator, & in eo amictu caput amputatum, tignoque sublatum est cum inscriptione, Hoc Odardi caput est. Statim rex circunvallauit oppidum, tormentorumque violentia propugnaculum, quo se maximè tuebatur ciuitas, deijcit, vt in oppidum longè patens prospectus esset, rexque oppidanorum bona militi diripienda publicat, quamobrem miles animosior factus est. Perterriti ciues, ad Ludouicum mittunt misericordiam implorantes, quam præter multorum voluntatem impetrabant. admiserunt itaque regis copias, nec tamen opprobrijs abstinebant, in Mariam Caroli filiam propensi, quam longè à se in Flandria agentem, perinde atque numen aliquod obseruabant, ita vt quidam ob perfidiam in regem capite damnati, cum securim districtam vnico euadere verbo potuissent, mori pertinaciter maluerint, quàm dicere, Viuat rex. Multati sunt Atrebatensibus multa fusi cælatique argenti copia, nec eo demissiore animo fuere. Quamobrem veteres incolas in penitiorem Franciam transfert, vocatis ex regno nouis colonis, quos in illorum locum velut in nouam coloniam mittit, mutatoque nomine, Franciam Atrebatum vocat. Interim magnopere studet, quomodo Mariam Caroli filiam ad se traducere posset, promittens illi ex regio genere maritum dare, sed & ditionem quæ ad eam pertineret, tanquam suam defendere: verum nihil obtrinet. Flandrenses tamen omnem belli rationem

Carolus vi-
uere credi-
tus.

Burgundiam
Flandriam-
que Franci
inuadunt.

Maximilianus dux Friderici filius vitare cuperent, Francis tamen relicto, ad Germanos respiciunt. Erat Friderico Ro. Imperatori filius Maximilianus, 21. annum agens, cum hoc nuptiarum foedera conciliant. Conuentum erat, vt res hæc apud Francofordiam publicis comitijs ageretur ad Kal. Iunias. Ea re cognita, Ludouicus rex Francofordiam nuncios mittit. Iumma legationis fuit, vt refert Robertus, qui vnus ex missis erat, in conuentu ipso memorare, quæ amicitia inter imperatores regesque Francos diu permanferit, quibus legibus atque institutis perseuerauerit, Mariam Burgundi hæredem, feudi legibus erga Ludouicum adstringi, longo vsu obseruatum esse, ne qua illustri inter Francos foemina, viro peregrino iure nuptiarum rege inconsulto coniungatur, decere illam patrijs institutis obtemperare, imperatoris dignitatis & fidei esse, non violare amici iura. Temperet ergo Fridericus, ne id committat quo veteris amicitiae sanctitudo offendatur. Talibus mandatis, legati sequuntur Maximilianum, qui per Rhenum descendens, Coloniam petijt. post dies 20. quibus Maximilianus profectioem in Flandriam parat, edocti fuerunt nuncios regis, tardè se venisse, nuptias firmatas esse, ideo ad Ludouicum mox rediere. Eodem ferme tempore dux Geldren. à Flandria captiuitate solutus, 1500. Alemanis instructus, Tornaci suburbia cremare constituens, à Tornacensibus primo conflictu occiditur, & in vrbe infertur. Et secundo erumpentes in Alemanos equites Franci, cum aliquot vrbis incolis, eadem fecere duorum milliū, 700. viuis comprehensis. surgunt inde variæ concertationes. Hoc tempore Galeacio caeso, Ioh. Maria filius anno 9. ætatis suæ dominatum Mediolani obijt, adolescens cum ducatu in multorum tutela fuit. ANNO 1477. Maximilianus Austriae dux, Friderici Imp. filius, adolescens magni animi, à Maria adolescentula Caroli Burgundionum ducis filia, ex consilio procerum inuitatus, cum satis iusto exercitu accessit Flandriam, & ipsam Mariam illustrissimam virginem sibi in coniugem desponsauit, ob hoc dotis nomine Burgundiam, Brabantiam, Flandriam, Limpurgam, Lucemburgum, Hannoniam, Hollandiam, Seelandiam, Artesium, Geldriam, cum nonnullis alijs terris accepit, quauis Ludouicus Francorum rex nonnulla quæ fover possederat, ademerit. Eapropter grauius inter eos bella fuere suborta: leuiaque primùm prælia hinc inde habita, inter quæ Flamingi, vt scribit Robertus, de pace ad Ludouicum regem mittunt, promittunt relictuos se Artesium cum vtraque Burgundia. His promissis, confestim rex Cameracum cum reliquis quæ occupauerat, Flandrensibus restituit. Anno sequenti pax rupta est. Cameracenses in potestate regis retenti sunt, qui Francis in præsidio positus expulsus, ad Maximilianum defecerunt. secuti sunt Bochinienses, interempti in arce Francis. Ludouici cohortes in Burgundia aliquot oppida ceperunt, inter quæ Dola expugnata & diruta est. Fit pugna atrox prope Morinum, multis hinc inde caelis. tandem 7. annorum inducia succedere, quæ, vt moris est, sunt seruatae. Eodem anno salutis 1477. ad instantiam inclyti comitis Eberardi de Wirtemberg & Montispelgardij senioris, illustrissimæque dominæ Mechtildis maris eiusdem, autoritate Apostolica Vniuersitas studij generalis in hoc oppido Tubingen Constantien. diocesis, prouinciæ Moguntinæ, fuit erecta, & Ecclesia parochialis diui Georgij martyris, in collegiatam cleuata. ANNO 1478. Genua vrbs maritima, postquam 15. annis sub ditione Mediolanensium fuerat, excusso seruitutis iugo non sine magna contentione, armis & auxilio Roberti Seuerinatis, eorum copiarum ducis, in libertatem se vendicauit. Genuenses autem, cum primùm superiori anno Galeacius dux interfectus fuisset, factione Flisecorum nobilium in libertatem se vendicauerant. sed statim Flisecis à factione Spinulorum & Adurnorum superatis, vrbs in Mediolanensium potestatem rursus redacta fuit, rursus quoque à Prospero Doria sublata. Mediolani dux, vt iterum urbem sibi in potestatem redigeret, duodecim millia hominum contra eos armavit, quibus Genuenses, duce Roberto Seuerinate obuiam facti, octo eorum millia occiderunt, & reliquis prorsus spoliatis & profligatis, Genuam redierunt, ac Castelletum pugnacissimum, deiectis Mediolanen. præsidijs, receperunt. Sequitur in hos annos Venetorum Hetruscum graue bellum, tum quoque vel maximè ab Othomanis Venetores est vexata, Lepadus, Croia, Scodra, reliquisque nonnullis amissis, excisa. Et Rhodij cum à Turcis distiderent, post Constantinopolis expugnationem grauius sustinere bella. cum 24. annorum curriculo complures vicinos sibi subegisset, animo inflatus Mahumet, ægrè admodum tulit, Rhodum urbem finitimam eius imperio liberam esse. Mahumetes igitur imperator ingenti classe maximaque bellatorum vi Rhodum petit, appulitque ea classis velorum 100. decimo Kalend. Iunij anno

Geldric dux Adolphus.

Maximiliano desponsata Maria Burgund.

Tubingensis studij initia

Robertus Seuerinas Genuen. dux.

Rhodij oppugnatione.

no Domini 1480. militeque in terram exposito, primùm in vertice montis S. Stephani & circa eius montis colles, castrametati sunt, & per tres ferme menses urbem bombardis alijsque missilibus indefinenter per duces suos lacerauit & oppugnauit. Verùm Petrus Dabufon magnus Rhodiorum Magister, Christianæ religionis amantissimus, vir prudens, suæ magnanimitatis magnum experimentum dedit. diuina enim fauente clementia, sua & suorum virtute Turci funduntur, propulsantur, cæduntur, tantoque impetu terga vertunt, vt sibi necis causa essent. fama satis constans est, Turcos visionis miraculo exterritos. maiorem enim exercitus partem amittere, vbi cælitus Christi Iesu ministri propugnantes visi, militibus Rhodijs miraculo, Turcis terrori fuisse maximo. Fatendum igitur, hanc victoriam cælo demissam esse, cum tam parua militum copia, hosti potentissimo iam muris potito ac quassato restitit. Exactis igitur nouem & octoginta diebus, Imperator Rhodiorum littore classes soluens, Physcū nauigare properat, illic milites & supellectilem exonerat, vbi dies xj. moratus, ad domesticos lares cum clade & ignominia reuertitur. Petrus autem à pontifice Xysto & cæteris omnibus Europæ Christianis, pecunijs adiutus, laceratam insulam diligentia cura restituit, ac celebriorem fecit. Apud Suitenses montanos in Alemania haud longè à finibus Lucernensium, in loco vastæ solitudinis, homo senex solitariam vitam & abstinentissimam hoc tempore degebat, qui per annos 20. sine corporali cibo vixit, quem fratrem Nicolaum appellabant, habebat uxorem & liberos, à quibus secedens ob frugem melioris vitæ, vir corpore aridus & exhaustus, sola cute neruisque & ossibus compactus. Hic homo quasi cælestem vitam egit in terris, immaculatam absque forde, quauis nonnulli iniqui iudices, aliorum ac deceat, interpretati fuerint. Sed mirum cur virum calumnientur, qui longam vitam in arctissima paupertate & solitudine duxit, in abstinentia extrema & humilitate perseuerans, qui nihil appetiuit, qui nulli iniurius fuit, qui auaritiam calcavit, honores seculi spreuit, nullum superbiæ fomitem ostendit, optimè de fide sentiens: paucorum verborum cum esset, ad interrogata tamen salubria semper & consolatoria respondit, ita quòd raro quisquam ab eo non edificatus abscessit. Is igitur bonus, iustus ac sanctus à bonis semper est habitus. Indicauit hoc perpetua hominis alacritas atque lætitia, quem nemo moestum vidit, sed vultu semper eodem. sciebat se mortali culpa liberum, bonis operibus ac contemplationibus intentum. Per antistitem quoque Constantien. approbatus, ad cuius præceptum tres particulas panis, tanquam obedientiæ filius, comedit, quas cum difficultate deglutiuit. tandem senio & viribus deficiens, eius senilem animam mollis dissoluit sopor. sepultus est in Ecclesia sui pastoris cum opinione sanctitatis. Eodem anno 1480. Hydruntum Apuliæ maritima ciuitas, ab exercitu Mahumetis Turcorum principis expugnatur, cum eius exercitus à Sarbone in Apuliam transiectus est, in colle qui vrbi imminet, castrametati sunt vallo & fossa munitissimi. ita Hydruntum obsederunt, vt nulla spes esset ferendi auxilij. Tandem dirutis mœnibus, ad vesperam protracta pugna, superatis Hydruntijs, ingressi urbem Turci, omnia percurrunt. archiepiscopus trucidatus, qui in hostium manus deuenerunt, omnes capite plexi sunt. Franciscus Hydruntiorum dux captus & armatus, medius profectus est. supra duodecim millia hominum fuerunt, ex quibus tantum vigintiduo euaserunt. potiti victoria barbari, coeperunt statim vicina oppida sollicitare ad deditioem, & inprimis Leucam ac Tarentum, discurrentque igni & ferro omnia perdentes, regnum in maximo discrimine posuere. Et nisi Mahumetes citò de medio sublatus fuisset, non modò de Apuliæ regno, sed de tota Italia actum fuisset credebatur. Alphonfus Calabrorum dux, qui tum Senam Hetruriæ urbem obsidebat, audiens hæc, mox obsidionem soluens, cum exercitu in Apuliam properat. Verùm statim vt barbarus imperator diceretur mortuus, Alphonfus ipse confestim urbem Hydruntum valida obsidione cinxit, & Turci audito sui principis obitu, diffisi urbem se posse tueri, salua vita & rebus, Alphonso sese tradidere, qui urbem introgressus, vniuersa sibi retinuit, & Turcos pro suis mancipijs seruauit. ANNO eodem Kalend. Septemb. migravit ab hoc seculo inclytus comes Vuirtembergæ & Montispelgardij Vdalricus, cognomento Benematus, vir sanè beneficentia & placabilitate insignis, adeò humanus, affabilis, pius & clemens, vt vnice diligeretur ab omnibus. statum tenuit honorificum, cuius curia nobilibus & bonis viris erat repleta: in conuersatione erat apertus, comitateque incundus, in quo nihil fucatum, nihil subdolum, vt rarò locum suæ ditionis ingressus fuerit, in quo clementiæ

Yyyy 2

suæ

F. Nicolanus Suitensis.

Hydruntum expugnata à Turcis.

Vdalricus Co. Vuirtemberg. Benematus.

suæ aut largitatis signa non reliquerit. Vnde factum est, quòd in omni loco in quem venturus erat, expectabatur cum gaudio: adueniens verò venerabatur, inuocabatur vt parens, reuerabatur vt dominus, quem non tam supra se, quam pro se esse sciebant. Et quia viderunt eum religionem colere, vt qui haud aliter quàm quisque priuatus frequentabat Ecclesias, diuinis libenter intererat, sermones verbi Dei sedulo audiebat, iudicabant eum principem esse Catholicum & Deum habentem propitium. persuasum erat omnibus, vt de illius veluti de propria salute curarent. Sæpe incedebat solus, quia timere non habuit, innocentia comitatus. delectabatur apprimè venationibus. maiorem tamen voluptatem visus est habere, quoties de venatu captis aliquos potuit participes facere. super sedeo dicere plura quæ vidi & audiui, ne videar oleum velle vendere. sed qui nouit hominem, scit me adularum non esse. Vitia aliqua habuit, verùm humana in vno ramen vehemèter reprehendi meruit, quod multa poenitenda, suorum sano consilio præterito, admisit. Erat incircumspectior, quàm tanto principi conueniebat, ad futura. vnde facilè ab his quos sibi putabat amicos, sub colore utilitatis alicuius aut gloriæ consequendæ implicabatur, è quo se postea explicare non potuit, erat enim tenax promissi. Sanè tria bella publica gessit: primum socius quorundam principum contra ciuitates imperiales mouit, quarum opes tum erant florentes, sed illud feliciter, tametsi impensis maximis, absoluit. Secundum mouit principi comiti Palatino Rheni Friderico, quòd in his quæ dotaliciij causa contoralis sua illustrissima Margarita apportauerat, visus est eum impedire: illud quoque terminauit cum laude. Tertium bellum ex mandato Cæsareæ maiestatis suscepit (nescio si ad id fuerit promptus) contra Dioferum Moguntinen. archiepiscopum, per Pium papam iam priuatum, cui adhærè Palatinum Fridericus, illique erat socius indiuiduus dux Bauariæ Ludouicus princeps potentissimus, in quo ei satis illustre fortuna exordium concessit. Verùm vna die eum tota deseruit, qua prælio pugnans, cæsis antea hincinde compluribus, vnà cum Carolo marchione & eius fratre episcopo Meten. capitur, captiuusque Heidelbergam ducitur, & in arce eius oppidi custoditur, vnde se tandem liberauit datis centum millibus florenorum, & nonnullis alijs tanti valoris. Audiuì ego, impensas belli totius supra quinque centum millia constituisse comiti. Hęc itaque bella ararium eius ita exhauerant, vt ære alieno pressus, contra genium suum seuerior, & ad rem attentior postea fuerit. quòd si bella non gestasset, inter felicissimos principes conumerandus esset. Tres successiuè vxores nactus est, & quidè nobilissimas: adolescens duxit filiam ducis Cluuen. ex qua genuit filiam, quam postea fecit sanctimonialem: alteram duxit ex domo ducum Bauariæ dominam Elizabeth, Henrici illustrissimi ducis Bauariæ gnatam, ex qua genuit quinque liberos. Defuncta domina Elizabeth, accepit vxorem Margaritam filiam ducis Sabaudia, relictam quondam Ludouici comitis Palatini Rheni, matrem illustrissimi principis Philippi: ex ea genuit quatuor filias. Omnes hæ tres vxores sepultæ sunt in collegiata ecclesia S. Crucis in *Stuttgarten*. Post eas inclutus iste comes ætate iam fessus, à comite Eberardo seniore matremque illius inuitatus ad venandum, venit in oppidum *Leoberg*, ægròtare cœpit, sacrisque de more Christiano deuotissimè perceptis, prima Septemb. die suis se vestibus ex more induit, aduenientemque filium Eberardum hortatus, quemadmodum se haberet ad Deum & sibi subiectos, sicque inter manus Eberardi cognati tanquam optimus Christicola expirauit. Inde elatus ad *Stuttgarten*, in ecclesia collegiata S. Crucis cum Maioribus suis est sepultus, comitante clero & populo lugente optimum pientissimumque patrem.

Mahumeti
interitus.

ANNO Domini 1481. Mahumet magnus Turcarum princeps postquam in Asia & Græcia 32. annis regnasset, 58. ætatis suæ anno, non sine suspitione veneni moritur, & in Constantinopoli sepelitur. Hic post patrem regno suscepto, ex Asia in Europam ingenti classe trajiciens, multas Græcorum vrbes occupat, & deficiente ob Græcorum auaritiam præsidio, Constantinopolim cepit, Christianos trucidans. in ea imperator declaratus est, Peloponesum armis cepit, Christianos abduxit, Achiam, Epirum, & maiorem Macedonia partem, atque Bulgariam cum Rascia & Seruia, & quidquid ab Adrianopoli Sauum amnem & Danubium fluium interiaret, inuasit, Valachia etiam eas ob res timore perterrita. Bosnam postea ingressus, cuncta vastauit. Mithylenen insuper nobilem Genuensium insulam, suam fecit. Dehinc Sinopen vrbe vetustissimam & Trapezuntem diripuit, earumque incolas captiuos abduxit. Eubœam quoque Venetorū insulam inuasit, quam vnà cum Chalcide eiusdem

dem insulæ vrbe expugnauit. In Asia minore obtinuit Pontum, Bithyniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Pamphylia, Lyciam, Cariam, Lydiam, Phrygiam, & omnem ferme Hellepontum. innumeras quippe gentes & incredibiles hostium exercitus sæpius fudit & profligauit, aded vt penè orientis dominus sit constitutus. Erat ad hæc libidinosisimus in mares & foeminas, ex leuissimis quoque cæsis persæpe & filios & filias occidebat. Tyrannus crudelis, qui etiam fratrem adhuc in cunis iacentem strangulari fecit, & licet Christiana matre natus esset, Christiano tamen nomini, quoad vixit, inimicissimus fuit: hic denique cum innumerabiles genuisset filios & filias, Baiassetum & Zizimum legitimos post se reliquit, pro quibus eo mortuo magnus tumultus Byzantium vrbe inuasit, cum alij Baiassetum imperatorem postularent vt natu maiorem, alij Zizimum virum ferocissimum. vicerunt tamen Baiasseti amici, quem absentem constituerunt imperatorem, qui tandem Constantinopolim veniens, maximum sepulcro paterno impendit honorem. Baiassetus primogenitus Mahumeti, anno eodem, sexto Kalend. Iunij Imp. Constantinopoli constituitur, maximè propter mansuetudinem & clementiam, fratre feroci præterito, qui magnos motus in Asia concitans, Prusiam Bithyniæ cepit, & se ibi regem fecit, quem Baiassetus non incruento prælio superauit, inde fugauit, & totum autum regnum obtinuit. Nicolaus Macedonia olim dux, mortuo Mahumeto, statim amissam ditionem cum ingenti Turcarum cade recuperauit, nec dissimilia egit Iohannes Cernouichius, atque vt fertur, Matthias Hungarorum rex eidem maximum bellum indixit, & prorsus illum ex Danubij finibus eiecisset, nisi Friderici Imp. exercitus ductor Pannoniam igni & ferro ac depopulationibus vastare cœpisset. Veruntamen Stephanus Valachia episcopus, acceptis à Matthia rege copijs, hunc Valachia, id est, Myfia superiori, vi & armis expoliavit, alia insuper multa mala à Christianis & alijs sustinuit Baiassetus, quibus tandem liberatus, ad Turcarum consuetudines se contulit, aliquid dolo & calliditate imperio suo adiecit. Zizimus frater Baiasseti, postea à Rhodijs militibus est aliquandiu in regno Franciæ sub Priore S. Iohannis Hierosolymitani custoditus: deinde Romam perductus, & Innocentio 8. donatus est, qui eum diu in custodia tenuit, & Alexander papa post eum. Perijt illius pontificatu Zizimus, Carolo 8. quum Romam venisset, traditus, veneno, vt creditur, sublatus. ANNO Domini 1482. Xystus papa Dominica in Albis apud S. Petrum in sanctos confessores retulit Bonauenturam. Erat ibi præfens inclutus comes Eberardus Vuirtembergæ & Montispeligiardi, qui deuotionis gratia venerat in vrbe sabbato ante Dominicam Lætare, vbi honorificè susceptus est, ac pro singulari munere rosa aurea, quam pontifices singulis annis in Dominica Lætare alicui ex principibus Christianis donare consueuerunt, & ipse à Xysto pont. donatus est. Eodem anno 1482. fames fuit atque pestis in Sueuia. vendebatur ibi maldrum filiginis tribus florenis Rhenen. & oma vini Tubingen. tribus libris Hallen. Circa hæc tempora apud Leodios fuit Ludouico Borboniensia aduersa fortuna. nam Guilermus Marchianus, quem Arduennæ aprum Leodij vocant, belli quæsitâ occasione, Ludouicum episcopum cum in composita populi multitudine vrbe egredientem, ex insidijs adoritur, & manu sua necat, mox pontificis nudum cadauer pro ecclesiæ maioris foribus plebi conspiciendum exhibuit. fertur, eum à Ludouico rege Francorum, pecunia militeque, vt id faceret, fuisse adiutum, propterea quòd Maximiliano antistes complaceret. ANNO Domini 1483. Renatus Lotharingæ dux, Renati olim Apuliæ regis ex filia nepos, cui superioribus annis Carolus Burgundiæ dux multa damna intulerat, hoc anno à Venetis & à Xysto. Pont. antea sollicitatus, sub spe Apuliæ obtinendæ, quòd regnum sibi ex hereditate materna debebatur, Venetias sub magni stipendij pollicitationibus venit, vbi à senatu Veneto maximo cum apparatu & gloria exceptus est, atque ibidem fœderibus cum Venetis percussis, statim in Ferrariem. obsidionem & oppugnationem cum exercitu concessit. Is etenim sicut olim auus, recuperandi Apuliæ regni cupidus, omnem industriam & vim posuit in Ferraria obtinenda. Verùm superueniens Alphonsus Calabria dux, & maximis exercitibus congregatis, contra Venetos in agros Bergomeni. Brixien. ac Veronensem, ibi eisdem exercitus circumferens, & multa castella capiens, Venetorum ac ipsius Renati vires eneruauit. Intercedentibus quibusdam, pax inter Venetos & aduersam partem composita est, quam obrem Renatus cum vires sibi deticerent, ac etiam infirmitatem ex malignitate aeris Ferrariem. contraxisset, eodem

Iohannes
de monte
regio.

anno rebus infectis in patriam suam adhuc languidus redijt. Iohannes Alemanus de monte regio natus, philosophus lingua tam Græca quàm Latina doctus, ob astronomiam aliasque mathematicas disciplinas, in Germania, Pannonia & Romæ multo in precio est habitus, in vrbe Roma peste defecit. Eodem anno 1483. Ludouicus Francorum rex debilitatus, Ambasiam se portari iubet, ibi Carolum filium admonens: Sum, inquit, charissime fili, breuioris quàm existimas vitæ, morbo afficior cui nulla medela subuenire potest, tibi post me regnandum est, in qua re tibi maxime necessarii sunt fideles ministri. inter plurimos quorum fidem & diligentiam ipse expertus sum, duos tibi commendatos facio, Oliuerium Damam & Iohannem Doiacum. illius seruitio ita vsus sum, vt eius maxima opè vitam mihi diu seruatum esse putem. illum post me in obsequijs tuis habeto, nihil de officijs aut fortunis, quas seruiendo consecutus est, illi detrahi sinito. Ceteros qui magistratus à me aut officia adepti sunt, conseruato, populum quem ingruentium bellorum necessitate multis vexigalibus extenuauit, quoad per te fieri poterit, leuato. Matri ne credito, cum enim Sabaudienfis sit, Burgundis fauere mihi semper visa est. alioqui bonam & pudicam illam sub arbitratus. Hæc postquam dixit, Turonum reuersus, & Musicam & orationes pro se leuando fieri voluit. Venere per id tempus ad valetudinarium regem Ludouicum Flandrensem oratores, vt ait Robertus, quos per Iohannem de Vaccaria primarium Parlamenti præsidem & Philippum Diuquardum audiuit.

Margarita
Maximilia-
ni filia, Ca-
rol. despo-
sata.

Post aliquot conuentiones tandem de pace conuenit, vt Carolus Ludouici filius Margaritam Maximiliani filiam, dum legitima vtrique ætas esset, acciperet vxorem. Donantur à Ludouico legati xxx. millibus scutorum aureorum, præter pocula argenti calati, quod illorum causa rex cudi iusserat. Erat autem Margarita infra bimatam, & à Gandauis educabatur. igitur reduntibus Gandauum Flamingis oratoribus, fit apparatus ingens de Margarita ad Francos ducenda. nec minus curabat rex magna pompa Margaritam à Flamingis recipere. Ob eam rem Petrum de Belliaco cum multa procerum frequentia Ludouicus illi obuiam mittit. Annam quoque sororem, quæ Petro nupserat, occurrere nouæ nuptiæ iubet. fit propterea à Parisijs multiplex & varius ad eam excipiendam paratus. quarto autem Nonas Iunij Margarita Parisium ingreditur, & paulò post ad Ludouicum Ambasiam frequenti pompa deducitur, vbi deponationis festum, communi omnium lætitia, mensè Iulio celebratum est. Quo anno Ludouicus rex sursum deorsumque à superis hominibusque opem suæ valerudini implorans, sacrum liquorem, quem sacramento Rhemis Clodoueo, cælitus missum ferunt, ad se Turonum deferri iubet. Allata est præterea ex sacro palatii sacello virga Aaron, & victoriæ crux, quam Carolo Magno diuinitus fuisse datam plerique asseruerant. Sed definitæ mortis nemo limitem produxerit, 3. Kalend. Septemb. moritur, qui mortis supplicium aut metum multis frequenter incusserat. voluit autem in gloriæ Mariæ apud Clerium templo sepeliri, vbi monumentum sibi extruxerat. Mortua erat iam antea anno 1482. Maria filia Caroli ducis Burgundiæ, vxor Maximiliani archiducis Austriæ, mater prædictæ Margaritæ miserabiliter. cecidit nanque in venatione de equo, qui calce eam iacentem percutiens, neci dedit. Alij aiunt in equi strepa hærentem, discerptam esse. reliquit Philippum atque Margaritam. Probius sic dicitur, quod de equo in venatione ceciderit ipsa læsa lumbos & femora, ex quo iacuerit vsque in xj. diem, 27. die mensis Martij expirauit imprægnata.

De Maria
Maximilia-
ni coniuge.

De Xysto.

ANNO 1484. Xystus 4. febris decubuit. & cum pacem inter Venetos & reliquos potentatus confectam audisset, mox vitam exhalauit. Hic Xystus omnes Christianos principes obsequentissimos toto tempore vitæ suæ habuit, et quos voluit depressit, suis multa beneficia contulit, eis diuina humanaque contribuens, præter Dei & Rō. ecclesiæ dignitatem, in quem sanè errorem multi cecidere: duos enim nepotes suos vrbis præfectos, videlicet Leonardum & Iohannem successiuè constituit. Manfredos Imolæ vrbis regulos, videlicet patrem & filium inter se dissidentes, & postmodum Ordelaphos in Forolinio similiter contententes, vrbibus depulit, & easdem vrbes Hieronymo Riario concini & necessario suo charissimo concessit, cuius quidem consilio, qui etiam Latinas literas ignorauit, arduis in rebus semper vsus fuit. Quædam etiam bella iudicio multorum præter iustitiam suscepit. Laurentium Medicem Florentinum execrauit, & Florentinis bellum indixit, eo quod Raphaellem diaconum cardinalem adolescentem, comitis Hieronymi ex sorore nepotem, ad Franciscum Saluiatum Pisânium archiepiscopum, cum tre-

centis viris qui Iulianum Medicem in D. Libertatis templo obtruncarant, detinuis- sent. Aliud postea aduersus Ferdinandum Apuliæ regem suscepit, quod nollet illum Herculi Estensi genero suo à Venetis obfesso, auxilio esse. indeque cum Ferdinando pace constituta, pro eo contra Venetos bellum suscepit, eo quod nollet ei obtemperare, & Herculi Estensi ablata restituere, & propterea non modò omnes Italiae potentatus in eos concitauit, sed etiam veluti Clemens 6. aliàs fecerat, illos execrauit, interdixit, & omnibus dignitatibus priuauit. Nec quoad vixit, illis absolutionis beneficium impendere voluit: Ex quo multos detractores habuit. tamen vir ipse optimus fuit, virtutibus inhæsit, vrbem Romanam cœnosam, & vetustate multis in locis collabentem & deturpatam, instaurare sategit, & vias eius decentissimè strauit. pontem supra Tiberim maxima impensa fecit, & à se Xysti pontem nominauit. Hinc vrbis nouus conditor appellari meruit, ædes apud S. Petrum cultissimas reddidit, vbi Ecclesiam nouam fabricauit & in ea sacerdotes qui suo nomine ibidem celebrarent, dotauit. hospitale S. Spiritus in Vaticano, quasi de nouo fabricari fecit, atque alia innumerabilia beneficia tam spiritualia quàm temporalia vrbis Romæ contulit. Cum obiisset anno pontificatus sui 13. Iulianus S. Petri ad Vin. card. qui ex fratre nepos fuit, corpus eius apud S. Petrum in Vaticano sepeliri fecit. Xysto pontifice de medio sublato, Innocentius papa eius nominis 8. patria Genuensis, familia medio-cri, Iohannes Baptista antea vocatus, ex cardinali presbytero S. Cæcilie, hoc anno Idib. Augusti pontifex creatus est. sedit annis 8. Hic propter humanitatem, cum ceteris patribus pauperior esset, pontificum munus obire meruit. Cuius quidem pontificatus per duos annos infelix plurimum fuit, & multorum bellorum plenus præter intentionem suam. statim enim inter Vrsinos & Columnenses vrbis primores magnum dissidium excitatum est. diu etenim inter ipsas familias immortale odium intercesserat, quod viuente Xysto pont. sopitum esse videbatur. Sed eo defuncto, Columnenses contra Vrsinos arma sumferunt, & multis eos in cōmodis affecerunt, vniuersam vrbem perturbantes, quas ob res multis sceleratis & damnatis licentia peccandi data fuit. Deinde pro Ecclesiæ libertate bellum contra Ferdinandum Apuliæ regem pontifex suscepit. Robertum Sanseuerinum contra ipsum conduxit. tandem post varias terrarum depopulationes rogatus pontifex, pacem cum omnibus fecit, ea lege, vt rex ipse tributum Ecclesiæ singulis annis olim à Xysto pontifice maximo remissum, persolueret. Deinde & Columnensium res cum diligentia composuit. Deinde anno 1490. cōuentionem Oratorum regum, principum & communitatum Romæ habuit pro expeditione contra Turcas. ei rei sumptus collecturus, plenarias indulgentias in Germaniam pro exequenda expeditione misit, auxilio Raimundi Payrandi archidiaconi, cuius indultum & ad vinos & ad defunctos se extendebat. magnâ copiâ auri collegit. Tandem omnem curam ac diligentiam ad subditorum commoda, ad tuendam dignitatem Ecclesiæ, & contra rebelliones delendas, ac religionem propagandam conuerterat. Fuit itaque constantissimus iustitiæ cultor & pacis amantissimus. sedatis ingruentibus bellis, peculiare ecclesiæ populos quàm felicissimos exoptauit, multa circa pontificiam dignitatem & rempub. Christianam ordinare proposuit, sed ob breuitatem temporis adimplere nō potuit, beneficium tamen circa Deum atq; amicos pro viribus se ostendit. Exultauit summopere cum ad maiores dignitates viros extulit eruditos & probos. fuit præterea in pauperes misericors, afflictorum non minus consolator, quàm principum susceptor liberalis, & Dei ac sanctorum eius piissimus venerator. Lupoldum qui olim Austriæ dux fuerat, ob crebra miracula enarrata, in sanctorum confessorum numero aggregauit. pontificale palatium miro & sumptuoso opere exornauit amplificauitque, morbos aliquot graues patientissimè pertulit. adueniente demum hora vocationis, sumptis ex ritu Christiano sacramentis, intrepidè ad eum spiritum reddidit creatori, vt securus immarcescibili gloria videretur cum cælesti vita mortem commutare, anno pontificatus sui 8. Iulij 26. salutis verò 1492.

ANNO Domini 1484. iam mortuo Ludouico Francorum rege, successit ei filius Carolus eius nominis 8. qui cum ex more Rhemis esset coronatus & inunctus, cum ingenti pompa Parisios est regressus, & ante fores basilicæ gloriosæ virginis Mariæ clausas, presentibus tribus episcopis, ad sancta Dei Euangelia solitum præstitit iuramentum, scilicet fore se fidelem defensorem Ecclesiæ & fidei catholicæ, necnon subditorum suorum, & iustitiam administraturum magno & paruo, sine fraude & dolo. Mox ab initio regni suscepti, ortæ sunt de Caroli tutela ex regni administratione

Innocentius
8. papa.

S. Lupoldus
Austrius.

Carolus 8.
Francorum
rex.

discordiæ, inuidentibus plerisque Annam Caroli sororem administrationem gerere. Ob eam rem Ludouicus Aurelianus, qui regiam filiam vxorem habebat, bellū mouit. Inde Maximilianus Burgundiam Artesiumque repetebat, in Britones quoque, Francisco duce defuncto, arma à Carolo sumpta sunt, quibus Henricus 7. Anglorum rex, qui Caroli auxilio Angliam nuper vendicauerat, superbiatus est. postea pax cum Henrico inita est. Carcaluenti Britonis negligentia atque inertia, Atrebatum à Maximiliani militibus noctu captum est, nemine prorsus defendente ciuitatem. quin immo Carcaluentus præfectus, creditis cuidam ex suis portarum clauibus, strato segniter decubans, in hostium potestatem turpiter venit. fuit non multò post cum Maximiliano conciliata concordia. Refert etiam Robertus, quòd Ludouicus noluerit Carolum literis Latinis institui, existimans literas impedimento esse regnantibus, de se id iudicium faciens, quòd cum excellenti ingenio esset & plurima nosset, ad molestiam sibi eruditionem accedere dicebat. at Ludouico mortuo, tentauit Latine scire.

Maximilianus rex Romanorum coronatus.

ANNO 1486. die xx. mensis Ianuarij, Maximilianus Austria archidux, cum genitore Friderico Rom. Imp. Francofordiam urbem ingressus, ex in 16. die Februarij, peracto officio diuino in basilica S. Bartholomæi, electores Ro. imperij, obseruato ordine Bullæ aureæ, felici auspicio Maximilianum in regem Rom. elegerunt: postea verò idem die x. mensis Aprilis, in ciuitate Aquensi cum ingenti pompa corona Caroli Magni ex arcibus Norinbergen. allata, coronatus est, vir summa virtute, rei militaris scientia insignis, in quo relucebat iustitiæ feruor ac zelus, singularis benignitas atque clementia, cum vitæ ac morum obseruantia, quibus regijs virtutibus ornatus, ex regia domo nulla ex parte maiorum suorum laudibus inferior euasit. Eodem anno mense Martio Fridericus Imp. assistente Maximiliano rege, principibus atque communitatibus sacri imperij, eorumque missis consentientibus, legem tulit de pace tenenda per integrum decennium, quâ mandauit vniuersis & singulis sacro imperio subiectis, ut pacem inuicem seruarent, nemo alterum in persona aut rebus offenderet via facti. Et quòd contrarium facientes, cuiuscunque gradus, status aut præminentia essent, cum sibi adherentibus, consiliis, auxiliis aut fauorè præstantibus, ipso iure & facto bannum imperiale incurrerent: ita ut possent, nulla præmissa declaratione, in personis suis & rebus impunè offendi à quocunque tanquam violatores pacis promulgatæ, non obstantibus quo ad præmissa quibuscunque constitutionibus, statutis, consuetudinibus, legis aut societatis, iuramento vel quacunque cõfirmatione roboratis. Hæc pax postquam publicata fuit per imperiū, à multis extitit recepta, & præsertim à Suenis, qui sequenti anno ad mandatum imperatoris maiestatis in societatem vigore pacis huiusmodi coierunt, ligamque fecerunt de pace illa inuicem conseruanda, & quòd mutuis auxilijs & consilijs contra quoslibet violatores huiusmodi pacis sese defenderent ac manutenerent, non obstantibus omnibus his quæ princeps ipse voluit nõ obstat. Vnde formidabiles facti sunt vicinis suis intantum, ut ad eorum ligam nonnulli potentissimi principes venerint, & societatem virtute pacis decennalis cum eis inierint, qui etiam hac liga freti, satis remanserunt quieti. Fridericus Imp. anno 1487. conuentum magnum Norinbergæ pro auxilio ferendo contra hostes suos & pro fide Christiana habuit, & in eo principes Germaniæ congregauit, communitates quoque ciuitatum imperialium adesse voluit, vbi de vnione ac pace principum variæ conuentiones habitæ, utq; omnia bella inducias haberent, concluderunt: id quod nemo seruauit. Eodem anno Innocentius Papa clero per Germaniam decimam imposuit, emissisq; processibus in diocesi Constantien. eas exigere mandauit. Sed clerus se opposuit, & à requisitione ac processibus huiusmodi appellauit ad eundem dominū Innocentium, melius de causis, cur non debeat decimam soluere, informandum. Interposuit se Imperator, impetrauitq; quòd papa ab exactiōe supersedit. Eodem anno Sigismundus dux Austria, antea missis legatis pro componendis rebus dominorum Arculi & Lodroni, quorum alteri subsunt tutelæ Venetorum, alteri verò Austria, tumultuarium Germanorum exercitum in agrum Rouerensem immittit, qui oppidū obfidiōne premendo ac tormentis oppugnando expugnant, ibique varijs vtrinque bellientis certantes, nõ multos post dies Roueritū dirutum ac solo equatū relinquunt. Quo à Venetis recepto, firmatoq; validissimo præsidio, Robertus Seueri dux exercitus Venetorum, aliquot arces ducis Austria vi capit. Et ponte Athesi flumine superato, dum parat Tridentū copias admouere, paucissimis equitibus & peditibus iam ad alteram fluminis ripam transmissis, è Tridento exeutes Germani, transmissos in fugā vertunt, vbi

Robertus Seueri, à Sigismundo.

vbi ingens cædes Itatorum: ex his pauci ferro, plurimi flumine occubuerunt: inter quos ipse dux Robertus, vir bello antea clarus, occubuit: incertum tamen, ferro an aqua vitam finierit, cuius cadaver Germani honorificè Tridenti sepelierunt. Hoc bellum, ut ait Bergomensis, Innocentius pont. & Fridericus 3. Imp. inter Venetos & Germanos composuere. Eo in bello Antonius Maria, filius Roberti Seueri, vir bello famosus, ad singulare certamē ausus est prouocare Germanos, cui satisfecit illustris comes Iohānes de Sonnenberg, eumque in certamine vicit. ANNO salutis 1487. Maximilianus rex à Brugenibus in ipsa vrbe capitur. descendit paulò post pater Fridericus 3. & eum liberauit. ANNO salutis 1490. Matthias Hugaria rex maximis in Turcas victorijs clarus, Viennæ moritur, quam urbem superioribus annis, cum videret Fridericum Cæsarem sibi aduersari, cum Turca pace facta, vi cepit. Cui etiam abstulit Nouam ciuitatem, illumque in fines imperij timore perculsum fugere compellēs, totam ferè Austriam in potestatem suam redegit: quæ tamen omnia post mortem Matthiæ, filius Maximilianus patri Friderico recuperauit. Eodem anno die duodecimo mensis Iulij, tempestas ingens prius inaudita, in vrbe Constantinopolitana admodum defæuit. superiorum enim trium siderum ignes, qui decidui ad terras, fulminum nomen habent, contagio nimij humoris hoc modo in eam regionem delapsi sunt: primò ingentia tonitrua audita, exin fulmina ardentia visa, & longiore tractu fulgetra, ostingentas domos ignis rerum edax consumpsit, & hominum tria millia, ut neclignum, nec forma ædificiorum remaserit. columnæ antiquæ, imaginem Constantini habentis, partem eiecit. ANNO salutis 1491. rex Maximilianus cõuentum nationis Norinbergam indixit, per quæ tempora illustrissimam ducissam Britonum, per legatos sufficientibus mandatis suffultos vxorem duxit, quod Carolus rex Franciæ molestissimè tulit. Ideoque infestis signis ducatum Britonum aggressus, in potestatem suâ redegit, moxque illustriss. virginem Margaritam serenissimi Maximiliani regis filiâ, quâ diu antea viuente adhuc patre Ludouico rege, ut supra dictū est, desponsauerat, repudians, præfatam ducissam Britonū serenissimo Maximiliano solenniter desponsatam rapuit, vxorem duxit, carnali copula subsecuta, nulla vel honestatis, vel iuris ratione habita, ut vulgò dicitur. Veruntamen Franci nihil in his perperam affirmant actum. Nam ut aiunt, domina Margarita annum nondum agens quartum, ad Carolum tunc Delphinum Viennensem sperati ad pacem matrimonij gratia deducta est, quod quidem pactum de nuptijs rex Ro. semper improbauerit, tum quòd à Flamingis, se inconsulto & reclamante, constata coniurataque essent, tum quòd maior æquo dos designata fuisset. Accessit his odium implacabile regis Ro. in Carolum. vnde non mirandum, si ipsa, his cognitis, nondum adulta, remissa est, cum imuberis ante pubertatem inanis sit assensus: & dum pubescunt, licitum est illis sponsalium pœnitere, ut indicant canones sacri. Quin certior factus Carolus, nullo coniugali fœdere cuiquam mortalium virginem obnoxiam teneri, sed omnia per simulationem acta cum rege Ro. ne scilicet gens Britannia Franco regi se dederet, quod ex eo constare voluit: nam et si procuratores à rege Ro. quatuor essent missi, nulli illorum tamen erat insolidum coniugij gerendi decreta facultas, prout de iure fieri debebat. Et si legitimo aliquo procuratore matrimonium gestum fuisset, illud nihilominus pro non rati habitione confirmari lex statuit, cum quæ instituta in eo negotio, omnia inueniuntur. Vnde cum spes alia pacis nulla compendiosior occurreret, quam virginem à Franco rege duci vxorem, duxit: quibus quidem nuptijs religiosè celebratis, accidit vt Britonum omnium assensione pax facta sit. ANNO Domini 1492. Alexander sextus papa, natione Hispanus ex Valentia ciuitate, antea Rodoricus vocatus, episcopus Portuenis, vacante sede post obitum Innocentij 8. pontifex creatus est, & ad sanctum Iohannem Lateranen. xvj. die Augusti corona papali decoratus, vir magni animi, magnæque prudentiæ. Is in adolescentia Bononiæ studuit, quæ Callistus 3. pontifex summus adolescentè adhuc, inter reuerendissimos cardinales cõstituit, vnde non multò post vicecællarij locum sortitus est, æmulatorq; auunculi sui Callisti per omnia factus, nationem, patriam, familiam illustrans, sedit annos xj. Eodem anno expugnata est Granata. Meles enim rex Maurus genere & religione Mahumetanus, in Bathica prouincia vterioris Hispaniæ, quæ Granata appellatur, vsque ad hæc tēpora regnarat. Cuius prouinciæ ager excellentissimus perhibetur, eo quòd quęcunque ad humanum victum sunt necessaria, affluentiissimè gignat. Hunc quidem regem Ferdinandus Lusitanæ & citerioris Hispaniæ & Tarraconen. rex vnâ cum Eliza-

Maximilianus caprus.

Vienna à Marthia capta.

Carolus Franciæ Britonica virginē rapuit.

Alexander 6. papa.

beta

Granatæ
regnum re-
cuperatum.

Nigralegio
in Hungaria.

Iudæorum
scelus.

Iudæorum
clades.
Friderici 3.
Imp. inter-
tus.

betha vxore, superioribus annis omnino eijcere cum Saracenis decreuerant. Et post longam obsidionem ciuitatis Granatæ, quæ incepit à mense Maio anni nonagesimiprimi, Saraceni Mauri deducti ad magnam rerum inopiam, desperantes de auxilio, post infinitos cõflictus 28. Nouemb. pacta deditiois concludere. Postremò septimo die Ianuarij anno salutis 1492. rex & regina ac proceres & potentatus cum exercitu decem millium equitum & quinquaginta millium peditum electorum, ciuitatem intrarunt, & eius possessionem liberè acceptarunt, ac Mosquitam maiorem, in ecclesiam dedicari mandauerunt. Ipse verò Granatæ rex annuis prouentibus in vltimam Hispaniam longè à Bæthica relegatus est. Res titulo sanè dignissima, & literis aureis scribenda, his authoribus Bethicam Granatæ regnum, quod iam octingentis ferme annis Maurorum moribus & legibus obtemperabat cum maxima Christiani nominis ignominia, hac nostra ætate fuisse recuperatam. Per hæc tempora restabant adhuc reliquæ exercitus Matthiæ regis Hungariæ, quam nigram legionem vocabant, quæ tædio longæ pacis quam Maximilianus Hungaris procurauit, affecti, partito agmine, in diuersas vtriusque Pannoniæ partes eruperant, duo millia ad confinia Morauicæ & Austriæ infesta acie cõfederant, fortalicio quod ipsi gentiliter Tabernam vocant, sese munientes, ex quo excursionibus suis omnia loca cædibus & latrocinijs turbabant. Qui tandem Friderici Cæsaris iussu obsidione cincti sunt. expugnato fortalicio, multis ex his cæsis, alijs captis qui septingenti supererant, hi oppidis & baronibus, quorum fines inuasert, traditi sunt, vt digna illis supplicia irrogarent. Itaque trecentos ferme Viennenses laqueo necarunt, cæteros Eicingerus vir clarus sustulit, partim excoriatos, partim ad rogum affatos, partim furnis immisissos, vita illis adempta. Genus hominum calamitosum Iudæi, nouissimè anno salutis 1492. die xxij. mensis Octob. in oppido Sternbach sub dominio principum Magnopolensium, auxilio Petri sacerdotis, Eleazar Iudæus & complices sui, sacramentum eucharistiæ diuinitissimum per hostias maiorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor ilico prosiliit, quo linteum præcinctum ruborem accepit. quo miraculo territi, ad Petrum id deferunt. Principes autem illustres Balthazar & Magnus fratres, re comperta, cum vestigia vulnerum quæ remanserant, cernerent, Iudæos cremari fecerunt xxx. numero: Petrus verò prædictus sacerdos se illis vendidisse confessus est, & quomodo post puncturas Iudæi sacramentum cruentatum & panno inuolutum sibi restituerint, & quòd suffoderit in terram, vbi eo indicante, inuentum est cruore confersum, sacerdos degradatus & incineratus fertur. In eodem autè loco hodie multa fiunt miracula. Audiui ego à quodam sacerdote capellano Magni principis, quòd vnus ex Iudæis sese in flumè præcipitem dederit, mortemque sibi cõficiuerit, & quòd vna ex mulieribus Hebræis tres filias habens minorem infantulam iugulauerit, secundam similiter occiderit, tertia verò vix è manibus parricidæ elapsa, auxilio Christianorum saluata extiterit. In hoc anno 1492. expulsi sunt Hispania centum & xxiiij. millia familiarum Iudaicarum, edicto regis dato, ne aurum vel gemmas è regno tollerent, sed commutatione bonorum suorum merces & alias res, vtpote pannum, vinũ & huiusmodi secundum debitam æstimationem, abducere possent, vbi quilibet Iudæus transfretando coactus est regi soluere duos ducatos: promulgatũque fuit, quòd si quis Iudæus nõ abijisset in termino eis præfixo, is corpus & bona perderet. itaq; duæ galeæ neglexerunt abire ad cõstitutum. ideo omnes & singuli venditi sunt, & in seruitutè redacti. In itinere verò, abeuntiu triginta millia pestilètia absumpsit. ANNV S 1493. insignior factus est ex morte diui Friderici 3. Imperatoris Ro. quo nullus à Cæsare Augusto Octauiano, Romani imperij scepra diutius tenuit. nam 53. annis, mensibus 5. imperauit. Ernesti ducis Austriæ filius, mox vt discretionis annos attigit, tutelamque exiuit, vt locum videret in quo nostra redemptio celebrata est, adhuc adolescens mare transiuit, sacra visens loca, vbi natus saluator, passus, crucifixus & sepultus, felicemque reditũ cum gloria habuit. fuit princeps catholicus & pius. Qui Alberto rege Ro. defuncto, anno salutis nostræ 1440. communi voto Cæsar electus est, coronamq; regni Germanici apud ciuitatè Aquensem summo honore suscepit. Fuerũt in eo, teste Aenea Syluius, multa laude digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium perspicax, memoria tenacior, religionis zelus, ingens cupiditas pacis & ocij, singularem virtutem in quouis homine diligebat, dignamque præmio ducebat. ædificauit splendidè, hortos tamen & gemmas plus æquo admirabatur, & in rebus gerendis tardior ac remissior visus est. Tenacem plerique accusauerunt, & ad rem nimis intentũ: cæte-
rũ

rũ nec sua profudit, nec aliena diripiebat, verbis factisque temperans habitus. hic neutralitatem Ecclesiæ Rom. nocentissimam, ex natione Germanica sustulit; & obedientiam magno labore & sumptu Eugenio & Nicolao restituit. Deinde Leonoram filiam regis Lusitanie virginem illustrissimam, vxorem duxit, ex qua primum filium Christophorum dictũ suscepit, quem tamen immatura mors abstulit, post quem Maximilianum hodie Romanorum Imperatorem cum filia Margarita, vxore ducis Alberti de Bauaria generauit. hunc Maximilianum aduultum factũ, anno salutis 1486. cõsortem regni fecit, vt quod ipse præ ætate adimplere non posset, per filium regem perfici posset. Qua fuerit mansuetudine, fide, constantia, & quas in imperio passus sit aduersitates, in superioribus annotaui. Circa cultum corporis & victum nec parcus, nec sumptuosus fuit, vini verò parcissimus, quo extra cœnam rarissimè est vsus, in cœna verò leuissimum bibit, & id aqua perdomitum. Leonoræ Augustæ, refert Aeneas Syluius, quæ paterna in domo nunquam vinum gustasset, suadebant medici, in Germania regione frigida, si mater fieri vellet, vinum biberet: quod cum accepisset, Fridericus: Abi, inquit, Aenea, atque imperatrici dicit, sterilem me coniugem quàm vinosam malle: proinde, me si amat, vinum oderit. ad hæc Leonora libenter paruit. Idem refert Fridericum nunquam iurasse, nisi cum in ciuitate Aquensi apud Belgas, & cum Romæ coronatus esset, idque iuramentum constantissimè tenuit. cum enim iureiurando promississet, quæ bona possideret, ab imperio se nullatenus alienaturum, & modò hoc, modò illud, ex eo peteretur, maluit auarus, negando, quàm cõcedendo periurus videri: eamque ob causam, petenti Borfio marchioni Estensi ducatum Mutinæ & Rhegij, tandiu restitit, donec intellexit eum ducatum, qui sub annuo tributo concederetur, lucri magis quàm alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina & Rhegium in sua potestate non essent. Fridericus hic interrogatus aliquando, quid homini optimum contingere posset: respondisse fertur, bonus in hac vita exitus. Quod sibi contigisse piè credendum. ipse enim in senectute bona venerabiliter susceptis sacramentis Dominicis, anno salutis nostræ 1493. in vigilia natiuitatis gloriosæ virginis Mariæ in oppido suo Lyncea quàm deuotissimè migrasse dicitur de seculo, corpus verò eius inde delatum, & in ciuitate sua Viennensi sepultum est. Eodem anno mense Octob. Turcorum multa millia descendentes in Croatiam, nõ paruam fragem hominum fecerũt, decem millibus hominum ferè partim cæsis, partim abactis, ferro quoque & igne cuncta vastates, magnã prædam abstulerunt. Cladem hanc Croatijs euenisse aiunt, quòd temere prælium inuentes, auxiliares copias Germanorum præstolari neglexerant. Erat enim tum in Austria Maximilianus rex, qui mox 15. millia equitum & peditum contrahens, dum insequi parat, Turci fugam maturantes, se ad propria receperunt. ANNO Domini 1494. die 25. Ianuarij Ferdinandus rex Apuliæ vita defunctus est, relicto Alphonso filio primogenito, qui Alphonfus eodem die omni curia & procerũ suorum pompa comitatus, regni successione adeptus est, moxque Alexandro Pont. per suos oratores supplicauit pro executione bullæ, quam cum consensu omnium cardinalium superioribus annis fecerat Innocentius 8. Alexandri prædecessor, in qua recensitis inuestituris Eugenij, Nicolaj, Pij & Xysti, inuestitus fuit de regno Apuliæ & Sicilia Alphonfus olim, & post eum Ferdinandus eius filius tunc princeps Capuanus, eo addito, quòd decedente Ferdinando, Alphonfus possessione regni accepta inuestituræ & coronetur per Romanum pontificem, vel cardinalem ab eo mittendum. Regijs precibus & bulla in secreto consistorio per pontificem sæpius propositis, res opportuna discussione agitata est. demum visa iustitia regis, cui secundum iuris necessitatem nec verba dari poterant, nec dilatio, ex sacri senatus consulto declaratus est legatus Iohannes de Borgia pontificis nepos, S. Susannæ presbyter cardinalis, Montis Regalis nuncupatus, vir & autoritate & integritate maximus, missusque Neapolim cum ingenti prælatorum & curialium comitatu ad regem inuestiendum & coronandum. quod & factum est tanta cum solennitate & cæremoniariarum omnium exactissima obseruantia, vt nullum sacrum sollemnis vnquam in ea vrbe celebratum fuisse credatur. Eodem anno die 16. mensis Martij, Blanca Maria virgo illustrissima, Galeacij quondam vicecomitis & Mediolanensium principis filia, serenissimo inuictissimoque Rom. regi Maximiliano iam dudum desponsata, in oppidum Inspruck ad tedas nuptiales traducitur, ritumque Christiano conspualatur. orationem habuit tum clarissimam Iason Mainus eques Romanus, iurisconsultus toto orbe celebratus. Quo in tempore Carolus rex Francorum huius

Maximilia-
nus Turcos
fugauit.

Alphonfus
Apuliæ rex.

Blanca Ma-
ria.

Neapolita-
na Caroli
expeditio.

huius nominis 8. annum agens quartum supra vigesimum, qui viuentē Ferdinādo rege Apuliæ, de recuperanda Græcia (vt ferebatur) sanctè cogitans, prius ad regnum Apuliæ ex prætenso iure adspirare dicebatur, audita morte Ferdinandi & coronatione Alphonso, visus est sermones de armis attentius audire, suadentibus sibi multis, præsertim his qui à regno Apuliæ exulabant, * refert Felinus. de quo tamen Gaguius Francorū historia scriptor nouissimus: Cùm iam, inquit, à bello Carolus quiescere potuisset, cura illi incessit de Sicilia regno, quod sibi patrimonij iure pertinere contendebat, nec potuit vlla ratione à sententia dimoueri, nec audiuit Parisiorum oratores, qui eius rei gratia ad eum missi erant. Contractis propterea terra marique copijs, hortante maximè Alexandro 6. Rom. Pont. & Ludouico Mediolanensi, qui Alphonso Neapolitano infensi erant, in Italiam ducens, Campaniam mox atque inde Neapolim, fugato Alphonso, mira celeritate subiugauit. hæc ille. Num acta sint illa hortatu Sphorciæ & pontificis, dubitari fortasse potest, quod Carolum redeuntem habuerit etiam Sphorcia hostem. Taceo scriptum pontificis ad regem, cuius exemplar vidi atque legi, quibus exprobrat illi, quod monita eius per literas & nuncios, ne Italiam ingrederetur, oblatamque iustitiæ viam super regno, si quod ius prætenderet sibi competere, penitus contempserit. Vt cunq̄ sit, rex ipse ingentibus copijs 30. armatorum millibus, vt fertur, stipatus, Italiam præsidio destitutam mense Septemb. inuasit. Cuius aduentu vitæ necessaria passim ita consumpta sunt, vt pauperes nonnulli fame perierint. mox à Pisānis receptus, paulò post à Florentinis inuitatus, urbem eorum ingressus est. Audiens verò Alphonso rex Carolum tantas mari & terra copias transportasse in Italiam, misit fratrem suum Calabriae ducem cum magno exercitu in Hetruriam, vt hostem qui prope Imolam castra tenebat, inuiseret. Hic partem exercitus in Liguria constituit. locus est in Liguria montosus, aliquot milliariibus à Genua distans, in quo Calabriae dux cum 4. millibus hominum constituit fortunam bellicam tentare. Quod cùm Galli cernerent, ex castris exercitum educebant, in quo 2. millia Surensum fuerant, qui vnà cum Gallis proficiscendo, milites Neapolitanos circumdabant: & cùm insidijs Gallorum Neapolitani vndique se circumuentos viderent, incipiunt paulatim acies ordinare, & sagittarios simulque equites in fronte collocare. Galli tamen ne cunctando Neapolitanis meliorem bellandi conditionem præberent, sine mora in hostes irruunt, quos cùm militum numero & bellorum machinis superabant, pugna etiam facile vincebant. diu tamen Campani pugnam sustinebant, tandem obruti multitudine, & in varias turbati partes, fuga quidam salutem queritabant, quidam ignominiam fugæ vitando miserabiliter cædebantur. Ceciderunt in hac pugna mille Neapolitanorum, ex Gallis vix 300. cæsi dicuntur. attamen maiorem cladis partem Sutesenses peregerunt. Nihil moratus rex Carolus, Romam versus tendebat. in itinere nonnullas ecclesiæ arces & vrbes cepit vastare, prædas agere, & vt dicitur, homines nullo ætatis, sexus aut conditionis discrimine habito trucidare: horrendumque est dicere, quàm scuitum sit in vniuersos. Interea Alphosus rex ille tantopere celebratus bello & armis potentissimus, ac multis Italiae ciuitatibus solo nomine formidatus, simulac accepit Carolum Romam appropinquantem, traditis Ferdinando filio regni gubernaculis, siue fugæ apparandæ causâ, siue rei melius gerendæ opinione, aptatis sibi triremibus, Neapoli soluit, Messanam applicuit, paulò post inopinata morte extinctus est. Per quæ tempora Gallorum rex urbem Romam tantis copijs obsedit armatorum, vt pontifex grauioris detrimenti euitandæ causâ, regem ipsum cum innumera diuersarum gentium & nationum bellica multitudine in urbem recipere compulsus sit, recepta tamen antea fide, quod pontificem, cardinales, curiales & populum Ro. in rebus & personis tutos & illætos conseruaret. Hæc quemadmodum seruata sint, testes sunt violentiæ, cædes, ruinae, effractiones domorū, furta, prædæ, ita quod pontifex sui conseruandi gratiâ in arcem S. Angeli aufugere coactus sit. Et cùm multa horrenda contra se machinari illi audiret, vt grauioribus scandalis caueretur, Zizimum Turcorum tyranni fratrem, qui Romæ in Christianorum tutelam diu seruatus fuerat, duasque munitissimas Ro. ecclesiæ arces extorquenti regi tradere, multaque alia grandia ac difficilia promittere coactus fuit. Zizimus Baiafeti frater, paulò post veneno extinctus, maximi initium mali nobis fuit. nam rem tutam fore Christianis frater per oratorem pontifici receperat, eo incolumi. Proinde discessit ab vrbe rex cum exercitu versus Siciliae regnum citra Pharam, nonnullas continuò Capaniæ & maritimas Ecclesiæ Ro. terras inuasit. At vbi paululum Gal-

Carolus
Romam in-
gressus.

lis Ferdinandus rex resistit, Neapolim regressus, patrem paratis nauibus secutus est. Carolus autem progrediens, totum id regnū tam citò vicit, quàm vidit: & postquam regnum, sacris etiam non parcendo, auro, argento, cæterisque bonis exhaustis, præsidij in eo pro ingenij ac militum facultate dispositis, retrospecti, reliquam Italiam (vt creditur) suppedaturus, discessit. Itaque Neapoli numerosissimo equitum ac peditum exercitu iter faciens per terras ecclesiæ urbem versus, cædibus ac rapinis omnia compleuit: Has regis artes cùm pontifex intellexisset, vnà cùm vniuerso senatorum collegio urbis curam vni ex cardinalibus mandans, pro sua Ecclesiæque maiestate seruanda, urbem veterem primū, deinde Perusum urbem munitissimam aduolauit. Interim rex Romam ducens, cùm pontificis absentiam aduertit, sequē audientia præuentum, inde recedens, se Gallias repetiturum asseruit. Quæ verò mala in itinere commissa fuerint, horrendum est dicere. referunt enim, in Tusca villa septingentos sexus vtriusque mortales absque omni culpa extinctos esse, sacra prophanaque omnia ibidē direpta, in alio loco non paucos ad cedes sacras & crucem amplexantes, tãquam à feris trucidatos. Tum Gallus in Hetruriam transgressus, iura sacri imperij tam in ciuitate Senensi Pisanaque, quàm multis alijs locis iurisdictionem violauit. Tentauit quoque Genuam ad deditiōem inducere: & cùm id minimè processit, fauissimum cruentissimumque cum Venerorum Mediolanensiumque sua tutantiū gentibus conflictum iniit. vnde ingens strages secuta est. Mox ad urbem Astensem magnis itineribus cum milite attenuato se contulit, vbi militiam reficiens, credebatur auctis copijs & nouo milite Italiam iterum inuadere statuisse. Vt autem minas pontificis & auctum Venerorum ac ducis Mediolani exercitum intellexisset, pedē retrahens, ad tuā in Galliam reuersus est. Audax profecto facinus & memorabile. vtcunq̄ sit, adolescens magis quàm vir Carolus, intra vnus anni spatium totam ferè Italiam penetrās, instar fulminis quæque obstantia pessundedit. redactoque in suam potestatem Apuliæ regno, mox retrorsicis, vnde venit armata manu, milite tamen aliquo absumpto, ipse incolumis in Galliam redijt. post cuius ex Italia discessum, Apuliæ regnum paruo negotio reuersum est ad possessores antiquos, & sic modica lucra multorum damno compensauit, vt verè dici possit, quod hamo piscatus sit aureo, & amisso auro, nihil nisi famam auræ similem cepit. ANNO salutis 1495. mense Martio, Maximilianus Ro. rex conuentum Germaniæ in vrbe Vormatia celebrauit, in quo (vt fama est) de duobus deliberandum fuit, quemadmodum Turcis occurrendum esset, qui indies magis ac magis Christianorum terras opprimebant. Deinde, quod rex Franciæ Carolus immensis copijs Italiae incumberebat, aliqua imperij, nonnulla Ecclesiæ Ro. bona occupans, urbemque Romam ingressus, nonnulla indigna à Rom. Pont. extorserat, Apuliamque ferè totam expugnauerat. Propter quæ rex Ro. tanquam aduocatus Ecclesiæ, vt illius & imperij iura tueretur, crebrò vocatus est. Sed interim dilata res est, principibus ad intestina incommoda spectantibus. ne tamen nihil ageretur, de tribus tandem deliberatum est: de iudicio Camerae, vbi vnicuique iustitia redderetur, forma & modus dictus. Placuit & sapientibus ad hoc, vt vel cōtra Turcum, vel contra regem Franciæ iustus mitteretur exercitus, duo fore necessaria, pax in imperio, & comearus tantis copijs dignus. Quo enim modo foris bellū feliciter geri potuisset, si domi lites fuissent? sed & sine impensis frustra belligeratur. si enim alimenta vel stipendia defunt militi, obsequium negabitur & fides. fuit igitur prouisa imprimis pax, & principali statuto mandata: tributum per capita impositum perexiguū, duntaxat in quinquennium. Sed quia non placuit omnibus, nihil ad effectum est deductum, fortè vt adimpleatur tritum quo dicitur: Sicut Germani virtutibus meruerunt imperium, ita ignauia & vitijs amittere possunt. Tum insimulatus est rex, quod nihil cum consilio agat principum. vnde quidam ita versificatus est:

*Dum consulta patrum & sancti decreta senatus
Acciperet Caesar, Caesaris orbis erat.
Paruit imperio, seu signa moueret in Afros,
Aphrica, seu in rigidos stringeret arma Getas.
Victricesque aquila totum fulsero per orbem,
Virtutis quondam magna trophæa sue.
Et postquam vnus facta est pro lege voluntas
Caesaris, hoc nostrum hoc occidit imperium.*

LXXX

N. 1117

Carolus in
Galliam re-
dit.

Vormatia
conuicta.

*Nutantesque Aquile nusquam statubere per orbem
Virtutis deinceps vlla trophæa sue.
Vis prisicum reuocare decus, vis vincere Casar,
Pellere vis hostem finibus ipse tuis?
Fac sanctum reuoces veteri de more senarum,
Consilijque adhibe pectora densa tuis.*

Cui calumnia egregiè respondit Henricus Bebelius Poeta hoc carmine :

*Desine mordaci regem taxare camæna,
Detraxisse caue chære poeta, precor.
Rex meus est fortis, est seruantissimus æqui,
Virtutum splendor, imperijque decus.
Quid memoras consulta patrum, quid verba senatus,
Qui proprijs semper consulere bonis?
Quod si respicerent reges quoque commoda regni,
Et si quod debet Casar habere, darent:
Tunc aquila inuicta ad Seras penetrabit & Indos,
Sic consulta patrum ritè inuare queunt.
At sua dum cuncti procurant commoda, cuncti &
Velle suum soleant legis habere loco,
Inque sinu foueant prædones atque latrones,
Legibus excusis Casaris atque iugo,
Dumque auilam implument tenuunt, dum quisque laborat
Extrahere huic pennas, & spoliare macram:
Non tibi sit mirum (nanque efficit omnia non rex
Solut) si rotum concidat imperium.
Vis prisicum reuocare decus si sancto senatus,
Pellere vis hostem finibus ipse tuis:
Redde prius pennas, sed quas Iouis ales habebat
Dum stetit imperium, consulere inde potes.*

Eberardus
Barbarus
Virtutem
interduces
relatus.

Venit ad conuentum Vormatiensem vocatus celebri fama Eberardus comes illustri & excelsus Vuirtembergæ & Montispeligardi, senior dictus, magna nobilium comitatus cæterna, quem serenissimus ac inuictissimus rex Romanorum Maximilianus venerabiliter suscepit, eius consilio non nihil vsus. Cognitaque hominis probitate & animi celsitudine, & quod maiores sui plerisque principes potètia multis temporibus antecellissent, ipsum motu proprio & solenni pompa, xi. die mensis Iulij ad hoc indicta, ex comite ducem creauit, tituloque ducali auctis armis in Wirttemberg & Reck propria manu insigniuit, adhibitis debitis solennitatibus & consuetis, presentibus totius contuentis principibus habituatis, necnon regum, ducum, aliorumque principum plurimorum, communitatum quoque oratoribus, concionem mirificè decorantibus & prospera precantibus. Eodem serè tempore idem serenissimus ac inuictissimus rex Maximilianus, defuncto iam Iohanne Maria vicecomite & Mediolan. principe, per legatos ad hoc missos Ludouicum Mariam Sphorciam Mediolanen. præfecit ducem. Per idem tempus durante conuentu, prope Vormatiam ad dextram Rheni partem in villa *Sistat*, mulier quædam monstrum enixa est quarto Idus Septemb. erant puellæ corporibus integræ, sed in vertice frontetenus connexæ insepabiliter, & se mutuo insipientes. Edidisse fertur paulò antè apud Rotuillam oppidum Sueuiæ mulier duos pueros, quatuor manus & duo capita habentes, sed pedes duntaxat duos. quid sibi monstra hæc velint, solus Deus nouit. ANNO salutis 1496. quinto Kalend. Martij migravit à seculo illustrissimus dux Eberardus de Wirttemberg & Reck, morum honestate ac rerum gerendarum prudentia cætatissimus, adolescentiam licenter cœpit, sed eius ceteri progressus fuerunt magnifici. finis verò magis quam rerum necessitas ferebat, præceps subsecutus est. auxit licentiam adhuc puero immatura mors patris, qui anno ætatis illius quinto sublatus est. Mater verò luctus tempore completo, superinduxit illi vitricum illustrissimum principem Albertum archiducem Austriæ, vnde factum est, vt reliquum pueritiæ tempus sub tutoribus degeret. Erat autem puer indolis eximie, cui ego primas literas tradens, prohibitus sum ne eum Latinum facerem, satis esse ducentibus, si vernaculam linguam legere didicisset & scribere: quod ille vir factus, tulit molestissimè. Studium

Eberardi
ducis Vuir-
temberg. in-
teritus.

dium itaque suum, prout ingenium habebat nobile, mox absoluit. quo peractò, nè nil ageret, lusibus atque lasciujs ad quæ prona est omnis ætas, se immerfit. mortuo enim fratre, qui natu maior erat, cum videret ad se respicere omnia, quasi æmulo sublato, ruptis loribus imperium arripuit non plenè adultus, adolefcetes aliosque suis moribus idoneos & fauentes, neglectis seniorum consilij, in clientelam suam adsciuit. Quorum quidem consilio & ope ductus, nihil inexpertum relinquere voluit. vidisset luctandi, saltandi, dimicandi, hastaludendi, venandi perpetuum quasi studium. Et cum omnibus eminere vellet, earum rerum exercitatione assidua corpus quod illi natura gracile dedit, tum exhaustum creditur & perfractum. nam varios postea morbos in vita expertus est. At vbi exacta penè adolescentia, ratione instituendâ vitam videret, quasi contemplatus Herculis Prodicij exemplo, vtram viam, virtutis an voluptatis ingredere, cœpit respicere & mores mutare. terram sanctam, sepulcrum Dominicum decenti inuisit comitiua. Rediès paulò post, vxorem duxit Mantuani principis filiam virginem illustrissimam, adeoq; in alterum mutatus virum, vt sicut priori ætate nemo illo insolentior fuit, ita virili roga induto, nemo castigatior ac seuerior inuentus est, libidines & luxus priores frugalitate & vitæ grauitate facilè compensauit. Factus est simul rerum omnium indagator solertissimus. erat enim celsi ingenij & ardētis animi. sapientes propterea in quacunque re incredibili beneuolentia & obseruantia cœpit venerari. Et licet literarum Latinarum esset penitus ignarus, literatorum tamen hominum conuersatione delectabatur plurimum: quos, vt erat ingenio promptus, iugiter & de industria disputantes fecit. Et si quid notatu dignum audiuit, perpetuò retinuit. memoria enim admirabili pollebat, ita vt non res solum, sed & causas, loca, personas fideliter conseruaret, & pugillaribus quibusdam seu enchiridijs vt solebat, quibus fideliter quæ acceperat, commendabat. disputabat aded cōuenienter de quibuslibet, vt experimentum omnium artium crederetur habere. libros etiam vernacula lingua conscriptos omnes quæsiuit, ac auidissimè perlegit. multa ad hæc præclara opera in linguam Teutonicam verti à Latino curauit, atque his quidè instrumentis orationem suam, vt erat eloquentia admirabili, siue historiam velles, siue sententias, exornauit. Nec aliarum rerum studia neglexit, irrequietus à natura, & plenus negociorum, vt non modò alteri alterum succederet, sed sese mutuo truderent, nec hominem respirare sinerent. At vbi animum intendebat aut legere aliquid, aut feras sequi, aut vacare diuinis, & si qua similia sunt, nemo illum sequi poterat, vir non vtiq; ad segnitatem, sed ad res agendas & quidem maximas natus. Illustriora tamen eius (vt meminij) facta, & quibus se maximè vixisse testatus est, tria sunt tãto principe digna. Cum enim intellexisset viros doctos in precio haberi, nec esset in terris suis ac dominijs (quæ tamen incolarum multitudine & fructuum vberitate abundant (aliquod generale studium, ad quod volentes in scientijs proficere, se conferrent, ne sibi ac subiectis suis tanta deesset commoditas, vniuersitatem studij generalis priuilegiatam in oppido suo Tubingen auctoritate Apostolica erigi fecit ac fundauit, in qua vsque in præsens sacræ theologiæ, canonum & legum, medicinae ac artium facultates floruerunt, florent ac vigent. Clericos quoque seculares quosdam cōmuniter viuentes, ipse primus vocauit in Sueuiam, illisque nonnullas Ecclesias de suo iure patronatus existentes, auctoritate Apostolica tradidit: quorum conuersatione paulatim delectatus, Ecclesiam propriam cum habitationibus & officinis necessarijs in nemore illustri Schonbach, vbi ipse & maiores sui quotannis voluptatis causa venari consueuerunt, à fundamentis sumptuosissimo opere extruxit, eamque in collegiatam, canonicis & clericis secularibus cōmuniter viuentibus, sub vocabulo beati Petri apostoli, in qua præpositus tanquam caput est, sunt & 12. canonici, 13. conuersi laici, ex nobili seu militari genere, quorum vnus sit magister & administrator temporalium, necnon 12. alijs laici conuersi ex ciuibus aut plebè, qui omnes & singuli sint membra eiusdem Ecclesiæ, vnà cum præposito & canonicis capitulum constituentes, vntes glaucis & cruce in pectore, eadem auctoritate Apostolica erigi obtinuit, attributis dotis nomine nonnullis prædijs rusticis, alijsque bonis & puro auro 18. millibus florenorum Rhenen. ad prædictum vsum & commoditatem, non sine ornamentis & clinodijs preciosis, ecclesiam ipsam mirificè decorantibus. Quoniam verò dignitatem gentilitatis suæ quantopere adaugere studuerit, nemini obscurum est. nam vbi nuper pro exaltatione sui generis inter ipsum & patrualem suum conuenisset, vt terras suas ac dominia omnia in vnum conferrent & penitus

Suma lau-
dum Eber-
ardi Barba-
ri ducis.

Tubingen-
se studium.

Vnio ducatus
Vuirtemberg.

vnirent, prout in vnum collata & vnita fuere, ita quod nullo vnquam tempore in antea diuidi possent aut deberent, hanc ipse vnionem præclaris suis virtutibus longè reddidit insigniorem & firmiorem. nam pro excellentia grauitateque morum suorum serenissimus ac inuictissimus Ro. rex Maximilianus illum pridem conuentum generalem principum imperij agens apud Vormatiam, motu proprio & solenni pompa ex comite ducem creauit, tituloque ducali donauit atque insigniuit, prout supra proximè deduximus. Et tantum de his tribus. Sed & Christianæ religionis cæremoniis que eiusdem obseruator fuit diligentissimus, omnem proripus superstitionem perosus est. Religiosis & Ecclesiasticis honestatem aliquam præ se ferentibus, bonus erat & propicius: indisciplinatis verò, & præsertim mendacibus, subamarus. ea ex re ferè monasteria omnia suæ ditionis & vicinorum, vt reformarentur, operam dedit indefessam. iustitiæ quoque præcipuus zelator habitus est. nec illi solum curæ fuit, vt subiecti quibus præerat, synceriter iustitiam administrarent, sed etiam nonnullas consuetudines, quæ minus æquitatis videbantur habere, ad normam redegit iustitiæ. De amore pacis non attinet dicere, cuius gratia multa dissimulauit, tamen si timiditatis aut inconstantia nullum signum ostenderit. vnde rarò de iure suo etiam potentiorebus cessit, vt nemini est obscurum. Cæterum habitus est aliquanto morosior, & difficilior exoratu tum exteris tum domesticis. quoties enim vbi suspicatus est aliquid à se peti, vultum auertit, aut occupationes simulauit, aut arte aliqua occasionem petendi abstulit: id quod & in maximis principibus laudandis miramur. depræhensus autem, nisi singulari aliquo fauore obstrictus, vel frontosè negauit, aut si negare puduit, in aliud tempus reiecit. Admonitus verò postea, vbi noua differendi facultas deerat, rarò hilariter, sed quasi defatigatus, vt molestia careret, vel timidè dedit, aut iratus impexit. Intercessores autem, quasi viderit illos ex alieno beneficio gratiam aucupari, aut (quod magis puto) vt minor turba rogantium fieret, vel penitus fugauit, aut saltem pigriores fecit. tanta enim ambitione illos susceperat, tatis dilationibus suspendit, vt nonnunquam rogasse poeniteret. præterea sermone copiosius extitit, insuaui tamen ac subamaro, frequenter perplexè loquens, lædorijsque utebatur. In rebus etiam gerendis aut præposteris, aut festinus nimium apparuit. Nam quæ consilio conluserat, quantumcunque clara & aperta, nisi deuictus, in longum trahebatur. inuenta verò propria ita accelerabat, vt præ nimia festinantia pleraque manerent imperfecta. In simulatur etiam, quod attentus nimium ad rem fuerit, sumptusque parcè faceret, quo à Maiorū suorum magnificentia degeneraret. fateor quod in habitu & victu non fuit prodigus, in restaurandis verò castris, muniendaque patria, & tempore pacis & belli probatur fuisse sumptuosus. Et in hoc singulariter venit laudandus, quod d'aulicos suos rarissimè mutauit: nec nisi longa consuetudine probatis, consilia sua credere voluit. Et quia promissa suis fideliter seruauit, viros multa rerum suarum experientia sibi fide & probitate deuinctos, circa se habuit, qui etsi pauca de gratia expectarent, nemo tamen illum mutare quæsiuit. Quantum verò ad corpus attinet, barbam à multo tempore nutrebat, cui propterea Barbato nomē à quibusdam inditum est. Corpus illi exiguum natura dedit, sed neruosum, quod tamen crebri labores attriuerant. accidebant morbi frequentes, febris, dysenteria, calculus, & super omnia vesicæ excoariatio, quibus iugiter vexatus, annū agens vnum super quinquagesimū, sacramentis de more Christiano ritè perceptis, in arce sua oppidi *Tubingæ* ipsa die S. Marthiæ apostoli, quæ fuit sexto Kalen. Martij, hora post meridiè circiter 5. carnis debitum persoluit. Sed mortem quo animo obierit & qua constantia, quanuis coniecturā quisque capiet è reliquis, quæ passim de isto feruntur, monumentis, tamē referre libuit obiter quasi verè testatā optimi principis virtutē hoc exemplo. Atque adeo, cum venturæ mortis omen acciperetur, (nisi reip. causa viuere libuisset) mortem vitæ melioris inuita, inter prima visus est expetere. Interim curiæ primates viros, quid patriæ deberetur, quid suæ cuiusque honestati, cōmonuit, vxorē oratione graui, & quàm vis morbi ferre videbatur, longiore cōsolatus, argumentū apud illā fidei suæ spectatū reliquit. qui aderāt proceres plerique, sermonē eum lachrymis exceperunt. Deinde cum princeps, cuius animus iam ad diuina spectare tantum videbatur, de seculi negocijs à nonnullis imperitis sacrificulis interpellaretur, audire se velle respondit sermonē, quo & fides confirmari, & spes accendi, & charitas inflammari posset, desertas esse mundi curas, vnicā diuinitatē modò agitari. Inualuit tum adeo morbus, vt præter cætera quæ inde erant mala, linguæ etiam spiraculum deserit. confessus est nutu, interrogans

Aulici non murandi.

te

te sacerdote. At post confessionem, ingens miraculum, magnique animi recepti indicium, cum dixisset aliquoties hæc verba subobscure: Domine, ago tibi gratias, & vires etiam corpore recepit, surgens ipse resedit in lectulo, voce clara & integra ait: Creator cæli terræque Deus, te quæso fac agnoscam, si quisquam est cui præter æquitatem graue nimis fuit imperium meum, restituetur is rebus meis impensis omnibus. Quod si ne hoc quidem satisfieri potest, tibi benigne conditor en hoc est quod offero, quod deuoueo corpus, castiga iugiter, hoc piaculum esto. Nec his plura effarus, eucharistiæ sacro accepto, quieuit in alterum diem, verbis tantum pauculis deinde dictis integrè. Et eo quidem modo vir tantus, probam virtutis suæ imaginem in adeunda morte nobis reliquit. O ingentem reipub. Germanicæ calamitatem, o impotentem vim fati, quæ rebus imperij nostri tantum principem inuidisti.

Hoc viuo stetit, hoc cecidit Germania lapsa.

Sed cedat humana imbecillitas necessitati, precemurque hoc decus in Vldrico nostro Vuirtembergæ duce restitui, qui iam Augusto imperio Sueuiam tenet, gubernatque feliciter. Sepultus est in ecclesia S. Petri apostoli, quæ ipse fundauerat, in habitu fratrum domus ipsius, lugentibus multis non solum præsentem, verum etiam futuram calamitatem, in quam timebant incidere. eius precor anima requiescat in pace, à quo multa beneficia accepi. Illustrissimo, morumque dexteritate clarissimo principe Eberardo, primo duce in Wirtemberg & Teck defuncto, patruelis eiusdem Eberardus junior dictus, extra patriam agens, iuxta ordinationem inter ipsum ac patruum suum defunctum iam pridem sacramentis firmatam, continuò ad imperium vocatus est. Qui accepta morte patrum, parum moratus, veniens sociatus episcopo Augustensi nonnullisque alijs proceribus, comiter humiliterque à suis, & vt princeps, dux & successor legitimus, susceptus est & salutatus, nec fuit qui non obedienter fideliterque imperata facere properaret. Eodem anno, 5. die (quæ fuit prima Martij) post obitum ducis Eberardi, horrendum dictu, sus seu porcus in Suntgaurdia & villa *Landsee* ad sinistram partem Rheni sita, natus est monstrosus, caput vnum habens, oculos duos, nasum vnicum, similiter & os seu rictum, aures verò 4. post caput diuisus est in duo corpora porcina, habens 8. pedes. prioribus quatuor se amplexabantur, posterioribus stabant luctantium in morem. duæ etiam linguæ in rictu apparebant, sed non vixit per diem & noctem. quid prætendat aut portendat, Deus nouit, quem vt benè verat oramus. ANNO Domini 1498. Carolus rex Franciæ, huius nominis 8. moritur in mense Martio, formidinemque de eo conceptam multis soluit, in cuius locū & regnum Ludouicus dux Aurelianen. iure proximitatis substituitur. Eodem anno circa principium Aprilis Eberardus dux & princeps Vuirtemberg. & in Teck, cum vix 2. annis administrasset, vel conscientia malæ administrationis, vt creditur, vel metu ducatum deferens, Vlmam cum paucis profugit. Causam nonnulli autumant. nam vbi principatū inijt, siue quod iam diu absens exteris moribus imbutus fuit, siue quod patrii pridem defuncti instituta oderat, siue ingenio suo, siue eorum qui absentiam suam à patria, exilium fuisse illi suggererant, multa cœpit nouare. In primis nonnullos curiæ addictos, & quibus curæ semper patria extitit, parui fecit: & licet nonnullos magnæ nobilitatis & probitatis viros aulicis rebus præficeret, illis tamen breui nihil vel parum potestatis reliquit, sed quosdam infimæ sortis homines inuisos sublimauit, per quos aduenientes audiebat, responsa subiectis & exteris dabat, magistratus constituabat, quibus pro lege voluntas erat. Quo nihil miserius aut deterius esse poterit in principe, aut quod minus sit tolerabile. Verum interea rex Maximilianus, qui forrè in Sueuiam venerat, vbi comperit ducem Eberardum patriam & principatum suum deseruisse, interposuit vices suas, & illi fratrualem Vdalricum vix decennem, pactis interuenientibus, dedit successorem, adiunctis sibi regentibus iuxta ordinationem antè conceptam deputatis, quorum consilio & ope deberet administrare. Conuenit autem, quod ipse dux Eberardus vasa argentea & aurata quæ secum absporrtauerat, restitueret, vicissim recepturus pensionem annuam sex millium florenorum quoad viueret, qui paulò post conflauisse fertur omne argentum huiusmodi in massas, & ad Philippum comitem Palatinum diuertisse, nec argentum restituit, nec pensionem accepit, aliquot annos cum præfato principe Philippo in oppido *Haidelberg* commoratus, postea nescio quas ob causas in arce *Stundensels* in sylua *Orthonis*, vulgo *Obdenwald*, ditionis eiusdem comitis Palatini clausus, exul tandem diem clausit extremum, anno salutis nostræ 1504. in ecclesia collegiata S. Spiritus *Haidelbergæ* iacet sepultus.

Oratio Eberardi ad Opt. Max.

Eberardus junior 2. dux.

Monstrum.

Eberardus junior Vuirtembergæ ducatus deserit.

Vdalricus dux Vuirtemberg.

F. Hieronymus Saonarola ordinis prædicatorum.

Amos 9.

Pultus. Per idem tempus anno Domini 1498. erat in vrbe Florentia apud Prædicatores ad S. Marcum, vir quidam doctus, moribus & vita celebris, opinioneque multorum propheta à Deo inspiratus, pro quo & se palàm gerebat. vocabatur F. Hieronymus Saonarola de Ferraria ordinis Prædicatorum, qui annis multis prædicauit in Florentia, vbi inter cætera populo Florentino exposuit, quemadmodum Deus prospiciens Italia peccata, præsertim in principibus tam ecclesiasticis quàm secularibus multiplicari, nec ea diutius ferre valens, instituerit Italiam flagellis expiare, Florentia vrbeque Roma euerfis, deinde renouationem ecclesiæ facere: & quòd hæc citò deberent fieri: addidit, Turcos & Mauros nostris temporibus ad Christianum cultum conuerti debere, subiungens multos esse de tunc adstantibus qui hæc visuri essent. Prædixit etiam quendam alpes transiturum in Italiam Cyro similem, qui subnertere deberet Italiam, adducens illud prophetæ Amos: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit id ad seruos suos prophetas. Voluit, inquit, Deus propter electorum suorum salutem illud flagellum in Italia prænunciatum iri, vt ad tolerantiam sese præpararent. & cum Florentia velut cor in Italia sit, Deus ipse dignatus est eam eligere, in qua annunciarentur præmissa, & se asseruit ad hoc mysterium manifestandum, à Deo esse electum. Prædixit etiam mutationem status & regiminis Florentinorum omnino fieri debere. Cumque anno Domini M. CCC. XCIII. Carolus rex Francorum cum maximis copijs ingrederetur Italiam, idem F. Hieronymus publicè contestatus est hunc illum esse, qui Cyro similis veniret, & quòd à Deo electus esset in ministerium iustitiæ diuinæ, cui & totus mundus non posset resistere. Deinde & sequenti anno in confirmatione omnium prædicatorum in octaua annùciationis B. Mariæ virginis, publicè prædicauit, nocte præcedente caelos se penetrasse, Deumque & totam Trinitatem vidisse, angelicos etiam choros perspexisse, & à beatissima virgine Maria ore ad os responsa accepisse, quòd præmissa infallibiliter & celeriter fieri deberent. Hæc & his similia cum peruenissent ad pontificem Ro. ipse cupiens huius nouæ doctrinæ nouique luminis veritatem inuenire, veritus simul perniciosum aliquod dogma in ecclesia excitari, vocauit hunc F. Hieronymum, sed comparere noluit. interdictus post prædicatione, non curauit, propter contumaciam execratus est, nec propterea à celebratione diuinorum abstinuit. immo prædicauit papam non esse audiendum, quia publicam vtilitatem ecclesiæ impedire voluit, & contra fraternam charitatem ageret, & his similia. Tandem cum hæc sua pertinacia nonnullis displiceret, frater quidam ordinis Minorum de obseruantia, Franciscus Apulus dictus, coepit aduersus eum eiusque dogmata prædicare, quamobrem F. Dominicus de Piscia ordinis prædicatorum, ad defendendum F. Hieronymum & eius dogmata consurrexit. Et tandem, quòd conclusiones sequentes vsque ad experimentum ignis, quòd veræ essent, sustinere vellet, prouocans F. Franciscum ad certamen. Fuerunt conclusiones hæc, quòd ecclesia Dei indiget renouatione, quòd flagellabitur & renouabitur, & quòd Florentia quoque post flagella renouabitur & prosperabitur, infideles conuertentur ad Christum, & omnia erunt temporibus nostris. Et quòd excommunicatio nuper facta contra venerandum patrem F. Hieronymum, nulla est, & quòd non obseruantes eam, non peccant. Ad hæc F. Franciscus ad ignis experimentum prouocatus, conditionem accepit. Forma autem obligationis vtriusque, fuit talis: Ego F. Dominicus de Piscia ordinis Prædicatorum, mea propria manu me subscribo & obligo ad sustinendum prædictas conclusiones, non solum cum rationibus, sed confidendo in adiutorium Dei, me expono & obligo ad intrandum cum prædicatore fratrum Minorum prædicare ad præfens in S. Cruce, in ignem in publico, sperando per virtutem Dei saluatoris ad suam gloriam & confirmationem huius veritatis, & ad vtilitatem aliorum exire illæsus & saluus, per Christum Dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Ego F. Franciscus ordinis Minorum, licet indignus, sum paratus ad instantiam & requisitionem dominorum Florentinorum facere cum F. Hieronymo de prædictis conclusionibus experimentum, quarum quædam probatione supernaturali indigent. Cum Dominico verò, qui cum nulla est dissidentia, alius nostri ordinis frater in ignem est subire paratissimus, vocato iudice non suspecto & omnibus religiosis. His dictus est dies, & in publico loco ordinatus est ignis copiosus. cum ventum esset ad ingrediendum, essetque paratus frater Minorum ingredi, frater de Piscia recusauit, nisi cum venerabili iacramento, intrare. & cum hoc indecens esset, sibi denegatum est, propter quòd ingredi destitit, & pugnam detrectauit. quare fit rumor, & secuta est contra Prædicatores

dicatores magna turbatio. Postea die nona mensis Aprilis, dictus F. Hieronymus, præsentibus multis testibus, fuit interrogatus & examinatus in aula Baroncelli, primo verbis, post minis, dein cum tortura. demum 19. eiusdem mensis sine læsione dixit, omnia per ipsum prophetizata, fuisse facta, & quòd ob gloriam humanam aucupandam talia prædicauerit, & quòd videbatur ciuitas Florentia bonum instrumentum ad faciendum crescere suam gloriam. Et ad coadiuuandum suum finem, confessus est se prædicasse res, per quas Christiani cognoscerent abominationes quæ fiebant Romæ, & quòd reges & principes se congregarent ad faciendum concilium: quòd vbi factum fuisset, sperasset deponi multos prælatos, etiam Papam: & quando fuisset æstimatus in concilio, mansisset & steterit in magna reputatione in toto mundo: & si non fuisset in papam electus, saltem primum locum tenuisset. De renouatione ecclesiæ & conuersione infidelium, dixit se habere ex scriptura sacra, sed quòd fieri deberet citò, non haberit ex scripturis aut reuelatione. Quòd ostenderit se iuisse in paradysum, hoc fecisse se ad attribuendum sibi reputationem & gloriam. Circa factum inobedientiæ pontificis, quòd non iuit Romam, fecisse se, ne occideretur in via. Circa factum excommunicationis respondit, quanquam multis aliter videretur, crediderit, ipse tamen illam esse veram & obseruandam, & obseruauerit per aliquod tempus. Sed vbi viderit quòd ibat opus suum in ruinam, cepit modum non obseruandi, & quòd pertinaciter steterit contra pro honore, ceperit modum non obseruandi, & quòd multa alia interpretatus est, prout in examine quòd impressum est, continetur. tandem ipse incineratus est in eodem mense Aprili. His penè annis Romæ magna pars Marthanorum cum pontifice in gratiam rediit. hi sunt qui olim passim Christianum nomen acceperant metu amittendæ rei, plerique ex Hispania oriundi, clam verò patrijs legibus inuigilarunt, qui hoc tempore pietati se Romanæ addixerunt. ANNO salutis 1499. circa finem Februarij in superiori Alemania haud longè à fontibus Rheni fluminis, inter domum Austriae & Heluetios, aliàs confederatos seu Suitenses, exorta est grandis turbatio, quæ paulatim descendens per lineam Rheni quaquaversum vsque ad Basileam, bellum suscitauit atrocissimum. In eo nanque bello etsi nunquam totis copijs bellatum sit, caesa tamen diuersis in locis & pugnis referunt xx. milia pugnatorum, quale non memoratur, nisi fallor, à centum annis & citra in omnibus bellis illarum partium fuisse visum vel auditum. Venerunt enim ad arma duo populi finitimi. Austriae domus, regis Rom. Maximiliani patrimonium est proprium, is tum aberat, bello apud Geldrenses occupatus. Erant per idem tempus in vrbe Constantia congregati primates Sueuorum, tractantes de liga eorum renouanda. Hos Austrij veluti socios locum tenentes, pro rege in auxilium contra Heluetios inuitabant. Quærebant hi media pacis, & inuenisse se arbitrabantur: sed noua repente turbatio exorta, cuncta prius composita dissipauit: quo factum est, vt & si nondum conclusa essent capitula omnia in liga Sueuorum, opem tamen ferre regi dignum ducerent. Et cum hi belli motus peruenissent ad regem, totum ipse imperium contra Heluetios suos hostes inuocabat: propter quòd nonnulli principes communitatesque auxiliares copias miserunt. Vnde mirum videri posset, quòd Heluetij angulum Alemanniæ perexiguam tenentes, toti Imperio resistere auderent. Sed si quis vires Heluetiorum & eorum situm perspiciat, non multum mirabitur. loci enim natura continentur, vt C. Iulius Cæsar auctor est, vna ex parte Rheno flumine altissimo & latissimo, qui agrum Heluetiorum à Germanis diuidit, & hoc ad septentrionem, ad occasum Iura mons à Sequanis, à meridie Lemanus lacus, & Rhodanus ab Oriente claustra alpium ab Italis discernunt. Ex hoc habes, quòd olim Heluetij inter Rauracos, id est, Basileenses & Constantienses, in linea Rheni à septentrione, Curientes & Sedunen. ab ortu ad Rhodanum, ad Gebennas à meridie, ad Iuram monte ab occidente consistebant: quem circulum hodie inhabitant, nec aliquid eis detractum videtur, nisi fortè Iuram montem versus, quòd tamen non potest esse multum, quandoquidè Cæsar à lacu Lemano ad montem Iuram murum perduxerit ad aliquot millia passuum. Accesserunt autem hac tempestate illis socij homines de liga grisea bellicosissimi, eisque parent Abbacellen. Sunt illis & alia præcomoda, quòd veluti ex vna ciuitate, in qua præter ciues nemo habitat, & vt vnū corpus, vnus animi & voluntatis, exentes, pro libertate (vt aiunt) conseruanda pugnant, hæc illis audaciæ præstant, & quòd parati sunt mori vel vincere. taceo quòd terra eorum ferè mōtosa est & aspera. Quis autem negat hominum mores & ingenia, regionum similitudinem trahere, cum & semina platarum

Saonarolæ hæresis ex-cincta.

Marthan.

Suitense bellum.

r. bel. Ga. 2.

Suitensium limites.

r. bel. Ga. 7.

Ludouicus
Franc. rex
Mediolanū
inuadit.

rum idem faciant? Adde longam eorum bellicis in rebus experientiam, cui rei assidue vacant, quasi ad id solum fuerint nati. Contra verò hostibus eorum, nisi cui patria tuenda erat, multa ex his deerant: nam sicut venerunt ex diuersis regionibus, ciuitatibus vel pagis, ex diuersis causis, ita diuersas voluntates & studia habuisse necesse est, vbi non vnus dux, sed multi æquales, collectiua turba, manus tumultuaria, nec miles per signa egrediens. adde quòd pauci dicto regis voluntariè audientes inuenti fuere, malè autem, vt tritum est, respondent coacta ingenia. Hinc & tumultuante tantum pugnatum est, & iniquo victoriæ omine. Cæsi sunt ex nostris, quàm ex hostibus, aliquanto plures. Eodem anno in mense Octobri rex Francorum Ludouicus apparatu magno & copijs armatorum duxit in Italiam, præterdens Mediolanum & totam Insuabriam in suam vèdicare potestatem: ex causa, quòd extincto quondã sine liberis Philippo Maria, ad Valentiam sororem legitimam, regis auiam maternam, ducatus hæreditario iure spectaret. Quem tamen ducatum Franciscus Sphorcia, qui illegitimam præfati Philippi filiam vxorem habebat, vi armata inuaserat: ipseque & liberi eius, quorum ipse Ludouicus vnus esset, vitio spolijs nequaquam purgato, detineret occupatum. Adiuuabat regem tempus, & quòd societatem cum Venetis iam inierat, & quòd Ludouicus dux ea tempestate ciuibus suis omnifariam inuisus esset. Vnde factum creditur, quòd nullo resistente & sine sanguine rex Mediolanum acceperit. Nam cum ex Bynasco exiuit, à Mediolano decem millibus passuum nobiles, ciues, mercatores, vniuersaque ciuitas effusa, vsque ad tria miliaria illi obuiam ibant. præcesserunt tum quadraginta pueri, vt fertur, auratis & sericis induti, palmas portantes in manibus, alij regem magnum venire, alij libertatem patriæ adesse carminibus designantes. Gestabant etiam vexillum magnum insignibus Francorum *, habitaque est elegans oratio à puero, concludens regem ipsum non minùs eos quàm parentes eorum, à libidine & furore tyranni liberasse. Sequebantur quingenti iuuenes, amici præciosissimis ornatibus, quos sequebantur 24. senes aureis vestibus insignes senatorum more, vrbis clauas ex auro solido regi præsentantes: post illos triginta vtriusque iuris doctores, gestantes pallium aureum, sub quo rex Mediolanum ingressus est. Post hos multitudo magna nobilium & mercatorum processit, clerus & religiosi cum reliquis. Sequebantur regem cardinalis de Borgia sedis Apostolicæ legatus, cardinalis S. Petri, cardinalis Rothomagensis, dux Sabaudia, Valentia & Ferrariæ duces, Mantua & Montisferati marchiones, Venetorum & Genuensium oratores. Et rex ipse ad arcem deductus est. In hunc modum ludit fortuna. Quid, quæso, profuit Ludouico Sphorcia duci creato, & Mediolani grandi pompa insignito? quid alta gloria? quid singularis sapientia? quid longè famata potentia? quid auri & argenti congeries immensa? quid arx contra omnem hostilem expugnationem munita? nonne sine Marte Ludouicus dux, obmisso tanto imperio, salutem suam in sola fuga constituit, magnisque itineribus ad regem Maximilianum in Athesim agrè peruenit? Eodem anno 1499. v. Kalend. Decemb. in oppido Rain ad ripam Lici fluminis mulier quædam monstrum peperit: corpus vna compago fuit, pectoris vna & dorsi, venter vnus, duo capita, quatuor manus, quaternis pedibus, pudibunda duo, ventre sub vno totidem clunes. benè Deus Opt. Max. vertat.

GENERATIO LI.

ANNO salutis nostræ 1500. pontifice max. Alexandro 6. & imperante rege Ro. Maximiliano, post varia monstra LI. incepit generatio. Anno eodem ineunte, Iubileus in vrbe Roma celebrari coepit, & ex more per integrum annum durauit. peruenit illuc religionis causa multitudo peregrinorum maxima. Eodem anno cum iam Ludouicus Sphorcia dux, ope & industria cardinalis Ascanij fratris sui Mediolanum recuperasset, rex Francorum Ludouicus cum grandi exercitu mense Februario rursum Longobardiam ingreditur, habens secum ex gente Suiensium aliquot millia. vicissim dux Ludouicus ex eisdem gentibus & nonnullis alijs nationis Germanicæ, suorumque aliquot pugnatorum millia habebat. Et cum in conspectum mutuum venirent, aciesque struendæ forent, hi qui cum Sphorcia erant Suienses, causati sunt se aduersus suam gentem pugnare non posse: & sic ab his desertus, in manus peruenit hostium, ductusque est in Gallias, & totum ducatum sine sanguine obtinuit rex Ludouicus eodem mense Februario. sic ter in quatuor mensibus ducatus Mediolanen. mutauit dominum. paulò post Ascanius cardinalis nescio quo infortunio à suis

(vt

(vt fertur) proditus est, & cum auro quod secum habebat, multorum millium florènorū, traditus est Venetis. ibi carceri mancipatus, paulò post regi Franciæ traditus est.

Hoc anno natus est Gandau Carolus Philippi ex Iohanna filius, Maximiliani ex filio nepos, magnis aliquando imperijs præficiendus. Hæc eius natiuitas contigit ipso die bisextili, qui fuit 25. Februarij, tunc temporis feria 3. Eodem anno rex Portugaliæ, missis ad Indiam nauibus, inuenit multas regiones, nostris hominibus ante illud tempus ignotas, multaque alia mirabilia. Eodem anno venit Romam Indus quidam, nomine Ioseph, narrans res ecclesiasticas Presbyteri Iohannis, nostris haud multum dissimiles. A N N O salutis nostræ 1501. miranda sanè, horrenda & inaudita ostendit Deus hominibus. siquidem, vt scribit regi Ro. Maximiliano Leodien. episcopus, à festis Paschalibus singulis diebus in vno vel alio loco diocesis Leodiensis, apparuit publicè & inopinatè aliquando in ecclesijs, aliquando in plateis, aliquando in domibus, & in ipsis etiam cubiculis signum Dominicæ crucis perfectum, & fuit frequenter nigrum aut rubicundum, ita etiam, vt in aliquibus putaretur esse verus sanguis cum medulla & sanie effusus: & fuerunt plerunque cruces simplices, aliquando tamen duplices, in forma signi sepulcri Dominici. Apparet autem, inquit, vt plurimum super capita mulierum, & maximè puellarum, in earum peplis supremo vertice. Et refert idem, se desuper inquisitionem solertem fecisse, ita quòd nec dolus nec fraus interuenire potuerit. Scribit quoque de muliere quadam eiusdem diocesis 22. annorum valdè honesta, quòd die quodam compererit, admonita à matre, signum crucis magnum & amplum in peplo coloris aurei, atque ad singulos quatuor eius angulos interiores crucem vnam paruam eiusdem coloris, perinde atque arma sunt Hierosolymitani regis, inque medio maiorem crucem aliam sanguinolentam. Territa inde mulier, cum reuerentia peplum illud ad locum mundum reposuit, & aliud mundum capiti imposuit, mox in eodem crux grandis apparuit. accurrunt homines multi ex admiratione, in quorum conspectu iterum & iterum pepla mutauerat, ita vt nouem diebus pepla tredecim cruce signata fuerint. Insuper dum quadam vice quamplurimi cum ea de præmissis colloquerentur, viderunt adstantes inter colloquendum exoriri in eius mento crucem, latitudinis vnus digiti, coloris & saporis mellei, cuius stipes à gutture in inferius labrum, ad vsque dentes exurgebat, per brachia verò protendebatur exaduerso inter mentum ipsius & labrum prædictum, quanta est oris amplitudo: quòd cum ad adstantium admonitionem leuare manum dextram conaretur, apparuit consimilis crux in eadem: retracta ad sinum manū, cum vtraque signa duabus ferme horis persistissent, demum prout aduenerant, ita disparuerunt. Sed post hæc non solum signum crucis apparuit, quin & veluti hasta quædam, ac desuper nonnulli characteres, cruenta quidem omnia, concludebantur in circulo viridi totum contingente caput, protulitque inde acumina ad modum spinarum. Apparuerunt & signa in camilijs mariti crucis sanguinolenta. Hortatus est mulierem curatus suus, vt cum Iubileus esset, in Traiecto superiori, vbi fuit episcopus, quòd iret illò & confiteretur. assensa iuit, & ad S. Seruatium confessa est magno theologo. iussa post hæc iuit in chorum, & propter reliquias ducta est in sacristiam. allatò ei peplo nitido, rogata est quòd capiti imponeret, ne cum tanto horrore per plateas incederet. assumens ipsa nouum quem capiti applicuit, mox erupit in ipsa pepli parte anteriori sanguinis tanta copia, vt confestim in extremam vsque fimbriam ad vnus digiti longitudinem & propè duorum latitudinem deflueret, vnde ad eò conspicientes sunt attoniti, vt è canonicis vnus protinus caderet. At illa inde discedente, publicè visa est in ipso recenti peplo ad scapulam dextram magna vis sanguinis, in figuram quasi crucis se porrigens atque amplificans. Cum quibus demum signis ipsa ad eundem episcopum ducta est, recenti & madido cruore, vt in præsentia sua, sicut scribit, attræctatus, digito adhereret, multis videntibus & admirantibus. Hæc scripsit idem episcopus regi nostro Maximiliano 18. die mensis Maij anni currentis. An non sunt stupenda & mira hæc omnia? taceo tot monstra in sex annis retro edita, taceo scabiem elephantia non ab similem, inauditam, nec etiam medicis diu cognitam, quæ plaga ita inualuit ab anno salutis 1495. quòd nonnullos extinxit, plerosque inuitiles fecit, nec adhuc cessauit. Hæc tam horrenda præfagia nemo aduertit. latius terrent quàm emendant. Manifestum est autem, talia fieri per prouidentiam creatoris propter euidentem vtilitatem, quæ ex ea prouenire deberet hominibus: & hoc, siue fiat per naturam, siue per voluntatem creatoris, vt timeant & à ma-

10

lo respiscant. Timor verò iste omnino bonus est, propter quem incutiendum inquit Guilielmus in lib. de vniuerso, Creator & stellas & cometas in caelo & gladios igneos & dracones creat, & appare: e facit in sublimi, similiter & portenta in terra & in mari, monstra in hominibus etiam nasci, vt infantulos multorum capitum, propter quod & monstra dicuntur, non solum quòd propter admirationem nouitatis ea homines sibi monstrant: sed quoniam iram Dei monstrant imminere hominibus: quod Deus, supplex oro, bene vertat.

FINIS HISTORIAE IOHANNIS NAVCLERI
Tubingensis Præpositi, quæ à condito mundo in annum
Christianæ salutis millesimum & quingentesimum
deducta est feliciter.

AVTHORVM SEV LIBRO
RVM, QVORVM CITATIONE, VERBIS AVT
testimonijs in hoc Chronographiæ opere Nau-
clerus passim vtitur, Catalogus.

A bbas Vrspergen.	Beda	Ennius	Hebræi seu Hebraica
aut Vrspringen.	Benxio	Enoch propheta	veritas
Abbreviator Trogi Põ	Berosus	Ephorus	Henricus Hessus
peij seu Iustini's hi-	Bibliothecarius	Epiphanius	Helmandus
storicus	Blondus	Eratosthenes	Helius seu Helius
Ablabius	Bonifacius archiepisc.	Estius	Spartianus
Aeneas Silvius	Cains Bassus	Eshefias Gmidius	Hellanicus
Africanus	Carinus	Eusebius Chronogra-	Heracles
Agathius	Cato Vricen.	phus	Hermannus Contra-
Agelilaus	Coronica Ordinis Teu-	Eusebius historicus	ctus
Alcimus Crotonien.	tonici	Euphorbius	Herodianus
Ambrosius	Crysippus	Euripides	Herodotus
Amianus seu Ammia-	Cicero	Eutropius	Hersfeldæ. Monachus
nus Marcellinus	Cineas orator	Ezechiel	aut scriptor
Anaximenes	Claudianus	Fabius Pictor	Hieronymus
Andoemus episcopus	Cledemus seu Malchus	Felms	Historia Arcturi
Anneus Seneca	propheta	Festus Pompeius	Historia Tripartita
Anneus Lucanus	Clemens	Fl. Vopiscus	Hubertus
Annius Viterbien.	Comestor	Fortalium fidei	Hugo Floriacen.
Anselmus seu liber de	Coräus	Franciscus Maro	Hungaricus scriptor
Imagie mundi	Corn. Nepos	Franciscus Philelphus	Iac. Benzio
Anriäs	Corn. Tacitus	Ganfredus	Iacobus Bergomen.
Antoninus	Daniel	Garibaldus	Iacobus Columna
Apollinaris	Dantas Florentinus	Gilbertus	Iacobus Gemuen.
Apollodorus	Dares Phrygius	Gildas	Iacobus Vorago
Apollonius	Darius	Gosfredus Viterbien.	Jeremias
Appianus	Democritus	Gratianus	Iesus filius Sirach
Archilochus	Dictys Creten.	Gregorius Conon.	Iohan. Lamius
Aristoteles	Didymus	Gregorius Nazianze-	Iohan. Bocarius
Augustinus	Diodorus Siculus	nus	Iohannes Columna
Aulus Gellius	Dionysius Byzantius	Gregorius Papa	Iohannes Cremonen.
Bambergen. scriptor	Eberardus Muller aut	Gregorius Turon.	Iohanes de Turre Cre-
Bartholomeus	Müller	Guido Rauennäs	matä
Baruch	Ezeippus	Guilelmus scriptor	Iohannes Diaconus
Basilus	Elmerus Malmoberen.	Guilhelmus Parisien.	Iohan. Dominicus
Bassus	Enardus	Guntberus Ligurinus	Iohannes Flaborien.

Iohan. Leo	Martinus Polonus	Plarina	Stephanus historic.
Iohan. Turacbeus	Martimane Chronice	Plinius	Strabo
Ionichus vates	Maseas Phœnix Da-	Plutarchus	Suetonius
Iordanus aut Iordanis	masenus	Polycrates	Supplementum Chroni-
Iosephus	Mela	Polyphatus	carum
Isidorus	Merlinus	Pomponius	Tacianus Aphricanus
Iuba rex	Metasthenes	Pomponius Lærus	Thales
Iudas Historicus	Methodius	Posidius aut Posido-	Theodclius seu Theodclius
Iudas Thaddæus	Methodius martyr	nus	Theocritus
Iulius Cesar	Moyse seu Moses	Priscianus	Theodoncius
Iulius Capitolinus	Neuius	Priscus Historicus	Theodorius
Ius Canonicum	Nicanor	Procopius	Thomas Aquinas
Ius Civile	Nicolaus Damascenus	Prolemæus	Timeus
Iustinus historicus	Nicolaus Lyranus	Pythagoras	Trebellius
Iuuenalis poeta	Orosius	Raphael Volaterranus	Trimegistus
Lactantius	Orho Blafen.	Robertus Capuinus	Triumphus Cupidinis
Laertius	Orho Frisingensis	Rudimenta Nouitiorü	Trogus Pompeius
Lampridius	Ouidius poeta	Ruffinus	Tullius
Leontius	Ouidius Sabatarcides	Scævola	Valerius Maximus
Liber de imagine müdi	Palladius	Seneca	Valerius Soranus
Lanius	Palmerius	Septuagint	Varro
Lucanus poeta	Parmensis Minorita	Seruius	Verrius
Lucas Euangelista	Paulus Apostolus	Sibylla	Vincentius
Lucilius poeta	Paulus Diaconus	lythraea	Vincentius Gallus
Lucilius Stoicus	Pescemus aut Pescen-	Hellespontica	Virgilius
Lucretius	nus Festus	Sigibertus Anriochenus	Vngarorum aut Hun-
Machabeorum libri	Perrus Apostolus	Sigiberti	garorum Chronica
Macrobius	Pet. Comestor	Socrates Historicus	Volgarius aut Volca-
Magister in Historijs	Petrus Vineä	Solanus	rius
Manerbon	Philo	Sozomenus aut Zoso-	Xenophon
Martianus	Philostratus	menus	Zacharius prophet.
Martinus Historicus	Pius Papa ij.	Spartianus	Zacharius Papa

